3 - 244

Digitized by Google

PYRRHI
CORRADI
PRAXIS
BENEFICIARIA.

PYRRHI
CORRADI

A TERRA NOVA DIOECESIS ROSSANENSIS
J. U. D. Protonotarii Apoſtolici, Majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonici, &c.

PRAXIS
BENEFICIARIA,

RECENTIORIBUS CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS, Rotalibus Deciſionibus, Sacrarumque Congregationum Declarationibus, Decretis, atque Reſponſis, Summorumque Pontificum Gratiis, ac Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ Supplicationum, atque Bullarum formulis, Dubiorum quoque in dies occurrentium Reſolutionibus firmata,

CANCELLARIAE APOSTOLICAE NOTABILIBUS PERORNATA.

Formuliſque Beneficialibus pro ipſius Praxis germana, tutaque intelligentia locupletata, recentiorique ſtylo Datariæ in reſignationibus Beneficiorum, necnon annuarum penſionum, ac fructuum reſervatione illuſtrata.

ADDITO QUINTO LIBRO, ALIAS NON IMPRESSO, accuratèque veteri Indici novo inſerto, juxtà ordinem materiarum.

VENETIIS, M.DC.XCIX.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

A U C T O R I S

P R O OE M I U M.

PRodit iterum in lucem (Benigne Lector) Praxis hæc Diſpenſationum Apoſtolicarum, utillimis referta Additionibus, & Quinto Libro circa Beneficiorum Eccleſiaſticorum reſignationes praximque modernam Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ in penſionum reſervationibus, ac translationibus nunc primum locupletata; diverſis diverſa parantibus, apprimè neceſſaria. Ut autem, quod luce clarius eſt, non diſſimuletur, quis ignoret, præſens ſæculum, ſcientiarum claritate, ſupra omnes ſuperiores ætates, quaſi inter aſtra, Solem præfulgere; ac priſcis illis Athenis, è quibus Orbi toto ſapientiæ lux è proprio veluti fonte, refulſit, meritò comparari? Quàm verò mei ingenii hebetudo ejuſmodi fulgoribus, ceù ante conſpectum Solis noctua cœcutiat, æquior teſtis ipſe ſum, quàm ut Criticus quilibet teſtari poſſit. Verùm, cùm Praxis mea hæc beneficiaria, quam (divina aſpirante gratia) aggredior, nulla alia humano uſui frequentior ſit, ut optimè, inter cæteros notat Lotter. *de re benef. in apparatu, numer.* 1. ut tamen dubitantium ſupercilio quoquomodo ſatisfiat, cur ſcilicet, etiam Urbi Romæ, meas haſce lucubrationes afferri cenſere poſſim, ubi fulgentiſſimarum mentium judicio, partus mei hebetes acies opponere temerarium videtur: accipe quæſo quid afferam. Cùm enim omnes, qui de humanis actionibus ſcripſerint, de Republ. benemeriti cenſeantur, iis præſertim hoc honore digniſſimi, viſi ſunt, qui illarum praxes tradidere; tum quia fruſtrà rectè alicujus operationis natura dignoſcitur, ſi totum id praxi minimè aſtruere dignoſcatur; tum quia, cùm univerſum jus eò tendat, ut humanæ actiones ad bonum politicum dirigantur, ejus actionis directio practica, univerſum jus contineat, neceſſe eſt. Hinc egregiè docuit Bald. *in cap. ex tenore, num.* 2. *verſ. item ibi, de teſt.* tunc fructus ex arbore colligi, cùm vera legum interpretatio à practica deſumitur: multa namque ex uſu, & praxi habemus, quæ jurium interpretibus fuerunt incognita, ut benè tradit Rebuff. *in ſua prax. tit. de union. num.* 1. imò verò quando res eſt dubia, id Judex facere debet, quod ſolitum eſt fieri, prout dixit Dec. *in cap.* 1. *num.* 22. 1. *lect. de conſtit. & conſ.* 11. *num.* 10. ait, tantam eſſe practicæ vim, ut etiam reſcriptum Principis per illam interpretetur; quod etiam dixit Guido Pap. *deciſ.* 402. *n.* 3. cùm etenim ipſius Principis declaratio in aliqua parte defecerit, ob idque de illius reſcriptorum interpretatione dubitari contigerit, ad illius praxim recurritur, & obſervantiam; quæ ſatis declarat mentem concedentis, *arg. ſi ſervus plurium*, §. *fin. de leg.* 3. Rot. *deciſ.* 571. *n.* 3. *p.* 1. *diverſ.* & generaliter, quælibet diſpoſitio declaratur per ſubſequentem obſervantiam; ſic & privilegium; quod ſi declaratione indigeat, declaratur ex obſervantia ſubſequuta; cùm illa dicatur, etiam privilegiorum interpres, ſicut etiam in Conſtitutionibus declarandis, per ea, quæ congerit Barboſ. *in prax. exig. penſ. qu.* 6. *num.* 50. *cum plurib. ſeqq.* quinimò, etiam ipſam legem declarat, prout & Papæ intentio ex ipſa obſervantia deſumitur, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 9. § 2. *num.* 62. *cum plurib. ſeqq.* cùm nihil de jure obſervetur, quin ſit in praxi; ab eaque norunt omnes haudquaquam eſſe deflectendum, *l. uſitatiſſimum*, & ibi Bald. *de excuſ. tut.* unde, non immeritò ipſam obſervantiam, Reginam interpretationum appellarunt DD. Non igitur nota aliqua dignus ſum, qui praxim hanc tractandam ſuſcipere propoſui, tum ad humanæ actionis directionem, tum ad legum ipſarum, ſacrorumque Canonum intelligentiam tantoperè, circa materiam, quæ proponitur, neceſſariam, quæ ſuis nititur fundamentis; cùm Beneficialia Reſcripta ſemper ferè per Cancellariam Apoſtolicam tranſire, neminem lateat; cujus ſtylus à jure proceſſit, ut benè docuit Staphil. *de litter. grat. in tit. de leg.* §. *ſupereſt, verſ. ult.* cujus obſervantia, cùm plena examinatione juſtitiæ ſuſcepta eſt; quod quidem ignotum haud extitit Sarnen. *ſuper reg. de impetr. benef. per obit. famil. Card. vacan. qu.* 3. *n.* 3. proindeque quamplurimos, etiam antiquorum Curialium, in hoc ſtylo, & obſervantia plurimùm decipi, non ignoramus; dum generaliter, atque indiſtinctè, ſive oretenus, ſive in ſcriptis, qualibet in re ajunt, ita ſe habere Romanæ Curiæ ſtylum; quaſi ad hanc ipſorum allegationem ſit unicuique ſilendum. Hi etenim non hactenus exploratum habent, quid ad obſervantiam, ſeù ſtylum inducendum, requiratur. Ipſe verò, cùm de ſtylo Curiæ, circa Praxim Beneficiariam, alloquor, de antiquo, firmo illo quidem, ac fixo, intelligo; prout ſupponit etiam Alber. *in ſuo dict. verbo ſtylus;* ut enim antiqui, ac periti ajunt Curiales, quo ſtylus, praxis, & obſervantia antiquiores, eò tutiores ſunt: jure etenim cavetur, ut nunquam ab iis recedatur, quæ diù certam interpretationem receperunt, juxtà text. in *l. quod ſi nolit, ff. de edil. edict. & in l. minimè mutanda ſunt, ff. de leg.* Nititur enim potiſſimum Praxis hæc Notabilibus ipſius Cancellariæ (ſic communiter nuncupatis) quæ, opera, ſtudioque Illuſtriſſimorum, ac Reverendiſſ. Dominorum Abbreviatorum Littera-

rum

rum Apoſtolicarum Majoris Præſidentiæ, necnon Excellentiſſimorum, etiam Aulæ Conſiſtorialis Advocatorum, trecentis ferè annis in quotidiana praxi deducta; quin ex utriuſque juris viſceribus extracta ſint, nemo eſt qui ambigat; ac manuſcripta in dies per omnium Curialium manus, oraque circumferuntur, atque in Sacro Rotæ Auditorio ad verbum allegantur; prout ex tot Sacrę Rotæ Deciſionibus rectè patet intuenti. Recentioribus etiam Conſtitutionibus Apoſtolicis, Rotalibuſque Deciſionibus, Sacrarumque Congregationum Declarationibus, Decretis, atque Reſponſis, Litteriſque, ſive mandatis, Dubiorum etiam in dies occurrentium Reſolutionibus, ad ſenſum Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicę, juxtà earumdem ſtylum, receptamque praxim inconcuſsè ſervatam, firmata. Beneficialibus non vacua Formulis, tum ſupplicationum, tum Litterarum Apoſtolicarum, pro ipſius Praxis germana intelligentia, locupletata, illarumque Clauſularum, & Decretorum, etiam ex ipſius Rotę voto, interpretationibus, peroranata.

Ad hęc cęterorum virorum, qui in hac materia Beneficiaria, tam pręclarè ſcripſerunt, fragmenta aliqua ſpicarum, poſt collectam ab eiſdem meſſem, omiſſarum, ne perirent collegi; ipſiuſque Rotę Deciſiones, tum integras, tum truncatas Doctorumque claſſicorum dicta, ac ſententias non ſemel in medium etiam repetita, reperies; quod quidem conſultò factum eſſe exiſtimabis; nunquam enim dicitur, quid ſuperfluum, quamvis pluries idem, etiam de verbo ad verbum repetatur, quando materia ſubjecta id poſtulat, ut eſt *text. in leg. mulieres, C. de dignit.* cum aliis adductis per Gonz. *d. reg.* **8.** *gl. 6. verſ. nec dicitur*; ac etiam, ut cum ſimplex Curialis, qui eò gaudet paucitate librorum, quo ſe gravi negotiorum mole noverit preſſum, abſque alia chartarum revolutione, quidquid ſibi in hac praxi occurret, inveniat: namque pręter theoricam cum praxi conjunctam, formulas ipſas de more, uſu, conſuetudine, ac ſtylo Romanę Curię fabricatas, atque receptas, & à tot practicis, peritiſque viris, maximo ingenio, maturitate, eruditione, concinnoque ſtylo conceptas, optimèque digeſtas, reperies; hanc profectò Praxim reddentes clariorem: quę quamplurimis quoque illuſtrata exemplis, veluti tutiſſima navis, vaſtum illius pelagum navigando, in veritatis portum tutò deducit. Ex quarum quidem Clauſulis, etiam exequutivis, necnon Decretis, Reſtrictivis, cęteriſque in eis contentis, dignoſcitur apertè, quàm in ipſa Romana Curia ſacri Canones, Imperialeſque Leges obſerventur, declarentur, atque perfectiſſimè practicentur. Cęterùm verò, ſi fortè lucubrationes ipſas, elevati ingenii viris, tædium potius allaturas, quàm quidquid aliud parituras quis arbitrabitur, ceſſabit illud tamen, quando circa materiam, quę proponitur, in facto pulſati, accurata exquiret indagine juris aperti deciſionem, ac praxim individuam: Accidit enim benè valentibus, quod ea ſępè faſtidiunt, quę poſtea ægrotantes adorant, ut ait Felin. *in c. cùm ordinem, ſub num.* 3. *ante verſ. limitata cauſa, de reſcrip.* Nam etſi levia quędam reperies, quę pro ſimplicibus Curialibus proponuntur, quibus juxta dictum Apoſtoli, debitores etiam ſumus, graviora, tamen non deſunt, quę tot annorum curriculo à peritiſſimis, antiquiſſimiſque Romanę Curię viris, in hac materia apprimè verſatis, non oſcitanter, in ea, tam in theorica, quàm in praxi, me profiteor didiciſſe, juxta text. in *l. ſi aviam*, ibi, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes, facilè cognoviſſes, *C. de ingen. & manum.* quod etiam ait id Staphil. *de litter. grat. in tit. de commiſſ. num.* 101. *in fin.* ex eo quod, ut benè notat Flaminius Pariſius Comprovincialis meus, *in tract. de reſig. benef. lib.* 3. *q.* 6. *n.* 28. credendum eſt peritis, in materia Beneficiali. At verò ubi meas hic vires deficere agnoveris, illud potiſſimùm prę oculis habere non dedigneris, nempe Scriptorem nullum ſine reprehenſione tranſiſſe, ut etiam dixit Gonz. *in d. reg.* **8.** *gloſ.* 67. *nu.* 70. Quòd ſi me in aliquo reprehenſibilem judicaveris, reprehendi non abnuo. Unum tamen Amice moneo, ut me eo affectu reprehendas, qui te in aliena reprehenſione, irreprehenſibilem reddat. Vale.

I N.

INDEX
LIBRORUM, ET CAPITUM
PRAXIS BENEFICIARIÆ.

LIBER PRIMUS.

De Beneficii Eccleſiaſtici Definitione, Requiſitis, ac Praxi. Cap.I. fol.1.

Praxis Primi Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, ſcilicet, quod illud ſit Epiſcopi auctoritate fundatum. Cap.II. fol.2.

Praxis Secundi Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, videlicet, quod illud habeat aliquid Spiritualitatis annexum. Cap.III. fol.6.

Praxis Tertii Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, nempe, quod illud conferatur ab Eccleſiaſtica perſona. Cap.IV. fol.7.

Praxis Quarti Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, ideſt quod illud conferatur Clerico. Cap.V. fol.10.

Praxis Quinti Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, ſcilicet, quod illud ſit perpetuum. Cap.VI. fol.25.

LIBER SECUNDUS.

Praxis Requiſitorum eſſentialium ad Erectionem Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ. Cap.I. fol.35.

Praxis Erectionis Dignitatum in Cathedralibus, ac Sæcularibus, & Collegiatis Eccleſiis. Cap.II. fol.40.

Praxis Erectionis Canonicatuum, & Præbendarum in Cathedralibus, ac Sæcularibus, & Collegiatis Eccleſiis. Cap.III. fol.43.

Praxis Erectionis Officii Pœnitentiarii in Cathedralibus Eccleſiis, cum unione Præbendæ. Cap.IV. fol.48.

Praxis Erectionis Præbendæ Theologalis, ſeu Lecturæ in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis. Cap.V. fol.54.

Praxis Proviſionis, ac Retentionis Canonicatus, & Præbendæ, inſimul cum Dignitate in eadem Eccleſia, ex conſuetudine, & ſine Diſpenſatione. Cap.VI. fol.59.

Praxis Conceſſionis Indulti, quod Eccleſia non poſſit erigi, neque impetrari in titulum Beneficii Eccleſiaſtici. Cap.VII. fol.65.

Praxis Suppreſſionis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, eorumdemque fructuum applicatione. Cap.VIII. fol.66.

Praxis Exiſtentiæ, ſive Probationis Collegialitatis Eccleſiæ Sæcularis. Cap.IX. fol.75.

Praxis Collationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, certo generi Perſonarum, debitæ. Cap.X. il 1. fol.78.

Praxis Collationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, certum Ordinem actu, ſive aptitudine requirentium. Cap.X. il 2. fol.84.

Praxis Reductionis Oneris Miſſarum, etiam in limine fundationis Beneficii Eccleſiaſtici, impoſiti. Cap.XI. fol.92.

Praxis Derogationis fundationis Beneficii Eccleſiaſtici in illius Collatione. Cap.XII. fol.99.

Praxis Reſervationis, & Collationis Dignitatum in Cathedralibus, ac Sæcularibus, & Collegiatis Eccleſiis. Cap.XIII. fol.110.

Praxis Conceſſionis indulti deferendi Inſignia pro Canonicis, & Dignitaribus Cathedralium, ac Sæcularium, & Collegiatarum Eccleſiarum. Cap.XIV. fol.117.

Praxis Facultatis erigendi Sæculares, & Collegiatas Eccleſias, cum unione Beneficiorum, &c. Cap.XV. fol.128.

Praxis Secundæ Partis Supplicationis pro Erectione Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ, cum Clauſulis exequutivis. Cap.XVI. fol.142.

LIBER TERTIUS.

Praxis Erectionis Parochialium Eccleſiarum, Apoſtolica auctoritate factæ, cum Reſervatione Juriſpatronatus, ac Proviſione. Cap. I. fol. 161.
Praxis Erectionis Parochialium Eccleſiarum, Ordinaria Auctoritate factæ, cum proviſione. Cap. II. fol. 163.
Praxis Proviſionis Parochialium Eccleſiarum per concurſum. Cap. III. fol. 169.
Praxis Relationis Examinatorum, circa idoneitatem concurrentium ad Parochiales Eccleſias, & appellationis à mala Epiſcopi electione. Cap. IV. fol. 184.
Praxis Narrativæ Supplicationis pro impetratione Parochialis Eccleſiæ, Sedi Apoſtolicæ reſervatæ. Cap. V. fol. 191.
Praxis Acceptationis, & Recognitionis Gratiæ Alternativæ Menſium, juxta regulam 9. Cancellariæ Apoſtolicæ. Cap. VI. fol. 196.
Praxis diſpoſitivæ Supplicationis pro Collatione Parochialis Eccleſiæ Reſervatæ. Cap. VII. fol. 215.
Praxis Clauſularum Secundæ Partis Supplicationis pro collatione Parochialis Eccleſiæ Reſervatæ. Cap. VIII. fol. 222.
Praxis Erectionis, & Collationis Vicariarum perpetuarum in Parochialibus Eccleſiis. Cap. IX. fol. 231.

LIBER QUARTUS.

Praxis Erectionis Beneficii, cum Reſervatione Juriſpatronatus. Cap. I. fol. 239.
Praxis Præſentationis ad Beneficium Juriſpatronatus, illiuſque Clericalis, & Laicalis Exiſtentia. Cap. II. fol. 241.
Praxis Admiſſionis, & Acceptationis præſentationis ad Beneficium Juriſpatronatus. Cap. III. fol. 255.
Praxis Probationis exiſtentiæ, & Pertinentiæ Juriſpatronatus. Cap. IV. fol. 260.
Praxis Translationis Juriſpatronatus. Cap. V. fol. 269.
Praxis exiſtentiæ Idoneitatis Præſentati ad Beneficium Juriſpatronatus. Cap. VI. fol. 277.
Praxis Inſtitutionis in Beneficio Eccleſiaſtico faciendæ, etiam per Inferiorem ex privilegio, &c. Cap. VII. fol. 287.
Praxis Erectionis Seminarii Puerorum Eccleſiaſtici, ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 23. cap. 18. de Reformat. Cap. VIII. fol. 296.

LIBER QUINTUS.

Praxis Supplicationis pro admiſſione Reſignationis Beneficii Eccleſiaſtici, cum Reſervatione Penſionis, ac nonnullarum Clauſularum illius Primæ Partis. Cap. I. fol. 307.
Praxis Reſervationis Penſionis annuæ ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ex cauſa oneroſa, ſcilicet Reſignationis, &c. Cap. II. fol. 327.
Praxis Reſervationis Penſionis annuæ ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, de conſenſu, ſeu ex cauſa lucrativa. Cap. III. fol. 330.
Praxis caſſationis, & extinctionis Penſionis annuæ ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici reſervatæ, etiam cum reſervatione alterius ſimilis. Cap. IV. fol. 333.
Praxis Translationis Penſionis annuæ, ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervatæ, ex Indulto Summi Pontificis. Cap. V. fol. 336.
Praxis Exequutionis Facultatis transferendi Penſionem ſuper Fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervatam. Cap. VI. fol. 346.
Praxis Diviſionis terminorum, ac temporis ſolutionis faciendæ Penſionis annuæ, ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici reſervatæ. Cap. VII. fol. 364.

FINIS.

PYRRHI

PYRRHI CORRADI
PRAXIS
BENEFICIARIÆ.

Liber Primus.

CAPUT I.

De Beneficii Eccleſiaſtici Definitione, Requiſitis, ac Praxi.

SUMMARIUM.

1 *DEfinitionis virtus.*
2 *Beneficii Eccleſiaſtici definitio.*
3 *Definitio optima, quæ convertitur cum ſuo definito.*
4 *Origo Beneficiorum Eccleſiaſticorum.*
5 *Beneficia Eccleſiaſtica ſunt inſtituta de jure poſitivo.*
6 *Papa poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de jure poſitivo.*
7 *Diſpenſat tamen regulariter ex juſta cauſa.*
8 *Supplicationes beneficiales quandoque per Officiales Dataria Apoſtolica rejiciuntur.*
9 *Dataria Apoſtolica Officiales ſunt Papa vocis, & mentis Oraculum.*
10 *Fundationes beneficiorum Eccleſiaſticorum Papa ſervari ſtudet.*
11 *Et quare.*
12 *Beneficia eccleſiaſtica ex quinque requiſitis conſtant, & quænam illa ſint.*
13 *Requiſita ubi plura ſimul requiruntur, uno deficiente, nihil dicitur actum.*

PRAXIM Beneficiariam agreſſurus, cum
à rei definitione oporteat exordiri, teſte
Cic. *de offic. in princip.* ut illud, quòd di-
1 ſputatur, rectè ſciatur, cum ea ſit defini-
tionis virtus, rationem, quæ dat eſſe
rei, ejuſque ſubſtantiam demonſtrare,
juxta text. *in leg. 1. ff. de juſt. & jur.* Paul.
Caſtr. *in leg. tugurii ff. de verbor. ſignific. & in leg. 1. §. dolum, ff. de dolo*, Dec. *in leg. omnis definitio, ff. de reg. jur.*
nullam aliam beneficii Eccleſiaſtici definitionem afferen-
dam duxi, præter eam, quæ ejuſdem beneficii naturæ,
quidditati, & eſſentiæ noſcitur convenire. Proindeque
ſuperfluis definitionibus hic omiſſis, ſic illud, cum cæte-
ris ſcribentibus placuit definire, nempè, quòd ſit jus perci-
2 piendi fructus ex bonis Deo dicatis, Clerico propter divi-
num officium competens, quæ quidem definitio optima
3 eſt, ex eo quòd bene convertitur cum ſuo definito, ad not.
per Bald. *in leg. maximum vitium, C. de libr. præter.* Bart.
in leg. 1. ff. de teſtam. Jaſon. *in leg. ſi is, qui, num. 38. ff. de uſucap.* gloſ. *in leg. fin. ff. de verbor. ſignific. & in leg. 1. ff. de cap. diminut.* idem Bart. *in l. 1. ff. de teſtam.* idem Caſtr. *in l. ſi quis ſervo, num. 4. ff. de furt.* Alexand. *in leg. 1. ff. de acquir. poſſ.* quòd quidem ſatis etiam congruit ipſius benefi-
cii origini; etenim cum conſtet, in primitiva Eccleſia nul-
lum adfuiſſe beneficium; ex eo quòd omnes Chriſtiani
propria vendebant, & offerebant ad pedes Apoſtolorum,
videntes poſtmodum ſatis Reipublicæ expedire, ſi prædia
emerentur, & ex eorum fructibus pauperes alerentur, ea
empta ſunt, Cathedralibuſque Eccleſiis applicata, ut eo-
rum fructus per Epiſcopos in pauperes diſtribuerentur, *ut in cap. dilectiſſimis, & in cap. videntes 14. quæſt. 1.* poſtmo-
dum verò, ſucceſſu temporis cœperunt. Eccleſiæ ædifica-
ri, illiſque dotes pro miniſtrorum alimentis aſſignari, ut 4
in cap. nemo, de conſecrat. diſt. 1. & plenè per Gamb. *de authorit. leg. à lat. lib. 5. nu. 37. & 39. cum ſeqq.* & alios, quos
congerit Garc. *de benef. p. 1. cap. 1. nu.* 10. lectorem nihilo-
minus ad Joan. Selva *eod. tract. p. 1. quæſt.* 1. remittendo,
quippè qui opulenter, plenaque manu ibi varias beneficio-
rum definitiones congeſſit.

Qua quidem definitione ſic tradita, poſtulat eadem pra-
xis, ut æque præponatur, ex quibuſnam ſubſtantialibus
requiſitis, beneficium ipſum Eccleſiaſticum conſtare di-
gnoſcatur; necnon quo pacto Summus Pontifex in bene-
ficiorum hujuſmodi collationibus, cæteriſque diſpoſitio-
nibus adverſus prædicta illorum ſubſtantialia requiſita di-
ſpenſare, ſeu aliàs quoquo modo diſponere contingat; fir-
ma tamen ſemper remanente ipſius beneficii natura, at-
que ſubſtantia, licèt aliquatenus alterata, ſeu immutata;
cum in beneficialibus pleniſſimam ipſe habeat poteſtatem;
eorumdemque beneficiorum ſit Dominus abſolutus, ac
diſpenſator *c. cuncta per mundum, 9. q. 3.* Archid. *in cap. 1. in fin. 16. quæſt. 7.* cum hujuſmodi beneficia ſint ordinata, &
inſtituta de jure poſitivo, ut probantur *in cap. 1. juncta gloſ.*
13. quæſt. 1. Abb. *in cap. conſtituens, num. 13. de relig. dom.* 5
& in cap. extirpanda, §. qui verò num. 2. de præb. Joan. Sel-
va *dicta part. 1. quæſt. 4. num.* 22. & 23. Idemque Pontifex 6
poſſit diſpenſare in his, quæ ſunt juris poſitivi, ut eſt com-
munis opinio, teſte Pariſ. *de reſign. benef. libr. 5. quæſt. 7.*
numer. 127. licèt regulariter non diſpenſet, niſi juſtis ad id
ſuadentibus cauſis, proindeque, ſicut quotidiano experi- 7
mento edocti ſumus, quamplurimos libellos, ſive ſuppli-
cationes beneficiales rejici vidimus per Dominum Data- 8
rium, aliosque Datariæ Apoſtolicæ Officiales, qui ſunt ip- 9
ſius Papæ vocis, & mentis Oraculum, Caſſad. *deciſion.*
2. num. 7. de union. & dec. 3. num. 3. ante med. de reſervat.
Potiſſimum verò ubi circa hujuſmodi beneficia Eccleſiaſti-
ca, agitur de fundatoris, ſive teſtatoris voluntate mutan-
da, ſeu alteranda, quàm pro poſſe ipſemet Papa, etiam
quoad ipſius beneficii Eccleſiaſtici accidentarias qualitates
ſervari ſtudet; quatenus ipſi fundatores, ſeu teſtatores ju- 10
ra eorum votis, ac deſideriis aſſiſtere cernentes, ferven-
tius, ac animoſius ad Eccleſiarum fundationes, atque do- 11
tationes inducantur, ut dixit Felin. *in tract. quando litter. Apoſtolic. noc. patr. Eccleſ. ſub numer. prim. verſ. corroborari.*

Ut igitur præmiſſorum ratione liqueat, ex quibus bene-
ficium ipſum, extremis, ſive requiſitis neceſſariis conſta-
re oporteat, præponenda ſunt illa ſigna quæ per omnes ferè
DD. ad id conſiderantur, nimirum ratione perſonæ con-
ferentis, illius, cui illud confertur; modi, quo confertur,
oneriſque illi annexi, ut dixit Barbat. *in Clementin. cauſam, §. quid ſi forſan numer. 27. cum ſeqq. de elect.* Abb.

conſil. 47. colum. 1. libr. 1. cum aliis relatis per Cæſar. de Graſſ. *deciſion. 13. num. 3. de præb.* Indeque quinque requiſita cum ſuis declarationibus eliciuntur, quorum Primum
12 eſt, quòd beneficium ipſum ſit Epiſcopali authoritate fundatum: Secundum, quòd habeat aliquid ſpiritualitatis annexum: Tertium, quòd conferatur à perſona Eccleſiaſtica: Quartum, quòd conferatur Clerico: Quintum quòd
13 ſit perpetuum. Quare ſi unum tantummodò, ex prædictis requiſitis deficiat, profectò beneficium Eccleſiaſticum dici non poteſt, ſed omnia inſimul requiſita prædicta concurrere debent; ubi etenim plura requiruntur ad eſſentiam formalem alicujus rei, uno deficiente, nihil dicitur actum, *lege ſi unus Cod. de teſtam.* Bartol. *conſil.* 113. cum pluribus adductis per Lambert. *de jurepatr. par. 1. lib. 1. 3. art. 9. qu. princip. num. 11. verſ. nam ubi plura.* quare pro ſingulorum ſignorum, ſive requiſitorum hujuſmodi declaratione, etiam pro eo, quod hæc noſtra praxis requirit, duximus, ut infra, procedendum.

CAPUT II.

Praxis Primi Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, ſcilicet, quòd illud ſit Epiſcopi authoritate fundatum.

SUMMARIUM.

14 *Beneficium Eccleſiaſticum Epiſcopi authoritate erigendum.*
15 *Teſtatorem noluiſſe fundare beneficium Eccleſiaſticum, quomodo dignoſcendum.*
16 *Beneficium Eccleſiaſticum quocunque nomine nuncupetur, curandum non eſt, ſi tamen conſtet de ſuis neceſſariis requiſitis.*
17 *Natura rei attenditur, non autem vis in nomine.*
18 *Altaria erecta de conſenſu Epiſcopi, ſi dentur in titulum, ſunt beneficia Eccleſiaſtica.*
19 *In partibus Alemaniæ habentur pro beneficiis Eccleſiaſticis.*
20 *Onus ſimplex celebrationis miſſarum non efficit beneficium Eccleſiaſticum.*
21 *Collatio ubi non cadit, non dicitur beneficium.*
22 *Onus adminiſtrandi bona, & celebrari faciendi miſſas, etiam cum denominatione Capellaniæ, ſi deficiant requiſita, non dicitur beneficium, & n. 57.*
23 *Etiam ſi Epiſcopus conceſſerit facultatem eas celebrandi.*
24 *Patronus quomodo poſſit impedire collationem legati cum onere celebrandi miſſas.*
25 *Capellania non collativa non poteſt permutari tanquam beneficium Eccleſiaſticum.*
26 *Nec impetrari in titulum beneficii contra voluntatem teſtatoris.*
27 *Reſervatio menſium non capit ſimplicem deputationem ſacerdotis ad celebrandum miſſas.*
28 *Beneficium Eccleſiaſticum non faciunt terræ, ſeu poſſeſſiones, niſi concurrat conſenſus Ordinarii.*
29 *Legatum factum cum onere celebrandi miſſas, eſt quid laicale, & temporale, & num. 39.*
30 *Beneficii qualitas attenditur ex fundatione, & erectione cum conſenſu Ordinarii.*
31 *Status ultimus beneficii attenditur in dubio, ſecùs verò quando conſtat de anteriori.*
32 *Collatio in ſuum neceſſarium antecedens requirit exiſtentiam beneficii.*
33 *Legata pia non dicuntur beneficia Eccleſiaſtica in titulum collativum erecta à Papa, vel ab Ordinario juſta exiſtente cauſa.*
34 *Fercula quæ dicantur ex Cancellaria Apoſtolica.*
35 *Non tenetur per alios, quàm Canonicos.*
36 *Capellaniam impetrans, debet probare illam eſſe beneficium Eccleſiaſticum.*
37 *Rebuffi ſententia, nempè, quòd illa pars redditu um, quæ datur Miniſtro Eccleſiæ dicitur beneficium, reiicitur.*
38 *Capellaniæ etiam perpetuæ fundatæ ſine authoritate Ordinarii, manent ſub pia diſpoſitione fundatoris, & hæredum,*
40 *Beneficium dici non poteſt ante approbationem Epiſcopi.*
41 *Inſtitutio ſola Ordinarii in beneficio, non arguit illud fuiſſe erectum illius authoritate.*
42 *Beneficium Eccleſiaſticum dici impoſſibile eſt ſine conſenſu Epiſcopi.*
43 *Sed donec conſenſus interveniat, res ſtat in pendenti.*
44 *Capellania, etiam perpetua ad vitam Capellani, qui ad illius titulum poteſt ad ſacros ordines promoveri, non dicitur beneficium ſine authoritate Epiſcopi.*
45 *Sed perinde eſt, ac ſi talis Capellanus ad titulum patrimonii promovetur.*
46 *Ordinari non poteſt quis ad titulum beneficii amovibilis, licet collativi, & quare, n. 47.*
48 *Titulus ad ordines debet eſſe perpetuus, tàm ex parte dantis, quàm recipientis.*
49 *Capellania, licèt collativa ad nutum tamen amovibilis non deſervit pro titulo ad ordines.*
50 *Ordinatus ad titulum officii Eccleſiaſtici non perpetui, poteſt illud à ſucceſſore auferri, & quarè.*
51 *Capellani ad nutum amovibiles non juvantur quaſi poſſeſſione prædeceſſorum, cum non habeant titulum.*
52 *Epiſcopus, conferendo beneficium Eccleſiaſticum, non cenſetur illud approbare, niſi illius conſenſus collationem præcedat.*
53 *Bona relicta Altari pro celebratione miſſarum non faciunt beneficium ſine conſenſu Epiſcopi.*
54 *Etiam ſi ex conjecturis appareat, teſtatorem intendere beneficium erigere.*
55 *Capellania non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, cum illius proviſio ex diſpoſitione teſtatoris ad laicos ſpectet.*
56 *Beneficium ſine Canonica inſtitutione obtineri non poteſt.*
58 *Legata pia, & ſimplices Capellaniæ pro celebrandis miſſis non cadunt ſub ſpoliis, & invehitur in Commiſſarios, & Subcollectores exigentes introitus dictarum miſſarum.*
59 *Capellania ex unica collatione Ordinarii cenſetur beneficium.*
60 *Fundatorem, ſi appareat voluiſſe fundare Capellaniam non collativam, non refert lapſus 40. annorum ad illius ſtatum immutandum.*
61 *Ultimus ſtatus non prodeſt, quando conſtat de legitimo ſtatu præcedente.*
62 *Collatio facta tanquam de beneficio perpetuo, licèt tale non ſit, ſuſtinetur, ſi non doceatur incontinenti de ſtatu contrario.*
63 *Res tota judicatur ex præſentaneo ſtatu.*
64 *Ordinarii authoritas quomodo præſumatur in erectione beneficii.*
65 *Conſenſus Epiſcopi non requiritur in ampliatione Eccleſiæ, ſi jam ille in illius prima erectione intervenerit. Et quare, num 66.*

QUoad primum, ſcilicet, quòd tale beneficium ſit Epiſcopali authoritate erectum, ita docet gloſ. *in* 1
Clementin. 2. in fin. verbo, ſi beneficiorum, & ibi communiter DD. de decim. Felin. *in cap. ex parte 2. num. 2. de reſcript.* cum latè adductis in una *Auriaeen. Iuris nominandi 30. Ianuarii 1617.* penes Buratt. *deciſion. 224. numer. 1.* in qua fuit dictum, teſtatorem non erexiſſe beneficium dandum in titulum, ſed ſimplicem bonorum adminiſtrationem, ad effectum alendi ex ejus fructibus ſacerdotem eligendum per patronum, ad id deputandum, qui ad Altare, de quo agitur, quatuor miſſas in ſingulos menſes celebraret, quamdiù placuerit eidem patrono; ac inſuper ſpecialiter prohibuit, ne aliquis Epiſcopus, Vicarius, ac Officialis, ſive aliqua perſona cujuſvis gradus, generis, & conditionis valeat adminiſtrationem dictæ hæreditatis, & celebrationem dictarum miſſarum conferre, nec presbyterum ad id eligere, vel electum removere, aut in aliquo ſe intromittere, ſed patronum duntaxat id voluit pertinere, quæ omnia denotant dictam bonorum adminiſtrationem, non eſſe beneficium Eccleſiaſticum; ſed tantum temporalem, in laicum cadentem, ut declaravit Rota in una *Vlixbonen. Adminiſtrationis Capellæ, 16. Ianuarii 1591. coram Penia*; ac propterea ſubditur *in dicta deciſ. numer. 2.* quòd præmiſſa ideo non conveniunt beneficio Eccleſiaſtico ſæculari, quia illud inter cætera requirit, quòd ſit authoritate Ordinarii fundatum, Navarr. *conſ. 5. & 6. num. 1. de præb.* Rota *in una Metropolitan. Hebdomadaria 1. Iul. 1613. coram Manzane-*

zane-

zanedo. Quòd quidem nedum in ſimplicis beneficii nomi-
ne locum ſibi dignoſcitur vendicare, verùm etiam quo-
cumque nomine beneficium ipſum nuncupetur, ut ex plu-
ribus probat Gonz. *ad reg.8. Cancell.gloſ.7.num.17. & 18.*
dum ait, curandam non eſſe, quo nomine beneficium
nuncupetur, utrum beneficium præſtimonium, Capella-
16 nia, Officium, portio, ſive penſio, vel alio nomine vo-
cetur; cum nunquàm dicatur beneficium Eccleſiaſticum,
ſi conſueta requiſita non concurrant; quia non eſt vis in
17 nomine, ſed potius attendi debet natura rei, quàm ſimplex
nominatio, ut in *dicto numer.*18. Quòd quidem procedit,
etiam ſi teſtator in ſimplici legato cum onere miſſarum vo-
luerit, quòd ad illud debeat præſentari Clericus, ſive Sa-
cerdos ab Ordinario inſtituendus; quia nec propterea, ne-
que per quamcumque conditionem in teſtamento adie-
ctam, quæ videatur convenire beneficio Eccleſiaſtico, ſi
tamen non intervenit conſenſus Epiſcopi cum neceſſariis
requiſitis, tale legatum poteſt dici beneficium, quoties
conſtet de illius initio, & ordinatione teſtatoris, prout
fuit dictum in una *Melphiten. Oratorii* paulò inferius ad-
ducenda; nec proinde ſimilis diſpoſitio obnoxia eſt cæte-
ris ſolemnitatibus, ac requiſitis beneficiorum Eccleſiaſti-
corum quæ ipſius tantummodo beneficiis conveniunt, ſi
non adſit prædictus Ordinarii conſenſus.

Ac proindè ait Sarnen. *in reg. de ann. quæſt.*2. quòd ſi al-
taria erigerentur de conſenſu Epiſcopi, & darentur in titu-
18 lum, eſſent verè beneficia, de quibus quidem Altaribus,
ex frequenti illorum curſu in Cancellaria Apoſtolica cre-
bras vidimus fieri proviſiones, præſertim in partibus Ale-
19 maniæ, ubi Altaria habentur pro beneficiis Eccleſiaſticis,
& conferuntur in titulum, ut habetur, etiam inter *nota-
bilia ipſius Cancellariæ fol. mihi* 205. cum in illis concurrat
ratio, quæ in cæteris beneficiis, aliàs autem ſine hujuſ-
20 modi conſenſu, onus celebrandi, vel quid ſimile non effi-
cit beneficium Eccleſiaſticum, Rota *deciſion.* 254. *num.* 2.
*part.*3.*recent.* in qua fuit dictum, non obſtare, quòd Ec-
cleſia præſumatur erecta de licentia Ordinarii, quodque
ſtante dote, & onere ſpirituali annexo, aliiſque ſignis enu-
meratis per informantes, Capella, de qua agebatur, de-
buiſſet cenſeri beneficium Eccleſiaſticum collativum; quia
id repugnabat voluntati fundatoris, per quam excludeba-
tur qualitas beneficii collativi; ex eo quòd voluit, ut cu-
ſtodia, & ſollicitudo Capellæ cum libera adminiſtratione
hæreditatis illi relictæ, eſſe deberet in perpetuum penes
Abbatem N. ac proinde fuit tentum, quod ex his intentio,
& voluntas dicti fundatoris ſatis deprehenditur ad exclu-
dendum collatione dictæ Capellaniæ in titulum cum colla-
tione; quia collatio præſupponit, curam, & adminiſtra-
tionem eſſe debere integraliter penes beneficiatum abſque
21 ulla diminutione; undè excluſa collatione, non dicitur
propriè beneficium, ſed adminiſtratio, quæ longè diſtat à
beneficio, *ut in dicta deciſion. num.*3. & fuit etiam dictum
in una *Pacen.* penes Cavaler. *deciſion.* 639. *num.* 2. *cum duo-
bus ſeqq.*

22 Quarè ex onere adminiſtrationis, ſeu celebrari faciendi
miſſas, vel denominatione Capellaniæ, non oritur præ-
ſumptio beneficii Eccleſiaſtici collativi, non concurrenti-
bus neceſſariis, ut dictum eſt.

Quòd quidem eo uſque accipiendum eſt, etiam ſi repe-
riatur, quòd Epiſcopus conceſſerit facultatem celebrandi
23 miſſas ad hujuſmodi Capellam, ſeù Altare; quia neque per
hujuſmodi facultatem cenſetur illud, ſeù illam in benefi-
cium Eccleſiaſticum erexiſſe, aut inſtituiſſe; cum hujuſmodi
actus celebrandi cadat etiam in privatis Oratoriis, in qui-
bus non poteſt celebrari, niſi de ipſius Epiſcopi licentia, *cap.
ſi quis etiam de conſecrat. diſt.*1. cum aliis juribus allegatis
per Lotter. *de re benef. lib.*1. *qu.*5. *n.*65.

Quinimmò in caſu, quo jubet teſtator, quòd ex fructi-
bus bonorum relictorum, celebrentur annuatim miſſę pro
ejus anima, per Clericum à certo patrono nominandum,
poteſt etiam tunc patronus adjicere conditionem, quod
24 Epiſcopus non ſe intromittat ad conferendum Clerico præ-
dicto per patronum nominato, ac etiam declarare, quod
hujuſmodi Capellania non ſit ſervitium, ſed memoria, &
anniverſarium miſſarum; ita quod non ſolvatur ſubſidium,
prout ſolvi non debet ex his memoriis, quorum bona non
ſunt ſpiritualizata; quod quidem ſæpiſſimè fieri contingit
ab imperitis literarum vocantibus anniverſarium miſſa-
rum Capellanias, cum adjectione nonnullorum verborum,
ex quibus colligitur, quod mens relinquentis non fuit ali-
ter inſtituere Capellaniam, ſed anniverſarium miſſarum,
ut per Garc. *de benef. in addit. ad par.*1. *cap.* 2. *numer.* 107.
ex Perez de Lara *de anniverſar. libr.*2. *capit. primo à nu-
mer.* 10.

Porrò, ex hac ratione in ſupradicta Buratt. *deciſion.*224.
*num.*6. fuit concluſum ſimilis Capellaniæ permutationem
in manibus Ordinarii factam, tamquam de beneficio Ec- 25
cleſiaſtico, ac collationem inde ſequutam contra fundato-
ris diſpoſitionem, non potuiſſe ſubſiſtere in præjudicium
patronorum.

Et aliàs, cùm teſtator legaſſet nonnullos hortos cuidam
presbytero cum onere celebrandi miſſam qualibet hebdo-
mada, & poſt ipſius mortem, ut hæredes teſtatoris elige-
rent alium ſacerdotem, cui concederent illa bona per an-
nos decem cum prædicto onere, & ſucceſſivè alius elige-
retur poſt dictos decem annos; cum tamen poſtea comper-
tum eſſet, hoc tamquam beneficium ſæpius fuiſſe impetra-
tum, & hæredes teſtatoris impediebantur eligere ſacerdo-
tem *ex reg. de trien.* ac proinde dubitaretur, an illis obſtaret
d. reg. Rota reſpondit, non eſſe locum regulæ prædictæ,
quia non agebatur de beneficio, ſed de Oratorio privato,
ex eo, quod non intervenerat conſenſus Epiſcopi, ac pro-
inde non potuiſſe impetrari, nec conferri in titulum be- 26
neficii; quia licèt non ſit beneficium, eſt nihilominus ſer-
vanda voluntas teſtatoris, ut fuit dictum in una *Salerni-
tan. Oratorii*, quam refert idem Gar. *part.* 1. *capit.* 2. *nu-
mer.* 106.

Prætereà fuit aliàs ſubreptitia declarata quædam proviſio
Apoſtolica, facta tamquam de beneficio Eccleſiaſtico, cum
eſſet tantummodo quædam deputatio ſacerdotis ad tot miſ-
ſas celebrandas; quamvis talis presbyter objerit in menſe
Apoſtolico, cum non ageretur de beneficio, ſed de ſim-
plici deputatione ſacerdotis, quæ non cadit ſub reſervatio- 27
ne, prout non cadunt beneficia manualia, ſivè ad nutum
amovibilia, Rot. *deciſ.* 739. *num.*8. *part.*1. *diverſ.* Marius
Anton. *var. reſol. lib.*2. *reſol.*12. *caſu* 52. ubi habetur, quod
licèt ſacerdos deputatus ad prædictas miſſas ſic celebrandas,
fruatur quibuſdam terris, quæ videntur ſuccedere loco be-
neficii, ſecundum Fuſc. *de viſit. lib.*1. *cap.*20. *nu.*23. *& lib.*2.
*cap.*7. *num.*6. nihilominus verius eſt, quod terræ, ſeu poſ-
ſeſſiones numquam faciunt beneficium, niſi concurrat ti-
tulus perpetuus, ac interveniat inter cætera requiſita con- 28
ſenſus Ordinarii, qui hujuſmodi terras, ſeu poſſeſſiones eri-
gat in titulum beneficii.

Non enim omne legatum ſimpliciter factum cum onere
celebrationis miſſarum, niſi illud erigatur in titulum be-
neficii Eccleſiaſtici, ſive Apoſtolica, ſive ordinaria autho-
ritate, dici poteſt beneficium Eccleſiaſticum, nec proinde
tamquam tale impetrari, aut conferri poteſt: nec ſemel
vidimus hujuſmodi impetrationes, taliter factas, nullas,
& invalidas declaratas fuiſſe, & ſignanter declaravit Ro-
ta *in una Melphiten. Legati Pii de anno* 1629. *coram Duno-
zette*; namque cum quidam Angelus Muſſo in ſuo ultimo
teſtamento legaſſet quoddam prædium quibuſdam presby-
teris ſuis conſanguineis cum onere celebrandi nonnullas
miſſas, & juxta formam teſtamenti per plures annos, &
ſucceſſivè fuiſſent ad hujuſmodi legatum præſentati, & in
eo inſtituti omnes presbyteri ab eodem teſtatore ad illud
vocati; demum cum fuiſſet præſentatus quidam ſacerdos,
ante tamen illius inſtitutionem quidam Angelus Petronius
de prædicto legato, uti de beneficio vacante in menſe re-
ſervato per Sedem Apoſtolicam ſibi provideri obtinuit,
Rota tamen declaravit, dictam proviſionem Apoſtoli-
cam fuiſſe nullam; ex eo quod, licèt legatum fuerit fa-
ctum cum onere celebrandi miſſas, tamen non poteſt di-
ci beneficium Eccleſiaſticum, ſed eſt quid laicale, & tem-
porale, Felin. *in capit. ex parte* 2. *numer.* 2. *de reſcript.* 29
Navarr. *conſil.* 5. *numer.* 1. & *conſilio* 7. *numer. etiam* 1. *de
preb.* Gonz. *ſuper regul.*8. *& gloſ.* 5. *numer.* 20. Sarnen. *in
regul. de ann. quæſt.* 2. Guid. Papæ *deciſ.*187. *numer.*1. *& ſe-
quent.* Rota *in una Monopolitan. Hebdomada Veneris* 14.
Decembris 1612. *coram Manzanedo*, ea ratione quia di-
ctum legatum caret erectione, ſeu inſtitutione Ordinarij,
ſine qua beneficium Eccleſiaſticum ſuum eſſe non habet
idem Gonz. *dicta gloſ.* 5. *numer.* 6. *&* 7. Rota *deciſion.*509.
numer. 1. *part.* 1. *diverſ.* & licèt pro parte ſecundo dicti An-
geli allegaretur, quòd in proviſione facta ad favorem ul-
timi poſſeſſoris adſit inſtitutio Ordinarij, fuit tamen reſ-
ponſum, quòd in judicanda qualitate beneficii, erectio,
ſeu fundatio tantùm debet attendi, *cap. porro de privil.* Ro- 30

ta in Ripan. *Oratorii* 10. *Maii* 1591. *coram Gypſio*. Sicut
31 quòd oeque erat attendendus ultimus ſtatus, quia hoc pro-
cederet in re dubia, ſecus verò quando conſtat, prout hic,
de anteriori ſtatu, nempè laicalitatis, & temporalitatis, Rota
deciſion. 2. de præb. in nov. & deciſion. 188. *num. 1. circa med.*
verſ. quia licèt, par. 1. recent. ac proinde fuit concluſum,
quòd ſtante hujuſmodi temporalitate, & laicalitate prædicti
legati, erat locus diſpoſitioni teſtatoris, non autem collatio-
32 ni, & proviſioni Apoſtolicæ; cum collatio in ſuum neceſſa-
rium antecedens requirat exiſtentiam beneficii, quæ in præ-
ſenti caſu non aderat, ex iis, quæ jam ſupra dicta ſunt.

Ex his igitur, & aliis præmiſſis ſatis conſtat, hujuſmodi
legata non poſſe dici beneficia eccleſiaſtica, niſi in titulum
33 erecta fuerint, ſive à Papa, ſive ab Ordinario, aliqua inter-
cedente cauſa; potiſſimum autem in hoc Regno, in quo
per Summum Pontificem vidimus quamplurima legata,
etiam ampliſſimi redditus fuiſſe in titulum beneficiorum ec-
cleſiaſticorum erecta, & collata.

Ubi autem dicta prædia, aut alia bona, ſivè poſſeſſio-
nes, unita, ſeu addita fuerint alicui beneficio, tunc qui-
dem de eis judicandum erit, ſicut de beneficio. Unde
notat *Cancellaria Apoſtolica*, quòd aliàs fuit expedita pro-
viſio cujuſdam Ferculi, ſive additamenti, tanquam de be-
neficio, & in titulum beneficii, ſicut aliæ proviſiones; quod
34 quidem Ferculum ajunt eſſe certum additamentum præben-
da, & eſſe diſtincta Fercula à præbenda, & quod non
35 tenentur per alios, quàm Canonicos; nec ſunt unita
præbendæ, ſed per Canonicos tenentur, & dantur in ti-
tulum beneficii, ac conferuntur, & vacant, ſicut alia be-
neficia, & iſta Fercula ſunt poſſeſſiones, ſeu certi redditus
deputati pro ſupplemento, & additamento præbendarum
quæ dantur in titulum, & conferuntur, ut dictum eſt: &
quòd occurrit in iſtis Ferculis, ſicut in quibuſdam poſſeſſio-
nibus ſolitis dari in titulum beneficii, *ut in notab. ejuſdem*
Cancell. fol. mihi 192.

In propoſito igitur, in una *Volaterrana Capella*, *penes*
Seraphin. *deciſio.* 1095. tenuit Rota, impetrantem hujuſ-
modi Capellaniam debere ante omnia probare exiſtentiam
36 beneficii impetrati, & quòd ſit Eccleſiaſticum beneficium:
nam aliàs non datur vacatio, ut tenuit Rota in una *Iſpa-*
len. Beneficii 16. *Iunii* 1586. *coram Oriolen.* & in caſu dictæ
deciſionis Volaterran. nulla allata fuit collatio per Ordi-
narium, aut per Sedem Apoſtolicam; quinimò pro par-
te cujuſdam Confraternitatis docebatur de ultimo ſtatu
antiquiſſimo, qui conſideranda qualitate beneficii ſolet at-
tendi, & in primo dicta deciſione arguebatur, quandam Ca-
pellam, tanquam Oratorium ſimplex fuiſſe per longiſſimi
temporis ſpatium rectam, & gubernatam per Confratres
Laicos, abſque aliqua Epiſcopi authoritate, ut in *dicta deciſ.*

Quare non eſt audiendus Rebuff. *in ſua prax. tit. quid*
37 *ſit, & quot mod. dicat. benef. num.* 8. quatenus ait, quod il-
la pars redditutim, quæ datur miniſtro Eccleſiæ, dicitur
beneficium, & quod in jure canonico hæc obventionum
Eccleſiæ portio, quæ datur pro ſervitio, dicitur benefi-
cium; quia nihilominus aliter ſenſit Rota *deciſ.* 182. *num.*
5. par. 1. diverſ. per quam ſatis ſuperque declaratur hujuſ-
modi adminiſtrationes, ſeu redditus non eſſe beneficia
Eccleſiaſtica, ſed tantum quædam onera conſiſtentia in
celebrare faciendo certum numerum miſſarum ex redditi-
bus à teſtatore relictis.

Et probat idem Garc. *dicta par. 1. cap. 2. num.* 102. ſupra-
dictas Capellanias quantumvis perpetuas, fundatas, & or-
38 dinatas ſine authoritate Epiſcopi eſſe ſub pia diſpoſitione
fundatoris, & ejus hæredum, & ſucceſſorum, quia eas
poſſunt donare, etiam ſine conſenſu Epiſcopi; quibus vo-
luerint; dummodo ſint idonei juxta diſpoſitionem fundato-
ris, Navarr. *conſil. 5. & 7. num. 1. de præb.* & alii quos refert
idem Garc. *loc. cit. num.* 103.

Et alias in una *Melphiten. Legati pii* 24. *Ianuarii* 1629.
39 *coram Dunozetto*, quæ eſt *deciſion.* 238. *numer. 1. pag. 5. nu.*
1. diverſ. in recent. fuit dictum, quod licet legatum fuerit
factum cum onere celebrandi miſſas, tamen non poteſt di-
ci beneficium eccleſiaſticum, ſed eſt quid laicale, & tempo-
rale, quare dixit Felin. *in cap. ex parte 2. de reſcript.* ex Cal-
derin. *conſil. ultim. de jur. patron.* quod ad hoc, ut docen-
tur beneficia, & dotans fiat patronus, requiritur approba-
tio Epiſcopi, ſine qua nihil valent teſtatorum conventiones,
40 & quod non poteſt dici beneficium ante approbationem
Epiſcopi, & ita fuit etiam dictum in *dicta Monopol. Hebdo-*
made, quinimmò in eadem *Melphiten.* Legati *pii num.* 3.
fuit concluſum, non obſtante, quòd in proviſione facta
ad favorem ultimi poſſeſſoris, adſit inſtitutio Ordinarii,
quia in judicanda qualitate beneficii, attenditur tantum- 41
modo fundatio, ſeu erectio, per *tex. in cap. porrò, de pri-*
vileg. Rota *in una Ripan. Oratorii* 10. *Maii* 1591. *coram*
Gypſio num. 4. in qua fuit dictum, neque obſtare, quod
ſit attendendus ultimus ſtatus; quia hoc procedit in re du-
bia; ſecus verò quando clarè conſtat de anteriori ſtatu
laicalitatis, & temporalitatis, ut in caſu *d. deciſionis*, & ſic
eſt locus diſpoſitioni teſtatoris, non autem proviſioni A-
poſtolicæ, cum collatio in ſuum neceſſarium antecedens re-
quirat exiſtentiam beneficii, ut dictum eſt, & ait Gonz.
gloſ. 5. num. 22. alias etenim impoſſibile eſt, beneficium ec- 42
cleſiaſticum conſtitui, niſi interveniat Epiſcopi conſenſus,
ex adductis in *dicta Monopolitan. Hebdomada*, quare cum
dictus conſenſus, ſeu authoritas deſideratur, non eſt bene-
ficium, ſed ſtat in pendenti Rota *deciſion. 11. de jure patron.*
in nov. & deciſ. 442. num. 2. verſic. non obſtantibus, lib. 3. par.
3. diverſ. Addit. ad Buratt. *deciſion. 1. num.* 24. ubi, quòd
antequam conſenſus Ordinarii accedat, numquam dici po-
teſt beneficium, etiam ſi ſit Prælatus Epiſcopo inferior, dum-
modò habeat jura Epiſcopalia ex Lambert. *de jure patronat.*
libr. 1. par. 1. quæſt. 2. articul. 14. *& in una Faventin. Beneficii*
penes eundem Buratt. *deciſion. 61. num.* 5. ubi quòd non di-
citur beneficium, niſi ſequuta approbatione Epiſcopi, ſicut
dicimus, quod ſine prædicto conſenſu, nec aliquod jus pa-
tronatus acquiritur fundatori, Rota *deciſion. 361. numer. 3.* 43
par. 2. recent. quia dicitur tantum pia donatio, aut pium le-
gatum, ſi fortè pro miſſis celebrandis, vel pro anniverſa-
rio, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum ſit Barboſ.
in addition. ad alleg. 70. num. 23. verſic. poſſet tamen id. Na-
varr. *dicto conſil. 5. num. 1. de præb.* qui in caſu ſibi propoſito
reſpondit Capellaniam non eſſe beneficium eccleſiaſticum
authoritate juriſdictionis eccleſiaſticæ, ſed ſolum authorita-
te privatæ laicalis teſtatoris, qui ratione ſui patrimonii eam
conſtituit ſine ulla authoritate ordinaria, vel delegata juxta
ea quæ notantur *in cap. cum dilectus, de jure patron.* idem
Garc. *loco citato num.* 7. ubi improbat opinionem Zerol. *in*
praxi epiſ. par. 1. verbo beneficium, §. 1. in fin. quatenus ait,
de jure non poſſe ſtare, quòd Capellaniæ, ſeu Capellæ non
ſunt beneficia eccleſiaſtica, niſi ſint per Epiſcopum appro-
batæ. Et nihilominus verum eſt, quod hujuſmodi Capel-
laniæ non veniunt ſub nomine beneficii, etiam ſi illæ fuerint
perpetuæ videlicet ad uſum Capellani, qui illius redditi-
bus gaudet ipſius vita durante, etiam ex eo quod non ſit
ad nutum amovibilis; & quamvis hujuſmodi Capellanus
poſſit proinde ad illius titulum ad ſacros ordines pro-
moveri; ſicut quotidie practicari videmus; quia taliter
promotus non dicitur promoveri ad titulum beneficii, 44
nam talis Capellania non eſt collativa, nec habet requi-
ſita ad beneficium eccleſiaſticum, ſed perinde eſt, ac ſi
ordinaretur ad titulum patrimonii juxta diſpoſitionem 45
Concilii Tridentini ſeſſ. 1. capitul. 2. de reformat. & probat
etiam id. Garc. *dicta par. 1. cap. 3. nu.* 112. ut alias diximus.

Sicut è contra non poteſt quis ad ſacros ordines pro-
moveri ad titulum Capellaniæ, aut alterius beneficii ec-
cleſiaſtici ad nutum amovibilibus, quamvis collativi, ut 46
pariter dicendum eſt de Vicaria temporali, ad cujus ti-
tulum non poteſt quis promoveri, niſi ſit perpetua; quia
omnia beneficia manualia, & ad nutum amovibilia, non 47
poſſunt dici titulus ad quem poſſit ad ſacros ordines pro-
moveri, ita Majol. *de irregul. lib. 4. cap. 15. num.* 4. Pa-
riſ. *de reſign. benefic. lib. 2. q. 6. nu. 1. & 3.* idem Zerol. *p. 2. ver-*
bo, dimiſſoria, §. 9. cum aliis citatis per eundem Garc. *d. p. 1.*
cap. 3. num. 83. ſubdens *num. ſeq.* quòd titulus, ad quem
quis ordinari debet, neceſſe eſt, quòd ſit perpetuus tàm 48
ex parte dantis, quam recipientis, *dicto Concil. Trident.*
dicto cap. 2. unde Capellania, etiam ſi ita fundata ſit, quod
eſſe debeat collativa, ſed tamen ad nutum amovibilis, non
poteſt deſervire pro titulo, cum patronus abſque aliqua 49
cauſa poſſit amovere Capellanum, aliumquè, quoties ſibi
placuerit, ponere, ſeu præſentare, idem Garc. *loco citato nu.*
85. quia non poteſt quis ordinari ad titulum beneficii, niſi
illud fuerit perpetuum, & erectum Apoſtolica, ſeu ordi-
naria authoritate, & obliget ad horas canonicas, per Gloſ.
in d. Clem. 2. de decim. tunc enim hujuſmodi Capellaniæ
æquiparantur cæteris beneficiis, ut alias diximus, & di-
citur *in cap. Apoſtolicæ*, 8. *quæſt.* 1. Rebuff. *in tit. de pacific.*
poſſeſſ. num. 247. fol. mihi 1241. alias enim ſatis patet, quod
jura loquentia de beneficiis, locum ſibi nequeunt vendica-
re in

te in huiuſmodi Capellaniis ſive legitimo ſuperiorum conſenſu erectis; cum verè non ſint beneficia. Mandoſ. *regul. 34. de ann.poſſeſſ.quæſt.17.num.7.* & ita reſolvit idem Zerola *dictâ par.2. verbo, beneficium*, §.10. & dum ibi quærit, an miſſæ, quæ relinquuntur à quibuſdam in legatis, veniant appellatione beneficiorum, reſolvit negativè; quia cum ſint ad nutum amovibiles à ſolis laicis poſſunt provideri, & ſic ſunt potius quædam ſervitia, & miſſæ in dies celebrandæ.

Hinc igitur eſt, quòd quando Epiſcopus ordinavit aliquem ad titulum etiam Officii, quod non erat perpetuum, 50 ſed temporale, & amovibile, poterit nihilominus auferri; quia non poteſt prædeceſſor Epiſcopus aſſignare officium, quod aliàs eſt temporale, & amovibile in perpetuum presbytero ordinato, & eo modo prædictum officium facere perpetuum, ex Molin. *de primogenit. libro 1. cap.25. à num.17.* nec obſtat *Concil. Tridentin. ſeſſ.21. cap. 2.* quia non procedit in his, quæ Epiſcopus non poteſt facere perpetua: undè Epiſcopus, qui ad ſacrum Ordinem promoveret illum presbyterum, qui ſtipendium temporale, & non perpetuum habebat, vel patrimonium aſſignaret, qui non potuit aſſignare, malè faceret; nec id, quod aliàs erat alienum, vel temporale, potuit facere proprium ordinati, vel perpetuum, ita ut ſemper ipſius præsbyteri remaneat, ita ex Gonz. Mendez Vaſconcell. *diverſ. iur. argument. lib.4. capit.8. numer.8. & 9.* ait Garc. *in addit. ad par. 9.2. num.91.* ubi impugnabat Piaſec. *in praxi epiſ. par.1. cap. 1. num.45.* quatenus ait, quòd deputati ad Capellanias, hoſpitalia, commendas, ſeu quævis beneficia manualia ad nutum amovibilia, poſſunt promoveri ad eorum titulum, ſed ab eiſdem ſervitiis amoveri non poterunt, niſi habita alia ſufficienti proviſione, etiam in præjudicium patronorum, qui ſibi ipſis imputare debent, quòd talem permiſerunt promoveri ad hujuſmodi ſervitium, nec poſſunt ipſum amovere pro ea vice, ſed *num.94. verſic. Nec prædi-* 51 *ctis*, ait quòd Capellani ad nutum amovibiles, cum non habeant titulum, non poſſunt juvari quaſi poſſeſſione prædeceſſorum, neque ex ea prætendere manutentionem in poſſeſſione ſtipendii, prout neque poteſt conſiderari aliqua poſſeſſio reſpectu ipſarum Capellaniarum; quia cum ſint manuales, non ſunt tituli beneficiales, ut fuit dictum in una *Salamantin. Stipendiorum 6. Iunii 1603. & 16. Ianuarii 1606. coram Lancellotto.*

Quod quidem ita adhuc intelligendum eſt, etiam ſi teſtator dixerit, ſe velle erigere beneficium; quia tale non dicitur, niſi intervenerit conſenſus Ordinarii, ita Felin. *conſil.45. num.2. qui num.4.* ait, quòd Epiſcopus confe- 52 rendo illud, non videtur approbare, niſi conſenſus præcedat collationem; namque bona relicta altari loco mercedis pro celebratione miſſarum, ſine prædicto conſenſu, non 53 cenſentur aſſignata pro dote, nec faciunt beneficium, prout neque ſatis eſt, quòd ipſe teſtator ex aliis conjecturis intendebat verè creare beneficium, cum ad id non intervenerit hujuſmodi conſenſus.

Et in una *Salamantin. Capellaniæ, ſive Legati pii penes* Seraphin. *deciſion.611.* fuit dictum, quod noluerit teſtator erigere beneficium Eccleſiaſticum, cum voluerit, quòd 55 Capellaniæ proviſio ad ſolos laicos ſpectaret, & voluit, quod nec Papa, nec alius ſe in illius proviſione intromitteret; unde apparebat noluiſſe erigere beneficium; cum illud ſine canonica inſtitutione obtineri non poſſit, *cap.* 56 *beneficium, de reg. jur. in 6.* imò ipſe teſtator voluit, ut in eventum; quòd aliquis ſe intromiſerit, revocavit legatum, quod quidem fieri non potuiſſet, ſi fuiſſet beneficium; neque erat veriſimile, quòd talem viam elegiſſet per quam ejus voluntas impugnari potuiſſet, Ancharan. *conſil.197. num.7.* Rota *deciſion.10. de teſtamen. in antiq.* In qua quidem *deciſion. Salamantin. num.6.* habetur, quòd, licet ſtantibus præmiſſis, Ordinarius non potuiſſet ſe intromittere; quia tamen cum fuerit caſus omiſſus à teſtatore, nempè negligentia hæredis, pro illa vice proviſio fuit devoluta ad Superiorem, cum Epiſcopus ſit exequutor ultimarum voluntatum *Concil. Trident. ſeſſ.22. cap.8.* Et in una *Auriacen. Iuris nominandi coram Baratto deciſ.224.* cum ex lectura teſtamenti appareret, teſtatorem non exiſtiſſe beneficium dandum in titulum, ſed ſimplicem bonorum adminiſtrationem ad effectum alendi ex ejus fructibus, ſacerdotem eligendum per patronum ad id deputatum, qui quatuor miſſas in ſingulo menſe celebraret, quamdiu eidem patrono placuerit; ac inſuper ſpecialiter prohibuit, ne aliquis Epiſcopus, Vicarius, Officialis, aut aliqua perſona cujuſvis gradus generis, & conditionis valeat adminiſtrationem dictæ hæreditatis, & celebrationem dictarum miſſarum conferre, nec presbyterum ad id eligere, vel electum removere, aut in aliquo ſe intromittere, ſed ad patronum duntaxat id voluit pertinere, & ſic in dicta deciſione fuit dictum, quod præmiſſa denotantia dictam adminiſtrationem bonorum non poſſunt dici beneficium Eccleſiaſticum, ſed tantum temporale, in laicos cadentem, ut declaravit, Rota *in una Vlixbonen. Adminiſtrationis Capellæ 16. Ianuarii 1591. coram Penia*, & non conveniunt beneficio ſæculari, quòd inter cætera requirit, quod ſit authoritate Ordinarii fundatum, quò non conferatur à laico, ſed ab Epiſcopo, ſeu alia perſona eccleſiaſtica, & in perpetuum, ut ſupradictum eſt, & infra dicetur; quare nec illud onus ſpirituale celebrandi Miſſas, nec denominatio Capellaniæ faciunt beneficium Eccleſiaſticum, non concurrentibus aliis qualitatibus, ad illud conſtituendum, requi- 57 ſitis.

Quare cum dicta Capellania fuiſſet ex cauſa permutationis coram Ordinario, collata tanquam beneficium eccleſiaſticum in perpetuum, & ad vitam N. cui etiam fuit collata in titulum contra expreſſam fundatoris diſpoſitionem, non potuit in præjudicium patronorum ſuſtineri, ut alias tenuit Rota *in dicta Salernitan. Oratorii impreſſa penes* Garc. *dicto §. 1. capit. 2. num. 106.* ſicut neque poteſt in ea firmari ultimus ſtatus, cum non verſemur in beneficio Eccleſiaſtico collativo, quòd poſſit conferri, ſtantibus præmiſſis, prout dicitur in prædicta *Auriacen. Iuris nominandi.*

Et opportunè ſubdit Idem Zerola *loco citato*, quòd hujuſmodi legata, ob ſupradictam actionem, neque cadunt ſub ſpoliis, etiam ſi excedant ſummam taxatam in *Conſti-* 58 *tutione Pii Quinti*, quia non veniunt iſtæ Capellaniæ pro celebrandis Miſſis, appellatione propria Capellaniarum, etiam ſi teſtatore nominentur Capellaniæ, vel beneficia Eccleſiaſtica; addens proinde, quòd malè agunt Commiſſarii Apoſtolici, ſeu Subcollectores, qui exigunt introitus, ſive potius eleemoſynas dictarum Miſſarum, durante vacatione per obitum Capellanorum, ſeu Sacerdotum, qui illas celebrant, & ex illis eleemoſynis dicti Commiſſarii, ſeu ſubcollectores implent ſuas burſas, ſeu marſupia, & ſic Miſſæ non celebrantur, & animæ illorum, qui eas reliquerunt, ſuis debitis ſuffragiis defraudantur; ac proinde Ordinarii locorum debent providere, cum ipſi ſint exequutores illorum ultimarum voluntatum, ex eo quòd, ſicut ſupradictum eſt, tunc Capellaniæ veniunt appellatione beneficiorum, quando ſunt fundatæ cum authoritate Ordinarii cum onere celebrationis hujuſmodi Miſſarum, & comprehenduntur ſub ſpoliis, & non aliàs; quia prædicta *Conſtitutione Pii Quinti* cavetur, tunc redditus beneficiales cadere ſub ſpoliis, quando beneficium, ſivè cum cura, ſive ſine cura habet in redditibus triginta ſcutorum auri de Camera, qui conficiunt ſummam quadraginta duorum monetæ Neapolitanæ ſecundum valorem antiquum prædictorum ſcutorum auri; prout eſt expreſſum in inſtructionibus Subcollectorum ſpoliorum: hodiè verò ſupradicta ſcuta auri 30. conſtituunt ſummam quinquaginta ducatorum circiter prædictæ monetæ.

Ad rem verò, undè paulìſper digreſſus ſum redeundo, cum ex ſuperius jam dictis ſatis, ſuperque diſtinguatur ſimplex Capellania, ſeu ſervitium à beneficio Eccleſiaſtico; cujus inter cætera requiſita, illud potiſſimum eſt, quòd nimirum ſit ordinaria authoritate fundatum, ſubnectere hic congrua viſum eſt, prout non ſemel in praxi eveniſſe ſcimus, quod ad cognoſcendum, an Capella ſit beneficium Eccleſiaſticum conferibile, an potius Oratorium ſimplex, erit illius ultimus ſtatus inſpiciendus, ſicut in beneficialibus ſemper inſpici debet prout infra dicetur.

Interim tamen pro iſta praxi dicendum eſt, quòd ubi circa præmiſſa non conſtat, an verè Capellania, aut ſimplex Oratorium, an verò beneficium eccleſiaſticum exiſtat; quod potiſſimùm evenire poſſet, ex eo, quod teſtamentum, ſivè alia ſcriptura id nequeat demonſtrare, vel quatenus illa producatur, non fuerit in forma probanti, unde id elici poſſit, erit tunc quidem prædictus ultimus ſtatus attendendus; ita ut ſi reperiatur illud fuiſſe collatum in titulum beneficii, ille erit attendendus, ut fuit dictum in una *Facen. Capellaniæ 27. Martii 1623. penes* Cavaler. *deciſion. 639. numer.10.* ubi, quod id videbatur ſufficere pro ſuſti-

nenda reſervatione, tanquam de beneficio Eccleſiaſtico,
& prius in una *Tarverſin. Parochialis* penes Ludoviſ. *dec.*
77. numer. 9. & in una Tiraſonen. Canonicatus 4. Februarii
1618. coram Sotto, & in una Andrien. Beneficii 1609. coram
Ortembergo.

Et ſemper in dubio, ſi appareat de una collatione facta
59 per Ordinarium, talis Capellania cenſetur beneficium,
Creſcen. *deciſion.* 112. *aliàs* 136. ſecùs verò ſi ſimus in cla-
ris, quando videlicet conſtat, teſtatorem, ſeù fundatorem
noluiſſe facere Capellaniam collativam; tunc enim non ſuffi-
cit quòd ſit tanquàm talis collata, etiam ſpatio 40. annorum,
ſed requiritur tempus immemorabile, ut ex pluribus pro-
bat Garc. *in addit. ad d. p. 1. c. 2. nu.* 115. *& ſeq.* prout etiam
ſuperius dictum eſt.

Quare hic non videtur aptari poſſe, quòd tradit Zaval.
quæſt. 167. *à num.* 7. videlicèt, quòd licèt Capellania non ſit
collativa ex ſua fundatione, tamen ſi ex conſenſu patrono-
rum expreſſo, ſeu tacito, vel ex negligentia efficiatur col-
lativa, & poſteà iterum eam vacare contigerit, licèt oppona-
tur, quòd non ſit collativa, ultimus tamen ſtatus ſit conſide-
randus in illius proviſione, & quòd ita fuit judicatum To-
leti in quadam Capellania Oppidi de la Puebla de Montal-
ban, & in alia Oppidi de Tor de Laguna, ut refert idem
Garc. *loco citato nu.* 116. Quia, ſicut jam dictum eſt, quan-
do ſumus in claris, non eſt opus conjecturis, *vulg. jur.* qua-
60 re ſi conſtet, fundatorem voluiſſe facere Capellaniam non
collativam, parum refert lapſus 40. annorum pro illius ſta-
tu immutando; quia licèt verum ſit ultimum ſtatum atten-
di debere, id tamen non habet locum quando conſtat de le-
61 gitimo ſtatu præcedente; tunc enim non attenditur ultimus
ſtatus contrarius, niſi probetur legitimè præſcriptus, & mu-
tatus, ut etiam fuit deciſum in una *Salamantin. Vicariæ* 15.
Martii 1596. coram Cardinale Blanchetto, relata in una
Ferrarienſ. Prioratus 25. Maii 1609. quæ eſt dec. 188. *nu.* 1.
p. 1. rec. & infra dicetur.

62 Undè ſi collocatio fieret tanquàm de beneficio perpetuo,
licèt re vera tale non ſit, vel quia in dubium revocatur,
utrum nam fuerit ordinaria authoritate inſtitutum, tunc ita
demum collatio ipſa ſuſtineri poſſe videtur, quatenus in-
continenti de contrario ſtatu non doceretur, ad tradita per
Calderin. *conſ.* 23. *de præb.* & fuit dictum in præfata *Pacen.*
Capellania, ut in dicto Cavaler. *dec.* 639. ſicut etiam ubi in
dubio agitur de elicienda authoritate Epiſcopi in erectione
talis Capellæ ex aliquo actu poſitivo; quia, ſi agatur de il-
63 lius præſumptione in præteritum, res tota judicatur ex præ-
ſentaneo ſtatu, qui ſi in reliquis conformet ſe ſtatui benefi-
64 cii collativi, puta, quia Eccleſia reperiatur ædificata in for-
ma debita; habeatque dotem, & Rectorem, ipſa Ordi-
narii authoritas ab initio præſumetur, juxtà *conſ. Barbat.*
33. *num.* 1. *lib.* 1. canonizatum per Rotam in una *Hipporre-*
gien. Capella 3. Iunii 1613. coram Pirovano, teſte Lotter. *de*
re benef. lib. 2. q. 5. n. 68. verſ. Et hæc quidem.

Poſtremo, pro hoc primo requiſito, non ita leviter no-
tandum videtur circa prædicti Epiſcopi conſenſum, quòd
poſtquàm ille fuit adhibitus in fundatione Eccleſiæ amplius
65 non requiritur, ſi fundator, ſeu patronus poſt Eccleſiæ hu-
juſmodi erectionem, ſive fundationem, voluerit Eccle-
ſiam ipſam aliquo modo ampliare, cum ſatis ſuperque ſit,
dictum conſenſum jam legitimè interveniſſe; quare in una
Toletan. Capellaniarum coram Mantica deciſion. 131. *nu.* 1.
fuit dictum, quòd cum Eccleſia fuerit legitimè conſtructa,
& ſufficienter dotata, Epiſcopus ſine rationabili cauſa, non
poteſt impedire, quominus fundator, & patronus poſſit
eam ad augmentum divini cultus dilatare, & ſumptuoſio-
ribus ædificiis exornare *argum. ultim. de teſtam.* quia ceſ-
ſant rationes, ex quibus conſenſus Epiſcopi in nova Eccle-
ſia ædificanda, vel funditus deſtructa, reficienda eſt ne-
ceſſarius, ne videlicet Eccleſia ſine dote condecenti con-
ſtruatur, vel reficiatur, vel ut aliis Eccleſiis aliquod præ-
judicium non inferatur, ut not. *in capit. ad audientiam de*
Eccleſ. ædific. Quare, cùm agatur de Eccleſia jam con-
ſtructa, & dotata, amplianda, & exornanda, Epiſcopi
conſenſus non eſt neceſſarius; quia facilius quid extendi-
66 tur, quàm de novo inducatur, ut ex juribus in *dicta deci-*
ſion. numero 2. adductis, & ſic ex his non mutat aliquo mo-
do primævam naturam ipſius beneficii, ex ſupra dictis.

CAPUT III.

Praxis Secundi Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, videlicet, quòd illud habeat aliquid ſpiritualitatis annexum.

SUMMARIUM.

67 *Beneficium datur propter officium.*
68 *Beneficii fructibus diminutis, quomodo beneficiatus non teneatur ad horas canonicas.*
69 *Beneficium Eccleſiaſticum continet ſpiritualitatem, & temporalitatem.*
70 *Si tamen oneri ſpirituali interveniat authoritas Ordinarii.*
71 *Capellania denominatio non facit beneficium eccleſiaſticum non concurrentibus requiſitis.*
72 *Miſſarum onus non eſt de eſſentia beneficii, ſed ſufficit recitare horas canonicas.*
73 *Præſtimonia, quæ non habent annexam ſpiritualitatem, non dicuntur beneficia.*
74 *Præſtimonia illa ſunt verè beneficia, quæ à Prælato non conferuntur niſi Clerico.*
75 *Sed hodie in Hiſpania dantur omnia in titulū beneficii.*
76 *Et ſunt inſtituta pro ſtudentib. ac ſubſidio contra infideles.*
77 *Semicanon... atus duo in eccleſia in Moten. conferuntur in titulum.*

Quoad ſecundum requiſitum, nempè, quòd hujuſmodi
beneficium habeat aliquid ſpiritualitatis annexum, ve-
luti cum propter officium detur beneficium, juxta
tex. *in c. fin. de reſcript. in* 6. Barbat. *in cap. in noſtra nu.* 27. 67
de reſcript. Aegid. Bellarm. *in cap. ſuper hoc, quæſt.* 15. *num.*
16. *de renunc.* Vivian. *in praxi juriſpatr. lib.* 15. *cap.* 3. *num.*
39. *&* 40. Lotter. *de re benefic. libro* 1. *capit. ſexto numer.*
27. *& ſequent.* ubi dicit quòd non ex alia cauſa beneficium
confertur Clerico quàm in recompenſam officii, ad quod
jugiter tenetur. Sciendum tamen id eo uſque verum eſſe, ut
beneficium quòd à ſui primęva inſtitutione habuit ſuos red-
ditus, qui poſtmodum caſu, aut in totum, aut in partem de-
fecerunt, aut fuerint imminuti, & ob hujuſmodi fructuum
carentiam beneficiatus ad horas canonicas recitandas mi-
nimè tenetur, ut per Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 41. 68
cum ſeqq. tamen nomen, & naturam beneficii non amittit,
quandoquidem duo in ſe ipſum beneficium continet, vide-
licet ſpiritualitatem, & temporalitatem, ſive introitus ſu- 69
per rebus, ſeu poſſeſſionibus profanis; nec unum ſequitur
ad poſitionem alterius, *cap. ſanctorum*, §. *ſi quæ*, 70. *diſt.* &
potentior pars eſt ſpiritualitatis, ut dixit Oldrad. *conſ.* 166.
num 2. *ſub tit. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Mandoſ. *reg.* 22.
qu. 4. *ſub nu.* 2. dicens quòd ſi ſeparentur prædicta duo, præ-
ſertim dignitas non erit beneficium, quia hujuſmodi fructus
temporales nec ſunt, nec vocari poſſunt beneficium, nec be-
neficio ſimiles, ut aliàs jam diximus.

Quòd quidem ita intelligas, ſi oneri ſpirituali beneficio
incumbenti interveneris Ordinarii authoritas, prout ſupra 70
diximus in præcedenti requiſito; quia ſi nimirum onus
ſpirituale conſiſtat in celebratione miſſarum; certum eſt,
miſſas hujuſmodi, ſicut nec denominatio Capellaniæ fa-
ciunt beneficium Eccleſiaſticum, non concurrentibus cæte-
ris requiſitis: unde non eſt de eſſentia beneficii prædicti,
quod in illius fundatione, ſeu erectione adjiciatur aliquod
miſſarum onus, illius ratione celebrandarum; cum ad præ- 71
dictum requiſitum ſufficiat, quod habeat onus recitandi ho-
ras Canonicas; & in praxi ſæpè vidimus hujuſmodi benefi- 72
ciorum erectiones, tam liberę collationis, quàm juris patro-
natus, etiam ordinaria authoritate fieri, abſq; eo quod patro-
nus, ſive alius fundator voluerit hoc onus adjicere, licèt fre-
quenter hujuſmodi erectiones fiant cum onere celebratio-
nis aliquot miſſarum: pro quo videndus eſt Bitatt. in ſupe-
rius allegata *dec.* 224. *n.* 5. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 2.
nu. 10. qui loquitur de præſtimoniis, & diſtinguit, quod, aut
loquimur de præſtimoniis, quę in ſola temporalitate conſi-
ſtunt, & quę non dātur in titulum perpetuū, neq; habent an-
nexum aliquod obſequium ſpirituale, & tunc non dicuntur
beneficia Eccleſiaſtica; ac propterea non ſunt comprehenſa 73
in regula reſervatoria, quæ loquitur de beneficiis Eccleſia-
ſticis; aut loquimur de præſtimoniis; quæ in titulum per-
petuum dantur, & habent aliquod onus ſpirituale anne-
xum, & tunc dicuntur beneficia, & cadunt ſub reſervatio-
ne

ne prædictæ regulæ, & idem probat Mandoſ. *reg.34. q. 12.*
n.3. dicens, quod hujuſmodi præſtimonia ſuot propriè, &
verè beneficia Eccleſiaſtica, quia ea non niſi Prælatus, nec
74 alii, quàm Clerico conferre poteſt, & dixit Hoſtien. *in c.*
poſtulaſti, col. 2. verſ. unde, & electio, de reſcript. & id.
Mandoſ. *loc. cit. ſub n.3.* ponit ſupradictam diſtinctionem;
ſubdens, quod hodie omnia preſtimonia in Hiſpania com-
75 muniter dantur in titulum perpetui beneficii, & habent an-
nexum obſequium ſpirituale; quicquid de hujuſmodi præ-
ſtimoniis antea tentum fuerit; cum ab initio inſtituta eſ-
ſent pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles, &
76 mille illorum abſque diſpenſatione poterant retineri, ut te-
ſtatur id. Mandoſ. *loc. cit. n.2.*

Sicut etiam in Eccleſia Meten. ſunt duo Semicanonica-
tus, qui antea reputabantur ſimplicia officia, vel ſtipendia
ad nutum duarum Dignitatum, nempè Decani, & Cer-
catoris ejuſdem Eccleſiæ, amovibiles; nihilominus poſtmo-
77 dum tractu temporis eos eſſe fuit tentum, perpetuos; & ad
eorum titulum nonnulli fuerunt ad ſacros ordines promoti
ut dicitur in una *Meten. Semicanonicatus* penes Farinac. *in*
poſthum. dec. 344. num. 5. & 6. tom. 2.

CAPUT IV.

Praxis Tertii Requiſiti Beneficii Eccleſiaſtici, nempè, quod illud conferatur ab Eccleſiaſtica perſona.

SUMMARIUM.

78 *Beneficium Eccleſiaſticum à perſona Eccleſiaſtica conferendum.*
79 *Laicus eſt incapax juris ſpiritualis.*
80 *Ex privilegio tamen Papæ fit capax.*
81 *Beneficia Eccleſiaſtica, etiam fœmina poteſt ex privilegio conferre.*
82 *Papa tantùm reddit laicum capacem juris ſpiritualis.*
83 *Collatio beneficii eccleſiaſtici facta à Rege, aut alio Principe dicitur facta à Papa.*
84 *Rex Hiſpaniarum diſponit de quamplurimis beneficiis in ſuis Regnis.*
85 *Rex Franciæ in ſuo Regno dicitur Ordinarius collator.*
86 *Reges Anglorum, & Hungariæ etiam conferunt beneficia in ſuis Regnis.*
87 *Rex Hiſpaniarum ex privilegio confert beneficia, & in illis inſtituit abſque alia præſentatione, quæ ſunt ſui juriſpatronatus.*
88 *Imperator confert beneficia Eccleſiaſtica ex privilegio Apoſtolico.*
89 *Collatio beneficii facta à laico ex privilegio Papæ ſub qua forma fiat.*
90 *Non requirit inſtitutionem.*
91 *Regibus conferentibus beneficia Eccleſiaſtica ſine privilegio, non ſuffragatur aliqua conſuetudo, ſeu præſcriptio.*
92 *Tolerantia non operatur in his, quæ non ſunt quæſibilia ſine Principis conceſſione.*
93 *Regnum Neapolis conſtat ex centum quadraginta octo Civitatibus, quæ in viginti unum Archiepiſcopatus, ac centum viginti ſeptem Epiſcopatus dividuntur.*
94 *Archiepiſcopatus octo, & Epiſcopatus ſexdecim in Regno Neapolis providentur per Sedem Apoſtolicam ad præſentationem Regis Hiſpaniarum.*
95 *Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum collationum diviſio inter Regem Hiſpaniarum, & Summum Pontificem in Regno Neapolis.*
96 *Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poteſt ex privilegio conferre beneficia.*
97 *Necnon habere curam animarum per Vicarium exercendam.*
98 *Regula 8. hodie 9. Cancellariæ reſervat beneficia ſpectantia, etiam ad collationem Collatricum.*
99 *Abbatiſſa S. Benedicti de Cuperſano confert ex privilegio beneficia Eccleſiaſtica, habetque juriſdictionem in Clericos, & Laicos, & in beneficiis Terræ Caſtellanæ.*

78 Quoad tertium requiſitum, quod ſcillicet beneficium
ipſum non niſi ab Eccleſiaſtica perſona conferatur,
veluti ab Epiſcopo, vel alio Prælato, ut *in c. ſi quis*
deinceps, & ibi gloſ. 16. q.7. Abb. *conſ. 47. nu.1.* Anchar. *in*
regula beneficium, ſub nu.3. de reg. jur. in 6. Rebuff. *de pacif.*
Corradi Prax. Benefic.
poſſeſſ. n.287. cum aliis allegatis per Gonz. *gloſ. 5. n. 10.* Bu-
ratt. *deciſ. 224. num.3.* Ratio eſt, quia beneficium Eccleſia-
ſticum eſt jus ſpirituale, cujus laicus eſt penitus incapax, id. 79
Rebuff. *in prax. tit. de clericis. & à quibus, n.4.* Selva *de be-*
nef. p.1. qu.7. nu.8. & 9. Lambert. *de jurepatr. p.1. lib.2. q.7.*
art.7. Gigas *de penſ. qu.21. num. 4.* Rota *deciſ. 318. & 343.*
p.2. diverſ. & fuit dictum in una *Aquitan. Monaſterii im-*
preſſa penes Seraph. *dec. 1382.* ubi, quod laici ſunt incapa-
ces juris conferendi, eiſque jus reſiſtit, *d. c. ſi quis deinceps*
c. per laicos, & c. laicis, d.16. qu.7 & propterea fuit dictum
in eadem deciſione, n.1. nullum jus competere Joanni ex
collatione ei facta; quia, ut illa ſubſiſtat, requiritur privi-
legium, ut *in d. c. ſi quis deinceps*, id. Rebuff. *de nominat. q.*
21. n.58. id. Selva *p.2. q.23.* Garc. *de benef. p.1. c.2. n.36.* cum
tale jus neq; præſcriptione, neque conſuetudine quæratur,
ſed requiritur privilegium Papæ, ut fuit reſolutum in una
Tolet. juris nominandi, 27. Aprilis 1584. coram Blanchetto, 80
relata per eundem Garc. *d. n. 37.* quo quidem privilegio in-
terveniente, nedum laicus, verum etiam fœmina poteſt be- 81
neficia conferre, gloſ. *in c. imperium, in fin. 15. q.7.* Jo. Andr.
in Speculat. tit. de legato, §. nunc tractemus, verſ. ſed num-
quid legatus. Innoc. *in c. quod ſicut*, & ibi gl. *de elect. & alii*,
quos citat Fel. *in c. ſi quis, ſub n.3. de major. & obed.* Selva *d.*
p.1. c.5. n.1. cum aliis relatis per eundem Garc. *loc. cit. n.33.*
ex eo quod, præter Papam, nemo poteſt laicum capacem
reddere juris ſpiritualis, *c.2. cum ibi not. de jud.* Rota penes 82
Farinac. *dec. 193. n.8. p.3.* id Garc. *in add. p. 1. c.2. num. 37.*
ubi ex pluribus etiam probat, quod cum laici ſint incapaces
juriſdictionis Eccleſiaſticæ, illi non proficit præſcriptio im-
memorialis, quæ non æquivalet privilegio, ubi adeſt in-
capacitas præſcribentis.

Quinimo ubi hujuſmodi privilegium conceſſum eſt, lai-
cus non dicitur conferre, ſed ipſe Papa confert, mediante
miniſterio laici, unde talis collatio non reputatur Regia,
aut alterius Principis, ſed merè Apoſtolica, ut ex pluribus 83
probat Lotter. *de re benef. lib.1. q.6. n.46.* nam quoties Papa,
ex privilegio transfert jura ſpiritualia in laicum, illa non ſunt
in laico, ut fundata in ipſo, ſed ut in miniſtro, & agente
nomine Papæ, ut ait Staphil. *in tit. de mandat. de provid. n.*
12. fol. mihi 33.

Hoc namque modo videmus, quod Rex Hiſpaniarum
diſponit de quamplurimis beneficiis in ſuis Regnis Grana- 84
ten. Neapolitan. & Siciliæ, ac in partibus Indiarum, aliiſ-
que locis ſuorum Regnorum, ſicut etiam Rex Franciæ, qui
in ſuo Regno dicitur Ordinarius Collator, necnon Reges 85
Anglorum, & Hungariæ, qui etiam conferunt in ſuis Re- 86
gnis, ut per Felin. *in cap. dilecto, de teſt. num. 1.* & prædi- 87
ctus Rex Hiſpaniarum ex eodem privilegio, non modo
confert verùm etiam inſtituit abſque alia præſentatione, ad
beneficia ſui juriſpatronatus, teſte eodem Gonz. *gloſ. 24. n.*
154. & aliis ibi relatis, Archiep. de Graſſ. *deciſ. 9. de reſtit.*
ſpoliat. ubi loquitur de Imperatore habente facultatem
conferendi ex Apoſtolico privilegio, ſicut omnes prædicti 88
Principes conferunt.

Unde, cum laicus habet à Papa poteſtatem ita conferẽdi,
ſimpliciter loquitur per verbum *Conferimus*, & ſub hac for- 89
mula, videlic. *Tenore præſentium, &c. conferimus; cum omni-*
bus ejus jurib. redditibus, emolumentis, &c. ut ex duab. Regiæ
collationis formis in fine præſẽtis capitis ſubiiciẽdis patebit.

Et ſic eſt notandum, quod per talem collationem, acqui-
ritur beneficium, nec requiritur aliqua inſtitutio, aut confir- 90
matio Epiſcopi, aut alterius Clerici, id. Garc. *d. c. 3. n.* 34.
ſubdens ibi, quod aliter non diceretur privilegium.

Advertit tamen Lotter. *lib.1. q.6. n.39.* quod Reges hujuſ-
modi beneficia conferunt ex prædicto privilegio, nec eis
propterea ſuffragatur ulla conſuetudo, ſeu præſcriptio, & ibi 91
allegat prædictam Seraph. *dec. 1382.* etiam ſi eſſet immemo-
rabilis cum perpetua tolerantia Papæ; Rationem ibi ſub-
dens, nempè, quod cum verſemur in his, quæ non ſunt quæ-
ſibilia ſine Principis conceſſione, tolerantia de nihilo inſer- 92
vit: ex eo quod hæc non eſt tolerantia, ſed ſimplex conni-
ventia, ſeu patientia, quæ non inducit diſpenſationem in his,
quæ ſunt contra juris communis diſpoſitionem, per tex. *in c.*
cum jam dudum, ubi gl. *verbo, patientiam, de preb.*

Hæc autem quoad prædicta beneficia inferiora. Cæterùm,
cum Regnum Neapolitanum cõſtet ex centum quadragin-
ta octo Civitatibus, quæ in viginti unum Archiepiſcopatus, 93
ac centum viginti ſeptem Epiſcopatus dividuntur, ut videre
eſt penes Illuſtriſſimum, & Reverendiſſim. Dominum Ca-
rolum Maranctam Epiſcopum Juvenacen. *in ſuis controverſ.*

reſponſ.52. num.2. cum pluribus ſeqq.p.2. ex his, octo Archie-
94 piſcopatus, ac ſexdecim Epiſcopatus, ad ipſius Regis Catho-
lici nominationem, & præſentationem per Sedem Apoſto-
licam providentur.

Quinimmò cum Reges hujus Regni Neapolis prætendiſſent omnea, & quoſcunque Epiſcopatus provideri debere ad eorundem voluntatem, & beneplacitum, ut antiquitus erat conſuetudinis in multis Mundi partibus, tamen ab anno 1532. mediante perſona Regentis Muſcettolæ Regii Oratoris in Romana Curia, fuit inter Summum Pontifi-
95 cem, & Imperatorem Carolum V. ita ſedata res, ut nimirum vigintiquatuor Eccleſiæ ejuſdem Regni Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum eſſent ad Regis præſentationem, reliquæ verò ad abſolutam Summi Pontificis collationem; quicquid dicat Lambert. *de jurepatr.an 11. qu. in princ. 1.p. lib.1. art.2. num.14.* nempe quod idem Rex habet in hoc Regno nominationem ad quadraginta Cathedrales Eccleſias principaliores ex privilegio Summi Pontificis, quia verius eſt, quod viginti quatuor reſervatæ fuerunt, & ſunt infraſcriptæ, videlicet, Salernitan. Rhegien. Tarentin. Brunduſin. Hidruntin. Lancianen. quæ quidem Eccleſiæ ſunt Archiepiſcopales; Epiſcopales verò ſunt, videlicet, Puteolan. Acerrarum, Caſtri maris, Cajetan. Caſſanen. Contronen. Tropien. Monopolitan. Gallipolitan. Oritan. Aquilan. Potentin. Triventin. Motulen. Ugentin. & Juvenacen. cui nunc præeſt idem Illuſtriſſ. & Reverendiſs. D. Carolus Maranta Neapolitanus, qui præter generis nobilitatem eximiamque doctrinam, fideiquè, ac juſtitiæ zelum, integritatem, ſingularemque probitatem, cæteraſque virtutes, quibus clareſcere dignoſcitur, ſe Orbi conſpicuum reddit; ac præter ſupradictas Eccleſias, aliæ etiam particulares remanſerunt, & beneficia, ut ſunt Eccleſia S. Nicolai Baren. Eccleſia Altamuræ, Canonicatus, & beneficia Civitatis Lucerin. & alia, ut per Jo. Franciſcum de Ponte *dec.12. n.4.*

Porrò ex ſimili privilegio Apoſtolico, etiam fœmina ha-
96 bere poteſt jus conferendi beneficia Eccleſiaſtica, ſicut paulò ſuperius tetigimus, necnon quamcumque juriſdictionem, ut eſt text. *in l.2. ff. de reg. jur. c. mulierum*, 33. q.5. Selva *de benef. p.2. quaſt.5. num.2.* eidem etenim mulieri variis ex cauſis hujuſmodi collatio concedi conſuevit, teſte Gonz. *ad reg. 8. gloſſ. 22. num. 11. verſ. ſimiliter*, ſubdens *nu. ſeq.* quod ei poteſt competere ratione Dignitatis, quam ipſam habere contingat, ut eſt text. expreſſus, qui loquitur in terminis hujuſmodi collationis *in cap. dilecta, de major. obed.* ubi Honorius III. mandat, quod Abbatiſſa de Bubrigen. canonicas ſuas, & Clericos ſuæ juriſdictioni ſubjectos propter inobedientiam, officio, beneficioque ſuſpendat: Eoque magis ex prædicto privilegio Apoſtolico poſſunt fœminæ habere hujuſmodi jus conferendi, id. Selva *d. q.5. num.1. cum pluribus ſeqq.* Rebuff. *ſuper concord. rubr. de collat. §. præfatique Ordinarii, in gl. verbo præfatique Ordinarii*, ubi quod etiam Abbatiſſa, aut Prioriſſa beneficia conferre poteſt ex privilegio, ut per DD. *in cap. dilecto, de* 97
teſt. & c. fin. de conceſſ. preb. c. dilecta, de preb. cap. 15. cui *eod. tit. lib.6.* Card. *conſ.126.* Boer. *deciſ. 32. num. 10. verſ. quia etiam mulier ex privilegio Romani Pontificis*, id. Gonz. *d. gloſſ. 22. num. 13. & num. ſeq.* ait quod Abbatiſſa poteſt habere curam animarum, licèt eam exercere debeat per Vicarium.

Proindeque Summus Pontifex in regula reſervatoria menſium Apoſtolicorum, quæ hodie eſt 9. S. D. N. Innocentii X. reſervat ſibi omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, &c. ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem quorumcunque Collatorum; & Collatricum ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, &c. ſi ergo
fœminæ non poſſent ſupradicta beneficia conferre eo mo- 98
do, quo ſupra dictum eſt, utique in ſupradicta regula non includeret Collatrices, ut notat id. Gonz. *loc. cit. n.6. & ſeqq. & n.15.* refert quandam deciſionem. *Biſignetti 3. de conceſſ. preb.* de quadam Abbatiſſa habente concordiam cum certo Decano, quod Abbatiſſa gaudeat in conferendo beneficia Eccleſiaſtica duplici turno, Decanus verò, uno.

Et inter cæteras mulieres, quæ ex ſupradicto privilegio conferre poſſunt hujuſmodi beneficia, adeſt Abbatiſſa S. Be-
nedicti de Cuperſano, quæ etiam juriſdictionem habet in 99
Clericos. Laicos, & beneficia Terræ Caſtellanæ, teſte Lambert. *de jurepatr. par.1. lib.2. art.4. qu.1. in princip. nu.3. fol. mihi* 508.

Cum autem ſupra *num.89. hujus Cap.* dixerimus, nonnullos adeſſe Laicos, ac Reges, & Principes beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores, proinde ſequentes formulas quibus Invictiſſimus Rex noſter Catholicus conferendo utitur, ſubjiciam, tenoris ſequentis videlicet.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX Caſtellæ Aragonum, Legionis, Vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Portugalliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Gienniæ, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, & Occidentalium Inſularum, ac Terræ firmæ Maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Habſpurgii, Flandriæ, Tyrolis, Barcinonæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oriſtanni, & Goccani. Venerabili Devoto nobis Dilecto Doctori Don Franciſco Capycio Galeota, Gratiam noſtram Regiam, & bonam voluntatem. Invitat nos ratio, ut eos viros, quos vitæ probitas, doctrina, ſinceraque fides illuſtrat, debitis præmiis, beneficiiſque proſequamur. Quare, cum ad præſens Abbatia Sanctiſſimæ Trinitatis in Civitate Litii Citerioris noſtri Siciliæ Regni exiſtens, quam Don Ioannes Baptiſta Valenzuela Velazquez habebat, ob præſentationem de eo factam ad Eccleſiam Salmanticenſem in hiſce Regnis Hiſpaniæ vacet, ejuſque collatio ad nos ſpectet, tanquam de noſtra Iurepatronatus; attentis vitæ tuæ honeſtate, morumque integritate, aliiſque virtutibus, quibus te ornatum accepimus, intuituque ſervitiorum per Fabium Capycium Galeota patrem tuum hujus noſtri Supremi Italiæ Conſilii Regentem ſolerter præſtitorum, in te dictam Abbatiam conferendam decrevimus. Tenore igitur præſentium, ex certa ſcientia, Regiaque authoritate noſtra deliberatè, & conſultò, ac ex gratia ſpeciali, maturaque Sacri noſtri Supremi Concilii accedente deliberatione, dictam Abbatiam Sanctiſſimæ Trinitatis Civitatis Litii modo prædicto vacantem, in te dictum Doctorem Don Franciſcum Capycium Galeota conferimus, cum omnibus ejus juribus, redditibus, emolumentis, prærogativis, obventionibus, introitibus, etiam cum redditibus decurſis à die decimo octavo menſis Septembris anni proximè elapſi milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi primi exceptis tamen, & deductis expenſis, & oneribus dictæ Abbatiæ ſolitis, & conſuetis, & cum oneribus, & honoribus, & aliis omnibus ad idem beneficium, ſeu Abbatiam ſpectantibus, & pertinentibus, per te conſequendis, & habendis ratione dictæ noſtræ collationis in te, ut ſupra factæ. Hortantes propterea, & requirentes per præſentes Reverendum Epiſcopum illius Diœceſis, ſeu ejus Vicarium, vel alium ad hæc poteſtatem habentem ordinarium, vel delegatum, ac alias Eccleſiaſticas perſonas. Præcipientes verò, & mandantes Sindicis, & Electis Univerſitati, & hominibus prædictæ noſtræ Civitatis Litii, cæteriſque aliis, ad quos ſpectabit, & quocunque modo ſpectare poterit, præſenteſque pervenerint, ſeu fuerint quomodolibet præſentatæ præſentibus, & futuris, ſeu eorum Locatenentibus, & ſubſtitutis, quatenus admiſſa noſtra collatione, te prædictum Doctorem Don Franciſcum Capycium Galeota, vel tuum legitimum Procuratorem in poſſeſſionem prædictæ Abbatiæ cum omnibus juribus, ut ſupra ponant, & inducant, poſitumque, & inductum manuteneant, protegant, & defendant contra cunctos, ac reſpondeant, & reſponderi faciant de dictis juribus, introitibus, & omnibus aliis prædictis, prout reſponderi aliis prædeceſſoribus, & poſſeſſoribus dictæ Abbatiæ ſolitum eſt, & conſuetum, formaque, & tenore præſentium per eos, & unumquemque ipſorum diligenter attenta illam ad unguem, & inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant per quo-

ſcun-

ſcunque juxta ipſorum ſeriem, continentiam, & tenorem omni dubio, & difficultate ceſſantibus. Et contrarium non faciant, ſi dicta Eccleſiaſtica perſona nobis morem gerere cupiunt. Cæteri verò officiales, & ſubditi noſtri prædicti gratiam noſtram charam habent, & pœnam ducatorum mille noſtris iaſferendorum ærariis, cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro magno negotiorum præfati Citerioris Siciliæ Regni ſigillo à tergo munitas; Dat. in Civitate noſtra Cæſaraugustæ die decimo tertio Novembris, Anno à Nativitate Domini Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo.

Dupplicada.

YO EL REY.

Vidit Capycius de mandato.

Dominus Rex mandavit mihi
Antonio Carnero.

Vidit Muñoz Conſiliarius.
Vidit N. Regens.
Vidit N. Regens.

Provee S. Mageſtad en el Dottor Don Franciſco Capeche Galeota la Abbadia della Santiſſima Trinidad de la Ciudad de Leche e nel Reyno de Napoles, que tenea Don Iuan Bautiſta Valenzuela Vazquez, y vaca por haverle S. Mageſtad preſentado para la Igleſia de Salamanca.

Dupplicada

Sigillum à tergo.

Conſultado.

Et ſic ex prædicta formula literarum patet, quod ſupradictus Rex Hiſpaniarum in beneficiis inferioribus ſui jurispatronus habet ex privilegio Apoſtolico collationem, & inſtitutionem; quæ quidem beneficia confert bulla Regia, quando beneficium excedit ſummam ducatorum centum monetæ Regni Neapolitan. A ſumma verò ducatorum centum, & infra ſimili modo providentur per Excellentiſſimum Dominum Proregem Neapolitanum, qui ita paſſim in hoc Regno Neapolis eo modo, quo ſupra dictum eſt; confert ex traditis per Gonz. *d. gloſ. 24. num. 154.*

Quæ quidem facultas ſic, ut præfertur conferendi, conceſſa eſt aliquibus ex ſupra nominatis nedum quoad beneficia ſecularia, verum etiam regularia; dummodo ſæcularia ſæcularibus, regularia verò regularibus conferant *c. placuit*, 16. q. 1. Rota. *deciſ. 28. de præb. in nov.* Caſſad. *deciſ. 4. eod. tit.* & ex Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 10. de refor.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 9.* & ita intellecta fuit facultas Imperatori ſic conferendi, conceſſa, Achill. de Graſſis, *d. deciſ. 9. num. 2. de reſtit. ſpoliat.* niſi tamen qui habuerat beneficium regulare ab eodem Imperatore, eſſet à Papa diſpenſatus, ut cum eſſet ſæcularis, poſſet obtinere beneficium regulare; aliàs enim collatio eſſet nulla, etiam ſi fieret à Papa motu proprio, qui nihilominus non videtur velle aliter conferre, quàm ſit conſuetum, & prout de jure; ex traditis per Felin. *in cap. in noſtra coroll. 40. num. 41. de reſcript.* & dicitur in prædicta *deciſ.* Achil. de Graſ. *num. 3.*

Ubi autem idem Rex beneficium confert abſque mentione dicti Jurispatronatus, dat literas ſuæ collationis ſub ſequenti formula videlicet.

PHILIPPUS DEI GRATIA REX, &c. Venerabili Devoto Nobis Dilecto Don. N. gratiam noſtram Regiam, & bonam voluntatem. Regiæ noſtræ munificentiæ proprium eſt, ut quos vitæ probitas, eruditio quoque, & morum elegantia Venerabiles reddit, eos præcipuè honeſtemus, & augeamus. Quare cum ad præſens Archipresbyteratus Eccleſiæ Civitatis noſtræ Altamuræ, in Citerioris noſtro Siciliæ Regno, ad noſtrum Regium Patrimonium ſpectans obitu Don Alexandri Effrem vacet, merito ipſum in te conferendum decrevimus ob tuam ſingularem virtutem, vitaque probitatem, aliaſque præclaras animi tui dotes, quibus te ornatum accepimus. Tenore igitur præſentium ex certa ſcientia, Regiaque authoritate noſtra deliberatè, & conſultò, ac ex gratia ſpeciali, maturaque Sacri noſtri Supremi Conſilii accedente deliberatione, præfatum Archipresbyteratum Eccleſiæ Civitatis noſtræ Altamuræ in te dictum Don N. conferimus, & pariter providemus cum omnibus ejus juribus, juriſdictionibus, obventionibus, introitibus, & aliis ad hanc ipſam Dignitatem pertinentibus, & ſpectantibus, per te conſequendis, & habendis ratione dictæ collationis in te factæ. Inveſtientes te dictum Don N. de hujuſmodi Præbenda cum omnibus ejus juribus, juriſdictionibus, & aliis prædictis per præſentium expeditionem, ut moris eſt. Quam inveſtituram, vim, robur, & efficaciam veræ realis, & corporalis poſſeſſionis, & effectualis exequutionis ipſius in judicio, & extra volumus, & decernimus obtinere. Hortantes, & requirentes omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit, quatenus te prædictum Don N. in dicto Archipresbyteratu, ſic ut præfertur per nos proviſum, in corporalem poſſeſſionem ipſius, omni, qua decet ſolemnitate, ponant, & inducant, poſitumque, & inductum manuteneant, & defendant contra cunctos, Deque juribus, juriſdictionibus, introitibus, fructibus, ac omnibus aliis, ut ſupra ſolitis, & conſuetis ad dictum Archipresbyteratum ſpectantibus, & pertinentibus tibi reſpondeant, & reſponderi faciant per quos decet Mandantes omnibus, & ſingulis Officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus in dicto noſtro Citerioris Siciliæ Regno conſtitutis, & conſtituendis, ut in pacifica poſſeſſione dicti Archipresbyteratus, & fructuum illius perceptione foveant, & aſſiſtant; contradictores, & renitentes quoslibet per opportuna, & debita juris remedia compellendo: formaque, & tenore præſentium per eos, & unumquemque illorum diligenter inſpecta, illam ad unguem, & inviolabiter obſervent, & obſervari faciant juxtà ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, omni dubio, difficultate, et impedimento ceſſantibus; et contrarium non faciant, fierivè permittant, quatenus dictæ Eccleſiaſticæ perſonæ nobis obedire cupiunt; cæteri autem Officiales, et ſubditi noſtri prædicti gratiam noſtram charam habent; ac præterire, et indignationis noſtræ incurſum, pœnam ducatorum mille noſtris inferendorum ærariis, cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus, noſtro ſigillo à tergo munitas. Dat. in Civitate noſtra Cæſarauguſtæ die vigeſimo ſeptimo menſis Auguſti, anno à Nativitate Domini Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto.

YO EL REY

Dominus Rex mandavit mihi.
Don Inico Lopez de Carate.

Sequuntur ſubſcriptiones DD. Regentium.

Provee S. Mageſtad en Don N. el Arcipreſtazgo de Altamura e nel Reyno de Napoles, que vaca por muerte de Don Alexandro Effrem.

Sigillum Regium à tergo.

Regiſtrada.

Conſultado.

CAPUT V.

Praxis Quarti Requiſiti Beneficij Eccleſiaſtici, ideſt quod illud conferatur Clerico.

SUMMARIUM.

100 *Beneficium eſt res eccleſiaſtica, quæ Sacerdoti, vel Clerico datur ad ſacrum miniſterium utenda.*
101 *Beneficii collatio facta laico, non convalidatur, ſuperveniente clericata.*
102 *Laicus, nec per momentum temporis poteſt beneficium eccleſiaſticum obtinere.*
103 *Habilitas ſuperveniens poſt actum nullum, nihil operatur, ſi requiritur tempore actus.*
104 *Teſtamentum impuberis non validatur, adveniente pubertate.*
105 *Collatio beneficii facta laico, tanquam Clerico, qui ita in litteris nominetur, non valet, neque aliquod ius confert.*
106 *Beneficium impetrans, tenetur probare clericatum, etiam ſi à tertio non opponatur.*
107 *Qualitas extrinſeca non præſumitur, niſi probetur.*
108 *Beneficium cum impetratur in Romana Curia, exprimitur, Oratorem eſſe Clericum, alias collatio eſſet nulla.*
109 *Etiam ſi poſt expeditionem litterarum Orator fiat Clericus.*
110 *Præſentatus ad beneficium juriſpatronatus, ſi non ſit Clericus, præſentatio eſt nulla.*
111 *Nec ſufficit, ſi præſentatus ſtatim fiat Clericus.*
112 *Laicus, ſicut eſt incapax collationis, ita etiam præſentationis.*
113 *Nominatio ad beneficium juriſpatronatus non requirit clericatum, ſed tantum præſentatio.*
114 *Clericus conjugatus non poteſt beneficium eccleſiaſticum obtinere.*
115 *Quia reputatur ut laicus.*
116 *Licèt gaudeat privilegio canonis,* ſi quis ſuadente, 17. qu. 4. *& privilegio fori.*
117 *Eſtque etiam incapax cujuslibet adminiſtrationis eccleſiaſticæ; unde neque Vicarius Epiſcopi eſſe poteſt.*
118 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum clerico conjugato, neque ad beneficium ſimplex.*
119 *Sed ſolus Papa diſpenſat.*
120 *Clericus conjugatus, vivens ritu græcorum, poteſt habere beneficium curatum.*
121 *Clericus conjugatus, eſt etiam incapax penſionis.*
122 *Laicus impetrans beneficium, aſſerendo, quod clericali charactere inſigniri cupit, rarò hodie admittitur.*
123 *Et formula ſic ſupplicandi, receſſit ab Aula. Sed quid ſervatur in praxi, num. 126.*
124 *Laico ſi ex privilegio Apoſtolico confertur beneficium, illud efficitur quid ſæculare.*
125 *Capellania, etiam authoritate Epiſcopi erecta, poteſt ex ordinatione fundatoris, dari puero ante primam tonſuram, donec fiat Clericus.*
127 *Præceſſiſſe in dubio præſumitur illud, quod requiritur pro validitate actus, & num. 130.*
128 *Reſcriptum, ratione unius horæ, poteſt dici poſterius.*
129 *Data tantum diei, non autem hora apponitur in reſcripto.*
131 *Actus præſumitur eo modo, quo validè fieri poteſt.*
132 *Interpretatio in dubio ſumitur ad validandum actum.*
133 *Nova proviſio datur ſuper nullitate collationis beneficii ob defectum clericatus.*
134 *Illius formula ſupplicationis proponitur.*
135 *Papa poteſt diſpenſare cum laico ad obtinendum beneficium.*
136 *Diſpenſatio de impoſſibile, poſſibilem facit.*
137 *Laicus tutius regula de impetrando beneficium certo modo, ſi illud obtinet ex diſpenſatione.*
138 *Laicus non eſt notariè incapax beneficii, cum poſſit illud ex diſpenſatione obtinere.*
139 *Rex Francorum, eſt Canonicus in Eccleſia S. Hilarii Pictavienſis.*
140 *Laicus ex privilegio Papæ poteſt habere etiam Canonicatum.*
141 *Fœmina poteſt ex privilegio Papæ obtinere beneficium:*
142 *Ac poteſt eſſe Canoniſſa ſæcularis.*
143 *Canoniſſæ ſæculares in partibus Flandriæ, & Alemaniæ.*
145 *Abbatiſſatus impetrationis formula.*
146 *Canonici, & Canoniſſæ ſæculares in Alemania faciunt unum Collegium.*
147 *Clericus carens exequutione clericatus, non poteſt ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ beneficium obtinere.*
148 *Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non habere adminiſtrationem, & num. 151.*
149 *Ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod antea erat illegitimum.*
150 *Ratificatio malè ſuſcepti clericatus, non operatur, ſi fiat poſt collationem beneficii.*
151 *Penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum.*
153 *Beneficii appellatione non venit penſio.*
154 *Penſio, diverſas à beneficio habet qualitates, & quare.*
155 *Penſio in mera temporalitate conſiſtit.*
156 *Penſio aſſignatur etiam laico.*
157 *Hodie tamen non aſſignatur, niſi clericis ſaltem primæ tonſuræ.*
158 *Penſionem obtinere, longè minus eſt quàm beneficium.*
159 *Penſio quando veniat appellatione beneficii.*
160 *Penſionario injungitur onus recitandi Officium Beatæ Mariæ*
161 *Et ſic habet annexum onus ſpirituale.*
162 *Penſionarius, quoad privilegium fori, venit appellatione beneficiati.*
163 *Penſionum reſervationes non admittit Datario Apoſtolica, niſi pro Clericis capacibus beneficiorum.*
164 *Beneficiatus, ſicut tenetur ad horas Canonicas, ſic penſionarius ad officium B. Mariæ.*
165 *Penſio eſt res ſpiritualis tanquam quoddam beneficium.*
166 *Penſionarius ſi aſſerat ſe clericum, cum ſit laicus, penſionis reſervatio eſt nulla.*
167 *Veritas præfertur communi reputationi.*
168 *Fructuum beneficii eccleſiaſtici reſervatio non datur niſi Cardinalibus, & aliis perſonis qualificatis.*
169 *Fructuum reſervatio requirit clericatum tempore reſervationis.*
170 *Clericatus ſuperveniens non revalidat reſervationem fructuum.*
171 *Qualitas certo tempore requiſita, ſi poſtea interveniat, nihil operatur.*
172 *Penſiones ſuper fructibus Epiſcopatuum Hiſpaniæ, quando requirant clericatum.*
173 *Præſentatus ſufficit, quod ſit Clericus præſentationis tempore.*
174 *Clericatus non requiritur tempore nominationis.*
175 *Præſentatio dicitur, quando fit Superiori, alioquin dicitur nominatio.*
176 *Clauſula,* Ex nunc, prout ex tunc, *in reſervatione penſionis pro nondum clericali charactere inſignito, quid operetur.*
177 *Penſio de conſenſu ſine cauſa, non ſolet per Papam reſervari.*
178 *Penſiones de conſenſu ad favorem conſanguinei titularis, ut plurimum fraudulentes.*
179 *Clauſula quænam detur in reſervationibus penſionum de conſenſu, pro conſanguineis titularibus, quoad tempus ad litteras expediendas.*
180 *Dictio,* nunc, *eſt demonſtrativa præſentis temporis.*
181 *Et denotat præſens eſſe initium obligationis.*
182 *Clauſulæ,* Ex nunc, prout ex tunc, *intellectus in reſervatione penſionis pro nondum clericali tonſura inſignito, & num. 187*
183 *Conditionalis gratia nihil ponit in eſſe ante conditionis exiſtentiam.*
184 *Sed in ea tempus conditionis inſpicitur, non autem tempus Datæ.*
185 *Dictio,* Ex tunc, *extremitatem temporis ſignificat.*
186 *Actus trahitur ad diem conditionis, & antea non operatur*
188 *Clauſula,* Ex nunc &c. *ſpem tantummodo tribuit exigendi penſionem poſt Clericatum.*
189 *Et ſive dicat* Ex nunc, prout ex tunc, *vel* Ex tunc, prout ex nunc, *nihil differt.*
190 *Quia illius diſpoſitio pendet ſemper à futuro eventu.*

191 Ne-

191 *Neque eſt retrotractiva ad diem Datæ, niſi appareat, Papam aliud voluiſſe.*
192 *Penſio reſervata laico cum clauſula,* Ex nunc &c. *non exigitur, niſi poſt Clericatum.*
193 *Clauſula,* Ex nunc &c. *idem operatur in ipſa penſionis reſervatione à principio, quod in illius translatione.*
194 *Penſio reſervata illegitime cum clauſula,* Poſtquam clericali charactere fuit inſignitus, *debetur ſolùm à die ſuſcepti characteris.*
195 *Transferens penſionem ad favorem ſcholaris, cum clauſula,* Cum primum clericali charactere fuit inſignitus, *percipit interim penſionem.*
196 *Translationes penſionum in laicum non admittit Dataria Apoſtolica, niſi cum clauſula,* Ex nunc &c.
197 *Nec interim translatarius poteſt petere penſionem.*
198 *Penſio quando reſervatur laico, illum Dataria appellat ſcholarem.*
199 *Scholaris qualitas exprimitur ad differentiam Clericatus.*
200 *Laico, qui in reſervatione penſionis, Clericum ſe nominavit quomodo ſuccurrendum.*
201 *Revalidatio reſervationis penſionis ob defectum clericatus, petenda eſt in ſpecie.*
202 *Gratia revalidatoria non ſanat defectus non expreſſos.*
203 *Papa non cenſetur ſanare defectus, quos ignorat.*
204 *Diſpenſare non cenſetur tacitè Papa, ubi requiritur certa ſcientia defectus.*
205 *Revalidatio quoad unum defectum, non extenditur quoad aliud non expreſſum.*
206 *Remoto uno obſtaculo, non cenſetur alterum remotum, non facta illius mentione.*
207 *Reſtitutio non operatur illud, de quo non loquitur.*
208 *Confirmatio non trahitur ad non narrata Papæ.*
209 *Capacitas eadem requiritur in penſione, quæ in beneficio ſimplici.*
210 *Clericatus, quomodo probandus pro ſuſtinenda reſervatione penſionis.*
211 *Clauſula,* Quod penſio non ſolvatur, niſi literis expeditis, *quomodo intelligenda.*
212 *Penſio nulliter reſervata ob defectum Clericatus, revalidatur per novam reſervationem.*
213 *Et ſub qua formula petitur dicta nova reſervatio.*
214 *Clerico putativo quomodo poſſit penſio reſervari, & beneficium conferri.*
215 *Clericus non habens clericatus exequutionem, non eſt capax penſionis, aut beneficii.*
216 *Clauſula,* Ex nunc, prout ex tunc &c. *intelligitur de clericatu exequibili.*
217 *Clauſula,* Poſtquàm clericali charactere ritè inſignitus fuerit, *excludit illius invalidam ſuſceptionem.*
218 *Ratificatio promotioni ab alio Ordinario factæ, quomodo intelligenda.*
219 *Non retrotrahitur in præjudicium tertii.*
220 *Penſio reſervatur perſonis eccleſiaſticis, licèt clerici non ſint.*
221 *Milites S. Ioannis Hieroſolymitani, lata ſignificatione, dicuntur regulares.*
222 *Sunt de foro eccleſiaſtico, & dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ.*
223 *Et cenſentur, ut Clerici, ad effectum ſibi reſervandi penſiones.*
224 *Non ſunt capaces penſionum ſuper fructibus beneficiorum ſæcularium.*
225 *Religioſi, lato ſumpto vocabulo, Clerici appellantur*
226 *Miles quilibet Lauretanus poteſt retinere penſionem ducentorum ducatorum auri de Camera, etiam ſi ſit bigamus.*
227 *Miles Sancti Stephani, etiam pro ſumma ducatorum 200. quorum facultas fuit per Paulum V. ampliata ad 400. ducatos ſimiles.*
228 *Miles SS. Mauritii, & Lazari pro ſumma etiam ducatorum 400.*
229 *Formula ſupplicationis pro reſervatione penſionis Militi Hieroſolymitano.*
230 *Officiales, ſive Cancellariæ, ſive Cameræ Apoſtolicæ, omnes ſunt ipſius Papæ, & nulla inter eos adeſt differentia.*
231 *Camera regulariter non diſcedit à ſtylo Cancellariæ in litteris expediendis.*
232 *Officiales Cameræ, & Cancellariæ circa litterarum expeditiones omnes ſciunt intentionem Papæ.*
233 *Milites Hieroſolymitani ſunt capaces penſionibus ſuper fructibus beneficiorum ſuæ Religionis.*
234 *Regularibus, etiam Clauſtralibus Papa reſervat penſiones.*
235 *Formula hujuſmodi reſervationis proponitur.*
236 *Penſionem reſervat Papa ad commodum, & utilitatem laici pro imminenti ejuſdem neceſſitate.*
237 *Litteræ tamen hujuſmodi reſervationis expediuntur in perſonam alicujus Clerici.*
238 *Et cum facultate transferendi, & quare.*
239 *Et proponitur exemplum.*
240 *Penſio quomodo reſervata puero trium annorum, vel circa.*
241 *Penſiones ſuper fructibus beneficiorum Hiſpaniæ pro Curialibus, & aliis Italis, quomodo Papa reſervet.*
242 *Pragmaticæ, & ordinationes Hiſpaniæ prohibent penſiones reſervari ad favorem exterorum*
243 Capo di ferro *cur nuncupetur reſervatarius penſionum ſuper fructibus beneficiorum Hiſpaniæ.*
244 *Penſionis jus poteſt eſſe penes unum, & illius commoditas penes alium.*
245 *Penſiones poſſunt Itali habere in Portugallia, vigore literarum Apoſtolicarum.*
246 *Penſionis reſervandæ praxis pro exteris, ſuper fructibus beneficiorum in Hiſpania exiſtentium.*
247 *Penſione reſervata ſuper capite Hiſpani ad commodum Itali, quid ſervetur, ut Italus, moriente Hiſpano, amittat penſionem.*
248 *Mandata ſunt irrevocabilia, ſuper eo, ad quod quis de neceſſitate tenetur.*
249 *Penſionis jus an reſideat penes eum, in cujus perſonam gratia penſionis facta eſt, an penes eum, in cujus commodum cedit, & tres caſus proponuntur.*
250 *Dataria Apoſtolica quid ſervat in reſervationibus penſionum pro Italis ſuper beneficiis Hiſpaniæ, pro cautela perſonæ contemplatæ.*
251 *Penſiones Italo in caput Hiſpani reſervatæ, per mortem utriuſque extinguuntur.*
252 *Et quare.*
253 *Penſio confidentialis quomodo probetur.*
254 *Caſus proponitur.*
255 *Liber Datariæ probat, eique fides adhibenda. Et prævalet teſtibus, & n. 256.*
257 *Datarium non licet arguere de mendacio.*
258 *Datarii atteſtatio, etiam poſt dimiſſum officium, magnam facit præſumptionem circa penſiones beneficiales.*
259 *Liber Datariæ probat qualitatem gratiæ.*
260 *Datariæ miniſtri, boni, & fideles.*

QVoad quartum requiſitum, dicimus, quod beneficium eccleſiaſticum ſit Clerico, non autem laico conferendum; quandoquidem beneficium eſt res eccleſiaſtica, 100
quæ ſacerdoti, vel clerico datur in ordine ad ſacrum miniſterium, in perpetuum conceſſa, mediante canonica inſtitutione, ut per Rebuff. *in praxi in principio*, Hojed. *de incompat. benefic. par. 1. in præfat. num. 2.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 4. quæſtion. 2. numer. 4.* quare non eſt laicis conferendum, *cap. cum adeo*, & ibi gloſ. *verbo clericus, de reſcrip. cap. 2. de inſtitut.* Lap. *alleg. 138. poſt num. 12.* Mandoſ. *reg. 24. quæſt. 4. num. 3.* Menoch. *de arbitr. jud. caſu 201. num. 33.* & dixit Abb. *in capit. cum nos, de ſimon.* & notant DD. *in Clem. 2. de ætat. & qualit.* Archid. Gemin. & alii *in cap. placuit, ante fin. 32. diſt. capitul. Eccleſ. S. Mariæ de conſtit.* cum aliis adductis per Hojed. *d. par. 1. capit. ult. num. 71.* id. Pariſ. *dict. quæſt. 2. num. 1.* Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 2. num. 60.* quia ſicut non poteſt beneficium eccleſiaſticum à laico conferri, ex eo quod ſit jus ſpirituale, ita ex eadem ratione neque à laico jurium ſpiritualium incapace, poteſt obtineri, Selva *de benef. p. 1. q. 7. num. 8. & 9.* Rebuff. *in d. prax. titul. de Clericis, & à quibus, & quomodo creentur, &c. numer. 4.* Gigas *de penſion. quæſt. 21. numer. 4.* Mandoſ. *in praxi ſignatur. grat. tit. Proviſiones, verſic. amplia, quod collatio*, ubi probat, quod collatio facta laici, etiam ſuperveniente poſtmodum cle- 101
ricatu, non revalidatur, ſeu reviviſcit, juribus ibi per eum allegatis, Item Pariſ. *dict. quæſt. 2. numer. 1. & 32.* & alii, quos refert. Garc. *par. 1. capitul. 2. numer. 28.* Carol. de Graſſ. *de effect. Clericor. effect. 15. numer. 1. & 9.* ubi, quod nec per momentum temporis poteſt quis beneficium eccle- 102
ſiaſticum

ſiaſticum obtinere, uti laicus; quare ſi quis obtineret be-
neficium tanquam laicus, etiam ſi poſt clericatum ſtatim
aſſumpſerit; nihilominus illa collatio ſemper erit invalida
idem. Pariſ. *dict. quaſt. 2. numer. 7. cum pluribus ſeqq.* quia
habilitas ſuperveniens poſt perfectum actum nullum, ex
defectu exiſtente tempore actus, nihil operatur, Paul. de
Caſtr. *in leg. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ff. ſolut.
matrimon.* Alexand. *conſil. 123. numer. 5. cum pluribus ſeqq.
libr. 1.* Socin. jun. *conſil. 3. numer. 5. & 7. libr. 4.* qui loquun-
tur in ſimili de teſtamento facto ab impubere; quia illud
eſt à principio nullum, & propterea non validatur puber-
tate poſtea ſuperveniente, *leg. ſi filius, qui in poteſtate, ff.
de lib. & poſth.* id. Carol. de Graſſ. *loc. citat. num. 12. & 13.
cum ſeqq.* ubi plura ſimilia in propoſito congerit; quod qui-
dem adeo procedit, ut etiam ſi Papa conferret beneficium
laico, tanquam clerico; illumque in literis proviſionis be-
neficii nominet Clericum, talis nominatio nihil prodeſt,
neque aliquod jus confert, Boer. *deciſ. 171. num. 12.* ubi,
pluribus comprobat, quod hæc probatio non ſufficit pro
clericatu, ſi penſionarius, vendicando beneficium, al-
legat ſe clericum, vel aliter agendo id. Carol. de Graſſ. *de
effect. 15. numer. 35.* quare ſemper impetrans probare cleri-
catum, & tonſuram, etiam ſi ab alio tertio, ſecum liti-
gante non opponatur: cum ſit qualitas extrinſeca, quæ
non præſumitur, niſi probetur, idem Boer. *deciſion. 171.
num. 11.*

Ac proindè idem Pariſ. *loc. citat. num. 9.* teſtatur, quòd
cum in Romana Curia impetratur beneficium, communi-
108 ter inter alia narrata, exprimitur, Oratorem eſſe Clericum;
unde ſi talis non eſſet, ſed laicus, impetratio eſſet nulla,
& obreptitia ob falſi narrationem, Abb. *in cap. cum dile-
cta, num. 15. de reſcript.* Alex. *conſil. 60. in fin. libr. 2.* ſub-
dens idem Pariſ. *numer. 15.* id procedere, etiam ſi poſt re-
ceptam ſupplicationem, & expeditionem literarum, ſu-
109 perveniret habilitas, veluti, quia tunc feciſſet ſe clerica-
li charactere inſigniri; quia nihilominus collatio erit nul-
la: habilitas namque requiſita à principio non operatur,
ſi poſtea ſupervenerit; quia debet adeſſe tempore actus,
& ſic collationis beneficij, *l. fratres, ff. de pen.* Bart. *in leg.
uſusfructus, in fin. de ſtipul. ſerv.* gl. *in Clem. ut in verbo,
conſtitutis, de ætat. & qualit.* Gemin. *in c. ei, cui, de præb.
in 6.* & communiter DD. ut per eundem Pariſ. *d. lib. 4. qu.
1. num. 14. & d. q. 2. nu. 17.* ubi id ampliat procedere, etiam
ſi tunc temporis de tali beneficio proviſus, reputabatur cle-
ricus; veluti quia incedebat in habitu, & tonſura clerica-
libus, ac proindè pro Clerico reputabatur; quia conſtito
in rei veritate, quod non eſſet Clericus tempore gratiæ, col-
latio erit nulla, prout idem Pariſ. loquitur in terminis re-
ſervationis penſionis factæ laico *loc. citat. n. 19.* & probatur
innumeris authoritatibus, & ſignanter *in cap. cum adeo, de
reſcript. & in c. 2. de inſtit. & in cap. dilecto,* & ibi DD. *de
præb.* Gònz. *d. gloſ. 2. n. 60. cum pluribus ſeqq. & nu. 63.* ait,
quod neque una ſola hora poteſt laicus habere beneficium
eccleſiaſticum, Jo. Selva *de benef. p. 1. q. 23.* id. Pariſ. *d. lib.
4. n. 3.* cum ſicut dictum eſt, ſit incapax ſpiritualium, *d. c. ſi
quis deinceps, 16. qu. 7.* quare, etiam ſi ſit in ætate legitima
conſtitutus ad beneficium ſimplex obtinendum, tamen nec
beneficium liberæ collationis obtinere, nec ad illud, ſi
fuerit de jurepatronatus, præſentari; ſi actu non ſit clericus,
aliquo modo poterit; licèt incontinenti poſtmodum pro-
moveatur, id. Hojed. *loc. citat.* & fuit dictum in una *Fa-
ventin. Beneficii 20. Decembris* penes Buratt. *dec. 21. n. 1.*
110 ubi, quod præſentatus ad beneficium jurispatronatus, cum
non eſſet clericus tempore præſentationis de eo, coram Or-
dinario factæ, præſentatio non fuit valida, cum hoc requi-
111 reretur in præſentando, etiam ad ſimplicia; adeo ut non ſuf-
ficeret, ſi incontinenti fiat clericus, ut dictum eſt, ex *d. cap. 2.
de inſtit. cum aliis,* ut per Lambert. *de jurepatr. lib. 2. part. 1.
q. 7. art. 2. num. 15. & art. 7. nu. 7. & art. 29. verſ. ſic adver-
112 te,* ubi quòd ſicut laicus non eſt capax collationis, ita nec
præſentationis, licèt velit ſe promovere, & ſicut eſſe de-
bet quis clericus tempore dictæ collationis, ita tempore
113 præſentationis, & ſecuta eſt Rota *in una Bargen. Abbatia
19. Novembris 1588. coram Penia,* quæ diſtinguit inter no-
minationem, & præſentationem coram Ordinario, ut tem-
pore nominationis non requiratur clericatus, ſed omnino
tempore præſentationis coram Ordinario, ita id. Buratt.
in d. dec. 21. n. 21. in fin. & ſuo loco dicetur. Quæ quidem
concluſio in tantum procedere dignoſcitur, ut neque Cleri-
114 cus conjugatus poſſit beneficium Eccleſiaſticum obtinere,
cap. ſanè, & c. quod à te, de cler. conjug. Hoſt. *in ſum. eodem
titul. num. 1.* Anchar. *in cap. Ioannes, numer. 5. eodem ti-
tul.* quandoquidem Clericus conjugatus reputatur tan- 115
quam laicus in omnibus, præterquam in privilegio Cano- 116
nis, *ſi quis ſuadente, 17. quaſt. 4.* & in privilegio fori Ec-
cleſiaſtici in criminalibus, text. *in capit. un. de cler. conjug.
in 6.* quare ex eadem ratione, Clericus conjugatus nedum
eſt beneficii Eccleſiaſtici incapax, verùm etiam cujuslibet
adminiſtrationis Eccleſiaſticæ, Abb. *in cap. ſanè, numer.* 117
2. eodem titul. Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 114. numer. 4. cum plu-
ribus ſeqq. de præb.* prout neque Vicarius Epiſcopi in ſpiri-
tualibus generalis eſſe poteſt, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. al-
legat. 54. numer. 6.* Zerol. *in praxi Epiſcopi part. 1. verbo Vi-
carius, dub. 7.* Sanch. *de matrimon. libr. 7. diſputat. 46. nu-
mer. 14.* & alii relati per Garc. *de benef. part. 5. cap. 8. nu-
mer. 3.* nec Epiſcopus poteſt diſpenſare cum prædicto cleri- 118
co conjugato, etiam quoad ſimplex, ut pluribus compro-
bat Jo. Selva *in tractat. de benef. part. 1. quaſtion. 7. numer.
17. & ſeq.* Hojed. *de incompat. benef. part. 1. capit. 24. ſub
numer. 77. verſic. contrariam tamen ſententiam, fol. mihi*
102. ubi quod, ut laicus habeat beneficium Eccleſiaſticum,
eſt contra jus commune, ſecundum quod Epiſcopus diſ-
penſare non poteſt, ſed ad ſolum Pontificem talis diſpen- 119
ſatio ſpectat. Poteſt tamen clericus conjugatus obtinere
beneficium curatum, vivens ritu græcorum: nam in 120
Conſtitutione Innocentii Octavi ſuper ritibus Græcorum,
quoad beneficia curata; ita habetur. *Sacerdotes quoque
conjugati, & alii, quibus parochianorum cura, vel Eccle-
ſiarum parochialium regimen per Epiſcopos ſuos committitur,
licitè, ac liberè poſſint parochianorum ſuorum confeſſiones
audire, ipſiſque pœnitentiam injungere pro peccatis: quia,
cui licet, vel conceditur quod eſt majus, competit, & mi-
nus, nec negari convenit, quod eſt minus, &c.* quam qui-
dem Conſtitutionem refert Quarant. *in Summa bullar.
verbo, Græcorum Ritus, numer. 16.* aliàs enim Clericus
conjugatus nedum incapax beneficii Eccleſiaſtici, verum
etiam penſionis, ut in una *Teluren. Penſionis 15. Decem-* 121
*bris 1600. coram Cardinale Sacrato, & in Hidruntin. Pen-
ſionis coram Coccino 23. Iunii 1618. & in una Hieracen. Pen-
ſionis 21. Iunii coram Veroſpio,* quos refert Addit. ad Bu-
ratt. *dec. 791. ſub num. 7.*

Ait tamen Mandoſ. *regul. 24. numer. 3.* quod erit valida
collatio beneficii, ſi in ſupplicatione narretur Papæ, quod
Orator intendit quam primum promoveri, & ibi ponit
formulam hujuſmodi ſupplicationis pro laico, aſſerente ſe
ſcholarem, qui clericali charactere inſigniri cupit, &c.
Staphil. *de expect. 9. form.* per quandam *deciſion. Rotæ in
antiq.* ait, quod non clerico incedenti tamen in habitu,
poteſt beneficium conferri, ut clerico, quaſi habitus, &
diſpoſitio animi ſufficiant, ut quis pro clerico reputetur.
At verò hodie non admittit Dataria Apoſtolica hujuſmodi 122
ſupplicationes; quicquid ſervatum eſſet tempore ipſius
Mandoſii, quia bene procedit id quod ait idem Stephan.
loco citato numero 36. quod miles gaudet privilegio milita-
ri ex eo tempore, quo in numerum militum relatus eſt,
& non ante; unde hodie non admittitur illa clauſula, quam
id. Stephan. *tradit loc. citat.* nempè *ſupplicatur conferri N.
cupienti adſcribi militiæ clericali,* nec eſt ſimpliciter ve-
rum, quod ipſe Mand. ait *loco citato,* quod ſi beneficium
conferatur laico, qui poſtmodum clericus efficiatur, col-
latio, propter ſupervenientiam clericatus, ſubſiſtet, &
valida erit judicanda; & ſic allegat ſtylum ſupplicandi jux-
ta prædictam formulam, qui jam receſſit ab aula; & ait
id. Garc. *d. par. 1. cap. 2. numero 29.* quod cum ex privilegio 123
Apoſtolico conceditur laico beneficium, efficitur illud quid 124
ſæculare, & laicum; ita ut ſit quoddam ſæculare, in me-
ra temporalitate percipiendi fructus, conſiſtens, & con-
ſequenter in eo committeretur ſimonia; ſubdens *num. 29.*
quod nihilominus Capellania erecta in titulum beneficii ex
bonis alicujus, authoritate Epiſcopi, poteſt ex ordinatio- 125
ne fundatoris dari puero ante primam tonſuram titulo ſæ-
culari, donec fiat clericus; qui ſuo tempore tenebitur or-
dinari, & fieri clericus; & cum capax ſit, & habilis, ho-
ras canonicas recitare; ex eo quod id non repugnat, ſi ac-
cedat Ordinarii authoritas, non ut ante primam tonſuram,
teneat eam quis in titulum beneficii, quod fieri non poteſt,
ſed ut pro eo tempore non ſit beneficium; donec fiat cleri-
cus; & ex tunc eam tenebit ut beneficium, & in titulum be-
neficii, accedente tamen collatione Ordinarii; niſi fortè in
principio, quo eam obtinuerit, intervenerit illius authori-
tas.

tas. Hæc ipſe Garc. *loc. cit. qui num.* 31. ſubdit, quod videtur nihilominus requiri, quod fundator talis Capellaniæ collativæ expreſsè ita diſponat, quod illa dari poſſit puero ante primam tonſuram titulo ſæculari: quia ſi ſimpliciter diſponeret, quod poſſit dari puero ante primam tonſuram, intelligeretur de Capellania, ut ſic, & ideo non valeret talis diſpoſitio; Et alias in una *Iſpalen. Cappellaniæ* 14. *Martii* 1614. quidam Didacus infans non habuit proviſionem beneficii, ſed tantùm decretum ab Ordinario, ut illi in ſexto ætatis ſuæ anno exiſtenti, & ſic incapaci tàm tituli beneficii, quàm poſſeſſionis, reſponderetur de fructibus; & poſtquàm ad legitimam ætatem perveniſſet, fieret collatio, quæ eſt *deciſ.* 531. *n.* 4. *p.* 4. *in recent.*

In propoſito igitur ſupervenientis clericatus poſt colla-
126 tionem, ea quidem eſt praxis, ut ſi fortè velit Summus Pontifex de beneficio providere Oratori, qui nondum erit clericali charactere inſignitus, non admittat ſupplicationem ſub nomine Oratoris laici, ſed ille nondum promotus, nominetur clericus in ſupplicatione, quæ poſtquàm fuerit ſignata, retinetur in Officio Parvæ Datæ in Dataria, abſque eo quod apponatur Data; interim verò Orator promovetur, & poſtmodum habebit Datam poſt clericatum; & de hac praxi teſtatur id. Pariſ. *d. lib.* 4. *qu.* 2. *ferè per totam*, quod ſi eodem die, quo apponitur Data in ſupplicatione, reperiretur Orator promotus, nec diſcerni poſſit, an Data ipſa, vel clericatus præceſſerit: tunc, quia, ubi ad eſſentiam ſubſtantialem actus aliquid debet eſſe prius altero, ſi utrumque reperitur factum eodem die, præſumitur in dubio præceſſiſſe id, quod pro ipſius actus validitate præce-
127 dere debebat, idem Pariſ. *loc. cit. num.* 35. *cum ſeq.* Et ita meo tempore in facti contingentia evenit in collatione ſine cura Eccleſiæ S. Tryphonis Caſtren. Diœceſis, quæ fuerat impetrata tanquàm certo modo vacans: ex eo quòd impetrans aſſerebat, eam vacare propter inhabilitatem Rectoris, uti promoti poſt aſſecutionem dictæ Eccleſiæ, & impetrans fuit excluſus; quia prædictus Rector præſumebatur promotus, licèt eadem Die Datæ gratiæ, attamen ante prædictam Datam, ex doctrina Felin. *in cap. paſtoralis numer.* 5. *de reſcript. verſ. ratione unius horæ*, nam ibi ex Joa.
128 Andr. Butr. Imol. & Abba. probat, quòd ratione unius horæ, unum reſcriptum poteſt dici poſterius, licèt habeat Datam ejuſdem diei cum alio, & idem tenet gloſſ. *in cap. ſi à ſede in verbo appareat, de preb. in* 6. *gloſſ. fin. in lege ſi ex pluribus*, §. *final. ff. de ſolut.* ubi, quòd ratione horæ unum inſtrumentum dicitur prius altero; & facit, *leg. Titius*, §. *Lucius*, *in verbo*, *hora diei ſexta*, *& in verbo*, *caleſcente cælo*, id eſt in aurora, & ibi gloſſ. *ff. de lib. & poſth.* per quàm tamen gloſ. advertit idem Felin. *loc. citat.* quòd prædicta gloſ. præſupponit, quòd conſtet de hora utriuſque reſcripti, ergo à contrario ſenſu, ſi conſtet de hora unius, non autem alterius, non videtur conſtare de prioritate; quia ex quo habent Datam ejuſdem diei, potuit aliud reſcriptum eſſe ante, & etiam poſt illam horam; quod quidem facillimo negotio evenire poteſt; namque in literis
129 proviſionis non conſuevit apponi illius hora, ſed tantùm Data diei dictæ proviſionis; & ſic ſervatur in proviſionibus beneficialibus, in quibus apponitur Data diei conceſſionis, non autem horæ, Caſſad. *deciſ.* 20. *de preb.* ubi dicitur, quod quotidianum eſt in Curia inter concurrentes plures in proviſione unius beneficii eadem die à Papa item à Papa, & Ordinario; quia, cum hora non apponitur in proviſione Papali, ſi unus ex proviſis, per teſtes probet horam, ejus proviſio prævalet, & canonizatur in Rota, & licèt prædicta hora non apponatur, attamen Gonz. *ad reg. in* §. 3. *proœm. num.* 80. ſe credere, quod ſi Domino Datario inſtanter ſupplicaretur, forſan ipſam etiam horam in ſupplicatione apponeret: quòd tamen ego nunquam vidi.

Et notat etiam Bald. *in l. cum in teſtamento*, §. *hæc ver-*
130 *ba*, *ff. de hered. inſtitu.* quod in dubio ille actus præſumitur præceſſiſſe, qui debebat eſſe præambulus ad alium. Sicut etiam dicimus, quod quando mors, & collatio beneficii intervenerint uno, eodemque die, præſumitur, quod mors præceſſerit collationem, ut fuit in puncto firmatum in una *Nicien. Parochialis* 1. *Februarii* 1630. *coram Vereſpio*, *quæ eſt deciſion.* 344. *numero* 3. *&* 4. *diverſ. in recent.* ubi opponebatur contra eum, qui impetraverat beneficium viventis, & dum probaretur per teſtes, quod obitus, & collatio ſucceſſerant uno, eodemque die, fuit dictum, quod ad validitatem actus, & ad evitandum delictum, præſumitur poſt mortem, ſequutam fuiſſe collationem, & idem tenet Sarnen. *ſuper regula de impetr. benef. viv. qu.* 7. qui licet ibi dicat, ſe vidiſſe quandam Conſtitutionem Bonifacii VIII. Ad perpetuam rei memoriam, in quodam libro bullarum Rotæ cooperto ſericu viridi, *cap.* 152. ubi, quod prædictus Bonifacius voluit, quod omnes impetrationes factæ, etiam Motu proprio, ſub Data ejuſdem diei obitus, ſint nullius momenti, ad iſtam tamen Conſtitutionem fuit reſponſum in *d. deciſione Nicien. Parochialis*, *n.* 6. *&* 7. præſumitur etenim pro impetrante, quod impetratio ſit valida, & legitimo tempore facta, Bart. *in l. non ſolum*, §. *ſed ut probari*, *ff. de nov. oper. nunciat.* Dec. *in c. in præſentia in* 10. *notab. de probat.* cum aliis relatis per Puc. *dec.* 427. *n.* 2. *p.* 3. Et aliàs in una *Capuan. Decanatus* fuit dictum, eſſe præſumendum, quod obitus præceſſerit proviſionem; quia quando ſumus in dubio, quiſnam actus præceſſerit, ſumitur interpretatio, quod ille actus in dubio præſumatur præcedere, qui eſt neceſſarius ad validitatem actus, ut ille potius valeat, quàm pereat; quia aliter interpretando, eſſet præſumere delictum in dubio, quod non eſt dicendum, ad tex. *in d. l. merito*, *ff. pro ſocio*, cum alleg. per Menoch. *præſumpt.* 3. *n.* 14. *lib.* 5. quam quidem deciſionem *Capuan. Decanatus* refert Sarnen. *ſuper reg. de veriſim. not. qu.* 6. *verſ. iſtis tamen non obſtantibus*, Creſcent. *dec.* 13. *nu.* 1. *de reſcript.* ubi quòd proviſio Papæ ſub die 4. menſis debet canonizari, etiam ſi teſtes deponant obitum de eadem die, & hora 24. vel media hora noctis vidiſſe illum mortuum deferri ad ſepulturam; quia poteſt eſſe quod poſt illam horam fuerit gratia conceſſa, cum derogatione tamen regulæ veriſimilis notitiæ; quia collatio beneficiorum etiam de nocte fieri poteſt. Præterea, quia videmus, quod gratia fit ex poſt, & tamen ad majùs robur Datarius ad ſupplicantis petitionem, ſolet apponere Datam diei obitus cum derogatione prædictæ regulæ; & cum teſtes deponant, illa hora vidiſſe illum deferri ad ſepulturam, veriſimiliter à communiter accidentibus, debebat obiiſſe per plures horas antea, ut in *d. dec.*

Verùm hæc intelliguntur data derogatione prædictæ regulæ de *veriſ. not.* aliàs ſi exciperetur de dicta regula, impetranti incumberet onus probandi veriſimilem notitiam obitus, id. Sarnen. *loc. cit.* Mareſcott. *var. reſ. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 201. *cum ſeqq.* Unde ait id. Fel. *in d. c. paſtoralis*, *verſ. ad identitatem*, *circa med.* quod ſi appareat fuiſse appellatum una hora, & in eadem impetratam commiſſionem appellationis, præſumitur appellationem præceſſiſse, quia præcedere debet, & hic plures caſus ſimiles congerit Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 40. ubi, quod ſemper capienda eſt præſumptio, ut actus valeat, *d. l. quoties*, *ff. de reg. jur.* DD.
in l. 1. *ff. ſolut. matrim.* & hæc eſt generalis regula, ut actus 131
præſumatur eo modo, quo validè, & licitè fieri poteſt, *l. quoties*, *ff. de reb. dub. d. l. merito*, *ff. pro ſocio*, Ludoviſ. *dec.* 493. *n.* 5. Cavaler. *dec.* 307. *n.* 4. per tex. *in cap. ex literis*, *de cenſ.* cum adductis per Surd. *conſ.* 198. *n.* 15. *& ſeqq. libr.* 2.
Butar. *dec.* 316. *n.* 5. 6. *&* 7. *&* 10. ubi, quod interpretatio, 132
in dubio ſumenda eſt potius ad validandum, quàm ad deſtruendum actum, *ex d. l. quoties*, *ff. de reb. dub.*

Et aliàs dubium fuit propoſitum in Rota. Nam collatio Papæ facta erat eadem die ei, qui in partibus, hora ſecunda noctis factus fuerat clericus, & quærebatur, an eſset invalida tanquàm facta inhabili, & laico, an verò præſumendum eſset, collationem ſubſequutam fuiſse clericatum; & pro hac ultima concluſione reſolutum fuit, tum propter actus validitatem, ad not. per Felin. *in d. c. paſtoralis*, quæ præſumptio validitatis omnes aliàs ſuperat, ad tex. *in c. quoniam* Abbas *de off. deleg.* tum etiam propter horam certam clericatus, quæ anterioritatem præſumi facit, ad Bald. *in l. Imperator in* 1. *lect. col.* 3. *num.* 4. *ff. de ſtat. hom.* & hunc caſum refert Mandoſ. *in praxi Signat. grat. tit. Proviſiones*, *verſ. Pulchrum dubium*, Gonz. *gloſſ.* 2. *nu.* 73. ubi de ſupradicto caſu loquitur, plures allegans authoritates, non tamen d. Mandoſ. *loc. citat.* quæ quidem per tranſitum dicta intelligantur, ne ulterius à propoſita materia divagari videamur.

Ubi verò contingit, Oratorem in ſupplicatione ſe clericum aſſerere, cum tamen ſit laicus, ſibique beneficium nulliter, ſive Apoſtolica, ſive ordinaria authoritate conferri, Datariæ Apoſtolicæ uſus admiſit (niſi fortaſse facti qualitas Pontificem retrahat ab hujuſmodi collatione convalidanda) ut dentur Oratori literæ novæ proviſionis, pro quibus impetrandis porrigitur ſupplicatio, quæ de more ipſius Datariæ ita concipi conſuevit, videlicet.

Bea-

134 *Beatiſſime Pater, Aliàs devoto S. V. Oratori N. N.*
clerico Neapolitan. de ſine cura Eccleſia, ſeu Capella
Sancti N. Neapolitan. Civitatis, vel Diœceſis, per li-
beram reſignationem devoti veſtri N. clerici de illa, quam
tunc obtinebat, in manibus Ordinarii loci ſpontè factam,
& per eundem admiſſam (aut narretur alius modus
vacationis) *vacante, de illa ſic vacante ordinaria au-*
thoritate proviſum fuit, poſſeſſione, fructuumque per-
ceptione ſubſequutis (& ſic exprimitur an prædictos,
fructus perceperit vel ne.) *Cùm autem Pater Sancte,*
idem Orator, ex eo quod tempore proviſionis hujuſmodi,
clericali charactere minimè inſignitus erat, licèt ad præ-
ſens eo exiſtat, ſeu certis aliis cauſis dubitet, proviſio-
nem hujuſmodi viribus non ſubſiſtere, ſed Eccleſiam, ſeu
Capellam prædictam adhuc, ut præfertur, aut aliàs cer-
to alio, quem S. V. pro expreſſo habere placeat, & ſeu in
literis ſi videbitur, regula contraria non obſtante, expri-
mendo modo, vacare. Supplicat igitur humiliter E. S.
V. Orator præfatus, quatenus verum, & ultimum dictæ
Eccleſiæ vacationis modum, etiam ſi ex illo quævis gene-
ralis reſervatio, &c. ſibique omnes, & ſingulos fructus,
&c. ex dicta Eccleſia, ſeu Capella per eum hactenus ma-
lè, & indebitè perceptos, qui ſummam C X X. ducato-
rum auri de Camera non excedunt, gratioſè remitten-
do, & condonando, ſpecialem gratiam faciendo, præ-
dictam Eccleſiam, ſeu Capellam, cujus, & illi forſan
annexorum fructus, &c. L. ducatorum auri de Camera,
&c. non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo,
&c. vacet, eidem Oratori conferre, &c.

Hoc autem habet locum niſi apparuerit, quod Papa ipſi
Oratori vellet, licèt laico, conferre beneficium; indubi-
135 tati namque juris eſt, poſſe Papam cum laico diſpenſare,
illumque capacem reddere ad obtinendum beneficium Ec-
cleſiaſticum, quamvis nondum ſit clericali charactere in-
ſignitus: nam virtus, ea eſt diſpenſationis, ut de impoſ-
136 ſibili poſſibile faciat, gloſ. *in c. gratia, in verbo, non poteſt,*
de reſcript. in 6. Abb. *in c. quod Dei timorem, colum. 2. de*
ſtat. Monach. idem Pariſ. *d. quæſt. 2. numero 32. & 33.* &
dixit Felin. *in c. cauſam, quæ num. 6. de præſcript.* & tradunt
DD. *in cap. Ioannes, de cler. conjug.* quod quidem uſque
137 adeò procedit, ut laicus ſe tueatur regula de impetrando
beneficia vacantia certo modo; quia poteſt ex diſpenſatio-
ne beneficium obtinere, prout deciſum fuit in una *Cala-*
guritan. Abbatiæ 4. Novembris 1551. teſte Caputaquen.
deciſ. 138. part. 2. & deciſ. 24. part. 3. ubi quod prædicta re-
gula conſiderat tantummodo, quod laicus non eſt notoriè
138 incapax, cum poſſit beneficium ex diſpenſatione retinere
Sarnen. *in reg. de trienn. quæſt. 26. num. 2.* Gonzal. *d. gloſſ.*
a. num. 70. Nec novum eſt, poſſe etiam laicum ex Papæ pri-
vilegio, nedum beneficia retinere, ſed etiam illa conferre
DD. *in cap. 2. de præb. in 6. & in c. ſacroſancta, & in c. Meſ-*
ſana, de elect. & ex Abb. *in cap. extirpanda, §. quia vero ait*
Gig. *de penſ. quæſt. 21. num. 4.* quod Rex Francorum eſt Ca-
139 nonicus in Eccleſia Sancti Hilarii Pictavicenſis, ſubdens
num. 5. nonnullos Principes Chriſtianos eſſe ab Apoſtolica
Sede privilegiatos circa beneficiorum collationes, aut no-
minationes Prælatorum ex Corſet. *in tract. de poteſt. & ex-*
cellentia Regia quæſt. 11. ubi enumerat prædictos Principes,
& refert Barbol. *de poteſtat. Epiſc. allegat. 72. nu. 75.* quod
140 laici nedum beneficium, ſed etiam Canonicatus poſſunt
habere ex privilegio Apoſtolico, ut habet familia Villalo-
borum, nunc Marchiones Aſtorgæ in Sede Legionenſi, &
quod ſimile privilegium conceſſum eſt à Papa Regibus il-
lius Regni, & idem eſt conceſſum Comiti Barchinonen.
pro Eccleſia illius Civitatis, ex authoribus ibi allegatis, &
ex aliis à nobis ſupra adductis.

Præterea ex ſimili diſpenſatione, ſeu privilegio Apoſto-
lico videmus, quod ſicut fœminæ poteſt competere jus
141 conferendi beneficia, ut ſupra diximus, ita etiam eadem
142 poterit illa obtinere; nam poſſunt eſſe Canoniſſæ ſæcula-
res, de quibus eſt text. *in cap. dilecta, ibi Canoniſſas ſuas,*
de major. & obed. & in Clem. Attendentes, §. illas quoque
mulieres, quæ vulgo dicuntur Canoniſſæ ſæculares, de ſta-
tu monach. quæ quidem mulieres vivunt ſecundum ordi-
nem, & vitam Canonicorum ſæcularium: ait tamen Lam-
bert. *de jurepatr. part. 1. lib. 2. art. 6. quæſt. 7. princip. num. 4.*
fol. 556. quod licèt nomen Canoniſſæ cadat in mulieres, ta-
men iſtę non ſunt approbatæ à Sede Apoſtolica, ut dicit
etiam tex. *in cap. indemnitatibus, de elect. in 6.* & adeſt Ro-
tæ deciſio, *in titul. ne ſent. excomm. in antiquioribus*, ubi
determinatur, tales Canoniſſas ſæculares eſſe à Deo repro-
batas; & quod non gaudent privilegio, *ſi quis ſuadente*,
17. q. 4. cum non ſint verè Eccleſiaſticæ perſonæ, licèt ſub-
ſint Epiſcopo; ſubdens id. Lambert. *loc. cit.* quod licèt iſtæ
appellentur Canoniſſæ, non tamen ſunt probatæ; quia ea-
rum vita ſæpè malum habet finem, prout in *d. cap. indemni-*
tatibus, namque ut plurimum habitant permixtum, ſed
quod ſemper ex iſtis mixturis expectatur peſſimus even-
tus.

Quæ quidem Canoniſſæ ſæculares, ut obſervavi in Can-
cellaria Apoſtolica, ſunt in partibus Flandriæ, & Alema- 143
niæ, de quibus loquitur, *d. cap. cum dilecta, §. fin.* quæ
obtinere conſueverunt quaſdam præbendas, & ibi Papa
mandat, ut dictæ Canoniſſæ, & Clerici Abbatiſſæ obe-
dientiam, & reverentiam impendentes, ejus ſalubria mo-
nita, & mandata obſervent, eaſque Eccleſiaſtica cenſura
compellat, & ibi gloſſ. *in verbo, Canoniſſas*, quod dict.
text. loquitur ſecundum conſuetudinem Theuthonicorum,
ubi ſunt Canoniſſæ ſæculares, quæ nullam emittunt pro-
feſſionem, nec renunciant propriis; immò quandoque
contrahunt matrimonia, quarum quidem Canoniſſarum
unaquęque habet duas, vel tres præbendas temporales, quæ
cum annectantur rei ſæculari, ſæculares etiam præbendæ
dicuntur, illarumque fructus tanquam commoditas tan-
tùm conſideratur, quæ ex ipſis præbendis percipitur, & una-
quæque Canoniſſa poteſt ex illis duas, vel tres ſine diſpen-
ſatione retinere, ut teſtatur Caputaqu. *deciſ. 336. p. 2. per*
totum, ubi, quod ſi illæ præbendæ vendantur, non com-
mittitur ſimonia; ac proinde prædictæ Canoniſſæ de illis
ad eorum libitum diſponunt, eaſque vendunt abſque diſ-
penſatione, & voluntate Superioris, & vitio ſimoniæ,
ut per Lotter. *de re benef. libr. 1. quæſt. 19. num. 15.* Buratt.
deciſ. 827. num. 3. & ibi Addit. *num. 9. & deciſ. 840. num. 15.*
& ibi id. Addit. ubi quod prædictæ Canoniſſæ non emit-
tunt vota, nec ſervant clauſuram; tenentur tamen præ-
ſtare obedientiam Abbatiſſæ, ex laudabili conſuetudine,
ac in die Paſchatis, Abbatiſſam prædictam in Choro ſeden-
tem adire, & librum, ſive aliquid aliud præ manibus ha-
bentes, quaſi ſuorum bonorum repræſentationem eidem
Abbatiſſæ offerre proprium; & facultatem petere eligendi
Confeſſarium, exeundi de Clauſtro, & Oppido pro ea-
dem die, vendendi, & emendi pro neceſſitate; necnon pro-
mittere vivere, & mori ſub illius obedientia; quibus Ab-
batiſſa concedit omnia petita, & omnia ſervare tenentur,
ſecundum modum vivendi introductum in Collegio, ut
dicitur etiam in una *Tullen. Juriſdictionis coram Cardinale*
Virili, & pro nonnullis Canoniſſis in partibus Flandriæ
earumdemque proviſionibus, vidi alias ſupplicationes Pa-
pæ porrectas, eo quo ſequitur modo, videlicet.

Beatiſſime Pater. Supplicat S. V. devota illius Oratrix
Margarita N. Canoniſſa ſæcularis, & Collegiata Ec-
cleſiæ Beatæ Marię Virginis loci N. Leodien. Diœceſis de
nobili genere procreata in decimonono ſuę ætatis anno
conſtituta ut Abbatiſſatum ejuſdem Eccleſię, in qua,
pręter illius Abbatiſſam, Decaniſſam, & Canoniſſam
pro tempore exiſtentes, nonnulli Clerici ſęculares Cano-
nicatus, et prębendas, ac alia beneficia Eccleſiaſtica ini-
bi obtinentes, et cum eiſdem, Decaniſſa, et Canoniſſis
unum Capitulum facientes, fore noſcuntur, et qui Ab-
batiſſatus inibi Dignitas principalis, et electiva, ac for-
ſan curata, etiam cura juriſdictionali exiſtit, etc. eidem
Oratrici conferre, etc.

Et in ſupplicatione pro Dignitate in Eccleſia in qua ſunt
Abbatiſſa, ac viri, & mulieres, ita fuit additum. Et
cum expreſſione, quod in dicta Eccleſia, præter illius Ab-
batiſſam Ordinem S. Benedicti profiteri ſolitam, nonnul-
læ Canoniſſæ, ſæculares præbendas inibi obtinentes, &
cum dicta Abbatiſſa, unum Capitulum conſtituentes,
fore noſcuntur. Et citra approbationem ſtatus dictæ Ec-
cleſiæ.

Unde notat Cancellaria Apoſtolica, quod beneficia,
Abbatiſſatus, Prioratus, & alia, quę conſueverunt te-
neri

neri per Canonicas, ſeu Canoniſſas ſeculares in partibus
Alemaniæ, ubi ſunt plura Monaſteria, quibus præſunt Ab-
batiſsæ, vel Prioriſſæ, & Canonicæ, ſeu Canoniſſæ ſecula-
res; & in pluribus locis ejuſdem Alemaniæ, ubi ſunt Cano-
146 nici, & Canoniſſæ ſeculares facientes unum Capitulum,
etiam ſi ſint Dignitates principaſes, non tamen cadunt ſub
reſervationibus, & regula de Dignitatibus principalibus re-
ſervatis, ita quod confertur talis Dignitas principalis non
ut reſervata, ſicut alia beneficia. In omnibus tamen talia
beneficia iſtarum Canonicarum, ſeu Canoniſſarum tra-
ctantur ut alia beneficia eccleſiaſtica non reſervata; adeò
quod Dignitas, etiam principalis non eſt reſervata per re-
gulam de Dignitatibus principalibus, & ita dixerunt Do-
mini Abbreviatores. Qui tamen voluerunt, quod debe-
ret poni Clauſula, quod per hoc non intendit Papa appro-
bare ſtatum ipſarum per tex. *in d.cap. indemnitatibus in fin.
de elect.* ita ponetur Clauſula *Volumus* in fine poſt verbum,
mentio ſpecialis, prout eſt tex. *in d.cap. dilecta*, & ita Ad-
notator teſtatur, vidiſſe minutam ſuper proviſione Abba-
tiſſatus hujuſmodi Dignitatis principalis extra Curiam va-
cantis, abſque reſervatione diſpoſitivè, vel conditionaliter,
aut forma juramenti *ut in notabilibus ejuſdem Cancellariæ,
fol. mihi 277. à tergo*.

Poſtremò, quod dictum eſt de puro laico, qui non eſt be-
neficii eccleſiaſtici capax, dicendum quoque eſt de eo,
147 qui licet fuerit Clericus, clericatus tamen exequutione
prorſus caret, niſi ſecum fuerit per Sedem Apoſtolicam di-
ſpenſatum; à qua in dies hujuſmodi diſpenſationes ema-
148 nant; cum paria ſint non eſſe, vel eſſe, & non habere ad-
miniſtrationem, Boer. *deciſ.* 171. *numer.* 26. quare ſi exem-
pli gratia, fuerit quis ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine lit-
teris dimiſſorialibus proprii Epiſcopi, licèt iſte ſit verè cle-
ricus, quia per talem ordinationem fuit impreſſus chara-
cter, *cap. eos, de tempor. ordin. in* 6. Guid. Pap. *deciſ.* 149.
numer. 5. nihilominus non poterit obtinere beneficium ec-
cleſiaſticum; ex eo quod eſt ſuſpenſus ab exequutione or-
dinum; quia irrita eſt collatio clericatus quoad exequutio-
nem, *cap. ſi quis auſus, diſt.* 71. *cap. nullus, cap. Epiſcopi* 9.
quæſt. 2. *cum nullus de tempor. ordin. in* 6. & licet Ordinarius
poſſit ratificare ordinationem factam ab alio Epiſcopo,
cap. Salernitana, & ibi gloſ. *in verbo, ac ſi me auctore*, ubi
149 quod ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quoad
ab initio fuit illegitimè factum; requiritur tamen, quod
prædicta ratihabitio, ſeu ratificatio fiat antequam clerico
ſic malè promoto, fiat collatio beneficii; alioquin ipſa
collatio erit nulla, Franc. *in cap. ſi eo tempore, num.* 8. *de
reſcrip. in* 6. ubi improbat opinionem Specul. *in titul. de act.
& petit.* §. *de action. verſ. numquid ſcholaris*; quatenus ait,
valere collationem, ſi laicus erat in propoſito clericandi;
tamen contrarium eſt verius; quia inſpiciendum eſt tem-
pus Datæ litterarum, quo debet eſſe clericus, ut *in c. cum
adeo de reſcript.* niſi tamen fuerit expreſſum, quod Orator
ſit laicus; quia tunc, cum Papa certa ſcientia reſcribat,
valeret talis impetratio, aliàs enim collatio erit nulla, &
beneficium vacat, ita ut poſſit ab alio, certo modo, &
ob malam hujuſmodi promotionem impetrari: prout ſæ-
pè fieri vidimus hujuſmodi impetrationes in Romana Cu-
ria.

Eſt tamen advertendum ex ſupradictis, quod licet certa
ſit concluſio, quod in caſu malæ collationis hujuſmodi cle-
ricatus, illa poſſit à proprio Epiſcopo ratificari, ſi tamen
antequam ratificetur, fieret talis beneficii collatio, ab alio,
ut ſupra dictum eſt, talis ratificatio non operatur, aut retro-
150 trahitur in præjudicium tertii impetrantis, pro quo vide
optimam deciſionem *Caputaq.* 126. *incip. Clericus promo-
tus, par.* 1. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 4. *quæſt.* 2. *numero* 58.
59. & 60. qui *numero* 66. ex juribus ibi per eum allegatis,
ſatis eſſe ait, quod proprius Ordinarius approbet collatio-
nem clericatus ab alio Epiſcopo factam; alias enim nihil
151 dicitur actum; cum paria ſint, non habere characterem,
ad effectum obtinendi beneficium, & tali modo habere, ut
careat exequutione: quia tunc eſt tanquam ſi non haberet,
Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect.* 15. *num.* 28. qui uſque ad
num. 40. plures congerit caſus, in quibus clericus efficitur be-
neficii incapax.

Nec incongruè hic pro noſtra praxi ſequitur videre, num-
quid Summus Pontifex, ſicut beneficium eccleſiaſticum
laico, attento jure communi, minimè confert, idem quoque
dicendum ſit in conſtitutione penſionis ſuper fructibus be-
neficii ad favorem laici. Et quidem videtur potius negati-
vè, quam affirmativè reſpondendum, quandoquidem pen-
ſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, *c. quamvis* 1. *de præb. 152
in* 6. Selv. *de benef. part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 11. & eſt communis
opinio, de qua teſtatur Hoſed. *de incompat. benef. par.* 2. *cap.*
7. *num.* 4. ubi probat *ex d. cap. quamvis*, quod quando man-
datur alicui provideri de beneficio, non poteſt vigore dicti
mandati provideri de penſione, quia appellatione benefi- 153
cii non venit penſio in litteris beneficialibus, ſed ſolum com-
prehenditur beneficium, quod datur in titulum, Burſatt. *conſ.*
351. *num.* 17. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 31.
& 32. penſio etenim diverſas à beneficio habet qualitates, 154
quia beneficiatus intitulatur beneficio, penſionarius verò
non, Abb. *in cap. ad audientiam, el.* 2. *de reſcript.* ubi Felin.
& alii; ac in multis differt penſio à beneficio, de quibus idem
Pariſ. *lib.* 2. *quæſt.* 15. *per tot.* quia penſio in mera tempora- 155
litate conſiſtit; propterea videmus, quod aſſignatur etiam 156
laico, Abb. & alii *in d. cap. ad audientiam*, ac proinde æqui-
paratur contractibus prophanis, Mareſcott. *var. reſolut. lib.*
2. *cap.* 3. *num.* 4. *cum pluribus ſeqq.*

His tamen non obſtantibus, contrarium verius eſt, diu-
tinaque Romanæ Curiæ praxi receptum: namque, ut om-
nes norunt, ac teſtantur, etiam antiquiſſimi Curiales, ta-
metſi de jure communi, laicus ſit capax penſionis, ut ait in-
ter cæteros, Gigas *de penſion. quæſt.* 21. nihilominus aliter ho-
die, attento prædictæ Curiæ ſtylo dicendum eſt: qui ita
admiſit, ut penſio ſuper fructibus beneficii eccleſiaſtici, non-
niſi clericis, ſaltem primæ tonſuræ conſtitui poſſit, eo mo- 157
do, quo ipſis beneficia conferuntur, ut fuit dictum in una
Ferrarien. Penſionis, coram Remboldo, impreſſa penes Vi-
vian. *in calce ſuæ prax. juriſpatron. deciſ.* 93. *num.* 4. Cardin.
Tuſc. *concluſ.* 56. *littera B. numero* 5. & 6. Ugolin. *de pot.
Epiſcop. cap.* 50. §. 1. *numer.* 3. nam licet longè minus ſit obti- 158
nere penſionem, quam beneficium, nihilominus hic æqui-
parantur, cum utrumque exigat ſtatum clericalem in obti-
nente, ut per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 40. *numero* 131.
& regulariter quando beneficium capitur amplo, & favo-
rabili nomine, tunc penſio, etiam illius appellatione com- 159
prehendi poteſt, prout eſt quando illa confertur in titulum,
maximè hodie, ſtante Motu proprii Pii V. ubi penſionario 160
iniungitur onus recitandi ſingulis diebus Officium Bea- 161
tæ Mariæ: unde penſio habet annexum onus ſpirituale,
per quod magis poteſt dici, ut veniat appellatione bene-
ficii, ut optimè deducit Gratian. *deciſion.* 158. *in add. nu-
mero* 9.

Quinimmo, etiam quoad privilegium fori, penſionarius
venit appellatione beneficiati, ut ex pluribus cumulatis per 162
*Alexand. Sperell. eximium Cancellariæ Apoſtolicæ Majoris
Præſidentiæ Litterarum Apoſtolicarum Abbreviatorem in
ſuis deciſ. fer. Eccleſ. deciſ.* 65. *num.* 34. *cum pluribus ſeqq.
ubi num.* 35. quod cum de hac re hæſitaretur, fuit hujuſmo-
di dubium, præſidente bon. mem. Cardin. Alciato in Sacra
Congregatione, propoſitum die 6. Decembris 1576. & con-
trariis omiſſis, valdè urgebat doctrina Gig. *de penſ. quæſt.*
94. *n.* 8. nihilominus tamen, quia adhuc minimè ceſſabat
difficultas, ipſa Congregatio remiſit articulum ad Grego-
rium XIII. qui, audita relatione ejuſdem Congregationis
ſub die 18. ejuſdem menſis, declaravit, penſionarium cen-
ſeri beneficiatum ad effectum gaudendi privilegio fori Ec-
cleſiaſtici, de quo loquitur Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de
refor.* Undè rejicitur opinio contrarium aſſerens præſer-
tim Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 15. ubi contra-
riam affert aliam declarationem ejuſdem Congregationis,
quæ tanquam apochrypha rejicitur ab eod. *Sperello loc. cit.
num.* 36. *in fin.* quicquid etiam diserit Carol. de Graſſ. *de ef-
fect. cleric. effectu* 1. *à num.* 1205. *verſ. attamen prædictis pa-
rum obſtantibus uſq. ad num.* 1224.

Nec Dataria Apoſtolica in praxi admittere conſuevit pen-
ſionum reſervationes, niſi pro dictis clericis beneficio- 163
rum capacibus: ac propterea ſupradictus ſtylus tenaciter
ſervatur pro lege, juxta text. *in c. paſtoralis, de fide inſtrum.
c. bona,* §. *fin. de confir. util. vel inut. cap. ex litteris, de conſtit.
cap. quam gravi, de crim. falſ.* Caſſad. *deciſ.* 2. *numero* 4. *de
loca.* Felin. *in cap. ex parte* 1. *nu.* 16. *cum ſeqq.* id. Pariſ. *de re-
ſign. benef. lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 8. & *lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 55. &
libr. 8 *quæſtio.* 8. *numer.* 47. Gonz. *gloſ.* 6. *num.* 510. præſertim,
quia ſicut beneficiatus tenetur ad horas canonicas, ita ex d.
Motu proprio tenetur ad recitandum Officium B. Mariæ; 164
& ſicut beneficium non poteſt reſignari ſine licentia Papæ,
ita nec penſio extingui: niſi fortaſsè velit penſionarius illam
in totum remittere, Grat. *d. dec.* 158. *per tot.* Garc. *in add. ad
par.* 1.

p.1.c.5.nu.27. ubi ex Leſſ. *de juſt. & jur. lib.2. cap.35.nu.29.*
165 ait, penſionem eſſe rem ſpiritualem tanquam quoddam
beneficium, & hodie Rota tenet, quod penſio non ſit res
prophana, ſed annexa ſpirituali, ut fuit dictum in una *Bri-
tonorien. coram Gypſio* 12. *Decembris* 1588. *& die* 3. *Mar-
tii* 1589. id Pariſ. *lib.6. q.4. nu.54.*

Quod quidem in tantum procedere dignoſcitur, ut ſi
penſionarius, tempore reſervationis penſionis afferat ſe
clericum, cum tamen ſit laicus, hujuſmodi reſervatio erit
166 nulla, eo modo, quo diximus in ſimili de beneficio, &
fuit notabiliter dictum in una *Barchinonen. Penſionis*, *quæ
eſt dec.20. par.3. lib. 3. diverſ.* ubi, ex eo quod poſt obten-
tam penſionem apparebat, quod penſionarius fecerat
ſe clericali charactere inſigniri, & per ejus adverſarium
erant productæ literæ clericatus, & licèt per teſtes proba-
retur, quod penſionarius per annum fuerat habitus, &
reputatus pro clerico, hoc non ſufficiebat; quia vera pro-
batio prævalebat illi probationi per reputationem.

Præterea aliàs iſtud in Rota fuit propoſitum dubium;
Nam tranſlata fuerat penſio in favorem aſſerentis ſe cleri-
cum: & dum ſuper invaliditate hujuſmodi tranſlationis li-
tigaretur, probabat tranſlatarius per teſtes, ſe tranſlatio-
nis penſionis tempore, habitum, & tentum fuiſſe pro cle-
rico, quod ſufficere videbatur, & per adverſarium fuerunt
productæ literæ clericatus tranſlatarii, quæ habebant Da-
tam poſt hujuſmodi tranſlationem, unde Rota concluſit
167 pro nullitate tranſlationis, veritatem communi reputatio-
ni præferens, ut per Mandoſ. *in praxi ſignat. gratia tit. Pro-
viſiones, verſ. Alium dubium.*

Eſt etiam hic pro Tyronibus notandum, hæc nedum in
reſervatione penſionis locum ſibi vendicare, verum etiam
in reſervatione fructuum loco penſionis: prout quando-
que obſervavimus, licèt raro; ex eo quod talis fructuum
reſervatio non datur niſi Eminentiſſimis Cardinalibus, aliiſ-
168 que perſonis qualificatis, & Summo Pontifici charis, & ac-
ceptis; tunc igitur in tali fructuum reſervatione requiritur,
quod reſervatarius, tempore hujuſmodi reſervationis, ſit ſal-
169 tem prima clericali tonſura initiatus: namque ita de ſtylo
Curiæ requiritur in reſervatione fructuum; ſicut penſionis;
qui quidem ſtylus facit jus, ac proinde pro lege ſervandus
eſt: & in terminis reſervationis hujuſmodi fructuum con-
tra Oratorem, qui tempore reſervationis aſſeruit, ſe eſſe
clericum, cum talis non eſſet, adeſt notabilis Rotæ *deciſion.
coram Lancelletto*, impreſſa penes Farin. *tomo* 1. *deciſion.*
158. *num.* 1. *ubi num.* 2. habetur, quod prædicta reſervatio
fructuum fuit invalida; cum tempore dictæ reſervationis
170 Orator non eſſet Clericus; nec clericatus ſuperveniens po-
tuit revalidare gratiam reſervationis; cum habilitas requi-
ratur tempore Datæ, juxta tex. *in c.eam te, de reſcript. c. ſi
eo tempore, eodem tit. lib.6.* & fuit reſolutum in una *Vercel-
len. Canonicatus* 22. *Ianuarii* 1598. *coram Pacen. ut in d.de-
ciſ.*158. *num.*2. *&* 3.

Et pro nullitate penſionis, ſic nulliter ob defectum cleri-
catus, reſervatæ, fuit etiam dictum, & in una *Abulen. Pen-
ſionis* 11. *Maii* 1607. *coram Cardinale Sacrato*, *& in una
Zamoren. Penſionis* 29. *Octobris* 1601. *coram Ortembergo*,
quas refert Addit. ad Buratt. *dec.* 791. *num.*7. ubi hanc con-
cluſionem extendit, etiam ſi poſt reſervationem penſio-
nis, ſtatim efficeretur clericus; quia, ſicut aliàs diximus,
171 qualitas certo tempore requiſita in aliqua perſona, ſi poſtea
intervenerit, nihil operatur, *l. ſciendum, §. fin. ff. qui ſatiſd.
cog. l.2. §. non ſolum ff. de excuſat. tut.* attentis etiam aliis ju-
ribus ſupra allegatis.

Eſt tamen notandum cum Garc. *de benef. in add. ad p.1.
cap.5. numer.* 16. circa clericatum ad penſiones requiſitum
tempore reſervationis, idem Rotam intellexiſſe *in una Abu-
172 len. Penſionis coram Lancellotto*, procedere in penſionibus
ordinariis, quæ reſervantur à principio, ſeu in concreto
ad favorem certæ perſonæ: ſecus verò in penſionibus re-
ſervatis in abſtracto pro perſonis nominandis, ut in pen-
ſionibus Epiſcopatuum Hiſpaniæ de jurepatronatu Regis,
in quibus ipſa Rota tenuit, non eſſe neceſſarium, quod per-
ſona nominata habeat clericatum tempore reſervationis,
ſed ſatis eſſe, quod ſit clericus tempore nominationis, quo
gratia effectuatur, & perficitur, non obſtante, quod literæ
expediantur ſub Data reſervationis, & in eis appelletur cle-
ricus juxta ſtylum.

Verum idem Garc. *loc. cit. verſ. ſed ſalva pace*, ait, ſe
nunquam potuiſſe ſequi ſupradictam, & aliàs ſimiles deci-
ſiones ob hanc rationem, nempè, quod cum literæ reſerva-
tionis penſionis ſint ad favorem talis uti clerici, & cum Da-
ta cedulæ Conſiſtorialis, in qua reſervatur, utique eo tem-
pore oportet adeſſe clericatum; quia eſt judicandum juxta
formam literarum, & eſt earum Data attendenda; nec re-
fert, quod reſervatio ſit facta pro perſonis incertis, & nomi-
nandis; nam facta in ſupplicatione, nominatione, & cum
clauſula, quod literæ expediantur ſub Data reſervationis, &
cedulæ Conſiſtorialis, perinde eſt, ac ſi à principio in favo-
rem ejus eſſet reſervata, & nominatio retrotrahitur ad tem-
pus reſervationis, & ejuſdem cedulæ Conſiſtorialis; & ita in
nominatione, & ſupplicatione, quæ per Papam ſignatur,
non ponitur Data, quia tempus illius non eſt attendendum,
& aliàs non poſſunt ſpectare ad nominatum penſiones à die
Datæ literarum, etiam ſi ex tunc eſſet habilis, &c.

Ego verò à ſupradictis deciſionibus Rotalibus nunquam
diſcederem, ſed eas omnino ſequendas eſſe exiſtimo; quia,
quando hujuſmodi penſiones reſervantur ſuper fructibus
Epiſcopatuum Hiſpaniæ, ſive aliorum, ad illius favorem, qui
tunc temporis non eſſet clericali tonſura initiatus, ſatis ſu-
perq; eſt, quod tempore illius nominationis reperiatur cle-
ricus ut in dicta deciſione *Abulen. Penſionis*, neque eſt re-
ſpuendum exemplum quod idem Garc. ibi rejicit de cleri-
catu poſt nominationem, ante tamen præſentationem fa-
ctam à patrono ad beneficium juriſpatronatus; quia præ-
ſentatus ſufficit, quod ſit clericus tempore præſentationis,
quod attendi debet, non autem neceſſe eſt, quod ſit cleri- 173
cus tempore nominationis: namque præſentatio intelligi-
tur tantùm, quando fit Superiori, alioquin dicitur nomi- 174
natio, ut per Roch. de Curte *de jurepatron. verbo, hono-* 175
*rificum, qu.*41. & ait id. Garc. *p.7. cap.1. num.* 32. *cum pluri-
bus ſeqq.*

Hujuſmodi autem nominatio ad penſiones ſub hac for-
mula emanare conſuevit, videlicet.

*Motu proprio, &c. Cùm Nos aliàs in proviſione Ec-
cleſiæ N. de perſona Venerabilis fratris noſtri A. per Nos
facta, quem chariſſimus in Chriſto filius Philippus Hiſpa-
niarum Rex Catholicus nobis ad id per ſuas literas præſen-
taverit, nonnullas penſiones annuas uſque ad ſummam
quingentorum ducatorum in Regnis Hiſpaniæ curſum ha-
bentium ſuper menſa Epiſcopalis prædictæ Eccleſiæ fructi-
bus, &c. aliquibus perſonis Eccleſiaſticis per Nos nomi-
nandis, eiſdem tamen Philippo Regi gratis, & acceptis,
Motu proprio Apoſtolica authoritate cum facultate, de-
rogatione, & Clauſulis, prout in Cedula Conſiſtoriali
deſuper confecta plenius continetur, reſervaverimus.
Nos volentes dilectis filiis B. C. & D. prædictæ ſeu alia-
rum Diœceſum in literis exprimendarum, Clericis eidem
Philippo Regi gratis, & acceptis, ut commodius ſe ſu-
ſtentare valeant, de alicujus ſubventionis auxilio,
&c. ipſum B. ad unam Trecentorum, C. verò ad aliam
Centum, & D. ad aliam aliorum Centum ducatorum
prædictorum penſiones annuas nominandos duximus, pro-
ut nominamus per præſentes, & alias juxta formam,
& continentiam dictæ Cedulæ Conſiſtorialis, & ſub illius
Data literas expediri volumus, & mandamus, &c. Per
præſentem autem nominationem nolumus aliis perſonis
ipſi Philippo Regi gratis, & acceptis, quoad reliquas
penſiones, tam antiquas, quam novas per Nos etiam ſu-
per dictis fructibus reſervatas, quæ omnes tertiam ejuſ-
dem Eccleſiæ fructuum partem non excedunt una, vel plu-
ribus vicibus, & perſonis, prout nobis videbitur, nomi-
nandis, in aliquo præjudicare.*

Eſt præterea in praxi notandum, quod in ſupradictis pen-
ſionum reſervationibus illud frequenter in Romana Curia
vidimus ſervari, quod literæ hujuſmodi reſervationis,
etiam in vim cedulæ Conſiſtorialis ad favorem illius, qui
neque tempore nominationis erat clericus, expediantur ſub
nomine ſcholaris, & cum clauſula, *Ex nunc prout ex tunc,
& è contra, poſtquam clericali charactere fueris inſignitus*,
& ita inter cœtera ſervatum vidi in ſervatione penſionis
ſuper fructibus Eccleſiæ Salernitan. ad favorem filii quon-
dam Joannis Franciſci Maricondæ patritii Neapolitani,
& aliorum.

Nec aliàs Summus Pontifex, reſervando penſionem ad
favo-

favorem illius, qui non ſit clericali ſaltem tonſura inſignitus
conſuevit literas dare ſuper hujuſmodi reſervatione, niſi
cum prædicta clauſula, *Ex nunc prout ex tunc*, *&c.* ſicuti
176 omnes norunt Curiales: ne aliter penſionarium effectu gra-
tiæ ſuæ reſervationis fruſtrari contingat, ſive ille licèt in æta-
te legitima conſtitutus, non tamen initiatus ſit, ſive etiam
ob minorem ætatem inhabilis, ut ſic hujuſmodi gratia ad tē-
pus habile protrahatur, nimirū clericatus ipſius penſionarii.

Quam quidem clauſulam, ubi Papa voluerit, hujuſmodi
penſionem ſupradicto inhabili reſervare, adjicit in quibuſ-
cunque reſervationibus penſionum ex quacunque cauſa,
177 aut etiam ſine cauſa; quamvis hoc poſteriori modo nòn
conſueverit penſionem ipſam reſervare, quę ſecundum Cu-
riæ ſtylum, *de conſenſu* nuncupatur, ſine aliqua cauſæ expreſ-
ſione prout ſuo loco dicetur. Imò cum hujuſmodi penſiones
ut plurimum ad favorem conſanguinei titularis reſervari
178 petantur, ac propterea fraudes innumeræ committi ſoleant
non eſt omittendum, quod licèt literæ penſionis ex decreto
Datariæ Apoſtolicæ in ipſa reſervationis ſupplicatione ad-
jecto; teneatur penſionarius infra ſex menſes literas prædi-
ctas expedire ſub pęna nullitatis penſionis, nihilominus con-
ſuevit Papa pēſionarii indemnitati occurrere, ſive per ipſius
temporis prorogationem, ſive quatenus illud lapſum ſit per
reſtitutionem, prout ſuo loco etiam dicetur. At verò, quando
penſio reſervatur ſcholari conſanguineo, vel aliàs unde frau-
des ipſæ oriri poſſent, etiamſi id procedat ex cauſa reſigna-
179 tionis a tertio factæ ad alterius favorem, multoties diximus
in ipſa ſupplicatione hanc clauſulam adjectam, nempè:
*Et quoad penſionem prædictam pro prædicto N. ſeu vel poſt-
quam dictus N. clericali charactere ritè inſignitus fuerit:
Ita tamen quod dictus N. infra ſex menſes à Data præſen-
tis gratiæ computandos, literas Apoſtolicas ſuper reſerva-
tione penſionis per præſentes ſibi reſervandæ prædictæ, ex-
pediri facere teneatur; & eiſdem ſex menſibus durantibus
prorogationem ad illas expediendas, nec illis elapſis, reſti-
tutionem adverſus lapſum temporis à Sede Apoſtolica pe-
tere poſſit; ſed ipſo deficiente, penſio ipſa eßet eo ipſo, &c.*
Verum tamen eſt, quod nihilominus viſæ fuerunt ſimiles
reſervationes abſque prædicta clauſula, quæ dependet ex ar-
bitrio Domini Datarii.

Sanè de ſupradicta clauſula, *Ex nunc, prout ex tunc*, *&c.*
frequenter circa hujuſmodi penſionis reſervationem quæri
conſuevit, quandoquidem inter quamplures; etiam Cu-
riales in dubium revocatum extitit, an videlicet illa verifi-
caretur tempore Datæ literarum hujuſmodi reſervationis;
ita ut ex tunc penſionis termini currere incipiant ad favo-
rem penſionarii. Et nonnulli pro parte affirmativa tenue-
runt; & quod proinde titularis, qui debet ſolvere penſio-
nem, fiat quodammodo depoſitarius terminorum penſio-
nis, uſquequo penſionarius efficiatur clericus, ad effe-
ctum eidem poſtea conſignandi dictos terminos clerico ef-
fecto, & continuandi terminos decurrendos in futurum;
ex eo quod prædicta dictio, *nunc*, ſit demonſtrativa præ-
180 ſentis temporis, *ut in l. 1. ff. de cond. indeb. & in l. 1. §. nunc
tractemus, ff. de tut. & rat. diſtrah.* Menoch. *conſ. 4. nu. 3.*
Card. Tuſc. *litera D. concl.* 317. *n.* 1. qui *nu.* 2. reſolvit, quod
181 hæc dictio, *ex nunc*, denotat præſens eſſe initium obliga-
tionis, Barboſ. *dict.* 149. *de dict.*

At verò contrarium potius eſt tenendum, tanquam in
praxi non ſemel diſcuſſum, atque quotidie receptum; cum
hujuſmodi clauſula ſit conditionalis, eaque referatur ad
182 diem ſuſcepti characteris: ac propterea ante exiſtentiam, &
adventum diei, penſio prædicta non poteſt dici reſervata,
ad tex. *in c. ſi pro te*, & ibi DD. *de reſcrip. in 6.* Gemin. *conſ.*
183 107. *in fin.* quia conditionalis gratia nihil ponit in eſſe, ante
prædictam conditionis exiſtentiam; unde in ea tempus con-
ditionis inſpicitur, non autem tempus Datæ, vel prolati ſer-
monis, *l. itaque, ff. ſi cert. petat. §. ex condition. inſt. de verb.
oblig. c. 1. in fin. de ſponſ. in 6.* & ex pluribus probat Caſſad.
dec. 3. n. 14. de præb. qui *nu. ſeq.* ait, non obſtare dictionem,
ex nunc, & è contra, quę videtur temporis inchoationem de-
notare: quia id in actu conditionali non procedit, cum di-
cta clauſula non operetur à tempore Datæ, ſed attenditur
184 terminus adimpletæ conditionis, non autem prolati ſermo-
nis; nam etſi adſit dictio, *ex nunc*, quæ videtur tempus præ-
ſens deſignare, ut dictum eſt, adeſt etiam illa dictio *ex tunc*,
185 quæ extremitatem temporis, & conditionem ſignificat, *ut in
l. 4. §. fi.* ubi gloſ. & Bart. *ff. de cond. & demonſtr. & in l. Gal-
lus, in princip.* ubi gloſ. *verbo, tunc ff. de liber. & poſth.* Mant.
de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 14. n. 10. Peregr. *de fideicom.
art. 29. n. 28.* cum aliis congeſtis per Barboſ. *dict.* 354. *n.* 1. *de
dict.* quarè id. Caſſad. *d. dec. 3. ſub num. 15. circa fin.* rejicit
opinionem Alexand. *in l. 1. C. de cond. inſer.* dicentis, quod
quando verba, *ex nunc, prout ex tunc*, adjiciuntur in aliqua
diſpoſitione, effectus videtur collatus in tempus præſens,
quo verba proferuntur ad illum actum, qui fit tempore pro-
lationis verborum; quia id procedit in diſpoſitione pura,
non autem conditionali, ut patet *in c. præterea, 2. de appell.*
ubi Innoc. & Jo. Andr. qui dicunt, quod actus trahitur ad
diem conditionis, & antea non operatur; quia eſt natura ſu- 186
pradictæ clauſulæ, *Ex nunc, prout ex tunc*, *&c.* in hac mate- 187
ria, ut non faciat, quod reſervatio conditionalis ſit pura, ſed
transfundat tempus præſens in futurum: ita ut tempore ſuo
adveniente, actus non ſit inchoandus, ſed perficiatur; nam
dempto termino, ad quem, & ſic de tempore futuro requi-
ſito ad perfectionem actus, clauſula prædicta remanet ſine
effectu, & operatione, ut fuit dictum *in una Cæſaraugustan.
Diſmembrationis* impreſſa penes Rubeum, *dec. 7. n. 6. tom.*
2. ac propterea refertur tantum ad diem, quo translatarius
ſive is, ad cujus favorem fuit prædicta penſio reſervata cum
dicta clauſula, fuerit clericali charactere inſignitus, & non
aliàs: quia transferens poteſt uſque ad illum diem exigere
penſionem, proinde ac ſi nihil actum foret; ex quo ſemper
ante illum diem, vel conditionis eventum nihil actum cen-
ſetur, prout in his terminis Gabr. *conſ. 185. ex nu. 3. & conſ.
ſeq. per totum lib.* 1. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 40. n.* 21. quia
tota diſpoſitio pendet à futuro eventu, & conditionis imple-
mentum deſiderat; cum dicatur facta per verbum futuri
temporis: non obſtante, quod Papa in hujuſmodi reſervatio-
ne penſionis dicat, *reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus*;
neque poteſt actus conditionis retrotrahi ad tempus Datæ,
& prolati ſermonis, ad tex. *in l. qui balneum, cum ſimil. ff. qui
pot. in pign. hab.* id. Caſſad. *d. dec. 3. n. 15.*

Quare prędictæ penſionis ſic, ut prefertur reſervatæ, ſolu-
tio eſt relata, & dilata ad tempus habile: cum gratia non ha-
beat effectum, niſi in tempore habili, *l. in tempus, ff. de hered.
inſtit.* & fuit dictum *in una Burgen. Penſionis coram Penia*,
impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. p. 1. ſub num. 5. circa fin.
fol. mihi* 524. & ſic dicta Clauſula ſpem tantummodo tri- 188
buit exigendi penſionem poſtquam Orator fuerit ad id per
clericatum habilitatus, *ex d. dec. Caſſad. 3. nu. 14. circa me-
dium*, ubi *nu. ſeq. circa fin.* quòd ſive ſit dictum, *ex tunc pro-
ut ex nunc*, ſive *ex nunc, prout ex tunc*, nulla adeſt differen- 189
tia: ſed diſpoſitio pendet a futuro eventu; aliàs enim eſſet in 190
poteſtate Oratoris penſionarii aſſumere clericatum, quan-
do vellet, & interim toto ſuo tempore in ſtatu laicali perci-
pere penſionem, etiam à die Datæ decurrendam, ad tex. *in
l. potior, in princip. §. 1. ff. qui pot. in pign. ut in d. dec. nu.* 19.
quæ optimè facit in hac materia; quod quidem minimè di-
cendum eſt, ex eo quod prædicta clauſula, *ex nunc*, *&c.* non
eſt retrotractiva ad diem Datæ; niſi appareat ex litteris hu- 191
juſmodi reſervationis, aliud Papam voluiſſe, nempè, quod
retrotraheretur ad dictam diem Datæ, ut fuit dictum *in una
Hiſpalen. Archidiaconatus coram Puteo dec.* 186. *lib.* 2. quod
quidem nunquam, aut rarò in præſenti caſu viſum eſt pra-
cticari in literis ſupradictæ reſervationis.

Unde concludendum eſt ex præmiſſis, quod penſio reſer-
vata laico cum dicta clauſula, *Ex nunc, prout ex tunc, &c.*
non poteſt exigi à penſionario, niſi poſtquàm effectus fue- 192
rit clericus, & ex tunc tantummodò illius reſervatio ſumit
vigorem, & non antea, quoad illius exactionem, & ſic
non poterit exigere ipſius penſionis terminos, vel quid mi-
nimum, prætextu, quod in illius reſervatione dicatur, *ex
nunc, &c.* quia cum ob defectum clericatus ſit inhabilis ad
illius perceptionem, proinde non poterit petere terminos
decurſos à die Datæ literarum hujuſmodi reſervationis uſ-
que ad diem, quo effectus eſt clericus, ſed illos percipit titu-
laris beneficii, & in illius, & utilitatem convertit, ex ju-
ribus ſupradictis.

Illud etiam, quod dictum eſt de penſionis reſervatione,
quàm Summus Pontifex ad ſui libitum, & quandoque abſq;
conſenſu titularis in multis caſibus pro ſcholari, ſive minori,
clericali charactere non inſignito reſervare conſuevit, dicē-
dū eſt etiam in translatione penſionis pro prædicto penſio-
nario, ad illam inhabili: ſive in actu translationis, ſive reſer- 193
vationis à principio; cum in utroque caſu requiratur cleri-
catus: nam in conſideranda habilitate, vel inhabilitate perſo-
næ, debet attendi tempus, quo actus ad perſonam applicatur,

Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 40. n. 129.* ſubdens *nn. ſeq.* quod clericatus in tranſlatario requiritur ſicut in reſervatione penſionis de tempore ipſo tranſlationis: nam aliàs ſi superveniſſet ex poſt, tranſlatio eſſet nulla, Rot. *dec. 139. num. 1. & per tot. p. 3. diverſ.*

Unde, adveniente caſu tranſlationis penſionis in perſonam ex defectu clericatus inhabilem, adjicitur etiam in literis ipſius tranſlationis clauſula hujuſmodi, *Ex nunc prout ex tunc, &c.* quæ ita pariter operatur, ut tranſlatarius ipſe, licèt ex nunc habilitetur ad penſionem in ipſum tranſlatam, illum tamen, ſicut in caſu ſimplicis reſervationis ut ſupra dictum eſt, poterit transferens ad ſui favorem, & commodum exigere omnes fructus beneficii, nulla de ipſius penſionis reſervationis ſeu tranſlationis habita ratione, durante penſionarii inhabilitate, videlicet, ante clericatum: quia hujuſmodi gratia refertur, etiam ad diem characteris ſuſcepti, & propterea ante exiſtentiam, & adventum diei, penſio non poteſt dici reſervata, *d. c. ſi pro te, de reſcrip. in 6.* Gem. *conſ. 107. in fin.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 6. q. 4. ſub n. 23. verſ. & hujuſmodi translatio*, ubi quod dicta clauſula refertur ad diem conditionis, & ſic donec ipſe tranſlatarius efficiatur clericus; quia hujuſmodi transferens nihil aliud facit, quàm conſentire, ut eo facto clerico penſio antiqua extinguatur, ac nova ei reſervetur; quare antequã ſit effectus clericus, nullo modo poteſt dici antiqua penſio extincta; neq; eo facto clerico, poteſt dici à principio extincta; quia conſenſus fuit conditionalis, ſi is fieret clericus, quæ eſt conditio ſuſpenſiva, nedum ipſius tranſlationis, verum etiã extinctionis, & ſic uſq; ad illud tempus, redditus penſionis ad transferentem ſpectare videntur; Garc. *de benef. p. 2. c. 2. n. 161.* ubi *n. ſeq.* ex Gabr.
194 *conſ. 189. lib. 1.* quòd penſio reſervata illegitimo cum clauſula, *poſtquam clericali charactere fuerit inſignitus*, debetur ſolum à die rnẽ ſuſcepti characteris. Et idem Pariſ. *d. q. 4. ſub nu. 54. verſ. ſed dubium eſt*, ait, quòd cum A. tranſtuliſſet penſionem ad favorem B. cum prædicta clauſula, *Ex nunc prout ex tunc, &c.* ex eo quod tunc tranſlatarius erat laicus, qui pendente conditione, ſcilicet donec fuerit effectus clericus, erat inhabilis, fuit dictum pro nullitate prædictæ tranſlationis; nam ante conditionis eventum non cenſebatur tranſlata ad effectum ſic transferendi, nec jus receſſit à prædicto A. transferente, quia cum dicta penſio tranſlata fuerit cùm d. clauſula, dies incertus conditionem facit, *leg. dies incertus, ff. de cond. & demonſt.* & ſic nec tranſlationem, nec extinctionem poſſe cenſeri factam ante conditionis eventum, id. Pariſ. *d. q. 4. n. 55. cum plurib. ſeqq.* ubi ex eo, quòd cum hujuſmodi penſionis tranſlatio facta ſit præcedente illius extinctione, ſicut mos eſt Datariæ Apoſtolicæ, transferens non conſenſit ſimpliciter extinctioni penſionis, ſed tantùm ad effectum tranſlationis in N. tranſlatarium, & non aliter, nec alio modo conſenſus eſt conditionalis, & ante conditionis eventum, perindè eſt, ac ſi idem conſenſus non fuiſſet præſtitus; & ſic penſio non dicitur extincta, neque jus à transferente receſſit eo modo, quo dicimus, beneficium reſignatum ad favorem alterius, non vacare ante conditionem impletam, ſed illud remanere penes reſignantem, & jus ab eo non abdicari; ſic etiam cum reſervatio penſionis fuerit conditionalis, ut ſupra id. Pariſ. *loco cit. n. 58.* Et in terminis hujuſmodi tranſlationis penſionis, fuit dictum *in una Eugub. Penſionis* 2. *Iunii* 1559. Transferentem penſionem vigore facultatis transferendi in favorem ſcholaris, cum primùm clericali characte-
195 re eſſet inſignitus, poſſe poſt tranſlationem, antequàm ſcholaris eſſet clericus, percipere penſionem; ita ut non teneatur ad reſtitutionem; quia tranſlatio fuit conditionalis, & ad effectum, ut nova reſervaretur dicto ſcholari; unde antequàm eſſet clericus, non erat purificata conditio, quàm deciſionem refert idem Garc. *d. c. 1. num. 160.*

Nec alio modo ipſa Dataria Apoſtolica ex mente Papæ, admittit dictas tranſlationes in laicum, niſi cum dicta clau-
96 ſula ut notum eſt Curialibus, & teſtatur Lotter. *de re benef. d. lib. 1. q. 40. n. 131.* qui *n. ſeq.* uſq; adeo id procedere ait, quod facta tranſlatione penſionis cum ſupradicta clauſula, trans-
97 latarius non poteſt petere interim penſionem; quia hujuſmodi clauſula refertur ad diem conditionis, Card. & Imol. *in c. 1. de conceſſ. preb. n. 10.* idem Pariſ. *q. 4. ſub n. 23. d. verſ. & hujuſmodi tranſlatio.* Hinc igitur eſt, quod ſi medio tempore, dum tranſlatarius initiatur clericatu, transferens moriatur, non ſit retrotractio, ſed penſio remanet extincta, id. Gabr. *conſ. 168. ex n. 13. & per tot. lib. 1.* Lotter. *loc. cit. nu. 133.* aſſignans ibi rationem, nempè, quia etiam conditio caſualis non poteſt hoc caſu retrotrahi propter defectum extremorum ex eodem Gabr. *conſ. 186. n. 16. cum ſeqq.* necnon quia res devenit ad caſum, à quo incipere non poteſt; tunc enim non eſt penſio antiqua, quę extinguatur, ut nova reſervetur, idem Garc. *loc. cit. num. 163.*

Eſt tamen hic advertendum, quod aliàs Rota *in una Regien. Penſionis* impreſſa penes Rubeum *dec. 38. nu. 74. & 75.* tenuit quod per ſupradictam clauſulam, *ſi, & poſtquam clericali charactere, &c.* non expirat penſio morte transferentis, ſi poſtea tranſlatarius fiat clericus, ex hac ratione, videlicet, quia prædicta tranſlatio cenſetur admiſſa, vivente transferente, licèt ſuſpenſa, authoritate Summi Pontificis, donec tranſlatarius fuerit clericali charactere inſignitus. Verùm adverſus prædictam deciſionem plurimùm videntur urgere, quæ tradunt idem Gabriel. *d. conſ. 186. per tot.* & Garc. *d. n. 163. necnon* Lotter. *d. num. 133.* præterea, quia in conſideranda habilitate, vel inhabilitate perſonæ, debet magis attendi tempus, quo actus ad perſonam applicatur, ſicut alias diximus; nam dato etiam, quòd in gratia tranſlationis facta non ſit mentio, quòd tranſlatarius erat laicus, neque in dicta gratia eſſet adjecta prædicta clauſula, ſi clericatus ſuperveniſſet ex poſt, tranſlatio eſſet nulla, ut fuit reſolutum *in una Barchinonen. Penſionis 17. Aprilis 1548. quæ eſt dec. 139. p. 3. lib. 3. diverſor.* quam ſæpè in propoſito, tam in Romana Curia, quam extra eam audivi allegari.

Ad hæc accedit, quòd ait Mandoſ. *in praxi ſignat. grat. tit. proviſiones, verſ. aliud dubium*, ubi, quòd tranſlata fuerat penſio in favorem aſſerentis ſe clericum, & dum ſuper nullitate tranſlationis pẽſionis litigaretur, probabat tranſlatarius per teſtes ſe tranſlationis tempore habitum, & tentum fuiſſe per clericos; per adverſarium tamen fuerunt productæ literę clericatus tranſlatarii, quæ habebant Datam poſt hujuſmodi tranſlationem; unde Rota concluſit pro nullitate tranſlationis veritatem communi reputationi præferens. Licèt aliud dicendum ſit, quando dubitatur de clericatu: quoniam clarum eſt, illum probari poſſe per teſtes de fama, & communi reputatione, Bellam. *dec. 114.* ubi, quòd ſi impetrans expreſſit, ſe magiſtrum, vel presbyterum, aut aliam talem qualitatem habere, oportet, quòd probet iſta, ſi negantur, & ſufficit ſummaria probatio per famã, ſeu habitum, & reputationẽ, prout in terminis probationis clericatus fuit dictum in una *Burgen. Penſionis* penes Ludovil. *dec. 20. nu. 1.* Buratt. *dec. 407. n. 1.* quæ quidem probatio etiam adminiculatur per remiſſionem de eo factam uti clerico à Curia ſeculari ad Eccleſiaſticam, ut fuit dictum in una *Neapolitan. Canonicatus 9. Decembris 1585. coram Penia*, ut in d. Lud. *dec. 20. nu. 2.* Et licèt ut experientia compertum eſt, quandoque Oratori ad decipiendum Pontificem ſæpè ſe clericum aſſerat in ſupplicatione, indeque Papa eum in ſuis literis clericum appellet, clarum eſt, hujuſmodi aſſertionem fidem minimè facere, Anchar. *in cap. ſi judex laicus*, ubi Franc. *de ſent. excom. in 6.* Alex. *in l. ſi prius, num. 8. ff. de nov. oper. nunc.* Gram. *deciſ. 81. nu. 3. & 4.* cum nequeat hujuſmodi clericatus per indicia, & conjecturas probari Gloſſ. *in cap. inter quatuor, verbo, argumentum, cler. peregr.* Boer. *deciſ. 171. num. 12. qui num. ſeq.* ex pluribus authoritatibus ibi adductis, ait quòd licet ſufficiat ſola poſſeſſio habitus, & clericalis tonſurę quoad fori privilegium, non autem illa ſufficiat ad beneficium obtinendum, niſi de ipſo clericatu doceatur, Marcheſ. *de commiſſ. p. 1. §. 2. num. 104. fol. 593.* ex Abb. *in cap. dudum, num. 7. de probat.*

Cum verò contingit, Summum Pontificem, penſionem puro laico reſervare, illud de more Datarię ſervatur, ut nun-
quàm Oratorem, laicum appellet, ſed ſub nomine Scholaris, 198
ſupplicationes deſuper admittat; quæ quidem, qualitas nedum in illis, qui ſcholas frequentant, verificatur, verùm etiã in quibuſcunque viris quantumcunque provectæ ætatis, nec tamen ſic expreſſa aliud operatur, niſi, ut ipſe Scholaris à clericis diſtinguatur, prout declarat gloſ. *in c. cum adeo, de reſcript.* ubi quod ſi eſt clericus, debet ſe clericum dicere, ſi non eſt clericus, non debet ſe clericum appellare, ſed ſcholarem; ac propterea in una *Baren. Penſionis 16. Decembris 1596. coram Penia* impreſſa penes Marcheſ. *d. p. 1. folio 523. num. 3.* dicitur, quòd fuit reſervata penſio cuidam Laurentio Scholari cum dicta Clauſula, *Ex nunc, &c.* in qua probatus fuit clericatus, & licèt narrabatur, eundem Laurentium,
eſſe ſcholarem; fuit tamen dictum, hoc probatione non in- 199
digere, cum iſta qualitas quandoque exprimi ſoleat ad differentiam clericatus; & iſto modo utitur Dataria Apoſtolica in quamplurimis gratiis, quarum conceſſiones, puris laicis convenire, minimè dignoſcuntur, licèt antiquitus, etiam

laicis

laicis hujuſmodi penſiones Papa reſervabat;eos in literis re-
ſervationis,laicos appellando,ut per Gig. de penſ. q.53. nu. 3.
id. Marcheſ. loc. cit. n. 105. qui q.14. n.4. in fin. att,ſe de anno
1530. vidiſſe literas Apoſtolicas,in quibus Clemens VII.re-
ſervabat penſionem ducatorum 24. auri de Camera cuidam
infanti,qui etiam defectu natalium patiebatur,conſtituto in
quarto ſuæ ætatis anno;aſſignatio fiebat, poſtquàm eſſet in-
ſignitus clericali charactere , cum eo diſpenſando, quo in illa
ætate quatuor annorum promoveri poſſet ad primam ton-
ſuram , & penſionem ex tunc percipere valeret , Veruntа-
men eſt,quòd hodie vix, aut raro hęc videntur practicari .

Ea inſuper fuit Summi Pontificis pietas,ut Oratori,ſe fal-
sò clericum in precibus aſſerenti,cum ſit laicus,ne in his ca-
ſibus penſionis reſervationis gratia careat effectu,prædi-
ctam ſibi gratiam convalidet,ac pro ea preces eidem Ponti-
fici,ut infra porrigi conſueverunt,videlicet .

*Beatiſſime Pater. Alias S.V. devoto Oratori N.Clerico
Neapolitan. penſio annua ducatorum centum monetæ Re-
gni Neapolitan. ſuper menſa Archiepiſcopalis Tarentini
fructibus,&c. de conſenſu,& ad nominationem chariſſimi
in Chriſto filii veſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholi-
ci,authorisate Apoſtolica reſervata fuit , prout in litteris
Apoſtolicis deſuper expeditis,plenius continetur.Cum au-
tem, Pater Sancte , ex eo,quòd idem Orator tempore Datæ
literarum hujuſmodi clericali charactere minimè inſigni-
tus erat,licèt ad præſens eo exiſtat,dubitet literas prædictas
de ſubreptionis,vel obreptionis vitio notari,ſibique minus
utiles reddi , ſeque deſuper moleſtari poſſe tempore proce-
dente.Supplicat igitur humiliter E.S.V dictus Orator,qua-
tenus , ne dictarum literarum fruſtretur effectu,in præmiſ-
ſis opportunè providendo , eumque ſpecialis gratiæ favore
proſequendo,ſibi omnes , & ſingulos dictæ penſionis termi-
nos hactenus malè perceptos, qui ſummam CC. ducatorum
auri de Camera, &c.non excedunt gratioſe remittere , &
condonare,ſibique quòd literæ præfatæ cum omnibus,& ſin-
gulis in eis contentis clauſulis , proceſſuſque forſan habiti
per eaſdem,ac inde ſequuta , & ſequenda quæcunque, va-
leant , plenamque roboris firmitatem obtineant , ac eidem
Oratori ſuffragentur in omnibus,& per omnia,perinde,ac
ſi tempore Datæ dictarum literarum prædictus Orator cle-
ricali charactere inſignitus fuiſſet, concedere , & indulge-
re,Irritumque , &c. decernere dignemini de gratia ſpecia-
li.Non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus, & ordi-
nationibus Apoſtolicis,nec non omnibus illis,quæ in dictis
literis conceſſa fuerunt non obſtare , cæteriſque contrariis
quibuſcunque,cum clauſulis opportunis .*

*Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum,&c. & quòd
Oratoris diſpenſationes,&c. pro expreſſis,ſeù in toto , vel
parte,&c. & de conceſſione,indulto,decreto,&c. latiſſimè
extendendis ; & quòd præmiſſorum omnium , & ſingulo-
rum, &c. fieri poſſit in literis .*

Ex hoc igitur notandum eſt,quod in his caſibus hujuſmo-
201 di penſionis, ſivè fructuum reſervationis,revalidatio peten-
da erit in ſpecie ab ipſo reſervatario , facta mentione ſupra-
dictæ reſervationis nullitatis propter defectum clericatus
tempore dictæ reſervationis ; nec aliter prodeſſe poterit :
Exempli gratia, fuit reſignatum beneficium ad alterius fa-
vorem , reſervata certa penſione ſivè fructuum parte , loco
penſionis pro tertio , qui tempore hujuſmodi reſervationis
non erat clericus. Poſtmodū verò reſignatarius, ex eo quod
omiſerat prædictam reſignationem publicare ſervata forma
Cōſtitutionis Gregorii XIII. obtinuit à Papa reſtitutionem
adverſus lapſum temporis ad ſic publicandum,facta mentio-
ne dictæ reſervationis ad favorem prædicti tertii cum Data
currenti; quo tempore prædictus tertius reſervatarius repe-
ritur clericus ; qui propterea prætendebat prædictam reſer-
vationem fuiſſe revalidatam unà cum dicta reſtitutione cō-
ceſſa reſignatario ; & ſic ſibi ſuffragari clericatum per eum
ſuſceptum ante Datam prædictæ reſtitutionis, ac ex iſta no-
va gratia induci novum Papæ conſenſum ſuper dicta reſer-
vatione ? Nihilominus verò caſu in Rota propoſito in una
Papien. Priorat. 6. Iunii 1608. coram Lancelloto,fuit dictum,
non obſtare , quod poſt ſupradictum clericatum ſuperveni-
ret prædictus novus conſenſus,cū reſignatarius die 3.Mar-
tii obtinuerit dictam reſtitutionem cum narrativa prædictæ
reſervationis ad ſavorem cujuſdam Thomæ , & quod lite-
ræ prædictæ reſervationis non fuerant expeditæ ; quia ta-
lis gratia reſtitutionis prodeſt tantùm reſignatatio ſuppli-
canti pro dicta reſtitutione, non autem prodeſſe poteſt præ-
dicto Thomæ,qui nihil ſupplicavit,nec petiit revalidationē
ſuæ reſervationis , aut narravit defectum ſui clericatus,pro-
ut neceſſe erat in gratia revalidatoria,per quam non ſanan- 202
tur defectus,qui non exprimuntur,quia non eſt dicendum ,
Papam voluiſſe ſanare defectus, quos ignorabat adeſſe, *l. ſed* 203
ſi hac, §. patronum, ff. de in jus voc. Bald. *in c. ſuper literis, n. 7.
de reſcrip.* & dicitur in prædicta *dec. Papien. Prioratus* im-
preſſa penes Farin. *to. 1. dec.* 158. *n.* 5. in qua *n.* 6. fuit etiam di-
ctum,ceſſare,quod dicebatur, validitatem reſignationis fuiſ-
ſe correſpectivam ad prædictam reſervationem ; itaut reva-
lidata reſignatione,cenſeatur etiam revalidata ipſa reſerva-
tio;quia cum Papa ignoraſſet nullitatem reſervationis ex de-
fectu dicti clericatus,non potuit illam revalidare;nec tacitè 204
cenſetur diſpenſare,cum ad hunc effectum deberet præcede-
re certa,& indubitata ſciētia defectus, nec revalidatio quo-
ad unum defectum,extenditur quoad alium non expreſſum 205
ſicut per remotionem unius obſtaculi,non cenſetur remo- 206
tum aliud,de quo non eſt facta mentio,ut ex juribus, ibi *n.6.*
allegatis,& dixi in mea *Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib. 9. c. 7. n. 6.*
Unde prætenſio prædicti penſionaris carebat omni funda-
mento; quandoquidem ipſam gratiam reſervationis revali-
datoriam non petiit , prout debebat , nec Papæ fuit narrata
nullitas reſervationis penſionis;prout requirebatur ad illius
revalidationem, *c. quia diverſitatem, de conceſſ. præb. c. 2. ne
ſed. vac.* Rebuff. *in prax. tit. de reſcript. Perinde, & etiam
valere, n.* 37. Rota *d. dec.* 158. *num.* 5. Caſtren. *conſ.* 84. *n.* 4.
lib. 2. Ludoviſ. *dec.* 260. *num.* 16. *in fin.* & fuit dictum in una
Placentin. Decimarum quæ eſt deciſ. 350. *num.* 19. *& 20. di-
verſ. recentior.* quia nedum hic concurrit defectus expreſ-
ſionis inhabilitatis , verùm etiam præjudicium juris tertio
quæſiti, nempè titulari ob nullitatem hujuſmodi reſervatio-
nis,ac propterea ſupradicta reſtitutio non operatur illud,de 207
quo non loquitur ; quandoque ſatis alienum fuit à mente
Papæ confirmantis , ut in una *Rom. Secretariatus* 10. *Apri-
lis* 1592. relata in una *Roman. Nullitatis contractus* impreſ-
ſa penes Farin. *deciſion.* 114. *num.* 4. *tom.* 3.

Quòd quidem non videtur contemnendum,quandoqui-
dem non raro viſum eſt in Dataria Apoſtolica ſimiles gra-
tias fuiſſe perperam petitas,ac proinde dolum reverſum fuiſ-
ſe ad doloſum,cum impoſſibile ſit,confirmationem trahi ad
ea,quę non fuerunt Papę in ſpecie explicata,ut ſupra dictum 208
eſt,& tradit Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 54. num. 40.*

Ex hac praxi habetur,quod etiam in penſionibus,quæ re-
ſervantur ad Regiam nominationem , & ſuper fructibus
Epiſcopatuum Hiſpaniarum , Papa idem ſervat, ac in aliis
quibuſcunque penſionibus:quia,etſi,ſicut aliàs diximus,pen-
ſio ſit quid merè temporale,cujus eſt capax quævis perſona
quantumcunque prophana,tamen ex quadam honeſtate, &
congruentia non conſuevit aſſignari niſi Clericis,etiam ex
uſu,& ſtylo Sedis Apoſtolicæ, ita ut eadem capacitas requi-
ratur in obtinenda penſione, quæ in obtinendo beneficio 209
ſimplici , Navarr. *conſ.* 11. *dict. num.* 2. *de temp. ord.* Sanch.
de matrim. lib. 7. diſput. 44. num. 9. circ. med. ubi quod Papa
poteſt juſtè concedere penſionem,non ſolum ob miniſteria,
quæ conjugatus Eccleſiæ præſtitit , ſed etiam ratione pau-
pertatis,vel alia juſta cauſa occurrente,cum non ſit Papę po-
teſtas in concedendis penſionibus alligata:quamvis eas non
niſi clericis regulariter concedere conſuevit , ut ſupra di-
ctum eſt,id. Lotter. *lib. 1. qu. 36. n. 16.* Idemque admiſit Da-
tariæ Apoſtolicæ uſus , ſivè praxis , ubi etiam fructus loco
penſionis fuerunt reſervati:quandoquidem, tam penſiones,
quàm fructus non reſervantur niſi Clericis, prout teſtatur
etiam Gig. *de penſ. quæſt. 22. num.* 14. & fuit dictum in una
*Terulen. Penſionis coram Coccino Decano relata in Papienſ.
Prioratus n. 1. in fin.* ubi reſervatarius hujuſmodi fructuum
ſupplicavit tanquàm clericus,cum talis non eſſet : ac proin-
de fuit reſolutum pro nullitate reſervationis , nam ex literis
clericatus apparebat,illum ſuſcepiſſe 25. Maii 1584. reſerva-
tio autem fructuum habebat Datam per annum ante nempè
Kal. Aprilis 1583. & quòd iſte eſt verus modus probandi , 210
quòd ante non erat clericus,quaſi cum iſte actus non ſit rei-
terabilis,ſatis conſtat de non ſuſcepto antea clericatu,ut fuit
reſolutum in una *Elnen. Beneficiis 5. Novembris* 1584. *co-
ram Cardinale Pamphilio* , & in una *Vercellenſ. Canonica-
tus coram Pacen.*

Quinimmò, attenta clauſula, quæ hodie in hujuſmodi te-
ſervationibus adjicitur per Dominos Officiales Datariæ
Apoſtolicæ, nempè quòd penſio, ſivè fructus non poſſunt
211 exigi niſi literis expeditis, prout ſuo loco fuſius dicetur, neq;
Oratori proderit quòd hujuſmodi exactio non poſſit fieri,
niſi poſt literarum expeditionem, quo tempore reperiatur
effectus clericus; quia clauſula ſupradicta reſpicit exactioné,
& exequutionem non autem ipſam reſervationem, quæ
confert jus: ita ut propterea habilitas clericatus requiratur
de tempore reſervationis, quæ non ſuſpenditur, neq; eſt con-
ditionalis, ſed pura, licèt reſolvibilis in eventum exactionis
ante literarum expeditionem, ex juribus in *dicta deciſ. Pa-
pien. num.7.* allegatis, necnon à nobis ſuperius adductis.

Servatur pariter in praxi, ut quandoq; ob hujuſmodi cleri-
catus defectum tempore prædictæ reſervationis penſionis
212 Oratori ſuccurratur per viam novæ reſervationis, ſeù con-
ſtitutionis, quòd idem in effectu operatur, niſi ipſi Oratori
conſultius potius uno, quàm altero modo eſſet. Proindeque
poſt narrationem facti, ac defectus clericatus, proſequi ita
conſuevit, videlicet, *Cum autem (Pater Sancte) tempore præ-*
213 *dictarum literarum, &c. Supplicat igitur humiliter E.S.V.
prædictus Orator, qui ad præſens dicto charactere inſignitus
exiſtit, quiq; nullos adhuc terminos ipſius penſionis percipit, ut
commodius ſuſtentari valeat de alicujus ſubventionis auxilio
providendo, ſibique ſpecialem gratiam faciendo, eidem Orato-
ri dictam penſionem annuam ducatorum Triginta monetæ
Neapolitanæ ſuper dicta Eccleſia, quàm dictus N. de præſen-
ti obtinet, &c. ſibi quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo,
&c. per dictum N. & ſucceſſores ſuos, &c. annis ſingulis, &c.
& aliàs juxta prædictæ reſervationis vim, formam, ſeriem, &
tenorem tantum, integrè, vigore tamen literarum, &c. infra
ſex menſes, &c. alioquin, &c. Et dummodo ipſius N. ad hoc
accedat aſſenſus, perſolvendam, Apoſtolica authoritate de no-
vo reſervare, conſtituere, & aſſignare dignemini, &c.*

Hoc tamen pro hac praxi omittendum minimè duxi,
quòd licèt, conſtito de incapacitate penſionarii, ob defectũ
clericatus, annulletur penſionis reſervatio, tamen ſi illa, aut
illius translatio fiat in eum qui communi reputatione in ac-
214 ceptatione hujuſmodi penſionis reputabatur Clericus, vale-
bit quidem talis reſervatio, ſivè translatio, donec detegatur
eum nõ eſſe Clericum, ex eo, quòd Clerico putativo, de cu-
jus Clericatu non conſtabat, niſi per communem reputatio-
nem, poteſt reſervari penſio, & conferri beneficium, quia ſuf-
ficit communis reputatio, licèt verè non appareat, illum eſſe
Clericum, quòd ſufficit probari per teſtes de communi repu-
tatione, & publica voce, & fama Ludov. *dec.* 394. *n.2.* & fuit
dictum in una *Theat. Beneficii 26. Junii* 1619. *n.8.* & in una
Cuſentin. Abbatiæ 20. Decembris 1627. *coram virili*, Burat.
dec. 31. *n.2.* & ibi Addit. Rot. *dec.* 139. *n.2. p.3. diverſ.*

Prætereà illud, quoad habilitatem circa Clericatum Ora-
toris, eſt in praxi notandum, quòd non ſemel contigiſſe ſci-
mus, ut nimirum, neque ad hujuſmodi penſionem obtinen-
dam ipſius Clericatus qualitas ſufficiat, ſi perperam fuit ali-
quo modo ille ſuſceptus, veluti collatus à non ſuo Ordina-
rio, ut conſideravit Pariſ. *de reſign. benef. libr.6. qu.4. nu.23.
verſ. & hujuſmodi translatio*, ubi, quòd ſi penſionarius fuerit
ordinatus prima tonſura à non ſuo Epiſcopo, quamvis pri-
ma tonſura non ſit Ordo, per illam tamen adſcribitur, quis
militiæ Clericali, etiam ſi non ſuo Epiſcopo recipiatur ſer-
vata forma Eccleſiæ, nihilominus verò non habet exequu-
tionem, & non poteſt taliter ordinato penſio reſervari, qua-
rè ex hoc ait, idem Lotter. *lib.1. q.36. n.21.* quod ſit Clericus,
215 qui non habet Clericatum exequibilem, non eſt capax bene-
ficii, ita idem neque erit penſionis capax, quicquid dixerit
Navar. *d. conſ.11. de temp. ord.* quia etiam in fine ejuſdem
conſilii eſt adnotatum, quod Rota cenſuit, talem promotum
eſſe inhabilem ad beneficium, & ad penſionem, id Lotter. *d.
lib.1. q.40. n.131.* ubi, quod nulli hodie permittitur facultas
transferendi penſionem in Laicum prærerquam cum clau-
ſula, *Ex nunc prout ex tunc cum fuerit Clericali charactere in-*
216 *ſignitus*, quæ intelligitur de charactere exequibili, ex Gabr.
*conſ.189. ſub n.6. ad fin. verſ. tamen puto, & nu.11. verſ. ta-
men quia Papa, vol.1. & conſ.189. n.6. vol.2.* Unde Datariæ
Apoſtolicæ Officialium mos eſt, in his præſertim, & ſimili-
bus penſionum reſervationibus pro ſcholari, ad majoré cau-
telam addere in ipſa ſupplicatione, Si, & poſtquam prędictus
N. clericali charactere ritè inſignitus fuerit; ut inde exclu-
217 datur invalida ipſius characteris ſuſceptio, ſed intelligatur
tantummodo de bene, validè, ac ſecundum ritum ſuſcepto,
& dixit Rota penes Caputaq. *dec.*526. *p.1.* ex Reb. *in tract.*

nominat.52. n.12. in terminis promotionis ad primam ton-
ſuram à non ſuo Ordinario, quod licet Ordinarius poſſit ra-
tificare ordinationem factam ab alio, ut in *cap. Salonitana*
cum gloſ. *in verbo, ac ſi me authore 63. diſt. & in c. illud in
gloſ. fi.71. diſt.* tamen requiritur, ut ratificatio fiat per Ordi- 218
narium, vel ejus Officialem habentem ſpeciale mandatum,
vel quod Epiſcopus agat in remotis, & Vicarius ſit etiam in
ſpiritualibus. Præterea iſta ratificatio debet fieri antequam
clerico ſic promoto hęc reſervatio penſionis, aut collatio be-
neficii, alioquin ipſa reſervatio, ſeu collatio non valet, ut per
Imol. *in c.2. n.29. de inſtit.* Franc. *in c. ſi eo tempore, n.8. de
reſcript. n.6.* & prædicta ratificatio non retrotrahitur in prę- 219
judicium tertii, ex juribus in *d. dec. alleg. n.6.*

Hic verò, pro hoc quarto requiſito duximus etiam in pra-
xi notandum, quod licèt penſio non poſſit, ſtante ſtylo Ro-
manæ Curiæ, ut aliàs diximus, niſi clericis reſervari, non ta-
men negatur, quin quandoq; conſueverit Summus Pontifex
penſiones reſervare etiam perſonis, quæ, licet Clerici non
ſint, illis tamen tamquam perſonę Eccleſiaſticæ, comparan- 220
tur; quod quidem potiſſimum ſibi locum vendicat inter cæ-
teros, in militibus S. Ioannis Hieroſolymitani, quos Rota
cenſuit, iſta ſignificatione dici regulares, ut videre eſt apud 221
Cæſarem de Graſſ. *dec.1. n.11. de prob.* ubi ex eo, quod iſti
milites non poſſunt contrahere matrimonium, promittunt-
que obedientiam Superiori, nec ab illo ſtatu recedere poſ-
ſunt, dicuntur religioſi, & regulares, ſaltem largè, quicquid
ſit de aliis hoſpitalariis, ſuntq; de foro Eccleſiaſtico, & dicun-
tur Eccleſiaſticæ perſonæ, Card. *in Clem. cum de quibuſdam,* 222
de relig. dom. Hoſt. *in c. non dubium, de ſent. excomm.* unde ex
prædicta deciſione *n.14.* colligitur, quòd exiſtens in ordine
approbato à Summo Pontifice, ut ſunt iſti Religioſi, etiam
quod remaneat in propria domo, honeſtè viventes, ut laici,
cenſentur tamen, ut Clerici, ex toro translati in foro, & im-
munitate Eccleſiaſtica, ut ſunt milites prædicti, qui cenſeri
poſſunt uti clerici, ſaltem largè, & ſatis poſſunt reputari per-
ſonę Eccleſiaſticæ, & cenſeri, ut clerici ad effectum, & eis re-
ſerventur penſiones, ut in *d. dec. n.10.* Marcheſ. *de comm. p.* 223
1.§.5. n.105. fol.593. Lott. *de re benef. lib.1. q.36. n.36.* & quan-
do iſtis militibus reſervatur penſio, non requiritur mentio
clericatus, *d. dec.1. de prob. n.8.* in qua habetur, quòd in literis
hujuſmodi pẽſionis pro milite Hieroſolymitano, Officiales
Cancellarię Apoſtolicę non curant de hac qualitate cleri-
catus; quia cum ſint organum Papę, dicuntur declaraſſe, mẽ-
tem, & voluntatem Papæ eſſe, ut mentio clericatus qualiter-
cumq; verificetur in militia narrata, prout etiam habetur in
epitome d. dec. ubi quòd clericatus non eſt probandus per mi-
litem Hieroſolymitanum, qui expeditis literis penſionis ap-
pellatus non eſt clericus, quamvis in ſupplicatione clericum
ſe nominaverit, quia præterquàm, quòd literę attenduntur,
is dicitur clericus, ſaltem largè, & Eccleſiaſtica perſona, atq;
ſubeſt Iudici Eccleſiaſtico; ac proindè fuit concluſũ pro exe-
quutione literarum pro milite Hieroſolymitano, quamvis
non fuiſſet probata qualitas aſſerti Clericatus in ſupplicatio-
ne, ut *ead. dec.1. c.15.* Cæſ. de Graſſ. Inſuper cum alias fel. rec.
Paulus V. reſervaſſet penſionem ſcutorum 400. auri ad favo-
rem Sereniſſimi Cardin. de Sabaudia, qui poſtea eam tran-
ſtulit in D. Equitem della Serena, propoſita cauſa, in Rota
ultimo loco, ut in *dec.656. n.7. d. to.4. rec.* quamvis ibi allega-
retur defectus intentionis Papæ; quia prædictus Eques erat
miles Hieroſolymitanus, & ideo Religioſus, & Papa non ſo-
leat reſervare penſiones ſuper beneficiis ſæcularibus pro Re-
gularibus, cum regularia regularibus, ſæcularia verò ſæcu-
laribus ſoleant conferri, *c. cum de beneficio, de præb. in 6.* fuit
tamen reſponſum, quòd Papa etiam monacho penſionem
aſſignare poteſt, ex adductis per Gig. *de penſ. q.15. per tot.*

Hoc etenim ſatis declarat praxis, & uſus Datariæ Apoſto-
licæ, quę eſt organum ipſius Papæ, qui nedum reſervat pen-
ſionem perſonæ Eccleſiaſticæ, licèt illa non ſit clericali cha-
ractere inſignita, ut eſt regularis Ordinis à Sede Apoſtolica
approbati, verum etiam penſionem prædictam ſic ut pręfer-
tur reſervatam approbat, neque dum exprimitur, quòd be-
neficium ſit penſione gravatum, de quo ſit facienda mentio,
curat, an illa fuerit clerico propriè reſervata, ac propterea
dum ignoratur; an penſionarius ſit clericus, ſaltem prima tõ-
ſura initiatus, tunc ſufficit, quòd in ſupplicatione, ac poſteà
in literis, dicatur, *Cujus fructus, &c. ſuper quibus penſio annua
ducatorum, &c. certa perſona Eccleſiaſtica, illam annuatim
percipienti, Apoſtolica authoritate reſervata reperitur*, quo
caſu intelligi poteſt de iſtis, & ſimilibus militibus approbatis
à prædicta Sede; quia, cum ſint de foro Eccleſiaſtico; & Ec-
cleſia-

eleſiaſticæ perſonæ, ad effectum obtinendi penſiones prædi-
ctas,cenſetur, ut Clerici,prout in d. Cæſ. de Graſſ. *dec.1. nu.*
14. *&* 19. quare penſio non requirit clericatum quando re-
ſervatur militibus prædictis.

Nec eſt novum, præſertim Curialibus Romanæ Curiæ,
frequenter Papam reſervaſſe penſiones ſuper fructibus bene-
ficiorum Eccleſiaſticorum, tam monacho, quàm cuivis re-
gulari, ac etiam Equitibus Hieroſolymitanis prædictis, ex-
preſſa tamen eorundem qualitate,ut ſic appateat,ipſum Pa-
pam, ex certa ſcientia, penſionem prædictam eiſdem perſo-
nis reſervaſſe,ex eo quòd ſic Papa reſervando, cenſeatur di-
ſpenſare,ex *l. Barbarius n.14. ff. de off. Prætor.* Pariſ. *conſil.*
44. *n.15. & ſeqq. lib.4.* Selv. *de benef. p. 3. q.* 18. *n.27. ut in d.*
dec.656. ſub n.7. verſ. Neque etiam relevat in fin.

In tantum igitur penſio prædicta in prædictis perſonis
non poteſt ſubſiſtere, in quantum non fuerit Papæ illarum
qualitas expreſſa: clarum eſt etenim,quòd neq; Equites Hie-
224 roſolymitani ſunt capaces penſionum ſuper fructibus bene-
ficiorum ſæcularium, ut tradit idem Gig. *de penſ. q. 57. n.5.*
& ſeq. & fuit dictum in una *Nolan. Penſionis* 10. *Ianuarii*
1610. impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. p.1. §.2. n. 1. fol.*
62 t. ubi, quòd Rota habuit pro conſtanti, quòd regularis,
qualis eſt Hieroſolymitanus miles ſit incapax penſionis ſu-
per beneficio ſæculari, ſicut incapax ipſiuſmet beneficii, ex
eodem Gigante *q.57. n.5. & ſeq. & q.1. n.6.*

Ac proptereà in caſu ſibi conſtituendæ penſionis,oportet
quòd Orator narret ſuam qualitatem regularitatis in ſuppli-
catione, ne aliàs gratiæ ſibi deſuper faciendæ fruſtrentur ef-
fectu, Lotter. *de re benef. lib.1. q.36. n.27.*

Quia licèt Summus Pontifex non conſueverit penſiones
annuas ſuper beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervare, niſi
Eccleſiaſticis perſonis, quarum appellatione veniunt, tam
clerici ſeculares,quàm Religioſi ex eo quod ſtatus Eccleſia-
ſticus hoc duplici hominum genere componitur, ut probat
idem Lotter. *d. lib.1. q.41. num.* 19. ubi concludit, Religio-
ſos,lato ſumpto vocabulo, Clericos appellari, ex *c. duo ſunt*
225 *genera*, 12. *q.1.* Cæſar. de Graſſ. *d. dec.1. nu. 17. de probat.* ac
in terminis horum militum Hoſpitalis S. Io. Hieroſolymita-
ni, ait quòd licet iſti Milites ſint laici, tamen id intelligen-
dum eſt,quia ordinem clericalem non habent,ſed largo mo-
do,aliis reſpectibus bene poſſunt reputari perſonæ Eccleſia-
ſticæ, & cenſeri, ut Clerici,maximè ad effectum obtinendi
penſiones,ut dictum eſt.

Tamen id intelligendum eſt ex diſpoſitione Papæ, qui ita
voluit hujuſmodi penſionem reſervare Religioſo non ha-
benti Clericatum, ſicut,& ipſi Clerico, quare idem Lotter.
loco citato ſub nu. 21. verſ. Prorſuſque idem, loquendo,juxta
veram praxim Datariæ,& Cancellariæ Apoſtolicæ,ait, non
ſufficere,quòd eidem Papę in Conſtitutione hujuſmodi pen-
ſionis, & in ſupplicatione aſſeratur, Oratorem eſſe perſo-
nam Eccleſiaſticam,diverſo tamen modo ab expreſſo, velu-
ti,quia Regularis expreſſit,ſe eſſe Clericum, & Papa exiſti-
mans eum eſſe Clericum ſæcularem, reſervaret penſionem
ſuper beneficio ſæculari, vel è converſo; namque ſuper hoc
requiritur certa ſcientia Papæ, ut cenſeatur diſpenſaſſe,alias
poſſet dari exceptio de defectu intentionis in ipſo Papa,etiā
ſi gratia eſſet facta Motu proprio, prout in terminis reſer-
vationis penſionis reſervatæ Equiti Hieroſolymitano firma-
vit Rota in dicta *deciſion.656. part.4. n.7. verſ. Neque etiam*
relevat. Et hic modus reſervandi penſiones cum expreſſione
hujuſmodi qualitatis perſonæ eſt notus omnibus Curiali-
bus, etiam mediocriter verſatis.

Niſi tamen eſſemus in caſibus, quibus nonnullis Equiti-
bus es ſpeciali Papæ privilegio conceſſum eſt, ut prædictæ
penſiones ſibi reſerventur, abſque aliqua expreſſa, ſeu ta-
cita diſpenſatione in actu ipſarum reſervationum, prout
ſunt Equites Lauretani, quorum quilibet etiam conjuga-
226 tus, & bigamus poteſt retinere penſionem pro ſumma du-
catorum ducentorum; ut ex conſtitutione fel. rec. Sixti X.
& dicitur in una *Portugallen. Penſionis coram Coccino de-*
ciſion.299. num.3.

Necnon Milites Sancti Stephani pro ſumma ducento-
227 rum ducatorum auri de Camera, ampliata a ſimili recor-
datione Pauli V. ad 400.

Item Eques pius pro ducatis 250. ſimilibus.

228 Inſuper Eques SS. Mauritii, & Lazari, qui ſi contrahat
cum unica, & virgine poteſt retinere penſiones, uſque ad
ſummam 400. ducatorum auri de Camera, ex Conſtitutio-
ne Clem. VIII. de quibus omnibus loquitur Add. ad Burat.
deciſ.791. num.15. cum pluribus ſeqq.

Ut autem hæc, per ſuam praxim clarius innoteſcant,
placuit exemplum ſimilis reſervationis penſionis ad favo-
rem militis Hieroſolymitani, ſubnectere, prout ſecundum
curſum,ac ſtylum Cancellariæ,diu vidimus obſervari,quòd
tale eſt, videlicet.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio 229
Gregorio Carrafæ militi militiæ Hoſpitalis S. Ioannis Hie-
roſolymitani ſalutem, &c. Religionis Zelus, nobilitatis
genus, vitæ, ac morum honeſtas, &c. Hinc eſt, quòd nos ti-
bi, qui ut aſſeris de nobili genere ex utroque parente pro-
creatus exiſtis, ac habitum per milites Hoſpitalis S. Ioannis
Hieroſolymitani geſtari ſolitum,ſuſcepiſti, & profeſſionem
per eoſdem milites emitti conſuetam, expreſſe emiſiſti, ſeu
emittere intendis, regulares, ut commodius, &c. ſuſtenta-
ri valeas, penſionem annuam, &c. liberam, immunem, &
exemptam Centum, & viginti ducatorum monetæ Regni
Neapolitani, ſuper Parochialis Eccleſiæ S. Crucis Caſalis
S. Cypriani Averſan. Diœceſis fructibus, &c, & emolu-
mentis univerſis, etiam incertis ad Centum ſeptuaginta
ducatos auri de Camera, &c. tibi, &c. perſolvendam, ac
per te, etiam una cum quibuſvis Præceptoriis, Priorati-
bus, ac aliis Hoſpitalis hujuſmodi beneficiis, quomodolibet
nuncupatis, per te jam obtentis, & in poſterum obtinendis,
percipiendam, exigendam, & levandam, &c, conſtituimus
& aſſignamus, etc. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem
1618. *quarto Ian. Septembris Pontificatus noſtri Anno*
Decimoquarto.

Pro Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Card. Montalto Summa-
tore A. Damaſcenus.

O. Veſtrius Barbianus.

Et ſic ex hujuſmodi formula literarum patet, neceſſariam
eſſe expreſſionem qualitatis, nec tamen requiritur clerica-
tus, necnon ad præmiſſa tacitè diſpenſatur, non obſtante
regula Cancellariæ, qua cavetur, quòd diſpenſatio non
veniat, niſi gratia totaliter effectum hujuſmodi diſpenſa-
tionis concernant, vel aliàs nihil conferat, aut operetur;
quia in ſimilibus caſibus, non obſtat, quòd Papa præcisè,
& expreſsè non diſpenſet, ex eo quòd jam Rota huic regu-
læ aliàs reſpondit, & ego dixi in mea Praxi *Diſpenſat. Apoſt.*
lib.1. cap.6. num.13.

Et hæc eſt obſervantia Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ in ſi-
milibus gratiis non curat de expreſſa diſpenſatione, ſicut plu-
ries in Romana Curia, & in ipſa Cancellaria obſervavi;
quia cum id Papa ſcienter faciat, videtur cum Oratore ad
præmiſſa diſpenſare, ut in puncto firmavit Gambar. *de au-*
th. leg. à lat. lib.6. nu.259. Rotæ *in d. deciſ.656. ſub nu. 7. d.*
verſ. neque etiam relevat, quòd quidem ſervatur, & practi-
catur ne dum in literis, quę expediuntur per Cancellariam,
ut dictum eſt, verùm etiam per Cameram, & per viam ſe-
cretam, prout fieri conſuevit pro perſonis qualificatis, ac
Summo Pontifici gratis; quia omnes, qui præſunt prædictis
officiis, ſunt Officiales ipſius Pontificis, & nulla datur etiam 230
ſecundum Curiæ ſtylum, differentia, cum omnes ſint ab eo-
dem Papa ad hoc deputati, & omnium eſt æqualis facultas;
cum Camera regulariter non diſcedat à ſtylo, & modo Can- 231
cellariæ in litteris expediendis, ut omnes norunt practici
Curiales, & teſtatur idem Cæſer. de Graſſ. *d. deciſ. 1. nu. 10.*
de probat. & omnes ſciunt mentem, & intentionem ipſius
Papæ; qui expreſſa ſibi Oratoris qualitate, tacitè ſecum di- 232
ſpenſare cenſetur; quia clarum eſt, etiam ipſos milites Hie-
roſolymitanos tanquàm incapaces ad hujuſmodi penſiones
egere Apoſtolica diſpenſatione; niſi tamen illis reſervaren-
tur ſuper redditibus alicujus beneficii ſuæ Religionis; quia
tunc licèt illi profiteantur in manibus Superioris, tamen 233
non penitus mutant ſtatum, nec vivunt in communi, ſed te-
nent redditus proprios, & magis vacant militiæ, quàm con-
templationi, & redditus eorum Religionis ſunt ad hoc præ-
cipuè inſtituti, ut ait idem Gamb. *d. lib.6. n.265. cum plurib.*
ſeqq. ubi *nu.* 269. ſubdit, id verum eſſe, niſi ex particularibus
eorum conſtitutionibus aliud inducatur.

Quinimmò ex ſupradicta formula litterali pro prædicta
penſionis reſervatione, nedum elicitur tacita diſpenſatio ad
obtinendam dictam penſionem, non obſtante ſtatu regula-
ritatis, verùm etiam ſuper retentione aliorum beneficio-
rum ejuſdem Religionis Hieroſolymitanæ, ut ex illis ver-
bis, *ac per te, una cum quibuſvis Præceptoriis, Prioratibus,*

& aliis ejuſdem Hoſpitalii beneficiis, &c.

Negari tamen non poteſt, quin Cancellaria Apoſtolica poſſit etiam dare expreſſam diſpenſationem, ſi judicaret, illam expedire; prout dicebat bon. memor. Lambertus Urſinus de Vivariis, celeberrimus, ſuo tempore, Abbreviator Majoris Præſidentiæ in ipſa Cancellaria; quæ notat, ſupradicta verba, *una cum, &c.* ſapere diſpenſationem, cui æquipollent, ut in *notab. ipſius Cancellariæ, fol. mihi* 18.

Regulariter autem, ſicut jam dictum eſt, expreſſo ſtatu regularitatis penſionarii, non requiritur expreſſa diſpenſatio pro validitate hujuſmodi reſervationis penſionis; quòd quidem nedum procedit, & practicatur in regularibus Militaribus, ut in ſuperiori formula viſum eſt, verùm etiam
in Clauſtralibus etiam ſuper fructibus beneficiorum ſæcu- 234
larium, pro qua reſervatione, aliam literarum formulam, ſecundum ſtylum Romanæ Curiæ, hic inſerere placuit, tenoris ſequentis, videlicet.

235 *Vrbanus, &c. Dilecto filio Vincentio Comneno, Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſori ſalutem, &c. Religionis zelus, vita, ac morum honeſtas, & opportuna. Hinc eſt, quòd Nos, qui hodie Eccleſiæ Tropien. quæ de jurepatronatus Chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, ratione Regni Neapolitani, cujus ipſe Philippus etiam Rex exiſtit, ex privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, fore dignoſcitur, tunc per obitum, &c. deſtitutæ, de perſona dilecti filii, &c. providimus, &c. continetur. Tibi, qui, ut accepimus, habitum per fratres Ordinis fratrum Prædicatorum geſtari ſolitum, ſuſcepiſti, & profeſſionem per eos emitti, conſuetam, expreſsè emiſiſti, regulares, & prædicto Philippo Regi gratus, & acceptus exiſtis, ut commodius ſuſtentari valeas, de alicujus, &c. providere, ac præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, &c. volentes, Teque, &c. cenſentes, Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te, &c. inſtantiam, ſed, ex noſtra mera liberalitate, tibi penſionem annuam Ducentorum ducatorum moneta illarum partium ſuper Menſa Epiſcopalis Tropien. fructibus, &c. ſuper quibus nos etiam hodie aliàs penſiones annuas, uſque ad ſummam Mille centum, & quinquaginta ducatorum ſimilium aliis perſonis Eccleſiaſticis, eidem Philippo Regi gratis, et acceptis, Motu ſimili reſervari conceſſimus, Tibi quoad vixeris, vel procuratori tuo, etc. per dictum N. cujus ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, et ſucceſſores ſuos dictæ Eccleſiæ Præſules, ſeu adminiſtratores, etc. exiſtentes, annis ſingulis, pro una videlicet, etc. feſtivitatibus pro rata temporis, etc. perſolvendam, et per te, quòd vixeris percipiendam, exigendam, et levandam, in adminiſtrationem pro tuis religioſis uſibus; ita ut rationem adminiſtrationis hujuſmodi, tuo Superiori, quandocumque ab eo requiſitus fueris, reddere tenearis, dicta authoritate, etc. reſervamus, conſtituimus, et aſſignamus. Decernentes, dictum N. electum, et ſucceſſores ſuos, etc. obligatos, ac volentes, etc. qui in dictis feſtivitatibus, vel ſaltem intra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes, etc. non perſolverit cum effectum, tunc lapſus diebus eiſdem, ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, etc. Si verò per ſex menſes, etc. à regimine, et adminiſtratione, etc. ſuſpenſus exiſtat eo ipſo. Non obſtantibus Lateranen. etc. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem 1630. Duodecimo Kal. Iulii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.*

Videndum modò ſupereſt, pro eodem quarto requiſito, an præter religioſos de quibus, ut ſupra viſum eſt, conſuevit penſio reſervari, quandoque per Papam ad favorem, ſive commodum puri laici, legitima ſaltem interveniente cauſa.

Et quidem, pro eo, quòd Romanæ Curiæ praxis uſuſque Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, docent, longoque experimento compertum eſt, non rarò Papa reſervat penſiones prędictas laicis, ex ſibi bene viſa cauſa, puta pro immi-
236 nentibus perſonæ laicalis neceſſitatibus. Verùm hoc caſu nõ expediuntur litteræ hujuſmodi penſionis in perſonam ipſius laici, ſed ut ſtylus prædictæ Curiæ, quoad fieri poteſt, ſervetur, juxta ea, quæ alias diximus, expediri conſueverunt in
237 perſonam alicujus clerici; tanquam hujuſmodi reſervationis capacis, ad laici tamen commodum, & utilitatem, & hęc, de prædicto ſtylo, confidentialis penſio nuncupari conſuevit, ut teſtatur Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 36. *ſub n.* 103. ubi, quòd ad conſervandum illibatum hujuſmodi uſum, ſi quando Papa intendit ſubvenire alicui laico valde egeno, & miſerabili, penſionem reſervat in caput clerici cum facultate transferendi; ne
238 moriente reſervatario, illa perſona fruſtretur gratia ſibi facta, & hujuſmodi confidentia eſt difficilis probationis; ex eo quod litteræ ſuper hujuſmodi reſervatione expediuntur ad favorem clerici, quæ eſt perſona ſuppoſita; unde ſi reſervatarius, vel tranſlatarius negaret hujuſmodi confidentiam, tunc præter cauſam ipſam miſerabilitatis, quæ ſemper eſt ſupponenda, & juſtificanda, cum ſit fundamentum, & baſis talis confidentiæ, aut ſimulationis, quæ non præſumitur, niſi probetur, ut dicitur in una *Civitat. Pratenſa Confidentia* penes Mant. *dec.* 211. *n.* 14. ad not. per Bart. *conſ.* 65. *n.* 4. Anchar. *conſ.* 227. *n.* 7. Ludov. *dec.* 401. *n.* 15. recurrendum eſt ad conjecturas, quæ in hac materia ſufficiunt, ut pluribus comprobat idem Lotter. *loco citato n.* 104. *& ſeq.*

Et inter caſus, in quibus ſimiles penſiones, vidi, & audivi modo præmiſſo reſervatas, iſte meo tempore in ipſa Curia
239 evenit, pro fel. rec. Paulum V. fuit penſio reſervata in perſona cujuſdam Joannis Stephani laici conjugati patris prædicti Joannis Bernardini; ad cujus preces, & utilitatem fuit prædicto Jo: Stephano reſervata, ex eo quòd ille erat cęcus, & ſenex, & ſic ob hujuſmodi cæcitatem, & ſenectutem, quæ ei ſupervenerunt; qui quidem Jo: Stephanus pro dicta penſione ſupplicavit, mediantibus pluribus memorialib. eidem Paulo porrectis, & ab illius Datario tranſmiſſis. Evenit poſtmodum caſus, quòd ipſe Jo: Bernardinus filius d. Jo: Stephani, dum ad laicalia vota aſpiraret, uxoremq; ducere intenderet, ne penſio ipſa ceſſaret per contractum matrimonii, ac ne dictus Jo. Stephanus privaretur ſubſidio d. penſionis, tranſtulit eandem penſionem in quẽdam Hieronymum, qui poſtea recuſabat ſolvere penſionem prędictam prędicto Io. Stephano, nulla habita ratione hujuſmodi confidentiæ. Unde cum in dubium revocaretur, an verè ſupradicta penſio fuiſſet reſervata ad utilitatem, & commodum prędicti Jo. Stephani laici, cauſa in Sacro Rotæ Auditorio introducta, fuit dictum plures in hoc caſu ad favorem prędicti Jo. Stephani concurrere pręſumptiones, de quib. in deciſione deſuper facta in *Novar. Penſionis coram eod. Buratt. dec.* 724. *n.* 3. quarum prima deducebatur ex condonatione expenſę compoſitionis ad preces ipſius Jo. Stephani, eidẽ Paulo porrectas, ut apparebat in partita libri Datarię Apoſtolicæ per hęc verba, *Pro aſſignatione penſionis 25. ſcutorum auri ſuper fructibus, & diſtributionibus Canonicatus, & prebenda Eccleſiæ Novarienſ. pro Hieronymo, Gratis de mandato Sanctiſſimi, Placet, ad ſupplicationem Io: Stephani Moyrani cæci*; ex quo veriſimilis præſumptio dicebatur inſurgere, quòd prædicta penſio eſſet reſervata ad utilitatem, & commodum prædicti Joan. Stephani. Secunda erat qualitas perſonæ miſerabilis cæci. Tertia, quòd ſi dicta penſio fuit reſervata in perſona filii ad commodum patris, multo magis, dum fuit tranſlata in perſonam penitus extranei. Quarta, expenſæ factæ per Jo: Stephanum poſt tranſlationem in litigando contra titularem, prætendentem penſionis extinctionem per contractum matrimonii Jo: Bernardini, necnon ſolutiones factę per Hieronymum de penſionibus exactis. Præterea aderat atteſtatio Datarii illius temporis, quòd tranſlatio hujuſmodi penſionis à Summo Pontifice facta fuiſſet in capite Hieronymi, intuitu, & contemplatione, ac pro ſubventione, Joan: Stephani cæci, & ſeneſcentis, *ut in d. dec.* 724. *d. num.* 4. *cum pluribus ſeqq.* necnon *n.* 10. fuit dictum, non obſtare, quod hæc penſio non reperiebatur adnotata in libro Datariæ, in quo adnotantur omnes penſiones, quę ad commodum tertii reſervãtur, quia in prędicto libro adnotantur ſolummodò pẽſiones, quę ſuper beneficiis Hiſpaniarũ ad commodum Itali reſervãtur; ſed pro penſionibus ſuper beneficiis Italię ad commodum

dumtertii reſervatis, non apparet, aliquem adeſſe librum in Dataria.

Quę quidem deciſio fuit etiam confirmata coram eodem Buratto *quæ eſt* 791. Verum, cum poſtmodum fuiſſet factum hujuſmodi tertiò in Rota propoſitum, ex eo, quòd prædictæ præſumptiones non fuerunt pro ſufficientibus habitæ, aliiſque de cauſis, fuit receſſum à deciſis coram eodem Buratto, *ut in dec.* 835.

Pro hujuſmodi etiam penſionibus confidentialibus alius habetur caſus in una *Conchen. Penſionis 6. Martii* 1598. *coram Peregrino* in qua fuerunt reſervatæ duæ penſiones à
240 fel. record. Gregor. XIII. cuidam Gundiſalvo, tunc in tertio, vel circa ſuæ ætatis anno conſtituto, ut ſuccedentibus annis, commodius ſe ſuſtentare poſſet, una videlicet. Trium millium ducatorum ſuper Archidiaconatu de Alarcon. Eccleſiæ Conchen. & altera medietatis fructuum ſuper uno ex Canonicatibus, & præbendis ejuſdem Eccleſiæ, ſolvendæ Antonio patri, tunc Catholici Hiſpaniarum Regis à Secretis, & ubi ipſe voluerit, durante minori ætate filii, cum primum fuiſſet clericali charactere inſignitus. Poſtmodum verò, quia ipſe Antonius pater fuerat per ſententiam diffinitivam declaratus hæreticus, ac hæreticorum fautor, ejuſque imago publicè combuſta, poſtquàm in ipſius perſonam, qui è manibus Curiæ ſe eximens, & ut dicebatur, ad hæreticos, & hoſtes fidei, & Reipublicæ Chriſtianæ ſe contulerat, ſententia exequi non potuiſſet, fuit dubitatum, An dictæ penſiones ipſi Gundiſalvo amplius deberētur, ut habetur in principio d. deciſionis, & fuit negativè reſolutum, ex cauſis in dicta deciſione diligenter examinatis.

Ut autem liqueret, dictam penſionem fuiſſe reſervatam contemplationem Antonii patris dicti Gundiſalvi, fuit dictum in eadem deciſione, id apparere ex litteris reſervationis dictæ penſionis, ex illis verbis, *Dilecte filio Gundiſalvo Perez. dilecti filii Antoni, etiam Perez laici, multis virtutibus prędictis, &c.* ex eo quòd prędictus Antonius erat laicus, & ſic incapax penſionis, juxtà ea, quæ pro ſervando ſtylo Curiæ ſuperius dicta ſunt circa hujuſmodi penſionum reſervationes; nam dum prędictus Gundiſalvus erat in tertio, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutus, nulla poterant in eo merita conſiderari; ac prętereà de hoc, juramento atteſtatus fuit Dux Sotæ, qui pro hujuſmodi gratia ad favorem dicti Antonii intercceſſerat apud Pontificem, & in gratiam Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis, cujus tunc idem Antonius pater erat à Secretis; at cum penſiones fuerint ferè quatuor mille ducatorum, non prout alimentis ſimpliciter, ſed ad illam dignitatem tuendam, quàm, uti intimus Regis acquiſiverat, conceſſę dicebantur; ac proinde, ex juribus adductis, fuit dictum, beneficiarios ad ſolutionem prædictæ penſionis non eſſe adſtrictos, ut *in d. dec. Conchen. Penſionis, verſ. hac enim penſio*, relata per Garc. *p.* 11. *cap.* 10. *ſub n.* 79.

Romanæ verò Curiæ Tyrones hìc obiter, præmiſſorum occaſione, ſcire non pigeat, quid praxis ſervet circa hujuſmodi penſiones alio etiam modo confidentiales; quarũ ſermo in Dataria Apoſtolica, necnon in Sacro Rotæ Auditorio frequens eſt. Conſuevit namque Summus Pontifex pen-
241 ſiones reſervare ſuper fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum Hiſpaniæ pro Italis, ſeu exteris, & tunc illas reſervat ad favorem, & vitam alicujus Curialis originarii illarum partium; volens tamen commodum, & utilitatem ipſius penſionis ad ſupradictos ſpectare, & hoc propter pragmaticas, &
242 ordinationes Hiſpanię, prohibentes, ne penſiones reſerventur ad favorem exterorum; qui quidem originarius, ex cõmuni Romanæ Curiæ vocabulo, *Capo di ferro*, nuncupatur;
243 ex eo quòd in illius capite omnes hujuſmodi penſiones cõfidentiales collocantur, & reſervantur, ad commodum tamen, & utilitatem alterius exteri, quem Papa judicat benemeritum, ut teſtantur, Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 6. *q.* 4. *n.* 61. idem Garc. *par.* 1. *cap.* 5. *n.* 261. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 90. qui *n. ſeq.* optimè probat, id minimè juri repugnare, ut videlicet jus penſionis ſit penes unum, ut ſic ſalvetur
244 pragmatica, commoditas autem penes alium; quod quidem fieri dignoſcitur, ad evitanda ſcandala; quæ poſſent fortaſſe exoriri, ſi Papa utendo jure ſuo, mitteretur contra dictas pragmaticas, penſiones pro prædictis Curialibus reſervare, ut Lotter. ait *loc. cit. num.* 101.

Quòd quidem intelligendum eſt de penſionibus ſuper fructibus beneficiorum in Regnis Hiſpaniæ tantùm exiſtentibus, non autem Portugalliæ, ubi ipſi Itali penſiones
245 poſſunt obtinere, prout cum effectu obtinent vigore litterarum Apoſtolicarum ſuper hujuſmodi penſionum reſervatione, quæ ibi ſine aliqua contradictione, debitæ exequutioni demandantur: ex ſtylo autem totius Hiſpaniæ eſt, ut in ea exteri penſiones non habeant; ſed ipſi in capite dicti Hiſpani eas conſtituant, à cujus manu penſiones ipſas percipiunt, ut ſupra dictum eſt, & teſtatur *D. Gabriel Pereira tract. de manu Regia p.* 1. *c.* 64. *n.* 42. relatus à Barboſ. *in praxi exigen. penſ. q.* 5. *nu.* 39. *fol.* 72.

Hujus etiam reſervationis praxis juxtà ſuperius dicta, op- 246
timè etiam deſumitur ex *deciſ.* 139. *nu.* 1. *part.* 3. *diverſor.* ubi Papa ſic dixit Cardinali Neapolitano, *Concedimus vobis penſionem Mille ducatorum ſuper fructibus iſtorum beneficiorum, Reperiatis Hiſpanum, qui teneat illam in perſona ſua propter pragmaticam.* Hoc enim caſu gratia facta eſt eidem Cardinali, ut ipſe commodum, & utilitatem haberet hujuſmodi penſionis, nudum tamen nomen reſidebat penes quendam Ludovicum, ſicut allegabat Cardinalis de Medices: quæ quidem reſervatio nunquàm, aut raró conceditur inter Italos, nempè ut unus Italus habeat nudum nomen reſervationis, alter verò Italus commodum, & utilitatem hujuſmodi penſionis, niſi Summi Pontificis pietas aliter ſuadeat, ſed tantùm inter Hiſpanos, Buratt. *deciſ.* 835. *nu.* 6.

Verùm, cum perſona illa, ſuper qua reſidet penſionis reſervatio, quæ deſuper nudum habet nomen, poſſet præmori, & ſic ille, ad cujus commodum, & utilitatem reſervata eſt penſio, illam amitteret, & gratia ſibi facta fru-
ſtratus remaneret, propterea titularis ſe obligat ſolvere pen- 247
ſionem, præſtito per eum fidejuſſore, ac prævia cædula bancharia de illa ſolvendo ſtatuto tempore, donec penſionarius, idest perſona ſuppoſita vixerit; qui quidem penſionarius conſtituit procuratorem irrevocabilem perſonam illam, quæ fuit per Papam contemplata, ut illam poſſit exigere; quarè ille in cujus capite eſt penſio hujuſmodi reſervata, non poteſt amplius dictum procuratorem revocare, quia conſtituens habet nudum nomen penſionarii, ac etiam quia mandata ſunt irrevocabilia, ubi fiunt ſuper eo, ad quod quis de neceſſitate tenetur, ut per Bal. *in l.* 1. *num.* 11. *C. de act. & oblig. cum aliis allegatis per* Gabriel. *de procur. concluſ.* 2. *num.* 19. *&* 36. ut in puncto firmavit Rota penes Seraphin. *deciſ.* 531. *n.* 2. *p.* 1.

Cum autem, his ſic ſtantibus, ac attenta hujuſmodi 248
confidentia, ſæpenumero lites deſuper excitentur; proptereà ad illis obviandum, optimè illud videtur in praxi ſervandum, quod in Sacro Rotæ Auditorio fuit reſolutum. Nam propoſito dubio, An videlicet penſio, & jus ipſius
reſideat penes eum, in cujus perſona, gratia penſionis fa- 24
cta eſt, an verò penes eum, in cujus commodum, & utilitatem cedit penſio prædicta; Domini conſtituerunt tres caſus, quorum Primus eſt, quoties ſumus in claris, veluti, quia Papa dixit; *Concedimus tibi penſionem Centum ducatorum ſuper fructibus talibus beneficii, Reperias Hiſpanum, qui teneat illam in perſona ſua*; ut ſupra dictum eſt. Secundus caſus in Curia Romana frequentior eſt, quando gratia facta fuit alicui Hiſpano, & Papa dixit, *Aſſignamus penſionem hanc N. Hiſpano ob pragmaticam, & volumus, quod illam exigat ad commodum* B. quo caſu jus reſidet penes N. nominatum, & non penes B. excepta utilitate, & commodo penſionis. Tertius caſus eſt, quando ſumus in dubio, & tunc recurrendum eſt ad verba ſupplicationis & litterarum, ut in una *Hiſpalen. Penſionis die* 13. *Februarii* 1573. *relata per* Pariſ. *d. quæſt.* 4. *n.* 61.

Ad occurrendum modò litibus ſupradictis, ac pro præmiſſorum declaratione dicendum eſt, quod ſi reſervata prædicta penſione in capite Hiſpani, ille, ſive ejus tranſlatarius decedat, etiam in vita Itali, ad cujus commodum penſio eſt reſervata, certum eſt penſionem expirare, & omnem commoditatem; cum jus reſideat penes dictum Hiſpanum, ut firmat idem Pariſ. *loco citato num.* 62. ex eo, quòd penſio extinguitur per mortem Hiſpani, non autem illius, cujus eſt commodum, ſivè utilitas: & quod ita vidit practicari. Proindeque cum poſſit penſio extingui, tàm per mortem perſonæ contemplatę, quàm reſervatarii, penes
quem adeſt jus dictæ penſionis, introductus fuit uſus Da- 250
tariæ Apoſtolicæ, ut ſimul cum dicta penſione in perſona Itali, daretur etiam facultas eam transferendi, ut occurrente periculo vitæ reſervatarii, ne perſona contemplata careat hujuſmodi penſione; fiat illius translatio in aliam perſonam, qui eam ſolvet dictæ perſonæ contemplatæ; quam quidem translationem facere poteſt prædictus reſervatarius in alium, & ſine aliqua ſolemnitate, aut ſcientia, ſeù conſenſu penſionarii, ut in *dicta Hiſpalen. Penſionis*

ſionis, *num*. 1. nam hujuſmodi commoditas liberè poteſt in alium transferri, & cedi, *leg. neceſſario*, *§. fin. de peric. & com. rei vend.* etiam ſine ſolemni aliqua nominatione; ex eo quod non reperitur jure cautum, quod transferendo utilitatem terminorum penſionis decurſorum, & decurrendorum, aliqua requiratur ſolemnitas; ſed tantum in jure, & titulo ipſius penſionis reperitur hoc expreſſum in literis; & advertit etiam Garc. *dicta par*. 1. *cap*. 5. *num*. 269. quod reſervatarius, in cujus perſona fuit penſio reſervata, poteſt validè eam transferre, illiuſque caſſationi conſentire, ſine conſenſu illius, in cujus commodum eſt ipſa penſio reſervata. Sicut etiam, ex eadem ratione poteſt talis reſervatarius hujuſmodi penſionem ſimpliciter, & in totum extinguere ad commodum, & utilitatem perſonæ contemplatæ ſub conſueta formula, qua Dataria Apoſtolica uti conſuevit, videlicet.

Beatiſſime Pater, *Cum devotus veſter*, *Celidonius Ximenes*, *cui aliàs penſio annua ducatorum C. ſuper perpetui ſimplicis beneficii Eccleſiaſtici*, *&c. quod ad præſens N. clericus obtinet*, *fructibus*, *etc. eidem Celidonio*, *vel procuratori ſuo*, *etc. certis ex cauſis*, *etc. caſſationi*, *etc. nonnullis anticipatis*, *ſeu anticipandis ſolutionibus*, *etc. conſentiat*, *etc. penſionem annuam*, *etc. expreſſo ejuſdem Celidonii conſenſu caſſare*, *etc.* prout in formula conſueta hujuſmodi caſſationis ſuo loco inſerenda. Et in calce ſupradictæ ſupplicationis additur per Reviſores, *Et de conſenſu*, & à tergo ejuſdem extenditur, idem conſenſus de more Notariorum Cancellariæ, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, videlicet. *Die*, *& menſis &c. Anno*, *&c. Retroſcriptus D. Celidonius præſens*, *&c. retroſcripta caſſationi penſionis*, *&c. conſenſu*, *juravit*, *&c.*

In propoſito igitur quando Papa reſervat penſionem, vel eadem transfert ad commodum alterius, quam reſervatarii, tota illa forma, quæ circa modum conſumitur, conſideratur ſimpliciter tamquàm cauſa, ordinata ad ſuum finem, qui quidem finis, ſeu cauſa ipſa finalis gratiæ ponitur ea toto ſuper commodo, & utilitate perſonæ contemplatæ, ut eleganter tradit idem Lotter. *d. q*. 36. *n*. 109. & idem fuit conſideratum in ſupradicta *Iſpalen. Penſionis n*. 9. per hæc verba.

Quintò, *quia cum habeamus tex. expreſſum in litteris reſervationis penſionis*, *quod iſta penſio ſtet cum facultate transferendi*, *et ſic duret ad vitam duorum*, *non intereſt Eccleſiæ*, *an duret ad vitam duorum Italorum*, *vel ad vitam duorum Hiſpanorum*; *quia in iſtis*, *de jure non reperitur expreſſum*, *quod ſit intereſſe conſiderabile*. *Ideo cum penſio non ſit duratura*, *niſi ad vitam duorum*, *magis proportionabile*, *et probabile eſt juxta veriſimilem mentem concedentis*, *quod duret potius ad vitam duorum Italorum quam ad vitam duorum Hiſpan. Et dicere*, *quod facultas transferendi ſit impoſita tantum ad tuendam utilitatem unius Itali*, *et illius vitam tantum*, *eſt divinare*, *imò corrigere literas*, *quæ indiſtinctè*, *et generaliter dant iſtam facultatem transferendi.* ut ſunt formalia verba *d. dec. d. n*. 9. *quæ eſt* 400 *p*. 1. *diverſ.* & ſubditur *n. ſeq. verſ. Septimo quia*, quod licèt iſtæ facultates transferendi petitæ in hujuſmodi penſionibus datis Hiſpanis in confidentiam, non ſoleant componi, ſicut fit de aliis tranſlationibus, id non eſt, ex eo, quod penſio non ſit duratura ad vitam duarum perſonarum, prout aliæ penſiones cum ſimilibus facultatibus conceſſæ; ſed quia conceduntur familiaribus, & aliis perſonis caris ipſi Papæ, quæ ſolent eximi ab iſtis compoſitionibus.

Ea cum pariter ipſa penſio ceſſet per mortem ejus, penes quem eſt commodum, & utilitas, ita etiam poſt illius obitum extinguitur jus perſonæ, in cujus capite fuit reſervata, etiam dicta perſona vivente; quid dixerit Nav. *conſ*. 62. *de ſimon. incip. Quæritur*, nam in fine ejuſdem conſ. dicitur, Ad-
251 vertendum, referri in Sacro Rotæ Auditorio pronunciatum, penſiones, quæ Italo in caput Hiſpani reſervantur, extingui tam per mortem Itali, quàm Hiſpani.

252 Nam licèt, re vera, jus penſionis reſideat penes eum, in cujus perſona fuit reſervata, attamen ſatis videtur clarum, quod cum penſio ſit reſervata contemplatione, & ad commodum alterius perſonæ, locum habet prædicta *deciſio Iſpalen ſ.* in qua fuit reſolutum, penſionem poſitam in capite Ludovici ad commodum Cardinalis Neapolitani ceſſare, & extinguitur per obitum prædicti Cardinalis, ex eo quod non prædicto penſionario, qui nudum tantùm habet nòmen in hujuſmodi reſervatione, ſed ipſi Cardinali facta eſt gratia prædictæ penſionis; & Papa non aſſignaſſet penſionario, niſi intendiſſet providere prædicto Cardinali, quo moriente, corruit totum factum, ut optimè tradit Garc. *d. p*. 1. *cap*. 5. *n*. 266. neque obſtat, quòd penſio, ſicut morte penſionarii ceſſaſſet, per mortem tamen Cardinalis non debetur expirare; nam reſpondetur, quòd eſſet contra mentem Papæ, ut hoc facere cogitavit ad commodum Cardinalis non autem illius in cujus capite eſt penſio reſervata; ac proinde ceſſat per obitum utriuſque, cum in perſona utriuſque conſiſtet, unius videlicet quoad ſubſtantiam, & formam, alterius verò quoad commodum; proindeque conveniens eſt, quod altero eorum deficiente, extinguatur, quàm quidem deciſionem refert fuiſſe approbatam vivæ vocis oraculo à Gregorio XIII. in plena ſignatura idem Garc. *c*. 7. *n*. 267. & dixit Germon. *de indulc. Cardin. § ſi vero illa numer*. 56.

Dubitari nihilominus quandoque contingit, an verè talis penſio ſit confidentialis, vel ne, ſtantibus præmiſſis, prout dubitari valdè poteſt, cum agatur de re, quæ de directo minimè poteſt probari, proindeque difficilis probationis, unde procedendum eſt per probationes, per conjecturas, 253
per circumſtantias, & præſumptiones, quæ ſufficiunt, ut per DD. *in cap. præterea, de teſt.* Decia. *conſil*. 543. *num*. 13. & fuit tentum in una *Mindonien. Canonicatus*, *& præb*. 26. *Octobris* 1551. *coram Dom. Antonio Auguſtino*, teſte Caputaquen. *deciſion*. 20. *numer*. 6. *part*. 1. Pariſ. *de confid. qu*. 71. *num*. 1. quia confidentia eſt ſpecies ſimoniæ, & dicitur ſimonia conventionalis, quæ probatur ſignis, judiciis, & præſumptionibus ſicut etiam dicitur, quod quando aliàs illa ſecretò inter conjunctos, & amicos tractatur, præſumptiones, & conjecturæ ſufficiunt, idem Pariſ. *loco citato num*. 4. *&* 5. & in puncto firmat Lotter. *dicto libr*. 1. *queſt*. 36. *num*. 105. ſubdens quod recurrendum eſt ad conjecturas, quæ in hac materia ſufficiunt: quod regulare eſſe ait in omni materia, quæ directo probari non poteſt, per text. *in leg. empt. Cod. plus val. quod agitur* Alex. *conſil*. 197. *num*. 7. *lib*. 7.

Et in propoſito confert caſus in una *Tarraconen. Penſionis*, penes Seraphin. *deciſion*. 1088. ubi cum fel. record. Gregorio XIII. anno 1582. reſervaſſet penſionem quingento- 254
rum ſcutorum in perſonam Antonii, contemplatione tamen Cardinalis Commendoni; & titularis ſe obligaſſet in forma ſolita, fuit hæc penſio, vivo Cardinale ſoluta; ſed cum poſt ejus obitum prætenderet quidam Abbas, Nepos dicti Cardinalis, utilitatem, & commodum ad ſe ſpectare, titularis prætendebat, penſionem eſſe extinctam morte Cardinalis; at verò pro parte Nepotis, ac præcipuo fundamento ſuæ intentionis, allegatus fuit liber Datariæ Apoſtolicæ conſcriptus à quodam Petro Antonio, tunc temporis miniſtro Datarii, in quo in margine dictæ penſionis aderant hæc verba, videlicet, *Nepoti Cardinalis Commendoni*, *intuitu ipſius Cardinalis*, & quamvis titularis, hoc non obſtante, prætenderet extinctionem penſionis; ex eo, quòd eſt illa reſervata ad commodum Cardinalis ſtante quod apoſtilla cantabat, *intuitu Cardinalis*, & quod ſtatim, advenente primo termino ſolutionis penſionis, ea fuit ſoluta Cardinali, nec non ſolutiones factæ Nepoti fuerunt poſtmodum per eundem poſitæ in computum Cardinalis: quæ res arguit, ipſum eas recepiſſe, non tam nomine proprio, quàm Cardinalis; proindeque non debeat obſtare adnotatio prædicta facta in libro Datariæ, tanquam in libro privato, qui non facit fidem, ut aliàs ſenſit Rota in una *Pampilonen. Penſionis coram Bubalo*: & quatenus eſſet adhibenda, cum non contineat nomen proprium Abbatia, ſed tantum ſcriptum ſit, *Nepoti Cardinalis* propter incertitudinem non concludit, *leg. duo ſunt Titii*, *de teſtament. tut. leg. non hoc Codic. unde legit.* cum ſimilibus. De his tamen juribus nulla fuit habita ratio: ſed potius, prædictum librum Datariæ fuit dictum, probare, eique 255
eſſe fidem adhibendam; cum liber, & manus prædicti miniſtri Datariæ fuerint recogniti, ſitque ſcriptus per Officialem ad id deputatum, & fuit dictum in ſuperius allegata *deciſion. Buratti* 791. *numer*. 3. & in alia *Caſtellanaten. Canonicatus* 888. *numer*. 4 ubi quod liber Datariæ

præ-

256 prævalet teſtibus, *& numer. ſequent.* quod non admitti-
tur probatio per teſtes: niſi in defectum dicti libri, quia
257 non licet arguere Datarium, ejuſque libros de mendacio,
Guidoboo. *deciſion.75.alia q.71.* & in una *Bargenſ. Abba-
tiæ* 16. *Martii* 1592. *coram Gypſio*, & in terminis penſionum
confidentialium Buratt. *deciſ.*385. *nu.*9. & in alia 724. *n.* 9.
dicens quod atteſtatio Domini Datarii, etiam poſt dimiſ-
ſum officium, licèt non probet concludenter, magnam
258 tamen facit præſumptionem circa hujuſmodi penſiones
confidentiales. Cum etenim reſervationes hujuſmodi fiant
ſuppoſita alterius perſona, non poteſt aliunde haberi veri-
tas, quàm ex hujuſmodi libris, & quinternis; quo caſu,
ratione publicæ utilitatis, neceſſe eſt, ut eis fides adhibea-
tur, ut dicitur de teſtibus familiaribus admittendis, ad
id probandum, quod domi geſtum eſt, & quòd per alios
probari non poteſt, ut in dict. Seraph. *deciſ.* 1088. *num.* 5.
& num. ſeq. ſubditur, quòd aliàs ſemper in incerto eſſet, ad
quem ſpectaret penſionis commoditas in grave præjudi-
cium eorum, qui eam ſolvere tenentur, & tam in prædi-
cta *dec.*1088. quàm in alia 1108. ſuper eadem re plenè di-
ſcutiuntur ſupradictæ conjecturæ, quòd prædicta penſio
non erat ad commoditatem dicti Cardinalis, per cujus obi-
tum prætendebat titularis, penſionem eſſe extinctam; ſed il-
la intelligebatur reſervata ad commodum, & utilitatem di-
cti Nepotis. Et iterum propoſita dicta cauſa *Tarracon. Pen-
ſionis*, fuit deciſio confirmata; cum fuiſſet pro ſufficienti
259 probatione habita illa, quæ colligitur ex libro Datarii, qui
probat qualitatem gratiæ, & fuerunt rejecta contra prædi-
ctum librum deducta; cum fuerit recognita manus ſcriben-
260 tis, qui in Dataria habetur pro bono, & fideli. Nec habita
fuit ratio, noviter per informantes conſiderata; quod in di-
cto libro reperiretur ſcriptū, *Intuitu Cardinalis*, quia hujuſ-
modi verba potius oſtendunt contrarium, cum non potuiſ-
ſet dici penſio intuitu Cardinalis reſervata, ſi ad ipſiuſmet
Cardinalis commodum ſpectaret; ac proinde fruſtratoria
fuiſſet mentio nepotis, ut in *d. dec.* 1508. penes eundem Se-
raph. ubi per plura exempla id abundè probatur.

Et ſic videmus, quòd pro elicienda deſuper veritate, ac
intentione Summi Pontificis in hujuſmodi reſervationibus
confidentialibus, ſemper recurritur ad prædictas præſum-
ptiones, & conjecturas, ad agnoſcendum ad cujus com-
modum ſit penſio ipſa reſervata, prout in ſimili fuit dedu-
ctum in ſuperius duabus allegatis deciſionibus *Novarien.
Penſionis*, in quibus concludebatur pro validitate penſio-
nis reſervatæ in perſona filii, ad utilitatem patris cæci, &
miſerabilis, ut ſupra dictum eſt: & pro hac confidentia
probanda, allegabatur, quod pro parte dicti patris fuerunt
porrecti Papæ ſupplices libelli, atteſtatio Domini Datarii
illius temporis, remiſſio impenſarum per Officiales, con-
donatio Componendæ, & alia, quæ arguebant voluntatem
Papę concedendi penſionem eidem perſonę miſerabili; licet
poſtmodum Rota in ead. cauſa *Novarien. Penſionis*, receſ-
ſit à duabus deciſionibus antea factis ſub die 11. Decembris
1624. attentis in contrarium urgentioribus præſumptioni-
bus pro titulari beneficiato, ut aliàs diximus. Hæc autem
paucula obiter dicta ſint, præter ea, quæ ad quartum re-
quiſitum beneficii Eccleſiaſtici pertinent, ne ulterius videar
extra propoſitum, divagari.

CAPUT VI.

Praxis Quinti Requiſiti Beneficii Eccleſia-ſtici ſcilicet, quod illud ſit perpetuum.

SUMMARIUM.

261 *Beneficium Eccleſiaſticum in perpetuam conferen-dum.*
262 *Beneficia ſæcularia ſunt perpetua, regularia verò ma-nualia.*
263 *Beneficia ſæcularia poſſunt ex conſtitutione eſſe manua-lia, & è contra.*
264 *Beneficiorum regularium impetratio valet, non facta men-tione manualitatis.*
265 *Et quare.*
266 *Unionis gratia, tacita manualitate in beneficio ſæculari, eſt ſubreptitia.*
267 *Cancellariæ Apoſtolicæ praxis circa Commendam Mona-ſterii, quod Conventu caret.*
268 *Monaſteria, quæ Conventu carent, cadunt ſub regulis Apoſtolicis.*
269 *Beneficium dicitur perpetuum, ad differentiam ma-nualis.*
270 *Verbum, ad nutum, quomodo accipiatur.*
271 *Verbum,* voluntas, *quid importet.*
272 *Amovendi facultatem habens, non tenetur ad obſervan-tiam juris.*
273 *Patronus poteſt abſque cauſa amovere Capellanum amo-vibilem, & alterum præſentare.*
274 *Quod tamen intelligendum ceſſante odio, ſeu malitia in amovente.*
275 *Manualitate attenta, non datur amoto reſtitutio.*
276 *Et quomodo id intelligatur.*
277 *Manualitas quoad regulares, quomodo differat à manua-litate quoad ſæculares.*
278 *Manualitas non ſtat in natura beneficii, quod eſt perpe-tuum, nec per amotionem beneficiati, deſinit eſſe per-petuum.*
279 *Beneficia manualia, quomodo poſſint eſſe perpetua.*
280 *Beneficium manuale eſt verè, & ſimpliciter bene-ficium.*
281 *Beneficia amovibilia poſſunt conferri in titulum.*
282 *Beneficia ſunt perpetua de jure poſitivo.*
283 *Beneficia regularia, de ſui natura non perpetua poſſunt effici perpetua, & è contra.*
284 *Beneficia ſæcularia poſſunt effici amovibilia ex lege fun-dationis.*
285 *Capellania, etiam manualis, collata per Ordinarium, judicatur beneficium Eccleſiaſticum.*
286 *Simonia committitur in beneficiis manualibus, ſicut in cæ-teris beneficiis.*
287 *Beneficium perpetuum, ex cauſa fit manuale, & non am-plius ab Epiſcopo conferendum, & quomodo id in-telligitur.*
288 *Beneficia ſæcularia perpetua, per Papam tantùm, non autem per inferiorem, ad tempus conferri poſ-ſunt.*
289 *Beneficio poteſt Papa conferre in perpetuum, & ad tem-pus, ac ſub conditione, & ut magis voluerit.*
290 *Beneficia manualia non verò conferuntur à Papa in perpe-tuum, expreſſa ſibi tamen manualitate.*
291 *Beneficium in dubio præſumitur perpetuum.*
292 *Papa conferendo beneficium, non cenſetur voluiſſe illius naturam mutare.*
293 *Ultimus ſtatus collativus beneficii quid operetur.*
294 *Beneficii manualis reſignatio ad favorem, quomodo à Pa-pa admittatur.*
395 *Unio beneficii manualis non valet, ſi Papæ non fuit ex-preſſa manualitas.*
296 *Eccleſiæ receptitiæ beneficia non poſſunt reſignari, neque permutari, & quare.*
297 *Eccleſiam eſſe receptitiam, ſi narretur Papæ, illorum beneficiorum reſignationes, & permutationes validè ab eo admittuntur.*
298 *Collatio beneficii amovibilis, facta à Papa, non revoca-tur ab Inferiore.*
299 *Collatio facta à Papa de beneficio manuali, intelligitur ad vitam Oratoris, expreſſa tamen manualitate.*
300 *Actus, certo tempore non concluſus, perpetuus repu-tatur.*
301 *Commendæ perpetuæ in dubio cenſentur, niſi contra-rium appareat.*
302 *Diſpoſitio generaliter loquens generaliter intelligen-da.*
303 *Argumentum valet de perſonis, vel rebus ad tem-pus.*
304 *Commendas hodiernas, eſſe perpetuas habetur ex illius formula, & quænam illa ſit.*
305 *Beneficium manuale pluries in titulum perpetuum per Pa-pam collatum, ſuccedente illius ultima vacatione ad manualitatem revertitur.*
306 *Res de facili ad ſuam primævam naturam reverti-tur.*
307 *Papa præſumitur beneficium contuliſſe ſecundum ejus ſta-tum.*
308 *Beneficia manualia hodie cum difficultate à Papa confe-runtur in titulum perpetuum.*
309 *Beneficium collativum præſumitur ex illius ultimo ſtatu ſit collatum.*

310 Ultimus ſtatus in beneficialibus pluribus effectibus deſervit, & quibus.
311 Et conſideratur tempore vacationis, ſeu impetrationis beneficii.
312 Judicatur in unaquaque re ſecundum tempus diſpoſitionis.
313 Ultimus ſtatus indicat, eundem ſtatum fuiſſe in præteritum.
314 Ultimus ſtatus, non conſtito de contrario, inducit præſumptionem ſimilis de præterito.
315 Beneficium tale præſumitur, in quali ſtatu reperitur tempore vacationis.
316 Status beneficii duplici modo deprehenditur, nempè per veram, ac præſumptam probationem.
317 Præſumpta probatio quænam ſit in beneficialibus.
318 Ultimus ſtatus ſufficit pro juſtificanda gratia.
319 Et intelligitur, dummodo fuerit ſortitus effectum.
320 Ultimus ſtatus declaratur per plures regulas, ut hic.
321 Patres Societatis Jeſu, qui emiſerant tria vota ſimplicia, poſſunt retinere beneficia ſæcularia, & penſiones.
322 Beneficia omnia cenſentur ſæcularia.
323 Beneficium, ut intelligatur regulare, per quod tempus debet tanquam tale gubernari.
324 Statum tribuit beneficio de ſæculari in regulari, & è contra, curſus quadraginta annorum.
325 Statutum beneficii regularis, in ſæcularem, & è contra, poteſt Epiſcopus mutare.
326 Status regularitatis quomodo requirat præſcriptionem quadraginta annorum.
327 Cancellaria Apoſtolica, quid ſentiat circa mutationem ſtatus beneficii ſæcularis, & beneficii regularis.
328 Beneficium, an fuerit tentum per regularem, ut regulare, an verò, ut ſæculare, quomodo dignoſcendum.
329 Beneficia fundata in Eccleſiis regularium, poſſunt conferri Clericis ſæcularibus.
330 Et quomodo id procedat.
331 Fundatores poſſunt fundare Capellanias in Monaſteriis, & Eccleſiis Regularium pro Clericis ſæcularibus de conſenſu Superioris, & Ordinarii.
332 Collatio Papæ non mutat ſtatum beneficii.
333 Et quomodo id procedat.
334 Collationes Apoſtolicæ invalidæ non mutant ſtatum.
335 Ultimo ſtatu in judicando, attenditur, quis ſit in poſſeſſione conferendi.
336 Poſſeſſio, non autem proprietas in collationibus beneficiorum attenditur.
337 Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.
338 Fructus juris conferendi, eligendi, ſeu præſentandi, pertinent ad bonæ fidei poſſeſſorem, non autem ad dominum.
339 Aliud eſt, eſſe collatorem, vel patronum, aliud verò habere jus conferendi, vel præſentandi, quia unum reſpicit petitorium, alterum poſſeſſorium.
340 Jus præſentandi habens, non inde ſequitur, quod habeat jus patronatus.
341 Et quare.
342 Præſentatio quomodo competat quandoque per viam ſimplicis petitionis.
343 Conſuetudo Mediolani, quod ad petitiones Parochianorum inſtituuntur Rectores.
344 Poſſeſſio, ſeu quaſi juris conferendi acquiritur per unicum actum.
345 Etiam ſi collatio fuerit facta per aſſertum Vicarium.
346 Ac etiam per Vicarium generalem, mortuo Epiſcopo, ante notitiam obitus.
347 Proprietas non habetur in conſideratione, ſed nudum exercitium poſſeſſionis.
348 Papa cenſetur reſcribere ſecundum jus commune.
349 Ultimus ſtatus quomodo attendatur pro ſuſtinenda collatione beneficii.
350 Beneficia omnia præſumuntur libera.
351 Juriſpatronatus probationes poſt Epiſcopi collationem, illam non irritant.
352 Inſtrumentum dicitur probatio evidens, ac facit rem notoriam.
353 Poſſeſſio conferendi beneficium, uti liberum ſufficit.
354 Juriſpatronatus probatio, poſt collationem Epiſcopi, deſervit pro aliis futuris vacationibus.
355 Proprietas abſorbet poſſeſſionem, & quomodo numer. 359.
356 Collatio beneficii juriſpatronatus, ut valeat, quomodo intelligenda.
357 Veritas, antè completum negotium declarata, præfertur opinioni, quæ non attenditur in præjudicium veri concurrentis.
358 Præſentatio illius, quem Ordinarius ſcit non habere jus, eſt ſpernenda.
360 Præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore non amovendus, quamvis poſtea conſtet, illum non eſſe patronum.
361 Ultimus ſtatus ſuffragatur, etiam contra proviſum Apoſtolicum.
362 Ultimus ſtatus non attenditur, quando conſtat de anteriore, & ſic de veritate in contrarium.
363 Unio extinguit titulum beneficii.
364 Præſentatio facta per poſſeſſorem, etiam violentum, ſi de violentia non conſtet, valet.
365 Prædo eſt etiam in ſua poſſeſſione tuendus, niſi conſtet de mala fide.
367 Legitimè factum, non irritandum, licèt ad eum caſum devenerit à quo incipere non potuit.
368 Proviſio Apoſtolica non mutat ſtatum, ſeu quaſi poſſeſſionem juriſpatronatus.
369 Sed quando contrarium non apparet, illum corroborant, & declarant.
370 Niſi tamen appareat de Papæ voluntate illum mutandi.
371 Solutio fructuum facienda poſſeſſori putativo, non autem proprietario, qui caret poſſeſſione.

QUoad Quintum requiſitum beneficii Eccleſiaſtici, videlicet, quod illud non ad tempus, ſed in perpetuum
conferatur, ſatis paret ex *cap. ſanctorum*, 70. *diſt.* 261
c. penult. de cler. ægrot. Abb. *conſ.* 47. *num.* 1. *verſ. item quia*,
nam talis eſt illius natura, *c. præcepta*, 55. *diſt. c. veniens*,
cum ibi not. de fil. præsb. Lap. *alleg.* 9. Caſſad. *dec.* 12. *nu.* 9. *de*
præb. dicens, quod beneficia ſæcularia ſunt perpetua, regula- 262
ria verò omnia manualia, ſeu ad nutum ſuperiorum amovi-
bilia, niſi ſint curata, aut electiva; quodque ex conſtitutione 263
poſſunt ſæcularia eſſe manualia, idem Lap. *d. alleg.* 9. ſicut
etiam regularia, ex aliis cauſis poſſunt fieri perpetua, & hu-
juſmodi beneficiorum regularium valet impetratio, non 264
facta mentione manualitatis: quia Papa, eo ipſo, quod ex- 265
primitur beneficium eſſe regulare, intelligit, quod eſt amo-
vibile, niſi eſſet curatum, vel electivum, ut dictum eſt, ſicut
etiam de beneficio ſæculari, quod licet non exprimatur,
quod ſit perpetuum, valet nihilominus impetratio, non
facta mentione de perpetuitate, niſi tamen eſſet manuale
ex aliqua Conſtitutione, ſeu alio modo, quia collatio tunc
teneret, non facta mentione manualitatis, ut dicitur in
prædicta *deciſion. num.* 9. Unde videmus quod in quibuſcun-
que beneficiorum impetrationibus, ſemper in exordio ſup-
plicationis Papæ porrigendæ, dicitur, *Cum perpetuum ſim-*
plex beneficium Eccleſiaſticum, *&c.* ſicut alias diximus,
quod ſi ipſum beneficium aliter reperietur, quam, ut ex-
primitur, collatio ſicut etiam quæcunque alia diſpoſitio,
eſſet ſubreptitia.

Unde fuit alias dictum, ſtantibus ſupradictis, in una
Camerinen. Prioratus, relata per Caſſad. *in d. dec.* 12. *nu.*
10. *de præb.* quod gratia unionis, tacita manualitate in ſæ- 266
culari, eſſet ſubreptitia, & allegat ad hoc ſtylum Cancel-
lariæ, quæ, quando non eſt Conventus in Monaſterio,
exprimit *Monaſterium, quod Conventu caret*, quando ve-
rò adeſt, non aliter exprimitur, ſed ſolum dicit, *tale Mo-*
naſterium, quaſi primum Papa ignoret, ſecundum intelli-
gat ex expreſſione Monaſterij.

Quare praxis eſt Cancellariæ Apoſtolicæ, ut ſi in ſuppli-
catione dicatur, Monaſterium, quod in commendam da- 267
tur, Conventu carere, in literis exprimendum eſt eo mo-
do, quòd Conventu caret, nec debet aliquid dici de obedien-
tia præſtanda à Conventu, ſi ad Conventualitatem reduca-
tur; quia videtur intentio Papæ eſſe, dare in commendam,
quatenus Conventu careat, aliter enim dicendum eſſet, ſi
daretur in titulum: quia tunc illa verba, *ſi ad Conventuali-*
tatem reducatur, poſſunt apponi, &c. ut in *notab. ejuſdem*
Cancell. fol. mihi 80. *à tergo*.

Hoc

Hoc etenim ita ſervatur, quia nonnulla adſunt hodie
Monaſteria, quæ Conventu deſtituta fuerunt, & proin-
268 de non providentur per electionem, ſed cadunt ſub regu-
lis Apoſtolicis, Lotter. *de re benef. d. libr. 1. quæſt. 26. nu-
mer.* 37.

In propoſito autem hujus quinti requiſiti, nempè, quòd
beneficium debeat eſſe perpetuum, tenuit etiam Cæſar.
Graſſ. *dec.* 13. *num.* 7. cum aliis allegatis per Buratt. *dec.* 224.
269 *num.* 4. Et dicitur perpetuum, ad differentiam beneficii ma-
nualis, & ad nutum amovibilis, videlicet, quando teſta-
tor per ſuam ordinationem, ab Ordinario confirmatam,
fundavit, & dotavit beneficium, ſeù Capellaniam, & vo-
luit, ac diſpoſuit, ſe ejuſque hæredes, & ſucceſſores ap-
ponere Capellanum, ſeu beneficiatum ad eorum nutum
amovibilem, tunc enim patronus ad ſuum nutum, ſuam-
que liberam voluntatem poteſt amovere Capellanum, ſeu
270 beneficiatum: illud namque verbum, *ad nutum*, ut ex
ſua ſignificatione patet accipitur pro voluntate, ut per Garc.
271 *de benef. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 85. & verbum, *voluntas*, impor-
tat liberam, & abſolutam voluntatem, non autem regu-
272 latam; & propterea, qui facultatem habet amovendi, non
tenetur ad obſervantiam juris, Felin. *in c.* 1. *ſub numer.* 50.
273 *de conſtit.* Imol. *in l. ſi ſic ver. quid de verbo, liberam, ff.
de leg.* 1. & ſic abſque cauſa poteſt amovere Capellanum, &
alterum præſentare; quòd quidem locum habet, non mo-
dò in prima vice, ſed etiam toties, quoties patronus vo-
luerit: quia ita eſt de intentione diſponentis: eademque
ratio militat in ulterioribus vicibus, quæ in prima: nec
eſt major ratio de uno Capellano, quàm de alio, idem Garc.
loc. cit. nu. 86. Vel alio modo dicitur manuale, ex eo, quòd
Superior, qui contulit, pro libito, ad manum ſuam po-
teſt illud revocare: aut quia, illius natura eſt, ut illi præ-
ſidens ad nutum Superioris amoveatur: ita ut ſi Abbas
paciſceretur, non amovere monachum ab adminiſtratio-
ne, hujuſmodi pactum non valeret; quinimmò, quòd
poſſet illum amovere: etiam ſi juraſſet non amovere: quia
in iſtis beneficiis manualibus, ſeù ad nutum amovibilibus
datur remotio, etiam ſine aliqua cauſa, ceſſante tamen
274 odio, ſeù malitia in amovente, ut fuit dictum in una *Re-
gin. Prætenſi ſpolii* impreſſa penes Farinac. *dec.* 325. *num.* 2.
p. 3. ex pluribus juribus ibi allegatis, & in una *Eugubina Be-
neficii* penes Buratt. *dec.* 382. *n.* 4.

275 Ac proinde, ſtante hujuſmodi manualitate, non datur
276 amoto reſtitutio, niſi tamen talis amotio fiat à non haben-
te poteſtatem amovendi, & ſic ab extraneo: quo caſu com-
petit ipſi amoto reſtitutio, ut fuit notabiliter dictum in præ-
fata *dec. Regien. num.* 3. Caval. *dec.* 72. *num.* 4. dicens, quòd
licèt Capellania eſſet manualis, tamen non videbatur benè
facta privatio, & amotio, non probata cauſa privationis,
& quod proinde competit reſtitutio, Rota *deciſ.* 6. *de reſt.
ſpol. in antiq.* nam licèt aliàs Rota ſequuta fuerit eam opinio-
nem, ut in manualibus poſſit amotio fieri, etiam ſine cau-
ſa, id tamen intellexit, non ſubſit cauſa malitiæ, & præ-
ſumptio odii, Franc. *in cap. cum ſingula, num.* 5. *de præb.
in* 6. & fuit dictum in una *Aquilan. Prioratus quæſt.* 778. in-
ter impreſſas *diverſ. par.* 1. cum aliis relatis in *d. dec. Caval.
num.* 5. circa quod videndus etiam eſt Lotter. *d. lib.* 1. *qu.*
33. *numer.* 2. qui *num.* 5. *cum pluribus ſeq.* id adjicit diſcri-
277 minis inter manualitatem, quoad regulares, & quoad ſæ-
culares: quod in ſæcularibus conſtituetur in ipſa ſubſtantia
beneficii, virtute diſpoſitionis adjectę in limine fundationis,
quæ, ubi per Superiorem approbata eſt, venit omnino ſer-
vanda. In regularibus autem hæc qualitas manualitatis non
conſtituitur aliquo modo in ſubſtantia beneficii; quia, etſi
reputetur manuale, id tamen non provenit ex natura ip-
ſius beneficii, ſed ex virtute profeſſionis religioſi, qui, cum
ſit ſub obedientia ſui Superioris, nec habeat velle, neque
nolle, cogitur, ſtatim ac revocatur, beneficium dimitte-
re: proindeque manualitatis vis ſtat in ipſa obedientia, non
278 autem in natura beneficii, quod perpetuum eſt, nec tale
eſſe deſinit per remotionem obedientiarii: Gambar. *de au-
th. leg. à lat. libr.* 4. *num.* 15. diſtinguens etiam inter manua-
lia regularium, & manualia ſæcularium Clericum: dicens
quod manualia regularium, ſunt in ſe perpetua, quia illa
facultas amovendi religioſum, deſcendit magis à vi profeſ-
ſionis, ut dictum eſt, quod à natura beneficii, *ut in Clem.*
1. *de ſuppl. neglig. præl.* ac proinde ex hujuſmodi ratione, be-
neficia manualia poſſunt eſſe perpetua, conſiderato, quod
279 Prælatus furſan beneficiatum non amovebit, & ſic benefi-
cium erit perpetuum, Rota *dec.* 739. *n.* 5. *p.* 1. *diverſ.* Gonz.
ad reg. 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 6. *num.* 31. Quia licèt hujuſmodi
beneficia regularia tolli poſſint, id non habent ex ſua inſti-
tutione, ſed ex eo quod is, qui ea obtinet ſubjectus ſit Su-
periori, quoad officia, habitationem, totamque vitæ di-
rectionem, ut per Garc. *in addit. ad tractatum de beneficiis
par.* 1. *cap.* 2. *n.* 78. qui ſubdit *n.* 79. ex Azor. *inſt. mor. p.* 2. *lib.*
8. *c.* 26. *quæſt.* 12. quòd manuale beneficium eſt verè, &
ſimpliciter beneficium, nam non confertur ad tempus cer- 280
tum, & determinatum, quia hoc repugnat cum natura be-
neficii, ſed ad tempus incertum, & infinitum, ſcilicet
quoad illud Superior revocaverit: quod quidem non tollit
beneficii rationem, aut minuit, ac etiam quia ſufficit; quod
beneficia ſint perpetua aptitudine, & ſic dicuntur perpe-
tua, quia certo tempore non limitantur; neque ex eo, quòd
ſint amovibilia, poſſunt deſinere poſſe conferri in titulum, 281
quia bene poſſunt dari in titulum amovibilem, quamvis
authoritate Papæ poterit eſſe, & dari beneficium ad cer-
tum tempus, cum eſſet perpetuum: tantùm ſit de jure po-
ſitivo, & ex inſtitutione ipſius Papæ. Et ex his ita intelli- 282
genda videtur illa communis concluſio, quod videlicet
beneficia ſæcularia, de ſui natura ſunt perpetua, regularia
verò, manualia, *cap. ſatis perverſum*, 56. *diſt. c. venient*,
& ibi Fel. *de fil. præsb. c. ex parte, de cler. ægrot.* cum aliis al-
legatis per Mandoſ. *reg.* 3. *q.* 11. *n.* 2. qui *n. ſeq.* ait, quod be-
neficia regularia de ſui natura, non perpetua, poſſunt, & 283
aliquando effici perpetua, & è contra, beneficia ſæcularia
de ſui natura, perpetua poſſunt, & quandoque fieri con-
ſueverunt temporalia, & pro temporalibus haberi, & ad
tempus per Summum Pontificem concedi, *caput. ſi gratio-
ſè, de reſcript. in ſexto* Lap. *allegat.* 6. Caſſad. *deciſion.* 4. *de
præb.*

Ad noſtram igitur praxim, circa hoc quintum requiſitum,
nunc deſcendendo, notandum eſt, quòd licet beneficium
in eo conſiſtat, quòd nimirum, non ad certum tempus,
ſed perpetuò, id eſt ad vitam Oratoris conferatur, ut eſt
tex. *in dicto cap. præterea*, 55. *diſt. cap. ſanctorum*, 70. *diſt.
cap. poſtulaſti, de reſcript.* cum aliis ſuperius allegatis, & ad-
ductis per Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 287. *verſ.* 5. *dignoſci-
tur, fol. mihi* 1242.

Neminem tamen latet, beneficia hujuſmodi, eorum ad-
huc retenta natura, poſſe, etiam ſi ſæcularia fuerint, effici 284
manualia, ſeù ad nutum amovibilia; potiſſimum quidem
ex lege fundationis, ut fuit dictum in una *Gerunden. Perſo-
natus, & Cauſa piæ* 17. *Maii* 1630. *coram Vereſpio, quæ eſt
deciſion.* 379. *num.* 1. *cum pluribus ſeqq. diverſor. recent. par.*
5. in qua, nedum ex parte obtinentis, verum etiam ipſius
beneficii, licèt manualis, non deſinit, illud eſſe perpetuum;
quandoquidem in caſu dictæ deciſionis, ex pacto, & lege
fundationis, poterat beneficiatus, uſque ad tertiam nomi-
nationem, ſucceſſorem ſibi nominare; poſtmodum verò
ſuccedere deberet cauſa pia, juxta Conſtitutionem Synoda-
lem Provinciæ Tarraconen. nam licèt dictum beneficium
perpetuò durare non deberet, ſed juxta formam fundationis
debebat fieri prædicta nominatio, non propterea deſinit
eſſe perpetuum; cum habeat omnia requiſita beneficii Ec-
cleſiaſtici; dum fuit erectum ſub nomine beneficii, authori-
tate, & decreto Ordinarii; ſi permutabile, cum alio benefi-
cio Eccleſiaſtico; vacet per ingreſſum Religionis; com-
mittatur in eo ſimonia, & non poſſit obtineri, niſi à perſona
Eccleſiaſtica. Præterea cum de hujuſmodi Perſonatu plu-
ries facta fuerit collatio per Ordinarium, illa ſola ſatis eſſe 285
poteſt, ut Capellania, etiam manualis, & amovibilis,
judicari debeat beneficium Eccleſiaſticum, ut in *dicta de-
ciſion. num.* 2. quia, ſicut dictum eſt, beneficium ſæculare,
ex ſtatuto, Conſtitutione, aut fundatione, poteſt eſſe
manuale, & ad nutum amovibile, Lap. *dicta allegat.* 9.
Caſſad. *ad dicta deciſ.* 22. *numer.* 9. *de præb.* Garc. *de benef.
part.* 1. *capit.* 2. *num.* 75. Iſta namque temporalitas non ex-
cludit ſtatum beneficii, ex eo quod, licèt perpetuitas de ju-
re ſit de eſſentia beneficii; quòd hic pro quinto requiſito ad-
jicitur non tamen id repugnat, ut ſpeciali jure aliqua benefi-
cia poſſint non eſſe perpetua, ut in *dicta deciſion. Gerunden.
Perſonatus, & Cauſa pia nu.* 3. & 4. quare, deficientibus no-
minationibus, quas permiſit fundator, extinguitur benefi-
cium, & dos favore prædictæ cauſæ piæ applicabatur, *ſub n.*
5. *verſ. His itaque conſtitutis*, & probat Pariſ. *de confid. be-
nef. quæſt.* 18. *num.* 16. quòd hæc temporalia, ſeu manualia,
ſunt etiam beneficia, & quòd in illis committitur ſimonia, 286
ſicut in cæteris beneficiis, & poſſunt etiam ad favorem reſi-
gnari, ut aliàs diximus.

Et

287 Et conſuluit Navarr. *conſil. 9. de offic. ordin.* poſſe Epiſco-
pum, de conſenſu patroni, beneficium, quod jam perpe-
tuum erat, ex juſta cauſa, efficere manuale, & ad ipſius
patroni nutum amovibale; ita ut deſinat eſſe beneficium,
ab Epiſcopo conferendum: & quòd per iſtam ordinationem
qua Capella perpetua fit temporalis, extinguitur benefi-
cium, quod erat perpetuum, & conſequenter deſinit Or-
dinarius liberè jus inſtituendi, & patronus perdit jus præ-
ſentandi ad illud; quia non eſt amplius tale, ſed libertatem
acquirit ponendi, & tollendi quem, & quoties voluerit,
Garc. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. § 6. n. 62.*
288 Et beneficia ſæcularia perpetuò poſſunt per Summum
Pontificem, non autem per Inferiorem, ad tempus con-
cedi, *cap. ſi gratioſè, de reſcrip. in 6.* Card. *conſ. 57. num.
6.* Lap. *de alleg. 9.* Caſſad. *deciſ. 4. de preb.* quandoquidem
289 ipſe Pontifex poteſt in perpetuum, & ad tempus, & ſub
conditione, ac ut magis voluerit, conferre beneficia; cum
habeat in beneficialibus plenitudinem poteſtatis, Pariſ. *in
d. tract. de confid. q. 18. n. 4. cum plurib. ſeqq.* Sicut etiam be-
neficia manualia in perpetuum confert, expreſſa ſibi ma-
nualitate, ut mox dicetur.

Unde, neminem Romanæ Curiæ Curialium, hanc in-
290 ſectantium praxim, latet beneficia manualia non rarò à
Papa in perpetuum, ad vitam videlicet Oratoris, confer-
ri conſueviſſe, ſicut pluries in Dataria Apoſtolica obſerva-
vimus, cum expreſſione tamen hujuſmodi manualitatis,
ſive ad nutum amovibilitatis, cum gratia, ſubreptitia om-
ninò redderetur, ſi hujuſmodi tacita manualitate ſub con-
ſueta formula porrigeretur ſupplicatio; veluti dicendo, *Cum
perpetuum ſimplex beneficium &c.* ut ſupra dictum eſt, quan-
291 do videlicet beneficium eſt verè perpetuum; cum tale in
dubio præſumatur; & ita dicitur ad diſtinctionem benefi-
ciorum manualium, de quibus in dubio Papa providere
non intendit, teſte Gonz. *d. gloſ. 5. § 6. num. 19.*

Niſi tamen appareat, & exprimatur, illorum collatio-
nem; electionem, proviſionem, aut inſtitutionem, ſpe-
ctare ad Superiorem regularem, puta Abbatem, &c. Lu-
dović. *deciſion. 370. num. 6. & 7.* relata per Buratt. *deciſion.
929. num. 2.*

Unde Datariæ Apoſtolicæ uſus eſt, ut in quacunque di-
ſpoſitione de beneficio manuali, ſit de eo omninò mentio
facienda, ad evitandam ſubreptionem, ut ex pluribus pro-
bat etiam Add. ad eundem Buratt. *d. deciſ. 929. num. 7.* plu-
res ibi ad id allegans deciſiones. Ac propterea, quatenus
ipſe Pontifex conferret, nulla habita mentione, an vide-
licet, beneficium ſit manuale, vel perpetuum, ſed ſim-
292 pliciter conferendo, non cenſetur voluiſſe mutare ſtatum,
naturamque beneficii alterare, efficereque perpetuum,
quòd erat manuale, ut pluribus comprobat Lotr. *lib. 1. qu.
33. num. 58. cum ſeq.* licèt verum ſit, quòd ad ſuſtinendam
collationem, ſufficit ultimus ſtatus, ut inferius dicetur,
qui dum reperitur collativus, operatur, ut proviſus non
ſit amovendus, etiam ſi poſtea detegatur, non eſſe verè be-
293 neficium, ſed Capellania amovibilis: neque ſupradicta
collatio infringitur, ſuperveniente probatione veræ quali-
tatis, & proprietatis beneficii, prout tenuit Rot. *in una El-
nen. Eremitorii 7. Februarii* 1631. impreſſa penes Rub. *de-
ciſ. 13. nu. 16. & 17.*

Et ſicut Papa poteſt ſimpliciter hujuſmodi beneficia ma-
nualia conferre, eo modo, quo ſupra dictum eſt, poteſt
etiam illorum reſignationem, ad favorem alterius admit-
294 tere cum prædicta manualitatis expreſſione, Pariſ. *in dict.
tract. de confid. q. 11. per tot.* dicens *n. 6.* quòd Abbatiæ, &
Prioratus Regulares hodie poſſunt reſignari, & dantur in
titulum perpetuum.

Et habetur in Buratt. *deciſ. 929. num. 5.* quòd reſignatio
255 facta, non expreſſa manualitate, non ſuſtinetur, & ibi
Add. *num. 7.* dicens quòd unio beneficii manualis non ſuf-
fragatur, ſi Papæ fuit narratum, quòd beneficium erat
perpetuum, Cavaler. *deciſ. 350. numer. 1.* Unde concludit
Gonz. *loc. cit. num. 18.* quod non modo ipſa unio, verùm
etiam quæcunque impetratio eſt nulla, non facta mentio-
ne manualitatis, & fuit dictum in una *Soran. Beneficii* 28.
Junii 1628. *coram Domino Merlino, & in eadem* 5. *Julii*
1632. *coram Veroſpio*, ut refert idem Add. ad Buratt. *dec.
929. num. 7.* ſicut dicitur de beneficiis Eccleſiæ receptivæ,
in quibus non datur vacatio, neque de illis poteſt fieri re-
ſignatio, neque permutatio, ſed confeſtim, ac titularis
296 decedit, beneficia in ea exiſtentia ſupprimuntur, & ex-
primuntur, ac ceſſant, & eſſe deſinunt, juxta text. *in cap. di-
lecto, verſ. prætereà, de preb.* nam ita etiam poſſet in hu-
juſmodi Eccleſiis dari caſus, quòd ſi reſignationes, ſeu per-
mutationes fierent in manibus Papæ, ſuſtinerentur, ſi nar-
retur, quòd prædicta Eccleſia ſit receptitia, tunc enim ex
voluntate ipſius Papæ, qui ſcivit ſtatum, & qualitatem
dictæ Eccleſiæ, admittendo hujuſmodi reſignationes, ac
permutationes, removetur obſtaculum non vacationis; 297
& proviſio cenſetur facta non ſecus, ac ſi eſſet verè benefi-
cium, ut fuit dictum in una *Baſilien. Canonicatus* impreſſa
penes Rub. *dec. 27. nu. 5. 6. & 7.*

Circa verò hujuſmodi collationem de beneficio amovi-
bili, ad vitam obtinentis, illud omittere non libuit quod
licèt ſit tale, tamen poſtquàm illud Papa in perpetuum
contulit, non poterit ſic proviſus, ab Inferiore revocari, ſi- 298
vè Papa ſimpliciter, ſivè per viam novæ proviſionis, aut
confirmationis provideat, ut per Jo. Andr. Domin. & alios,
*in c. præſenti, de off. Ord. in 6. & in c. cum ſingula de preb.
eod. lib. 6.*

Et in facti contingentia, ſcio eveniſſe caſum de anno
1617. quo Epiſcop. Caſtren. intendebat removere benefi-
ciatum à cura Eccleſia S. Juſtinæ, ſuæ Diœceſis, quam
Paulus V. fel. record. contulerat ad vitam Dionyſii Pao-
letia, & fuit Epiſcopo reſcriptum per Jo. Baptiſtam Spa-
tam, Aulæ Conſiſtorialis Advocatum, ſuo tempore ce-
leberrimum, dictum Epiſcopum non poſſe, ratione hujuſ-
modi manualitatis amovere Capellanum; cum ſufficeret,
collationem ſibi factam fuiſſe à Papa, cujus quidem rei ra-
tionem aſſignat Rebuf. *de pac. poſſ. num. 279. fol. mihi* 1237.
nempè, quod quando Princeps concedit aliquod benefi-
cium, intelligitur, illud concedere pleno jure, ut per Bald.
in l. benef. ff. de conſt. Princ. Imol. *in cap. niſi, col. penult. de
preb.* ac proinde inferiorem non poſſe illum revocare, niſi
ex cauſis, quibus beneficiatus venit beneficio privandus;
ſicut de Abbate regulare ait idem Lotter. *de re benef. lib. 1.
quæſtion. 37. num. 75. & ſequent.* namque cum Abbas nul-
lum habeat Superiorem regularem, non poterit à Conven-
tu revocari, etiam quòd electio Conventus vim habet
confirmationis; quia ibi electus non ſubjacet poteſtati
Conventus. Si verò agatur de Priore Conventuali, non
poterit is revocari, nec per Conventum, nec per ipſum
Superiorem, cui eſt obedientiarius; cum talis Superior
non poſſit infringere quæ in Capitulo geſta ſunt, conclu-
dens ibi *num. 77.* quod ſi cauſa amotionis ſubeſſet, poſſet re-
moveri, habita tamen cognitione hujus cauſæ, & non aliàs,
ut per Roman. *conſil. 467. nu. 4.* & fuit dictum in una *Are-
tin. Commenda* penes Seraphin. *deciſ. 772. num. 6.* quòd in
proviſione facta à Papa de Commenda Religionis, non
poteſt Magnus Magiſter ſe intromittere, nec proviſum re-
movere, neque aliquid in ejus præjudicium facere, da-
to, quòd aliter eſſet ad nutum amovibilis, ex ibi allega-
tis, præſertim Felin. *in capit. per tuas, numer. 4. de major.
& obed.*

Nec refert, quòd Summus Pontifex, quando confert
hujuſmodi beneficia manualia, non explicet in literis ſuæ
proviſionis, ſe ad Oratoris vitam, beneficium manuale
conferre, quia ſufficit, ipſum intellexiſſe hujuſmodi ma-
nualitatem, ſicut in ſimilibus proviſionibus, notoria Can-
cellariæ Apoſtolicæ praxi diu edocti ſumus; ſufficit etenim,
nullum in literis prædictis adeſſe tempus præſtitutum, ut
ſic talis proviſio ad vitam proviſi Oratoris intelligatur; 299
cum certum ſit, hanc proviſionem in dubio perpetuam
cenſeri; niſi de contrario appareat, nec potiſſima hujus
rei ratio longè abeſt; quandoquidem actus certo tempo-
re non concluſus, perpetuus reputatur, ad text. *in l. juriſ-* 300
peritos, in princ. & ibi Bart. *ff. de excuſ. tut. in 2. lect. l. ſuf-
ficit, ff. de cond. indeb. gloſ. 1. in cap. final. ante fin. de ſolut.*
Hoſt. *in cap. ſi conſtiterit, poſt princip. de ſolut.* nam collatio
facta de beneficio, perpetua præſumitur, Feder. de Senis
*conſil. 32. col. penult. verſ. item dubium eſt, Clem. & ſi prin-
cipali, verſ. per electionem, poſt princ. de reſcript.* & ibi id
ampliatur, etiam ſi conceſſio, ſeu collatio ſit ad benepla-
citum; aliaque permulta ad id congerit Mandoſ. *reg. 30. q.
3. num. 6.* qui ante *num. 5.* idipſum intelligendum eſſe ait de 301
Commendis, quæ in dubio etiam perpetuæ cenſentur, ni-
ſi contrarium appareat, Hojed. *de incompat. benef. par. 1.
cap. 14. num. 9.* nam diſpoſitio generaliter de rebus, vel per- 302
ſonis loquens, generaliter debet intelligi, & ita dicendum
eſt, etiam reſpectu temporis; quia diſpoſitio generaliter,
& in perpetuum intelligenda eſt; cum de perſonis, vel re-
bus ad tempus, valeat argumentum, *l. milites, §. & quia* 303
dixi-

diximus, & ibi Bart. *ff. de teſtam. milit.* Pariſ. *de reſign.be-
nef. lib.3. quæſt.* 1. *nu.* 113. Verùm quoad Commendas per-
petuas, hodiernis temporibus ſatis, ſuperque conſtat ex mo-
dernis formulis, Papam velle ad vitam commendare, ot
liquet ex notorio ſtylo Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ in hu-
304 juſmodi Commendis ſic illius literas concipit, nempè, *Ti-
bi, per te, quoad vixerit, tenendum, regendum, & guber-
nandum, &c.* & latius dixi in mea Praxi *Diſpenſ. Apoſt. lib.
6. cap.4. nu.37.*

Et ſubſequenter, omittendum non eſt, quòd ſi benefi-
cium manuale, etiam pluries in titulum per Papam confe-
ratur, efficiaturque proinde perpetuum, ideſt ad vitam
obtinentis, ſuccedente tamen poſtmodum illius vacatione
305 illud ad ſuam priſtinam manualitatem reverti, non ambi-
gitur: tum quia res de facili ad ſuam primævam naturam
306 revertitur, *lege ſi unus*, §. *quod in ſpecie, ff. de pact. ab exor-
dio*, & ibi gloſ. *antepenult.* 35. *diſt.* Mandoſ. *reg.* 3. *qu.* 11.
num. 4. tùm quia ejuſdem beneficii ſtatus nunquam tamen mu-
tatus cenſetur, aut alteratus: ex eo quòd idem Pontifex
307 præſumitur illud contuliſſe ſecundum ejus ſtatum, quo an-
te illius collationem exiſtebat, ac ſecundum illius naturam,
& dixit notabiliter Felin. *in cap. conſtitutus*, *num.10. de re-
ſcript.* quòd iſte punctus eſt quotidianus, quando videlicet,
collatio Papæ de beneficio annali, vel manuali, facit illud
perpetuum, per jura ibi per eum allegata, & ſequitur Achill.
de Graſſ. *deciſ.8. nu.7. de præb.* nam ipſo beneficio poſtmo-
dum vacante, reaſſumit naturam ſuam, ut dictum eſt,
Bart. *in cap. perrecta*, *column.2. de confir. util. vel inut.* id.
Fel. *in cap. in noſtra, col. ult. de reſcript.* Rebuff. *in tract. de
pacific. poſſeſſ. nu.279.* idem Achill. *d. dec. 8. num.8.* nam da-
to, quòd pro illa vice efficiatur perpetuum, tamen, cum po-
ſtea vacat, redit ad manualitatem, Lap. *allegat. 9. & 27.* &
fuit dictum in una *Elnen. Præpoſitura*, impreſſa penes Fari-
nac. *in poſth. dec.340. nu. 6. p.5.* & ita in Romana Curia vi-
dimus pluries obſervari.

Hodie verò, ut à pluribus Curialibus per literas accepi,
308 hujuſmodi beneficia manualia cum maxima difficultate in
titulum perpetuum conferuntur à Summo Pontifice, & li-
cèt à ſel. record. Urbano Papa VIII. nonnulla ita collata
fuerint, nihilominus à nonoullis annis citra, ante illius obi-
tum ſimiles gratias denegavit; quamvis nil eſt, quin id
facere poſſit, cum Papa ſit in beneficialibus Dominus abſo-
lutus *cap.2. in princip. de præb. in 6. cap. propoſuit de conceſſ.
præb.* Pariſ. *de reſign. benefic. libr.2. quæſt.4. num.34.* Gonz.
ad regul.8. §.1. proem. num.32. cum pluribus ſeqq. Et hodie ita
ſervat Dataria Apoſtolica, quòd ſi ſemel Papa contulit be-
neficium manuale in perpetuum, ideſt ad vitam Orato-
ris, cum poſtea denuò vacaverit, denegatur prædicta col-
latio, & beoeficium in ſua manualitate remanet, ut di-
ctum eſt.

Addunt nonnulli Sextum requiſitum, ad hojuſmodi be-
neficium Eccleſiaſticum conſtituendum, oempe, quòd
conferens oon poſſit illud ſibi conferre, & retinere, prout
inter cæteros ait Gonz. *gloſ. 5. nu.* 14. Verùm de hoc, cum
non ſit de principalioribus requiſitis, differere minimè vi-
ſum eſt, ſed tantum, prout materia ſuadebit, ſuis locis ap-
tius dicetur.

Quoniam verò minus quandoque ſufficienter liquet, be-
neficium Eccleſiaſticum conſtare ex ſuis oeceſſariis requi-
ſitis, de quibus hactenos actum eſt, oihilominus tamen
reperitur jam illud aliàs fuiſſe tanquàm beneficium colla-
309 tum, proindeque collativum ex illius ultimo ſtatu præſu-
mitur, ut infra dicetur.

Et cum in propoſito hojus oltimi ſtatus, frequentiſſimus
de eo ſit ſermo in hac materia beneficiali: ex eo, quòd ſu-
per hoc innomeræ difficultates, & altercationes, tam in
Romana Curia, quàm extra eam deſuper excitatæ fuerint
non omninò à prædictis requiſitis devium agnovimus, (li-
cet de hoc alibi in diſcurſu operis aptius forſan agi potuiſſet)
pro hac noſtra praxi breviter, quid circa illum, ſecundum
ſubjectam materiam ſentiendum ſit, adjicere; potiſſimum
310 verò cum illius cognitio pluribus, diverſiſque effectibus
deſerviat, nempè ad gratiam juſtificandam, ad evitandam
ſubreptionem: necnon ad includendam, vel excludendam
reſervationem, & ſimilia, ut dicitur in una *Alerien. Be-
neficiorum* penes Farin. *dec.233. n.1. in fin. tom.* 1. Unde pro
jis, qui hanc materiam minimè calleot, hanc in primis
regulam conſtituere viſum eſt, quàm poſtmodùm per ſua
exempla clarius aperiemus.

Certum etenim eſt, quòd ſi cujuſcumque rei ultimus ſta-
tus attenditur, juxta text. *in l. ſi voluntate, in fin. C. de re-
ſcind. vend.* Tiraquell. *de retract. convent. in præf. num.* 24.
Gabr. *de empt. & vend. concluſ.* 1. *num.* 47. potiſſimùm qui-
dem in materia beneficiali ultimus hujuſmodi ſtatus in pro-
banda qualitate, ac exiſteotia, necnon pertinentia benefi-
cii, attendendus eſt, Fel. *in c. eam te, num. fin. de reſcript.*
Rot. *dec.2. de præb. in nov. & dec.49. n.1. in antiq.* Dec. *conſ.*
126. *num.*1. Put. *dec.*189. & 191. *libr.* 1. Oldrad. *conſ.* 312.
*num.*2. Maſcard. *de probat. concluſ.*172. *numer.*8. *lib.*2. Cæſ.
de Graſſ. *deciſ.4. de prob.* & alii, quos refert Gonz. *ad reg.8.
gloſ.45. nu.14.* qui quidem ultimus ſtatus conſideratur tem- 311
pore vacationis, ſeu impetrationis beneficii, & fuit dictum
in una *Hoſtunen Capell. 16. Maii 1597. coram Seraphino,
& in una Capuan. Rectoria 15. Aprilis* 1611. Rot. penes Fa-
rin. *dec.737. num.5. par.4.* quia in unaquaque re judicatur
ſecundum tempus diſpoſitionis, Lotter. *de re benef. quæſt.* 312
34. *num.*36.

Ratio autem eſt, quia ex illius ultimo ſtatu præſumitur,
etiam eundem ſtatum fuiſſe in præteritum, ut optimè de- 313
ducit Ruin. *conſ.143. num.20. in fin. & num.21. libr. 1.* Ber-
trand. *conſ.7. num.8. lib.1. par.2.* & fuit dictum in una *Sa-
binen. Montis Rotundi*, quæ eſt *dec. 93. num. 87. & 88. &
deciſ.203. num.7. par.5. recent.* nam quando præſens ſtatus
non habet contra ſe neceſſariam præſentis temporis verita-
tem, in præſenti præſumitur in præteritum, Mareſcott.
var. reſol. lib.1. cap.55. num. 20. quandoquidem ex hoc ulti-
mo ſtatu oritur præſumptio ad credendum, antiquum ſta-
tum beneficii fuiſſe ſimilem ultimo, cum ultimus ſtatus, non
conſtito de contrario, inducat præſumptionem ſimilis ſta- 314
tus de præterito, ut dictum eſt, ex eo, quòd beneficium
tale præſumitur, in quali ſtatu reperitur tempore vacatio- 315
nis: licet non ſit præſcriptum, tanquàm tale per ſpatiom
quadraginta annorum, ut infra dicetur, per notorium,
tex. *in c. cum de beneficio, de præb. in 6.* idem Mareſcott. *lo-
co citato num. 22. in fin.*

Quare dicendum eſt, quòd modus deprehendendi ſtatum
beneficii, duplex eſt, ſcilicet per veram ejus probationem, 316
necnon præſumptam. Primo enim modo, quando videli-
cet illius ſtatus conſtat ex tenore fundationis, in qua fuit be-
neficio ille ſtatus impreſſos, quem fundatori, aut teſtato-
ri placuit, de licentia Superioris in illius fundationis limi-
ne, adjicere, ut eſt tex. *in capit. monaſterium* 16. *qu.*7. vel
etiam ex legitima præſcriptione, ut in *d. cap. cum de benefi-
cio*, ibi, *ut præſcriptio legitima ſit completa*, ubi gloſ. *in ver-
bo, legitima*: quæ quidem præſcriptio, quando repugnat
ultimo ſtatui, debet plenè, & concludenter probari, cum
contra eam pugnet ultimus ſtatus prædictus, qui in illius
qualitate judicanda plurimùm attenditur, ut dicitur etiam
in una *Aretin. Capellania* penes Seraph. *dec.110. n.1. & 2.*
& dictum eſt ſupra.

Præſumptam verò probationem eam dicimos, quæ ori-
tur ex ipſius beneficii ultimo ſtatu, veluti, ſi aliquando be- 317
neficium fuit curatum, poſtmodum verò erectum, tanquam
ſine cura; quo caſu debet haberi pro non curato, prout ele-
ganter comprobat id. Lotter. *lib.1. quæſt.34. numer.18. cum
pluribus ſeqq.*

Sicque ex præmiſſis, oltimus ſtatus ſufficit ad effectum 318
juſtificandi gratiam; ita ot illa ſubreptionis vitium evadat.
Secus verò, ſi conſtaret de anteriori ſtatu contrario; quia
illa tunc attenditur, niſi ultimus ſtatus ſit præſcriptus, aut le-
gitimè inductus, juxta *not. in d. c. cum de beneficio*, & fuit di-
ctum in una *Ferrarien. Prioratus* peoes Farin. *dec.308. nu.
1. cum pluribus ſeqq. tom.* 1.

Porrò, in hac materia probandi ultimum ſtatum bene-
ficii, ita demum intelligendum eſt, dummodo ille fuerit 319
ſortitus effectum; unde in una *Acheruntin. Archipresby-
teratus*, penes Cavaler. *deciſ.482. num. 8.* fuit dictum, ad
conſtituendum ſtatum hujuſmodi, attendi debere proviſio-
nem effectum ſortitam, non aotem illam, quam certum
eſt, effectum noo habuiſſe, ex Io. Andr. & aliis *in cap.2.
de reſtit. in integr.* Calder. *conſ.6. de cauſ. poſſeſſ. & propr. &
conſ.22. de jurepatr.*

Ad hujuſmodi igitur novum ſtatum declarandum, has,
quæ ſequuntur, regulas ſubnectere viſum eſt: ex qui-
bus, cum ſint generales, quamplurima etiam inde dedu-
ci poſſunt.

Prima igitur regula ſit, quando dubitatur, an benefi- 320
cium ſit collativum; ex eo quod fortaſſe non appareat, il-
lud conſtare ex ſuis neceſſariis requiſitis, de quibus ſupe-
rius jam egimus; quo caſu, ſi reperiatur, fuiſſe aliàs ab
Ordi-

Ordinario collatum, ex ultimo ejus ſtatu, præſumitur collativum; ſi id conſtet per literas collationis, Felin. *in cap. in noſtra, num.9. verſ. de ſecundo, de reſcript.* Rot. *deciſ.* 508. *num.* 3. *p.* 1. *diverſ.* & fuit dictum in una *Neapolitan. S. Iacobi de Chiaja*, penes Coccin. *dec.* 178. quod ultimus ſtatus erat ad favorem Ordinarii, etiam ex unica collatione, necnon in una *Hipporregien. Capellania* penes Farin. *in poſth. dec.*506. *num.*3. *tom.* 1. Mareſcott. *variar. reſol. d. cap.*55. *num.*3. nam beneficium ex ultimo ejus ſtatu, potius collativum, quàm manuale præſumitur, ſi habeat Rectorem perpetuum; quia tunc non poteſt dici de menſa, Ludoviſ. *deciſion.*75. *num.*4. cum præſumatur perpetuum, ut ſatis conſtat ex *cap. ſatis perverſum, diſt.* 56. *gloſ.*1. *in cap. paſtoralis*, 7. *qu.*1. *cap. unic. de capel. monach. in* 6. Cardin. *conſ.*57. Lap. *alleg.*9. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 11. *q.* 3. *num.* 90. *& ſeq.*

At verò, ubi non reperiatur collatio facta in titulum beneficii, numquam poterit dici beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi tale fuerit communiter nuncupatum, prout tenuit Rota in una *Peruſin. S. Mariæ de Neve*, impreſſa penes Farinac. *dec.*254. *numer.*5. *p.* 3. *diverſ. recent.* in qua fuit dictum, non obſtare, quod Capella aliquando fuerit nuncupata beneficium: nam omiſſo, quod ubi rei ſubſtantia certa eſt, non attenditur nomen *l.a.* §. *ſed ſint*, *ff. ad Tertull.* §. *ſed hæc ſolemnia*, *inſtit. de verb. oblig.* adhuc per hujuſmodi nominationem non mutatur ſtatus, niſi concurrat voluntas Superioris, Cald. *conſil.* 1. *in fin. de conſuet.* Gemin. *in cap. cum de beneficio*, *num.* 9. Franc. *num.*6. Prob. *num.* 4. *&* 13. *de preb. in* 6. Selv. *de benef. part.* 3. *quæſt.* 1. *num.*40. Rebuſ. *ſuper concord. titul. de collat. verbo regularia*.

Secunda regula, quando in dubium revocatur, an beneficium ſit ſæculare, vel regulare. Antequam tamen ad hujuſmodi regulæ declarationem deveniatur, præponendum neceſſariò duxi, quod de hac beneficii qualitate, eſt nimis in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica, frequens ſermo, ubi ad Sac. Canonum præſcriptum, beneficia ſæcularia, non niſi ſæcularibus, regularia verò regularibus ferè ſemper conferuntur, ut in *d. cap. cum de beneficio*, *de preb. in* 6. & in Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. & dixi in mea *Prax. Diſpenſat. Apoſtol. lib.*6. *cap.* 1. *num.* 1. niſi è contrario hujuſmodi collationes diſpenſativè fiant, aliter namque collatio beneficii regularis facta ſæculari eſt nulla: prout etiam alias Sac. Congreg. Concil. Trid. declaravit ſub die 6. Junii 1600. his verbis, *Sacra Congregatio Concilii cenſuit, ſi beneficium hujuſmodi ſit ſæculare, nihil ſubeſſe difficultatis; ut monachus non teneatur habitum Religionis ſuſcipere, & profiteri; quod ſi à principio fuerit regulare, & poſteà mutaverit ſtatum concurrentibus his, quæ à jure communi requiruntur ad inducendam hujuſmodi mutationem itidem cogi Oratorem non poſſe, habitum Religionis aſſumere, in eaque profiteatur: Quod ſi beneficium regulare, taleque nunc permaneat, collationem Oratori, qui ſæcularis eſt, tanquam ſæculari factam, viribus carere*: quam declarationem refert etiam Garc. *de benef. in addit. ad par.* 7. *cap.* 10. *num.*15.

Imò, nedum nequeunt conferri beneficia regularia Clericis ſæcularibus, verum etiam neque regularibus alterius Ordinis; cum non conveniat, ut homines diſparis profeſſionis, vel habitus, ſimul in eiſdem Monaſteriis aſſocientur, ut eſt tex. *in Clem.* 1. *de elect. cap. in nova*, 16. *qu.*7. *cap. cum cauſam*, *de elect.* Rebuff. *in praxi*, *tit. de diſpenſ. cum regular. à n.*2. Sanch. *in præcep. Decalogi tom.*2. *libr.* 7. *cap.*29. *nu.*29. cum ipſa profeſſionis diverſitas, & habitus, diſſenſiones, & ſcandala generet; ut in *c. quod Deo*, 33. *q.*5. *& cap. quidam*, §. *cum autem*, *de apoſtat.* Gonz. *gloſ.*8. *n.*96. & id Sanch. *loc. cit. nu.* 20. ait, quod neque Summus Pontifex ſolet Regularibus gratiam impartiri, ut aſſequantur beneficia alterius Ordinis, niſi transferendo illos ad Monaſterium, ad cujus collationem beneficium aſſequuntur: prout neque poſſunt duo Religioſi diverſorum Ordinum, eorum beneficia permutare, etiam de licentia ſuorum Prælatorum, ut per Barboſ. *in add. ad alleg.* 57. *num.* 170. qui in eiſdem *add. num. ſeq.* probat, poſſe Ordinarios collatores beneficium regulare conferre clerico ſæculari, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere omninò teneatur, Abbatias autem, & beneficia, adminiſtrationem habentia, non niſi profeſſis, juxta Canones, per eoſdem Ordinarios collatores conferri poſſe, ex pluribus juribus ibi allegatis.

Licèt circa hæc aliud dicendum ſit de Patribus Societatis Jeſu, quibus per *fel. record. Gregorium XIII. ſua Conſtitutione, quæ incipit, Quanto fructuoſius, Kal. Februarii* 1582. & in alia, *Aſcendente Domino, Kal. Iunii* 1584. indultum eſt, ut qui emiſerint tria vota ſimplicia, poſſint retinere beneficia ſæcularia, penſiones Eccleſiaſticas, jus, & do- 321
minium bonorum ſuorum, ad effectum ea diſtribuendi in pios uſus; ne poſtea dimiſſi, eis privati remaneant, ex celebri Rotæ *deciſ. in una Caputaquen. Penſionis* 18. *Aprilis* 1616. *coram Martino Andrea*, ut refert id. Barboſ. *in add. ad d. alleg.* 57. *n.*208. & latius dixi in dict. mea *Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib.*6. *c.*2. *num.*7.

Et in terminis hujuſmodi mutationis ſtatus, de ſæculari in regularem, fuit ſignanter dictum in una *Nicien. Prioratus coram Buratto dec.*776. *num.* 1. quod pro ultimo ſtatu collativo id diſcriminis verſatur, ut videlicet, de beneficio regulari, collato ſæculari, ſufficiat decennalis præſcriptio, dum non docetur de contrario ſtatu præcedenti: prout inter cæteros tenet Jo. Andr. *in c. fin. de conſuetud. in* 6. dicens, ſufficere decennalem præſcriptionem in conſuetudine, ſecundum jus commune introducta; cum de jure communi omnia beneficia cenſeantur eſſe ſæcularia, ut per 322
Staphil. *de grat. expect. formula decima*, *num.*2. *&* 3. dicentem, quod ideo ſufficit dicta decennalis præſcriptio, quaſi velint DD. ſufficere tali caſu brevius tempus ad hoc, ut res revertatur ad naturam ſuam, ut *in c. ab exordio* 35. *diſt.* quamvis, ſi conſtaret de contrario ſtatu, requireretur quadragenaria. Unde circa hoc (pro eo, quod etiam inter DD. Abbreviatores Literarum Apoſtolicarum Majoris Præſidentiæ in Cancellaria Apoſtolica, in dies de hac re, ſuboriri obſervavimus altercationes) conſtituenda eſt regula, ſive concluſio, quod videlicet, ut dicatur beneficium regulare, debet intelligi, quod per quadraginta annos continuè, & pacificè ab uno, vel pluribus monachis 323
inſtitutis in eo, extitit gubernatum, ut eſt caſus *in d. cum de beneficio*, juncta gloſ. *in verbo*, *modum de preb. in* 6. quia ſatis eſt, quod per ſpatium tanti temporis, ſcilicet quadraginta annorum, fuerit per monachos gubernatum, licèt illius primævus ſtatus fuerit ſæcularis; ideſt licèt per antea fuerit ſæculare; quia curſus quadraginta annorum, tribuit ſtatum beneficio de ſæculari in beneficium regulare, 324
& de regulari in ſæculare; ex quo quidem text. ait Anchar. *conſ.*162. quod Eccleſia probatur non curata, ſi à quadraginta annis citra, collata fuit tanquam non curata, & ſic poſtea continuè poſſeſſa; dato, quod ante probetur curata; quia tanti temporis curſus tribuit ſtatum beneficio; & hæc concluſio eſt in Rota recepta, quod videlicet requiruntur, & ſufficiunt anni quadraginta pro firmando ſtatu beneficii, ut *in d. c. cum de beneficio*, *& ibi omnes* DD. & in his terminis tenuit etiam Rota *in d. Ferrarien. Prioratus coram Buratto dec.*636. *n.*1. & antea in alia *Parmen. Prioratus* 28. *Ianuarii* 1594. *coram Litta*, & coram eodem confirmata 19. *Iulii* 1595. nam cum in ea ageretur de probanda pertinentia collationis, tanquam de regulari, quæ prætendebatur ſpectare ad Abbatem, fuit dictum, quod ille ſtatus erat attendendus; ex eo, quod Epiſcopus non probabat, collationes ab eo factas fuiſſe, uti de beneficio ſæculari, ſciente, & patiente ipſo Abbate per ſpatium quadraginta annorum, Mareſcott. *d. lib.*1. *c.*55. *nu* 68. qui ibi aliam deciſionem refert in una *Vercellen. Parochialis* 13. *Ianuarii* 1606. *coram Marquemontio*, in qua apparebat, Eccleſiam antiquitus fuiſſe parochialem, & alteri unitam, & fuit dictum, quod non poterat dici receſſum ab eo ſtatu, niſi daretur alius ſtatus inductus ab habente poteſtatem, & voluntatem primævum ſtatum immutandi, & præſcriptus per quadragenariam cum bona fide. Hoc autem omninò requiritur, ut beneficii ſtatus mutetur, quod collationes ſint factæ ab eo, qui habet poteſtatem mutandi illius ſtatum, & hoc fecerit animo, & intentione, ut ſtatus mutetur; & in collatione debet exprimi, vel fieri collatio, veluti de regulari tanquam ſæculari, ut per Genuen. *in praxi Curiæ Archiep. Neap. c. fin.* qui ſubdit ibi, quod inter alia requiſita ad mutandum ſtatum beneficii, licèt ille mutetur ſpatio quadraginta annorum, requiritur nihilominus, quod ille, qui poſſidet beneficium tanquam ſæculare, vel regulare, illud habeat titulo inſtitutionis, dicens in *verſ. Quarto non ſufficit*, quod pro hujuſmodi mutatione ſtatus non ſufficit, quod beneficium poſſideatur per Commendatarium, ſed requiritur, quod poſſideatur à vero titulari, Hojed. *de incompat. benef. p.*2. *c.*24. *n.*92. Gonz.

gloſ.8. nu.37. Idem quoque voluit Rebuff. *ſuper concord. tit. de collat. §. volumus, in verbo, regularia, fol. mihi* 446. ubi plura, etiam ad id enumerat requiſita.

Qui quidem ſtatus mutatio dependet, etiam à poteſtate
325 Epiſcopi, qui poteſt mutare ſtatum beneficii, & Eccleſiæ regularis in ſæcularem, vel è contra; quod etiam conceditur Abbati habenti juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; quia tunc idem eſt in eo, quod in Epiſcopo; quicquid aliud ſit in Epiſcopatu, ſeu Abbatia, ut ex allegatis per Garc. *diſcept. for. c.473. n.1.2. & 3.* qui ait *n. 4.* quod mutatio ſtatus Eccleſiæ ſæcularis in regularem, ſpectat ad Ordinarium, cùm nullus Prælatus inferior poſſit mutare ſtatum beneficii, id Genuen. *loc. cit. verſ. nullus.*

Hoc autem obſervandum eſt, quod quadragenaria poſſeſſio ita requiritur ad præſcribendum ſtatum ſæcularitatis,
326 quando præcedens ſtatus fuit completus per ſimilem præſcriptionem quadraginta annorum, vel alias conſtat de illo ex inſtitutione, vel fundatione. Secus verò quando ſtatus beneficii à principio erat ſæcularis, & deinde mutatus fuit in regularem, & ſic obſervatus per decem, vel viginti annos, ita quod non ſit adimpleta legitima præſcriptio quadraginta annorum; quia tunc ad effectum; ut iſte ſecundus ſtatus mutetur, & ad primævum reducatur ſtatum ſæcularitatis, ſufficit præſcriptio decennalis, ut jam ſupra dictum eſt, & tenuit etiam Rot. *dec.2. n.1. & 3. verſ. at ubi primus ſtatus, de preb. in nov.* Fel. *in c. in noſtra, n.4. de reſcript.* Gemin. *in d. c. cum de benef. de preb. in 6.* id. Mareſcott. *d. c.55. n.70.*

Et quamvis Staphil. *de lit. grat. in pred. 10. forma Expectativarum, & Sarnen. de Expectat. ſub n.* 106. teneant, quod ad præſcribendum ſtatum ſæcularitatis, indiſtinctè ſufficiant decem anni, attamen eorum opinio nunquam fuit habita in conſideratione; quandoquidem certum eſt, Rotam tunc tantummodo contentari ſola decennali præſcriptione, quando ſtatus beneficii à principio fuit ſæcularis, & hodie etiam prætenditur talis; licèt intervenerit medius ſtatus regularitatis, non præſcriptus ſpatio quadraginta annorum; & hoc ratione facilioris reditus ad primævam illius naturam, ut ſuperius dictum eſt; ex eo, quod ſtatus ſæcularitatis non erat omninò extinctus, & peremptus per præſcriptionem completam, ſed tantùm in parte mutatus; quo caſu, ſtatus diminutus durabat in eſſentia, licèt ceſſaret effectus; unde cum in eo ceſſent reliquiæ, facilè fit reditus ad ipſum; & ſic ſecùs, quando ſtatus ſæcularis fuit omninò extinctus; & ſublatus per præſcriptionem completã alterius ſtatus contrarii: quia cum nullæ tunc remaneant reliquiæ ſæcularitatis, & ita impoſſibilis ſit reintegratio, vel reverſio ad illum ſtatum, ſequitur, quod ad tollendum præſcriptionem præcedentem, requiratur ſimilis præſcriptio quadragenaria, præſertim cum agitur de auferendo jus rettro quæſitum per præſcriptionẽ: quo caſu ceſſat aſſiſtentia juris communis, quo omnia beneficia ſunt ſæcularia; & talis præſcriptio quadragenaria inducitur, etiam per unicum actum, habentem cauſam ſucceſſivam, & continuationem tanti temporis, ut ſunt ferè formalia verba ejuſdem Mareſcott. *à d. n. 70. uſque ad fin. d. c.55.*

327 Cancellaria Apoſtolica hic nonnulla pro hac noſtra praxi, non contemnenda notat, dum quærit; an eo ipſo, quod beneficium ſæculare, puta parochialis Eccleſia, fuit gubernata per regulares per annos quadraginta, dicatur mutatus ſtatus beneficii ſæcularis, & aſſumpſiſſe naturam beneficii regularis; & præter ea, quæ ſupra dicta ſunt, poſt multa concludit, quod ſi ipſa parochialis Eccleſia fuit gubernata per Regulares per dictum tempus, non mutatur ſtatus, niſi tenuerint illam, ut regularem, & regulariter, & ad illam Regularis inſtitutus fuerit; quo caſu ſæcularis non admitteretur; & ideò, ſi illam, ut Regularis, & ut regulare beneficium, & regulariter non tenuit: imò potius, ut ſæcularis, & ut ſæculare, & ſæculariter, adhuc clericus ſæcularis poterit illam habere; quia ſtatus non eſt mutatus: imò propriè non dicitur gubernata per Regulares; ex eo quòd, licèt Regularis eam tenuerit, non tamen ut Regularis, nec ut regulare, nec regulariter illam tenuit; imò potius, ut ſæcularis, & ſæculariter, & ut ſæculare, quare clericus ſæcularis etiam poterit illam obtinere ſine diſpenſatione: Si verò Regulares cæpiſſét tenere beneficium ſæculare, ut regulare, & regulariter, illudq; per aliquod tempus tenuiſſent, non tamen per annos quadraginta, bona fide, tũc licèt mutatus non ſit ſtatus, tamen de hoc fieri debet mentio in impetratione facta poſt per Clericos ſæculares, aliàs eſſet nulla ipſa impetratio, ſecundum DD. *in c. cum beneficio, de preb. in 6.* Quare, cum in ipſa Cancellaria eveniſſet caſus, & fuiſſet confecta minuta ſuper gratia, Si neutri, pro quodã N, qui intendebat annullare proviſionem adverſarii: ex eo quod parochialis Eccleſia fuerat gubernata, & recta prius per monachum per quadraginta annos, & adverſarius dicebat, habuiſſe proviſionem per reſignationem illius; unde dicebatur beneficium mutaſſe naturam, & effectũ regulare, & conſequenter volebat, proviſionem non valuiſſe abſque diſpenſatione: fuit reſponſum, ſtatum beneficii non eſſe mutatum, niſi tentum fuiſſet, ut regulare, & regulariter, & tamen contrarium erat: quia imò illud tenuit, ut ſæculare, & ſæculariter: & ſic illius natura non fuit mutata, & conſequenter etiam Clericus ſæcularis poteſt illam habere ſine diſpenſatione, ut habetur inter *notabilia dict. Cancellariæ, fol. mihi* 216.

Ad hæc, ſi Religioſus præponatur Eccleſiæ ſæculari, juxta diſpoſitionem tex. *in c. quod Dei timorem, de ſtat. monach.* licet ille prædictam Eccleſiam per quadraginta annos gubernaſſet, non intelligitur illius ſtatus mutatus de ſæculari in regularem: quia, niſi Superior hoc declaraverit, non cenſebitur unquam voluiſſe, ut Regularis ibi deſerviat regulariter, ſed ſæculariter; ac proinde noluiſſe mutare uſum circa regimen: quia non prohibetur Regularis, de jure promoveri ad parochialem, non tanquam Clauſtralis, ſed tãquam Rector, & Clericus ſæcularis; quamvis non deberet manere ſolus, ſed ſibi adhibere ſocium teneretur, ut pluribus eruditiſſimè comprobat Lotter. *de re benef. ex juribus per eum alleg. lib. 1. q. 34. n. 57. & ſeq.* & habetur etiam in prædictis *notabilibus loc. cit.* & dixi in mea *Prax. Diſpenſ. Apoſt. lib. 6. c. 1. n. 15.*

Nec tamen diſplicet, quod ipſa Cancellaria Apoſtolica pariter notat ad cognoſcendum, An beneficium ſæculare fuerit
tentum per Regulares, ut regulare, an verò, ut ſæculare; quod 328
quidem ſatis ad hanc praxim conducere certum eſt, cum non ſemel ſciamus, hunc caſum eveniſſe, ut in quibuſdam meis notulis adnotatum reperio, & cõcluditur, id cognoſci, quando videlicet, Regularis non deſinit eſſe Clauſtralis, & ſub obedientia Abbatis, ac tenuit ibi ſocium, & officiavit regulari modo; & licèt ex eo ſolùm, quod beneficium ſæculare curatum, fuit tentum per Regulares per annos quadraginta, non mutetur ſtatus, quin poſſit etiam Clerico ſæculari ſine diſpẽſatione provideri de illo, videatur obſtare quod ait Zabarel. *in Clem. 2. de elect.* dum voluit, quod ſi inſtituti fuerint in beneficio ſæculari curato ſolùm Regulares, quod mutetur natura beneficii, & ſit ſæcularis ad illud inhabilis ſine diſpenſatione, nihilominus illius dictum procedit, quãdo Regulares fuerunt in dicto beneficio inſtituti, ut Regulares, illudque gubernarunt, ut regulare, & regulariter; Si verò non fuerunt inſtituti, ut Regulares, & non gubernarunt, ut regulare, & regulariter, imò potius, ut ſæculare beneficium, & ſæculariter, prout tenentur circa officia, tali caſu nõ mutatur natura; immò etiam poſt, poterit clerico ſæculari conferri ſine aliqua diſpenſatione, ut in prædictis *notabilibus dict. fol.* 216. & in alio ſuperiori notabili dictum eſt.

Sicut eodem modo, hujuſmodi beneficia conferri poſſunt 329
ipſis clericis ſæcularibus, licèt fundata ſint in Eccleſiis regularibus, ac proinde videantur conferri debere Regularibus ſub prætextu, quod præſumantur regularia, tanquam fundata in dictis Eccleſiis regularibus, ut per Rebuff. *in prax. tit. quotuplex ſit beneficium, n.6.* quem ſequitur Maſcard. *de probat. concl.* 172. *n.17.* & dixit Rota *in una Parmen. Priorat.*
5. Iunii 1595. coram Cordula; quia nihilominus, ſi ex illorum 330
fundatione appareant fundata, & inſtituta pro ſæcularibus, licèt in Monaſteriis Regularium, ſæcularia tamen remanent hujuſmodi beneficia, ut optimè probat Garc. *in add. ad ſuum tractatum de benef. p.7. c.10. n.37.* & ita conſultum, ait, ſe reſpondiſſe de Capellaniis fundatis in Eccleſiis Militiarum S. Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ, quas ibidem concludit, non poſſe dari fratrib. & Religioſis eorũdem Ordinum, ut etiam apparet ex earum fundatione, & uſu, ac ſtylo illorum Regnorum, ubi fundatores ad eas vocant ſuos conſanguineos; unde eorum animus declaratur, quòd voluerunt ut ipſæ Capellaniæ eſſent ſæculares pro clericis ſæcularibus; quandoquidem nullibi prohibitum, ſed potius permiſſum eſt funda-
toribus fundare, & inſtituere Capellanias in Monaſteriis, & 331
Eccleſiis Regularium pro clericis ſæcularibus, de conſenſu tamen Superioris, & Ordinarii, de quibus tam in Urbe, quàm in Civitate Neapolitana, & alibi, vidimus fieri collationes clericis ſæcularibus; quod etiam comprobat id. Garc. *loco citato, d. n.37. verſ. & ſi eſſent, in fine,* & ex pluribus authoritatibus ſubdit, quod ideo ad id requiritur, etiam conſenſus Superioris, & Conventus, quia monachis invitis, non poſſunt aliqui acquirere juriſpatronatus in eorum Eccleſiis ſeù Altaribus ad præſentandum clericos ſæculares.

Ter-

Tertia regula, Attenditur ultimus ſtatus ad ſuſtinendam
collationem Apoſtolicam in vim reſervationis factam, juxtà *Conſil. Calder*. 23. *de præb*. Put. *dec*. 200. *libr*. 1. & fuit dictum *in una Gerunden. Beneficii* 11. *Decembris* 1599. *coram Seraphin*. relata per Cavaler. *deciſ*. 251. *nu*. 1. *&* 2. ſubdens
ibi, quod licèt fuerit dictum, collationem Papæ non muta-
332 re ſtatum beneficii, ut per Achill. de Graſſ. *dec*. 13. *in princip. de jurepatr*. Caputaquen. *dec*. 189. *par*. 1. fuit tamen reſponſum, hoc verum eſſe, quando conſtat de ſtatu contrario, ut
333 aliàs dictum eſt, & in propoſito ibi nulla oſtendebatur Ordinarii collatio, Coccin. *dec*. 174. *nu*. 4. in qua habetur, quod nunquam id fuit controverſum; quia, quoties Papa contulit beneficium reſervatum, & proviſiones Apoſtolicæ ſunt ſortitæ eorum effectum, & demonſtrant ultimum ſtatum, & quaſi poſſeſſionem, hæc ſufficiunt ad ſuſtinendam collationem factam uti de reſervato, idem Put. *dec*. 206. *lib*. 1. Mohed. *dec*. 8. *de privileg*. & fuit dictum *in una Vicen. Beneficii* 19. *Novembris* 1599. *coram Penia*, & in una *Gerunden. Beneficii* 11. *Decembris ejuſdem anni coram Patriarcha Alexandrino*, quas refert Ludoviſ. *dec*. 95. *nu*. 3. *& in una Nolan. Primiceriatus* 1. *Februarii* 1613. *num*. 1. penes eundem Caval. *dec*. 234. *num*. 1. *& dec*. 315. *num*. 4. in qua habetur, quod hujuſmodi ſtatus non mutatur, ex eo, quod aliquis beneficium poſſederit uti tale, non obſtante, quod fuiſſet allegatum, quod beneficiatus illud beneficium acceptaverit cum onere exercendi curam, cum illud eſſet ſimplex, *& in una Pacen. Capellaniæ* penes eundem Caval. *dec*. 639. *num*. 10. in qua dicitur, quod licèt appareret non ad eſſe beneficium, ſed legatum pium, quia tamen non producebatur inſtrumentum erectionis, unde appareret, non eſſe beneficium, & quatenus productum eſſet, non erat in forma probanti, fuit dictum, quod debebat attendi ultimus ſtatus, ſecundum quem dicta Capellania fuerat collata tanquam beneficium; quod videbatur ſufficere pro ſuſtinenda reſervatione, idem Ludoviſ. *dec*. 77. *num*. 9. quan-
334 do tamen hujuſmodi proviſiones Apoſtolicæ eſſent validæ; ſecùs verò ſi eſſent nullæ, & ſubreptitiæ; quia tunc per eas ſtatus non mutatur, idem Mareſcott. *loc. ſupra cit*. *n*. 21.

Quarta regula, attenditur ultimus ſtatus ad judicandum,
335 quis ſit in poſſeſſione conferendi, in quo attenditur quiſnam ſit poſſeſſor, non autem quis habeat proprietatem, vel non, ut docet tex. *in cap. cum olim*, *& in cap. cum Eccleſia* Sutrina, *de cau. poſſ. & propr*. Selv. *de benef*. *p*. 2. *q*. 7. *num*. 1. Maſcard. *de prob. concl*. 173. *nu*. 4. *&* 5. cum aliis adductis per Gonz. *gloſſ*. 45. §. 2. *num*. 4. & hoc omnes ſciunt paſſim in beneficialibus procedere, in quibus attenditur ultimus ſtatus, ac immediata, & ultima poſſeſſio, ut aliàs diximus, & fuit ſignanter dictum *in una Placentin. Archipresbyteratus* 17. *Martii* 1623. *coram Pirovano*, & tenuit Oldrad. *conſ*. 312. *ſub num*. 1. dicens, quod in collationibus,
336 & præſentationibus, ſtatur poſſeſſioni, non autem proprietati, Put. *dec*. 2. *num*. 4. *lib*. 3. Ludoviſ. *d. dec*. 77. *num*. 9. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap*. 577. *num*. 13. Cæſ. de Graſſ. *dec*. 4. *de prob*. & nos ſuo loco dicemus in materia præſentationis ad beneficium juriſpatronatus; quoties enim in præſenti materia agitur de collatione, electione, aut præſentatione, iſti ſunt fructus juris conferendi, juris elegendi, necnon juriſpatronatus, ut dixit Rota *in una Reatin. Beneficii*, quæ eſt *dec*. 166. *num*. 5. *p*. 1. *diverſ*. nam cum col-
337 latio ſit fructus, & poſſeſſor bonæ fidei faciat fructus ſuos, collatio Capituli, exempli gratia, quod eſt in poſſeſſione conferendi, eſt præferenda collationi Epiſcopi, *d. dec. loco citato*, idem dixerunt idem Selv. *p*. 2. *q*. 40. *nu*. 4. Æneas de Falconibus, *de reſerv*. *p*. 4. *effectu* 26. *nu*. 2. quia conferre, eſt quidam fructus juris conferendi, ſicut electio, juris eligendi, *c. cum Bertoldus*, *de re jud*. Abb. *in c. cum olim*, *de cauſ. poſſ. & poſſ. & propr*. Caſſad. *dec*. 3. *num*. 6. *de penſ*. & alii, quos refert idem Gonz. *d. gloſſ*. 45. §. 2. *num*. 8. qui *nu. ſeq*. ſubdit, quod ſicut poſſeſſor bonæ fidei facit fructus
338 ſuos, *vulg. jur*. ita iſti fructus juris conferendi, & eligendi, ſeu præſentandi, pertinent ad bonæ fidei poſſeſſorem, non autem ad dominum, Add. ad Ludoviſ. *d. dec*. 77. *ſub nu*. 12. *verſ. & circa hanc materiam*. Unde ex hac ratione dicitur, quod aliud eſt eſſe collatorem, vel patronum, aliud
339 verò habere jus conferendi, vel præſentandi; quia primum reſpicit petitorium, alterum verò, id eſt jus conferendi, & præſentandi, reſpicit poſſeſſorium, Franc. *in cap. unic*. 3. *colum. de jurepatr. in* 6. idem Gonz. *loc. cit*. *n*. 27. prout etiam ſi quis habeat jus præſentandi, non inde ſequitur,
340 quod habeat juriſpatronatum; cum ex alia cauſa poſſit competere prædictum jus præſentandi, quàm ex jurepatronatu; ut enim dicunt Præpoſ. & Arch. *in c. hortamus*, 71. *diſt*. 341
præſentatio quandoque competit per viam ſimplicis peti- 342
tionis, veluti, quando populus petit, vel ſupplicat, quod talis presbyter inſtituatur in Eccleſia ſua; ex eo, quod illum gratum habet, juxta text. *cum ibi not. in c. quod Dei timorem. de ſtat. monach*. ut per Rocc. de Curte *in tract. juriſpatr. verbo, competens*, *num*. 60. dicentem, quod iſto modo fortè procedit conſuetudo, quæ eſt Mediolani: ibi 343
etenim ad petitiones parochianorum, inſtituuntur Rectores, quod etiam probat Gonz. *d*. §. 2. *ſub nu*. 28. *verſ. ſicut nec ſequitur*.

Sanè, ſupradicta quaſi poſſeſſio juris conferendi ita de- 344
mum ſibi locum dignoſcitur vendicare, etiam ſi de hujuſmodi quaſi poſſeſſione non conſtet, niſi per unicum actum, qui fuerit ſortitus effectum, veluti per unam collationem, per text. *in c. querelam*, *de elect. & in d. cap. cum Eccleſia Sutrina*, *de cauſa poſſ. & propr*. & fuit dictum *in una Bracharen. Monaſterii* 4. *Maii* 1598. *coram Cardinale Lancellotto ſeniore*, in qua habetur, quod ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem juris conferendi, ſufficit unica collatio, effectum ſortita, quam deciſionem refert Mareſc. *d. c*. 55. *n*. 24. qui *n*. 26. id ampliat, etiam in collatione facta per aſſertum Vicarium; quia adhuc per eam acquiritur 345
Epiſcopo quaſi poſſeſſio conferendi; imò etiam ſi fuerit facta ab ipſo Vicario generali, mortuo Epiſcopo, & ante ſucceſſoris adventum acquiritur Epiſcopo ſucceſſuri, 346
non conſtito, quod hujuſmodi obitus ad notitiam Vicarii pervenerit, ex *juribus ibi allegatis*.

Sicut pariter ex præmiſſis dicendum eſt, quod in reſervationibus, & mandatis Apoſtolicis, in quibus reſervantur, vel mandantur provideri beneficia ſpectantia ad collationem, electionem, vel præſentationem aliquorum, non habebitur in conſideratione proprietas iſtorum jurium 347
ſed tantummodo ſimplex, & nudum exercitium poſſeſſionis, ut deducit Lotter. *de re benef. lib*. 1. *q*. 34. *num*. 27. qui Summus Pontifex, ſive reſervando, ſive reſcribendo, attenditur ad jus commune, quo attenditur prædicta quaſi poſſeſſio, & ſecundum illud ſe gerere, ac reſcribere cenſetur, gloſſ. *fin. in c. conſultationi*, *de tempor. ord. in verbo*, 348
conſultationem, *& in c. ex tua*, *de fil. præsb. c. ex multa*, *in princip. de vet*. quas gloſs. approbat Card. *in Clem. fin. in* 2. *oppoſ. de præsb*. Abb. *in c. venerabilis de jud. & in cap. fin. de juram. calum. & in capit*. 1. *de dol. & cont*. cum aliis cumulatis per Fel. *in cap*. 1. *num*. 17. *de conſtit*. id. Gonz. §. 4. *proœm. num*. 86.

Quinta regula, Attenditur ultimus ſtatus ad judicandum, an beneficium ſit liberæ collationis, potiſſimum, 349
quando agitur de ſuſtinenda collatione jam facta; quicquid ſit quoad futuras vacationes; quia ſi ultimus ſtatus ſit de libero, ſuſtinetur collatio jam facta ab Epiſcopo; non obſtante exceptione juriſpatronatus, interveniente præſertim bona fide Epiſcopi, cauſata ex juris aſſiſtentia, per quam omnia beneficia præſumuntur libera, Menoch. *de præſump*. 350
lib. 1. *præſumpt*. 130. *nu*. 2. *&* 3. & ad liberam proinde ſpectare collationem Ordinarii *c. omnes baſilicæ* 16. *qu*. 7. Rocch. de Curte *in tractat. juriſpatr. verbo*, *conſtruxit*, *qu*. 20. Caputaquen. *dec*. 139. *n*. 2. *p*. 2. cum aliis adductis per Garc. *de benef*. *p*. 5. *c*. 3. *nu*. 95. & fuit dictum *in una Papien. Iuriſpatronatus* impreſſa penes Farin. *dec*. 435. *n*. 1. *tom*. 3. in qua *nu*. 4. habetur, non obſtare, quod fuerit deciſum, conſtare de jurepatronatus, & ideo cum conſtaret de proprietate, non eſſe attendendam quaſi poſſeſſionem; quia fuit reſponſum, quod cum probationes juriſpatronatus fuerint factæ poſt collationem Epiſcopi, prædicta collatio non ir- 351
ritatur; nam eſt facta ab eo, qui erat in quaſi poſſeſſione conferendi; propterea quod de jurepatronatus non conſtabat per confeſſionem partis, vel rem judicatam, prout requiritur, ad effectum, ut proprietas præferatur poſſeſſioni, necnon per publicum inſtrumentum, omni carens ſuſpicione; cum inſtrumentum dicatur quandoque probatio evidens, faciatque rem notoriam; ſi contra illud ali- 352
quid opponi non poſſit, ut fuit etiam dictum *in una Lucan. Iuriſpatronatus* 18. *Iunii & 20. Novembris* 1628. *coram Dunozetto*, *& in una Leodien. Beneficii Sanctiſſimæ Trinitatis* 27. *Iunii* 1629. *coram Cardinale Virili*, quas deciſ. refert Addit. ad Burat. *dec*. 776. *num*. 16. *& in una Bononien. Iuriſpatronatus*, penes eundem Farin. *dict. to*. 3. *dec*. 515. *circa fin*. In qua, ex pluribus comprobatur, quod ad effectum collationis, ſufficit quaſi poſſeſſio conferendi bene- 353
ficium,

ficium, uti liberum; ne ob exceptionem, ſuper proprietate, impediatur proviſio, vel effectuata revocetur; prout fuit reſolutum in Rota *in una Papien. Iuriſpatronatus de Baſilica Petri* 8. *Martii* 1613. *coram Manzanedo*, à nobis ſuperius etiam allegata, & prius in eadem *Papien. coram eodem* fuit deciſum, quod cum Epiſcopus, attento ultimo ſtatu, concurrente bona fide, nec conſtaret, tempore collationis habuiſſe notitiam, quod beneficium illud erat de jurepatronatus, collationem ab eo factam non poſſe revocari, juxta Rot. *deciſ.* 14. *de jurepatron. in antiqu.* & quatenus poſtmodum conſtaret de jurepatronatus, illius canonizatio deſervit pro
354 aliis futuris vacationibus, ut in *dict. dec. Papien. ſub numer.* 7. & videre eſt penes Mareſcott. *d. cap.* 55. *num.* 50. *cum duobus ſeqq.* quem ad id alleg. Joan. Baptiſt. Ciarlin. *controver. forenſ. c.* 107. *n.* 93. dicens, quod collatio facta per Ordinarium non infringitur pro ea vice; licèt poſtea pronuncietur contra poſſeſſorem beneficii in petitorio; quia ſi poſtea conſtet de jurepatronatus, ſalvum eſt jus patroni in vacationibus futuris; firma tamen remanente collatione, ab Ordinario facta, tanquam de libero pro ea vice.

At verò, ſecùs dicendum eſt, cum ante factam collationem, conſtaret de jurepatronatus, vel de libertate beneficii; quia ultimus hujuſmodi ſtatus tunc minimè attenditur, nec etiam ad ſuſtinendam collationem de proximo faciendam;
355 quandoquidem, hoc caſu proprietas abſorbet poſſeſſionem; ac proinde, quamvis collatio beneficii juriſpatronatus fa-
356 cta per Ordinarium, exiſtentem in quaſi poſſeſſione liberè conferendi, valeat, ac præferatur præſentationi patroni, non exiſtentis in quaſi poſſeſſione præſentandi, id intelligitur, quando, videlicet prædicta collatio fuit facta, antequam conſtaret de jurepatronatus; ſed ſi fuit facta poſtquam conſtitit de dicta proprietate, præſentatio præfertur ipſi collationi, ad text. *in cap. cum dilectus, de cauſ. poſſ. & propr.* quia veritas ante completum negotium declarata præfertur
357 opinioni; quæ non attenditur in præjudicium veri concurrentis, Lap. *alleg.* 89. *num.* 14. *in fin.* cum aliis adductis *in una Panorm. Archipresbyteratus* penes Buratt. *deciſ.* 479. *num.* 18. *& in una Romana Iuriſpatronatus coram Merlino inter Diverſ. recent. deciſion.* 362. *num.* 5. *part.* 5. Unde ait Paul. de Cittad. *in ſuo tractat. juriſpatr. part.* 6. *artic.* 3. *numer.* 14. *fol. mihi* 135. quod Ordinarius debet ſpernere præſentationem illius, quem videt non habere jus; eo quia, ſi verus pa-
358 tronus poſtea præſentaret, cogeretur in ſui verecundiam eum, quem perperam præſentavit, removere, *ex d. cap. decernimus* 16. *qu.* 7. quia non debet quis admitti ad agendum illud, quod actum non relevat, Lotter. *de re benef. d. libr.* 1. *qu.* 34. *num.* 28. dicens, quòd ſi in hoc caſu doceretur de mala fide, vel antequam conſummaretur actus, nempè collationis, ipſa detegeretur ex veritatis manifeſtatione, tunc ip-
359 ſa poſſeſſio non prodeſt, ſed remaneret per proprietatem abſorpta, ut jam ſupra dictum eſt; aliàs enim præſentatus ab eo
360 qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi cum bona fide, non debet amoveri; quamvis deinde conſtet, præſentantem non eſſe verum patronum, gloſ. *in c. ex literis, de jurepatr.* Lap. *d. alleg.* 89. *num.* 8. *in fin.* Guido Papæ *conſ.* 92. Bald. *in c. ex literis de reſtitut. ſpol.* & alii quos refert Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 577. *num.* 9.

Præterea, in una *Imolen. Iuriſpatronatus, quæ eſt dec.* 167. *p.* 2. *diverſ.* fuit tentum, quod licèt conſtaret de jurepatronatus, tamen, cum patroni, tempore ultimæ vacationis, non eſſent in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed Ordinarius in quaſi poſſeſſione liberè conferendi, ſequitur, quod collatio ſpectet ad Epiſcopum, non autem præſentatio ad patronos; quod tamen dictum fuit procedere, quando fuit proceſſum ad inſtitutionem; ſecùs verò ſi conſtiterit prius de proprietate, ut ſupra dictum eſt; ac proindè in caſu dictæ deciſionis, cum fuiſſet obtenta à Papa quædam Capella, tanquam liberæ collationis, ac literis in forma, *Dignum*, expeditis, antequam tamen illarum Exequutor illas debitæ exequutioni demandaret, fuiſſet probatum, prædictam Capellam, eſſe de jurepatronatus, prævaluit præſentatio facta à patronis; quia dum literæ eſſent, ut ſupra, in forma, *Dignum*, expeditæ, nec prædictus Exequutor Oratori, vigore earundem literarum, prædictam Capellam contuliſſet, attendenda erat præſentatio patroni; licèt ſecùs eſſet, ſi literæ proviſionis fuiſſent expeditæ in forma gratioſa; tunc enim, jam collatio facta eſt à Papa: nec proindè poteſt prævalere præſentatio facta à patrono, ex iis, quæ ſupra dicta ſunt.

Nec tamen circa hujuſmodi quintam regulam omittere libuit, quòd, ut poſſit dici quaſi poſſeſſio liberæ collationis requiritur, quod Ordinarius contulerit beneficium tanquam liberum, ſciente, & patiente patrono; aliàs ſi contulerit non facta mentione juriſpatronatus, non præjudicabitur juri, & quaſi poſſeſſioni patronorum; namque ſimpliciter cōferendo, videtur facta collatio ſub tacita conditione, videlicet, ſi patrono placuerit; & proinde non tollit ultimum ſtatum pacificum patronorum, quaſi poſſeſſionis præſentandi, Caputaq. *dec.* 134. *p.* 1. *& dec.* 189. *n.* 1. *p.* 3. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 5. *n.* 112. *& in una Barchinonen. Capellania* impreſſa penes Far. *dec.* 615. *n.* 3. *tom.* 1. in qua prætendebatur, ob negligentiam patronorum certo temporis ſpatio, fuiſſe præſcriptum ſtatum libertatis; ex eo, quod non docebatur de quibuſdam præſentationibus; & fuit reſponſum, quod ex ſola negligentia patronorum, qui aliàs fuerunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, niſi doceretur de collationibus factis, tanquam de beneficio libero, cum ſcientia, & patientia patronorum, non potuiſſe dici præſcriptus ſtatus libertatis, & quod ita fuit etiam dictum *in Papien. Archipresbyteratus* 9. *Aprilis* 1601. *coram Card. Pamphilio*.

Sexta regula, Attenditur ultimus ſtatus qualitatis beneficii juriſpatronatus, an videlicet, illud ſit laicale, vel eccleſiaſticum, ut in caſu Caval. *deciſ.* 547. *n.* 3. in qua habetur, quod licèt pluries patroni Eccleſiaſtici olim præſentaſſent, unà cū laicis, tamen fuit dictum, quod quicquid eſſet de ſtatu anteriori, Domini magnam vim fecerunt in ultimis præſentationibus, quę omnes fuerunt factæ à ſolis laicis, tanquam de jurepatronatus laicali, & effectuatæ; ac demum in ultimo ſtatu per pręſentationem factam à ſolis patronis laicis ad favorem N. per cujus obitum inducta erat vacatio; qui ultimus ſtatus, quicquid ſit de antiquo, potiſſimùm attendi debet in hac materia beneficiali, ex jurib. ibi, & à nobis deſuper alleg.

Septima regula, Attenditur ultimus ſtatus in materia pręſentationis ad beneficium juriſpatronatus, ſicut in quinta regula dictum eſt. Verùm ita hìc diſtinguendum erit, prout etiam diſtinguit Addit. ad Buratt. *dict. deciſ.* 776. nempe quod, aut agitur de pertinentia præſentationis, ſive collationis, & tunc collatio ſpectat ad eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione conferēdi, vel præſentandi bona fide, *c. querelam, de elect. c. conſultationibus, de jurepatr.* Put. *dec.* 120. *n.* 1. *lib.* 1. Add. ad Ludov. *dec.* 77. *nu.* 2. *verſ. ſicut è contra*, & fuit dictum *in una Novarien. juriſpatronatus* 28. *Iunii* 1617. *coram Ubaldo*, idem Add. ad Buratt. *dict. dec.* 772. *num.* 12. dicens, quod pręſentatio, & collatio factę ſuſtinentur, etiam ſi deinde appareat de legitimo ſtatu, vel pertinentia, ex innumeris deciſionibus ibi allegatis. Aut agitur de qualitate beneficii; & tunc id obſervandum eſt videlicet, aut ad effectum juſtificationis gratiæ, & tunc ſufficit probare ultimum ſtatum, ut dicitur *in una Volaterran. Capellæ* penes Seraphin. *dec.* 1095. *nu.* 4. quia, ſicut pluries dictum eſt, in probanda qualitate beneficii, in dubio attenditur ultimus ſtatus, qui ſuffragatur; 361
etiam contra proviſum Apoſtolicum in poſſeſſorio ſummariiſſimo; ut fuit dictum *in una Aliphan. Iuriſpatronatus* 4. *Iulii* 1629. *coram D. Ghiſlerio*, quam deciſionem refert id. Add. ad Buratt. *d. dec.* 776. *nu.* 18.

Aut agitur in præjudiciū tertii impetrantis, qui probavit anteriorem ſtatum, & ſequens non eſt legitimè præſcriptus; & iſto caſu, ſi propter ſtatum anteriorem, collatio, vigore ultimi ſtatus, eſt nulla ipſo jure, tunc non attenditur dictus ultimus ſtatus. *c. cum de benef. de præb. in* 6. & ibi Franch. *n.* 5. *&* 6. Decian: *conſ.* 126. *num.* 4. Lotter. *de re benef. libr.* 1. *qu.* 34. *num.* 44. quæ quidem diſtinctio prius facta eſt à Bellam. ut dixit Rota *dec.* 2. *num.* 2. *in nov.* & bene declaratur *in dec.* ejuſdem *Bellam.* 172. ubi collatio facta Canonico regulari, de beneficio, conſueto ſolùm clericis ſæcularibus aſſignari, eſt nulla; nec excuſat negligentiam conferre, vel præſentare habentis, quominus habeat locum devolutio ad Superiorem.

Et hac ipſa diſtinctione primùm uſus eſt poſt Bellarm. Coccin. *in una Marianen. ſeu Alerien. Unionis*, impreſſa penes Farinac. *deciſion.* 737. *numer.* 6. *tom.* 4. ob hanc rationem, nempe, quia in dubio attenditur ultimus ſtatus;
ſecus quando conſtat de veritate in contrarium; & in ca- 362
ſu, quo agitur de præjudicio tertii, non militat eadem ratio, quæ militat in pertinentia collationis; quia qualitas beneficii non eſt fructus juris conferendi, qui ſpectat ad poſſeſſorem bonæ fidei, ſed reſpicit ſubſtantiam beneficii, quæ non eſt in fructu collationis; ac proinde in propoſito prædictæ deciſionis, cum ibi ageretur de beneficio unito, licet illius ultimus ſtatus eſſet de libero, attamen quia impetratum eſt tanquam liberum, collatio fuit nulla ipſo jure, nam

cum per dictam unionem titulus beneficii eſſet extinctus, non poterat conferri; & ideo ultimus ſtatus ibi non erat attendendus, ſed anterior, antequam de unito, ut ſunt formalia verba, *d. dec.737. num.6.*

Pro cujus quidem Septimæ regulæ corouide, cum potiſſimùm illius materia reſideat in *d. cap. conſultationibus, de jurepatr.* quod frequenter in propoſito allegatur, non abſonum ab hac noſtra praxi viſum eſt, illius tenorem hic ſubnectere, ut ſequitur.

Conſultationibus, & infra. Si aliquis Clericus ab Ordinario judice in Eccleſia fuerit inſtitutus ad præſentationem illius, qui ejuſdem Eccleſiæ credebatur eſſe patronus, & poſtea juſpatronatus alius evicerit in judicio, inſtitutus non debet ab ipſa propter hoc removeri, ſi tempore præſentationis ſuæ ille, qui eum præſentavit, juſpatronatus Eccleſiæ poſſidebat; cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in poſterum præjudicium generetur: Si vero non poſſidebat, ſed tantum credebatur eſſe patronus, cum non eſſet, poterit ab eadem Eccleſia removeri.

Et ſuper hanc decretalem omnes DD. jactant ſuum fundamentum circa regulas ſupra allatas, & ex antiquioribus reperio Oldrad. *conſ. 312. num. 2. verſ. Præterea, cum litera infeudatoris*, ibi, *Dato, quod infeudatio, & conceſſio facta per Imperatorem Duci non tenuiſſet, ex quo tamen Dux ipſe reperitur in ultima, & immediata quaſi poſſeſſione juris præſentandi, debet præſentatus per eum, ſeu ad ejus præſentationem admiſſus cenſeri potior alio quocumque, etiam à vero patrono præſentato, etiam ſi jure conceſſionem in feudum, & ultimam præſentationem aliquando Imperatores poſſediſſent, ex quo Dux ultimo loco precedit; quia in talibus attenditur ſolum ultima, & immediata poſſeſſio, &c.*

Quod quidem in tantum probat, procedere Paul. de Cittad. *in tract. juriſpatr. p.6. art.3. q 7.* ſub *num.16.* ut, cum in dubio præferatur ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, etiam ſi quis eſſet in quaſi poſſeſſione violenta, debet admitti ab eo præſentatus, quod ſi tamen conſtaret, etiam poſt inſtitutionem deponitur, per Archid. *in c. cum, qui, verſ. invaſor, de præb. in 6.* & ex pluribus concludit etiam Lambert. ejuſdem nominis, *1. p. lib.2. & 3. art.9. princ. fol.450.* collationem, vel præſentationem factam per poſſeſſorem, etiam
364 violentum, de cujus violentia, ſeu mala fide non conſtat,
365 valere, & tenere; quia etiam prædo eſt in ſua poſſeſſione tuendus; ſed ſi conſtat de hujuſmodi violentia, & mala fide,
366 caſſatur collatio, ſeu præſentatio, & ibi idem Lambert. ponit exemplum de violento poſſeſſore, ſeu intruſo, puta, quia juſpatronatus habebat una Eccleſia in alia, vel quis invaſit aliquam villam, vel in Eccleſia patronata ſe intruſit. Unde clarius diſtinguit, aut nimirum iſti poſſidentes pacificè tolerantur, ac de eorum injuſta cauſa, violentia, invaſione non conſtat, & volentes præſentare, admittuntur; ſed conſtito de præmiſſis, inſtitutus ad eorum præſentationem eſt removendus. Aut verò iſte violentus invaſor, vel intruſus non poſſidet, ſed tamen pacificè reputatur patronus, & tunc ſimiliter, alio non comparente, admittitur ejus præſentatio, & præſentatus inſtituitur; ſed conſtito de non jure ipſius, & de ejus violentia, invaſione, & intruſione, caſſatur ejus præſentatio, & inſtitutus removetur, ad tex. *d. c. conſultationibus, de jurepatr.* In quo bene hæc materia declaratur, ubi gl. *in verbo, credebatur*, quod ubi adeſt poſſeſſio cum bona fide, dicitur, quod plus valet, quod eſt in opinione, quam quod eſt in veritate, *c. ſi quis à ſimoniacis 1. q. 1. & c. infames, 3. q.7.* ſicut etiam è contrario eadem gloſ. *in d. c. conſultationi-*
367 *bus, verbo removeri*, quod legitimè factum eſt, non debet irritari, licèt ad eum caſum deveniat, à quo incipere non potuit, cum ſimilibus ibi adductis, & ead. gloſ. *in §. ſi verò, verbo etiam removeri, in fin.* quod cum ibi dicatur, quod non poſſidebat, ſed tantum credebatur eſſe patronus, dicit, quod credulitas ſine poſſeſſione non valet.

Cæterum, pro hac praxi omittere non libuit, totum illud, quod dictum eſt de Ordinario, circa hujuſmodi mutationē ſtatus, dicendum eſſe de ipſo Summo Pontifice, cujus proviſiones, præſertim circa beneficia juriſpatronatus, ſēper præſumuntur factę juxta naturam, & qualitatem beneficii, cum numquam patronis præjudicare intendat, per plura exempla à nobis ſuis locis afferenda, ut etiam per Achill. de Graſſ.
dec. ult. de jurepatr. unde proviſio Apoſtolica non mutat ſta- 368
tum, ſeu quaſi poſſeſſionem juriſpatronatus, ſed potius illam conſervat, ut dicitur in una *Cæſaraugustan. Capellaniæ, quæ eſt dec.545. n.3. p.1. diverſ. & in una Piſtorien. Canonicatus* penes Cavaler. *dec. 390. nu. 5.* cum pluribus aliis *deciſ.* allegatis per Add. ad Buratt. *dec. 153. n.5.* qui *n.6.* ſubdit, hanc concluſionem procedere, quando verè conſtat de anteriori ſtatu contrario, ſicut aliàs diximus; ſecùs autem ſi de illo non conſtat, ut fuit etiam dictum in allegata *Nolan. Primiceriatus* penes eundem Cavaler. *dec.252. nu.2. & in una Terdonen. Prioratus 5. Maii 1595. coram Orano, & in una Placentin. Plebis Carpineti 7. Novembris 1622. coram Pirovano*, quas refert idem Addit. *d. dec. 153. n. 6.* & quando con-
trarium non apparet, hujuſmodi ſtatum corroborant, & de- 369
clarant proviſiones Apoſtolicæ, ut dicitur in una *Nucerin. Juriſpatronatus*, penes eundem Caval. *dec.126. nu.12.* nam licèt collationes Papæ non mutent ſtatum beneficii, Mareſcott. *d.c.55. n.18.* attamen plurimum valent ad ejus ſtatum declarandum, ut per Dec. *conſ.126. in princ.* quamvis aliud dicendum ſit, quando conſtat de enixa Papę voluntate mu-
tandi ſtatum beneficii; ac proinde in una *Hoſtunen. Capel-* 370
laniæ, penes Seraph. *dec.1301. n.2.* fuit dictum, quod proviſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum, niſi concurrat ſcientia, & voluntas Papæ; quod quidem procedere certum eſt, etiam ſi ille deroget juripatronatus, ita Felin. *in tract. quan. lit. noceant patr. Eccl.* idem Mareſcott. *d. c.55. n. 35.* prout etiam aliàs diximus; de qua quidem ſcientia, & voluntate debet clarè conſtare, aliàs in dubio non præſumitur ſtatum hujuſmodi mutaſſe, id. Add. ad Buratt. *d. dec. 153. n.7. in fi.* ac proinde non inferunt præjudicium exiſtenti in quaſi poſſeſſione, ut per Bellam. *dec.107. ſub tit. de jurepatr.* id. Mareſcott. *loc. cit. num.34.*

Poſtremò circa hujuſmodi mutationem ſtatus, & quomodo ille attendatur, ita etiam accipiendum eſt, ut non ſolum id procedat in beneficiis eccleſiaſticis circa illorum proviſionem, eo modo, quo jam dictum eſt, verùm etiam in omnibus aliis rebus ſimilibus, ut per Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ.45. §.2. nu. 15. & 16.* dicens, quod proinde ſolutio fru-
ctuum, & reddituum beneficii eſt facienda poſſeſſori, ſeu 371
Prælato putativo, & illi eſt præſtanda obedientia, non autem proprietatem habenti, qui poſſeſſionem non habet, & *nu.24.* quòd ille dicitur ſucceſſor in beneficio, ad effectum, ut illi ſint reſtituendi fructus à tertio in valore ſublati, qui eſt in illius poſſeſſione; licèt nondum ſit diſcuſſum de jure, illius ex Achill. *dec.14. aliàs 129. nu. 1.* in qua fuit hæc ratio conſiderata, quia videlicet adminiſtratio illorum fructuum debebat eſſe poſſeſſoris, nam fructus, qui debentur Eccleſiæ, debent tradi ei, cui adminiſtratio, rerumq; Eccleſię poſſeſſio, authore prætore conceditur.

Quamplura, etiam ultra prædicta, circa ultimum ſtatum in beneficialibus, videlicet quomodo, qualiter, & quando ex ſententia Sacræ Rotæ Romanæ ille attendatur, videri poſſunt penes Mareſcott. à nobis ad id pluries allegatum, qui luculenter, ac plena manu *libr.1. variar. reſol. cap. 55.* hæc omnia ferè congeſſit, necnon Addit. ad Buratt. *d. deciſ.776.*

Finis Libri Primi.

PRAXIS
ERECTIONIS PAROCHIALIS, ET MATRICIS ECCLESIÆ
In Sæcularem, & Collegiatam Inſignem, cum Indultis, & Facultatibus.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Praxis Requiſitorum eſſentialium ad Erectionem Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Illud, de quo agendum eſt, debet eſſe in rerum natura.*
2 *Beneficia Eccleſiaſtica non naſcuntur, ſed ſinne.*
3 *Erectionum ſæcularium, & Collegiatarum Eccleſiarum uſus in Romana Curia.*
4 *Formula ſupplicationis pro hujuſmodi erectione, proponitur.*
5 *Papa, cur dicatur Beatiſſimus, remiſſivè.*
6 *Collegiatarum Eccleſiarum erectio non datur, niſi in locis conſpicuis, & inſignibus.*
7 *Conſpicuus homo quiſnam dicatur.*
8 *Inſignis locus quis, & num. 10.*
9 *Collegiatam Eccleſiam Papa non erigit, niſi prius certioratus de qualitate loci, in quo petitur erectio.*
11 *Collegiata Eccleſia erectionis cauſa prius examinanda.*
12 *Collegiata Eccleſia, erecta in oppido Nicoſia Meſſanen. Diœceſis, ex quibus cauſis.*
13 *Alia ſimilis in Oppido Summa Nolan. Diœceſis.*
14 *Alia ſimilis in Terra Rignani, Civitatis Caſtellanæ Diœceſis.*
15 *Alia ſimilis in Oppido de Carvitte, Remen. Diœceſis.*
16 *Collegiata Eccleſia, regulariter erigitur de conſenſu prioris Eccleſiæ.*
17 *Inſignitatis loci qualitas, ad effectum in ea erigendi Collegiatam inſignem, quæ. Et remittitur arbitrio Iudicis, num. 19.*
18 *Dignitates in Eccleſia, quare inſtitutæ.*
20 *Collegiata Eccleſia, alia inſignis, alia non inſignis.*
21 *Cathedralis Eccleſiæ erectio quid requirat.*
22 *Collegiata Eccleſia, non inſignis, quæ.*
23 *Collegiata Eccleſia, an ſit inſignis, vel ne, poteſt declarari etiam poſt illius erectionem.*
24 *Reſignatione beneficii, inducitur amiſſio tituli, ac poſſeſſionis.*
25 *Erectio beneficii non revocata, neque revocabitur unio beneficii reſignati.*
26 *Quod tamen intelligitur, reſignante in eadem voluntate perſiſtente.*
27 *Patronorum conſenſus requiritur in erectione parochialis, aut alterius beneficii de jurepatronatus, in Collegiatam Eccleſiam.*

Superiori libro viſum eſt de eſſentialibus Requiſitis, ad conſtituendum Beneficium 1 Eccleſiaſticum; cum verò ſic ratio nobis inſinuet, ut id, de quo agendum eſt, primo in rerum natura eſſe debeat, juxtà tex. *in l. quidam referunt, poſt princip. de jur. codicill. & in l. ſi eo tempore, ff. de his, quæ pro non ſcriptis*, gloſ. *in c. fin. verbo ad futuras, de reſcriptis, c. ad diſſolvendum*, & ibi gloſ. *in verbo, accuſare, de deſponſ. impub.* proinde de beneficio Eccleſiaſtico agi non poteſt, niſi illud prius in mundum prodeat, nempè per illius creationem, & inſtitutionem; cum hujuſmodi bene- 2 ficia non naſcantur, ſed fiant, ut ait Caſſad. *dec. 7. n. 6. de jurepatr.* relatus à Gonz. *ad reg. 8. Cancell. num. 132.* ac proinde, de pertinentibus ad hanc praxim agi non poteſt, niſi prius erectionem eorundem beneficiorum delectibamus, ac ſic erectorum Clauſulas, & decreta in ipſis erectionibus adjecta, ordinata ſerie declaremus; potiſſimum verò earum erectionum, quæ ad Summum Pontificem tantùm pertinere noſcuntur; ac proptereà ab ea erectione initium ſumendum duximus, quæ plures continet partes, in quibus iſta noſtra praxis diffunditur: quarè operæ pretium exiſtimavimus, ſi prætermiſſis majorum Eccleſiarum erectionibus, de quibus perfunctoriè, ac prout occaſio ſuadebit, in ejuſdem praxis diſcurſu aliquid dicetur (cum circa illarum erectiones, atque requiſita ad id neceſſaria, videri poſſit Bullarium, in quo quamplurimæ erectiones, tàm Epiſcopalium, quàm Archiepiſcopalium Eccleſiarum, diverſis ſucceſſivè temporibus factæ reperiantur) ab erectione parochialis in Collegiatam, & ſæcularem Eccleſiam exordiamur; cujus quidem erectionis conceſſionem non rarò ſcimus in Romana Curia evenire. Et quidem, ut plenè, ſufficienterque id liqueat, quod per eandem noſtram praxim intendimus aperire, ejuſdem erectionis Supplica- 3 tionis formulam, juxta ipſius Romanæ Curiæ morem, & uſum, fabricatam, atque conſcriptam, hic ſubnectere placuit, quæ talis eſt, videlicet.

4 *Beatiſſime Pater. Cum Oppidum, Civitas nuncupatum, Modica Siracuſan. Diœceſis in ambitu ſuo ſatis amplum, necnon populi frequentia conſpicuum, & inſigne Virorum generis nobilitate fulgentium, rerumquè ad humanæ vitæ uſum neceſſariarum copia, refertur, ac aliàs plurimùm celebre, & ex principalioribus totius Regni Siciliæ Oppidis exiſtat, ac titulo, & denominatione populoſæ Civitatis, aliis ejuſdem Regni Oppidis; ac etiam Civitatibus, quamvis amplis, & inſignibus, hactenus non attributa, glorietur; & in ipſo Oppido Modicæ tria diſtincta Tribunalia, & Curiæ temporales, cum mero, & miſto Imperio adſint; & ad illius regimen unus Gubernator aliorum Oppidorum, ac Terrarum, ab ipſo Oppido Modicę dependentium, ſeù illi ſubditorum Caput, deputari conſueverit; ac in eo diverſa Oratoria, & alia pia loca, necnon unum Collegium Societatis Ieſu, et altera ſecularis, et Collegiata Eccleſia S. Petri, pluresquè aliæ Eccleſiæ, et inter alias parochialis, et Matrix Eccleſia S. Georgii, quæ ob ejus amplitudinem, et ornatum, ſitumquè commodum, et decentem, ac tanquam Matrix, non indigna eſt, quæ titulo, et prærogativa Collegiatæ inſignis Eccleſiæ condecoretur, ad eſſe noſcantur. Et devotus S.V. Orator Vincentius de Salemi dictæ Eccleſiæ S. Georgii modernus Rector, devoti quoque Veſtri moderni Procuratores, & Oeconomi ejuſdem Eccleſiæ, quotannis à parochianis ipſius Eccleſiæ S. Georgii, eligi, & deputari ſoliti, ad quos nonnullorum bonorum, ſeù legatorum ipſi Ec-*

cleſiæ S. Georgii, ad effectum illa, ſeù eorum redditus annuos in ipſius Eccleſiæ S. Georgii uſus, & neceſſitates, erogandi, relictorum, ſeù ad eoſdem tantùm uſus competentium, & à fructibus, Rectori pro tempore exiſtenti ejuſdem Eccleſiæ S. Georgii, debitis, & per eum percipi ſolitis, realiter ſeparatorum, ac diſtinctorum, adminiſtratio, ex laudabili, & inveterata, hactenuſque pacificè obſervata conſuetudine, ſpectare dignoſcitur; eandemque Eccleſiam S. Georgii in Collegiatam inſignem erigi, & inſtitui deſiderantes, Vincentius, videlicet prædictam Eccleſiam S. Georgii, quam à vigintiquinque annis circiter obtinet, in S. V. manibus, ſponte, & liberè ad infraſcriptum, tamen effectum, & non alias, aliter nec alio modo, reſignare, Procuratores verò, & Oeconomi prædicti bonorum, & legatorum prædictorum menſæ Capitulari Eccleſiæ, ſic in Collegiatam erigendæ, applicationi, & appropriationi, ut infra conſentire, reſpectivè proponant, & ex nunc hic reſignet, illi verò conſentiant. Si igitur (Pater Sancte) prædicta Eccleſia S. Georgii in Collegiatam inſignem, ſub invocatione ejuſdem S. Georgii, ac in ea una Præpoſitura, prima, & principalis, et unus Decanatus, ſecunda, ac una Cantoria, tertia, necnon una Theſauraria, quarta Dignitates, ac novem Canonicatus, totidemque præbendæ, ut infra, erigerentur, & inſtituerentur, eiſque ſic erectis, et inſtitutis, ſeù Menſa Capitulari, ejuſque Eccleſiæ, pro illius, ac Dignitatum, Canonicatuumque, & præbendarum hujuſmodi dote, illaſque, & illos pro tempore obtinentium, congrua ſuſtentatione, onerumque eis pro tempore incumbentium ſupportatione, omnia, & ſingula ipſius Eccleſiæ S. Georgii fructus; redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, necnon legata, & bona ſupradicta perpetuò applicarentur, & appropriarentur, aliaque infraſcripta fierent, & ordinarentur, ex hoc profectò decori, tam Eccleſiæ S. Georgii, quàm Oppidi Modicæ hujuſmodi peramplius conſuleretur; divinuſque cultus in eadem Eccleſia non mediocriter augeretur. Supplicant igitur humiliter E. S. V. tàm dictus Vincentius, quàm devoti etiam illius Oratores Paulus Oliveres, & Thomas Scarſo, ac Martinus de Raca, & Vitus Lupus, ac Ioſephus Vincentii Fruſca, necnon Ioſephus Franciſci, etiam Fraſca; & Michael Sortinus, ac Stephanus Cavallus, & Stephanus li Aurifici, ac Hieronymus Petraliptus, ac Franciſcus Tranchetta presbyteri, necnon Nicolaus Fraſca Subdiaconus dicti Oppidi Modicæ, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, eoſque ſpecialis gratiæ favore proſequendo, ac reſignationem hujuſmodi admittendo, in dicta Eccleſia S. Georgii, cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c. C L X X X X. computatis verò incertis. C C C L X X X. ducatorum auri de Cameræ ſe. co. ex. val. an. non exced. ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona, ſeu per ſimilem, vel aliam liberam reſignationem dicti Vincentii, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſpontè factam, aut Conſtitutionem, &c. Execrabilis, vel aſſequutionem, &c. non tamen per obitum, vacet, etiam ſi devoluta, affecta ſpecialiter, vel aliàs ex quavis cauſa in literis diſpoſitivè exprimenda generaliter reſervata exiſtat, litigioſa, cujus litis ſtatum, &c. exiſtat, titulum collativum, ac denominationem, naturam, & eſſentiam parochialis Eccleſiæ collativæ; ità quod ex nunc Eccleſia collativa eſſe deſinat, & de cætero, uti talis, in titulum collativum conferri, aut impetrari non poſſit; & ſi illam deinceps conferri, aut impetrari, vel aliàs de illa diſponi contigerit, collationes, impetrationes, & aliæ diſpoſitiones hujuſmodi, nulla, & invalida exiſtant, nulliquè ſuffragentur; nec etiam coloratum titulum poſſidendi tribuant, perpetuò, ſine aliquo cujuſcunquè præjudicio, ſupprimere, & extinguere; Ipſamque Eccleſiam S. Georgii in ſæcularem Collegiatam inſignem, cum Capitulo, ſtallo, menſa, arca, burſa, ſigillo, & Choro communibus cùm omnibus, & ſingulis aliis Collegialibus ſignis, & inſigniis Eccleſiarum Collegiatarum inſignium; & in ea unam Præpoſituram, quæ prima, & principalis pro uno Præpoſito, qui curam animarum devotorum veſtrorum parochianorum dictæ Eccleſiæ S. Georgii, ante hac per illius Rectorem titularem exerceri ſolitam, exercere; omniaque onera parochialia ſupportare, ac Capellanos, & miniſtrantes, eum coadjuvantes, prout Rector, qui pro tempore fuit ipſius Eccleſiæ S. Georgii hactenus facere ſolitus fuit, manutenere teneatur; & ipſius Eccleſiæ Dignitates obtinentium, ac Canonicorum caput exiſtat, & inter eos in dicta Eccleſia, ſic in Collegiatam erigenda, illiuſque Choro, & Capitulo, ac proceſſionibus, cæteriſquè actibus Capitularibus publicis, & privatis ejuſdem Eccleſiæ præeminentiam, ac primum locum habeat; ac unum Decanatum, qui Secunda, pro uno Decano, & unam Cantoriam, quæ Tertia, pro uno Cantore, ac unam Theſaurariam, quæ quarta Dignitates exiſtant, pro uno Theſaurario; necnon novem Canonicatus, ac totidem præbendas pro novem Canonicis; qui omnes Canonici, & Dignitates (Præpoſitura tamen excepta) obtinentes hujuſmodi, ex ipſo Oppido Modicæ oriundi, & illius incolæ eſſe, ac filii patrimoniales, ſeu Parochiani ejuſdem Eccleſiæ, ſic in Collegiatam erectæ, ſeù illi, aut ejus annexis, & grangiis, jure parochialitatis ſubjecti, aliis præferri: & quoad ipſam Præpoſituram, Doctores, aut Magiſtri in Theologia, vel Licentiati in decretis, ad præſcriptum decretorum Concilii Tridentini, graduati, qualificati; & tàm quoad illam, quàm reliquas Dignitates prædictas pro tempore obtinentes, actu presbyteri; quo verò ad Canonicos, clerici, in aliquo ex ſacris ordinibus conſtituti eſſe, & Dignitatum prædictarum (Præpoſitura tamen ſimiliter excepta,) quovis modo pro tempore vacaturarum plena, libera, & omnimoda collatio, proviſio, & diſpoſitio in menſibus ordinariis, & ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, ad devotos veſtros Capitulum ipſius Eccleſiæ, ſic in Collegiatam erigendæ, ſpectare debeat; omneſque Dignitates obtinentes, ac Canonici hujuſmodi, illius Capitulum inter ſe conſtituant; & tam in eadem Eccleſia, quàm proceſſionibus Rochettum, & Cappas, hyberno, videlicet cum pelle alba, æſtivo verò temporibus ſerico munitas deferant, & apud Eccleſiam, ſic in Collegiatam erigendam hujuſmodi, perſonaliter reſidere, ac in ea ſingulis diebus, ac debitis temporibus, horas Canonicas, ac Conventualem, ſeù majorem, & aliàs miſſas, cæteraque divina officia ſolita, & conſueta, cum mentis attentione, ac devotione, ſervataque Eccleſiaſtica diſciplina, pſallere, decantare, recitare, ac celebrare, & aliàs ipſi Eccleſiæ, ſic in Collegiatam erigendæ, in divinis laudabiliter deſervire debeant, & teneantur, dicta authoritate etiam perpetuò, ſine tamen aliquo cujuſcunque præjudicio, erigere, & inſtituere; illiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro ejus, ac menſæ capitularis, necnon Dignitatum, ac Canonicatuum, & præbendarum dote, & congrua illas, & illos pro tempore obtinentium ſuſtentatione, onerumquè eis pro tempore incumbentium ſupportatione, omnia, & ſingula prædictæ Eccleſiæ S. Georgii, & illi annexorum membrorum, et pertinentiarum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta univerſa tàm certa, quàm incerta, etiam ratione exercitii curæ animarum luſtri fieri, & percipi ſolita, ac ex pede altaris provenientia necnon etiam omnia, & ſingula cenſus, redditus, & bona, etiam emphyteutica, ac aliàs quomodolibet qualificata, ac jura, & legatu eiuſdem Eccleſiæ S. Georgii, & in ea ſitæ Capella, ſeù Altari SS. Sacramenti, in ejuſdem Eccleſiæ uſum, & neceſſitates duntaxat relicta, ſeù ad eoſdem tantùm, & non ad alios uſus competentia, & in quibuſvis rebus conſiſtentia, ac ad pro

tem-

tempore exiſtentium Procuratorum, & Oeconomorum prædictorum adminiſtrationem, ut præfertur, ſpectantia, ad valorem annuum C. ducat. ſimilium aſcendentia. Ita tamen quod in præfati applicatione, fructus bonorum, & legatorum prædictorum hactenus decurſi, & donec ipſa erectio ſuos plenarios effectus ſortita fuerit, decurrendi, prout nec bona, eleemoſynæ, ac legata in poſterum ipſi Eccleſiæ in Collegiatam erigendæ, ac SS. Sacramento, non autem menſæ Capitulari nominatim, & expreſſè relinquenda, comprehenſa non cenſeantur; ſed ipſius Procuratoribus, & Oeconomis per eos in continuam ceræ, & olei manutentionem, aliosque ejuſdem Eccleſiæ ſic, ut præfertur, in Collegiatam erigendæ, pios uſus, & neceſſitates, & aliàs prout relicta fuerint, eroganda, & convertenda omnino, ut prius reſervata ſint; dummodo legata applicanda hujuſmodi pro dictæ Eccleſiæ S. Georgii uſibus, & neceſſitatibus duntaxat relicta fuerint, ſeu competant, & non aliàs; & per illorum applicationem, & appropriationem dictæ Eccleſiæ Sancti Georgii in ſuis neceſſitatibus aliquod detrimentum non ſuſtineat, Apoſtolica authoritate, dummodo modernorum Procuratorum, & Oeconomorum, necnon parochianorum prædictorum ad hoc accedat aſſenſus; ſimiliter perpetuò applicare, & appropriare. Ita quod liceat Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, ſic in Collegiatam erigendæ, illorum omnium, jurium, & pertinentiarum ſuorum quorumcunque veram, realem, & actualem poſſeſſionem, per ſe, vel alium, ſeù alios, eorum, ac dictæ menſæ Capitularis nominibus, propria authoritate, liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, fructus quoque redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, exinde provenientia, percipere, exigere, levare, ac in ſuos, & dictæ Eccleſiæ ſic in Collegiatam erigendæ, ſeù menſæ Capitularis uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita. Cum hoc tamen, quod omnia, & ſingula fructus, redditus, & proventus, jura, legata, bona, & emolumenta ſupradicta, in unam maſſam, Dignitates, ac Canonicatus, & præbendas prædictos pro tempore obtinentibus, communem, congeri debeant, & ex illa, L. pro Præpoſitura, & pro cujuslibet ex reliquis Dignitatibus, XXIV. necnon pro cujuslibet ex Canonicatibus, & præbendis prædictis XVIII. ducat. pro illorum, & cujuslibet illorum fructibus certis, ſeu præbendis detractis, reliqua omnia fructus, redditus, proventus, & emolumenta ſupradicta, etiam incerta, in uſum diſtributionum quotidianarum inter Præpoſitum, Decanum, Cantorem, Theſaurarium, & Canonicos prædictos apud dictam Eccleſiam, ſic in Collegiatam erigendam, pro tempore reſidentes, ac horis Canonicis aliiſque divinis officiis, ſuis loco, & tempore intereſſentes duntaxat, juxtà providam ordinationem ab ipſis Præpoſito, Decano, Cantore, & Theſaurario, ac Canonicis deſuper faciendam, dividendam, & repartiendam, cedere, & converti debeant; ex quibus, Præpoſitus, intuitu exercitii, & oneris curæ animarum illi incumbentis hujuſmodi, duas, quilibet verò ex reliquas Dignitates obtinentibus, ac Canonicis prædictis, unam æqualem portionem annis ſingulis habeant. Abſentium verò, & non intereſſentium portiones, infirmitatis, aut alio legitimo (de quo doceri debeat) impedimento ceſſante, aliis præſentibus, & intereſſentibus divinis officiis hujuſmodi, pro cujuſque rata accreſcant, & accreſcere eo ipſo cenſeantur. Et quotieſcunque ipſe Præpoſitus in exercitio curæ animarum hujuſmodi, aut ſacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione occupatus fuerit, pro præſente habeatur. Inſuper ipſi Eccleſiæ, ut præfertur, in Collegiatam inſignem erigendæ, illiuſque Præpoſito, Decano, Cantori, & Theſaurario, ac Canonicis prædictis, at ipſi, eorumque officiales, miniſtri, res, bona, proprietates, & jura quæcunque, omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, antelationibus, conceſſionibus, indultis, favoribus, & gratiis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliæ Collegiatæ inſignes, earumque Capitula, Canonici, Dignitates obtinentes; aliique miniſtri, & illorum proprietates, jura, res, & bona, de jure, uſu, privilegio, conceſſione, conſuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ſimiliter, & pariformiter, ac abſque ulla prorſus differentia in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi illa eis principaliter, & in ſpecie conceſſa eſſent; Dummodo tamen ſint in uſu, & non revocata, nec ſub aliqua revocatione comprehenſa, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aliiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis non repugnent, uti, frui, potiri, & gaudere; necnon eiſdem Præpoſito, Decano, Cantori, Theſaurario, & Canonicis, ut capitulariter congregati, quæcunque ſtatuta, ordinationes, capitula, & decreta, felix regimen Eccleſiæ ſic in Collegiatam erigendæ, proſperamque illius perſonarum, rerum, & bonorum directiones, ac miſſarum, & aliorum divinorum officiorum celebrationem, fructuumque, & proventuum menſæ Capitularis hujuſmodi, necnon diſtributionum quotidianarum ſeparationem, & diviſionem concernentia, ac aliàs utilia, & neceſſaria, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & prædicti Concilii decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria, à loci Ordinario examinanda, & approbanda, facere, edere, & condere; ac quoties opus fuerit, illa melius reformare, alterare, mutare, ſeù alia de novo præviis examine, & approbatione hujuſmodi, concedere liberè, & licitè poſſint, & valeant, quæ, poſtquàm facta, & edita, condita, reformata, et ut præfertur, approbata fuerint, eo ipſo Apoſtolica authoritate confirmata eſſe cenſeantur, et ab jis, ad quos ſpectabit, inviolabiliter, ſub pœnis in eis infligendis, obſervari, et adimpleri debeant, pariter perpetuò concedere et indulgere, eiſq; plenam, amplam, et omnimodam ad id licentiam, et facultatem impartiri. Præſentes quoque, et deſuper conficiendas literas, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per quaſvis Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ Apoſt. regulas, quomodocunq; ac ſub quibuſvis tenoribus, et formis editas, minimè comprehendi, ſeù confundi; ſed ſemper ab illis exceptas; et quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, et validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, et plenariè reintegratas, et de novo, ſub quacunque poſteriori Data per Capitulũ, & Canonicos prædictos quandocunq; eligenda, conceſſa eſſe, & fore, ſuumq; plenarium effectũ ſortiri, & obtinere, ac Capitulo, & Canonicis prędictis perpetuò ſuffragari. Sicq; & non aliàs per quoſcũq; Iudices, & ordinarios, & delegatos, quavis authoritate fungenses, etiam cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictęq; Sedis Nuncios, &c. judicari, &c. debere, irritumq; &c. decernere. Et nihilominus Prępoſituram, cujus L. unà verò cũ diſtributionib. quotidianis LXXVIII. Vincentio, & Decanatũ Paulo, ac Cantoriã Thomę, & Theſaurariã, quorũ cujuslibet XXIV. computatis verò diſtributionib. prędictis XXXVIII. Mercurio, cuilibet verò ex Vito, utroq; Ioſepho, Michaeli, utroque Stephano, Hieronymo, Franciſco, & Nicolao prędictis, unũ, & unum ex prędictis Canonicatib. & prębendis, quorum, ſingulorum, & illis forſan annexorum fructus, &c. XVIII. cõputatis verò eiſdem diſtributionib. quotidianis XXIII. ducat. ſimilium ſe. co. ex. prędictam, val. an. non exced. à primęva illorum erectione, & inſtitutione hujuſmodi vacantes, dicta authoritate conferre, & de illis, etiam reſpectivè providere. Necnon pro Vincentio, qui in LXXX. vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutus exiſtit, ac curam animarum parochianorum

Eccleſiæ S. Georgii hujuſmodi, ſpatio X X X V. annorum probè, & laudabiliter exercuit, ut occaſione dictę Prępoſiturę ad alicujus gradus ſuſceptionem minimè obligetur, & obligatus ſit. Ita tamen, quod illius in dicta Præpoſitura ſucceſſores, ad pręſcriptum dicti Concilii Tridentini, graduati, & aliàs qualificati eſſe debeant, eadem authoritate concedere, & indulgere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, regula S. V. de exprimendo verò valore, aliiſque Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, & edendis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis.

Fiat, ut petitur M.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & quod ſingulorum Oratorum prædictorum diſpenſationes, veruſque, & ultimus Eccleſię reſignatę hujuſmodi vacationis modus, etiam ſi ex illo quęvis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, reſultet, necnon lites, & cauſę, ſi quæ ſint, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & colligitantium, eorumque ac dicti Vincentii, & aliorum quorumcunque proviſiones, conceſſiones, aliaque jura, et tituli, etiam proprii tituli, ac lites habeantur pro expreſſis, ſeù in toto, vel parte exprimi poſſint in literis. Et cum clauſula generalem, &c. exprimenda. Et de perpetuis, ſuppreſſione, inſtitutione, applicatione, appropriatione, conceſſione, indulto, decreto, aliiſque præmiſſis perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam; necnon admiſſione reſignationis hujuſmodi, ac proviſione Præpoſiturę pro Vincentio, ac Decanatus pro Paulo, & Cantoriæ pro Thoma, ac Theſaurarię pro Mercurio, necnon ſingulorum ex dictis novem Canonicatibus, & præbendis pro Vito Ioſepho Vincentii, ac Ioſepho Franciſci, et Michaele, ac Stephano Cavallo, ac Stephano Laurifici, et Hieronymo, ac Franciſco, et Nicolao prædictis, cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus ſit. Ita quod literæ deſuper in forma ſimplicium proviſionum, gratioſarum ſubrogationum, etiam quoad poſſeſſionem, gratia ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri, perinde, et etiam valere, aut aliàs ſimul, vel ad partem expediri poſſint, et cum derogatione regulę de annali poſſeſſore, quoad primam ejus partem, latiſſimè extendendis. Et quod præmiſſorum omnium, et ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, aliorumque neceſſariorum major, et verior ſpecificatio, et expreſſio fieri poſſit in literis, ſimul, vel ad partem expediendis. Et quoad ſuppreſſionem; et extinctionem, ac erectionem, committatur Ordinario ſine alicujus præjudicio. Et quond legata applicanda, dummodo illa prædictæ Eccleſiæ uſibus, & neceſſitatibus duntaxat relicta fuerint, ſeù competant, & non aliàs, & per illorum applicationem & appropriationem dicta Eccleſia S. Georgii in ſuis neceſſitatibus aliquod detrimentum non ſuſtineat. Quo verò ad proviſiones pro Paulo, ac Thoma, & Mercurio, nec non Vito, utroque Ioſepho, Michaele, & utroquè Stephano, Hieronymoquè, & Franciſco, ac Nicolao prædictis committatur Ordinario cum Clauſula, Si per diligentem, &c. Et cum decreto, quòd à Capitulo prædicto de tribus poſterioribus Dignitatibus, ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, pro tempore vacaturis, ut præfertur, pro tempore proviſi antequàm earum poſſeſſionem apprehendant ab Ordinario loci; quoad ſcientiam, vitam, & mores, examinari, & approbari debeant; alioquin proviſiones illis factæ, nullæ ſint eo ipſo. Et cum alio decreto, quod dictus Vincentius, antequam poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ adipiſcatur, fidei catholica profeſſionem, juxta articulos jam pridem à Sede Apoſtolica propoſitos, in manibus Ordinarii ſui emittere, illamquè ſic emiſſam, ad Sedem prædictam in publicum, & authenticum formam, cum Ordinarii, & Oratoris prædictorum ſubſcriptione, ſine mendis, tranſmittere teneatur; alioquin præſens gratia, quoad ipſum Vincentium, nulla ſit eo ipſo.

Fiat M.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Octavo Id. Novembris Anno Octavo.

Qua quidem formula ſic præmiſſa, ad illius Clauſularum declarationem deveniamus.

5 **Beatiſſime Pater.** Cur autem Papa dicatur *Beatiſſimus*, vide quæ dicit Rebuff. *in ſua prax. in form. ſignat. verſ. Beatiſſime, fol. mihi* 102. Patti. *de reſign. benefic. lib.* 8. *quæſt.* 7. *nu.* 41. *& quæ dixi in mea Prax. Diſpenſat. Apoſtol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1.

Conſpicuum, & inſigne. Non enim admittitur hujuſmodi Collegiatæ Eccleſiæ erectio in quibuſcunque lo-
6 cis, niſi illa conſpicua fuerint, & inſignia præter Civitatem; quare Mart. *lib.* 1. conſpicuum amphitheatrum appellat, velou ubi conſpicui venerabilis amphitheatri erigitur moles;
7 ſicut dicitur conſpicuus homo, qui in ſe omnium oculos convertit; idemque ſentire videtur Concil. Tridentin. *ſeſſ. quinta capit. quinto de reformat.* ubi agitur de ſtipendio pro Lectoribus Sacræ Theologiæ, ibi, *ac etiam in Collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni Oppido*; ut infra dicetur; ſic etiam inſignis locus dicitur, quia communiter pro tali
8 habetur, & reputatur, ut per Bald. *in leg. providendo, numer. prim.* per illum text. *Cod. de poſtul.* Alexandr. Guido Papæ, Felin. Jaſ. & Dec. relati per Tiraquell. *de nobilitat. capit.* 10. *num. octavo*, idem in propoſito ejuſdem inſignitatis dixit Innoc. *in capit. præſenti, num.* 3. *de reſcript. in* 6. Lapus *alleg.* 122. *num.* 2. *in fin.* Card. *in Clem.* 1. *num.* 28. *de for. compet.*

Hinc fit, quod ſicut Romanæ Curiæ uſus docet, quotieſcunque à Summo Pontifice petitur parochialem, ſive matricem Eccleſiam in Collegiatam erigi, non ita facilè peti- 9
tionem hujuſmodi ille admittere conſuevit, niſi prius habita relatione à Metropolitano, vel Legato, aut Nuncio in illis partibus reſidente, qui inter cætera atteſtetur, locum illum eſſe inſignem, ac de aliis qualitatibus ad id facientibus, ut ex eadem præmiſſa ſupplicationis formula patet; nimirum, quod non indignum erit, ut qualitatibus eiſdem attentis, in eo loco, ſeu Oppido Collegiata Eccleſia erigatur; & in hunc etiam ſenſum, qualitas hujuſmodi inſignitatis videtur accipi in *Clem. gravis, de ſent. excomm.* ubi eccleſia loci inſignis intelligitur ratione numeroſitatis populi: quare ex hoc, locus etiam dicitur inſignis, qui eſt nobilis, præcipuus, & magnę famæ, ut in eadem formula exprimitur; prout adhuc neceſſe eſt ad hujuſmodi erectionem, Archid. *in cap. ſtatutum* *col.* 6. *circa med. verbo, locis inſignibus, de reſcrip. in* 6. Card. 10
in Clem. 1. *num.* 28. *de for. compet. ut in dicta deciſ.* 29 *à num.* 8. *ad* 11.

Sicq; ſemper pro hujuſmodi erectionibus, mandat Summus Pontifex prius examinari cauſas, an videlicet tales il- 11
læ ſint,

iæ ſint, per quas ad hujuſmodi erectiones deveniri meritò poſſit, quæ potiſſimùm ad loci qualitatem, ubi Collegiata petitur erigenda, referuntur, prout patet in exordio præinſertæ ſupplicationis.

In eodem Regno Siciliæ, & in Oppido, Civitate nuncupato, Nicoſiæ Meſſanen. Diœceſis fuit erecta ſimilis Colle-
12 giata, ex infraſcriptis cauſis, nempè, cum illud ſit inſigne, & valdè populoſum, ac in dies (benedicente Domino) populoſius efficiatur, & bis mille circiter animas in ſe continentibus, refertum, & in eo tres parochiales Eccleſiæ, & ſex Monaſteria, ſeu Domus regulares virorum, ac tria Monialium, fundata exiſtant, dictæquè tres parochiales, per tres Congregationes presbyterorum ſæcularium, qui perpetui illarum parochi, Communiæ vocantur, ac in eis presbyteri, propriæ, vel alterius Diœceſis, ad vota majoris partis ipſorum presbyterorum recipiantur, & per eos in divinis deſerviatur ac in dicto Oppido Archipresbyter, qui certam Eccleſiã, aut Sedem, vel certos redditus annuos minimè, ſed tantùm authoritatem, Sacramenta Eccleſiaſtica in dictis tribus parochialibus Eccleſiis, illarum parochiani adminiſtrandi, habet; ac proinde fuit erecta Collegiata Eccleſia, & in ea unus Archipresbyteratus pro uno Archipresbytero, qui inibi Caput, & Superior exiſteret, ac Cantori Canonicis, & beneficiatis infraſcriptis præcederet, & curam animarum parochianorum primodictæ Eccleſiæ, mediante tamen opera infraſcriptorum duorum beneficiatorum exerceret: ac tam in eis, quam aliis parochialibus Eccleſiis prædictis illarum parochianis Eccleſiaſtica ſacramenta, prout primodictus Archipresbyter hactenus adminiſtravit, adminiſtraret, quodq; prædicta Cantoria eſſet Dignitas, non tamen principalis, & poſt dictum Archipresbyterum, & ante Canonicos, & beneficiatos infraſcriptos incederet, pro uno illius Cantore, ac duodecim Canonicatus, totidemque præbendas pro duodecim Canonicis, necnon decem perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica, ex quibus ſex presbyteralia exiſterent pro ſex beneficiatis, qui, & Canonici prædicti, presbyteri, ſeu in ea ætate conſtituti exiſterent, in qua infra annum ad ſacerdotium promoveri poſſent; quorum duo ex dictis beneficiatis à loci Ordinario, pro tempore approbati, & idonei reperti, ſecundo dictum Archipresbyterum in exercitio curæ animarũ parochianorum primodictæ Eccleſiæ, ac in ea; aliiſq; duabus parochialibus Eccleſiis prædictis illarum parochianis in Eccleſiaſticorum ſacramentorum adminiſtratione coadjuvare deberent, &c.

In Oppido Summæ Nolan. Diœceſi fuit ſimilis Collegia-
13 ta erecta, cum illud copioſa nobilium, & illuſtrium perſonarum, ac Utriuſque Juris Doctorum necnon aliorum fidelium multitudine, ad numerum ſex millium perſonarum, vel circa, comprehenſis Domibus, ac ſamiliis propè, & extra dictum Oppidum exiſtentibus, refertum; atque ita, & aliàs inſigne exiſteret, nullam tamen Collegiatam Eccleſiam Cleri ſæcularis haberet, in qua horæ canonicæ, aliaque divina officia celebrarentur, ibi verò inter alias Eccleſias reperiretur Eccleſia S. Mariæ Sanitatis nuncupata, per Fratres Reformatos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini relicta, per fel. record. Clementem Papam VIII. fuit dicta Eccleſia in Collegiatam erecta; cum una Præpoſitura principali Dignitate, necnon una Cantoria, ſecunda, unaque Theſauria, tertia Dignitatibus, ac uno pro Lectore Sacræ Scripturæ, & aliis octo Canonicatibus, ac una Sacriſtia, ac aliis tribus Canonicatibus ſupernumerariis, & aliis ſex ſimplicibus beneficiis, Clericatus, nuncupandis, & ab Eccleſia B. Mariæ de Arcu nuncupatæ, dictæ Terræ, quæ cum libera, ac in titulum perpetui beneficii Eccleſiaſtici nondum erecta, & miraculis ipſius Deiparæ Virginis clara eſſet, Fratribus Ordinis Prædicatorum S. Catherinæ de Senis conceſſa extitit, tot redditus, & bona, quæ ad ſummam Quingentorum ſcutorum auri in auro, annuatim aſcenderent ex iis, quæ ei per Chriſti fideles pie, & abundè largita fuerant; quæ jam in aliàs ſub die 19. Aprilis 1595. ex Decreto Sacræ Congregationis S. R. E. Cardinalium, negotiis Epiſcoporum Præfectorum ad hunc effectum aſſignata extiterunt, diſmembrata, & ſeparata fuerunt; illaque, necnon alii redditus ad 150. ducatos monetæ Regn. Neapolitani aſcendentes, quos Univerſitas, & homines dictæ Terræ pro dote prædictarum Cantoriæ, & Theſaurariæ, ut etiam juſpatronatus, & præſentandi ad illas ſibi acquireretur, de ſuo jam aſſignarunt; necnon legata, obventiones, & alia, ad eamdem Eccleſiam ſpectantia, menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ, pro dote Dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, nec-

non beneficiorum prædictorum diſtribuenda. Ac cum reſervatione prædicti Juriſpatronatus eidem Univerſitati ad Cantoriam, & Theſaurariam prædictam, prout in literis hujuſmodi erectionis factæ per eundem Clementem VIII. ſub Dat. Tuſculi 1599. Duodecimo Kal. Novembris Anno Octavo plenius continetur.

In Terra Rignani, Civitatis Caſtellanæ Diœceſis, quæ 14
inſignis, & valdè populoſa eſt, & ſuperioribus annis per fel. rec. Paulum V. in Ducatum erecta fuit, cum ibi adeſſet parochialis Eccleſia Archipresbyteratus nuncupata SS. Vincentii, & Anaſtaſii, illam idem Paulus erexit in ſæcularem, & Collegiatam; ac in ea pariter inſtituit unum Archipresbyteratum pro principali Dignitate, & uno Archipresbytero, qui inibi Caput, & Superior eſſet, & curam animarum parochianorum dictæ Eccleſiæ exerceret, ac presbyterum ſibi beneviſum à loci Ordinario approbandum, ad ipſius Archipresbyteri nutum, ponendum, & amovendum, qui in exercitio dictæ curæ illum adjuvaret: necnon ſex Canonicatus, & duo perpetua ſimplicia beneficia eccleſiaſtica Clericatus nuncupata, pro duobus presbyteris, ſeu Clericis beneficiatis &c.

In Oppido de Carvitte Remen. Diœceſi non longè diſtante ab aliis Oppidis, & locis circumvicinis, in quibus nullum orthodoxæ, & Catholicæ religionis exercitium habebatur, quinimmò in eis hæreticæ pravitatis virus admodum 15
graſſabatur, dictique Oppidi incolæ, ob hæreticorum in aliis Oppidis, & locis prædictis exiſtentium vicinitatem, de facili in hæreſis labem incidere poterant; ac adoleſcentes, niſi rectè in divini numinis cultu, veraquè religione inſtituerentur, ac bonis moribus, & diſciplinis imbuerentur, ex adipe hæreticæ pravitatis allecti, ad illam amplectendam proni exiſtebant; prout tunc aſſerebantur: ut huic inconvenienti, aliquo ſalutari remedio via præcluderetur, Carolus Gonzaga, Dux Nivernenſium, Dominus in temporalibus prædictorum locorum, obtinuit à Summo Pontifice erigi unam Collegiatam Eccleſiam, cum uno Decanatu, qui principalis Dignitas exiſteret, ac novem Canonicatibus; &c.

Et devotus S. V. Orator Vicentius, &c. *prædictæ Eccleſiæ modernus Rector*. Nec aliàs hujuſmodi erectiones concedi regulariter conſuerunt, quàm de cõſenſu exiſtentis illius Rectoris: quinimmò, ut ipſemet Rector proinde Summo Pont. pro ipſa erectione 16
preces effundat, cum agatur de illius præjudicio, prout etiã omnes alii, de quorum præjudicio agitur, quique poſſent erectionem legitimè impedire, erunt vocandi, prout infra dicetur.

In Collegiatam inſignem de qua loquitur id. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 12. de reform.* nempè de conferendis Dignitatibus, etiam in Collegiatis inſignibus, perſonis ad id qualificatis, ut infra dicetur; quæ quidem qualitas inſignitatis in hujuſmodi Eccleſiis, non per ſe, & abſolutè ponitur, ſed & reſpectu Dignitatum, de quibus principaliter tractatur: 17
& cum Dignitates in Eccleſiis ad conſervandam, augendãque eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ, ſequitur, ut 18
qualitas inſignitatis, conſiderata in Eccleſiis Collegiatis, reſpectu Dignitatum in eis exiſtentium, nõ intelligatur ratione antiquitatis, vel nobilitatis, aut magnitudinis rerum geſtarum, vel apparatus, aut pompæ ædificiorum, vel divitiarum, vel alio reſpectu mundano, ſed ſolùm reſpectu ſalutis animarum: quare prædictas qualitates Rota arbitrata eſt, ut ad effectum conſtituendi Collegiatam Eccleſiam inſignem. Prima qualitas eſſe debeat, quòd talis Eccleſia reponitur inter matrices Eccleſias, ſecunda, Nobilitas, & celebritas loci, Tertia, Antiquitas, Quarta, Præcedentia, quia in proceſſionibus præcedit Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Scala, Quinta, ſtructura ædificiorum, tàm intus, quam extrà, Sexta, Numerus Miniſtrorum inrea ſervientium, videlicet Præpoſitus, Decem Canonici; Quindecim Capellani Curatus, Sacriſta & duo Clerici, Septima, Multitudo, & frequentia Chriſti fidelium, ad eam pro divinis officiis confluentium, &c ut habetur *in una Mediolan. Præpoſitura, quæ eſt deciſ. 29. num. 8. part. 2. diverſ.* ex cujus tamen ſententia, *num. 4. in fin.* cum 19
talis inſignitas, vel non inſignitas poſſit arbitrio judicis terminari, ad inſtar nobilitatis, vel ignobilitatis, quæ judicis arbitrio reponitur, ac ad inſtar loci, qui, an ſit inſignis, necne, ſtatur etiam arbitrio judicis: fuit dictum in caſu prædictæ deciſionis, Eccleſiam dici inſignem ex ſupradictis ſeptem qualitatibus; quamvis pro firmando ſupradicto ſtatu

inſignitatis arbitrio judicis, nihil aliud attendendum ſit, quam ad Eccleſiam, frequens populus concurrere conſuevit; in quo ſenſu locus inſignis, & ex loco Eccleſia inſignis videtur, Lotter. *de re beneſic. libr. primo quæſtion.* 15. *numer. nono*.

20 Quatè hinc infertur, quòd Collegiata Eccleſia, alia eſt inſignis, alia non inſignis; Inſignis dicitur illa, quæ habet ſupradictas qualitates, & prout eſt expreſſum in prępoſita formula ſupplicationis, quod proinde dicitur ſimilis Cathedrali Eccleſiæ ut in caſu Mantic. *dec.* 215. *num.* 3. nam concur-
21 runt qualitates illi requiſitæ: enim in erigenda Cathedrali Eccleſia, requiratur quod locus habeat populum nobilem, & numeroſum itaut abſque hujuſmodi erectione pateretur in divinis detrimentum; & ſic ad majorem commoditatem adminiſtrandi ſacramenta fiat; item quòd populus habeat nobilitatem in moribus, & honeſtate: denique, ut ibi adſit copia ſacerdotum, ne Sedes Epiſcopalis vileſcat ex Iſidor. Moſcon. *de majeſtat. milit. Eccleſ. libr. prim. capitul.* 15. *in princip. littera B. ut in adnotat.* ad Buratt. *deciſion.* 912. *numer.* 12.

Pro cujus quidem erectione ſemper debent adeſſe prædictæ qualitates; ac proinde conſuevit ſupplicari Summo Pontifici in hunc modum, videlicet, *Beatiſſime Pater*, *&c.* narrantur hujuſmodi qualitates, ac ſubinde proſequitur.

Supplicant igitur humiliter S.V. Oratores prædicti, quatenus dict. Eccleſię Beatę Marię honori, & decori opportunè providendo, ipſoſque ſpecialis gratię favore proſequendo, dictum Oppidum in Civitatem, ac parochialem Eccleſiam Beatę Mariæ hujuſmodi, cujus fructus, &c. L. &c. non excedant, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, cum illam per ceſſum, vel deceſſum, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem, &c. ſtatus, &c. exiſtat, in Cathedralem Eccleſiam Maurianenſ. nuncupandam, ſub eadem invocatione pro Epiſcopo Maurianenſ. pro tempore exiſtente, qui inibi præſideat, ac omnia, & ſingula, quæ ordinis, & juriſdictionis, ac cujuſcunque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, excerceat cum Sede, & Epiſcopali menſa, ac etiam Capitulo prædicto cum menſa Capitulari, arca, ſigillo, & aliis Cathedralibus, ac Capitularibus ad illam translatis, aliiſque inſigniis, necnon privilegiis, præeminentiis, honoribus, immunitatibus, & gratiis, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ, earumque Præſules, & perſonæ, de jure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, &c. Apoſtolica authoritate perpetuò erigere, & inſtituere, ac ipſam Eccleſiam B. Mariæ Cathedralis nomine, & honore decorare necnon omnia, & ſingula, &c. hanc formulam reperio *in notabilibus Cancellariæ Apoſtolicæ, fol. mihi* 32.

22 Non inſignis autem Collegiata dici poſſet, ob exiguum Canonicorum numerum, modicorum reddituum, qualitatis ſervitii, loci, & perſonarum, idem Mantic. *dec.* 175. *nu.* 2. & regulariter ad oſtendendum, quòd Collegiata non ſit inſignis, poteſt probari ex numero exiguo Canonicorum, modicis redditibus, & qualitate ſervitii, &c. quamvis hoc poſſet eſſe etiam arbitrarium, ut per DD. qui in *d. dec.* citarantur ſuper *cap. ſtatutum de reſcript. in* 6. Et ſic habetur ex hoc, quòd Eccleſia Collegiata, licèt in limine illius fundationis non fuerit declarata inſignis, nihilominus etiam lon-
23 gè poſt prædictam fundationem, vel erectionem poterit declarari, an ſit talis, ut apparet ex *d. dec.* 175. *num.* 2. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi in addit. ad alleg.* 67. *num.* 4. ubi ait, quod in dijudicatione hujuſmodi inſignitatis, fieri poteſt conſideratio ex qualitate loci, prout deciſum profert à Sacra Cõgregatione in una *Collegiata Eccleſia Sancti Pauli* Oppidi Civitatis novæ, Firman. Diœceſis, ad inſtantiam Ludovici Centofiorent, qui obtinuit dictam Collegiatam, dici inſignem: eo quod Oppidum, in quo reperitur, eſt inſigne, & reddit numerum quatuor mille habitatorum, hoc eſt ſocularium 820. quatuor Regularium, & unum Sanctimonialium Monaſteria; ibi exiſtentia peritorum, & nobilium, &c.

Vincentius videlicet *per dictam Eccleſiam S. Geor-gii, &c.* Hic fit reſignatio à parocho hujus Eccleſiæ, ad effectum illam uniendi Collegiatæ Eccleſiæ erigendæ: ac proinde idem Rector, quatenus abſens, conſtituet procuratorem in Romana Curia, ad reſignandum in manibus Summi Pontificis: per quam quidem reſignationem, inducitur
amiſſio, nedum tituli, ſed etiam naturalis, & civilis poſſeſ- 24
ſionis, ita Innoc. Hoſtien. Card. Abb. Imol. & alii *in capit. quod in dubiis, de renunc. & in cap. ſuper hoc, & in capit. admonere, eod. tit.* Mohed. *dec.* 12. & 236. Caputaq. *dec.* 23. *libr.* 1. Lancell. *de attent. cap.* 6. *num.* 2. Menoch. *de recuper. poſſ.* 1. *remed. num.* 165. Cravet. *conſil.* 341. *num.* 2. Ferret. *conſ.* 6. *num.* 9. & *conſ.* 9. *num.* 8. & alii quos refert Pariſ. *de reſign. beneſ. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 15. Burat. *dec.* 787. *num.* 1. *ubi in una Valliſoletan. Parochialis*, quòd pro validitate ſimilis unionis fuit dictum, regulam Adriani VI. revocatoriam unionum, non obſtare, tum quia dicta unio non fuit facta de vacaturo, prout de vacaturis loquitur dicta regula, per ceſſum vel deceſſum, ſed de vacante: ex quo obtinens parochialem, illam tunc liberè reſignavit in manibus Papæ ad effectum, ut uniretur: per quam reſignationem inducta eſt amiſſio tituli, & civilis poſſeſſionis, ut ſupra dictum eſt, quo caſu ſi
non revocetur erectio, neque revocabitur dicta unio, quæ 25
acceſſoriè facta eſt, prout fuit deciſum *in una Gerunden. unionis* 13. *Iunii* 1611. *coram Lancell. & in una Alerien. Beneficiorum* 15. *Ianuarii* 1618. *coram D. Datario*.

Quòd quidem ita intelligas, ut licèt reſignans regulariter amittat omnem proprietatem, titulum, & poſſeſſionem; idem Caſſad. *loco citato*, & fuit dictum in una *Leodien. Canonicatus S. Pauli* 25. *Iunii* 1621. *coram Cardinale Veroſpio* Cavaler. *dec.* 104. *num* 2. & *in una Nucerin. Parochialis* 28. *Iunii* 1630. *coram Motmano, & in una Spoletan. Parochialis* 5. *Maji* 1624. *coram Vbaldo Seniore*, ut per Buratt. *dicta dec.* 787. *num.* 2. Attamen id ſemper intelligendum eſt, eodem reſignante in eadem voluntate perſiſtente, aliàs etenim prædicta reſignatio haberetur pro non facta: & evenit anno 1613. in erectione Collegiatæ Eccleſiæ S. Abundii
Lauden. Diœceſis, ex cujus cauſa illius Præpoſitus reſigna- 26
vit ſuam parochialem Eccleſiam in manibus fel. recordationi Pauli Quinti ad effectum, ut prædicta parochialis Eccleſia erigeretur in Collegiatam, poſtmodum verò ex quibuſdam ſupervenientibus cauſis, licèt fuiſſet duplicatio, nedum ſignata, verùm etiam regiſtrata, prædicta erectio evanuit, nec conſenſus erat præſtitus in reſignatione ad effectum unionis.

Quare ex his præſertim patet, quòd ſemper reſignans poteſt pœnitere, donec præſtetur conſenſus in Cancellaria, vel Camera Apoſtolica, ut opportunius alibi dicetur.

Iſte quidem Rectoris conſenſus, nedum requiritur, ſi Eccleſia ſit parochialis, verùm etiam ſi ſimplex, & ſine cura, erigeretur in Collegiatam, ut docet Romanæ Curiæ praxis quòd ſi Eccleſia, ſivè parochialis, ſivè ſine cura, aut perpetuum quodcunque ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, fue-
rit dę jurepatronatus laicorum, accedere omninò debet 27
etiam conſenſus patronorum, ut alias diximus, nam aliter non daretur erectio, Archid. *in c. monaſterium, nu.* 3. 16. *qu.* 6. & ſi de facto fiat, intelligitur quidem ſine patronorum præjudicio, Præpoſ. *in cap. ſi ex laicis ſub num.* 7. *verſ. quod dico verum* 10. *qu.* 1. quos ſequitur Lotter. *de re beneſ. lib.* 1. *qu.* 14. *num.* 53.

CAPUT II.

Praxis Erectionis Dignitatum in Cathedralibus, ac Sæcularibus, & Collegiatis Eccleſiis.

SUMMARIUM.

28 *Dignitatem omninò novam in Eccleſia erigere, ad ſolum Papam ſpectat.*
29 *Dignitas tamen antiqua, & extincta, poteſt per Canonicos, ſine licentia Papæ, reſtaurari. Si tamen dos congrua ei aſſignetur, num.* 33.
30 *Dummodo Epiſcopi authoritas interveniat, aliàs non.*
31 *Facilius eſt reditus ad ſtatum priſtinum.*
32 *Res facilius renaſcitur, quàm à principio naſcitur.*
34 *Zerolæ opinio reiicitur, quatenus dicit, Epiſcopum poſſe novas Dignitates in Eccleſia creare. Similiter Barboſ. num.* 38.

35 *Pra-*

35 *Praxis, & obſervantia, ſunt optima legum interpret.*

36 *Dignitates novas, ab Ordinario erectas Dataria Apoſtolica non admittit.*

37 *Nec eas confirmat, niſi cauſa erectionis diſcuſſa in Sacra Congreg.*

39 *Legum intellectus, quotidiano uſu, apertius apparet.*

40 *Lege, quod non cavetur, in praxi non habetur.*

41 *Dignitates novæ eriguntur à Papa in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, etiam ad partem, & proponitur formula ſupplicationis pro hujuſmodi erectione.*

42 *Cura animarum poteſt eſſe in Eccleſia Collegiata, & tamen illa non pertineat ad Collegium, neque Eccleſia ſit curata.*

43 *Collegiata Eccleſia poteſt eſſe inſimul curata, & numera 50*

44 *Cura animarum Collegiatæ Eccleſiæ poteſt ad extraneum pertinere.*

45 *Collegiata, & curata Eccleſia poteſt habere Dignitatem.*

46 *Cura animarum Cathedralis, & curatæ Eccleſiæ, poteſt ſpectare ad Epiſcopum tantùm, non autem ad Canonicos.*

47 *Cura animarum, quando demandatur peculiari perſonæ Eccleſiæ Collegiatæ, quomodo idem explicandum in reſcripto.*

48 *Et quid ſervet Cancellaria Apoſtolica, ſi provideatur de Dignitate principali alicujus Eccleſiæ, quæ etiam parochialis exiſtit.*

49 *Collegiatæ, & parochialis Eccleſiæ litteris proviſionis, quodnam exordium detur.*

51 *Collegiata Eccleſia, ſi habet curam animarum, illa pertinet ad Collegium.*

52 *Sponſa una, duos ſponſos eodem tempore habere non poteſt.*

53 *Cura animarum, pertinens ad Canonicos Collegiatæ, dicitur pertinere ad Collegium, non autem unicuique ex Canonis de per ſe. Deciſio Caſſad. 11. quomodo accipienda circa hoc, num. 54.*

55 *Collegiata Eccleſia non erigitur ſine principali Dignitate.*

56 *Collegiatæ Eccleſiæ ſignum, ſi in ea adſit Rector, ut Caput. Contra num. 57.*

58 *Collegialitatem probant in Eccleſia, illius Caput, & Canonici.*

59 *Dignitates, etiam plures, necnon alios Canonicatus inſimul erigit Papa etiam ad partem poſt erectionem Cathedralis, ſeù Collegiatæ. Exemplum proponitur, numero 60.*

A Cinea unam Præpoſituram,

quæ prima, & principalis, &c. In dubium ut plerimum (extra caſum hujuſmodi erectionis Eccleſiæ) revocari conſuevit, nunquid tam in Cathedralibus, quàm in Collegiatis Eccleſiis ad ſolum Sum. Pontif. ſpectet creare novas Dignitates. Et quidem, ſicut longo experimento in Rom. Curia à nobis compertum eſt, à cujus obſervantia, tanquam legum interprete, minimè recedendum eſſe, omnes fatentur: affirmativa eſt omninò reſponſio, quæ ſuis eſt ſuffulta fundamentis; præſertim verò, cum ſatis, ſuperque conſtet ex notorio textu, diù in Dataria Apoſtolica ad praxim deducto *in cap. omnes, diſt.* 22, cujus verba ſunt hæc; *Omnes, ſive patriarchæ cujuslibet apices, ſivè Metropoleon, primatuum, & Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cujuslibet Ordinis Dignitates inſtituit Romana eccleſia:* ex quo tex. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent num. 14. de conſtit.* deducit optima ratione, quod
28 quamvis creare Dignitatem omninò novam ſpectet ad Summum Pontificem, poſſunt tamen Canonici Dignitatem non novam, nempè, quæ prius extincta erat, puta Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum creare in ſua Eccleſia, quando ipſa antiqua Dignitas erat extincta, & ex facto Epi-
29 ſcopi noviter inſtituta, ſine licentia Papæ; quòd tamen idem Felin. ibi declarat, dummodo videlicet Epiſcopi authoritas
interveniat; aliàs enim ſolum Capitulum non poteſt, Abb. 30
Imol. & alii *in cap. cum olim de conſuetud.* qui dicunt, quòd ad id non requiritur ſcientia Papæ, licèt ad cautelam videatur poſſe peti illius licentia.

At verò noſtra praxis circa ea verſatur, per quæ Romanæ Curiæ ſtylus, & conſuetudo admittunt, ut novas Dignitates ad Summum Pontificem ſpectet erigere, ut ſupra dictum eſt, cum ipſe tantum poſſit tam Sedes Epiſcopales, quàm quaſcunque dignitates Eccleſiaſticas creare Mandoſ. *in tractat. ſign. grat. titul. erectiones, verſic. novas Dignitates ſolus Papa erigit*, Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſtion. 5. numer.* 14. qui concludit ibi, Epiſcopum nulla circa id habere poteſtatem; quod tamen intelligendum eſt de nova Dignitate, non autem de reſtauratione antiquæ, cum illa
forſan defeciſſet, & facilis ſit reditus ad ſtatum priſtinum, fa- 31
ciliuſque res renaſcatur, quàm à principio naſcitur, *leg. ſi te-* 32
ſtamentum, & ibi gloſ. *verbo, imperfectum, ff. de teſtament.* quia tunc id poteſt etiam Epiſcopus, de conſenſu Capituli,
ſi dos congrua aſſignetur, & propterea contrarium tenentes 33
omninò reſpuuntur.

Et dum quærit Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo, beneficium part. 1. fol. mihi* 24. an Epiſcopus poſſit novas Dignitates conſtituere in aliqua Eccleſia, etiam Cathedrali, ſine authoritate Apoſtolica, licèt affirmativè concludat, ſubdens ibi, quod ſic habuit in facto, & fuit ad Urbem reſponſum, & quòd ita poteſt practicari, & practicatum fuiſſe audivit ab Epiſcopo Caſtrimaris, nomine Antonius Laoreus, qui habebatur pro magno Canoniſta, & in ſua Cathedrali plures erexerat Dignitates.

Hæc tamen opinio nullo modo ſuſtineri poſſe videtur; 34
cum non modo repugnet juri communi, verum etiam notoriæ praxi Romanæ Curiæ; contrarium ſervanti, quoad ipſas novas Dignitates, & quatenus dicit prædictum Epiſcopum erexiſſe prædictas dignitates, ita eſt omninò intelligendum, ut illæ poſteà fuerint Apoſtolica authoritate confirmatæ: aliàs enim eſſet jura ad id facientia, deſtruere; ac ipſam praxim ſubvertere, quòd non eſt aliquo modo dicendum, cum praxis, & obſervantia ſint optima legum inter-
pretes *leg. ſi de interpretatione, ff. de leg. l. item ſi aliàs, leg. ſed* 35
& Julianus, §. perinde, ff. ad Macedon. l. quadam in fin. ff. de reb. dub. Mant. *de conject. libr. 11. tit. 18. num.* 34. ac proinde, cum hujuſmodi erectiones ſint frequentes in Curia, multoties in ipſa Dataria vidimus, tales novas erectiones
ab Ordinario factas, omninò rejici, eaſque non aliter fuiſſe 36
ab ipſo Papa confirmatas, imò potius de novo erectas, niſi prius negotio erectionis maturè, diligenterquè diſcuſſo
in Sacra Congregatione, ſivè concilii Tridentini, ſivè Epi- 37
ſcoporum, ubi, ut plurimum hujuſmodi erectiones diſcutiendæ remittuntur, antequàm ſupplicatio ab eodem Papa ſignetur.

Non etiam videtur admittenda diſtinctio, quam circa id facit Barboſ. *de poteſt. epiſcop. addit. ad allegat. 68. ſub num. 8. verſ. ego tamen*, quia quoad novas, & qualcunque Digni-
tates erigendas interdicta eſt Epiſcopo hæc facultas; quam 38
quidem diſtinctionem nunquam Romana Curia eſt amplexa, dum indiſtinctè illa tenet, & ſervat, novas Dignitates, quæcunque illa ſint, ad ſolum Papam ſpectare: prout ſupra ſatis ſuperque probatum eſt. Unde non immeritò hic
congruit; quòd legum intellectus, quotidiano judiciorum 39
uſu apertius, ac perfectius in ipſis rerum documentis apparet, *§. quæ omnia, inſtit. de ſatiſd.* & dixit Bald. *in capit. nihil*
ſub num. 15. verſic. item de elect. quòd illud, quod lege non 40
cavetur, in praxi non habetur ut per Gonz. *ad reg. 8. §. 1. à num. 40. ad 43.*

Quòd quidem non tantùm procedit in caſu erectionis Eccleſiarum Cathedralium, ſeu Collegiatarum, in quibus unico contextu, unaque expeditione conceditur erectio ipſius Eccleſiæ, ac in ea Dignitatum, verum etiam concedit Summus Pontifex ad partem, ſivè unius, ſivè plurium erectiones Dignitatum, ſivè majorum, ſivè minorum poſt Pontificalem, ſivè principalium, & aliarum etiam in Collegiatis Eccleſiis.

Ut autem hujuſmodi erectionis praxis magis eluceſcat, formula ſupplicationis Summo Pontifici deſuper porrigenda, hic ſubjectitur, tenoris ſequentis, videlicet.

BEatiſſime Pater. Aliàs tunc in humanis agens N. Laicus dum vixit Diœceſis N. in ſuo ultimo, quod condidit, teſtamento, ſub cujus diſpoſitione, ſicut Domino placuit, ab humanis deceſſit, inter alia per eum diſpoſita, voluit,

voluit, & mandavit, quod pro ſalute, & refrigerio animæ ſuæ, in Collegiata Eccleſia Sancti N. Terræ N. dictæ
Diœceſi una Dignitas, quæ Decanatus nuncuparetur, dictumque Decanatum pro tempore obtinens, qualibet heb-
domada duas miſſas ad altare privilegiatum dictæ Eccleſiæ pro ipſius teſtatoris animæ ſalute, celebrare, ſeu celebra-
ri facere deberet, & teneatur; & pro prædicti Decanatus dote, et quoddam prædium in loco N. juxtà ſua no-
tiſſima latera ſitum, reliquit, & aliàs, prout in dicto teſtamento plenius continetur. Cum ſautem (Pater
Sancte) prædium prædictum annui redditus Quinquaginta ſcutorum exiſtat, & prædicti N. hæredes ad
hoc, ut illum pro tempore obtinens in diſtributionibus quotidianis, ad inſtar aliorum dictæ Eccleſiæ Dignitates
obtinentium participare poſſit, cum modernis dictæ Eccleſiæ Præpoſito Capitulo, & Canonicis de aſſignando
etiam eiſdem alium redditum annuum octuaginta ſcutorum ſimilium, convenerint; ob idquè ſi pro præmiſſo-
rum complemento; in dicta Eccleſia unus Decanatus, qui inibi Dignitas quanta, & ultima exiſtat, pro uno
Clerico, ſeù presbytero, perpetuo futuro illius Decano, qui locum, & ſtallum in dicta Eccleſia, illiuſque
Choro, ac vocem in Capitulo poſt omnes dignitates antè verò omnes illius Canonicos, juxtà ejus præeminentiam
haberet, & tàm in dicta Eccleſia, quàm extra eam in Choro, ac proceſſionibus, necnon miſſarum, & aliorum
divinorum, & officiorum celebratione, cæteriſque univerſis actibus publicis, & privatis, omnibus Canonicis præ-
dictis præcederet, perpetuò erigeretur, & inſtitueretur, ex hoc profectò divini cultus in dicta Eccleſia, augmen-
to, illiuſquè decori, & venuſtati plurimum conſuleretur. Supplicat igitur humiliter E.S.V. Orator prædictus,
quatenus ſibi in præmiſſis opportunè providendo; eumque ſpecialis gratiæ ſavore proſequendo, in dicta Eccleſia unum
Decanatum, qui inibi dignitas quarta, & ultima exiſtat pro uno Clerico, ſeù Presbytero, futuro illius Decano,
qui locum, & ſtallum in eadem Eccleſia, ac illius Choro, necnon vocem in Capitulo poſt ſupradictas aliàs dignita-
tes, ante verò omnes illius Canonicos, juxtà ejus prærogativam, & præeminentiam habeat, ac tam in dicta Ec-
cleſia, quàm extrà eam in Choro, & proceſſionibus, necnon miſſarum, & aliorum divinorum officiorum celebra-
tione, cæteriſquè univerſis actibus publicis, & privatis, omnibus Canonicis ſupradictis præcedere, ac in omni-
bus, & ſingulis dignitates prædictas obtinentibus, ſe conformare, & ad eorum inſtar in dicta Eccleſia reſidere, ei-
que in divinis deſervire, et ultra præmiſſa, duas miſſas, qualibet hebdomada ad altare privilegiatum dictæ Eccle-
ſiæ, pro ipſius teſtatoris animæ ſalute, & refrigerio celebret, debeat, ſeù celebrari faciat; omnibuſquè, & ſingu-
lis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, favoribus, conceſ-
ſionibus aliiſque gratiis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliàs dignitates in dicta Eccleſia de jure,
conſuetudine, privilegio, ac aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſ-
ſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipſe pariter, ac pariformiter uti, potiri, & gaudere poſſit, & va-
leat, perpetuò erigere, & inſtituere, illique ſic erecto, & inſtituto pro ejus dote, prædium, ac redditus hujuſmo-
di; ita quod liceat dictum Decanatum pro tempore obtinenti, per ſe, vel alium, &c. ejus, & ejuſdem Decanatus no-
mine, ſeu nominibus propria authoritate corporalem, &c. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis liberè apprehen-
dere, &c. illorumque fructus, &c. percipere, &c. Diœceſani loci, ſeù alterius licentia deſuper minimè requiſita, etiam
perpetuo applicare, & appropriare. Non obſtantibus, &c.

Et cum abſolutione à cenſuris, &c.

Hæc autem formula poterit huic, & ſimilibus erectionibus Dignitatem deſervire parvis mutatis, ſivè additis, ſeù deletis, prout facti qualitas, ſive materiæ ſuadebit, optimoq; Pragmatico viſum fuerit, cum nunquàm ſuper his poſſit in totum dari certa verborum forma, quæ pendet ex qualitate facti.

Pro uno Præpoſito *qui curam animarum parochianorum dictæ*

Eccleſiæ ante hàc per illius Rectorem titularem exerceri ſolitam, exerceres. Quare prædicta Eccleſia etiam quòd ex parochiali in Collegiatam erigatur, adhuc remaneret curata: cum in ea creetur Præpoſitus, tanquam ipſius Collegii Caput, apud quē ſit omnis juriſdictio, & omnis cura, quæ aliàs illi Collegio competeret: nam ut ait Lotter. *de re benefic. libr. prim. queſtion. 20. numeri* 31. fieri poteſt quòd cura ani-
42 marum poſſit eſſe in aliqua Eccleſia Collegiata, & tamen cura non pertineat ad Collegium, neqoe Eccleſia ſic curata, & è converſo, quòd ipſa Eccleſia ſit eadem cura Collegii
44 poteſt etiam ad extraneum ab ipſo Collegio aliquo ſpeciali jure pertinere, & ſic neque ad ipſum Collegium, neque ad principalem Dignitatem, quare ex hoc concludit Felin. *in capit. in noſtra, ſub numer. 15. 10. coroll. de reſcript.* quòd
45 poſſibile eſt in Eccleſia collegiata, & curata adeſſe Dignitatem, quæ ſit principalis, & ad quam quis conſuevit per electionem aſſumi, quæ tamen non eſt curata: quia ex ſpeciali diſpoſitione inſtituentis, vel alio jure poteſt cura parochiæ ad alium pertinere, & ait idem Lotter. *loco citato numer.* 133. quòd etiam fieri poteſt, ut ſi Collegiata ſit
46 Cathedralis, & curata, nihilominus neqoe apud Collegium, neque apud aliquem ex Canonicis, ſed apud Epiſcopum tota cura reſideat.

47 Quandoque in ſimilibus erectionibus ubi cura animarum, ut hic, demandatur peculiari perſonæ ejuſdem Collegiatæ, ſolet in reſcriptio hujuſmodi conceſſionis ita explicari videlicet.

Quòd curam animarum parochianorum dictæ Eccleſiæ exerceat, ac presbyterum ſibi beneviſum, à loci tamen Ordinario approbandum, ad ipſius perſonæ hujuſmodi nutum ponendum; & amovendum, qui cum in exercitio dictæ curæ coadjuvet, aſſignata ei congrua portione fructuum menſæ Capitularis pro illius ſuſtentatione, ac operâ, & labore circa præmiſſa per eum impendenda, habeat, ac emolumenta, & intuitu, ac occaſione exercitii curæ animarum dictorum parochianorum provenientia, cum dicto Præpoſito, ſeù Archiepresbytero, ex quibus idem Præpoſitus, ſeu Archipresbyter duplicem, presbyter verò ſimplicem portionem habeant, dividat.

Notat hic Cācellaria Apoſtolica, quòd ſi provideatur de 4
Dignitate principali alicujus Eccleſiæ, quæ etiam parochialis exiſtit, debeat dici; *Plebanum, ſeu Præpoſitum prædictum cui cura Parochianorum prædictæ Eccleſiæ, quæ etiam parochialis exiſtis, imminet animarum, ac cujus fructus, &c.* nec ſufficit facere mentionem ſimpliciter de cura animarum, per DD. *in cap. cum in illis de preb.* ubi omnes concludunt, non eſſe opus facere mentionem ſimpliciter de cura dicendo, *cui cura imminet animarum, &c. ut ex notabilibus prædictæ Cancellariæ, fol. mihi 239. à tergo*, in qua tamen circa hujuſmodi expreſſionem, diverſis temporibus vidi diverſimodè ſervari.

Quarè ſi petitur provideri de Dignitate alicujus Colle- 49
giatæ Eccleſiæ, quæ adhuc parochialis eſt, in exordio literarum hujuſmodi proviſionis, debet ſic dici, *Cum Plebanatus, ſeu Præpoſitura ſecularis, & Collegiata eccleſia Terræ N. Diœceſi N. cui cura Parochianorum dictæ eccleſiæ, quæ etiam parochialis exiſtit, imminet animarum, &c.* nec ſufficit ſimpliciter dicere, *cui cura imminet animarum*, ut ſupra dictum eſt; namque cum ſit Collegiata, & parochialis, debet utrumquè exprimi, ex quo Eccleſia poteſt ſimul eſſe Collegiata, & paro-

parochialis, quia unus ſtatus non eſt alteri contrarius, Fel.
in d. cap. in noſtro, num. 4. de reſcript. Vivian. *in praxi juriſ-*
patr. lib. 3. cap. 1. n. 17. ubi ait, ita fuiſſe dictum *in una Cre-*
monen. Præpoſitura 20. *Februarii* 1622. *coram Remboldo.*
51 Quando verò Collegiata Eccleſia habet curam anima-
rum, illa non pertinet ad ſingulos Canonicos illius, ſed ad
Collegium, ſeù Capitulum unicam perſonam Rectoris re-
præſentans; quare ait Oldrad. *conſ. 67. num. 1. de præb.* quod
nullus iſtorum de Capitulo habet curam, arguendo à ma-
trimonio carnali ad ſpirituale, quæ inter ſe æquiparantur,
c. inter corporalia, de translat. præl. ſed in carnali, una ſpon-
ſa duos ſponſos eodem tempore habere non poteſt, *cap. 1. de*
52 *ſponſ. du.* ergo ſic in ſpirituali, quòd ſcilicet una Eccleſia,
quæ ſponſa meritò nuncupatur, plures clericos ſponſos, qui
ejuſdem curam pariter eodem tempore habeant, non poteſt
habere Mandoſ. *conſ.* 20. *num.* 9. Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell*
gloſ. 6. num. 7. qui ait, ita fuiſſe reſolutum *in una Vrgellen.*
Canonicatus, & præbenda, 20. *Martii* 1542. & Put. *dec.* 282.
53 ait, quòd cura animarum, quæ pertinet ad Canonicos Col-
legiatæ Eccleſiæ, dicitur pertinere ad Collegium, non au-
tem unicuique Canonico de per ſe; ita ut Canonicatus di-
catur curatus; unde totum Capitulum mandat curę exerci-
tium alicui Vicario ad id deputato. Nec obſtat Caſſad. *dec.*
11. *nu. fin. circa med. de præb.* dum dicit, quod poſſunt eſſe
plures curam animarum habentes, & quilibet dicitur habe-
re curam, ſive dicatur Rector, ſive Vicarius, ſive perſona, &
exercitium curæ poteſt eſſe apud plures, nam ad hanc deci-
ſionem datur optimus intellectus per eundem Gonz. *loc. cit.*
54 *num. 74.* ubi intelligit de exercitio curæ, quòd poteſt pluri-
bus Vicariis, Rectoribus impropriè nuncupatis, inſolidum
delegari, cura tamen reſidet penes Capitulum, quod verus
Rector duntaxat eſt.

55 Ipſius Eccleſiæ Caput *exiſtat*. Non enim regulari-
ter à Papa erigitur Collegiata eccleſia, niſi principalis aliqua
Dignitas in ea inſtituatur; cujus ſit toti Eccleſiæ Collegia-
tæ præeſſe, & non niſi authoritate Papæ creari poteſt, Azor.
inſtit. moral. par. 2. libr. 6. cap. 30. verſ. Secundo quæritur;
Unde in hujuſmodi erectione Præpoſitus dicitur Prælatus:
quia ſtabit tanquàm Caput præordinatum ad alios, gloſ. *in*
cap. ſtatutum, verbo ad Collegiatas, de elect. in 6. ubi, quod
56 ſignum Collegiatæ Eccleſiæ illud eſt, quando ibi adeſt Re-
ctor, ut Caput, & Canonici, ut membra, Alex. *conſ. 74. nu.*
4. & conſ. 75. num. 2. verſ. vel quando, lib. 4. Lotter. *d. libr. 1.*
cap. 24. num. 77.

Verum tamen eſt, quod licèt hic deſignetur Præpoſitus,
qui ſit hujus eccleſiæ Caput, id re vera non ſervatur in om-
nibus erectionibus collegiatarum eccleſiarum, ſicut plu-
ries in Romana Curia, in ſimilibus Conceſſionibus obſer-
vavimus: nec proinde, ſi ipſa collegiata erigeretur ſine Præ-
lato, ſeu capite, poſſet dici acephala, ideſt ſine capite; cum id
57 non ſit ad illius eſſentiam neceſſariam, Innoc. *in capit. cum*
non ignores, de præb. Bald. *in Auth. habita, ne fil. pro patr. &*
not. in cap. deliberatione, de offic. Leg. & in cap. licet canon.
de elect. Franc. *in d. cap. ſtatutum, num.* 3. Archid. *in cap. ſi-*
cut, num. 2. verſ. & licet non habeat Prælatum 21. *qu.* 2. Lot-
ter. *d. lib. 1. q. 14. nu.* 81. *cum ſeqq.* Cum tamen prædicta ec-
cleſia habeat ſuum Prælatum, tanquam illius Caput nihil
eſt, quin omnis juriſdictio, & omnis cura, quæ alias ipſi
Collegio competeret, ſit apud talem Pręlatum, idem Lotter.
loc. cit. num. 104.

Benè tamen advertendum eſt, quòd licèt, ſicur ſupra di-
ximus, ubi in Collegiata eccleſia adſit Rector, ut Caput, ar-
gui poſſit ad collegialitatem, nihilominus ex ſola conſtitu-
tione hujus Rectoris, tanquam capitis, non deducitur ne-
ceſſario, eccleſiam eſſe collegiatam, ex eo quod in ea adſit
unus tanquam Caput, & fructus communiter percipiantur
& dividantur, cum hæc conveniat etiam ſimplici Congre-
gationi, ut fuit dictum *in una Nolan. Primiceriatus 4. Maii*
1615. *coram Veroſpio, quæ eſt deciſ. 673. num. 2. par. 2. recen.*
quam etiam refert Addit. ad Burat. *deciſ. 555. num.* 5. quia
tunc ad id prodeſt adeſſe Caput, ut videlicet ex illo poſſit in-
ferri ad collegialitatem, quando ſub eo adſint Clerici, vel
canonici, uti membra, prout fuit dictum in allegata *Pla-*
centin. Præpoſitura coram Mantica deciſion. 215. *numer.* 2.
verſ. Vnde, cum hæc Eccleſia, ubi quod præpoſitus tanquam
58 Caput, & Canonici tanquam membra probant Collegia-
litatem.

Porrò erigit adhuc Summus Pontifex poſt erectionem
Cathedralem, ſeu Collegiatæ Eccleſiæ, nedum unam, ſeù
plures in ea Dignitates, verùm etiam Dignitates ipſas alioſ- 59
que canonicatus, & præbendas inſimul, ut ſupra diximus,
quatenus ipſius eccleſiæ qualitas ita ſuadeat. Exemplum 60
proponitur. Nam cum in Collegiata eccleſia Terra Marti-
næ Tarentin. Diœceſis Inſignis, & populoſa, aliiſque inſi-
gnita qualitatibus, adeſſent quatuor Dignitates, necnon
duodecim canonicatus, totidemque præbendæ, ac alii vi-
gintiquatuor presbyteri participantes in maſſa communi,
præter alios ejuſdem eccleſiæ, miniſtros ad inſtantiam illius
Capituli, & canonicorum, ac Univerſitatis prædictæ Terrę
Papa, loco tredecim ex prædictis vigintiquatuor, presbyte-
ri participantes in maſſa communi, præter alios ejuſdem
eccleſiæ miniſtros, ad inſtantiam illius Capituli; & Canoni-
corum, ac Univerſitas prædictæ Terræ, Papa loco trede-
cim ex prædictis vigintiquatuor presbyteris participantibus
unum Prioratum pro quinta, & ultima Dignitate, ac alios
tredecim canonicatus, & præbendas erexit; illiuſque ſic
erectis, pro eorum dote, omnia, & ſingula emolumenta,
fructus, &c. ac jura quæcunque, quæ prædicti tredecim
presbyteri ſic participantes, alioqui dictæ eccleſiæ in divi-
nis deſervientes, perciperent, & percipere poſſent, perpetuo
applicavit, & appropriavit.

CAPUT III.

Praxis Erectionis Canonicatuum, & Præbendarum in Cathedralibus, ac Sæcularibus, & Collegiatis Eccleſiis.

SUMMARIUM.

61 *Canonicatus, & præbendas poteſt Epiſcopus, tam in Cathedrali, quàm Collegiata Eccleſia, erigere.*
62 *Canonici ſupra numerum poſſunt recipi in Eccleſia, ſuperexcreſcentibus facultatibus, & n. 63.*
64 *Et refertur ad id declaratio Sacræ Congregationis.*
65 *Canonici ſupra numerum, quomodo ab Epiſcopo creari poſſint.*
66 *Gratiæ expectativæ non conceduntur.*
67 *Canonici ſupranumerarii non poſſunt creari ad futuram præbendam.*
68 *Et refertur Declaratio Sacræ Congregationis.*
69 *Canonici ſupranumerarii, neque à Capitulis Eccleſiarum poſſunt creari ad futuram præbendam.*
70 *Canonici, ubi inſtituti ſunt ſine præbenda, dicuntur titulares, nec ſublati ex Concilio Tridentino.*
71 *Et refertur declaratio ejuſdem Concilii.*
72 *Canonicatuum erectio ſub qua formula ab Epiſcopo facienda.*
73 *Canonicatuum collationes, à primæva erectione ab Epiſcopo facta, vacantium formula.*
74 *Inſtitutio, & translatio juris non libera.*
75 *Liberalis nemo in neceſſariis.*
76 *Collatio libera dicitur donatio.*
77 *Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, non ſuccedit Epiſcopo in facultate conferendi beneficia Eccleſiaſtica.*
78 *Confirmatio, ſeù inſtitutio eſt neceſſaria, & debita electo, ſeù præſentato.*
79 *Capitulum, Sede vacante, ſuccedit in omnibus neceſſariis.*
80 *Inſtituendi poteſtas, quam habet Capitulum Sede vacante, dependet à juriſdictione.*
81 *Canonicatuum erectio ſupra numerum, ad Summum Pontificem ſpectat.*
82 *Canonici ſupra numerum non tenentur habere majorem ætatem, quàm 14. annorum, ex declaratione Sacrę Congregationis.*
83 *Erecto beneficio ſtatim inducitur illius vacatio, & numer. 84.*
85 *Canonicatus plures, & ad partem, etiam extra caſum erectionis Cathedralis, ſeu Collegiatæ Eccleſiæ, quandoque erigi conſueverunt per Sedem Apoſtolicam.*
86 *Canonicatuum plurium erectio, Apoſtolica authoritate, inſimul facta.*
87 *Erigere poteſt Ordinarius in ſua Eccleſia nedum beneficia inferiora, ſed etiam Canonicatus.*
88 *Erectiones beneficiorum ab Ordinario factę, quando egeant confirmatione Apoſtolica.*

89 *Unio-*

89 *Unionibus beneficiorum quot requiſita concurrere debeant.*
90 *Regulæ de unionibus non derogatur ab Ordinario.*
91 *Uniones beneficiorum, fiunt à Papa, cauſis prius examinatis in Sacra Congregatione Concilii.*
92 *Quamvis pro libito voluntatis, poſſit unire, & diſmembrare, cum ſit in beneficialibus, Dominus abſolutus.*
93 *Unire licèt poſſit Papa ſine cauſa, tamen non præſumitur, & quare.*
94 *Confirmatio Papæ quid operetur.*
95 *Canonicatuum erectio competit etiam inferioribus Prælatis, jura Epiſcopalia habentibus, & quare:*
96 *Commendatarius, poteſt facere, quicquid Abbas titularis.*
97 *Canonicatus erectionis formula factæ per Commendatarium.*
98 *Commendatarii habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, erigunt quæcunque inferiora beneficia.*
99 *Commendæ perpetuæ habentur loco titulorum.*
100 *Commendatarius perpetuus quid poſſit.*
101 *Juriſpatronatus creationi poteſt Commendatarius præſtare authoritatem.*

AC novem Canonicatus, *totidemque præbendas*. Ex cauſa præſentis erectionis parochialis Ec-
cleſiæ in collegiatam, Papa erigit etiam canonicatus, &
61 præbendas, aliàs verò poteſt Epiſcopus illos erigere, ſivè
in Cathedralibus, ſivè in collegiatis Eccleſiis; quandoqui-
dem nullibi ei id prohibitum reperitur, quatenus fiat ſer-
vata forma ſacrorum canonum, quorum vigore, poteſt
novos canonicatus conſtituere, & veteres extinguere,
etiam abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, quòd ſatis docuit
Innoc. *in c. cum acceſſiſſent n. 1. de conſtit.* Caputaq. *dec.* 221.
p. 1. & voluit Bald. *in c. cum M. Ferrarienſis col. 4. de conſt.*
ubi erat conſtitutio jurata de certo numero canonicorum,
per Papam, cum decreto irritanti, confirmata, & tamen,
hoc non obſtante, ſi ſuperexcreſcant Eccleſiæ facultates,
62 poſſunt recipi alii canonici; quia in quolibet juramento in-
telligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, *c. quemadmodum, de jurejur.* ubi inter multos caſus dicitur, quòd ſi quis
juraverit, ſe ducturum aliquam in uxorem, non poteſt ei
opponere fornicationem præcedentem, ſeu ſubſequentem
ut illam non ducat: quia in illo juramento talis debet condi-
tio ſubintelligi, ſi videlicet illa contra regulam deſponſa-
tionis non venerit, Felin. *in cap. conſtitutus ſub n. 3. verſ.
amplia hæc, de conſtit.* prout dicitur de filia, quæ integram
ſuam legitimam recepit, nam poteſt, auctis facultatibus
patris, petere legitimam per bonorum ſuperexcreſcentiam,
ut per Boer. *dec.* 62. *n.* 7. & in terminis hujuſmodi erectio-
nis item tenet Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo beneficii, verſ.
quinto, an Epiſcopus, p.* 1. *fol. mihi* 24. per tex. *in c. ex parte,*
& ibi glo. *in* 1. *notab. de conſt. & in c.* 1. *&* 2. *eod. tit. & in c.
ex parte de conceſſ. præb.* Lott. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 14. *nu.* 37.
ubi id probat, quatenus fructus excreſcant, quia ſupra nu-
merum canonici recipi poſſunt, multos DD. id allegans.
Nec Epiſcopo facultas, novos canonicos ex cauſa, crean-
63 di, interdicta reperitur; namque omnia ſibi conceſſa in-
telliguntur, quæ ei non ſint expreſsè à jure prohibita tex. eſt
expreſſus *in c. lex divina conſtitutionis* 27. *qu.* 2. *cap. nuper
§. in ſecundo vero caſu, de ſent. excomm. l. ſtatuas, C. de relig. & ſumpt. fun. l. necnon, §. quod eis, ff. quibus ex cau. ma-*
jor. Et aliàs fuit id à Sacra Congregatione Concilii declara- 64
tum; quæ ſic cenſuit, *Canonicatuum erectionem ab Epiſcopo fieri poſſe: ac propterea Canonici ab eo inſtituti habent ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo, aliiſque Canonicis, poſt eorum inſtitutionem proviſis, præcedunt atque honoribus, & præeminentiis frui debent, quibus Canonici antiquiores potiuntur, ut in una Senogallien. 25. Februarii* 1627. teſte Bar-
bos. *in collect. bullar. verbo, Canonicus, fol.* 95. *verſ.* 1. ſub-
dens ex præmiſſorum ratione, etiam in *eodem verbo Canonicus*, quòd è contra eadem Sacra Congregatio cenſuit,
quòd canonici ſupranumerarii non poſſunt ab Epiſcopo
creari, niſi cum conditione, ut nullum jus ad præbendam 65
vacaturam habeant, vel vendicent ex tali erectione. Hoc
autem, quia ſatis conſtat, quòd Sacrum Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. ſtatuit, quòd gratiæ Expectativæ
nemini amplius, etiam Collegiis, Univerſitatibus, Se- 66
natibus, & aliis ſingularibus perſonis concedantur: ac
poſtmodum Sacra Congregatio ejuſdem Concilii declara-
vit, quòd hodie non poſſunt canonici ſupranumerarii crea- 67
ri ad futuram præbendam, eo quo ſequitur modo, vide- 68
licet, *Ex hoc decreto Expectativarum abrogatarum, colligitur non poſſe erigi Canonicatum ſupranumerarium ad futuram præbendam*, quam declarationem affert Gonz. *ad
reg.* 8. *§.* 1. *proœm. num.* 64. Quòd etiam declaratur eadem
Sacra Congregatio, procedere, etiam in capitulis, ut ne-
que capitula Eccleſiarum poſſint canonicos ſupranume- 69
rarios creare ſuper futura præbenda, prout refert Garc. *de
benef. par.* 6. *c.* 1. *num.* 5. ubi tam probat, quod in Eccleſiis,
ubi ſunt inſtituti canonici, ſine præbenda, illam expectan-
tes, qui dicuntur titulares, id non eſt ſublatum ex dicto 70
decreto; quia tunc non eliguntur ſupranumerarii, ut ex
ſequenti declaratione, videlicet.

An in Eccleſia Salamantina, in qua extant 24. Cano- 71
nici, quorum duo poſtremi præbendam expectant: conſuetudo immemorabilis hactenus obſervata, & à Pio Quarto, Motu proprio confirmata, & ex certa ſcientia, qua antequam vacet aliquis Canonicatus, cujus electio ſpectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo, præcedente licentia Epiſcopi duo, Vel tres expectantes locum ultimi Canonici ſive præbenda vacaturum, ad quem juxtà gradum expectantis, denuo à Capitulo eligitur unus, & admittitur, præcedente approbatione, & confirmatione Ordinarii, cenſeatur ſublata ex decreto Concilii cap. 19. ſeſſ. 24. de reformat. Congregatio reſpondit, hanc conſuetudinem non comprehendi hoc decreto Concilii.

Et licèt Epiſcopo, in propoſito, ſit iſta facultas attributa, nihilominus verò, ratione erectionis collegiatæ per Papam neceſſariò faciendæ, ad eundem ſpectat canonicatuum in eadem Eccleſia inſtituendorum erectio; ut ſupra dictum eſt: propter quam totum negotium ad ſe advocavit.

Cæterum verò, cum ab Epiſcopo fieri contingit, ſivè unius, ſivè plurium canonicatuum erectionem, quòd ab hac noſtra praxi minimè deviat, ſub ſequenti formula erectio ipſa, juxta modum, & ſtylum, quos in pluribus peritiſſimis Epiſcopis obſervavimus, fieri conſuevit, videlicet.

72 NOS N. *Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Divina diſponente clementia circa ſtatum quarumlibet Eccleſiarum noſtrarum Civitatis, & Diœceſis, prout ex debito noſtri Paſtoralis Officii nobis incumbit, diligenter proſpicientes, ad ea, quæ in exequutionem ultimarum voluntatum teſtatorem tendunt, libenter intendimus, prout rerum perſonarum, & temporum qualitatibus diligenter penſatis, conſpicimus in Domino expedire. Sanè ſicut accepimus, aliàs tunc in humanis agens N. Laicus Terræ N. noſtræ N. Diœceſis, ſuum ultimum condens teſtamentum, ſub cujus diſpoſitione ab humanis deceſſit, inter alia per eum tunc diſpoſita, voluit, & mandavit, quòd ex ejus mobilibus, ac ſe moventibus bonis, in Collegiata Eccleſia S. Hieronymi dictæ Terræ, Capella ſub invocatione S. N. conſtrueretur, dictaque Eccleſia ampliaretur, ex ejus verò immobilibus bonis, tres partes æquales, fierent, & una dictæ Capellæ, ex aliis verò duabus dictorum immobilium bonorum portionibus duo Canonicatus, duæque præbendæ in dicta Collegiata Eccleſia erigerentur, & inſtituerentur, dictique duo Canonicatus pro prima vice per dilectos nobis in Chriſto N. N. necnon, N. N. d. teſtatoris Exequutores teſtamentarios, pro reliquis verò vicibus, per homines Conſilii dictæ Terræ pro tempore exiſtentes, nominarentur, & aliàs, prout in dicto teſtamento plenius dicitur contineri; dictiq; Exequutores teſtamentarii præmiſſa exequutioni demandari facere cupientes, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in præmiſſis authoritatē noſtrā ordinariā interponere dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationib. inclinati, et dict. ſanct. opus, omni ſtudió, omniq; diligentia amplectentes in d. Collegiata Eccleſia*

duos

duos Canonicatus, duaſque præbendas, ultrà illos, qui ad præſens exiſtunt, pro duobus Presbyteris, ſeù Clericis ſæcularibus, qui ad inſtar veterum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Canonicorum, locum, & ſtallum in ipſa Eccleſia, & illius Choro, ac vocem in Capitulo, necnon in ea, & proceſſionibus, ac miſſarum, & aliorum divinorum officiorum celebrationibus, cæteriſque univerſis actibus publicis, & privatis, aliis dictæ Eccleſiæ Canonicis ſe conformare, ac in dicta Collegiata Eccleſia perſonaliter reſidere, eique in divinis deſervire debeant, & teneantur, authoritate noſtra ordinaria, ac aliàs omni meliori modo, quo poſſumus, perpetuò erigimus, & inſtituimus, illiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro eorum dote, ac eorumdem onerum ſupportatione duas partes prædictorum immobilium bonorum, per dictum teſtatorem eis, ut præfertur relictus, ſeù cenſus per dictos Exequatores teſtamentarios ex eis emendot pro æquali parte; ita quod liceat ambos Canonicatos, & ambas præbendas hujuſmodi pro tempore obtinentibus per ſe vel alium, ſeù alios, eorum, & dictorum Canonicatuum, & præbendarum nomine, ſeù nominibus, propria authoritate, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem bonorum, ac cenſuum hujuſmodi, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcunquè percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere; cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita, authoritate prædicta, ac aliàs, ut præfertur, applicamus, & appropriamus, Et inſuper prædictis N. & N. Exequutoribus teſtamentariis hujuſmodi pro prima vice, pro reliquis verò vicibus, hominibus Conſilii dictæ Terræ pro tempore exiſtentibus in perpetuum, & in ſignum juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad dictos duos Canonicatus, & præbendas; per præſentes erectos, & inſtitutos, quoties illos, tàm hac prima vice, ut præfertur, quàm ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus, & ex quorumcunque perſonis, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ac in quibuſcunque anni menſibus vacare eos contigeris, per Nos, ſeù Epiſcopum pro tempore exiſtentem, ac noſtrum, ſeù illius Vicarium in ſpiritualibus generalem, etiam quandocumque exiſtentem, in dictis Canonicatibus, & præbendis Canonicos ad præſentationem eamdem inſtituendos; ita ut juſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi laicorum futuris patronis prædictis non ex privilegio, ſed ex veris primæva, reali, actuali, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione laicali duntaxat competat, & ad illos pertineat, & quæcunque præſentationes per ipſos patronos ad dictos Canonicatus, & præbendas, pro tempore faciendas, validas, & efficaces ſint, & exiſtant ſuoſque plenarios, et integros effectus ſortiantur, & obtineant, eadem authoritate, ac aliàs meliori modo, quo poſſumus, ut præfertur, reſervamus, concedimus, & aſſignamus. In contrarium facientibus non obſtantibus, quibuſcunque. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium, & fidem, præſentes manu noſtra ſubſcriptas fieri, & per Secretarium infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliſque noſtri, quo in ſimilibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, &c.

Sequitur modo videre, ſub qua formula, Canonicatuum, collationes ſic à primæva erectione ab Epiſcopo facta vacantium fieri poſſint: quæ regulariter talis eſſe conſuevit, ut ſequitur, videlicet.

73 *NOs Ioannes Baptiſta, &c. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Dilecto nobis in Chriſto N. Vitæ, ac morum honeſtas, aliaquè laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque alter, ac altera ex duobus Canonicatibus, et præbendis ſæcularis, et Collegiatæ Eccleſiæ Sancti N. Terræ N. noſtræ N. Diœceſis, qui de jurepatronatus dilectorum nobis in Chriſto N. et N. Exequatorum teſtamentariorum quondam N. pro hac prima vice, pro reliquis verò vicibus, hominum Conſilii dictæ Terræ, pro tempore exiſtentium, per Nos cis hodie, ſeù nuper reſervato ex fundatione, ſeù dotatione exiſtunt, et per Nos, authoritate noſtra ordinaria erecti, et inſtituti fuerunt, à primæva illorum erectione, et inſtitutione hujuſmodi vacaverint, et vaceat ad præſens, Nos tibi, qui ad dictos Canonicatum, et præbendam, ut præfertur vacantes, à prædictis Exequutoribus teſtamentariis, infra tempus et à jure præfixum, præſentatus fuiſti, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, te ad præſentationem hujuſmodi in dictis Canonicatus, et præbenda, cum omnibus tribus, et pertinentiis ſuis, eadem authoritate, ac aliàs, ut præfertur, inſtituimus, et de illis etiam providemus. Mandantes propterea Dilecto nobis in Chriſto Vicario noſtro in ſpiritualibus generali, ac univerſis, et ſingulis Presbyteris, et Clericis, necnon Notariis, et Tabellionibus, in Civitate, et Diœceſis noſtris N. conſtitutas, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel per alium, ſeù alios, te, vel procuratorem tuum, nomine tuo, in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ hujuſmodi, ac eorum jurium, & pertinentiarum ſuarum authoritate noſtra inducant, ac defendant inductum, Amoto exinde quolibet illicito detentore; facientes tibi, vel procuratori tuo prædicto de Canonicatus, & prebendæ, ac eorum jurium, & pertinentiarum hujuſmodi fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, & emolumentis univerſis integrè reſponderi. Contradictores, per cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. In contrarium facientibus, &c. In quorum omnium, &c.*

Hæc formula vidi plures, etiam peritiſſimos Epiſcopos
in ſimilibus inſtitutionibus uti, quæ tamen non videtur
convenire, quando inſtitutio, ſeù collatio fit ad præſen-
tationem patronorum; tunc enim Epiſcopus nullam exer-
cet liberalitatem in præſentatum: licèt aliud dicat in proœ-
mio dictæ inſtitutionis, ac etiam in corpore, ut in dicta
74 formula, quia inſtitutio eſt tranſlatio juris non libera: cum
Superior, velit, nolit, teneatur præſentatum inſtituere ſi
ille fuerit idoneus, Garc. *de beneſ. p. 4. cap. 1. num. 1.* unde
75 in neceſſitatibus, ſeu neceſſariis nemo liberalis exiſtit, *l.
rem legatum, ff. de adim. leg.* Luduviſ. *dec. 226. num. 6.* Sed
tantùm quando collatio eſt libera in poteſtate conferentis
76 beneficium, cui velit: nam tunc talis collatio dicitur do-
natio: quarè aliud eſt inſtitutio prædicta, quæ eſt neceſſa-
ria, & debita præſentato, Vivian. *in praxi juriſpatronatus
lib. 12. cap. 1. num. 1.* aliud verò collatio libera, ut dictum,
& ait Garc. *d. tractat. par. 5. cap. 7. num. 63.* ex Dec. *conſil.
121. numer. prim.* & Suar. *tom. 5. diſputat. 14. ſection. 2.
numer. 32.*

Quamobrem dicendum eſt, quòd cum inſtitutio ſit col- 77
latio libera, & non Capitulum, Sede Epiſcopali vacante,
ſive illius Vicarius, non ſuccedat Epiſcopo in facultate
conferendi beneficia Eccleſiaſtica, ut *in cap. 2. ne ſed. vac.
& in c. un. eod. tit. lib. 6. & in c. 1. de inſtit. eod. lib.* id tamen
intelligitur de collatione libera, non tamen de inſtitutio-
ne, ſeù confirmatione; quia poteſt Capitulum, Sede va-
cante, electos in beneficiis electivis confirmare, *c. cum
olim. de major. & obed.* necnon præſentatos inſtituere, *d.
cap. 1. de inſtit. in 6.* nam hujuſmodi confirmatio, ſeù inſti- 78
tutio, eſt neceſſaria, & debita electo, ſeu præſentato,
idem Garc. *d. p. 1. cap. 7. num. 54. & ſeq.* qui *num. 59.* ratio-
nem affert, nempè, quia jure cautum reperitur, quòd

Capi-

Capitulum Sede vac. ſuccedat in omnibus neceſſariis, in-
79 ter quæ eſt inſtitutio, & confirmatio *idem num.* 60. Quar. *in Som. bull. verbo, Cap. Sed. vac. q.* 9. *ſub verſ. quæ concluſio* 3. *limit.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *num.* 183. Filiuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 2. *num.* 43. idem Vivian. *loco citato num.* 10. prætereà, quia iſta poteſtas inſtituendi, quam habet Capitulum, dependet à juriſdictione, & in juriſdictio-
80 nalibus illud ſuccedit, licet in eo non tranſeat poteſtas liberè conferendi, quæ non eſt merè juriſdictionalis, ſicuti inſtitutio, & ita diſtinguit, & declarat Franc. *in dicto cap.* 1. *nu.* 3. *de inſtit.* quod quidem per tranſitum dictum ſit, cum ſuo loco fuſius dicetur.

Quarè formula inſtitutionis prædictæ alio modo concipi poſſe videtur, prout nos ſuo loco aptius, cum omnibus ſuis requiſitis neceſſariis, juxta ſtylum, & praxim currentem adjiciemus.

81 Hoc autem quoad praxim erectionis Canonicatuum per Ordinarium ſua authoritate faciendæ: quo verò ad erectionem Canonicatuum ſupra numerum, ad ſolum Summum Pontificem, ut jam diximus, ſpectare nemo eſt qui ignoret, & quoad id declaravit etiam aliàs Sacra Congreg. Concilii *in una Venefran.* 13. *Martii* 1603. *quod Canonici ſupranumerarii, qui ex privilegio Apoſtolico in aliqua Eccleſia recipiuntur cum eo, quod ſolum participent de diſtributionibus quotidianis, & nullam obtineant præbendam, ſed ad primam vacaturam, juxta eorum prioritatem admittantur, non*
82 *tenentur habere majorem ætatem, quàm* 14. *annorum, dummodo non optent, niſi cum ætatem requiſitam habuerint* teſte Barboſ. *in collect. bullar. verbo, Canonicatus folio* 98. *verſiculo* 8.

Præinſertæ duæ formulæ, altera erectionis, altera collationis, ſivè inſtitutionis, cum reſervatione juriſpatronatus, poſſunt quoque deſervire pro formulis erectionis, collationis Canonicatuum ordinaria authoritate, liberæ tamen collationis, faciendæ, paucis mutatis, ac deletis, ſivè additis, ſicut de formulis erectionis Dignitatum ſupra dictum eſt.

Quoniam verò poſt factam ab ipſo Ordinario erectionem cujuſcunque beneficii, non tamen juriſpatronatus laicalis, poſſet in dubium revocari, prout non ſemel accidiſſe ſcimus, ad quem illius collatio ſpectet, tanquam vacantis à prima erectione; cum certum ſit; beneficium poſt illius
83 erectionem, ſtatim vacare, Vitalin. *in Clem. fin. num.* 18. *de reſcript.* Gemin. *conſ.* 69. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 15. *num.* 132. & cadit ſub *eadem reg.* 8. quæ eo ipſo, quod beneficium eſt de novo erectum, initat, idem Gonz. *gloſ.* 9. §. 5. *num.* 50. ideò dicendum cum eodem quod ſi de novo erigeretur, & crearetur aliquod beneficium, quod non eſſet de jurepatronatus laicorum, ſed aliàs includeretur ſub regula reſervatoria, ſi dicta nova erectio facta eſſet in menſe Apoſtolico etiam ſi nunquam fuiſſet collatum, veniret ſub reſervatione dictæ regulæ, prout etiam dicam ſuo loco.

Sicut pariter, circa hujuſmodi vacationem, dicendum eſt de erectione beneficii juriſpatronatus, ut patet ex prædicta formula erectionis Canonicatus cum reſervatione dicti juriſpatronatus; namque etiam in his tempus incipit currere
84 patronis ad præſentandum, ſtatim quòd creatum eſt beneficium; quia tunc dicitur vacare, Lamb. *de jurepatr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *in princip. art.* 16. *num.* 1. *fol.* 704. ubi quòd cum Eccleſia ſit conſtructa, & completa, authoritate Ordinarii, licèt nondum fuerit conſecrata, ſtatim nihilominus currit tempus quatuor menſium patronis laicis, & ſex Eccleſiaſticis ad præſentandum, id. Gonz. *gl.* 15. *num.* 112. qui poſt *n.* 115. addit, quòd eodem modo, ſicut per prædictam regulam reſervantur beneficia, quocunque modo vacatura in menſibus Apoſtolicis, ſic Ordinarius poteſt illa conferre quomodocunque vacent in ſuis quatuor menſibus ordinariis, vel in ſex menſibus alternatis, ſi gaudeat alternativa. Quare in propoſito, ſi beneficium, re perfecta, erigeretur in menſe ordinarii, illius collatio ſpectaret ad Ordinarium, qui proinde ſi velit illud conferre, curabit illius erectionem perfici in ſuo menſe, licèt Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 520. putet, Ordinarium poſſe de tali beneficio providere, etiam ſi illius erectio perficeretur in menſe Apoſtolico; nam quamvis beneficia erecta poſt regulam reſervatoriam cadant ſub reſervatione, id non procedit in ipſa prima vacatione, ſed in vacationibus ſuccedentibus poſt primam proviſionem, cum durum videatur, & à mente Papæ alienum, quòd ſi in menſe Apoſtolico erigeretur beneficium per Ordinarium, quod non eſſet de jurepatronatus laicorum, Ordinarius prædictus non poſſet illud conferre pro illa prima vice, nec patronus Eccleſiaſticus præſentare, quamvis Gonz. *loc. citat.* contrarium teneat.

Et in propoſito novæ erectionis hujuſmodi Canonicatuum, Apoſtolica auctoritate faciendæ, quandoquè, non unus, ſeù duo tantùm, verùm etiam plures Canonicatus etiam ad partem, & extra caſum erectionis Cathedralis, ſi-
vè Collegiatæ Eccleſiæ, per Sedem Apoſtolicam erigi con- 85
ſueverunt, præſertim, cum ob alicujus rei eſſentialis defectum, erectio ipſa ab Ordinario ſua authoritate fieri nequeat, nam pro majori cautela, aut ſubſiſtentia dictæ erectionis, petitur illius nova erectio, quam ita vidi conceſſam in Eccleſia Melevitan. per Urbanum VIII. Cum enim ille accepiſſet; quòd in dicta Eccleſia quinquè Dignitates, nempè Archidiaconatus, Decanatus, Cantoria, Theſauria, atque Archipresbyteratus necnon decem Canonicatus, totidemque præbendæ, tunc canonicè erecti, & instituti duntaxat reperirentur, ipſa tamen Eccleſia diverſos redditus annuos ad Summam Quinquemillium, & fortan amplius ſcutorum annuatim aſcendentes, & à fructibus menſæ Capitularis ejuſdem Eccleſiæ omninò diſtinctos, & ſeparatos pro ipſius Eccleſiæ fabricæ, ſeù Sacriſtiæ, ac Officialium, & Miniſtrorum neceſſariorum manutentione, & ſtipendiis, aliiſque oneribus ſupportandis haberet: iidemquè redditus per duos Oeconomos, ſeu procuratores, unum videlicet ab Ordinario, & alterum à Capitulo ipſius Eccleſiæ deputati, & ſemper ſeù ſaltem, ut plurimum de gremio ipſius Capituli eligi ſolitos, adminiſtrari conſueverint, & ex illis prædictarum fabricæ, & Sacriſtiæ oneribus debitè ſupportatis, & adimpletis, Mille, & amplius ſcuta monetæ Romanæ annuatim ſupereſſent, numerus autem Canonicatuum, & præbendarum hujuſmodi, habita ratione qualitatis ipſius Eccleſiæ, ob ejus ſitum, antiquitatem inter præclaras, & inſignes aliàs Italiæ Cathedrales Eccleſias adnumerandæ, valdè exiguus exiſteret. Propterea idem Urbanus, tranſmiſſo duplici libello, pro infraſcripta erectione, ad Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, negotiis Epiſcoporum præpoſitam, ibique diſcuſſis, eadem Congregatio, referente pro bon. memor. Cardinali Gypſio, cenſuit, ſi eidem Urbano, videretur petitam erectionem Canonicatuum, & præbendarum poſſe concedi; ſub die 11. Martii 1633. Quare idem Urbanus, habita relatione à ſupradicta Congregatione, prædictæ Eccleſiæ decori, ac venuſtati, divinique cultus in ea augmento conſulere volens, attento quòd redditus fabricæ, & Sacriſtiæ prædictarum onera in dictis Mille ſcutis annuis ſupperent opportunum
judicarit, quod in eadem Eccleſia alios quinque Canonica- 86
tus, totidemquè præbendas erigeret, & inſtitueret, illiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro illorum omnium dote Mille ſcuta annua, ducenta videlicet pro ſingulorum ex Canonicatibus, & præbendis hujuſmodi dote, & redditibus applicaret, & ex dictis Canonicatibus, & præbendis unum, ſeù unam Theologalem pro uno Magiſtro, aut graduato in Theologia, qui primum locum inter novos Canonicos prædictos ſibi vendicaret, ac alios Canonicatus, & præbendas pro quatuor aliis Clericis in dicta erectione nominatis, ac ſibi de hujuſmodi Canonicatibus, & præbendis provideri Apoſtolica Authoritate petentibus, qui apud dictam Eccleſiam perſonaliter reſiderent, diviniſque officiis, horiſque canonicis diurnis, & nocturnis intereſſe, ac locum, ſi vel poſtquàm ſacris initiati fuerint, vocem in Capitulo, & proceſſionibus, aliiſque actibus Capitularibus publicis, & privatis, ad inſtar aliorum decem antiquorum Canonicorum in eadem Eccleſia habere, &c. in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi prædicti quinque Canonicatus, in limine fundationis, & erectionis ipſius Eccleſiæ, & antiquorum Canonicatuum, & præbendarum canonicè erecti fuiſſent, Apoſtolica authoritate, abſque ullo Capituli, & antiquorum Canonicorum Eccleſiæ hujuſmodi deſuper præſtando, vel requirendo conſenſu; circa tamen aliquod illorum, vel cujuſvis alterius præjudicium, erexit, & inſtituit: illiſque pro congrua eorum dote, Mille ſcuta prædicta per pro tempore exiſtentes Oeconomos, ſeù procuratores Eccleſiæ, ſeu fabricæ hujuſmodi realiter, & cum effectu, omni mora, dilatione, & ſubterfugio ceſſantibus, perſolvenda, ſeu etiam per prædictos quinque Canonicos pro tempore exiſtentes, propria authoritate percipienda, & exigenda, ac inter eos æqualiter dividenda, ita tamen, ut integra ſumma prædicta in unam maſſam inter novos Canonicos prædictos tantùm, non autem antiquos, communem, in uſum diſtributionum

quo-

quotidianarum, inter præſentes repartirentur, cum hoc ta-
men, quod portio, ſeù portiones abſentis, vel abſentium
ex dictis quinque præbendis, reliquis novis præſentibus,
non autem antiquis canonicis cedant, converti deberent,
prævia prædictorum Mille ſcutorum ab aliis redditibus ſu-
pradictis opportuna ſeparatione, & diſmembratione, per-
petuò itidem applicavit, & appropriavit, cum clauſulis in
ſimilibus erectionibus, de more Curiæ apponi conſuetis,
ſub Dat. Septimo Kal. Februarii 1633.

87 Cum autem per ea, quæ ſupra adduximus, ſatis liquidò
conſtet, poſſe Ordinarium ſua authoritate erigere non mo-
do beneficia eccleſiaſtica inferiora, verum etiam canonica-
rus, etiam in Cathedralibus Eccleſiis: cur igitur ſæpe nume-
ro videmus, hujuſmodi erectiones fieri etiam Apoſtolica
authoritate? Et quidem, cum hæc junioribus, necnon jura
ignorantibus, aliquam poſſint admirationem afferre; ideò
eos non lateat, id etiam jure cautum eſſe, quandoquidem
pluribus ex cauſis contingere ſæpe ſolet de his, & ſimilibus
88 erectionibus ordinaria authoritate factis, ſive potius faciē-
dis, hæſitari, veluti ex ſolemnitatis, ſeù alterius rei defectu,
qui non niſi à Summo Pontifice ſuppleri poteſt, ut alias di-
ximus, vel ſi conditiones aliq; in eis adjiciantur quas idem
Ordinarius, ſive nequeat, ſive nolit admittere, aut aliquid
aliud circa applicationem reddituum, aut unionem aliorum
beneficiorum pro beneficio noviter erigēdo, neceſſaria do-
te, ipſaque unio ſubſiſtere non poſſit; quia forſan capitulum,
ubi ejus conſenſus eſt omninò adhibendus, noluit conſenti-
re, juxta tex. *in cap. paſtoralis de donat. Clement. un. de reb.
Eccleſ. non alien.* Rebuff. *in prax. tit. de union. gloſ. 11. num.*
89 2. certum eſt enim, quòd in hujuſmodi unionibus plura re-
quiruntur, & Primo requiritur cauſæ cognitio, & proinde
Ordinarius faciendo tales uniones, debet neceſſariò inqui-
rere, & cognoſcere de earum cauſa, arg. tex. *in Clement.
fin. de rebus eccleſ. non alien.* unde cum hujuſmodi unio fiet
à Papa in forma gratioſa, non vocatis vocandis, & ſine cau-
ſæ cognitione ſolet idem Papa derogare regulæ Cancella-
90 riæ de unionibus; quod non poteſt Ordinarius, Hojed. *de
incompat. benefic. part. 2. capit. 3. num. 9.* Secundo requiri-
tur, quòd interveniat vocatio, atq; citatio eorum, omnium
quorum intereſt in unione facienda, *Clement. Ne in agro,
de ſtat. monach.* DD. *in capit. ſicut unire, de exceſſ. Prælat.*
idem Hojeda *loco citato verſic. Secundo, quod requiritur.*
Tertio, requiritur in unione facienda per Epiſcopum con-
ſenſus capituli Cathedralis Eccleſiæ, *d. Clement. fin.* idem
Hojeda *loco citato verſ. Tertio quod requiritur*; quarè, cum
aliquid præmiſſorum ad id deficiat, erit neceſſariò recurren-
dum ad Papam, ut in dies ſervari videmus in praxi qui quā-
doque non modo in caſibus præmiſſis, verum etiam quando
unio fit neceſſariò, & principaliter ab eorum Pontifice,
non prius ille ad hujuſmodi unionem procedit, quàm cauſæ
diligenter in Sacra Congregatione Concilii, ſive Epiſcopo-
rum, fuerint examinatæ; licèt poſſit pro ſuæ voluntatis li-
91 bito unire, vel diſmembrare, cum ſit dominus abſolutus be-
92 neficiorum; ac propterea dicere; ſic volo, ſic jubeo, ſit pro
ratione volnutas: quia cum Papa ſit ſolutus legibus, jura hu-
mana eum non ligant, text. *in Princeps legibus, ff. de leg. l.
fin. quibus mod. teſtam. infir. §. ſed, & quod Principi placuit,
inſtit. de jur. nat.* & in beneficialibus liberam habet diſpo-
nendi facultatem *c. conſt. de præb. in 6. Clem. 1. in fin. ut lit.
pend.* id. Hojed. *par. 1. cap. 1. numer. 10.* In dubio tamen licèt
Papa poſſit unire ſine cauſa tamen non præſumitur, id face- 93
re velle; cum potius præſumatur uti jure, & ratione, ex cau-
ſis juſtis moveri, Bald. *in titul. ad quem, vel quos controverſ.
inveſt. term. dub. cap. 1. volum. 2.* Ruin. *conſ. 60. ante numer.
5. volum. 5.* Dec. *conſil. 4. num. 7.* Pariſ. *conſil. 11. libr. prim.
numer. 127.*

Quarè, ut plurimum, ſicut dictum eſt, ad ipſum Pontifi-
cem recurritur, non modo in caſibus, in quibus requiritur
præcisè ipſius authoritas ad hujuſmodi erectiones, verum
etiam, ubi de illis poſſet in futurum dubitari; tanquàm ab
Ordinario factis ad id ſufficienti facultate minimè ſuffulto;
ſæpe namque videmus erectiones ordinaria authoritate fa-
ctas, ſicut etiam nonnullas aliàs conceſſiones confirmari à
Papa, ut ita non modo ſuppleat defectus ſolemnitatis, qui
in ipſa erectione potuerint intervenire, verum etiam ad
cautelam, ac pro majori actus ſubſiſtentia, ut optimè nota-
vit Abbas *conſil. 41. num. 3.* Gabriel. *conſ. 82. num. 2. libr. 2.*
Rot. *deciſion. 65. numer. 1. part. 2. diverſ.* Cavaler. *deciſion.
292. numer. 3. ubi numer. 4.* ait, quòd quando contractus
ex confirmatione Superioris validatur, etiam quod ab ini-
tio eſſet nullus, ſuſtinetur in vim novæ conceſſionis, & tri-
tum eſt, quod Papa quando confirmat conceſſiones inferio- 94
rum, propter ſuperioritatem, & eminentem poteſtatem,
ſemper aliquid roboris adjicit priori conceſſioni; arg. text.
*in leg. 1. Cod. de vet. jur. enucl. cap. ſi Apoſtolica, de præb. in
6.* ibi, *noſque poſtmodum, plena de his facta narratione, quod
ab ipſo Legato factum extitit, ratum, & gratum habentes, id
authoritate Apoſtolica confirmamus, &c.* Quare videmus
confirmationes ſæpiſſimè à Dataria Apoſtolica emanare
ſuper inferiorum conceſſionibus: nam illas tres potiſſimum
effectus conſpicimus operari, Primum videlicet, quòd ma-
jorem ipſi facto præſtant authoritatem, juxta text. *in c. fin.
cum gloſ. verſ. authorit. 11. diſt.* Secundum, ſi quid eſt inva-
lidum, ſupplet ejus defectum, *c. quoties de pact. c. 1.* & ibi gl.
in verbo, authoritatem, de tranſact. Tertium, quod ſine ip-
ſius Papæ licentia non poſſit retractari, quod ipſe confirma-
vit, *c. 2. de confir. util. vel inut.*

Hanc eandem facultatem creandi novos canonicos, com- 95
petere non ignoramus etiam inferioribus Prælatis, jura Epi-
ſcopalia habentibus, ut ſunt Abbates, etiam Commendata-
rii, & alii, quatenus juriſdictionem habeant, quaſi Epiſcopa-
lem. Hi etenim omnia poſſunt, quæ Epiſcopi in earum Diœ-
ceſibus, circa ea, quæ ſunt juriſdictionis, juxta gl. & ibi DD. 96
in Clem. 1. verbo, proprii de reb. eccleſ. non alien. ut per Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſcopi, alleg. 32. n. 31.* & quicquid poteſt Ab-
bas titularis ratione Dignitatis, poteſt etiam illius Com-
mendatarius, qui etiam Ordinarius dicitur, text. & ibi glo.
in c. Ordinarii, de off. Ord. in 6. id. Barboſ. *loc. cit. nu. 32.*

Nec ſemel obſervatum vidimus in praxi, hujuſmodi ca-
nonicatuum erectiones fieri per prædictos Abbates, &
Commendatarios, præſertim verò bon. memo. Scipionem
Cardinalem Burgheſium, perpetuum tunc Commendata-
rium Monaſterii Oppidi de Pinarolo, Nullius Diœceſis Pro-
vinciæ Taurinenſ. qui in Eccleſia prædicti Monaſterii ere-
xit unum Canonicatum, & unam præbendam, eo, quo ſe-
quitur modo videlicet,

97 *NOS Scipio miſeratione divina tituli S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Burgheſius nuncupatus ac perpetuus
Commendatarius Monaſterii Oppidi Civitatis nuncupati de Pinarolo; Nullius Diœceſis, Provinciæ Taurinenſ.
Ad perpetuam rei memoriam. Supernæ Majeſtatis providentia circa ſtatum Eccleſiarum præſertim Collegiatarum,
quarum cura nobis eſt commiſſa, ut ad illas, Chriſti fidelium devotio, & beneficiatorum numerus in eis accreſcat,
proinde intendimus, prout locorum, & perſonarum qualitatibus diligenter penſatis, conſpicimus in Domino ſalu-
briter expedire. Attendentes igitur, quòd dilectus nobis in Chriſto Rinaldus Riſanus, Iuris Vtriuſque Doctor, ac
Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Donati ejuſdem Oppidi, ac in dicto Monaſterio noſter Vicarius in ſpiritualibus
generalis, ad Dei Omnipotentis, ac ejus Genitricis Mariæ ſemper Virginis laudem, & gloriam, ac S. Mauritii, &
ejuſdem Sancti Donati honorificentiam, & ut in dicta Eccleſia, ſtante parvo illius Canonicorum, quatuor non exce-
dentium, numero melius in divinis deſerviatur in ea Canonicatum, & præbendam, modo, & forma infraſcriptis
fundare decrevit, ſi ſibi, ejuſdem hæredibus, & ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus, jus præſentandi nobis,
noſtriſque ſucceſſoribus, dictum Monaſterium in Commendam, titulum, aut aliàs quomodolibet obtinentibus, ſeù
noſtro, aut eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, perſonam idoneam ad dictos Canonicatum, & præbendam,
quoties illos, tàm hac prima vice, quàm ex tunc, deinceps perpetuis futuris temporibus, vacare contigerit, per
nos, aut ſucceſſores noſtros, vel noſtrum, aut eorum Vicarios prædictos, ad præſentatione eandem inſtituendam,
per nos reſervetur, concedatur, & aſſignetur. Nos igitur hujuſmodi pium opus omni ſtudio, & diligentia, am-
plectentes, dictumque Rinaldum ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, in dicta Collegiata Eccleſia alium Cano-
nicatum, aliamque præbendam pro uno Presbytero, ſeu Clerico, qui in ea ætate conſtitutus exiſtat, in qua infra
annum,*

annum, à data proviſionis ſibi de eis pro tempore faciendæ, computandum ad ſacerdotium promoveri poſſit, perpetuò futuro illius Canonico, qui ad inſtar cujuſque antiquorum dictæ Eccleſiæ Canonicorum, locum, & ſtallum in ipſa Eccleſia, ac illius Choro, necnon vocem in Capitulo habere, & in ea, ac extrà eam in proceſſionibus, ac miſſarum, aliorumque divinorum officiorum celebrationibus, cæteriſque actibus publicis, et privatis, dictis antiquis Canonicis ſe conformare, ac ad Altare eorumdem SS. Mauritii, et Donati in dicta Eccleſia, et per dictum Rinaldum fundatum, et inſtitutum, quòd ipſa à piæ memoriæ Gregorio Papa XIII. pro defunctis privilegiari obtinuit, miſſam ſingulis feſtivis, ac ferialibus diebus celebrare, ſeù celebrari facere, ac alia onera, in publico dictæ fundationis inſtrumento, cujus tenorem, præſentibus pro expreſſo haberi volumus, latius expreſſa, et contenta adimplere debeat, & teneatur; ac pro hujuſmodi onerum ſupportatione, annuum redditum Centum ex nunc; cum primùm verò dictum Rinaldum ab hac vita decedere contigerit, Centum quinquaginta ſcuta, ad rationem octo florenorum monetæ Pedemontanæ pro quolibet ſcuto ex infraſcriptis bonis per dictum Rinaldum eidem Canonicatui, & præbendæ: per præſentes erectis, aſſignandis percipiendaque haberes; ac in oblationibus, offertoriis, eleemoſynis, & facibus dictæ Eccleſię pro tempore relinquendis ac ei etiam alibi, ratione dictæ Eccleſiæ obvenientibus, non tamen in decimis grani, vini, & aliorum quorumcumque fructuum dictæ Eccleſiæ pro tempore obvenientium, participare, ac omnibus, ſingulis privilegiis. immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus, præeminentiis, prærogativis, antelationibus, conceſſionibus, Conſervatoriis, indultis, aliiſque gratiis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus alii antiqui dictæ Eccleſiæ Canonici, de jure, uſu, conſuetudine, neceſſitate, aut aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipſe pariter, & pariformiter uti potiri, & gaudere poſſit, & valeat, authoritate noſtra ordinaria, ac aliàs omni, quo poſſumus, modo meliori modernorum dictæ Eccleſiæ Canonicorum ad hoc accedente conſenſu, perpetuò erigimus, & inſtituimus; illiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro eorum dote, & illos pro tempore obtinentium ſuſtentatione, omnia, & ſingula proprietates, res, & bona merè laicalia, & patrimonialia, & ex patrimonio dicti Rinaldi provenientia, per dictum Rinaldum eis aſſignanda ex nunc, prout ex tunc, cum primum illa aſſignaverit; ita quod liceat dictos Canonicatum, & præbendam pro tempore quomodolibet obtinentes, ex nunc, prout ex tunc, & è contra per ſe, vel per alium, ſeù alios, ejus, & dictorum Canonicatus, & præbendæ nomine, ſeù nominibus, propria authoritate corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem bonorum, rerum, & proprietatum hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis pertinentiis ſuis, liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere; illorumque fructus, &c. jura, obventiones, & emolumenta quæcunque percipere, colligere, exigere, levare, locare, dislocare, arrendare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere; cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita, eadem authoritate, ac aliàs, ut præfertur, applicamus, et appropriamus. Cæterum eidem Rinaldo, ex nunc prout poſtquàm dicta bona, ut præfertur, aſſignaverit, ejuſque hæredibus, et ſucceſſoribus eorumque poſteris, ac ab eis deſcendentibus in perpetuum, et in infinitum, juſpatronatus, et præſentandi nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, ac noſtro, et eorum Vicariis hujuſmodi, perſonam idoneam, à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut noſtro, ſeù eorum Vicariis prædictis approbandum ad dictos Canonicatum, et præbendam per præſentes erectos, et inſtitutos, quoties illos, tàm hac prima vice, quàm deinceps perpetuis futuris temporibus, et ex cujuſcunq; perſona, etiam apud Sedem Apoſtolicam, in quibuſcunq; anni menſibus, vacare contigerit, per nos, et ſucceſſores, ac noſtrum, et eorum Vicarios prædictos in dicta Eccleſia Canonicum, ad præſentationem hujuſmodi inſtituendam; itaut juſpatronatus, et præſentandi hujuſmodi, laicorum futuris patronis prædictis, non ex privilegio, ſed ex veris primæva, reali, et actuali, integra, et omnimoda fundatione, et perpetua donatione laicali ex bonis merè patrimonialibus, et laicalibus prædictis, duntaxat competat, et ad illos pertineat, ac quæcunque præſentationes per ipſos patronos, ad dictos Canonicatum, et præbendam pro tempore facienda, validè, et efficaces exiſtant ſuoſque plenarios, et integros effectus ſortiantur, ac obtineant, dicta authoritate, & alias ut præfertur, reſervamus, concedimus, et aſſignamus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. In quorum omnium, et ſingulorum fidem, et teſtimonium præſentes, manu noſtra ſubſcriptas, fieri, et per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in ſimilibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri, Datum, etc.

Vidi etiam aliàs, ſimiles erectiones factas ab aliis Commendatariis Abbatiarum, habentibus etiam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem: quia cum ſint perpetui habentur, ac ſi eſſent vere Titulares, & ſunt tanquam Ordinarii, qui poſ-
98 ſunt inter cætera erigere quæcunque inferiora beneficia; quia hujuſmodi commenda eſt titulus canonicus, *cap. dudum, 2. de elect.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.* 53. & ait Sarnen. *reg. de infir. q.* 13. *ſub n.* 7. *verſ. quibus non obſtantibus*,
99 quòd hodie perpetuæ commendæ habentur loco titulorum; unde poſſunt omnia, quæ Epiſcopi circa ea, quæ ſunt juriſdictionis, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *n.* 31. ſubdens *n.* 32. quòd Abbas Commendatarius quando eſt perpetuus, poteſt
100 etiam præſentare, eligere, & conferre, habetque liberam poteſtatem in beneficialibus, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. 6.8. *n.* 12. & 13. quia nihil differt Commendatarius à vero Abbate Buratt. *dec.* 610. *n.* 3. Lotter. *de re benef. q.* 7. *n.* 11.

Et ſicut poteſt præſtare conſenſum in beneficiorum erectionibus, in locis ſuæ juriſdictionis, in conſequentiam habet facultatem præſtandi authoritatem, & conſenſum crea-
101 tioni, & acquiſitioni juriſpatronatus; prout conceſſum eſt in ſupradicta Canonicatus, & præbendæ erectione, ut patet ex illius formula præinſerta; cum poteſtas dandi licentiam faciendi hujuſmodi beneficiorum erectiones, trahat ad ſe, tanquàm quid conſecutivum, poteſtatem conſentiendi acquiſitioni juriſpatronatus; ita fuit dictum *in una Imolenſ. Iuriſpatronatus, quæ eſt dec.* 85. *nu.* 2. *p.* 2. *diverſ.* Barboſ. *loco citatum.* 31.

CAPUT IV.

Praxis Erectionis Officii Pœnitentiarii in Cathedralibus Eccleſiis, cum unione Præbendæ.

S V M M A R I V M.

102 *Pœnitentiarius, ad præſcriptum Sacri Concilii, an poſſit ab Epiſcopo conſtitui in Collegiatis Eccleſiis. Et reſpondetur negative, ex declaratione Sacr. Congregat. Concil.*
103 *Pœnitentiarii inſtitutionis faciendæ ab Ordinario formula.*
104 *Pœnitentiarius inſtitutus ad præſcriptum Concilii, non poteſt abſolvere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſervatis, ſine illius ſpeciali delegatione.*
105 *Et ſub qua formula concipi poſſit dicta delegatio.*
106 *Pœnitentiarius inſtitutus vigore Concilii, quam juriſdictionem habeat abſolvendi à peccatis. Et affertur declaratio S. Congr.*
107 *Pœnitentiarii inſtitutio, an ſpectet ad ſolum Epiſcopum, ſine Capitulo? Et reſpondetur affirmativè, ex declaratione S. Congr.*
108 *Pœnitentiarii Officium, ordinaria authoritate inſtitutum, à primæva erectione vacans confertur per Ordinarium.*

109 *Si verò vacaverit in menſe reſervato, confertur à Papa, etiam ex declaratione S. Congr.*

110 *Pœnitentiarii Officii proviſio, Sede Epiſcopali vacante, ſpectat ad Papam, etiam ex declaratione Sacræ Congregat.*

111 *Pœnitentiario quando conferenda præbenda à Capitulo, Sede Epiſcopali vacante.*

112 *Pœnitentiarii præſentatio in Canonicatu, & præbenda præſervatur Capitulo, & aliis, ad quos ſpectat dummodo fiat de electo ab Epiſcopo. Et refertur declaratio S. Congr.*

113 *Pœnitentiarii Officium non providetur per concurſum. Et quarè.*

114 *Penſionis reſervatio ſuper fructibus Canonicatus Pœnitentiarii, non requirit expreſſionem iſtius qualitatis.*

115 *Pœnitentiarii Officio non prohibetur Ordinarius providere per concurſum.*

116 *Graduatus, licèt indignè, gaudet privilegiis graduatorum.*

117 *Doctor, quamvis ignorantiſſimus, torqueri non poteſt, & quarè.*

118 *Prærogativæ datæ Doctoribus non competunt Doctorellis.*

119 *Eccleſia indiget viris literatis non autem Aſinis ferratis.*

120 *Pœnitentiarii Officium non eſſe conferendum Doctori indocto ex declaratione S. Concil.*

121 *Poteſt tamen reſignari, & conferri non Doctori, ſi tamen ſit doctus, & habilis.*

122 *Doctores multi nomine, pauci verò opere.*

123 *Doctoratus gradus, ſeù licentiatura, ſi non adſit tempore proviſionis, quodnam decretum detur Oratori per Datariam, ubi iſta qualitas requiritur.*

124 *Pœnitentiarii Officii erectio, non ſortita effectum in prima vice, denuò fieri poteſt.*

125 *Effectus in quacunque diſpoſitione eſt conſiderandus.*

CUm verò Epiſcopus, ex cauſis ſuperius expreſſis, poſſit Canonicatum, & præbendam, tàm in Cathedrali, quàm in Collegiata Eccleſia inſtituere, dubitari poteſt, an ita etiam in utraque poſſit conſtituere Pœnitentiarium
102 ad præſcriptum *Sacri Concilii Tridentini ſeſſion. 24. capit. 8. de reform.* ibi *In omnibus etiam Cathedralibus Eccleſiis, ubi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis, cum unione præbendæ proximè vacaturæ, ab Epiſcopo inſtituatur, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel jure canonico, & annorum quadraginta, ſeù aliàs, qui pro loci qualitate reperiatur, &c.*

Et reſpondetur, quòd quoad Cathedrales, ſatis patet ex eodem Concilio, quod verò ad Collegiatas, aliter dicendum puto; quia dum *dictum Concilium* de Cathedralibus loquitur, non ita dicendum eſt de Collegiatis; quod quidem ſi voluiſſet, expreſſiſſet; ſed non expreſſit, ergò noluit, *capit. ad audientiam, de decim. capit. inter corporalia, de translat. Prælat.* Mandoſ. *ſuper regul. 32. quæſtion. 28. num. ſecundo.*

Nec refert, nonnullos etiam peritiſſimos viros exiſtimaſſe, prædictum Concilium ſibi etiam locum vendicare in Collegiatis Eccleſiis, ſicut etiam me vidiſſe memini adnotatum inter quædam notabilia cujuſdam Abbreviatoris majoris Præſidentiæ; quia ſuper hoc nullum poteſt fieri fundamentum; cum ut plurimum hæc, & ſimilia, quæ publicè, & per Curialium ora circumferuntur, quandoque etiam certo authore carent, & fundamento; proindeque quam ſæpiſſimè vana ſunt, & inania; undè contrarium verius eſt; præſertim verò in caſu noſtro, cum nunquàm, aut raro viſum fuerit, etiam in erectione Collegiatarum Eccleſiarum, quantumcunque inſignium, inſtitui à Summo Pontifice Canonicum Pœnitentiarium. Et ab omni ambiguitate, qua poſſet quis circa id laborare, exemit nos ejuſdem Sacri Concilii declaratio, quæ ſub die 15. Maii 1584. ſic cenſuit.

Dubitatur, An mens, & intentio Concilii ſit, quod in Collegiatis Eccleſiis neceſſariò inſtituatur Pœnitentiarius cum unione præbendæ primò vacaturæ; ex quo ibi ſolum de Cathedralibus expreſſa mentio fiat. Quarè ſupplicatur pro parte Domin. Ludovici Pimentel, de quibuſdam Canonicatu, & præbenda in Collegiata proviſis, ſuper hujuſmodi dubio à Sanctiſſima Congregatione declarationem fieri, & ſi aliquando jam facta ſit, de illa ſibi copiam authenticam dari, mandari. Congregatio cenſuit, decretum ſupradictum intelligi oportere in Cathedralibus tantùm, non autem in Collegiatis; quám quidem declarationem affert etiam Garc. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 111.*

Sub qua tamen formula, literæ hujuſmodi erectionis, ab Epiſcopo in ſua Cathedrali Eccleſia faciendæ, concipi poſſunt, ex ea, quam ſubdimus, & communiter fieri obſervavimus, cernere licet.

103 *Nos N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Divinà diſponente clementia circa ſtatum quarumlibet Eccleſiarum noſtrarum Civitatis, & Diœceſis, præſertim verò noſtræ Cathedralis Eccleſiæ, prout ex debito noſtri paſtoralis officii nobis incumbit, diligenter proſpicientes, ad ea, quæ in executionem decretorum Sacri Concilii Tridentini, ac Chriſtifidelium animarum ſalutem tendunt, libenter intendimus; prout rerum, & temporum qualitatibus, diligenter penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè, cum in dicta Cathedrali Eccleſia ſacrum Pœnitentiariæ Officium, juxtà prædictorum decretorum diſpoſitionem, nondum erectum exiſtat, plurimumque conveniat, ut illud tam pro ipſius Eccleſiæ decore, & venuſtate, ac divini cultus in ea augmento, quàm eorundem decretorum complemento quàmprimum in ea inſtituatur. Nos igitur hujuſmodi ſanctum opus, ac maximè neceſſarium, omni animi ſtudio, omnique pietate, ac diligentia amplectentes, in dicta noſtra Cathedrali Eccleſia ſacrum Pœnitentiariæ Officium pro uno Presbytero Canonico Pœnitentiario nuncupando qui juxtà ejuſdem Sacri Concilii diſpoſitionem, qualificatus eſſe, ac Chriſtifidelium ſacramentales confeſſiones audire, omniaque, & ſingula, quæ ad hujuſmodi Pœnitentiarii Officium pertinet, ſedulò exercere, necnon ſtallum in Choro, & locum, ac vocem, tàm activam, quàm paſſivam in Capitulo proceſſionibus, cæteriſquè actibus publicis, & privatis habere, & poſt dignitates, in dicta Eccleſia obtinentes, ac ante omnes illius Canonicos, & præbendam Theologalem habentem, incedere; omnibuſque illis horis, & temporibus, quibus dictum Officium exercebit, ad reſidendum divinis officiis in Choro, ac pro rebus Capitularibus tractandis in Capitulo prædictis, intereſſendum, minimè teneatur. Et nihilominus omnia, & ſingula fructus, diſtributiones quotidianas, mortuaria obitus, aliaquè jura, obventiones, & emolumenta quæcunque, per alios Canonicos prædictos, qui in dicta Eccleſia perſonaliter, & continuò reſident, & interſunt percipi, & lucrifieri ſolita percipere, & lucrari, & aliàs cum omnibus privilegiis inſignis honoribus, & oneribus conſuetis, authoritate noſtra, ac aliàs omni meliori, quo poſſumus, modo, erigimus, & inſtituimus; dictoque Pœnitentiariæ Officio, per præſentes erecto Canonicatum, & præbendam dictæ Eccleſiæ, cum primum illos quandocumque, quomodocumque, & ubicumque vacare contigerit; ita quòd liceat dictæ Eccleſiæ Pœnitentiariæ pro tempore exiſtenti, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, per ſe, vel alium ſeù alios, ejus, & dictæ Pœnitentiariæ nomine, ſeù nominibus, propria authoritate, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dictorum Canonicatus, & præbendæ, cum omnibus, & pertinentiis ſuis, liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus proventus, jura, obventiones, emolumenta quæcumque, & illorum diſtributiones quotidianas etiam, ut præfertur, percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in ſuos uſus, & uti-*

litatem convertere; cujuſvis licentia deſuper, minimè requiſitu eadem authoritate noſtra ordinaria, ac aliàs omni meliori modo, unimus, annectimus, & incorporamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, &c. Datum, &c.

Nec tamen ex prædicta formula elicitur (quod obiter dictum ſit) poſſe Pœnitentiarium, ut ſupra inſtitutum, vigore dictæ inſtitutionis, abſolvere pœnitentes à caſibus Epiſcopo
104 reſervatis ſine illius ſpeciali delegatione; nam quamvis non deſint, qui contrarium teneant, nempe quod abſque alia facultate, poſſit abſolvere ab omnibus caſibus prædictis, ut per DD. quos allegat Garc. *in add. ad part. 5. c. 4. n. 115. poſt tract. de benef.* nihilominus, contrarium verius eſt, quod ſervatus etiam in praxi, & patet ex infraſcripta formula, quæ ad meas manus pervenit, tenoris ſequentis, videlicet.

105 *Decius miſeratione divina tituli SS. Ioannis, & Pauli S. R. E. Presbyter Cardinalis Carrafa, Archiepiſcopus Neapolitanus. Dilecto nobis in Chriſto Alexandro Ruſſo Sacræ Theologiæ, & V. I. D. Canonico Pœnitentiario noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ ſalutem in Domino. Tibi, quem dudum de præbenda Pœnitentiali dictæ noſtræ Eccleſiæ per noſtras Bullas providimus, ut ab omnibus, & quibuſcunque caſibus, nobis quomodolibet reſervatis à jure, vel ab homine, etiam annexam cenſuram habentibus, & in ſpecie in caſibus procurantium abortum fœtus animati, colloquentium cum Monialibus, etiam de rebus obſcænis, et ab aliis caſibus, et cenſuris, etiamſi tales forent, quod mentionem, et facultatem requirant ſpecialem, abſolvere poſſis, et valeas. Necnon diſpenſandi in caſibus, nobis à jure permiſſis, etiam irregularitatibus, et ſuſpenſionibus relaxandis, juxta formam Concilii Tridentini. Item commutandi vota, et abſolvendi à juramentis; eamdemque facultatem aliis committendi, licentiam, facultatem, et authoritatem in Domino concedimus, et impartimur. Teque in prædictis omnibus noſtrum ſpecialem Vicarium, in foro conſcientiæ tantùm, deputamus. In quorum omnium, et ſingulorum, fidem præſentes per infraſcriptum noſtrum Actuarium fieri, et per noſtrum generalem Vicarium, de mandato noſtro, ſubſcribi, noſtrique ſigilli impreſſione muniri juſſimus. Dat. in Caſtro Turris Octavæ, noſtræ Neapolitanæ Diœceſis, Anno 1624. Die verò 22. Octobris.*

De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi
Lælius Taſtius Vicarius Generalis Neap.
N. Actorum Magiſter.

Nam licèt Pœnitentiarius prædictus eo ipſo, quod inſtitutus eſt, habeat jure, & Concilio prædicto facultatem audiendi confeſſiones pœnitentium illius Diœceſis, & juriſdi-
106 ctionem ad abſolvendum à peccatis, & ſit veluti Parochus totius Diœceſis, nec ad id requiratur nova licentia, cum ſit ordinarius Confeſſor illorum de Diœceſi, & quilibet poterit ei confiteri peccata, & ſatisfaciet, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, quæ ait, *An ſi quis confeſſus fuerit ſua peccata ſemel in Paſchate Pœnitentiario deputato in vim decreti Concilii Tridentini ſeſſ. 24. c. 8. dicatur ſatisfeciſſe præcepto contento in c. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. Congregatio cenſuit, ſatisfeciſſe.* Non tamen, ut dictum eſt, à caſibus Epiſcopo reſervatis abſolvere poteſt; cum prædictum Concilium nihil de hoc noviter ſtatuat; & à jure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus noviter id ſtatuitur, per tex. *in l. præcipimus, C. de appell.* & tradit Navar. *conſ. 30. de pœnit. & remiſſ.* & ex pluribus comprobat Garc. *de benef. d. c. 2. nu. 115.* ubi hanc affert ejuſdem Concilii declarationem videlicet, *Pœnitentiarius non poteſt abſolvere quemquam à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſervaverit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit facultatem.*

Ex qua etiam formula, illiuſque ſtructura, liquidò apparet, illud, quod in dubium revocari pluries contigiſſe ſcimus an videlicet, hujuſmodi Pœnitentiarii inſtitutio ſpectet ad ſolum Epiſcopum, an verò ad eum, & illius Eccleſiæ Capitulum, ſicut aliàs prætendebant Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Caſtren. qui contendebant, ſolum Epiſcopum non potuiſſe ſine conſenſu d. Capituli ad hanc erectionem procedere, ex rationibus per eos tunc adductis.

107 At verò affirmativè reſponſum, ſeu declaratum extitit, nimirum ad ſolum Epiſcopum hanc erectionem pertinere ſine interventu Capituli: quod quidem fuit etiam à Sac. Congregatione ejuſdem Concilii declaratum per hæc verba, videlicet, *Officium Pœnitentiarii per ſolum Ordinarium poteſt inſtitui, ad quem quoque pertinet delectio perſonæ, quoties opus fuerit, pro exercendo tali officio.* Et aliàs eadem Sacra Congregatio ſic etiam declaravit, videlicet, *Cum decreto Concilii ſeſſ. 24. c. 8. caveatur, quod in omnibus Cathedralibus Eccleſiis, ubi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ proximè vacaturæ, ab Epiſcopo inſtituatur, Dubitatur, an quoties occurrerit vacatio Officii Pœnitentiarii, & per conſequens præbendæ illi annexæ, proviſio illius pertineat ad ſolum Epiſcopum, abſque eo, quod Capitulum in aliquo ſe intromittere poſſit; Sanctiſſimus Dominus Noſter, referente Congregatione Concilii decrevit inſtitutionem Officii Pœnitentiarii quandocunque faciendam, ad ſolum Epiſcopum pertinere, abſque conſenſu capituli;* quam quidem declarationem refert Joan. Aloyſius Riccius *in ſua prax. for. eccleſ. deciſ. 556. n. 3.* Barbof. *de pot. epiſc. alleg. 54. n. 2.* Navar. *conſ. un. de Sed. vac.* Ugolin. *de pot. epiſc. c. 33. n. 2.* Pariſ. *in truct. de confid. q. 45. n. 17.* dicens, quod hic Pœnitentiarius poteſt inſtitui ab Epiſcopo duntaxat; quamvis de conſuetudine, præbendæ debeant conferri ab Epiſcopo, & Capitulo, & ita cenſuiſſe ait Congregationem prædicti Concilii ſub die 24. Junii 1572. Mant. *dec. 56. n. 1.* ubi dicitur in Sacra Congregatione deciſum fuiſſe; electionem perſonæ Pœnitentiarii ad ſolum Epiſcopum pertinere, collationem verò præbendæ communem eſſe Epiſcopi, & Capituli, ſicut ex ſtatuto Eccleſiæ diſpoſitum eſt, ut in *d. dec. quæ eſt Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ*, in qua *nu. 3.* dicitur, quod non obſtat, declarationem Sacræ Congregationis habere locum in primæva tantum Officii inſtitutione, ne alioqui præbendæ collatio quæ eſt communis Epiſcopi, & Capituli, reddatur eluſoria; quia cum illa declaratio apertè dicat, electionem Pœnitentiarii ad ſolum Epiſcopum pertinere; non modò ex primæva hujus Officii inſtitutione, ſed etiam quandocunque vacare contigerit, non licuit eam infirmare; *c. cum contingat de major. & obed.* quam quidem declarationem per extenſum affert etiam Garc. *p. 5. c. 4. num. 140.*

Quoniam verò poſt factam ab Ordinario erectionem, ſtatim beneficium dicitur vacare, ſicut jam diximus, videndum eſt, an vacatio hujuſmodi Canonicatus Pœnitentiarii cadat ſub eadem regula reſervatoria; quia per novam creationem beneficii, illud dicitur vacare: cumque prædicta regula 8. reſervet omnia beneficia quocunque modo vacatura, præterquam per reſignationem, comprehenditur utique tale officium noviter erectum.

Et quidem, quoad hujuſmodi Officii proviſionem dicendum eſt, à primæva illius erectione illam ad Ordina- 108
rium ſpectare, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 55. num. 2.* affirmans, quod Pœnitentiarii inſtitutio, & electio perſonæ quoties opus fuerit pro exercendo tali officio, ad Epiſcopum ſpectat.

Cæterum verò, id minimè ſibi locum vendicare certum eſt, quando Officium Pœnitentiarii, & unita ſibi præbenda
vacarent in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, vel alia adeſ- 109
ſet affectio, ſeu reſervatio; cum tunc illius collatio ad Summum Pontificem omninò pertinere dignoſcatur, ratione reſervationis. Quod intelligendum eſt etiam de prima aſſignatione præbendæ, ex vi verborum Concilii Tridentini, ibi; *cum unione præbendæ proximè vacaturæ:* quia non comprehenditur per ſupradicta verba, præbenda vacans in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, etiam in prima vacatione per erectionem hujuſmodi occurrente: quare aliàs ad inſtantiã Epiſcopi Vicent. qui in ſua Cathedrali inſtituerat Pœnitentiarium cum aſſignatione præbendæ proximè vacaturæ, conſultat Sacr. Congregatio, An hujuſmodi [illegible] comprehendat canonicatum, & præbendam vacantes in menſe Apoſtolicæ

Sedi

Sedi reſervato, fuit per eandem Sacram Congregationem reſponſum, ſeù declaratum, annuente etiam Sanctiſſimo, quod ex quo *d. Concil. ſeſſ.24. cap.8.* non capiunt de canonicatibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis: & quando voluit eos comprehendere, expreſsè dixit, ut patet in Seminario, *ſeſſ.23.cap.* 18. ac in ſimplici uniendo Cathedrali pauperi, *c.15. ſeſſ.24.* idcircò *d. c.*8. non comprehendit Canonicatum, & præbendam, vacantes in menſe reſervato; quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, quemadmodum in aliis locis fecit; & alias Epiſcopo Placentin. reſcripſit, *Jamdudum declaratum fuit decretum Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 8. non comprehendere priones, neque præbendas vacantes in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis ſub die 21. Auguſti* 1577. Aliam præterea declarationem adducit Azaved. *conſ. 14. nu.14. &* 15. ubi declarat, canonicatum, & præbendam, qui vacarunt in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, non comprehendi decretis *Conſ. Trid. ſeſſ.24. c.8. & ſeſſ.5. c.1.* & Epiſcopo Larinen. fuit ſic per eandem Congregationem reſcriptum, *Sac. Congregatio Concil. Trid. cenſuit deputationem, & inſtitutionem præbendæ pro Pœnitentiario, non habere locum in Canonicatibus, & præbendis in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis*, quas quidem declarationes habes, etiam penes Garc. *d. c.4. n.127. & in ſuis add. ad eundem n.* Barboſ. *de pot. Epiſc. d. alleg.55. num.3.*

Quare perperam nonnulli Ordinarii, ut pluries vidimus in hujuſmodi, & ſimilibus erectionibus, ac Canonicatus, & præbendæ proximè vacaturæ unionibus addunt hæc verba, videlicet, *Canonicatum, & præbendam dictæ Eccleſiæ, cum primum illos quandocunque, quomodocunque, & ubicunque tam in Romana Curia, quàm extra eam, & ex cujuſcunque perſona vacare contigerit, &c.* quia ſicut aliàs diximus, & infra dicetur, pluries fuit declaratum per Sacram Congregationem, prædictam unionem, locum minimè ſibi vendicare in præbenda Sedi Apoſtolicæ reſervata, & fuit etiam reſponſum Epiſcopo Seguntin. per illa verba, *proximè vacatura*, intelligi, non tamen in menſe Papæ, id. Garc. *d. p.5. c.4. ſub n.* 127. *qui nu.*138. ſic ait, *Tertia, Sanctiſſimus D. N. Gregorius Papa XIII. &c. cenſuit, quod talis deputatio, & inſtitutio non habet locum in Canonicatibus, & præbendis Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & affectis.*

Patet etiam, quia nihil ſpeciale, neque in regula reſervatoria, neque alibi circa id ſtatutum eſt, an videlicet ab Ordinario, & Capitulo, an verò à Papa debeat provideri huic Officio: & utrum illius proviſio cadat in reſervationibus, vel non, & tanquam caſus omiſſus remanet diſpoſitioni, juris communis, ac prædictæ regulæ, quandiù de aliqua lege ſpeciali, ſeù privilegio aliud diſponente, non doceatur; prout optimè concludit Gonz. *ad d. reg.8. gloſ.9. §.2. n.* 82. & aliàs Epiſcopis Salamantin. & Tiraſonen. reſponſum fuiſſe per Sacram Congregationem Concilii ait id. Garc. *d. p.5. c.4. nu.* 144. per hæc verba, videlicet, *Cum Sanctiſſimus, referente Congregatione declaraverit, inſtitutionem Officii Pœnitentiarii, necnon electionem, quandocunque faciendam, ad ſolum Epiſcopum, abſq; conſenſu Capituli pertinere collationem antè præbendæ uniendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat. Quæritur, ſi Officii Pœnitētiarii, & unitæ præbendæ vacatio contingat in menſe Apoſtolico, vel alias præbenda eſſet reſervata, vel affecta, an electio perſonæ hujuſmodi Pœnitentiarii pertineat ad Epiſcopum, vel ad Sanctiſſimum D. N. Congregatio, rebus diligenter conſiderata, citatis etiam procuratoribus Epiſcoporum, quorum intereſt; & eorum viſis allegationibus, cenſuit pertinere ad Suam Sanctitatem.*

Et in una *Majoricen. Canonicatus 15. Novembris* 1593. *coram Cardinale Millino*, fuit dictum in caſu ibi propoſito, quod licèt alternativa ſit reſtricta ad beneficia, quæ ſpectant ad liberam collationem ſolius Epiſcopi, & collatio in Cathedralibus ſit communis Epiſcopi, & Capituli, & licèt electio Pœnitentiarii ſpectet ad Epiſcopum, tamen collatio præbendæ pertinet ad eos, ad quos ante Concilium ſpectabat, ut in d. cauſa cenſuit Sacra Congregatio Concilii; nihilominus reſpondit, & tenuit Rot. hoc procedere, quando electio pertinet ad Epiſcopum, non autem quando vacatio contingit in menſe Apoſtolico, prout ead. Sacra Congregatio in prædictis deciſionibus *Salamantin. & Tiraſonen. Nominationis Pœnitentiarii*, declaravit.

Cujus quidem ret potiſſima etiam ratio eſt, quia nimirum cùm præbenda ſit unita Officio Pœnitentiarii, illius collatio, uti ſequela Officii Pœnitentiarii ſpectat ad Papam, ad quem pertinet electio perſonæ Pœnitentiarii; aliàs enim ſi collatio præbendæ ſpectaret ad Epiſcopum, & Capitulum, quando electio Pœnitentiarii ſpectat ad Papam, ſequerentur plura abſurda, narrata in *d. dec.* quorum Primum, quod proviſio Papæ redderetur eluſoria, ſi Epiſcopus, & Capitulum alteri conferrent præbendam; quia electus à Papa, ex collatione nullum commodum conſequeretur. Secundum, quod eſſet neceſſarius duplex titulus, unus à Papa, & alter ab inferiore. Tertium, quod præbenda eſſet unita Officio Pœnitentiarii, & Pœnitentiarius haberet ſolum Officium ſine præbenda, & tamen unitorum eadem debet eſſe diſpoſitio; quam quidem deciſionem refert per extenſum Garc. *d. p.5. c.1. num.*732.

Et iterum propoſita eadem cauſa in eodem Sacræ Rotæ Auditorio de anno 1597. coram *Seraphin.* ut in illius *deciſ.* 1218. idem fuit concluſum; nam cum vacaſſet Officium Pœnitentiarii de menſe Septembris, Epiſcopo alternativæ gratia gaudente, dixerunt Domini, quod ante collationem, quæ fieri debet per eos, ad quos ſpectat, neceſſe eſt, ut præcedat electio perſonæ valida; quæ electio ſpectat ad Epiſcopum ſolùm. Cum verò vigore alternativæ, non poſſit Epiſcopus eligere in menſe Septembris, qui effectus eſt Apoſtolicus, electio ſpectat ad Papam; quia in hac electione nihil commune habet capitulum cum Epiſcopo, & per conſequens neceſſe erat, quod Epiſcopus, & Capitulum conferret ei, quem Papa elegerit; quare Papa præveniendo eligit ſimul, & confert, ut dicitur in *ead. dec.* & concludit, collationem factam per Epiſcopum fuiſſe nullam; cum deberet præcedere valida electio, quæ non præceſſit; ex eo quod illo menſe non poterat ipſe eligere, ſed ſpectabat electio ad Papam.

Et cum ſupradicta Seraph. *deciſio*, circa hanc materiam, ſit nimis celebris, & quotidie ferè in hoc propoſito adducatur, & allegetur, non incongruum, pro hac noſtra praxi, illius tenorem hic duximus ſubnectendum, qui talis eſt, videlicet.

Majoricen. Canonicatus Die Veneris 24. Januarii 1597.

FUit dubitatum ſuper validitate collationis Canonicatus & præbendæ Eccleſiæ Majoricen. unitæ Officio Pœnitentiariæ, *juxta decreta Sacri Concilii Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de reform.* factæ per Epiſcopum Majoricen. cum vacarent per obitum cujuſdam Antonii Belver de menſe Septembr. 1585. & in hoc verſabatur difficultas, quod Epiſcopus acceptaverat alternativam, & ſic menſis Septembris effectus erat Apoſtolicus; ideo dubitabatur, An electio Pœnitentiarii ſpectaret ad Papam, vel ad Epiſcopum; & pro validitate deducebatur, alternativam capere tantùm beneficia, quæ ſpectant ad liberam Epiſcopi collationem; ſed in caſu propoſito, electionem eſſe quidem Epiſcopi, ſed collationem ſpectare ad Epiſcopum, & Capitulum, ideoque non habere locum alternativum, itaut Papæ competat electio, & pro hac parte allegabatur *quadam deciſio Sacri Concilii in cauſa Gerunden.* Contrarium tamen in hac eadem cauſa fuit reſolutum *coram R. P. D. meo Millino, & deinde coram me* in præſenti cauſæ propoſitione confirmatum; & moti fuerunt Domini hac potiſſimùm ratione, quia ante collationem, quæ fieri debet per eos ad quos ſpectat, neceſſe eſt, ut præcedat electio perſonæ valida; quæ electio ſpectat ad Epiſcopum ſolùm; verum, cùm vigore alternativæ non poſſit Epiſcopus eligere in menſe Septembris, qui effectus eſt Apoſtolicus, electio ſpectat ad Papam; nam in hac electione nihil commune habet capitulum cum Epiſcopo; & per conſequens neceſſe habet Epiſcopus, & Capitulum conferre ei, quem Papa elegerit: ideoq; Papa præveniendo eligit ſimul, & confert, nullumq; ex hoc fit præjudicium collatoribus, qui electo conferre tenentur, & non alii. Neque obſtat *deciſio in cauſa Gerunden.* quia non fuerat quæſitum, an electio, & collatio ſpectaret ad Papam, vel ad Epiſcopum, ſed an electio Epiſcopi immutaret naturam collationis, præſupponendo, electionem factam ab epiſcopo & in hac parte optimè fuit reſponſum, non immutare; quod etiam procederet in electione facta per Papam, ſi Papa ſolummodo eligeret perſonam, relicta facultate conferendi, uti de jure, ſed hoc vix locum habere poteſt in practica; cum Papa ſimiles gratias imperfectas facere nō ſoleat; & ex his tolluntur omnia, quæ ex adverſo allegantur; nam quod dicitur, poſſe evenire abſurdum, quod hoc pacto in duobus tantùm menſibus poſſet Capitulum conferre hujuſmodi præbendam & canonicatum; quia dato quod hoc ſit verum, non tamen eſt inconveniens, cum non reſpectu unius, vel alterius beneficii concedatur alternativa, ſed generaliter reſpectu om-

nium, præterquam reſervatorum; & ideo compenſatur præjudicium, quod ex accidenti oritur circa aliquod corpus beneficii, cum emolumento, quod Epiſcopus conſequitur ex adeptione dictorum menſium, ut dictum eſt, hoc præjudicium Capituli non eſt conſiderabile; cum omnino cogatur conferri ei, quem Epiſcopus elegiſſet. Quare concluſum fuit, collationem factam per Epiſcopum non fuiſſe validam cum præcedere deberet valida electio, quæ non præceſſit, ex eo quod illo menſe non poterat ipſe eligere, ſed ſpectabat electio ad Papam; & ita, poſt trinas propoſitiones, fuit per Dominos concluſum.

Et ex ſuperius dictis infertur etiam, quod ſi vacatio Offi-
110 cii Pœnitentiarii contingeret Sede Epiſcopali vacante, Capitulum non poterit de illo providere, cum illud non ſuccedat in proviſione beneficiorum ad Epiſcopum ſpectante, ut optimè concludit Riccius *in praxi fori Eccl. tit. Praxis Epiſcoporum, dec. 555. num. 4.* ubi refert declarationem prædicti *Concilii ſeſſ. 24. c. 8.* ſuper illis verbis, *ab Epiſcopo inſtituatur*, dicentem, *Solo, abſque conſenſu Capituli, & etiam ab eodem ſolo inſtituatur; & licet vacaret ſedes Epiſcopalis, Capitulum nihil poteſt, etiam quod eo tempore Pœnitentiarius moreretur*, ſubdens *loc. cit.* quod tunc collatio ſpectat ad Papam privativè, ſtante reſervatione, *reg. 2. Cancell.* quia beneficia, Sede Epiſcopali vacante, conferuntur à Papa, & idem Garc. *in add. ad p. 5. cap. 4. num.* 150. in ſpecie ait, quod vacante Pœnitentiaria, Sede Epiſcopali vacante electio, & collatio pertinent ad Papam, etiam ſecluſa reſervatione; & non eſt reſervanda futuro Epiſcopo; quod fuit declaratum à Sacra Congregatione, & approbatum à Papa hoc modo, videlicet. *Vacante Sede Epiſcopali Ianuen. vacavit Canonicatus, & præbenda Pœnitentiarii ejuſdem Eccleſiæ; dubitatum fuit, ſtante decreto Congregationis, quod electio Pœnitentiarii ad Epiſcopum pertineat ſine conſenſu Capituli, ad quem ſpectat collatio dictæ præbendæ, & electio perſonæ, an ad Capitulum, quod Sede Epiſcopali vacante ſuccedit in juriſdictione epiſcopali, an ad Sanctiſſimum, vel futurum Epiſcopum, Congregatio cenſuit decretum Pœnitentiarii, quod ad Epiſcopum electio perſonæ Pœnitentiarii pertineat non procedere, quando Canonicatus Pœnitentiarii vacavit Sede Epiſcopali vacante: quia tantùm Papa Ordinarius Ordinariorum, & Epiſcopus Epiſcoporum ſibi debet talem electionem vendicare. Sanctiſſimus hanc ſententiam Congregationis ſibi relatam approbavit, quod electio, & collatio, Sede Epiſcopali vacante, neque ad Capitulum, neque ad futurum Epiſcopum, ſed ad Sedem Apoſtolicam pertineat.* Ubi autem collatio Pœnitentiariæ ſpectaret ad Capitulum, & Epiſcopus eſſet abſens, tunc Capitulum ob dictam abſentiam non poteſt ſe intromittere in electione Pœnitentiarii: quamvis ad illud ſpectet collatio, ſuper quo, cum aliàs fuiſſet dubitatum, emanavit à Sacra Congregatione hæc ſequens declaratio, videlicet, *Dubitavit Capitulum Burgen. An ſaltem abſente Epiſcopo, ad ſe pertineat Pœnitentiarii electio, cum ad ſe etiam collatio pertineat: dicens, declarationem Congregationis, quod ad ſolum Epiſcopum pertineat electio Pœnitentiarii, non habere locum, cum Epiſcopus abeſt, Congregat. cenſuit, electionem perſonæ pertinere ad ſolum Epiſcopum, vel eo abſente, ad Vicarium ſuum, cui Epiſcopus in ſpecie delegaverit hanc facultatem expenſis tamen ipſius Epiſcopi. Sed, & ipſe Epiſcopus abſens poterit, ubi eſt, eligere Pœnitentiarium: non enim ad id eſt neceſſaria præſentia, ſeu exiſtentia in Diœceſi; nam etiam extra illam poteſt expediri, cum non ſit contentioſa, ſed voluntariæ juriſdictionis:* quam declarationem habes etiam penes Garc. *in add. ad p. 5. c. 4. n. 143. verſ. & quamvis*. Subdens *verſ. ſeq.* quod ſi intra ſemeſtre à die notitiæ vacationis, Epiſcopus per ſe, vel ejus Vicarium non eligeret Pœnitentiarium, devolvitur electio ad Capitulum; cum ad Epiſcopum pertineat proprio jure, & ordinario, ex Concil. *juxta cap. 2. de conceſſ. præb.*

Et quoad proviſionem dictæ Pœnitentiariæ, Sede Epiſcopali vacante ſciendum eſt, quod licèt Rebuff. *in prax. tit. de devolution. n. 63. fol. mihi* 189. loquens de Vicario Capituli Sede vacante dicat, quod iſte Vicarius, & Officialis poterit ſuſpendere, excommunicare, interdicere, privare, & abſolvere *cap. his, quæ in fin. de major. & obed. cap. un. eod. tit. in* 6. & quod poterit etiam Capitulum creare Pœnitentiarium, qui abſolvat à caſibus etiam Epiſcopo reſervatis, &c. eſt advertendum quod idem Rebuff. *loc. cit.* non loquitur de Pœnitentiario, ad præſcriptum Sacri Concil. Tridentini cujus deputatio, cum annexione præbendæ, ſpectat ad Epiſcopum, ut dictum eſt, ſed de eo Pœnitentiario qui ſit ſimplex Confeſſarius à Capitulo conſtituendus, ut Sede Epiſcopali vacante, poſſit abſolvere à caſibus Epiſcopo reſervatis, cujus officium per ſuperventientiam novi Epiſcopi expirat, & nullam præbendam annexam habet, quod etiam advertit, idem Garc. *in add. ad d. p. 5. c. 4. ſub d. n.* 150.

Notandum eſt tamen, præmiſſa, nempe quod, Sede Epiſcopali vacante electio, & collatio hujuſmodi ſpectat ad Papam ita demum intelligenda eſſe, ut locum ſibi vendicent in prima aſſignatione præbendæ pro Pœnitentiario, & quando non fuit per Epiſcopum Pœnitentiarius inſtitutus, & electus cum unione præbendæ proximè vacaturæ, non autem quando ipſe Pœnitentiarius eſſet jam inſtitutus ab Epiſcopo,
& ante illius obitum non fuit facta aſſignatio præbendæ; hoc 111
etenim caſu, poteſt Capitulum Sede vacante, aſſignare, & conferre eidem Pœnitentiario, antea inſtituto, & electo primam præbendam vacantem in menſe ordinario, ubi tamen collatio erat communis Epiſcopi, & Capituli, vel ſolius Capituli, nec intrat reſervatio regulæ ſecundæ, etiam ubi collatio præbendarum eſſet ſolius Epiſcopi, ſecluſa reſervatione dictæ *reg.* 2. Ratio autem eſt, quia collatio talis præbendæ erat debita Pœnitentiario, & neceſſaria in qua ſuccedit Capitulum Sede vacante; quia illud ſuccedit non ſolum in collatione neceſſaria, & debita, ſed in omnibus neceſſariis, & quæ ſunt de juſtitia, ut hic gloſ. *in Clem. 1. verbo Capitulo de hæret.* quæ paſſim ſervatur in praxi; unde, & videmus, quod Capitulum Sede vacante, poteſt inſtituere præſentatum ad beneficium juriſpatronatus prout aliàs diximus, & ſuo loco fuſiùs dicetur.

Nec tamen pro majori præmiſſorum declaratione videtur omittendum, quod ſtantibus tot Sacræ Congregationis declarationibus, quibus cautum eſt, electionem perſonæ Pœnitentiarii ad ſolum Epiſcopum pertinere, collationem autem præbendæ uniendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, ſtante erectione prædicti Officii Pœnitentiariæ, facta per Epiſcopum, cum unione primò vacaturæ non poterit Capitulum, ſive is, ad quem illius collatio ſpectat, alterà providere de prædicta præbenda; quia jam non vacat, ſtante unione per Epiſcopum facta, quæ ſtatim ſortita eſt effectum; nam talis præbenda ſic primò vacatura, videtur ab ipſo Concilio deputata, & unita Pœnitentiariæ; unde quatenus vacaverit in menſe non reſervato, eſt de neceſſitate conferenda electo ab Epiſcopo, & ſupradictæ declarationes id magis declarant, cum dicunt collationem debere fieri, &c. quare ponderando dictum verbum *debere*, certum eſt, illud importare neceſſitatem, *l. Prætor, in princ. ff. de eden. l. debet, ff. nautæ. caup. & ſtabul. c. oblata, §. ſuperiori, de appell. Clem. attendentes*, & ibi gloſ. *in verbo debeant, de ſtat. Monach.* Barboſ. *dict. 6a. n. 1.* & fuit dictum *in una Oſcen. Canonicatus 1. Februarii 1593. coram Seraphino*, in qua cum ageretur de unione ab Epiſcopo facta Officii Pœnitentiarii de præbenda proximè vacatura, quæ poſtea vacavit, Sede Apoſtolica vacante, fuit reſolutum; non potuiſſe Capitulum prætextu cujuſdam concordiæ, ſeu ſtatuti, præbendam ſic vacantem alteri conferre, quàm electo ab Epiſcopo ad prædictum Officium Pœnitentiarii, cum in illo, ſtante hujuſmodi unione, quæ fuit ſortita effectum, non intraverit *reg. 2.* reſervans beneficia, de quibus tempore vacationis dictæ Sedis fuerit diſpoſitum; cum jam per Epiſcopum de illa præbenda fuerit diſpoſitum per dictam unionem factam ante vacationem; unde collatio talis præbendæ eſt neceſſariò facienda Pœnitentiario, tanquam illi debita; cum non poſſit Capitulum illam conferre, niſi electo ab Epiſcopo in Pœnitentiarium ex traditis in d. deciſione, quæ videtur optima, & punctualis.

Cæterum autem, nedum collatio, ut hic, ſed etiam præſen-
tatio in Canonicatu, & præbenda Pœnitentiariæ, præſervatur Capitulo, ſeu aliis, ad quos aliàs ſpectabat; dummodo 112
præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo, ut in una Zamoren. declaravit Sac. Congreg. *Cum Congregatio declaraverit, electionem perſonæ Pœnitentiarii eſſe faciendam ab Epiſcopo, collationem verò præbendæ ad eos pertinere, ad quos antea ſpectabat, Capitulum Zamoren. poſtulavit declarari, An ſicut præſervata collatio eſt, ita etiam ſit præſervata præſentatio, quam habet Capitulum de d. Eccleſiæ præbendis, Congregat. cenſuit idem in præſentatione, quod in collatione, ſed tamen referendum Sanctiſſimo, qui probavit ſententiam Congregationis, dummodo præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo: & idem erit in electione, ubi electio ſpectaret ad Capitulum, ſeu alios, nam eadem ratio eſt de election. ac præſentatione*, ut per Garc. *in add. ad d. p. 5. c. 4. num.* 143.

An autem adveniente vacatione hujuſmodi Officii Pœnitentiariæ debeat de eo fieri cõcurſus; ſicut de parochialibus

Eccle-

Eccleſiis, ad præſcriptum Concilii Trid. *ſeſſ. 24. capit. 18. & Conſtitutionis Pii*, quæ incipit, *In conferendis*? Et pluribus omiſſis, quæ pro affirmativa ſententia à nonnullis perperam adducta ſunt, negativam amplectendam eſſe, ex infra dicendis, conſtabit, præſertim verò ex ſententia Sacræ Congregationis Concilii, quæ declaravit, hujuſmodi concurſum hic minimè requiri; nec eſt parvifacienda ſupradicta ſententia, quæ tot validis nititur fundamentis; Quandoquidem, etſi verum ſit, quod Pœnitentiarius inſtitutus, eo ipſo habet à jure, & Concilio facultatem audiendi confeſſiones pœnitentium illius Diœceſis, & juriſdictionem ad abſolvendum à peccatis, & eſt veluti parochus totius Diœceſis, ſicut jam ſupra diximus.

Nihilominus verò, certum eſt, hujuſmodi Pœnitentia-
113 rii Officium, propter præmiſſa, non requirere proviſionem
per concurſum; cum ſatis ſuperq; pateat, ſupradictum Concilium nihil circa hoc diſpoſuiſſe, ſicut diſpoſuit de parochialibus Eccleſiis; namque, ſi aliàs voluiſſet, diſpoſuiſſet utique eodem modo de canonicatibus Pœnitentiariis, non autem expreſſit, ergo noluit, tex. *in l. un. §. ſin autem, Cod. de cad. toll. cap. ad audientiam, de decim. capit. inter corporalia, de transl. prel. cum ſimil.* Nec proinde valet dicere, quod cum dictum Conc. ſtatuerit circa concurſum ad parochiales Eccleſias, pro bono regimine animarum, ita etiam intelligendum ſit de Officio Pœnitentiarii, cujus munus eſt, conſulere pœnitentibus, ac ſalubria eis ſubminiſtrare conſilia, & monita pro earundem animarum ſalute; ac proinde, ubi eſt eadem ratio, ibi debeat eſſe eadem Juris diſpoſitio, *l. ſi poſtulaverit, §. ratio, ff. de adult. l. illud, verſ. ſed magis, ff. ad l. Aquil. l. à Titio*, & ibi Jaſ. *col. 3. ff. de verb. oblig.* Oldr. *conſ. 185. in fin.* ubi quod tunc lex non dicitur extendi, ſed enucleari; ſicut neque ad id refert, quod ſi lex eſt ſpecialis, ratio verò generalis, generaliter ſit intelligenda, *l. cum Prætor, §. dulciſſimis ff. de l. 2.* Rom. *conſ. 457.* Dec. *conſ. 35. nu. 8.* quia nihilominus, per ſupra allegata non benè infertur ad hujuſmodi concurſum, nec refert, quod Officium Pœnitentiarii adminiſtret Sacramentum pœnitentiæ, proindeque videatur habere curam animarum; cum verè non ex eo, quod Pœnitentiarius exerceat hoc Sacramentum, habet curam animarum, niſi cum hoc concurrat parochia; ſola namque poteſtas fori pœnitentialis non efficit beneficium curatum, niſi cum hoc beneficiatus habuerit certam parochiam; ut docet gloſ. *in Clem. dudum, verbo impendant, de ſepult.* ubi, quod licèt perſonæ ibi expreſſæ habeant facultatem audiendi confeſſiones confiteri ſibi volentium, ac imponi pœnitentias ſalutares & beneficium abſolutionis impendant, & iſta ſint de cura animarum, per quod videatur, iſtos eſſe curatos, ſaltem in tanto, vel ex delegata poteſtate, non tamen dicuntur curati, & teſtatur Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. §. 2.* quod communiter in Hiſpania, in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, ac etiam in nonnullis collegiatis canonicatus, & præbendæ Theologales, non autem pœnitentiales, providentur per cõcurſum, & Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 143.* ait, quod quamvis in Concilio Provinciali Compoſtellan. *art. 3. decr. 32.* ſtatuatur, quod proviſio Pœnitentiariæ fiat prævio edicto, & concurſu, id tamen non videtur uſu receptum, nec id ſervant Epiſcopi; quodque in una Abulen. dictum fuit electionem Pœnitentiarii ad ſolum Epiſcopum ſpectare, ſed an concurſus ab eo fieri debeat, Domini dixerunt, recurrendum eſſe ad Sacræ Concil. Congregationem, & tamen eſt concludendum, eum non requiri; nam d. Concilium ſolum ad parochiales requirit concurſum; &, ut ſupra dictum eſt, ſola poteſtas fori pœnitentialis non facit beneficium curatum; prout latè fuit dictum *in una Caurien. Penſionis coram Coccino, dec. 324.* ubi allegabatur nullitas penſionis reſervatæ ſuper fructibus Officii Pœnitentiariæ, tacita hac qualitate, quæ exprimi prætendebatur, tanquam ſi eſſet beneficium curatum, de quo expreſſa mentio fieri debet, & fuit ex ſupradictis reſolutum, hanc expreſſionem non fuiſſe neceſſariam, ſed validam prædictam
114 reſervationem; quod hic eſt incidenter notandum in praxi
in ſimilibus reſervationibus penſionum ſuper fructibus Pœnitentiariæ, prout non ſemel eveniſſe ſcimus. Nam benè poteſt penſio reſervari ſuper prædictis fructibus; quia per unionem præbendæ, non extinguitur titulus Canonicatus, qui adhuc remanet, & dicitur canonicatus Pœnitentiariæ, & potius videtur quoddam onus annexum, & unitum Canonicatui, *ut in d. deciſ. in fin.*

At verò, quamvis, ut ſupra dictum eſt, concurſus hujuſ-
115 modi minimè hic requiratur, nihilominus non puto Ordi-
narius prohibitum, quatenus velint, ſi ita expedire judicave-

rint, prædictum Officium per concurſum providere, ſicut faciebat Sanctus Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanen. qui, cum primùm præbenda, vel Theologalis, vel Pœnitentialis vacaſſet, etiam ſi illius conferri jus ad alium, quàm ad Epiſcopum, præterquàm ad Sedem Apoſtolicam, pertineret, edictum proponi curabat pro concurſu deſuper habendo, ac evocari quicunque eſſent, qui illius muneris cauſa, examen ſubire voluiſſent; confectoq; conſtituti temporis ſpatio, uniuſcujuſque eorum, qui illo nomine convenerant, periculum, vel experimentum in literis, ac doctrinis omni, vel diligentiſſima percunctationum quæſtionumvè ratione, faceret Epiſcopus, adhibitis ſibi, pro arbitrio ſuo, aliis peritis, probiſque viris; tùm etiam de illorum vita, moribus, ætate, gradu, ordine, cæteriſque conditionibus, ad tale munus neceſſariis, accuratè perquireret, ut habetur in *act. Eccl. Mediolanen. tom. 1. p. 1. titul. Quæ ad beneficiorum collat. attinent, fol. mihi 268.*

Unde, cum Eccleſiis Cathedralibus, ſicut aliàs dictum eſt deputari debeat Pœnitentiarius, qui Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus ſit in Sacra Theologia, vel jure Canonico, ex *d. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 8.* propterea optimum erit, antequam iſte ad hujuſmodi munia ſubeunda admittatur, inquirere de ejus ſufficientia, ut ſupra dictum eſt, quia ſolus gradus Doctoratus, ſeu licentiaturæ, ſine doctrina, non ſufficit; quod etiam in Dignitatibus ſervare bonum eſt.

Quare dubitat Garc. *p. 7. c. 7. nu. 50.* an ad beneficia, ſeù Dignitates, gradum aliquem requirentia, ſufficiat gradum hujuſmodi habere, etiam ſine ſcientia competenti, itaut nihilominus valeat adeptio talis beneficii, ſeu Dignitatis, & concludit affirmativè; quia iſte talis eſt re vera graduatus,
licèt indignè, & gaudet privilegiis graduatorum, quod ex 116
pluribus probat *loco citato*, & dixit Ripa *in leg. Centurio, numero 17. verſ. noviſſime, ff. de vulg.* ſe aliàs reſpondiſſe,
Doctorem, quamvis ignorantiſſimum torqueri non poſſe, 117
ne dignitas doctoratus dehoneſtetur; quod & ſumma ratione introductum videtur, ſeu receptum; nam eo ipſo, quod quis eſt Doctor, qualis ſit, ſi inſignia Doctoratus eſt adeptus, idoneo, ac vero Doctore in omnibus habetur, tum propter præſumptionem, talem approbantium, tum propter evidens inconveniens; quia etiam Doctori conſummatiſſimo, & doctiſſimo viro poſſet opponi, dicendo, Tu es inſcius, ignarus, ac tali gradu indignus; & ſic quilibet Doctor excellens, poſt tot dignos labores, infœliciſſimus omnium viveret, & in eum etiam ignaviſſimi homines, immò mulierculæ inſurgerent, dicentes, Nec tibi gradus iſte convenit, nec inter peritos connumerandus es, ut tradit Mand. *ſuper reg. 16. q. 13. n. 4.* & quod iſte ſit verè graduatus, tenet Aret. *in c. clerici, de jud.* & ibi Felin. *num. 2. & 3. in 4. rubr. de major. & obed.*

At verò contrarium tenuit Boer. *de auth. mag. conſ. num. 93.* ubi, quod in Curia Romana, prærogativæ datæ per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ Doctoribus non competunt
doctorellis, & indoctis, ubi ex Barbatia *in d. c. de cler.* quod 118
impetrans beneficium, nulliter impetrat, ſi narret ſe doctorem, cum ſit merus occupator illius tituli, ob ejus excellentem ignorantiam. Quod quidem potiſſimùm vendicat ſibi locum in aſſequendis beneficiis, & Dignitatibus eccleſiaſti-
cis; cum Eccleſia indigeat viris literatis, non autem aſinis 119
ferratis, id. Fel. *in c. ſi quando, n. 7. de reſcript.* ubi quod Pius II. dicebat, indoctum Epiſcopum Aſino eſſe comparandum, & ibi plura in propoſito congerit; & de Pœnitentiario, tenuit Sacra Congregatio Concilii; nam vacante Officio Pœnitentiariæ Cathedralis Eccleſiæ Capuanæ, bo. me. Cardinalis Bellarminus. Archiepiſcopus petiit ab ipſa Sacra Congregatione, an dictum Officium eſſet conferendum N. qui licèt Doctor fuiſſet, tamẽ atteſtabatur, eſſe valdè ignarum; ac proinde, eadem Sac. Congreg. die 20. Martii 1623. cenſuit, prædictum N. haberi, ac ſi non eſſet Doctor; & ideò de alio pro- 120
videndum, ut refert Barbol. *de Canon. & Dignit. cap. 26. num. 9. fol. 238.* ubi, quod dicta Sac. Congregatio cenſuit, quod poteſt præbenda Pœnitentiariæ reſignari ad favorem illius, qui non eſt Doctor, neque Licentiatus; ſed atteſtationibus Ordinarii, Capituli, & Academiæ Elboren. aſſeritur
admodum doctus, & habilis; quia ſufficienter conſtat de 121
idoneitate, ad effectũ, ut Papa provideat, ut in *Elboren. Pœnitentiariæ 12. Martii 1623.* Unde licèt vulgo dicamus, non omnem Doctorem doctum eſſe, attamen benè è converſo, omnem doctum eſſe Doctorem; multi etenim ſunt Docto-
res nomine, pauci verò opere; quare Doctoratus dignitas 122

Hodie in Italia, quaſi contemptibilis eſt; quandoquidem ad illam fere omnes promoveri curant, ut ait Lotter. *de re benef. in appar. n. 128. cum plurib. ſeqq.*

Dataria tamen Apoſtolica, in proviſionibus Officiorum, aut Dignitarum, cæterorumq; beneficiorum, requirentium gradum Doctoratus, ſeù Licentiaturæ, ſi tempore impetrationis Orator careat hujuſmodi gradu, quod omninò exprimendum eſt, ad vitandam ſubreptionem, præfigit eidem tempus ad illum gradum ſuſcipiendum, unius anni, aut aliàs prout ſibi videbitur, cum adjectione hujuſmodi decreti in
123 calce ſupplicationis, ac etiam literarum, videlicet, *Volumus autem, quod prodictus N. infra annum proximum, gradum Magiſterii in Theologia in aliqua approbata Univerſitate ſtudii generalis prævio rigoroſo examine, & aliis ſervatis ſervandis, ſuſcipere omnino teneatur: alias præſens gratia nulla ſit eo ipſo*, prout adjici conſuevit præſertim in collatione præbendæ Theologalis.

Nec tamen circa hanc praxim omittendum putavi quoad validitatem ſupradictæ unionis, quod per illa verba Cōcilii, *cum unione præbendæ primo vacatura*, ſi aliàs fuiſſet hujuſmodi Officium Pœnitentiarii erectum cum unione prædictæ præbendæ, quæ tamen eſſet poſtmodum à Papa ſimpliciter impetrata, narrata tamen hujuſmodi unione; & erectio ſupradicta non potuit propterea ſuum effectum ſortiri, non exinde impediretur Epiſcopus, quin ad ejuſdem Concilii præſcriptum, ad novam erectionem devenire poſſit, cum unione alterius præbendæ, ſimiliter primò vacaturæ: nam-
124 que per primam erectionem, ſic inutilem, ab eo factam, ipſius facultas non eſt extincta, & conſumpta; quia, dum Concilium *ſeſſ. 24. c. 8. de refor.* ait, quod Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ primò vacaturæ, ab Epiſcopo inſtituatur, hujuſmodi verba ſunt intelligenda cum effectu; quandoquidem effectus in quacunq; actione, & diſpoſitio-
125 ne eſt conſiderandus, & attenditur, *l. ſi non mortis, in fin. de inoff. teſt. l. 1. hæc autem verba, ff. quod quiſque jur.* Bald. *in l. ſi mater, in 3. not. C. de juſt. & ſubſtit.* Dec. *conſ 313. col. 2. circa med.* Unde vulgò dici ſolet, quod de modo non curatur, dummodo effectus ſequatur, Rot. *dec. 276. n. 3. p. 2. div.* id. Dec. & alii *in d. l. ſi mater*, DD. *in l. gallus, §. quod ſi tantum. ff. de liber. & poſth. l. 2. C. de alim. pupil. præſt. l. cum ſervus, ff. de verb. oblig.* cum aliis cumulatis per Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 55. nu. 11. cum plurib. ſeqq.* & in puncto firmat Rot. *in una Oſcen. Canonicatus Officii Pœnitentiariæ, 9. Iunii 1593.* penes Seraph. *dec. 1034.* ubi apertiſſimè oſtenditur & concluditur, quod dum prædictum Concilium *loc. citat.* mandat Epiſcopis inſtitutionem Officii Pœnitentiariæ cum unione præbendæ primò vacaturæ, conſideravit effectuationem, & ideò hujuſmodi facultatem non conſumi per erectionem, quæ non fuit ſortita effectum: quare, ea non obſtante, poterit ad novam erectionem prædictam devenire, per text. *in l. 3. §. hæc verba, de vulg. & pupill.* quicquid aliàs fuerit dictum *in una Tarraconen. Canonicatus, ſeu Officii Pœnitentiarii, 15. Iunii coram Corduba*, ubi, quod facultas erigendi Pœnitentiariam, à Concilio Epiſcopis conceſſa, per primam erectionem, ac unionem expiravit, per text. *in leg. boves, §. hoc ſermone, de verb. ſignif.* quam deciſionem refert Garc. *par. 5. cap. 4. n. 142. circa med.* quia potius, quoad hoc attenditur *d. deciſion. Seraph.* 1034. quam pluties vidimus practicari.

CAPUT V.

Praxis Erectionis Præbendæ Theologalis, ſeu Lecturæ in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis.

SUMMARIUM.

1 *Præbenda Theologalis, quando inſtituenda in Cathedralibus, ac Collegiatis Eccleſiis.*
2 *Præbenda non poteſt aſſignari Theologo, ubi fuerit aliud ſtipendium aſſignatum.*
3 *Et quando detur præbenda Theologalis, & aliud ſtipendium.*
4 *Præbenda Theologalis aſſignatio per Epiſcopum, non habet locum in reſervatis, & affectis, ex declaratione Sacri Concilii.*
5 *Theologalis qualitas, niſi per Epiſcopum adiiciatur in ipſa proviſione, non poterit poſtmodum illam adiicere.*
6 *Theologalis præbenda requirit actualem deputationem, ex declaratione S. Concilii.*
7 *Theologus idoneus, donec reperiatur, ſuſpendenda eſt collatio Canonicatus pro Lectore Sacræ Scripturæ.*
8 *Theologalis præbendæ inſtitutionis ab Ordinario factæ formula.*
9 *Lectoris deputatio pro Theologo, facienda ad præſcriptum Concil. Trid. aliàs eſt nulla.*
10 *Epiſcopus non diſpenſat adverſus decreta Concilii, circa qualitatem perſonæ pro præbenda Theologali.*
11 *Ac propterea, ſi non reperiatur perſona qualificata, recurritur ad Papam, pro collatione hujuſmodi præbendæ, etiam ſi Canonicatus, & præbenda non eſſent reſervati.*
12 *Et quomodo Papa in literis collationis hujuſmodi, reſcribere conſueverit.*
13 *Theologalis præbendæ loco, quando diſtributiones quotidianæ applicentur.*
14 *Diſtributiones quotidianæ, quando ſuccedant loco præbendæ.*
15 *Theologalis præbenda, ſi eſſet inſufficiens, poterit Epiſcopus, vacante altera, ambas applicare.*
16 *Theologo, vel Pœnitentiario, ubi ſunt Canonicatus, & præbendæ, non poteſt aſſignari aliud beneficium.*
17 *Theologalis, vel Pœnitentiariæ erectio cum Clauſula,* Cum primum, Canonicatum, & præbendam vacare contigerit, *quomodo intelligenda.*
18 *Et proponitur caſus annullationis collationis prædictæ præbendæ.*
19 *Erectiones beneficiorum, ex quibus cauſis faciendæ per Papam tantùm.*
20 *Theologo quodnam decretum detur per Datariam, ſi præter Canonicatum, & præbendam unitos illius Officio, aliud incompatibile beneficium obtineat.*
21 *Pœnitentiarium, & Lectorem in Cathedrali inſtituendi onus Epiſcopo injungitur à Papa in proviſione Eccleſiæ necnon Montem Pietatis, & Seminarium.*
22 *Præbendæ vacantes in menſe reſervato, non poſſunt univi officio Pœnitentiarii, & Lectoris.*
23 *Unio, cur Seminario fiat etiam de reſervatis.*
24 *Præbenda pœnitentialis ſeu theologalis aſſignatio non impeditur per ſtatutum ſeu conſuetudinem de optando, & quare.*
25 *Optio ſapit unionis diſſolutionem, immò etiam continet ipſam diſſolutionem.*
26 *Unio fieri non poteſt ſine cauſa, & illius cognitione.*
27 *Unio præbendæ pro Pœnitentiario, præſervatur à regulare revocatoria, etiam ex declarationibus Sac. Congr.*
28 *Pœnitentiarius, ſive Lector Theologiæ licèt non poſſit optare, poteſt tamen ſuam præbendam renunciare, etiam ad favorem.*
29 *Dummodò reſignatarius habeat qualitates ad id à Concilio requiſitas.*
30 *Ætatis 40. annorum defectus in Pœnitentiario, quando non obſtet.*
31 *Et hujuſmodi ætas debet eſſe completa.*
32 *Pœnitentiarius habens parochialem, an illam poſſit retinere, & ſic utrumque Officium exercere, ante vacationem præbendæ.*
33 *Pœnitentiarius, ante vacationem præbendæ, ejus Officio unitæ, neque vocem in Capitulo, neque Sedem in Choro habet, minuſque interim pro Canonico habendus eſt.*

Congruit conſequenter, ut ad praxim tranſeamus erectionis Præbendæ Theologalis, ſeu Lecturæ, ad præſcriptum ejuſdem Sacri Concilii Tridentini, cujus decreto *ſeſſ. 5. cap. 1.* cautum eſt, ut in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, ſi Civitas ſit inſignis, vel populoſa, ac etiam in Collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni Oppidò, etiam nullius Diœceſis, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium ad id deputatum reperitur, præbenda, quomodocunque præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non ſit, ad eum uſum, ipſo facto, perpetuò conſtituta, & deputata intelligatur, & quatenus in ipſis Eccleſiis; nulla, vel non ſufficiens præbenda foret Metropolitanus, vel Epiſcopus ipſe, per aſſignationem fructuum alicujus ſimplicis beneficii, ejuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum ſuæ Civitatis, & Diœ-

& Diæceſis, vel aliàs, prout commodius fieri poterit, de Ca-
pituli conſilio, ita provideat, ut ipſa ſacræ Scripturæ lectio
habetur; ita tamen, ut quæcunque aliæ lectiones, vel con-
ſuetudine, vel quavis alia ratione inſtitutæ propter id mini-
mè prætermittantur.

Ex quibus, inter cætera conſtat, ita demum ad hujuſmo-
1 di erectionem, & aſſignationem debere procedi, quatenus
ibi nulla præbenda, aut preſtimonium, vel ſtipendium de-
putatum reperiatur. Unde, ſi poſt factam alicujus præmiſ-
2 ſorum aſſignationem, aliquo prætextu deveniatur ad no-
vam aſſignationem præbendæ, illa utique erit nulla, ut fuit
dictum *in una Barchinonen. Canonicatus* penes Seraph. *dec.*
1310. nam poſtquam ab antiquo tempore reperiretur in Ec-
cleſia Barchinonen. aſſignatum ſtipendium pro Lectore Sa-
cræ Theologiæ, fuit à Papa impetrata præbenda pro eodem
Lectore, nulla facta mentione ſupradicti ſtipendii; quia, at-
tentis verbis ſupradicti Concilii, non poterat aſſignari præ-
dicta præbenda, ubi reperiebatur aſſignatum prædictum ſti-
pendium, & ſic non erat locus decreto dicti Concilii, prout
etiam Sacra Congregatio cenſuit in eadem cauſa; quapro-
pter gratia impetrata de dicta præbenda fuit judicata nulla,
& ſubreptitia, tanquam ex falſa cauſa; namque ſi fuiſſet Papæ
narratum, adeſſe erectionem antiquiſſimam Lectoris ſala-
riati, cum certo, & perpetuo ſtipendio, non ita de facili, Pa-
pa novam erectionem feciſſet: eò magis, quia aliàs dicta Sa-
cra Congregatio cenſuit, non eſſe neceſſarium, ex decreto d.
Concilii, erigere præbendam Theologalem, ut dicitur in *d.
deciſ. in qua num.* 2. ſubditur, quod caſu, quo Papa voluiſſet
hujuſmodi novam erectionem facere,, cum præjudicaretur
liberæ collationi Ordinarii, videbatur neceſſaria derogatio
regula de jur. quæſ. non toll. Et aliàs eadem Sacra Congrega-
tio cenſuit, *Si ſtipendium pro Lectore Sacra Theologia, jam
ante Concilium fuit, ut proponitur, in Cathedrali deputatum,
non eſſe neceſſarium ex decreto d. Concilii erigere Theologa-
lem.*

Poteſt tamen contingere caſus, quod & præbenda Cano-
nicalis, & ſtipendium ſimul debeatur pro Lectione Sacræ
Scripturæ, prout aliàs tenuit Rota *in una Cæſaraguſtan.
Lectoria*, penes Coccin. *impreſſa inter diverſ. recent. quæ eſt
dec.* 150. *par.* 5. ibi etenim, cum ab immemorabili tempore,
in Eccleſia Cæſaraguſtan. Officium prædicti Lectoris eſſet
demandatum uni ex Canonicis regularibus prædictæ Eccle-
ſiæ quæ ante illius ſæculariʒationem regularis erat, & ele-
ctio prædicti Canonici ad Archiepiſcopum ſolum ſpectaret
qui dicto Lectori aſſignabat decem caficia tritici, & decem
metretas vini, ac ſcuta duodecim, ſel. recor. Clem. VIII.
in prædicta Eccleſia erexit nihilominus unum Canonica-
tum Lectoralem cum aſſignatione præbendæ; & cum in du-
bium revocaretur, num per erectionem prædictam ceſſaret
ſtipendium antea, ut ſupra aſſignatum, pluribus hinc inde
adductis, fuit pro negativa concluſum, nempè, quod præ-
dicto Canonico, ultra præbendam, etiam prædictum ſtipen-
3 dium deberetur; ex eo, quod in bulla prædictæ ſæculariza-
tionis præſervata fuerunt omnia jura, quæ antea prædictis
Canonicis competebant; & ſic anterior obligatio ſolvendi
dictum ſtipendium; unde erectio Canonicatus Lectoralis
non facit ceſſare prædictum ſtipendium, per text. & DD. *in
c. quia nonnulli, de magiſtr.* nec ſuperveniencia novæ cauſæ,
tollit anteriorem cauſam prædicti ſalarii, ſeu ſtipendii; cum
id tantummodo locum haberet, quando prædictum ſala-
rium fuiſſet transfuſum in præbendam noviter aſſignatam:
quia tunc benè diceretur ſubrogata in locum ſalarii, vel ſi
Archiepiſcopus, qui tenebatur prius ad ſalarium, aſſignaſset
de ſuo proprio iſtam præbendam, & non alias; unde erectio
Canonicatus Lectoralis hujuſmodi, cum aſſignatione præ-
dictæ præbendæ, & onere legendi, non facit ceſsare hujuſ-
modi ſalarium; nam dicta ſuperveniencia novæ cauſæ, tan-
quam è diverſo jure proveniens, dicitur venire cumulativè
ad primam, non autem extinctivè; præſertim quia, cum
tanquam Canonicus, & Lector fungatur duplici officio,
non eſt inconveniens, quod recipiat duplicatum emolu-
mentum: eoque magis, quia aſſignatio præbendæ Canoni-
calis pro Lectore non fuit aſſignata ſimpliciter pro Lecto-
re, ſed pro Lectore tanquam Canonico, cum aliis adductis
in prædicta deciſione.

Per ſupradictum verò Concilium *d. ſeſſ.* 5. *cap.* 1. ibi, *con-
ſtituta, & deputata intelligatur*, Sacra Congregatio ſic de-
claravit, *Cujus collationem Concilium reliquit illis, ad quos
de jure ante Concilium ſpectabat; nec talis deputatio, ſeu con-
4 ſtitutio habet locum in Canonicatibus, & prebendis, Sedi
Apoſtolicæ reſervatis, & affectis, quia tunc collatio ſpectat ad
Papam.*

Præterea, ſtantibus ſupradictis verbis Concilii, ibi, *con-
ſtituta, & deputata intelligatur*, eſt plurimùm advertendum
quod ſi Epiſcopus providebit de hujuſmodi Canonicatu, &
præbenda, non adjecto onere, & qualitate Theologali,
non poterit, poſtquam fuit facta talis proviſio, adjicere onus 5
legendi, & interpretandi Sacram Scripturam; quandoqui-
dem, ut talis præbenda primò vacatura ſit Theologalis, & 6
maneat erecta in Theologalem, requiritur actualis deputa-
tio, tàm ex declaratione Papæ, quam Congregationis
Concilii, ut ſequitur, videlicet, *Sacra Congregatio Con-
cilii cenſuit, Sanctiſſimo approbante illius ſententiam, ad ere-
ctionem prebendæ Theologalis, requiri actualem deputatio-
nem: & ideo, ſi in proviſione præbendæ non fuit facta actua-
lis deputatio, non poſſe proviſum compelli obire munus lecturæ,*
& alia declaratio ſic ait, *Præbenda, quæ primo poſt confirma-
tionem Concilii vacaverit, & ipſo facto ejuſdem Concilii de-
creto hujus Capituli, verſiculo, in Eccleſiis autem, pro Le-
ctore Sacræ Scripturæ perpetuò conſtituta, & deputata intel-
ligatur, ſi collata fuerit ad id munus inhabili per ſe explicare,
an invalida ſit, Sanctiſſimus, ſentiens hoc Decretum Conci-
lii, eſſe conditionale, requirique prius declarationem, & actua-
lem deputationem Epiſcopi, ut illa præbenda ſit Theologalis,
reſpondit, valere collationem præbendæ, quæ primo poſt Con-
cilium vacavit, factam perſonæ minus idoneæ ad Sacram
Scripturam, per ſe ipſum interpretandam, ſi nondum illius
præbenda actu fuerit deputata, & erecta in Theologalem,
nec eſt in optione Epiſcopi, præbendam vacantem aſſignare
pro Pænitentiario, licèt ratione curæ animarum videatur
magis neceſſarius propter verba hujus decreti, ipſo facto, ut
in cap.* 1. *ſeſſ.* 5. *Verùm ſi magis expediens in aliquo loco parti-
culari fuerit judicatum, prius de Pænitentiario provideà-
tur, habenda eſt confirmatio in ſpecie à Sede Apoſtolica ad
omnem difficultatem tollendam*; quas declarationes refert
Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 155. necnon Barboſ. *de
Canonicis, & Dignitatibus, capite vigeſimoſeptimo, num.* 5.
fol. mihi 246.

Et in propoſito perſonæ minus idoneæ ad id munus expli-
candum ſi fortè contingat, Clericum ſæcularem non repe-
riri pro dicta præbenda, attenta diſpoſitione Sacri Conc.
Trident. *dict. ſeſſ.* 5. *cap.* 1. ibi, *De cætero præbenda, præſti-
monium, aut ſtipendium hujuſmodi non niſi perſonis idoneis,
& quæ per ſeipſos id munus explicare poſſint, conferatur, &
aliter facta proviſio, nulla ſit, & invalida*: Voluerunt ni-
hilominus Pius V & Gregorius XIII. collationem hujus
Canonicatus ſuſpendendam eſſe, donec inveniatur idoneus 7
Theologus ſæcularis, ſi fieri poſſit; interim verò nullum
eſſe ab Epiſcopo fructuum ipſius Canonicatus cuſtodem,
aut curatorem deputandum; ſed eos omnes Superiori
alicujus Monaſterii tradendos, qui curet, ut aliquis ido-
neus Theologus ex ſuis regularibus, publicè ſacram Scri-
pturam in Cathedrali doceat, prout hìc mandatur; eique in
primis neceſſaria ſubminiſtret ex dictis fructibus; quod
ſi quid reliquum erit, in Monaſterii uſum convertat, ut
per DD. *in capit. majoribus, de prebend.* & magis in ter-
minis, Gloſ. *in capitul. quod nullus, in verbo præbenda, de
magiſtr.*

Qui quidem regularis nihil aliud ſibi vendicare poteſt,
niſi quod ei per prædictos Pium, & Gregorium conceſſum
eſt: ac propterea cum quidam regularis in caſu præmiſſo,
peteret à Summo Pontifice ſibi conferri Canonicatum in
commendam, ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo,
& quod poſſet deferre ſuperpelliceum, & habitum Cano-
nicorum, hæc omnia ex ſupplicatione fuerunt delcta, &
addita hæc verba, *Et citra commendam, ſeu proviſionem
petitam. Et de conceſſione, & aſſignatione omnium, &
quorumcumque fructuum, & etiam diſtributionum quotidia-
narum tantum Canonicatus, & præbendæ prædictorum eidem
Oratori pro ſtipendio præbendæ Theologalis: donec de alio
Magiſtro ſæculari idoneo, cui Canonicatus, & præbenda
prædicti conferri poſſint, proſpectum ſit; illorum titulo inte-
rim ſuppreſſo remanente, ita, ut nequeant à quoque impetra-
ri.* Et in alia ſimili, fuit per Dominos Reviſores Datariæ,
ſic additum. *Et circa proviſionem Canonicatus, & præben-
dæ hujuſmodi, ſed de conceſſione, & aſſignatione fructuum,
& diſtributionum, &c. donec, &c. conferri poſſint per
loci Ordinarium, vel ſedem Apoſtolicam proſpectum ſit: illo-
rum titulo interim ſuppreſſo remanente; ita ut à quoquam im-
petrari nequeant; Et de licentia Superioris ejuſdem Oratoris,*

Corradi Prax. Benefic.

qui habitum ſuum regularem, ut antea; ſemper geſtet, & retineat, ubique, ac ad nutum ſui Superioris ad Clauſtrum quandocunque revocari poſſit.

Quoniam verò, ut plurimum hujuſmodi Officium Lectoris, ſicut de Pœnitentiario dictum eſt, ab Ordinario, ex facultate ſibi per dictum Concilium attributa, erigi conſuevit, non abs re viſum eſt etiam hujuſmodi erectionis formulam hic ſubnectere, quæ ſequenti modo concipi poſſe videtur, videlicet.

8 *N. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Paſtoralis nos admonet ſollicitudo, ut ad ea, quæ nobis ratione noſtri Præſulatus, incumbunt, mentis noſtræ aciem attentè dirigamus, per quæ animarum nobis creditarum ſaluti, ſedulò conſulatur, ut parvulis panem petentibus, provida ille ſibi manu frangatur, atque diſpenſetur; quatenus ipſi, divini verbi pabulo, cæleſtique rore per verbum Dei refecti, uberiores æternæ vitæ referant fructus, cum per ſemitas Domini Noſtri, divinæ veritatis doctrina dirigantur. Sanè, cum in noſtra Cathedrali Eccleſia N. Sacræ Theologiæ Lectoris Officium, juxtà Decretorum Concilii Tridentini diſpoſitionem, nondum per noſtros prædeceſſores erectum exiſtat plurimumque conveniat, ut illud, tàm pro ipſius Eccleſiæ decore, & venuſtate, divinique cultus in ea augmento, quàm eorundem decretorum complemento, quamprimùm in ea erigatur, atque inſtituatur. Nos igitur, tàm pium, ac ſanctum opus, ut maximè neceſſarium, omni animi ſtudio, omnique pietate, ac diligentia amplectentes, in dicta noſtra Cathedrali Eccleſia, unum Sacræ Theologiæ, ſacrarumque literarum Officium, pro Lectore Theologali nuncupando, qui juxtà ejuſdem Concilii Tridentini diſpoſitionem, qualificatus eſſe, & in eadem Eccleſia, ſacram Scripturam legere, & interpretari debeat, & teneatur, ut omnia, & ſingula, quæ ad Sacræ Scripturæ Lectoris officium pertinent, ſedulò exercere, necnon ſtallum in Choro, ac locum, & vocem tàm activam, quàm paſſivam in Capitulo, & proceſſionis, cæteriſque actibus Capitularibus, publicis, & privatis, ſecundum ordinem, inter Canonicos dictæ Eccleſiæ ſervari ſolitum, habere debeat; ac omnibus illis horis, & temporibus, quibus dictum Officium exercebit, ad reſidentiam, & divinis Officiis in Choro, ac pro rebus Capitularibus tractandis in Capitulo prædictis, intereſſe minimè teneatur. Et nihilominus omnia, & ſingula, fructus, redditus, proventus, diſtributiones quotidianas, mortuaria aliaque jura, obventiones, & emolumenta, per alios Canonicos prædictos, qui ſic reſident, & interſunt; percipi, & lucri fieri ſolita, percipere, & lucrari; necnon his, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, inſigniis, honoribus, & oneribus conſuetis, ac immunitatibus, facultatibus, & gratiis quibuſcunque, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus reliqui Canonici præfati, & ipſis divinis Officiis continuò aſſiſtentibus, & miniſtrantibus, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipſe pariter, & pariformiter uti, potiri, & gaudere poſſit, & valeat, authoritate noſtra ordinaria, ac aliàs omni meliori modo, quo poſſumus, modo, perpetuò erigimus, & inſtituimus. Illique ſic erecto, & inſtituto, pro ejus dote, illudque pro tempore obtinentis ſuſtentatione, ac onerum illi incumbentium ſupportatione, Canonicatum, & præbendam dictæ Eccleſiæ, cum primùm illos, quandocunque quomodocunque ubicunque, & ex cujuſcumque perſona vacare contigerit. Ita quod liceat dicto Eccleſiæ Sacræ Theologiæ Lectori, ex nunc, prout ex tunc, & è contra per ſe, vel alium, ſeù alios, ejus, & dicti Lectoris Officii nomine, ſeù nominibus propria authoritate, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dictorum Canonicatus, & præbendæ, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, liberè apprehendere & apprehenſam perpetuò retinere; illorumque fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcunque ac etiam diſtributiones quotidianas, etiam, ut præfertur, percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita, eadem authoritate noſtra ordinaria, ac etiam aliàs, omni alio meliori, quo poſſumus, modo, unimus, annectimus, & incorporamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium, præſentes, manu noſtra ſubſcriptas fieri, & per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in ſimilibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri, Dat. in Palatio noſtro Epiſcopali. Die, &c.*

Quæ quidem formula fuit per me annis retrò elapſis, ad requiſitionem cujuſdam Prælati, confecta; licèt poſtmodum eam viderim alibi impreſſam.

Et debet fieri deputatio pro Lectore prædicto, de perſona ad prædictum prædicti Concilii, qualificata, aliàs erit
9 nulla, cum non poſſit Epiſcopus diſponere adverſus decre-
10 ta Concilii; quod ſi talis perſona non reperiatur, & altera non qualificata, ad hanc præbendam aſpiret, recurret ad Pa-
11 pam pro illius collatione, etiam ſi Canonicatus, & præbenda hujuſmodi non fuerint reſervati, neque affecti, qui in literis proviſionis, ita in his caſibus reſcribere conſuevit,
12 nempe, *Nos volentes N. presbyterum Civitatis, vel Diœceſis N. aſſerentem ſe, licèt in Theologia graduatus non ſit, ad explendum, tamen onus, eidem præbendæ, tanquam Theologali, incumbens habilem exiſtere, ac in Civitate, & Diœceſi prædictis nullum graduatum, aut qui intra annum in Theologia graduari poſſit adeſſe, apud nos, &c.*

Et cum aliàs Canonicatus, & præbenda fuiſſent perperam ab Ordinario collati non habenti hujuſmodi qualitatem, obtinuit ille à Papa illorum novam proviſionem, cum narrativa, *Quod alias Canonicatu, ac Theologali nuncupata præbenda Eccleſiæ, N. &c. de illis ſic vacantibus, & antea diſpoſitione Apoſtolica non reſervatis, neque affectis, prædicto N. ordinaria authoritate extra dictam Curiam proviſum fuit, poſſeſſione, nulla tamen fructuum perceptione ſubſecutis. Cum autem, &c. tempore Datæ proviſionis hujuſmodi, in Theologia graduatus non eſſet, licet nunc in Theologia Magiſter exiſtat: proindeque dubitet proviſionem hujuſmodi viribus non ſubſiſtere, & ſicut accepimus, dicti Canonicatus, & præbenda adhuc vacare noſcantur, Nos volentes eundem N. qui etiam utriuſque Iuris Doctor exiſtit, apud Nos, &c.*

Præmiſſo quidem modo poſſunt fieri ſimiles erectiones ordinaria authoritate in vim Sacri Concilii Tridentini, verùm cum expediat quandoque ſicut aliàs diximus, ut quamprimum fiat ipſa erectio, ac ſortiatur effectum, etiamſi Canonicatus, & præbenda uniendi vacaverint in menſe Apoſtolico, vel aliàs fuerint reſervati, aut affecti, cum per tot declarationes ſupra adductas, ſatis conſtet, hujuſmodi unionem de beneficiis reſervatis, ſeù affectis fieri non poſſe, proinde, ut prædicta unio ſuum ſortiatur effectum in vacatione Canonicatus, & præbendæ quomodolibet contingente, petitur ipſa erectio, & inſtitutio à Summo Pontifice, cum narrativa, *quod cum primum, Canonicatum, & præbendam hujuſmodi per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illos pro tempore obtinentium, aut etiam quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ſeu etiam in quocunque ex menſibus prædictæ Sedi, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ac per quaſcunque Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas editas, & edendas, ſeu alias quomodolibet reſervatis, & reſervandis, aut locorum Ordinariis, vel aliis collatoribus, per eaſdem, ſeu alias Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu dictæ Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, ſimiliter editas, & edendas, aut literas alternativarum, vel quævis alia privilegia; & indulta Apoſtolica, ſeu aliter, quomodolibet hactenus per dictam Sedem conceſſa, & in poſterum concedenda, aut etiam de jure communi, vel par-*

ticu-

ticulari: ſeu alias quovis modo competentibus, & competituris, ac alias quomodocunque, quandocunque, ubicunque, tam in Romana Curia, quàm extra eam illos vacare contigerit, etiam ſi jam ad præſens vacent, ex nunc, etiam ſi devoluti, affecti ſpecialiter, vel alias ex quavis cauſa in literis, etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervati, litigioſi, cujus litis ſtatus &c.

Aliàs etenim liberum eſt Summo Pontifici, præbendam in menſe ſibi, & Sedi Apoſtolicæ reſervato, alteri, & cui videbitur conferre. Et de anno 1613. evenit caſus, quo Epiſcopus Arianen. erexit præbendam, Theologalem cum unione præbendæ primò vacaturæ, cujus vacatio incidit in menſe Apoſtolico, & Papa alteri de ea providit; & cum nihilominus Epiſcopus prætenderet validitatem prædictæ unionis, re delata ad Sacram Congregationem Concilii, fuit reſponſum collationem à Papa factam validam extitiſſe, & prædictus Epiſcopus expectavit aliam præbendam in ſuo menſe vacantem, quam univit, ut ſupra.

Et modo ſupra expreſſo, conſuevit ſupplicari Summo Pontifici, tàm pro parte Ordinarii, quàm Oratoris petentis ſibi provideri, etiam de Canonicatu, & præbenda proximè vacaturis, poſt erectionem factam à prædicto Ordinario; quia cum poſtmodum talis præbenda vacaverit in menſe Apoſtolico, vel aliàs eſſet reſervata, ſeù affecta, tunc electio perſonæ, & collatio ſpectabit ad Papam, qui illam in hoc caſu conſuevit ipſi Oratori conferre, ut per Barboſ. *de Canon. & Dignit. dict. capit. 27. numer.* 13. quicquid cæteri in contrarium dixerint, & re vera, ita vidimus in praxi ſervari.

Eſt tamen hic notandum, quod licet Concil. Tridentin. *loc. citat.* loquatur de applicanda præbenda, ut ſupra; nihilominus, ubi in illa Cathedrali non adſunt præbendæ, ſed omnes fructus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, ipſi quidem loco præbendæ aſſignari poſſunt,
13 ut fuit per Sacr. Congregationem declaratum, teſte Garc. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 128. circa finem*, ibi *Tertia intelligitur, etiam præbenda, cujus fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, ſicut reliqua, &c.* namque dictę
14 diſtributiones ſuccedunt loco præbendæ, ut etiam declaravit eadem Sac. Congregatio Concilii teſte eodem Barboſa *dict. cap. 27. num. 7. fol. 246. qui nu. 8.* ſubdit, quod ſi vacaret præbenda, quæ eſſet inſufficiens, poterit Epiſcopus, va-
15 cante altera, ambas applicare pro lectione Sacræ Scripturæ; dummodo Canonici habeant ſufficiens ſtipendium, ex *declaratione prædicta Sacr. Congregat. ſub die 16. Februarii* 1619.

16 Et aliàs dicta Sacra Congregatio ita cenſuit, *Ubi ſunt præbendæ, & Canonicatus, non poteſt aſſignari aliud beneficium pro iſto Theologo, vel Pænitentiario Namque tunc eſſet deveniendum ad applicationem fructuum alicujus beneficii, quatenus in ipſis Eccleſiis nulla, vel non ſufficiens præbenda foret, cum prædictum Concilium hanc curam ita providendi, mandat Epiſcopo, vel Metropolitano de fructibus ſimplicium beneficiorum eorumdem ſupportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum ſuæ Civitatis, & Diœceſis, vel aliàs, prout commodè fieri poterit de conſenſu Capituli ita provideant, ut in d. ſeſſ. 5. cap. 1.*

Nec eſt ommittendum, quod per illa verba apponi con-
17 ſueta in hujuſmodi erectionibus, videlicet, *cum primum illos vacare contigerit*, non poteſt collatio proximè futura alteri fieri, quàm Theologo, ſeù Pœnitentiario, ſive in ipſa erectione nominato, ſive nominando in prima vacatione, aliàs quævis alia collatio revocabitur, & annullabitur per Summum Pontificem, prout de anno 1613. contigit in erectione Pœnitentiariæ majoris Eccleſiæ Aſculan. & de anno 1617. in erectione præbendæ Theologalis majoris Eccleſiæ Nucerin.

18 Et aliàs, cum in Eccleſia Tropien. nulla præbenda pro Pęnitentiario, aut Sacræ Scripturæ Lectore, conſtituta eſſet, & licèt in Congregatione S.R.E. Cardinalium ordinatum fuiſſet, ut prædictæ Eccleſiæ præbendam, in aliquo ex menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, primò vacaturam, ad uſum unius Pęnitentiarii per tunc exiſtentem Vicarium Generalem Tropien. conſtitui deberet, nihilominus, cum poſtea vacaſſet Canonicatus, & præbenda prædictæ Eccleſiæ per obitum extra Romanam Curiam de menſe Junii, prædictus Vicarius vigore facultatis beneficia conferendi, ſibi ab Epiſcopo attributæ, illos ſic vacantes contulit cuidam ſuo familiari: Cumq; fructus prædictorum Canonicatus, & præbendæ ſufficientis redditus exceſſivi eſſent, non ſolum ad Pęnitentiarii, ſed ad Sacræ Scripturæ Lectoris ſuſtentationem ſufficerent, Summus Pontifex deſuper opportunè providendo, Motu proprio, prædictam collationem ſic nulliter per prædictum Vicarium factam, revocavit, & caſſavit; necnon ab eiſdem Canonicato, & præbenda, illorum omnium, & ſingulorum fructuum, &c. medietatem, judicio Ordinarii diſcernendam, perpetuò ſeparavit, & diſmembravit, ac in ipſa Eccleſia Tropien. unam Pœnitentiariam pro uno Pœnitentiario, necnon unum alium Canonicatum, & unam aliam prębendam Theologalem nuncupandam pro uno Canonico Theologali pariter nuncupando, qui juxta decretum Concilii Trid. qualificati eſſent, & in eadem Eccleſia ſcripturam Sacram legere, ac interpretari, & utriq; eorum omnia, & ſingula, quæ ad Pœnitentiarii, & Sacræ Scripturæ Lectoris Officia pertinent exercere, necnon ſtallum in choro, &c. Pœnitentiarius quidem poteſt ſtios, alias Dignitates ibidem obtinentes, Canonicus autem Theologalis hujuſmodi, ſecundum ordinem inter Canonicos prædictos ſervari ſolitum, habere deberent, & omnibus illis horis, & temporibus, quibus dicta ſua officia exercerent, &c. minimè tenerentur; & nihilominus omnia, & ſingula, &c. percipere, &c. inſtituit, &c. illiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro eorum dote, &c. Pœnitentiariæ videlicet primo dictos Canonicatum, & præbendam cum remanente illorum fructuum, &c. jurium obventionum, & emolumentorum medietate, ac plenitudine juris canonici, ſimiliter perpetuo univit, annexuit, & incorporavit, Canonicatui verò, & præbendæ Theologali prædictis, alteram, ut præfertur, ſeparatam, & diſmembratam medietatem fructuum, &c. jurium, obventionum, & emolumentorum hujuſmodi itidem perpetuò applicavit, & appropriavit. Ita quod liceret Pœnitentiario videlicet, corporalem poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ unitorum apprehendere, Canonico autem Theologali prædictis alteram ſeparatam, & diſmembratam medietatem fructuum, &c. jurium obventionum, & emolumentorum hujuſmodi percipere, exigere, & levare, ac in ſuos cujuſque uſus, & utilitatem convertere per ſe, vel alium, ſeù alios propria authoritate, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita: decrevitque pręmiſſa omnia, ac literæ deſuper confectæ nullo unquam tempore de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod cauſæ propter quas emanarunt, coram Ordinario loci, vel alibi examinatæ, verificatæ, & approbatæ, necnon de facto proviſus à prædicto Vicario, & alii forſan intereſſe habentes ad id vocati non fuerint, ſeù ex quacunque alia cauſa, quantum vis legitima, & juridica, notari, impugnari, invalidari, ac terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam vocari, aut adverſus illas quodcunque juris, & facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſit.

Et hic incidenter quatuor ſunt notanda in praxi, per quā uſus Romanæ Curiæ docet, in prædicto, ac ſimilibus caſibus tales erectiones ad Papam ſpectare, ſicut alibi tetigi- 19
mus. Primò, quia Epiſcopo non licet dividere præbendas, quod quidem noſcitur Interdictum in Concilio Turonen. ubi Alexander Tertius expreſsè voluit, ut majoribus Eccleſiæ beneficiis in ſua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum clericorum præbendę patiantur ſectionem. Idcirco, ut ſicut in magnis, ita quoque in minimis membris ſuis firmatam Eccleſia habeat univerſitatem, diviſionem præbendarum, aut Dignitatum permutationem fieri prohibuit, ut dicitur *in cap. majoribus, de præbend.* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 6. quæſt. 1. num. 4.* idem habetur *in c. dilecto, de præbend.* ubi Abb. & alii, & licèt id videatur permiſſum, quando facultates ſufficiunt, ut ſupra viſum eſt, ac propterea fieri poſſe ex juſta cauſa, *ut in cap. vacante, & in cap. cauſam de præbend.* Garc. *de benef. part. 12. cap. 4. num.* 2. ubi duæ deciſiones Rotæ per extenſum ad id referuntur, nihilominus, iſta diviſio, ſeù ſectio beneficii non eſt hic permiſſa Ordinario, qui non poteſt circa jus commune diſponere, quamvis ſibi liceat vigore dicti Concilii *dict. ſeſſ. 5. cap.* 1. providere per aſſignationem fructuum alicujus ſimplicis beneficii.

Secundò, neque idem Ordinarius potuit fructus à prædicta præbenda Canonicatus diſmembrare, quæ quidem diſmembratio proxima eſt diviſioni beneficii, idem Garc. *loc. citat. cap. 3. num. 1.* quia, licèt per hujuſmodi diſmembrationem non extinguatur beneficium, nihilominus alteratur, & diminuitur in bonis, ac fructibus, & redditibus, & diſmembratio dicitur, cum aliqua bona, fructus, ſeù redditus bene-

beneficii ab eo ſeparantur, & alteri applicantur, & fieri debet per Papam ſupradicta diſmembratio, ſeù diminutio beneficii, quando inter cætera non poteſt in hujuſmodi diviſione haberi conſenſus Capituli, qui requiritur, ſicut in alienationibus rerum Eccleſiæ, *cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. c. 1. ne Sed. vac.* & ibi DD. gl. *in Cle. ſi una, de rebus Eccl. non alien.* id. Garc. *d. c. 3. num. 3.*

Tertiò, quia agitur de unione beneficii in menſe Apoſtolico reſervati, ut ex præmiſſis patet; nam, ſicut aliàs diximus, unio præbendæ proximè vacaturæ, facienda etiam pro Canonico Theologo, non poteſt fieri de præbendis reſervatis, ſeu affectis Sedi Apoſtolicæ; tunc enim ad Summ. Pontificem talis collatio ſpectat, ſicut jam dictum eſt.

Quartò, quia quandoque dicitur, etiam ſi intereſſe habere prætendentes vocati non fuerint, & hoc ſolùm ſpectat ad Papam; nam aliter requireretur, ſeù ſaltem ſubintelligeretur Clauſula *Vocatis vocandis*, quæ importat partis citationem, Felin. *in cap. fin. num. 23. de præſumpt.* Marius Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 39. num. 3.* Decian. *conſ. 173. num. 2.* Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancell. poſt gloſ. 9. nu. 226.* & tunc judex exequutor tenetur procedere judicialiter. Summo itidem Pontifici hujuſmodi erectio reſervatur, quando Lector deputandus, reperitur poſſidere aliud incompatibile beneficium, puta, ſi fuerit Rector alicujus parochialis Eccleſiæ, pro cujus retentione, donec unio fuerit ſortita effectum, erit neceſſaria diſpenſatio. Tunc enim ad-
20 ditur decretum, *Et cum opportuna diſpenſatione pro Oratore, ut una cum dicto Lectoris Officio, parochialem Eccleſiam prædictam, quam obtinet, donec unio hujuſmodi ſuum fuerit ſortita effectum, retinere liberè, & licitè valeat. Ita tamen, ut interim apud dictam parochialem eccleſiam perſonaliter reſidere, illique per ſeipſum deſervire, ac parochialia officia gerere debeat. Et cum decreto, quod poſtquàm unio prædicta effectum ſortita, ipſeque Orator Canonicatus, & præbenda unitorum hujuſmodi poſſeſſionem aſſequutus fuerit, ſeu ſi per eum ſteterit, quominus illam aſſequatur, Eccleſiam parochialem prædictam, infra duos menſes, ex tunc proximos, in manibus Romanum Pontificem liberè, cum ſpecifica mentione præſentis decreti, & non aliàs, dimittere omnino teneatur; alioquin, tam parochialis Eccleſia, quàm Officium, & illi unitus Canonicatus, & præbenda hujuſmodi, vacent eo ipſo.* In reliquis autem, tàm in erectione Officii Pœnitentiarii, quam Lectoris hujuſmodi conſuevit addi per Dominos Reviſores Datariæ Apoſtolicæ, hoc decretum, videlicet, *Et idem dummodo Canonicatus, & præbenda prædicti aliud onus incompatibile annexum non habeant*, quod eſt juxta decretum Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.* ibi, *præbenda primo vacatura, cui aliud onus injunctum non ſit*, prout etiam adnotatum reperio in quibuſdam notabilibus ejuſdem Datariæ; quod tamen ſuperfluum videtur, cum jam per d. Concilium fuerit ita proviſum.

Demum adde, plurimùm expedire, ut Epiſcopus curet omni meliori modo, ac quanto citius poteſt, Cathedrali Eccleſia inſtituatur Pœnitentiarius, & Lector ſacræ Scripturæ: propterea videmus, quod quotieſcunque providetur Eccleſiæ Epiſcopali de novo Paſtore, ac in illius ſtatu non narretur, Eccleſiam illos habere, ſemper in literis promotionis imponitur proviſo onus erigendi Theologalem, & Pœnitentiariam præbendas; quarè in literis hujuſmodi promotio-
21 nis tale adjicitur decretum, videlicet, *Volumus autem, ut Theologalem, & Pœnitentiariam præbendas, ad præſcriptum Concilii Tridentini, quàm primum erigas, & Montem Pietatis fieri cures, conſcientiam tuam ſuper hoc onerantes.* Et idem dicitur de Seminario, quando in ſupradicto ſtatu non narratur, adeſſe.

Illud autem, quod dictum eſt de unione præbendæ proximè vacaturæ, Officii Pœnitentiarii, quod non capiat beneficia reſervata, dicendum quoq; eſt de præbenda Theologali:
22 eo, quod prædictum Concilii Tridentini Decretum, *d. ſeſſ. 5. cap. 1.* ibi in *Eccleſiis autem*, ſicut ſupra, de hac præbenda Theologali diximus, non habet locum in præbenda vacante in menſe Papæ aut aliàs reſervato, ut patet ex ſequenti declaratione, videlicet, *Si vacaverit portio, non includitur hoc decreto, quia non venit appellatione præbendæ.* Secunda, *ibi, primò vacatura, &c. non tamen in menſe Apoſtolico, quia non comprehenduntur ſub hoc decreto præbendæ vacantes in menſibus reſervatis, & idem in præbenda pœnitentiali: ita fuit reſcriptum Epiſcopis Valent. Civitaten. & Gadicen.* Tertia, *Intelligitur etiam præbenda, cujus fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, ſicut reliquæ, nec talis deputatio, & conſtitutio habet locum in Canonicatibus, & præbendis Sedi Apoſtolicæ reſervatis. Idem ſi in prædictis menſibus, Cardinalis haberet indultum à Sede Apoſtolica*: quas deciſiones refert, etiam Garc. *de benef. p. 5. cap. 4. num. 128.* & hanc tertiam declarationem, etiam ſuperiùs in propoſito retulimus.

Et quoad unionem prædictarum præbendarum, idem dicitur de præbenda pœnitentiali, quoad eos, qui habent indultum conferendi, prout etiam idem Garc. *loc. citat.* reſcriptum fuiſſe teſtatur per eamdem Sacram Congregationem, Duci de Alba, videlicet: *Omnes Illuſtriſſimi Domini mei Cardinales declaraverunt, quod decretum Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 8. de Pœnitentiario, non habet locum in menſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ, vel in illis, in quibus Dominatio veſtra habet indultum, niſi indultum habens, conſenſum dederit, Dat. Romæ 23. Martii 1685. A. Card. Carrafa.*

Ratio autem, cur Concilium non idem ſtatuerit in erectione præbendarum Pœnitentialis, ac Theologalis, quod in Seminario, cui voluit poſſe fieri unionem, etiam de beneficiis Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & affectis, ea forſan eſt, quia hanc neceſſitatem erectionis, & unionis magis conſideravit in Seminario, cujus erectio, & unio non patiuntur 23
tantam dilationem, ut poſſit expectari vacatio in menſibus Ordinarii: quæ fortaſſe longius protraheretur, quàm ipſa neceſſitas poſtulat: proindeque arbitratum eſt, expedire quamprimum fieri unionem Seminario, illamque ſuum ſortiri effectum: non autem ſic in unione præbendarum Pœnitentialis, ac Theologalis: quod quidem ſi Concilium voluiſſet, utique expreſſiſſet: quare non expreſſit, ergo noluit, arg. text. *in leg. uni, §. ſin autem, Cod. de cad. toll. capit. ad audientiam, de decim. capit. inter corporalia, de transl. præl.* Mandoſ. *regul. 32. quæſt. 28. num. 2. & reg. 34. qu. 65. numer. etiam 2.*

His accedit, quod hujuſmodi deputationes præbendarum ſcilicet Pœnitentialis pro Pœnitentiario, ac Theologalis pro Theologo, eo modo, quo ſupra dictum eſt, nequeunt impediri, etiam in Eccleſiis, in quibus viget ſtatutum, ſeu con- 24
ſuetudo optandi majores, & pinguiores præbendas, ea ratione, nempe, quia Officio Pœnitentiarii, eſt perpetuò unitum onus Canonicatus, & una præbenda; quarè non poſſunt mutari, ſed immobiles remanere debent cum eodem Officio Pœnitentiarii. Eo etenim ipſo, quod præbenda ſemel erecta eſt, ac deputata in pœnitentialem pro Pœnitentiario, ſeu theologalem pro Theologo, non poteſt (ſicut aliàs diximus) optari, idem Garc. *d. cap. 3. num. 132.* ex declaratione ejuſdem Sacræ Congregationis, quæ ſic ait, *Non poteſt optari præbenda, quæ fuit erecta, & deputata in Theologalem pro Theologo, à ſequenti Canonico, prout neque Pœnitentiarius, cui certa præbenda eſt deputata, & unita, poteſt optare.* Et ſecundum has declarationes, pluries in facti contingentia conſultus, reſpondi; quicquid nonnulli in contrarium adduxiſſent; nimirum, quia canonicus Pœnitentiarius, ſive Theologus non debet eſſe deterioris conditionis, quàm cæteri canonici, qui in eadem Eccleſia optant, & aſcendunt ad majores præbendas, ſicut pro parte affirmativa primò diaerat, Gonz. *gloſ. 34. num. 78.* nam hoc omnino negatur, & oppoſitum tenendum eſt, Nav. *ſub titulo, de reb. Eccl. non alien. conſ. 14.* dicens, quod ſi daretur hujuſmodi optio in præbenda Pœnitentiarii, eſſet quidem dividere beneficia unita, quod nemini licet, niſi ad id poteſtatem habenti; circa quod debent ſervari ſolemnitates in modo dividendi, ſi concurrat juſta cauſa: quare proſequitur *loc. citat.* quod ſi prædictus Pœnitentiarius optaret aliam præbendam vacantem, divideret præbendam priorem à ſuo Pœnitentiarii Officio: quam quidem poteſtatem ipſe Pœnitentiarius, nullo jure naturali, divino, aut humano habet, & hoc ſine ulla ſolemnitate, & juſta cauſa pro libito, & beneplacito ſuo faceret, quod nullo ſibi jure conceditur: & quia *d. conſ.* de hac re, eſt optimum, & ſingulare, illud propterea videndum eſt per extenſum.

Quinimmò ſuperaddo, hujuſmodi negotium optionis, non modò quidem ſapere unionis diſſolutionem, verùm etiam ipſam diſſolutionem continere: & nihilominus cer- 25
tum eſt, hujuſmodi diſſolutionem fieri non poſſe, niſi juſta
ſubſiſtente cauſa, cum illius cognitione, ac conſenſu Capitu- 26
li, ſicut in facienda ipſa unione, Petrus de Peruſ *qu. 3. cap. 3. num. 5. & 6.* relatus à Garc. *par. 12. cap. 3. num. 307. qui par. 5. cap. 4. num. 126.* ait, quod cum unio præbendæ proximè vacaturæ pro Pœnitentiario, ſit facta authoritate Concilii,

prout

27 prout *in d. ſeſſ. 24. cap. 8.* cenſetur etiam præſervata in regu-
la revocatoria unionum, per illa verba, *Non tamen Concilii*
Tridentini authoritate, etiam ſi ſit facta authoritate Sedis
Apoſtolicæ; & aliàs Sacra Congregatio declaravit, ut infra,
videlicet, *An uniones factæ authoritate Sedis Apoſtolicæ in*
caſu hujus Cap. in favorem Pœnitentiarii, dicantur ſaltem ex
veriſimili mente comprehenſæ in hoc decreto, ad effectum, ut
tales uniones cadant, vel ne ſub exceptione regulæ revocatoria
unionum? Sacra Congregatio cenſuit, hujuſmodi uniones ca-
dere ſub exceptione regulæ. Et etiam alia declaratio ſic ait,
Congregatio cenſuit, Concilium debere intelligi, etiam de
unione facta, authoritate Sedis Apoſtolicæ in favorem Pœni-
tentiarii, ad effectum, ut dicta unio non cadat ſub regula revo-
catoria unionum, ſed ſit præſervata per verba illa contenta in
regula, præterquam authoritate Concilii facta, idem Garcia
loco citato.

Et ex his præmiſſis, licèt dicta præbenda, ſive pœnitentia-
lis, ſive theologalis optari non poſſit, non tamen prohibetur
28 Pœnitentiarius, ſive Lector Theologiæ ſuam præbendam
reſignare, etiam ad favorem alterius, ſicut poſſunt reſignari
cæteræ præbendæ ejuſdem Eccleſiæ; dummodo reſignata-
29 rius habeat qualitates ad id à Sacro Concilio Tridentin. re-
quiſitas *in d. ſeſſ. 24. ca. 8.* nimirum, quod habeat (quoad Pœ-
nitentiarium) gradum Doctoratus, vel Licentiaturę in theo-
logia, vel jure canonico, ſitque ætatis quadraginta anno-
rum; licèt quoad ætatem hujuſmodi, Sacra Congregatio
Concilii declaraverit, defectum ætatis quadraginta anno-
30 rum non obſtare, ubi alias aptior, pro loci qualitate, non re-
peritur, id. Garc. *part. 7. cap. 4. num. 32. 33. & 34.* ubi exiſti-
mat, ſufficere, quod non reperiatur in Civitate, aut etiam
Diœceſi, perſona apta cum dictis qualitatibus; nec eſſe quę-
rendam extra Diœceſim, ut alius, qui aptior pro loci quali-
tate repertatur, poſſit eligi in Pœnitentiarium; quod ſi in
Diœceſi non reperiatur talis perſona apta, & Epiſcopus ve-
lit, eum eligere extra illam, non niſi habentem dictas quali-
tates, eligere poterit, ſi talis ibi commodè reperiri poteſt;
quodque prædicti quadraginta anni debent eſſe completi:
quare non prodeſt, ſi attingat tantum quadrageſimum an-
num. Miratur verò hic Hojed. *de incompat. benef. par. 1. cap.*
24. num. 18. cur in Epiſcopo, qui ſupremum habet ordinem
31. & majorem curam, quàm Pœnitentiarius, non requiritur,
niſi ætas triginta, in Pœnitentiario autem quadraginta an-
norum: ſed tamen ibi reſpondet, quod in Pœnitentiario eli-
gendo non requiruntur tot requiſita, quot in Epiſcopo ne-
ceſſaria ſunt, & ideo non mirum, ſi in Pœnitentiario requi-
ratur ætas 40. annorum.

Quid autem nunc, ſi Pœnitentiarius ab Epiſcopo inſtitu-
tus, ad præſcriptum Concilii, cum unione præbendæ proxi-
mè vacaturæ, habeat etiam parochialem Eccleſiam, num-
32 quid eam poſſit retinere, ſaltem donec advenerit vacatio ſu-
pradictæ præbendæ, & ſic interim utriuſque officium exer-
cere? & quidem *Sacra Congregatio cenſuit, quod talis Pœ-*
nitentiarius tenetur ſuum officium exercere, ac inſervire Pœ-
nitentiaria, & parochialem, quam obtinet, dimittere, etiam
ante vacationem præbendæ, quod tamen, ita intelligas, niſi
Summus Pontifex cum Oratore diſpenſaverit, ut poſſit
utrumque beneficium retinere, donec unio ſupradictæ præ-
bendæ, fuerit ſortita effectum; & ex tunc infra duos menſes
à die adeptæ poſſeſſionis Canonicatus, & præbendæ, tenea-
tur dimittere parochialem Eccleſiam prout ſupra dictum
eſt de eo, qui etiam parochialem Eccleſiam obtinebat, &
fuit proviſus de præbenda theologali. Ipſa etiam *Sacra Con-*
gregat. 31. Maij 1596. cenſuit, etiam ipſum Pœnitentiarium
33 *ante vacationem præbendæ, dicto officio unitæ, neque vocem in*
Capitulo, neque in Choro Sedem ſibi vendicare poſſe, minuſque
habendum interim eſſe pro Canonico. Et aliàs Pœnitentiarius
ab Epiſcopo Vicentino vigore Concilii inſtitutus, licèt ad-
huc non obtinuiſſet præbendam, duo prætendebat, de qui-
bus conſuluit Sacr. Congregationem. Primò, *An debeat*
participare de diſtributionibus quotidianis, & ex nunc habe-
re locum in Choro, & Capitulo, & antequam ſibi obveniat præ-
benda vacatura. Secundò. *An debeat præcedere ſingulos Ca-*
noniſtas, cum habeat officium, & adminiſtrationem Sacra-
menti Confeſſionis, & Pœnitentiæ, & propterea ſit Dignitas,
ſicut Præpoſitus, Archidiaconus, & ſimiles? Congregatio Con-
cilii cenſuit, Pœnitentiarium, antequam præbenda, quæ ſuo
officio fuit unita, vacet, non habere locum, neque in Capitulo,
neque in Choro, neque poſſe diſtributiones quotidianas perci-
pere. An autem poſtquam vacaverit, & eam adeptus fuerit,
debeat præcedere alios ſimplices Canonicos; tanquam ultima
dignitas, referendum Sanctiſſimo, & dicendum, Congrega-
tionem ſentire, quod Sanctitas ſua conſtituat Officium Pœ-
nitentiarii pro ultima dignitate; ita ut omnes Canonicos præ-
cedat: habet enim Officium cum adminiſtratione, & jure
Sanctiſſimus ſatius dixit non inducere hanc novitatem; ideò
juſſit reſponderi, quod Pœnitentiarius ſedeat in loco ſui Cano-
nicatus, cum illum fuerit adeptus. Idem juſſit reſponderi in
Theologo.

Quas quidem declarationes refert etiam Garc. *de benefic.*
in add. ad 5. par. cap. 4. num. 111. Hæc etiam paucula, circa
praxim erectionis Officii Pœnitentiarii, præter ea, quæ
ſuperius dicta ſunt, hic, ita ſuadente diſcurſu, reaſſumere
viſum eſt.

Ex iis verò, quæ ad praxim erectionis præbendæ theo-
logalis pertinent, ultra ſuperius jam dicta, alia etiam repe-
ries in mea *Prax. Diſpenſat. Apoſtolic. libr. 7. cap. 1. numer.*
24. & 25.

CAPUT VI.

Praxis Proviſionis, ac retentionis Canonicatus, & Præbendæ, inſimul cum Dignitate in eadem Eccleſia, ex conſuetudine, & ſine Diſpenſatione.

SUMMARIUM.

1 *Canonicatus cum Dignitate in eadem Eccleſia, quo-*
modo ſine Apoſtolica diſpenſatione retineatur.
2 *Canonicatum cum dignitate impetranti, non dat regula-*
riter Cancellaria diſpenſationem, niſi illa petatur, &
quare.
3 *Canonicatum cum dignitate obtinens lucratur duplices di-*
ſtributiones.
4 *Conſuetudini permittenti, quod in Eccleſia teneantur Ca-*
nonicatus cum dignitatibus, non derogatur per Concil.
Triden. ſeſſ. 26. cap. 17.
5 *Conſuetudo plurium Eccleſiarum obtinendi canonicatum*
cum dignitate in eadem Eccleſia.
6 *Cimiliarchatus Officium cum Canonicatu, & præbenda*
in Eccleſia Neapolitana, ſine Apoſtolica diſpenſatione
retinetur.
7 *Conſuetudo retinendi Canonicatum cum Dignitate in ea-*
dem Eccleſia non adverſatur Canonum decretis.
8 *Nec Dataria Apoſtolica uſui contradicit.*
9 *Et juſtificatur ex pluribus proviſionibus.*
10 *Et quid ſervet Dataria in hujuſmodi expreſſione, in ſup-*
plicatione.
11 *Ceſſante hujuſmodi conſuetudine, ſeù ſtatuto, eſt petenda*
diſpenſatio, quæ tamen, etiam ex cauſa, regulariter de-
negari conſuevit.
12 *Canonicus Lector quando poſſit, etiam Dignitatem in ſimul*
retinere.
13 *Canonicatus cum Dignitate præſumitur obtineri ex diſ-*
penſatione, niſi doceatur de conſuetudine, refragante
Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 4.
14 *Dignitatem habere cum Canonicatu in eadem Eccleſio, eſt*
incompatibile.
15 *Conſuetudo retinendi Canonicatum cum dignitate, eſt à*
Papa approbata.
16 *Incompatibilitas Canonicatus cum Dignitate, major eſt, ſi*
ſint in duabus Eccleſiis.
17 *Canonicatum cum dignitate impetrans, aut petere debet*
diſpenſationem, aut affirmativè narrare conſuetudinem
obtinendi ſine diſpenſatione.
18 *Non enim admittitur narrativa, quod forſan per unum, &*
eundem in eadem Eccleſia, ſine diſpenſatione obtineri
conſuevit.
19 *Dictio,* forſan *nihil affirmat.*
20 *Conſuetudo irrationabilis non præſcribitur.*
21 *Contra jus commune debet eſſe ad minus quadraginta an-*
norum.
22 *Ut inducatur, duo actus ad minus requiruntur, nec ſuffi-*
cit unus tantùm, & num. 30.
23 *Verbum,* conſuevit, *requirit plures actus, qui verificantur*
in duobus.
24 *Solitum inducitur ex unico actu.*
25 *Dictio,* multa, *verificatur in tribus.*

26 *Bene-*

26 *Beneficia duo incompatibilia, eſſe ſolita per unum, ſine Apoſtol. diſpenſatione retineri, non admittitur in Dataria.*
27 *Quia per illam dictionem,* ſolita, *poſſet decipi Summus Pontifex.*
28 *Solitum, & conſuetum differunt inter ſe, & in quo.*
29 *Mens hominis deprehenditur ex eo, quod conſuevit facere.*
31 *Conſuetudo requirit duos actus valde notorios.*
32 *Aliàs ſi non ſint valdè notorii, requiruntur tres, vel plures actus.*
33 *Conſuetudine Papæ narrata, quod Canonicatus cum dignitate conſueverit per unum in Eccleſia retineri, ſive Apoſtolica diſpenſatione, cùm re vera ita non ſit, inducitur illorum vacatio.*
34 *Et ſub qua forma poſſint ab alio impetrari.*
35 *Perceptoriæ regularis impetratio, cum Clauſula,* quod conſuevit Clerico ſæculari commendari, *non valet ſi ſemel tantum fuerit ſic commendata.*
36 *Canonicatus, quare incompatibilis cum Dignitate.*
37 *Clauſula,* Cum omnibus, & ſingulis privilegiis, &c. prærogativis, &c. *non importat diſpenſationem.*
38 *Conſuetudini permittenti, ut quis obtineat Canonicatum cum Dignitate, non eſt derogatum per* Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 17. *ubi, habenti beneficium competens non confertur aliud.*
39 *Conſuetudo retinendi Canonicatum cum dignitate, non procedit in Canonicatu Pœnitentiario.*
40 *Secùs in Canonicatu Lecturæ Doctorali, & Magiſtrali.*
41 *Conſuetudo, ſeù ſtatutum non admittit retentionem Portionis cum Canonicatu in eadem Eccleſia. Contrarium tenet* Garc. p. 11. c. 5. n. 254.
42 *Et quænam ſit ratio.*
43 *Dignitates omnes per tot Canonicos in ipſa Eccleſia, ex indulto Papæ in illius erectione, retineri.*
44 *Quod quandoque conceditur ad partem; Et proponitur formula ſupplicationis.*
45 *In Regno Franciæ, illiuſque Cathedralibus, & Collegiatis ita indultum per Leonem X.*
46 *Caſus refertur creationis in canonicum, ad effectum obtinendi dignitatem, canonicatu litigioſo exiſtente,* ex notab. Cancell.
47 *Clauſula,* Quod dimittere tenearis, *non datur à Cancellaria impetranti canonicatum cum dignitate, ſtante conſuetudine retinendi utrumque ſine diſpenſatione.*
48 *Canonicatus qualitas ſufficit adeſſe tempore proviſionis Dignitatis, ad effectum utrumque retinendi ſine diſpenſatione.*
49 *Quarè, ſi poſtmodum reſignetur Canonicatus, retinetur Dignitas.*
50 *Et quænam ſit ratio?*
51 *Initium ſpectari debet.*
52 *Cauſa commiſſa Canonico, aut in alia Dignitate conſtituto, qui poſt Datum commiſſionis, reſignavit, poterit nihilominus illam cauſam decidere.*
53 *Qualitas ſufficit adeſſe tempore, quo diſpoſitio ſumpſit effectum.*
54 *Conſuetudo tenendi inſimul Canonicatum, & Sacriſtiam, ſi illa reſignetur cum reſervatione penſionis, non requirit diſpenſationem pro retentione dictæ penſionis.*
55 *Penſio, cum alio beneficio, non poteſt in eadem Eccleſia retineri.*
56 *Papa ſolus diſpenſat ſuper pluralitate præbendarum, tam in eadem, quàm in diverſis Eccleſiis.*
57 *Et quæ ſit ratio.*
58 *Legatus non poteſt contra Concilium, & jus commune, diſpenſare.*
59 *Diſpenſationes ad beneficia incompatibilia, ex legitima cauſa conceduntur.*
60 *Diſpenſatio ſuper retentione Canonicatus in Cathedrali, ac Dignitatis in Collegiatis ſub quo decreto detur.*
61 *Et quomodo ſuper retentione duorum Canonicatuum.*
62 *Et quomodo ſuper retentione Dignitatis cum beneficio curato,*

NEc tamen alienum à propoſita materia agnovimus
circa praxim erectionis Dignitatum, ac Canonica
tuum, & præbendarum in Cathedralibus, ac Sæcularibus,
& Collegiatis Eccleſiis, adjicere, quod inter cæteras hujuſ-
modi erectiones, non rarò accidit, ut ab ipſo Summo Pon-
tifice aliud petatur erectionis genus, etiam ad partem, quam
quidem Ordinarius, ſua authoritate concedere nequit; cum
nimirum in Cathedrali aliqua Eccleſia, aut Collegiata, ſta- 1
tutis, vel conſuetudinibus cautum eſt, ne quis in ea, Dignita-
tem, Perſonatum, adminiſtrationem, seù officium obtine-
re, aut aſſequi poſſit, niſi fuerit ejuſdem Eccleſiæ Canoni-
cus, & quandoque, etiam actu præbendatus, ac aliàs inibi,
certis expreſſis modis, qualificatus: quo caſu conſuevit
Summus Pontifex annuere ad petitionem Oratoris, qui Ar-
chidiaconatum videlicet, ſive aliam Dignitatem, jam inibi
obtinet, quatenus ipſum Oratorem in ejuſdem Eccleſiæ ca-
nonicum, cum plenitudine juris Canonici, ad effectum,
prædictum Archidiaconatum retinendi, vel aliam dignita-
tem in ipſa Eccleſia, etiam poſt Pontificalem majorem, ſeù
perſonatum, vel adminiſtrationem, aut officium, etiam cu-
ratum, & electivum, ſi ſibi aliàs canonicè conferatur, dumta-
xat, creare, & inſtituere dignetur, cum derogatione obſtan-
tium; illiuſque Eccleſiæ, etiam de certo numero Canoni-
corum, ſtatutis, & privilegiis non obſtantibus, prout vi-
di in Dataria Apoſtolica conceſſum in Eccleſia Attrebaten.
& aliis.

Circa quod, illud ſervat Cancellaria Apoſtolica, & notat,
quod ſi uni provideatur de canonicatu, & præbenda, ac di-
gnitate, ſeù perſonatu, adminiſtratione, vel officio ejuſdem
Eccleſiæ, vel habenti unum, aliud de prædictis confertur,
non datur diſpenſatio, ſi non eſt petita, nec clauſula, *Quod* 2
dimittat, & remittitur in diſpoſitione juris, ſi poteſt, vel ne.
Si verò eſſet petita, daretur diſpenſatio; quia prædicta Can-
cellaria non tenet, diſpenſationem non requiri, ſed dimittit
propter difficultatem, in terminis juris: & ideo bonum vi-
detur diſpenſare, & dabitur, ſi petita fuerit: & licèt in eadem
Cancellaria de hac re dubitatum, & deciſum fuiſſet, diſpen-
ſationem etiam petitam dari non debere; ex eo quod dicta
Cancellaria tenet, non requiri: attamen judicatum extitit
ibidem contrarium, ut ſupra: quia de jure non videtur lice-
re, per text. *in cap. 1. de conſuetud. in 6.* & ideo bonum vide-
tur diſpenſare; aliàs ſtando in terminis juris, fortè unum va-
caret per aſſequutionem alterius, *ut in d. c. 1.* prout in notab.
prædictæ *Cancel. fol. 132. & habetur, fol. 56. à tergo*, quod ſi
providetur uni obtinenti Dignitatem, vel Officium, de ca-
nonicatu, & præbenda in eadem Eccleſia, tunc de ſtylo non
datur diſpenſatio, ſed relinquitur in diſpoſitione juris com-
munis, & ſic non debet dari clauſula, *Volumus autem, &c.*
quod dimittere tenearis, &c. ſed ſi petitur diſpenſatio, tunc
benè daretur, Secùs autem de aliis beneficiis inferioribus:
quia tunc daretur diſpenſatio, vel Clauſula, *Volumus*, vel ju-
ſtificaretur, quod ex conſuetudine obtineri poſſunt inſimul
cum alio.

Et aliàs *Sacra Congregatio cenſuit, poſſe aliquem in una
Eccleſia ex privilegio, vel conſuetudine, fungi duplici officio,
ut ſit Theſaurarius, & Canonicus, ac propterea duplices lu- 3
crari diſtributiones: quia obtinet ex diverſo jure; cum inter
Dignitates ſuppleat numerum Dignitatum, & inter Canoni-
cos ſuppleat numerum Canonicorum, nec egit ſubſtitutu,* quam
declarationem habes, etiam penes Garc. *de bene. p. 11. cap.
5. num. 245.*

Ratio namque hujus declarationis ea quidem eſt, quia
conſuetudini permittenti, quod in eadem Eccleſia tenean- 4
tur Dignitates cum præbendis Canonicalibus, non eſt de-
rogatum à *Concilio Tridentino ſeſſ. 24. capit. 17.* prout etiam
ipſa Sacra Congregatio declaravit, idem Garc. *loc. citat.
numer. 246.*

Et in propoſito, d. Cancellaria tenet, quod ſi unus ſit ca-
nonicus præbendatus, habeatque Archidiaconatum ejuſ-
dem Eccleſiæ, qui conſuevit teneri per canonicos actu præ-
bendatos, juxtà ſtatuta, & conſuetudines, &c. & reſignat ca-
nonicatum, & præbendam ea cauſa permutationis, & da-
tur ſibi Theſauraria alicujus Eccleſiæ, quæ etiam obtineri
conſuevit per canonicos illius, actu præbendatos, etiam jux-
ta ſtatuta, & creetur canonicus in Eccleſia, ubi eſt Theſau-
raria, ad effectum illam obtinendi, & aſſequendi, & in alia,
ubi eſt Archidiaconatus, creetur de novo canonicus, ad ef-
fectum retinendi Archidiaconatum, debet ſic narrare prius
reſignationem ex cauſa permutationis, videlicet, *Et quod
Archidiaconatum, &c. pro expreſſis habentes, &c. Aduren.*

per

per cujus Archidiaconatus, & Graiſen. per cujus Canonicos
actu præbendatos dicta Theſauraria teneri conſuevit Eccle-
ſiarum prædictarum Canonicatus, cum plenitudine juris cano-
nici, ac Theſaurariam prædictam cujus, &c. at in aliis, & de-
bet derogari ſtatutis Eccleſiarum narrando illa, & deinde
dicere quibus, quoad præmiſſa, illis aliàs in ſuo robore perman-
ſuris, &c. ut in aliis derogationibus, prout adnotatum reperi-
tur in notabilibus dict. Cancellariæ Apoſtolicæ, fol. mihi 200.
Et in pluribus Eccleſiis, tam ultra, quam citra montes adſunt
ſimilia ſtatuta, ſeu conſuetudines permittentes utrumque in
5 una, eademque Eccleſia retineri, prout in hac eccleſia Nea-
politan. Cimeliarchatus Officium, & canonicatus, cum præ-
6 benda per unum Canonicum retinentur, abſque diſpenſa-
tione Apoſtolica. Et in quamplurimis aliis Eccleſiis hujus
Regni.

Nec tamen iſta conſuetudo retinendi Canonicatum inſi-
mul cum Dignitate, ſine Apoſtolica diſpenſatione, pluri-
7 mum à Sacrorum Canonum decretis noſcitur deviare;
quandoquidem de Canonicatu obtento inſimul cum Archi-
diaconatu in una eademque eccleſia, ac per unum, & eum-
dem Oratorem, adeſt ſatis notorius text. *in cap. cum te, de*
reſcript. in fin. ibi, *cum tempore, quo litera ipſa data fuerunt,*
de Capitulo eſſet; ſicut qui erat Archidiaconus, & Canonicus
ejuſdem Eccleſiæ; adeſt etiam notabilis gloſ. *in cap. gratia,*
in verbo, jure teneri, de reſcr. in 6. & in cap. ſuper eo, de præb.
eod. lib. ibi, *ſecundum Eccleſiæ veſtræ conſuetudinem approba-*
tam, & ibi gloſ. *in verbo diſpenſatio*, dicit quod ad id requi-
ritur diſpenſatio Epiſcopi, niſi conſuetudo Eccleſiæ aliud in-
duceret, ut poſſint ſine diſpenſatione retineri, Franc. *in d. c.*
ſuper eo, num. 4. ex eadem gloſ. dicens quod poteſt per con-
ſuetudinem induci, ut in eadem Eccleſia poſſit quis retine-
re Canonicatum, & præbendam, cui annexa eſt Eccleſia Pa-
rochialis, ac etiam aliam Dignitatem ſine alicujus diſpen-
ſatione: & ſic videmus paſſim, Datariam Apoſtolicam ſtatu-
8 tum, ſive conſuetudinem hujuſmodi admittere, ut benè no-
runt practici Curiales: præſertim verò, cum huic conſuetu-
dini non ſit per d. Concil. *loco citato* derogatum, ut ſupra
dictum eſt, & aliàs cenſuit Sacra Congregatio ejuſdem Con-
cilii 13. Januarii 1594. ut habetur *in una Arianen. Archi-*
diaconatus, penes Rubeum *dec.* 256. *num.* 6. *& 7. tom.* 2. ob
narrativa, quod Dignitas ſimul cum canonicatu, conſuevit
obtineri abſque diſpenſatione Apoſtolica, juſtificatur ex plu-
ribus proviſionibus, & dixit Rota *in una Taurinen. Theſau-*
9 *rariæ 25. Junii 1621. coram Buratto, ubi num. 2. in fin.* quod
Eccleſia Hipporegien. habet particulare ſtatutum, quod ali-
quis non promoveatur ad Dignitates in dicta Eccleſia, niſi
ſit canonicus præbendatus.

Eſt tamen circa hanc praxim notandum ſecundum uſum
10 Datariæ Apoſtolicæ, quod ubi non adeſt hæc conſuetudo,
aſſeraturque eoſdem per unum, & eundem obtineri con-
ſuetos, ſemper additur per Dominos ejuſdem Datariæ Offi-
ciales, *ſine diſpenſatione Apoſtolica*, & quatenus fuerint di-
cta verba omiſſa in Dataria prædicta, ſupplentur per Can-
11 cellariam, aliàs oportet petere diſpenſationem pro utriuſque
retentione: quinimmo talis diſpenſatio ſine legitima cauſa
denegari conſuevit, etiam allegando illorum fructuum te-
nuitatem.

Quòd ſi ex conſuetudine, Dignitas conſuevit teneri una
cum portione, non eſt opus diſpenſatione, nec Clauſula,
quod dimittat, debebit tamen narrari dicta conſuetudo,
juxta ſtylum videlicet, *Nos tibi, qui, ut aſſeris, integram*
portionem dictæ Eccleſiæ, in qua integræ, & nonnullæ aliæ
portiones adeſſe noſcuntur, & quæ unà cum Dignitatibus ejuſ-
dem Eccleſiæ, abſque diſpenſatione per unum, & eundem
conſuevit, inter alia obtineri, &c. ut in ejuſdem notabil.
fol. 132.

Imò ſtante tali conſuetudine, ut in Eccleſia Cathedrali,
per quemlibet canonicum, habentem præbendam canoni-
catuum annexam, obtineatur una ex Dignitatibus, quæ
nullum habet onus, ſeù emolumentum, ſed ſolùm ſedet ſu-
pra Canonicos, & illos in proceſſionibus præcedit, poteſt
12 etiam Canonicus Theologus dictam Dignitatem obtinere,
ut fuit reſolutum in S. Congregatione Concilii ſub die 18.
Novembris 1628. teſte Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 27.
num. 23. *qui num. ſeq.* advertit, circa præcedentiam, Theo-
logum, poſtquàm vacaverit præbenda, quæ ſuo officio unita
eſt, & eadem aptus fuerit, debere ſedere in loco ſui Canoni-
catus; quia præbenda theologalis non eſt Dignitas; & ideo
priora loca, eam obtinens, relinquere debet antiquio-
ribus Canonicis, & ita refert declaraſſe prædictam
Sacram Congregationem in una Mediolanen.

Et in propoſito eorum, quæ paulò ſuperius dicta ſunt, fa-
cit ſupradicta deciſio *Taurinen. Theſaurariæ*, ubi quod non
fuerunt admiſſæ enunciativæ perſonarum, quæ eodem tem-
pore obtinuerunt Theſaurariam, ac canonicatus ex conſue-
tudine, & abſque diſpenſatione Apoſtolica; imò potius ſuit
tentum, quòd præſumatur, illos obtinuiſſe ex diſpenſatione
Apoſtolica: quandoquidem præmiſſis non modicum reſiſtit
jus commune, præſertim verò tex. *in d. cap. 1. de conſuet. in 6.* 13
quo prohibetur, duos perſonatus, aut duas Dignitates, vel
Præpoſituras, ſeù adminiſtrationes aut duo officia, vel eo-
rum alterum, cum reliquo inſimul, & præbendi retineri, &
ex novo jure Concil. Trid. *ſeſſ. 7. cap.* 4. prohibetur, ut qui-
cunque de cętero, plura curata, aut aliàs incompatibilia be-
neficia eccleſiaſtica, ſivè commendæ perpetuæ, aut alio quo-
cunque nomine, & titulo, contra formam ſacrorum cano-
num, & præſertim conſtitutionis Innocentii III. quæ incipit
de multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficiis
ipſis, &c. ipſo jure privatus exiſtat, qui quidem tex. extendi-
tur ad quęconque beneficia incompatibilia; & ſic in caſu no-
ſtro, ex præmiſſis, incompatibile eſt, habere dignitatem, ſeù
officium, vel perſonatum in eadem Eccleſia cum canonica- 14
tu, ut ex *Clem. fin. de præb. & cap. 1. eodem tit. in 6.* quam qui-
dem conſuetudinem ſcimus, adeſſe in infinitis Eccleſiis ca-
thedralibus, & collegiatis, & in diverſis mundi partibus, & 15
à Summo Pontifice approbatam: prout diu in Romana Cu-
ria obſervavimus, præſertim verò in Hiſpania, ubi adeſt
communis iſta conſuetudo retinendi, abſque Apoſtolica di-
ſpenſatione Dignitatem cum Canonicatu, & præbenda in
Eccleſiis Cathedralibus, & collegiatis, ut etiam refert Gonz.
gloſ. 10. ſub numer. 42. in una Corduben. Archidiaconatus de
Caſtro 18. Decembris 1606. coram Sacrato. At verò, ubi illa
non adeſt, petenda eſt diſpenſatio Summi Pontificis, quo ca-
ſu Cancellaria Apoſtolica non intitulat proviſum de Digni-
tate, ſed de canonicatu dumtaxat, dando diſpenſationem
ſub eodem tecto, propter illorum incompatibilitatem; aliàs
autem ſi conſueverint obtineri ſinè diſpenſatione, debet
proviſus intitulari, etiam de dignitate dicendo, *Canonico, &*
Decano Eccleſiæ N. ut in notabilibus ejuſdem Cancellariæ
fol. mihi 291. licèt aliquando viderim id non ſervari in dicta
Cancellaria. Hac verò conſuetudine ceſſante, de jure com-
muni eſt incompatibilis Dignitas cum canonicatu, ut per
Hojed. *de incompatib. benefic. part. 1. cap. 11. num. 1. qui cap.*
10. *num.* 10. aut id etiam ſibi locum vendicare, etiam ſi ſine
in duabus Eccleſiis; nam ſicut habere in eadem Eccleſia di-
gnitatem cum officio, vel perſonatu, ſit incompatibile, ita
etiam erit, habere prædicta in diverſis Eccleſiis, propter 16
identitatem rationis, ſubdens, quod ſi aliquo modo prædicta
eſſent incompatibilia, id deberet eſſe in eadem Eccleſia; ex
eo quod minus difficile eſſet, ut quis poſſet exercere duo offi-
cia in una Eccleſia, quàm in diverſis, & ſic, cum id non li-
ceat in una Eccleſia, neque in diverſis Eccleſiis.

Quarè docet nos notorius prædictæ Datariæ, & Cancel-
lariæ Apoſtolicæ ſtylus in hujuſmodi impetrationibus, aut
peti debere diſpenſationem, aut affirmativè narrare, quod 17
utrumque, ſine diſpenſatione poteſt retineri per unum, &
eundem, ut ſupra diximus. Unde, ſi in aſſecutione Dignita-
tis diceretur, *ac forſan per unum ex dictis Eccleſiæ Canonicis*
etiam una cum illius Canonicatus, & præbenda abſque diſpen- 18
ſatione Apoſtolica, obtineri conſuevit: prout dicitur in præ-
dicta *Taurinen. Theſaurariæ num.* 2. non infertur, ſeù præ-
ſupponitur, adeſſe talem conſuetudinem, ex illa dictione
forſan, quæ nihil affirmat. Felin. *in cap. accedens 1. num. 10.*
verſ. major. reſponſio, ut lit. non conteſt. ſed dubium inducit,
ut in l. in commodato, §. ſicut autem, ff. commod. l. in ſubſtitu- 19
tione, & ibi gloſ. *in verbo, fortè ff. de vulg. & pupill. & in d.*
dec. d. nu. 2. in qua neque conſtabat, quòd erectio Theſau-
rariæ contineret diſpenſationem, illam retinendi cum Ca-
nonicatu, ut ex illius lectura.

Et quamvis videatur, hanc conſuetudinem, tanquam ir-
rationabilem non præſcribi, *ut in cap. fin. de conſuet. & in c. 1.* 20
eod. tit. lib. 6. attamen illa ſolet admitti per Summum Pon-
tificem, quare *in d. dec. Taurinen. num.* 4. poſtquam fuit ex-
cluſa diſpenſatio propter defectum probationis, ſubditur;
etiam ex antea ibi dictis, non eſſe probatam hanc conſue-
dinem, nec quoad tempus, quæ cum ſit contra jus commu- 21
ne, debet eſſe ad minus annorum quadraginta, juxta *not. in*
cap. fin. de conſuet. & ibi Abb. Jo. Andr. & alii, nec quoad
actus, qui non debent eſſe minus duobus Bartol. *in l. mela,* 22
§. ſed ſi alimenta, ff. de alim. leg. num. 1. Alexand. *conſil.* 5.

verſ.

verſ. ſi vera ſunt, num.23. libr.5. Seraphin. *in una Meliten. Praecedentia deciſ.*381. *numer.*2. ubi quòd unicus actus non ſufficit pro juſtificanda conſuetudine, *& num.*3. ſubditur, quod ex his, quæ variè ſervata ſunt, non inducitur prædicta conſuetudo, *ut in d. Taurinen. d. numer.*4. ex eo quod hoc verbum *conſuevit*, requirit plures actus, qui tamen verifi-
23 cantur in duobus, *leg. ubi numerus, ff. de teſt. l. inter illam in fin. ff. de verb. ſign. cap. pluralis loquutio, de regul. jur. in* 6. licèt ſi dicatur obtineri ſolitus, unum tantùm actus ſufficě-
24 ret, ut fuit dictum in pluribus deciſionibus relatis à Garc. *par.7. cap.*10. *num.* 37. ſicut etiam dicimus de dictione, *mul-*
25 *ta*, quæ verificatur in tribus, Grat. *diſcep. forenſ. capit.* 135. *num.*11.

Ratio enim præmiſſorum ea eſſe poteſt, quia Clerici, inducendo conſuetudinem contra jus, quaſi præſcribunt contra legem Superioris, & ideò requiritur tempus, quod in præſcriptione contra clericos, vel Eccleſiam requiritur, idě Hojed *par.2. cap.*11. *num.*14. & fuit dictum *in una Giennen. Portionis Mercurii, 5. Junii* 1612. penes Farinac. *par.*1. *dec.* 497. *num.*3. *in d. Taurinen. numer.*5. in qua impugnabatur ipſa conſuetudo, etiam quoad actus, qui non debent eſſe minus duobus; ac proinde ex notorio ſtylo Curiæ, ac forma fabricãdi ſupplicationes continentes conſuetudiné retinendi duo beneficia incompatibilia, ut ſupra dictum eſt, non ſufficit narrare, quòd talia beneficia ſint ſolita obtineri per
26 unum, & eundem abſque diſpenſatione Apoſtolica: nam tales ſupplicationes cum hujuſmodi narrativa non admittuntur, & plures vidimus, illas rejici contra illos, qui fortè vo-
27 lebant decipere Summum Pontificem, illiuſque Officiales; quia jam notum eſt diſcrimen, quod verſatur inter ſolitum,
28 & conſuetum: namque ſolitum in una tantum vice, conſuetum verò, non niſi in duabus verificatur, ſicut jam dictum eſt, & not. etiam Bart. *in d. l. mela §. ſed ſi alimenta, n.*1. *ff. de alim. & cib. l.* Alexandr. *conſ.* 5. *nu.*23. *lib.*5. Corn. *conſ.* 28. *num. fin.* nec in iſtu caſu Oratori impetranti quicquam prodeſt Papam circumveniſſe, cujus mens non eſt concedere, quæ non conſueverunt concedi; cum mens hominis deprehendatur ex eo, quod conſuevit facere, *l. ſervis legatis,*
29 *§. ſervus, l. ſervis urbanis, ff. de leg.*3. Gonz. *ad reg.*8. *Cancell. gloſ.* 36. *num.*85. & ſic unicus actus non ſufficit pro ju-
30 ſtificatione dictæ conſuetudinis, ad not. per Bald. *in rubr. C. quæ ſit longa conſuet. in* 2. *quæſt.*4. Seraph. *deciſ.* 381. *num.*2. & declarat idem Hojed. *d. part.*2. *cap.*11. *nu.*17. qui in propoſito ait, quod, ut dicta conſuetudo obtinendi plura beneficia vera ſit, debet eſſe inducta ex pluribus actibus; quia unicus actus non eſt ſufficiens, ſed requiruntur ad minus duo
31 actus valdè notorii; quod ſi nõ ſint valdè notorii, tunc actus tres, vel plures requiruntur; ex quibus veriſimiliter cogno-
32 ſci poſſit, hos actus ad notitiam populi deveniſſe, judice tanquam bono viro id exiſtimante.

Aliàs etenim in propoſito, ſi fortè Summo Pontifici narratum fuerit, quod Dignitas conſueverit per unum, & eun-
33 dem, una cum Canonicatu, & præbenda in eadem Eccleſia obtineri ſine Apoſtolica diſpenſatione, & nihilominus non adſit talis conſuetudo, poſſunt Dignitas, & Canonicatus hujuſmodi à quocunque, tanquam certo modo vacantes, impetrari: pro qua quidem impetratione porrigitur in Dataria ſupplicatio, quæ itaque concipi poterit, videlicet,

34 *Beatiſſime Pater. Cum Canonicatus, & præbenda, ac Cantoria Eccleſiæ N. de quibus aliàs per obitum q. M. illorum dum viveret ultimi poſſeſſoris extra Rom. Cur. de menſe, &c. defuncti, vel aliàs certo alio modo vacantes, cuidam D. pro clerico ſe gerenti, cum expreſſione, quod dicta Cantoria per unum ex Canonicis dictæ Eccleſiæ etiam una cum illius Canonicatu, & præbenda, abſque diſpenſatione Apoſtolica obtineri conſueverat, authoritate Apoſtolica proviſum fuit, proviſione hujuſmodi, pro eo quod prædicta Cantoria cum Canonicatu, & præbenda incompatibilis eſt, nec deſuper cum prædicto D. in proviſione ipſa, aut literis Apoſtolicis inde confectis diſpenſatum fuit nulla, & invalida exiſtente eidem D. ſuffragari nequeunt, adhuc per obitum, ut præfertur, vel aliàs certo alio modo vacaverint, & vacent ad præſens. Supplicat igitur humiliter S.V. devotus illius Orator P. presbyter Diœceſis, &c. quatenus, &c. Canonicatum, & præbendam, quorum xxiiii. computatis vero diſtributionibus quotidianis CC. ac quæ inibi Dignitas, non tamen poſt Pontificalem, major exiſtit, Cantoriam prædictos, cujus, & illis forſan annexorum fructus, &c. CL. ducat. aur. de Camer. &c. non excedunt, ſive præmiſſo, &c. eidem Oratori conferre, &c. ſecumque, ut Canonicatum, et præbendam, ac Cantoriam hujuſmodi inſimul recipere, et quoad vixerit retinere liberè, et licitè valeat, diſpenſare dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus, etc.*

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, etc.

Hanc quidem noſtram praxim optimè aſtruit quod dicit 35
Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. tit. proviſiones, verſ. Præceptoria*: ait enim ibi, quod Præceptoria Cæſarauguſtan. regularis conceſſa fuit per Papam Clerico ſæculari in commendam perpetuam, cum clauſula, *Attento quod Clericis ſæcularibus commendari conſuevit*, & nihilominus probabatur unica tantùm conceſſio in ſimilem commendam. Dubitatum propterea fuit in Rota, An gratia hujuſmodi ſubſiſteret; & pro opinione affirmativa videbatur facere doctrinam Bald. *in d. §. ſed alimenta, nu.* 1. Contrarium tamen concluſum fuit, quod immò commenda hujuſmodi non valeret; ponderando, quod verbum, *conſuevit*, requirit plures actus, & ex defectu intentionis Domini de Rota dixerunt, gratiam hujuſmodi non ſubſiſtere, idem dicit Creſcen. *deciſion.*1. *de præb.* in qua adeſt caſus prædictæ Præceptoriæ, & concluditur, prout ſupra dictum eſt, etiam ex doctrina Paul. de Caſtr. *in l.*1. *C. quomodo, & quando jud.* & quod omnes Domini prædicti concluſerunt, prædictam proviſionem, ſeù commendam non valere, neque debere effectum ſortiri ex defectu intentionis, & fuit etiam dictum *in una Tiraſonen. Juriſpræſentandi* 16. *Octobris* 1592 *coram Blanchetto, & in una Salamantin. Parochialis 5. Julii* 1593. *coram Arrigonio*.

Eſt præterea advertendum, quod iſta facultas retinendi Canonicatum cum dignitate per unum, & eundem in eadem Eccleſia, non ſuffragatur ei, qui contendit illos obtinere, ubi non adeſt tale ſtatutum, aut conſuetudo retinendi ſine diſpenſatione, ſed ad inſtar aliarum ſimilium eccleſiarum illarum partium; cum ſit incompatibile habere dignitatem, ſeù officium, aut perſonatum cum Canonicatu, Hojed. *de incompat. benef. part.*1. *cap.* 11. *num.*1. *qui num.* 2. reddit
rationem, nempe quia Dignitas, perſonatus, & officium, de 36
per ſe requirunt reſidentiam, prout ſimiliter requirit Canonicatus, ac propterea duobus deſervire non poteſt; necnon quia ob iſtam pluralitatem beneficiorum fraudantur voluntates teſtantium, & fundatorum Eccleſiarum, qui certum numerum miniſtrorum conſtituerunt; cum plurimum Reipublicæ interſit, & expediat, ſervari voluntates teſtatorum, eaſque executioni demandari, *§. diſponat teſtator, in Auth. de nupt. leg. ſi teſtamentum, Cod. de teſtam.* Ruin. *conſil.*80. *num.*12. *libr.*3. Soccin. jun. *conſ.*65. *num.*11. *cum ſeq. libr.*2. Covar. *var. reſolut. lib.*3. *cap.*6. *num.*7. id. Hojed. *loc. cit. num.*2.

Nam licèt verum ſit quod, (ut norunt practici Curiales) nonnunquam dentur per Sedem Apoſtolicam hujuſmodi erectiones, ut ille, qui illam Dignitatem pro tempore obtinebit, fruatur omnibus, & ſingulis privilegiis immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus, præeminentiis, prærogativis, antelationibus, conceſſionibus, & indultis, quibus aliæ Collegiatæ Eccleſiæ illarum partium quarum perſonæ Capitula conſtituunt, ac earum necnon Cathedralium, & Metropolitanarum Eccleſiarum Canonici, Portionarii, & Dignitates, in illis obtinentibus, de jure, conſuetudine, vel privilegio, ſeù aliàs quomodolibet utuntur, &c. Nihilominus ex prædictis verbis non poteſt inferri ad conceſſionem diſpenſationis, ubi non fuerit ſtatutum, 37
aut conſuetudo retinendi utrumque ſine diſpenſatione, nec fuerit petita, ac conceſſa diſpenſatio, prout præſupponit Rota *in d. Taurinen. num.*2. ubi, quod circa hoc nullum poteſt fundamentum deſumi ex Clauſula, quod erectio ſit facta cum omnibus præeminentiis, honoribus, oneribus, & emolumentis conſuetis, ad inſtar Theſaurariarum, illarum partium Eccleſiarum; quia per ſupradictam Clauſulam, nullo modo inferri poteſt, quod importet conceſſionem diſpenſationis ad obtinendam cum Canonicatu Theſaurariam; & licèt adſit hujuſmodi ſtatutum, ſive conſuetudo in aliis Ec-

cle-

cleſiis, non tamen poſſunt extendi ad aliam Eccleſiam; cum ſit illud contra jus commune, Bald. *conſ.141. nu3. & ſeq. & conſ.181. in fin. l.1.* Menoch. *de adipiſcen. remed.4. nu.859.* Caſſad. *dec. 23. num. 6. de præb.* & habetur *in d. Taurinen. num.3.*

Quarè, ſemper Dataria, & Cancellaria Apoſtolica id tantummodo admittunt in illa Eccleſia, ubi tale ſtatutum, aut conſuetudo viget; & ſemper in ſupplicationibus pro hujuſmodi impetrationibus, id expreſsè narratur, & quandoque recurritur ad Sacram Congregationem Concilii, pro interpretatione decreti ejuſdem Concilii *ſeſſ.24. c.17.* ut patet ex ſequentis declarationis exemplo, videlicet. *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini. In Metropolitana Eccleſia Valentina, ex antiquiſſima, & immemorabili conſuetudine, abſque diſpenſatione Apoſtolica, conſueverant illius Dignitates, Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, tam Apoſtolica, quàm ordinaria auctoritate, conferri, & per eoſdem Canonicos obtineri, idque licitè fieri poſſe, per Sacram Congregationem declaratum fuit. Quærit tamen D. Archiepiſcopus, An quando Canonicus, ex illius præbenda honeſtè ſuſtentari poteſt pro ſui gradus qualitate liceat ſibi eidem Canonico aliquam ex hujuſmodi Dignitatibus conferre, ſic reſponſum fuit, Congregatio Concilij cen-*
38 *ſuit, conſuetudini permittenti, ut in eadem Eccleſia, Dignitas cum Canonicatu, per eundem obtineri, & retineri poſſit, non cenſeri derogatum ex decreto Concilii Tridentini ca. 17. ſeſſ. 24. ubi diſponitur, habenti beneficium competens non poſſe conferri alterum.*

Hier. Card. Matthæus.

Quam declarationem affert etiam Garc. *p.11. cap.5. num.* 247. qui tamen advertit *num.* 249. hujuſmodi conſuetudi-
39 nem non procedere in Canonico Pœnitentiario, ex declaratione ejuſdem Congregationis, quæ ſic ait, *Iuxtà declarationem Congregationis aliàs editam, poſſe Canonicum ex conſuetudine Eccleſiæ, in eadem Eccleſia obtinere dignitatem, an obtinens Canonicatum, cui poſt Concilium injunctum eſt onus Pœnitentiariæ, poſſit vigore dict. conſuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Eccleſia? Congregatio cenſuit, non poſſe; quia conſuetudo eſt ſtrictè interpretanda; & quia nemo poteſt eſſe triplex in eadem Eccleſia 8. Ianuarij 1587. & 27. Martij 1594.*

40 Quamvis aliter dicendum ſit de Canonico Lecturæ, Canonico doctorali, & magiſtrali; quia iſti poſſunt, ubi talis adeſt conſuetudo, obtinere etiam inſimul Dignitatem in eadem Eccleſia, ut probat id. Garc. *loc. cit. nu.253.* dicens ibidem, quod hoc proinde procedit; quia in hujuſmodi Canonicis lecturæ, ſolùm conſideratur Canonicatus, & præbenda cum tali onere, & non tale officium, cui ſit annexus Canonicatus; & ſic ſtante dicta conſuetudine, poſſunt ſimul obtinere Dignitatem ejuſdem Eccleſiæ.

Et alias d. S. Congr. cenſuit, quod ſtante conſuetudine in Eccleſia Cathedrali, ut per quemlibet Canonicum habentem præbendam Canonicatui annexam, obtineatur una ex Dignitatibus in eadem Eccleſia, quæ nullum habet onus, ſeù emolumentum, ſed ſolum ſedit ſupra Canonicos, & illos in proceſſionibus præcedit, poteſt dictam Dignitatem obtinere, ſub die 18. Novembris 1628. teſte Barboſ. *in coll. bull. fol.119. verbo, Canonicus Theologus, verſ.2.*

Monitos tamen hic volumus Romanæ Curiæ Tyrones, quod licèt Summus Pontifex admittere conſueverit ſtatutum, ſeù conſuetudinem obtinendi in eadem Eccleſia per unum, & eumdem Canonicatum cum dignitate, abſque diſpenſatione Apoſtolica, & quandoque ipſemet Papa id ex ſpeciali indulto concedat, ut infra dicetur, non tamen per hujuſmodi conſuetudinem ſolet concedere retentionem
41 Portionis, & Dignitatis inſimul in eadem Eccleſia, cum una vacet per alterius aſſequutionem, ipſo jure, etiam per nova jura Concil. Trid. *ſeſſ.7. cap.4. de refor.* prout declaravit Rot. *in una Aquilan.* in qua fuit probata *dec. Rot.484. p.1. diverſ.* ex declaratione Congreg. Concilii, & refert Buratt. *in una Giennen. Portionis* 13. *Novembris* 1613. quæ eſt *dec. 19. num.4.* in qua pro retentione prædictæ portionis, cum Dignitate, allegabatur ſtatutum Eccleſiæ, permittens retentionem Dignitatis cum Canonicatu; & nihilominus fuit reſponſum, quod cum ſtatutum ſit correctorium juris communis, & Sacrum Concilium prohibuerit retentionem incompatibilium, extendi non poteſt ad retentionem Dignitatis, cum portione, de qua non loquitur; & in ead. *Giennen. Portionis* ſubditur, *num. 5. & 6.* quod placuit Dominis diverſitatis ratio, in deciſione conſiderata inter retentionem Canonicatus, cum Dignitate, & retentionem Portionis;
quia Canonici habent æqualia ſervitia cum Dignitatibus, 42
Portionarii verò inferiora; unde inconveniens, & abſurdum videbatur, ut habens Dignitatem, retinere poſſet etiam portionem, pro qua teneretur etiam in inferiori ſervitio miniſtrare, contra not. *in cap. ſtatutam, de major. & obed.* Nihilominus verò ait, id. Garc. *loc. cit. num.* 254. quod licèt non ſoleat dari dignitas Canonico, ſeù portionario, vel è contra, niſi cum narrativa, quod dignitas per unum ex ipſius Eccleſiæ Canonicis, ſeù portionarius, etiam cum illius Canonicatu, & præbenda, ſeù portione abſque diſpenſatione Apoſtolica obtineri conſuevit, ſtylus verò habet, Dignitatem cum Canonicatu, ſeù portione in eadem Eccleſia eſſe incompatibilem de jure, ſecluſa conſuetudine; ergo ubi adeſt talis conſuetudo, poſſunt ita retineri.

Sanè, quoad retentionem Canonicatus cum Dignita-
te, eo modo, quo ſupra diximus, ſciendum eſt, non modo 43
unam, ſed quandoque omnes ejuſdem Eccleſiæ Dignitates obtineri conſueviſſe per totidem Canonicos, ſive Cathedralis, ſivè Collegiatæ, quod quidem crebrò fieri vidimus in Romana Curia, tàm in actu erectionis hujuſmodi Dignitatum, factæ per Summum Pontificem, nimirum, quod tales Dignitates inſimul cum Canonicatibus, & præbendis, ad vitam abſque diſpenſatione Apoſtolica valeant obtineri, quàm etiam ad partem, eo quo ſequitur modo, videlicet.

Beatiſſime Pater. Cum Eccleſia N. ſtatutis, & con- 44
ſuetudinibus, aut aliàs caveri dicatur, quod nullus in ea Dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, ſeù Officium obtinere, aut aſſequi poſſit, niſi illius Canonicus, et forſan actu præbendatus, aut aliàs inibi certis forſan expreſſis modis qualificatus exiſtat, Supplicat igitur humiliter S. V. devotus illius Orator N. qui Archidiaconatum qui inibi Dignitas, &c. obtinet, quatenus, &c. ipſum Oratorem in dicta Eccleſia Canonicum, cum plenitudine juris canonici, ad effectum, dictum Archidiaconatum retinendi, vel in eadem Eccleſia Dignitatem aliam etiam poſt Pontificalem, majorem, ſeù perſonatum, vel adminiſtrationem, aut officium, etiam curatum, & electivum, ſi ſibi aliàs canonicè conferatur, obtinendi dumtaxat creare, & inſtituere dignemini de gratia ſpeciali, Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Eccleſiæ, etiam certo Canonicorum numero, ſtatutis, &c. cæteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis.

Fiat ut petitur I.

Et cum abſolutione à cenſuris, &c.

Ad hæc Rebuff. *in concord. titulo de Reſervationibus, §. in Cathedralibus, fol. mihi* 244. ubi Leo Decimus in Regno
Franciæ voluit, poſſe creari Canonicos, ad effectum obti- 45
nendi Dignitatem, ibi, *In Cathedralibus tamen, Metropolitanis, & Collegiatis Eccleſiis, in quarum ſtatutis cavetur expreſſè, quod nullus ibidem Dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium obtinere poſſit, niſi in illis actu Canonicus exiſtat, Canonicos ad effectum dumtaxat inibi obtinendi Dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium hujuſmodi, & non conſequendi primam præbendam vacaturam, creare poſſe intendimus;* & ſic prædictus Leo creat ibi Canonicos, ſive ſtatuto Eccleſiæ caveatur expreſſè, quod nullus ibi Dignitatem obtineat, niſi ſit actu Canonicus, ſive conſuetudine ita obſervetur, ut ibidem declaratur.

Eſt prætereà notandum, quod aliàs Cancellaria Apoſtolica expedivit creationem in Canonicum, cum clauſula, *ex nunc, prout ex tunc, & è contra*, ad effectum re-
tinendi Dignitatem; puta, quod Orator litigabat ſuper ca- 46
nonicatu, & præbenda, & nolebat, in eventum evictionis Canonicatus, & præbendæ prædictorum, amittere Dignitatem, quam obtinebat; quæquè ſimul cum Canonicatu, & præbenda oportebat vigore prædictorum ſtatutorum, retinere: Unde, ex nunc, prout ex tunc, in eventum evictionis, creatur Canonicus, ad effectum retinendi præ-

di prædictam Dignitatem, ut in illius *notabilibus*, *fol. mihi* 237.

Inſuper, ſi provideatur uni, obtinendi Dignitatem, vel
Officium, de canonicatu, & præbenda in eadem Eccleſia,
tunc de ſtylo Cancellariæ Apoſtol. non datur diſpenſatio ſed
relinquitur in diſpoſitione juris communis, ut aliàs diximus
47 Unde, nec dabitur Clauſula, ſeu decretum, *Volumus autem,
quod, &c. dimittere tenearis*; ſi verò peteretur diſpenſatio,
daretur; licèt ſecùs dicendum ſit de aliis beneficiis inferioribus;
tunc enim daretur diſpenſatio; aut clauſula, *Volumus*,
vel pariter juſtificaretur, quod ex conſuetudine obtineri
poſſunt inſimul, vel alio jure, prout ipſa Cancellaria notat in
eiſdem *notab. fol. mihi 56. a tergo*.

Præmiſſis addo, quod in aliquibus Eccleſiis adeſt quoque
indultum Summi Pontificis, ne quiſquam aſpirare poſſit ad
Dignitates majores alicujus loci niſi ſit Canonicus, ut eſt
caſus *in una Leodien. Abbatiæ coram Ubaldo* impreſſa penes
Rub. *dec. 717. part. 4. tom. 4.* ibi enim ex indulto Sixti
Quinti habetur, ne principales Dignitates, exiſtentes in quibuſdam
locis, Diœceſis Leodien. inter quas adeſt quædam
Abbatia Cinacen. de qua ibi agitur, aliæ perſonæ, præterquam
Canonici Majoris Eccleſiæ dictæ Civitatis, actu præbendati,
& perſonaliter in ea reſidentes, eligi poſſint. Circa
quod, dum dubitaretur, an qualitas Canonicatus requireretur
momento temporis, vel ſucceſſivè, fuit dictum, hoc
negotium verſari in actu potius momentaneo; quia indultum
dicit, quod nullæ perſonæ, præterquam Canonici, eli-
48 gantur, & ſic qualitas Canonicatus requiritur tempore electionis;
unde ſufficit, adeſſe de eo tempore, prout erat
N. de tempore electionis, licèt poſtea deſierit eſſe; ac proinde,
cum idem N. reſignaſſet Canonicatum, quærebatur,
an prædicta Dignitas vacaret, & fuit negativè reſolutum;
49 ex eo, quod non requirebatur perſeverantia in Canonicatu;
quia iſta qualitas requiſita de tempore electionis, ſufficit,
50 ut ea adſit de eo tempore, licèt poſtea deficiat, ut dictum eſt,
juxta tex. *in cap. dudum, de elect. & in cap. ſi eo tempore, de
reſcript. in 6.* cujus quidem rei potiſſima ratio affertur in *d.
dec. n. 15. & 16*, nempe, quod cum indultum veriſimiliter
requirat dictam qualitatem, ad hoc, ut Abbatia perſonis
magis dignis conferatur, parum intereſt, quod poſtea deficiat
illa qualitas canonicalis; ex qua oritur præſumptio meritorum;
cum ea deficiente, adhuc tamen remaneat præſumptio
honeſtatis, bonitatis, & meritorum, propter illam qualitatem
præcedentem.

Unde paſſim vidimus quod, ſtantibus ſupradictis, licèt
quis, ut dictum eſt, non poſſit aſſequi Dignitatem niſi fuerit
in eadem Eccleſia canonicus, nihilominus non prohibetur
poſtmodum ſuum canonicatum reſignare, retenta ſupradicta
Dignitate, ut ex Pariſ. *de reſignat. benefic. libr. 1. quæſtion. 11. numer. 10.* cum aliis adductis *in dict. Leodien. Abbatia*;
quandoquidem regula docet; quod initium ſpectari
51 debet, *leg. quid, quod, ff. de donat. & leg. quod ab initio*,
& ibi Dec. *de regul. jur. cap. non firmatur, eodem titul. lib.
6.* cum aliis adductis per Mandoſ. *regul. 19. num. 12.* Gonz.
ad regul. 8. gloſ. 62. numer. 21. & ſemper in qualibet diſpoſitione
ſpectatur hujuſmodi initium, *d. cap. ſi eo tempore*;
52 quare, certum eſt, quod ſi cauſa fuit commiſſa canonico,
aut in alia Dignitate conſtituto, qui poſt Datam, & receptionem
literarum ſuæ commiſſionis reſignavit canonicatum,
vel Dignitatem, poterit nihilominus decidere illam
cauſam; quia ſufficit, ut hujuſmodi qualitas adfuerit tem-
53 pore, quo diſpoſitio ſumpſit effectum, nam cum, *cap. ſtatutum,
de reſcript. in 6.* requirat, ut cauſæ committantur
habentibus Dignitatem eccleſiaſticam, videtur tex. requirere
Dignitatem tempore commiſſionis ex pluribus adductis
per Pariſ. *d. quæſt. 11. numer. 6. cum pluribus ſeqq.* & ſecundum
judicavit Rota in *d. Leodien. Abbatia*, & ita practicatur.

Sed, redeundo ad ſupradictam conſuetudinem retinendi
Dignitatem cum canonicatu, ut ſuperius habetur, notandum
eſt, quod cum aliàs unus in eadem Eccleſia obtineret
54 Canonicatum, præbendam, ac Sacriſtiam, ſolitam teneri
per canonicos prædictæ Eccleſiæ, ac reſignaſſet dictam Sacriſtiam
in favorem unius, ac ſuper ejuſdem Sacriſtiæ fructibus,
fuiſſet ipſi reſignanti reſervata penſio, non fuit ſibi
data diſpenſatio, ut illam unà cum canonicatu percipere
valeret, tamquam penſio prædicta ſuccederet loco Sacriſtiæ,
quæ una cum illis abſque diſpenſatione obtineri poterat,
& ita fuerunt (licèt uno ex Dominis Abbreviatoribus contradicente)
literæ expeditæ, ut in *eiſdem notabilibus fol. mihi* 43.
quod eſt apprimè notandum à Pragmaticis Romanæ
Curiæ, qui ſe jure tueri poſſunt in reſervatione prædictæ
penſionis, ex cauſa reſignationis prædictæ Sacriſtiæ (quam
licitè retinere poteſt cum Canonicatu, & præbenda ſupradictis,
ſtante ſupradicta conſuetudine retinendi utrumquè
ſine diſpenſatione) eam non requiri; aliàs autem, ubi
non adeſt talis conſuetudo, penſio prædicta cum alio beneficio
non poteſt in eadem Eccleſia retineri, ut docet Rebuff.
in praxi titul. de diſpenſat. ætat. per text. *in Clement.
Gratia, de reſcript.* niſi ſecum fuerit diſpenſatum ad retinendum
utrumque, Garc. *de benefic. part. 11. capit. 5. numer.* 316.

Poſtremò, eſt quoad hanc praxim notandum, quod licèt 55
non deſint, qui teneant, quod ubi non adeſt tale ſtatutum,
ſive conſuetudo retinendi Dignitatem, Officium, vel Perſonatum
cum Canonicatu, poſſit Epiſcopus ſuper hujuſmodi
retentione diſpenſare, nihilominus verò praxis, & ſtylus
Curiæ eſt in contrarium, prout frequenter ſervari vidimus,
nempe, quod pro hujuſmodi diſpenſatione recurratur ad
Summum Pontificem, cum nemo, præter eum poſſit ſuper
pluralitate præbendarum diſpenſare, neque in eadem Ec- 56
cleſia, neque in diverſis, de quo teſtatur etiam Domin. *in
cap. ſanctorum, 70. diſtin.* dicens, quod hæc eſt communis
ſententia, & quod ſic ſervat Curia. Cujus quidem rei ratio
ea eſſe poteſt, nempe quia hujuſmodi retentio, nedum pro- 57
hibita eſt per Concilium generale, ut *in cap. quia nonnulli,
de cler. non reſid.* ſed etiam per jus commune, ut in *d. capit.
Sanctorum*; unde nedum Epiſcopus, verùm etiam neque
Legatus poteſt contra Concilium, & jus commune diſpen- 58
ſare niſi ſibi hæc facultas fuerit per Sedem Apoſtolicam attributa;
prout optimè probat, Hojed. *de incompat. beneficiorum,
part. 1. cap. 11. num. 4.* Et hoc tam in una, eademque
Eccleſia, quàm in diverſis, ut ſupra dictum eſt; quandoquidem
adhuc militat eadem ratio incompatibilitatis, & prohibitionis:
ſi etenim agitur de utroque in una, eademque
Eccleſia retinendo, intrat incompatibilitas ſub eodem tecto,
ut in *cap. literas, de conceſſ. præb.* DD. *in Clem. gratia,
de reſcrip.* Si verò in diverſis Eccleſiis, adhuc militat incompatibilitas
ratione reſidentiæ; cum impoſſibile ſit, quod quis
poſſit uno eodemque tempore in diverſis Eccleſiis reſidere,
ad Hojed. *d. c. 11. n. 3. in fin.*

Unde, ex hac ratione, licèt idem Pontifex conſueverit
ſuper hujuſmodi retentione, ex conſuetis cauſis, diſpenſare,
negari tamen non poteſt, quin iſtæ diſpenſationes de-
negentur niſi concurrat legitima cauſa, quæ facit recede- 59
re à regulis juris, *leg. ſi hominem, ff. mand.* Dec. *in capit.
cum ſit Romana, num. 13. de appellat.* Menoch. *de arbitr.
judic. libr. ſecundo centur. prim. caſu 52. numer. quinto*, Pariſ.
*de reſignat. benefic. libr. 3. quæſt. 18. num. 16. & lib. 5. qu.
3. num. 204.*

Quinimmò, vidimus aliàs diſpenſatum, ex gravi cauſa,
ab ipſo Pontifice ſuper retentione Canonicatus in Cathedrali,
ac Dignitatis in Collegiata Eccleſia, hac adjecta reſtrictiva
in calce ſupplicationis, videlicet, *Et de diſpenſatione
retinendi Canonicatum, & præbendam prædictos unà cum
dicta Præpoſitura, ad triennium tantum. Et cum decreto, quod
Orator infra dictum triennium, alterum ex Præpoſitura, &
Canonicatu, ac præbenda hujuſmodi, quod maluerit, dimitte- 60
re omnino teneatur; alioquin tam Canonicatus, & præbenda,
quàm Præpoſitura hujuſmodi vacent eo ipſo.*

Idem quoq; dicendum eſt de diſpenſatione ſuper retentione
duorum Canonicatuum cum illorum præbendis: quia
non debet quis eſſe Canonicus præbendatus in pluribus Eccleſiis,
& multò minus in eadem, ut in *d. Clem. fin. de præb.*
quod probatur etiam in *c. quia in tantum, eod. tit.* ubi, quod
multitudo, & pluralitas præbendarum ſacris canonibus inimica,
diſſolutionis materiam, & evagationis inducit, certumque
continet periculum animarum, ut per Staphil. *in
tractat. de gratiis, & expect. in 2. forma, num. 3.* ſubdens *nu.
4.* quod nihilominus, non obſtante præmiſſa diſpoſitione
juris communis, poteſt Papa ſupra jus diſpenſare, maximè
in hujuſmodi materiis beneficialibus, ex eo quod, ut dicit
Hoſtien. *in cap. cum veniſſent de jud. poteſt quadrare rotunda
quadratis, & quadrata rotundis*, Gonz. *ad reg. 8. Cancell.
§. 1. proœm. num. 38.* Quare, ubi cauſa ſufficiens intervenerit,
ſolum quandoque ſuper duorum canonicatuum, &
præbendarum retentione diſpenſare; prout omnibus Curialibus
notum eſt; licèt hujuſmodi diſpenſationes ad certum
limitatum tempus concedi, ut plurimùm conſueverit,
etiam in diverſis Eccleſiis, hoc modo videlicet, *Et ad biennium*

nium tantum, & quoad perceptionem fructuum Canonicatus, & præbendæ dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, exceptis diſtributionibus quotidianis. Et cum decreto, quod finito dicto biennio, Orator infra duos menſes, à fine illorum computandos, Canonicatum, & præbendam dictæ Collegiatæ Eccleſiæ dimittere omnino teneatur, &c.

Congruit etiam hic videre, quid ipſa praxis ſervet in diſpenſatione ſuper retentione Dignitatis, Officii, vel Perſonatus cum beneficio curato; ex qua quidem praxi ſatis innoteſcet, quàm parcè idem Pontifex hic ſe gerat; cum frequenter viderimus, hanc diſpenſationem per eum, denegari, etiam ſi beneficium curatum ſit in ipſa Cathedrali Eccleſia, ubi Orator obtinet Canonicatum, eoque magis, ſi illa in diverſis Eccleſiis conſiſtant, etiam ſi parum inter ſe diſtent; licèt ſic parva diſtantia reddat quandoq; Papam faciliorem ad ſic diſpenſandum, prout etiam, attenta eorumdem beneficiorum fructuum tenuitate, & cum Orator utrique abſq; divini cultus detrimento valeat deſervire, nec detrahatur curæ, & ſervitio debitis ipſis Eccleſiis. Quare Canonico Cathedralis Eccleſiæ fuit à Summo Pontifice collata parochialis Eccleſia, redditus Decem, unà vero cùm incertis, Quadraginta ducatorum auri de Camera, cum retentione Canonicatus, redditus annui, etiam una cum incertis, aliorum Quadraginta ducatorum ſimilium, his verbis, in litteris
62 Apoſtolicis ſuper proviſione, adiectis, videlicet, *Nos enim tibi, ut unà cum primo dicta Eccleſia, ſi illam, vigore præſentium aſſequaris, Canonicatum, & præbendam hujuſmodi, attenta fructuum utriuſque tenuitate, & quod primo dicta Eccleſia à prædicta Terra, uno milliare tantum diſtat, & tu utrique per teipſum, commodè abſque divini cultus, & exercitii curæ animarum dilectorum filiorum parochianorum detrimento, deſervire potes, ut ſimiliter aſſeris, quoad vixeris retinere liberè, & licitè valeas, generalis Concilii, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica, & tenore præmiſſis, de ſpeciali gratia permittimus. Volumus autem, quod primodicta Eccleſia, ac Canonicatus, & præbenda hujuſmodi, debitis propterea non defraudentur obſequiis, & animarum cura in primodicta Eccleſia, nullatenus negligatur, ſed ejus, ac Canonicatus, & præbendæ prædictorum congruè ſupportentur onera conſueta. Quodque tu, quandiu primodictam eccleſiam obtinueris, apud illam perſonaliter reſidere tenearis, nec quicquam ex debito, & neceſſario illius ſervitio, & officio prætermittere debeas; & pro illis diebus, & horis, quibus dictæ majori eccleſiæ, ratione illius Canonicatus, & præbendæ prædictorum, non inſervieris, diſtributiones quotidianas amittas.* Quandoque etiam in calce ſupplicationis, adicitur ſimile decretum, nempè, *Et quoad diſpenſationem petitam, dummodo fructus, tam Parochialis eccleſiæ, quam Canonicatus, & præbendæ prædictorum, juxta illorum verum annuum valorem, non excedant quantitatem ſuperius expreſſam; & quod dictus Orator apud dictam Parochialem eccleſiam, &c. & ubi, &c.* ut ſupra dictum eſt. Qui quidem modus qualificandi, ſeu reſtringendi hujuſmodi diſpenſationes, deſumptus videtur ex *cap. Ordinarii, §. cæterum, de off. ordin. in 6.* ibi, *Provideat tamen Ordinarius, qualiter nec animarum cura in eiſdem eccleſiis, Perſonatibus, ſeu Dignitatibus negligatur, nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur.*

Secluſa igitur, ſuper his, Apoſtolica diſpenſatione, certum eſt, quod per aſſequutionem beneficii curati, vacat Dignitas, Officium, & Perſonatus; & è contra, ut in *d. c. Ordinarii, & in extravag. execrabilis, de præb. ac communiter DD. in cap. de multa eod. tit.*

CAPUT VII.

Praxis Conceſſionis Indulti, quod Eccleſia non poſſit erigi, neque impetrari in titulum Beneficii Eccleſiaſtici.

SUMMARIUM.

1 *Concurſui non eſt locus, quando cura eſt penes Collegium.*
2 *Quia, quæ ſtatuta ſunt de parochialibus, non habent locum in Collegiatis Eccleſiis.*
3 *Argumentũ à matrimonio carnali ad ſpirituale, validũ.*
4 *Sponſa una, duos ſponſos habere non poteſt.*
5 *Eccleſia, ſeu Capella, quod non poſſit impetrari in titulum collativum, indulti formula proponitur.*
6 *Et quænam decreta ei adiiciantur per Datariam.*
7 *Penſio reſervata ſuper fructibus eccleſiæ, nondum erectæ in titulum, eſt nulla.*
8 *Eccleſia non erecta in titulum, non poteſt impetrari.*
9 *Nec uti beneficium, penſione gravari.*
10 *Eccleſia, quod non poſſit erigi in titulum collativum, nec illius fructus applicentur pro dote beneficii, Indultum quid continere debeat.*

IN titulum collativum *cõferri, & impetrari nõ poſſit.* Quarè iſta parochialis, quæ in Collegiatam Eccleſiam erigitur, non poterit amplius abſolutè dici curata, ſeu parochialis, nec tanquam talis poterit ab aliquo impetrari, nam licèt quando cura parochianorum dictæ Eccleſiæ reſideat penès particularem perſonam, ut hic videlicet illius Præpoſitum, ac proinde provideatur de ea per concurſum, ſervata forma Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 18.* ſi tamen cura ipſa remaneat penes Collegium; tunc non eſt locus concurſui, 1
juxta diſpoſitionem *prædicti Concilii, ac Conſtitutiones Pii V. quæ incipit, In conferendis,* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. nu. 158.* ubi quod ceſſat concurſus, quando cura animarum ſpectat ad Eccleſiam Collegiatam, & exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios, aut alios Clericos; quia in vacatione per obitum cujuslibet Canonici, Hebdomadarii, aut Clerici, non requiritur concurſus, ut cenſuit Sacra Congregatio Concilii in una *Neapolitan. Hebdomadariæ S. Ioannis Majoris Quintodecimo Kal. Auguſti 1569. per conſ.* Oldrad. 67. *in tit. de præb. & de verb. ſign.* prout ſuo loco fuſius dicetur: ea enim, quæ ſtatuta ſunt de parochialibus, non 2
habent locum Collegiatis curatis, Paris. *de reſign. benef. lib. 8. q. 9. n. 93.* Caval. *dec. 274. n. 5.* cum tunc nequaquam dicatur parochialis, aut titulus perpetuæ Vicariæ, id. Gonz. *d. gloſ. 6. n. 160. in fin.* id. Oldrad. *d. conſ. 67. n. 1.* dicens, quod nullus prædictorum habet curam animarum; arguendo à matri- 3
monio carnali ad ſpirituale, quæ æquiparantur; ſed in carnali, una ſponſa duos ſponſos uno eodemque tempore habere 4
non poteſt, *c. 1. de ſponſ. duorum,* ergo ſic in matrimonio ſpirituali, ubi una ſponſa, prout eſt una Eccleſia, plures ſponſos clericos, qui ejuſdem curam pariter eodem tempore exerceant, habere non poteſt, etiam alias diximus.

Hæc quidem praxis locum ſibi dignoſcitur vendicare, cum ab ipſo Pontifice petitur, ut Eccleſia, quæ jam in titulum beneficii erecta reperitur, valeat ab aliquo impetrari; quod quidem potiſſimum concedi conſuevit ad inſtantiam alicujus Confraternitatis, ſeu Congregationis piorum hominum, qui in illa Eccleſia, pietate ducti, ad pia opera exer- 5
cenda ſeſe congregari conſueverunt, ſive congregari deſiderant. At verò alia praxis circa id inolevit petendi, videlicet, ut Eccleſia nondum erecta in titulum beneficii eccleſiaſtici, nequeat erigi in futurum; quod quidem ex eiſdem, vel ſimilibus cauſis de ſuper expreſſis, conſuevit per ſimile reſcriptum impetrari, cujus quidem formula talis eſſe poteſt, ut ſequitur, videlicet,

5 *BEatiſſime Pater. Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum Confratrum Confraternitatis SS. Corporis Chriſti, in Eccleſia S. Nicolai Terræ N. Diœceſis N. canonicè inſtituta, Quod ipſi ab immemorabili tempore, in pacifica poſſeſſione regendi Capellam ſub invocatione ejuſdem SS. Corporis Chriſti in dicta Eccleſia erectam, quam in Capellam collativam, ſeu beneficiatam collativam hactenus erectam fuiſſe, non conſtat, ejuſque bona, quorum fructus, redditus, & proventus ad valorem 24. Ducatorum auri de Camera, vel circa aſcendunt, quos in luminariorum manutentionem, & alia pia opera quotannis erogare conſueverunt, adminiſtrando, exiſtunt. Verùm quia ipſi Oratores dubitant, ne aliqui, ambitione, aut avaritia ducti, Capellaniam hujuſmodi, in titulum perpetuæ ſine cura Capellaniæ, aut alterius beneficii Eccleſiaſtici collativi, erigi procurent: Supplicant igitur humiliter E. S. V.*

Oratores prædicti, quatenus piorum operum hujuſmodi manutentioni, ac ipſorum Oratorum devotioni hac in parte opportunè conſulendo, eiſque ſpecialem gratiam faciendo, eiſdem Oratoribus, ut de cætero, perpetuis futuris temporibus, dictum Capellaniam à S. V. vel illius ſucceſſoribus, aut Sede Apoſtolica, ſeu ejus de latere Legatis, Nunciis, aut loci Ordinariis, vel eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, in perpetuum beneficium eccleſiaſticum, ſeu in ejus titulum erigi, vel inſtitui, aut ejaſdem Capellæ bona hujuſmodi pro dote alicujus beneficii Eccleſiaſtici, ſeu pii loci erecti, ſeu erigendi, aut alium uſum applicare, ſeu tanquam perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, aut aliàs per quoſcunque impetrari, ſeu de illa, uti de beneficio Eccleſiaſtico, vel aliàs Apoſtolica, ſeu ordinaria, vel quavis alia authoritate, provideri, aut aliàs diſponi nullatenus poſſit; nec ea, ſub quibusvis erectionibus, inſtitutionibus, impetrationibus, proviſionibus, expectativis, ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, aut aliis quibuſcunque diſpoſitionibus etiam per S. V. ſeu ejus ſucceſſores, aut Sedem Apoſtolicam, vel Legatos, ſeu Nuncios, vel Ordinarios, ſeu eorum Vicarios, aut quoſvis alios, & aliàs quacunque authoritate, & quomodolibet pro tempore factis, in genere, vel in ſpecie, comprehendatur, neque comprehendi poſſit, ſed ſemper ab illis excepta exiſtat, & impetrationes, proviſiones, acceptationes, aut alia diſpoſitiones, quas in futurum, de ea, ſeu ejus bonis hujuſmodi, ut præfertur, aut aliàs quomodolibet fieri contigerit, & inde ſecuta quæcunque irrita, & inania, ac nulla, & invalida, nulliuſque roboris vel momenti ſint, & exiſtant, perpetuò concedere, & indulgere. Sicque ab omnibus, & ſingulis quibuſcunque Judicibus, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales judicari, & definiri debere, irritum, &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſquè contrariis quibuſcunquè cum clauſulis opportunis.

Fiat, ut petitur I.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & de perpetuis conceſſione, indulto, decreto, aliiſquè præmiſſis, ut ſupra, latiſſimè extendendis, & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, &c. major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis, per Breve S. V. ſeu officium minoris gratiæ, & cum clauſula. Ad perpetuam rei memoriam, expediendis. Et ſic additur per Datariam. *Et committatur Ordinario, & dummodo Capella hujuſmodi hactenus, in titulum beneficii eccleſiaſtici conferri, vel concedi, non conſueverit, ipſique Confratres in pacifica poſſeſſione, Capellam prædictam, illiuſquè res, & bona adminiſtrandi exiſtant. Cum decreto, quod deinceps, de receptis, & adminiſtratis, Ordinario, cujus viſitationi omnino ſubjecti ſint, ſi ad id ab eo requiſiti fuerint, quotannis, juxtà diſpoſitionem Concil. Trid. rationem reddere teneantur; quodquè per præſentem gratiam, nullum novum jus in Capella, illiuſquè rebus, & bonis, ex adminiſtratione hujuſmodi quomodolibet ſupradictæ Confraternitatis Confratribus acquiratur.* Fiat I.

Vel additur (quod idem eſt) *Dummodo ipſa Capella, aut Eccleſia in titulum eccleſiaſtici beneficii hucuſque erecta non fuerit*; & ſic in propoſito, prædicta parochialis, quæ erigitur in Collegiatam, per ſuppreſſionem, remanet ſine titulari, ut dicitur in una Militen. Penſionis penes Farin. *in poſthumis deciſ. 530. tom. 2.* quia, cum fuiſſet reſervata
7 penſio ſuper fructibus Eccleſiæ, quæ ex ſimili indulto, non potuit erigi in titulum beneficii, fuit dictum, quod cum tale beneficium non eſſet in rerum natura, per conſequens, nec ſuper eo penſio imponi potuit; & ſicut Eccleſia non
8 erecta in titulum non poteſt impetrari, S. raph. *dec. 1095. num. 2. & ſeq.* ita nequè potuit ut beneficium, penſione
9 gravari; quia eſſet dare accidens ſine ſubjecto, quod nec natura, nec jus admittit, *L. ejus, qui in provincia, §. ſi ſtipulatus*, ubi DD. *ff. ſi cert. pet.* ac proinde fuit annullata dicta penſio, quamvis penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigere, ut in *d. dec.*

Verùm circa hanc formulam monitos volo novos Pragmaticos Romanæ Curiæ, quod non obſtante impetratione hujuſmodi indulti, non ſemel viſum fuit, introitus ejuſdem Eccleſiæ applicari pro dote alterius beneficii; promdequè in confectione ſupplicationis, poſt illa verba, *ſeu*
10 *in titulum erigi*, nunquam omittantur illa ſequentia, *aut ejuſdem Capellæ bona hujuſmodi pro dote alicujus beneficii, &c.* ut in dicta formula,

CAPUT VIII.

Praxis Suppreſſionis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, eorundemquè fructuum applicatione,

SUMMARIUM.

1 *Suppreſſio beneficiorum eccleſiaſticorum frequentiſſima in Romana Curia.*
2 *Nomina plura in beneficialibus, & quæ.*
3 *Nominum diverſitas, diverſitatem rerum inducit.*
4 *Nomina debent rebus convenire.*
5 *Diverſitas nominum in beneficialibus, tripliciter conſideratur.*
6 *Suppreſſio, extinctio, & diſmembratio, valde differunt ab unionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus.*
7 *Unionis nomen eſt generale, & continet ſub ſe ſuppreſſionem, & extinctionem.*
8 *Sine quibus ipſa unio fieri nequit.*
9 *Unionis membra, ſeu requiſita, quæ ſint.*
10 *Annexio, & applicatio, minus operantur, quam ſubjectio, & quarè.*
11 *Suppreſſio nunquam fieri debet, niſi Eccleſiæ fructus probentur diminuti.*
12 *Licet quandoque fiat ad alium effectum, ut hic.*
13 *Suppreſſio debet fieri ex neceſſitate, aut utilitate Eccleſiæ.*
14 *Collegiatæ Eccleſiæ erectio tendit ad divini cultus augmentum.*
15 *Suppreſſio duorum Canonicatuum, ob honorem, & decorem Eccleſiæ, ut hic, eſt valida.*
16 *Suppreſſio facta Epiſcopo de Canonicatu, cujus fructus deputavit ad fabricam Eccleſiæ, valida.*
17 *Præbendæ poſſunt ex cauſa ſupprimi, & extingui.*
18 *Suppreſſione extinguitur beneficium, & deſinit eſſe tale.*
19 *Suppreſſio, quando fieri poſſit ab Epiſcopo, cum conſenſu tamen Capituli.*
20 *Suppreſſiones, & extinctiones, quomodo annullari poſſint.*
21 *Et proponitur caſus annullationis.*
22 *Suppreſſionis beneficii cauſa, eſt formiter probanda, & numer. 33.*
23 *Nun creditur Epiſcopo, illam enuncianti.*
24 *Nam, quæ ſine cauſa fieri nequeunt, in iis non creditur gerenti actum circa interventum cauſæ.*
25 *Suppreſſio Canonicatuum Eccleſiæ Collegiatæ requirit etiam conſenſum Capituli Cathedralis, ex declaratione Sacræ Congreg.*
26 *Aliàs erit nulla ipſo jure.*
27 *Et de utroque conſenſu debet legitimè conſtare, quia non ſufficit enunciativa Epiſcopi.*
28 *Unio, cum materia ſuppreſſionis, fraternizat in requiſitis neceſſariis.*
29 *Suppreſſio facta à Papa non eget conſenſu Capituli.*

30 Ca-

30 *Capituli conſenſus, qua ratione requirantur in alienatione rerum Eccleſiæ.*
31 *Clauſula* Vocatis, *quando intelligenda in reſcripto Papę ſuper alienatione rerum Eccleſiæ.*
32 *Papæ authoritas, in alienatione rerum Eccleſiæ adhibetur, ut ſuppleat omnes ſolemnitates.*
34 *Supprimendi beneficia eccleſiaſtica, legitima cauſa eſt diminutio redditu um.*
35 *Hæc tamen diminutio, quomodo accipienda.*
36 *Beneficii dos, præſumitur ſufficiens aſſignata.*
37 *Suppreſſionis cauſa, quando eſt notoria, non indiget alia probatione.*
38 *Notorium habet vim expreſſionis.*
39 *Et idem operatur, quod ipſa expreſſio.*
40 *Suppreſſio, capitulariter requirit cauſam legitimam, & conſenſum Capituli.*
41 *Aliàs erit nulla.*
42 *Temporis curſus, facit præſumere ſolemnitates uſitui à jure requiſitas, etiam non enunciatas.*
43 *Quatenus lapſum fuerit tempus triginta annorum.*
44 *Solemnitas etiam non enunciata præſumitur, quando agitur de gravi præjudicio alterius.*
45 *Suppreſſio requirit præexiſtentiam ſtatus collativi beneficii, & num. 47.*
46 *Beneficio nulliter erecto, poteſt talis erectio abſque ſolemnitate revocari.*
48 *Beneficia præſumuntur perpetua, & collativa.*
49 *Beneficium præſumitur bene fundatum, quando Ordinarius eſt in quaſi poſſeſſione illud conferendi.*
50 *Quod intelligitur de collationibus, ſivè Apoſtolicis, ſivè ordinariis.*
51 *Vltimus ſtatus beneficii probatur ex unica collatione.*
52 *Si ſtatus antecedens non probetur contrarius ultimo ſtatui.*
53 *Et in dubio, attenditur ultimus ſtatus, ſecùs quando conſtat de veritate in contrarium.*
54 *Suppreſſio beneficii, ut ſit valida, quid requirat.*
55 *Suppreſſionis beneficii defectus, ſolus Papa ſupplet.*
56 *Suppreſſio non habet locum, niſi in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, & dummodo unio fiat menſę, ſeù maſſæ.*
57 *Vnio fieri non poteſt, niſi diſtributivè, non autem menſæ Capitulari ſi fiat per Ordinarium, ſecùs verò, ſi per Papam.*
58 *Beneficii redditus, potius aucti, quàm diminuti præſumuntur.*
59 *Beneficia de ſui natura præſumuntur congrua.*
60 *Beneficii fructuum diminutio, quomodo probanda.*
61 *Beneficii ſuppreſſionis cauſa, debet eſſe perpetua.*
62 *Canonicorum Majoris Eccleſiæ Neapolitanæ, numerus quadraginta, ad triginta reductus per Gregorium XIII. cum ſuppreſſione, & unione beneficiorum Menſæ Capitulari.*
63 *Ac ſuppreſſionis, & unionis, necnon reductionis, litteræ Apoſtolicæ ſubiiciuntur.*
64 *Necnon exemptionis Capituli ejuſdem Eccleſiæ, à ſolutione Quindenni, ratione hujuſmodi ſuppreſſionis, & unionis.*
65 *Quindenni ſolutio, quando ceſſet, ratione ſuppreſſionis, & unionis beneficiorum.*
66 *Compoſitio, qua ratione ſolvitur, in reſervatione penſionis ſuper fructibus beneficii eccleſiaſtici.*
67 *Vnio facta Menſæ Capitulari Neapolitanæ, per ſuppreſſionem Monaſterii S. Mariæ Angelorum.*
68 *Suppreſſio fieri non poteſt, quando numerus Canonicorum confirmatus eſt à Papa.*
69 *Sed quomodo id intelligendum.*
70 *Supprimere non poteſt Ordinarius beneficia, præterquàm in caſu* Concil. Trident. ſeſſio. 24. cap. 15. de ref. *ſecus Papa.*
71 *Cathedralis Eccleſia ſupprimitur, quando Cives interficiunt proprium Epiſcopum.*
72 *Suppreſſum beneficium ad tempus, quando illud de novo erectur.*
73 *Et poteſt per Ordinarium ad priſtinum ſtatum reduci.*
74 *Suppreſſionis non extinctivæ tituli, virtus.*
75 *Supprimendi facultatem non habet inferior, habens jura Epiſcopalia.*
76 *Habet tamen Epiſcopus in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, non autem in aliis Eccleſiis.*
77 *Suppreſſionis formula, factæ per Epiſcopum.*
Corradi Prax. Beneſic.
78 *Vniones fiunt à Papa, quando non poſſunt fieri ab Ordinario.*
79 *Vnio facienda, de beneficio ad beneficium, non autem de beneficio ad non beneficium.*
80 *Et proponitur caſus ex Notab. Cancell.*
81 *Suppreſſio beneficiorum, requirit conſenſum patronorum, etiam eccleſiaſticorum.*
82 *Nec ſufficit conſenſus majoris partis illorum, ſed omnium, requiritur, aliàs non valet.*
83 *Imo non ſolum patronorum, ſed omnium exiſtentium in poſſeſſione juris conferendi.*
84 *Vnire, an poſſit Epiſcopus Capitulo quando illius bona, & Capituli ſunt communia.*
85 *Applicare non poſſunt Epiſcopi menſa Capitulari fructus præbendarum ſuppreſſarum. Et quare num. 86.*
87 *Poſſunt tamen applicare uni præbendæ, vel ſingulis.*
88 *Capitulo, aliud ſi applicare, aliud verò ſingulis Canonicis, ſeu ſingulis de Capitulo.*
89 *Vnio facta ab Epiſcopo Caven. menſæ Capitulari, declarata nulla per Sacram Congr. Concilii.*
90 *Quia Concilium non dat facultatem uniendi menſa Capitulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum Capitulorum.*
91 *Supprimere poteſt Epiſcopus cum conſenſu Capituli, præbendam Dignitatem, aut Officium, & quomodo illius fructus diſtribuat, vel applicet.*
92 *Epiſcopus, quando etiam eſt Canonicus ſua Eccleſia, non poteſt authorizare in facto proprio, & quomodo hoc intelligendum.*
93 *Suppreſſio, & unio, ſi de illarum validitate dubitetur, vel fiunt à principio à Papa, vel ab eodem confirmantur, ordinaria authoritate facta.*
94 *Et caſus proponitur ex Notab. Cancell.*
95 *Suppreſſiones beneficiorum, vigore Conc. Trid. non poſſunt ab Epiſcopo fieri in menſibus reſervatis.*

SVpprimere, *& extinguere*, ſcilicèt titulum, naturam, & eſſentiam prædictę parochialis Eccleſiæ, in Collegiatam erigendæ, ad effectum, illam eidem Collegiatæ uniendi: quæ quidem ſuppreſſio, & extincto fieri ſemper conſueverunt cum clauſula, *ſine alicujus præjudicio*, de qua infrà ſuo loco dicetur.

Hinc ſanè animadvertat non Curialis, frequentiſſimum 1
eſſe in Romana Curia illiuſque Dataria, & Cancellaria
Apoſtolica, ſermonem de hujuſmodi beneficiorum ſuppreſ-
ſionibus: quarè operæ prætium me facturum exiſtimavi,
eos admonere, quod plura in beneficialibus adſunt nomi- 2
na, nimirum, unio annexio, incorporatio, ſuppreſſio,
extinctio, explicatio, diſmembratio; quæ diverſa ſunt
inter ſe; quandoquidem nominum diverſitas diverſita- 3
tem rerum inducit, ac nomina debent rebus convenire, 4
ad text. in leg. ſi idem, Cod. de Codicil. §. eſt aliud, ibi, *&
conſequentia, inſtitut. de donat.* ubi gloſs. *das. concord.* Bar-
tol. *in leg. ex legata, verſ. ſolum dica, quod ſunt diverſa,
ff. de leg. 2.* Mandoſ. *ſuper reg. 31. quæſt. 5. num. 4.* Hoied.
de incompat. benefic. part. 2. cap. 3. num 3. & hæc diverſitas 5
in prædictis nominibus tripliciter conſiderari poteſt, nimi-
rum, Primò, quod ſuppreſſio, extinctio, & diſmembratio, 6
valdè differunt ab unionibus, annexionibus, incorporatio-
nibus, & applicationibus. Secundò, quòd verbum *diſmem-
bratio*, valdè etiam differt ab aliis. Tertiò, quòd aliqua ex
prædictis nominibus, licèt conſona videantur, nihilominus
habent aliquam diſſonantiam; unde unio nomen eſt gene-
rale, continetquè ſub ſe ſuppreſſionem, & extinctionem, 7
tanquam requiſita antecedentia: quarè dicendo *unionem*,
in ſuo amplo, & potiori ſignificatu, intelligimus, etiam
ſuppreſſionem, & extinctionem, tanquam antecedentia,
ſeu præambula ad unionem perficiendam, *vulg. leg. ad rem
mobilem, ff. de procurat. leg. oratio, ff. de ſponſ.* ut per dict.
Mand. *ſuper. reg. 12. quæſt. 1. num. 3.* idem Hoieda *loco cit.*
qui prædicta ex eodem Mandoſ. ad verbum tranſcripſit, ta-
cito authore, & ut ait idem Mandoſ. *loc. cit.* unio continet
ſuppreſſionem, & extinctionem, ſine quibus ipſa unio fieri 8
non poteſt: ſi enim fit unio in priori ſuo ſignificatu præ-
ſupponitur, quòd ſupprimatur, & extinguatur primum be-
neficium, & illius denominatio, prout patet ex præfata
formula hujus erectionis parochialis Eccl. in Collegiatam,
ex eo quòd illud, quòd unitur, ſumit naturam illius, qui

ſit unio, ut ſuo loco dicemus. Quarè hoc modo ſpecies, ſeu
9 membra, vel requiſita unionis, erunt annexio, applicatio,
ſubjectio, & incorporatio: quæ quidem inter ſe, valdè
10 differunt; namque annexio, & applicatio minus operantur,
quàm ſubjectio: quia poteſt fieri unio, applicatio, ſeù an-
nexio, & tamen non aderit ſubjectio, quia quodlibet be-
neficium ſivè quælibet Dignitas, vel Cathedralis Eccleſia
retinebit ſua jura, ac ſuas præeminentias, idem Mandoſ.
loc. cit.
Hic autem notandum eſt ex eiſdem verbis, *ſupprimere, &*
extinguere, in prædicta formula ſupplicationis appoſitis,
11 quod licèt nunquam fieri debeat ſuppreſſio, niſi Eccleſiç fru-
ctus diminuti probentur, *ut in c. ex parte, de conſtit.* Felin.
in cap. conſtitutus, n. 1. *de reſcript.* Seraphin. *deciſ.* 1385 *n.* 1.
12 nihilominus dari poteſt etiam caſus ſuppreſſionis ad altum
effectum, prout hìc, videlicet, erigendi Collegiatam Ec-
cleſiam, quia ad hujuſmodi ſuppreſſiones faciendas, de-
13 bet intervenire, aut neceſſitas, aut evidens Eccleſiæ uti-
litas, quorum unum ſufficit: & cum erectio hujuſmodi
14 Collegiatæ Eccleſiæ, tendat in divini cultus augmentum,
proinde non modica utilitas Eccleſiæ exindè reſultat;
namque, ut ait, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 819. *n.* 7. in
15 caſu ibi propoſito, valuit ſuppreſſio duorum Canonica-
tuum, cum appareret, illam fuiſſe factam ob honorem,
& decorem Eccleſiæ Cathedralis, in qua aderant ſolùm
ſexdecim Canonici, quibus neceſſe erat, non ſine dede-
core adimplere omnia munera ſpectantia ad Clericos, &
alios in inferioribus conſtitutos: ideò rectè fuit facta ſup-
preſſio dictorum Canonicatuum, ex quorum obventio-
nibus fierent quatuor portiones diſtribuendæ inter quatuor
Clericos, qui in Eccleſia inſervirent divinis, & *n.* 10. ait,
16 etiam, quod paſſim admittitur ſuppreſſio facta per Epiſ-
copum de Canonicatu, cujus obventionea deputavit ad
fabricam, & utilitatem Eccleſiæ, ſeù ad alium pium uſum,
& ibi allegat Imol. *in cap. cum acceſſiſſent col.* 9. *in princip.*
verſ. & intellige, & verſ. qua ratio ceſſet, quando non de-
beret, de conſtit. & Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 30. *qu.*
15. *in fin.*
Cæterum verò, cum extrà caſum præſentis erectionis
Collegiatæ Eccleſiæ, detur per Sedem Apoſtolicam aliud
genus ſuppreſſionis beneficiorum, non incongruum viſum
eſt, aliqua in medium afferre, quæ quotidiè in Romana
Curia occurrunt in praxi.
17 Ac propterea præmittendum eſt, quòd licèt etiam ip-
ſæ præbendæ poſſint ex cauſa ſupprimi, & extingui, ut
in caſu, Concil. Tridentini *ſeſſion.* 24. *capit.* 15. *de refor-*
mat. per quod libera eſt Epiſcopo attributa facultas in ca-
ſibus inibi expreſſis ſupprimendi, ita ut per dictam ſup-
18 preſſionem extinguatur beneficium, deſinat eſſe tale;
cum videlicet in aliqua Eccleſia ſupprimitur Dignitas; vel
aliqua præbenda, ſeù illarum numerus minuitur; ut eſt
text. *in dicto capit. cum acceſſiſſent, de conſtitut.* & hujuſ-
19 modi ſuppreſſio fieri poſſit ab Epiſcopo ex juſta cauſa, ut
ſupra dictum eſt, cum conſenſu tamen Capituli, ut per
DD. *in dicto cap. cum acceſſiſſent*, & conſtat *ex dicto Con-*
cilio dicto capit. 15. ubi quod in Eccleſiis Cathedralibus,
& Collegiatis inſignibus, ubi frequentes, adeoque te-
nues ſunt præbendæ, ſimul cum diſtributionibus quotidia-
nis, ut pro ſuſtinendo decenti Canonicorum gradu, pro
loci, & perſonarum qualitate, non ſufficiant, liceat
Epiſcopo, cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia
beneficia non tamen regularia, unire; vel ſi hac ratione
provideri non poſſit, aliquibus ex iis ſuppreſſis, cum pa-
tronorum conſenſu, ſi de jure patronatus laicorum ſint,
quorum fructus, & proventus reliquarum præbendarum
diſtributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem
numerum reducere, &c.
Nihilominus pro hac noſtra praxi omittendum minimè
duximus, quod etſi Epiſcopus, etiam ex vi prædicti Con-
cilii, & in caſibus ibi expreſſis, poſſit ſupprimere, & ex-
tinguere præbendas beneficiales, ut dictum eſt, tamen ſæ-
piſſimè occurrit, hujuſmodi ſuppreſſiones, & extinctiones,
facillimo negocio inficiari; proindeque ad Summum Pon-
tificem, pro illarum majori ſubſiſtentia recurſum haberi vi-
demus; cum tamquam minus legitimè ab Ordinario factę,
nullo modo valeant ſuſtineri, quod quidem exemplificari
poteſt in caſu Cavaler. *dec.* 439. in qua cum in Eccleſia Col-
21 legiata Terrę Noię, adeſſent viginti ſex Canonicatus, quo-
rum quinque, Archiepiſcopus Baren. ſub die 10. Februarii
1612. ſuppreſſit, ſub prætextu tenuitatis, & inſufficientiæ,
ad ſuſtentandum Canonicos, ſecundum gradum condecen-
tem, & qualitatem Eccleſiæ, loci, & perſonarum, juxta prę-
dictam Concilii diſpoſitionem, eorumque redditus appli-
cavit diſtributionibus quotidianis aliorum Canonicorum,
ſuccedente obitu poſſidentium hujuſmodi Canonicatus ſup-
preſſos, & cum quidam alii prætenderent, dictam ſuppreſſio-
nem eſſe invalidam, obtinuerunt de lis à Sede Apoſtolica
provideri: cauſaquè in Rota commiſſa, fuit dubitatum, an
conſtaret de invaliditate ſuppreſſionis, & fuit reſpõſum, ſup-
preſſionem eſſe invalidam, nam, aut Archiepiſcopus eam
fecit authoritate ordinaria, quam habet de jure communi,
& viſum fuit, non poſſe ſuſtineri, ſtante defectu cauſæ, & ſo-
lemnitatis, quæ duo requiruntur, ſicut in alienatione bono-
rum Eccleſię: cum ſuppreſſio ſit quædam ſpecies alienatio-
nis: nam Epiſcopus privatur per eam jure ulterius conferẽdi
beneficia ſuppreſſa: cauſa autẽ debet eſſe neceſſitas, vel evi-
dens Eccleſię utilitas; quæ quidem cauſa non fuit probata,
nec allegata tenuitas fructuum præbẽdarum videbatur ſuf-
ficiens: cum antea per plures ãnos adfuiſſet numerus vigin-
ti trium Canonicorum: qui, cum poſtea fuiſſet reductus ad
numerum ſexdecim ſuppreſſis ſeptem Canonicatibus, fuit
poſtea de anno 1488. dicta ſuppreſſio revocata, & reductus
numerus ad priſtinum ſtatum. Necnon dictum fuit etiam
deficere ſolemnitatem, de jure communi requiſitam, vide-
licet conſenſum Capituli Eccleſiæ Cathedralis, juxtà text.
in Clement. 2. *de rebus Eccleſ. non alien.* cùm aliis adductis
per Rebuff. *ad regul. de union. gl.* 11. *n.* 2. ſicut etiam nec va-
lida erat prædicta ſuppreſſio vigore prędicti Conc. Trid. *ſeſ-*
ſion. 24. *c.* 15. quandoquidem, licet appareret facta eo præ-
textu, & cum enunciativa omnium ferè requiſitorũ a præ-
dicto Concil. & applicatio facta eſſet diſtributionibus quo-
tidianis aliarum præbendarum, non autem menſæ Capitu-
lari, quo caſu potuerat Capitulum Collegiatæ conſentire;
quia non agebatur de utilitate, & intereſſe menſæ Capitu-
laris, ſed ſingulorum præbendatorum, & Collegiata, de qua
agebatur, erat inſignis, nihilominus fuit in Rotam dubi-
tatum, An in terminis Concilii ſufficeret conſenſus Capi-
tuli Collegiatæ, cujus Canonicatus ſuppreſſi fuerant; cum
videretur requiri conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedra-
lis, ut *in dicta Clementin.* 2. quia Capitulum Cathedra-
lis, videtur eſſe propriè Capitulum Epiſcopi, non autem
aliarum Eccleſiarum Collegiatarum, ſuper quo tamen ni-
hil fuit firmatum. Inſuper fuit dictum, & ſuppreſſionem
permitti à Concilio in ſubſidium beneficiorum ſimplicium;
quę quidem cauſa penuriæ beneficiorum prędictorum non
fuit in dicta ſuppreſſione, expreſſa, & nihilominus daba-
tur ſumus, quòd aderant alia beneficia ſimplicia. Præte-
rea, fuiſſe adhibendam cauſæ cognitionem, & ſormiter 22
probandam cauſam ſuppreſſionis, & de hoc non eſſe Epiſ-
copo, id enuncianti, credendum, per illam regulam, quòd
in iis, quæ ſine certa cauſa fieri nequeunt, non creditur ge- 23
renti actum circa interventum cauſæ, ex doctr. Bartol. *in* 24
l. ſi forte, ff. de caſtr. pecul. Decian. *in cap. quam in Eccle-*
ſiarum, num. 130. *verſ. & ex iſtis rationibus de conſtit.*
Quam quidem deciſionem, cum in facti contingentia,
audierim plures allegatam, tam in Urbe, quam extra
eam, tanquàm in hoc caſu, apprimè notabilem, viſum fuit,
quaſi ad verbum hic tranſcribere.
Ex qua quidem deciſione, *verſic. Nihilominus*, notan-
dum eſt, fuiſſe aliàs per Sacram Congregationem Conci-
lii declaratum, quòd Canonicatuum alicujus Eccleſiæ 25
Collegiatæ, ſuppreſſio, ut ritè per Epiſcopum fiat ob te-
nuitatem fructuum, debet, ultra conſenſum Capituli Col-
legiatæ, intervenire conſenſus Capituli Cathedralis, ita
ut ſuppreſſio, & unio factæ ſine hujuſmodi conſenſibus, 26
ſint pro jure nullæ; de quibus debent legitimè conſtare, nec 27
ſufficit, ut ab Epiſcopo enuncientur; ut in una Tropien.
primo Septembris 1618. *teſte* Barboſ. *in collect. bull. verbo,*
Canonicatus: quæ quidem declaratio loquitur de ſuppreſ-
ſione, & unione (quia ſtaternizat unio cum materia 28
ſuppreſſionis in requiſitis neceſſariis, & præcipuè in ne-
ceſſitate cauſæ in Ordinario) ac etiam de conſenſu Capi-
tuli adhibendo in ſuppreſſione, quæ fit ab Ordinario; ſi
enim fieret à Papa, hujuſmodi conſenſus minimè requi-
ritur, & aliàs fuit in una Anconitan. Terrarum coram Se- 29
raphin. reſolutum, quòd in alienatione conſenſus Ca-
pituli non requiritur, ut perſonæ intereſſe habentis, ſed 30
ſolum tanquam ſolemnitas: unde ſtante commiſſione,
Si in evidentem, cum clauſula, *Vocatis vocandis*, ad alie-
nandas terras menſæ Epiſcopalis, ſeparatæ à menſa Capitu-
li,

li, hoc caſu ſufficit, ut Epiſcopus vendat, & Capitulum
31 non eſt vocandum, nam dicta clauſula videtur intelligen-
da de his, quæ pro ſolemnitate adhibentur: quia autho-
32 ritas Papæ adhibetur ut ſuppleat omnes ſolemnitates, quàm
Seraphin. *deciſionem* refert Garc. *de benefic. part.* 12. *capit.*
2. *num.* 165.

Quo vero ad probationem cauſæ ſuppreſſionis, prout
dicitur in prædicta Cavaler deciſione, debet cauſa, ob
quam facta eſt hujuſmodi ſuppreſſio, legitimè, & plenè
33 probari; ita ut, ſi allegetur diminutio reddituum, quæ
34 eſt potiſſima ratio reducendi, & ſupprimendi beneficia,
non ſolùm debet conſtare de tali diminutione, verùm
etiam erit probandum, quòd iſta diminutio conſideretur
35 reſpectu quantitatis dotis aſſignatæ à principio erectio-
nis Canonicatus, ſeù alterius beneficii, quæ præſumitur
36 fuiſſe congrua, & ſufficiens pro oneribus incumbentibus,
& aliis neceſſariis, *capit. nemo, de conſervat. diſtinct.* 1.
Calder. *conſ.* 10. *poſt med. verſ. pro parte contraria, de pro-
bat.* Caputaq. *deciſ.* 62. *p* 1. Grat. *diſcept. for. cap.* 819. *nu.* 5.
Ludoviſ. *deciſ.* 483. *num.* 5.

Eſt nihilominus, ex eodem Grat. *loco citato* notandum,
circa eamdem cauſæ probationem, quod quando illa eſt
37 notoria, & per ſe patet, non indiget alia probatione;
cum habeatur pro probata, ſufficitquè, quòd fuerit in
ſuppreſſione talis cauſa allegata, & expreſſa; quamvis alias
38 dicta expreſſio requireretur: cum notorium habeat vim ex-
39 preſſionis, & idem operetur, quòd ipſa expreſſio, Innoc.
in cap. primo de offic. Vicar. & Felin. *in capit. cum ordinem*
6. *in* 5. *declarat. de reſcription.* Suidus *conſilio* 324. *num.*
6. *lib.* 3.

Sicut pari modo, dicendum eſt de conſenſu Capituli
in hujuſmodi ſuppreſſione, qui pro illius validitate, etiam
ad præſcriptum prædicti Concilii, eſt omnino adhibendus
40 copulativè, cum legitima cauſa, quando ſuppreſſio fit
authoritate ordinaria; aliàs autem redditur nulla, ut in
41 *capit. ex parte de conſtit. & in dicto cap. cum acceſſiſſent*, ubi
Abbas *num.* 4. *&* 9. Garc. de Benefic. *parte* 2. *capit.* 1. *num.*
1. *&* 2. Verum eſt tamen quod, ubi tantum temporis ef-
42 fluxerit, quòd faciat præſumere ſolemnitates actui à jure
requiſitas, præſupponitur, hujuſmodi conſenſum interve-
niſſe, idem Felin. *in capit.* Albericus *nu.* 4. *de teſt.* Burſatt.
conſ. 424. *lib.* 4. Menochius *præſumption.* 75. *num.* 24. *lib.* 2.
qua licèt non præſumatur, niſi probetur, idem Felinus in
capit. ficut, de re judic. num. 26. Boer. *deciſ.* 345. *num.* 5.
tamen ex temporis diuturnitate, præſumitur interveniſſe,
etiam non enunciatus in ſuppreſſione, quatenùs lapſum
43 fuerit tempus triginta annorum, idem Felin. *dicto num.* 4.
cap. illud, num. 6. *de præſumpt.* Alciat. *eodem tractat. reg.* 3.
præſumption. 10. Burſatt. *dicto conſ.* 424. & alii quos refert
idem Garc. *dicta part.* 12. *cap.* 2. *nu.* 178. qui dicunt, quod
44 quando agitur de gravi præjudicio alterius, præſumitur ſo-
lemnitas non enunciata, ea lapſu non minoris temporis
triginta annorum, & in propriis terminis; quòd Eccleſię
unio de conſenſu Epiſcopi, & Capituli ex diuturnitate tem-
poris facta præſumatur, voluerunt, Alexand. *conſ.* 219.
colu. 3. *in fin. verſ. corroborantur, per text. in lege ſi filius
Cod. de petit. hæredit.* & alii relati per Hoied. *de incompa-
tib. benef. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *verſ. ſed utrum hujuſmodi con-
ſenſus.*

Aliàs autem, ubi nec conſenſus ipſe intervenerit, neque
interveniſſe præſumitur, nulla prorſus erit hujuſmodi ſup-
preſſio, ex ſupradictis, quoties conſtet de exiſtentia bene-
ficii ſic ſuppreſſi, ut in caſu ſuppreſſionis beneficii Sancti
Nicoſtrati Alerienſ. diœceſis coram Ubaldo, cujus deciſio-
nem vidi manuſcriptam, nondum impreſſam; in qua di-
citur, quòd in primis, & ante omnia, in hujuſmodi ſup-
preſſionibus debet conſtare de ſtatu collativo talis beneficii
45 ut ipſa ſuppreſſio poſſit ſubſiſtere; quia niſi probetur illius
46 exiſtentia, ex eo, quòd fortaſſe, etiam fuerit beneficium
nulliter erectum, poterit talis erectio abſque ſolemnitate
revocari: quinimò hoc pertinet ad officium Superioris, ut
ait, Compoſtell. *in capit. cum M. Ferrarienſis num.* 5. *de
conſtit.* quòd ſecùs eſſet, ſi exiſtentia hujuſmodi beneficii
probaretur, nempè, quòd per plures vices collatum fuiſſet.
Nec refert, quòd non conſtet, à quo beneficium fuerit ere-
ctum: quia ſufficit, quod ſi in rerum natura, & in ſtatu
collativo per aliquas collationes, ſuos ſortitas effectus, pro
ſufficienti ſtatu, ad ſuſtinendam collationem: quando be-
neficium, quòd præſupponitur ſuppreſſum fuit impetratum
47 tanquam in ſtatu collativo exiſtens, ex quo ſuppreſſio illum

præſupponit: quia beneficia præſumuntur perpetua, & col- 48
lativa, Gonzal. *in reg.* 8. *gloſ.* 5. *num.* 50. *cum ſeqq.* Lara *de
anniverſ.* & Capel. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 58. *& ſeq.* & fuit dictum
in una *Elnenſ. beneficii* 7. *Februarii* 1630. *coram Merlino*;
imò quando Ordinarius eſſet in quaſi poſſeſſione conferen-
di, vel ad alterius præſentationem, inſtituendi, tunc ratio- 49
ne quaſi poſſeſſionis, præſumitur beneficium eccleſiaſticum,
cum debita ſolemnitate creatum; quòd eſt unum ex neceſ-
ſariis requiſitis ad eſſentiam beneficii, idem Gonz. *d. gl.*
5. *n.* 11. & diximus aliàs ex collationibus enim, ſivè Apo- 50
ſtolica, ſivè ordinaria authoritate factis, ſatis, probatum di-
citur quòd beneficium erectum fuerit à principio, ut eſſet
perpetuum, & in ſtatu collativo.

Quinimmò, ſatis eſſet unica collatio, ut probetur ultimus 51
ſtatus beneficii, juxtà notata *in c. cum de beneficio de præb. in*
6. nec ſtatus antecedens probetur contrarius ultimo ſtatui; 52
ut fuit reſolutum in una *Marianen. Unionis* 12. *Junii coram
Coccino Decano inter impreſſas par. ſecunda recent. dec.* 737.
ubi num. ſexto quod in dubio attenditur ultimus ſtatus. Se-
cùs autem quando conſtat de veritate in contrarium; ac 53
proindè, cum in *dicta deciſion.* ageretur de quodam benefi-
cio unito, licet ultimus ſtatus fuerat de libero, attamen
collatio fuit nulla ipſo jure; quia, cum per unionem bene-
ficii, titulus eſſet extinctus, non erat attendendus, ſed an-
terior, tanquam de unito; & in propoſito videnda eſt om-
nino dicta deciſio, ubi circa ultimum ſtatum beneficii po-
nitur optima diſtinctio præter ea, quæ nos aliàs circa hoc
diximus ſuperiori, *cap.* 6. *nu.* 309. Cæterum autem, ſi pro-
betur collatio talis beneficii, facta ab Ordinario, præſumi
debet in dubio etiam approbata illius fundatio, tanquam
neceſſarium antecedens.

Et cum aliàs in ſimili cauſa, ageretur in Sacro Rotæ Au-
ditorio, quid ſentiendum de validitate, aut invaliditate
ſuppreſſionis quorundam beneficiorum Confratrantiæ ſu-
pranumerariæ, nuncupatorum, in parochiali Eccleſia
Sancti Archangeli de Armenia Neapolitan. ex eo, quòd
Dom. Andreas Campanilis à Sede Apoſtolica impetraverat
unam ex dictis Confratrantiis erectis à bon. mem. Anni-
bale de Capua, tunc Archiepiſcopo Neapolitano, tanquàm
vacantem per devolutionem, dabant cæteri beneficiati,
Confratres nuncupati, de invaliditate dictæ impetrationis;
ex eo, quòd prædictæ Confratrantiæ ſupernumerariæ fue-
rant ſuppreſſæ per bon. mem. Cardinalem de Aquaviva, ſi-
militer Archiepiſcopum Neapolitanum: & pro fundamen-
to validitatis ſuppreſſionis, allegabant, quòd hujuſmodi
beneficia, tanquam ſupranumeraria, erant creata ab Ar-
chiepiſcopo, propter excreſcientiam fructuum, quæ tamen
nunquam adfuit: ex eo quod illæ ſemper habuerant tenuiſ-
ſimos redditus: necnon quia non agebatur de ſuppreſſio-
ne formali alicujus beneficii legitimè erecti in titulum col-
lativum, ſed Cardinalis prædictus revocaverat tantum ere-
ctionem factam abſque aliqua cauſa de beneficio ſupranu-
merario: cum non adeſſet ſuper excreſcentia fructuum ut
dictum eſt: ac proinde, cum ageretur de beneficio ſupra-
numerario, & fructus eſſent tenues, nulla ſolemnitas requi-
rebatur; nam Archiepiſcopus, nihil aliud fecit, quam de-
clarare id, quòd jure fuerat inductum, ut per Imol. *in dicto
cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit.* præſertim cum certus
numerus beneficiatorum non fuerat fractus, nec ampliatus,
ſed ſemper beneficium, de quo agebatur, fuerat ſupranu-
merarium, nec cenſebatur facta erectio perpetua, ſed ad
vitam proviſi, ut per Joan. Andr. *in dicto cap. cum M. Fer-
rarienſis*, *n.* 11.

Nihilominus pro dicto Andrea proviſo Apoſtolico, fuit
adductum, quòd talis ſuppreſſio, nullo pacto potuiſſet
ſubſiſtere; quandoquidem pro illa ſuſtinenda, requiritur
cauſa formiter probanda: cum neque credatur aſſertioni
Epiſcopi, ſed debent intervenire etiam ſolemnitates a ju-
re requiſitæ, ut per Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 1. *de reb. eccleſ.
non alien.* quia non creditur Ordinario, niſi quando agitur
de ſuppreſſione antea facta, & in Viſitatione enunciata, ex 54
deciſ. Caval. 439. *num.* 4. *& ſeqq.* & fuit tentum in una
Triventin. Unionis coram Queipo, vel quando eſt enun-
ciata cauſa in ſpecie, & non in genere, ut in eadem Tri-
ventin. quia, cum ſuppreſſio tendat ad diminutionem di-
vini cultus, non poteſt Ordinarius ſupprimere ſine cauſa;
idem Ludoviſ. *deciſ.* 483. & ibi Addit. *n.* 8.

Quòd ad hujuſmodi ſuppreſſionis validitatem non ade-
rat cauſa, ſatis, ſuperquè apparebat ex decreto Viſitationis
pro hujuſmodi ſuppreſſione, quòd tale erat, videlicet

Viſo ſupplici libello Confratrum Congregationis Eccleſiæ S. Archangeli Armeriorum, per Illuſtriſſimum Dominum fuit proviſum, & decretum Confratrantias, quæ reperiuntur in dicto Collegio ſupra numerum, cum eas vacare contigerit, eſſe extinguendas, & ſupprimendas, prout præſentis decreto eas ex nunc, prout ex tunc ſupprimi, & extingui mandatur. Et ſic pro hujuſmodi ſuppreſſione, non adducitur cauſa, aut ſolemnitas, cum utraquè interveníre deberet, *ex juribus ſupra allegatis*,

Nequè intervenit conſenſus capituli, prout omninò intervenire debeat, pro ſolemnitate, ut ſupra diximus, Monet. *commut. ultim. volunt. cap. 12. quæſt. 6. numer.* 115. Cavaler. *d. dec.* 439.

Quatenus autem, per cæteros Confratres allegaretur, adeſſe conſenſum capituli, ſeù Congregationis Confratrum prædictæ Eccleſiæ Sancti Archangeli, ex quo ipſi inſteterunt penès Archiepiſcopum pro hujuſmodi ſuppreſſione, ut patet in principio præfati decreti, dum dicit, *Viſo ſupplici libello, &c.* ac propterea, id referri debeat ad validum conſenſum, qui in hujuſmodi ſuppreſſionibus requiritur, id nihil prorſus refragari patet, ut in prædicta *deciſ. Cavaler.* 439. *n. 4. verſ. Nihilominus*, nam in ſuppreſſione ibi contenta, dicitur, non ſufficere conſenſum capituli Collegiatæ, cujus Canonicatus ſuppreſſi fuerant, ſed requiritur conſenſus capituli Eccleſiæ Cathedralis; quia capitulum Cathedralis videtur eſſe propriè capitulum Epiſcopi, ſicut jam ſupra dictum eſt. Igitur tantò minus operatur conſenſus cæterorum Confratrum prędictæ Eccleſiæ S. Archangeli.

Quinimmò, ad exuberantiam fuit adductum, quod etiam ſi adeſſet cauſa, & ſolemnitas nequè talis ſuppreſſio valeret cùm reſultaret ad ſavorem Archiepiſcopi; qui in re propria non poterat authorizare hanc ſuppreſſionem, per text. *in Clem. un. de reb. eccl. non alien.* Rot. *dec.* 133. *n.* 5 *p. 2. diverſ.* ex quo Archiepiſcopus eſt Abb. & Rector prædictæ parochialis Eccleſiæ, & tanquam talis habet duas portiones ex fructibus ſuppreſſis; quare in hoc caſu oportebat, hujuſmodi ſuppreſſionem fieri à Papa, cui tantum datum eſt, ſupplere om-
55 nes defectus, qui in hujuſmodi ſuppreſſione poſſent intervenire; ut etiam tenuit Rota *in una Peruſin. beneficii 4. Iulii 1610. coram Penia*,

Quibus ſic ſtantibus, non poterat Ordinarius, nequè jure ordinario, nequè vigore Concilii Tridentini facere hujuſmodi ſuppreſſionem, nam quoad Concilium *ſeſſ. 24. cap. 15.*
56 *de refor.* non habet locum, niſi in Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus; & tunc nequè valet unio, ſeù ſuppreſſio, niſi ex neceſſitate, & dummodò non fiat menſæ, ſeu maſſæ, id. Cavaler. *d. deciſ.* 439. quandoquidem clarum eſt, uniones fieri non poſſe, niſi diſtributivè, non autem menſæ capitula-
57 ri, nam hoc modo non ſuſtinetur, Gonzal. *gloſ. 37. num.* 25. Rot. *deciſ.* 565 *par. 2. recent.* quod tamen eſt intelligendum, quando unio fit per Ordinarium, ſive authoritate Papæ; tunc enim omninò corruit ex defectu poteſtatis, ut in *dicta dec.* 565. quarè, ſecus eſt, quandò unio ipſa fit Apoſtolica authoritate; quia tunc erit omninò valida, Garc. *de benef. d. par. 12. cap. 2. §. 2. num.* 168. & alii relati *in una Feretran. Unionis* penes Rub. *dec.* 196. *num. 2. & 3. tomo 2.* In propoſito autem præſentis Confratantiæ ſupernumerariæ ſuppreſſionis, emanavit Sacræ Rotæ deciſio, tenoris ſequentis, videlicet

Neapolitan. Beneficii. Die Mercurii 15. Decembris 1532. coram R. P. Domino Queipo,

CAuſa pluries propoſita, & maturè diſcuſſa, cenſuerunt Domini, gratiam Andreæ Campanilis eſſe juſtificatam de exiſtentia Confratrantiæ, ſeù beneficii controverſi, in Eccleſia parochiali Sancti Archangeli de Armeriis de anno 1606. & 1607. quæ in primis juſtificari debet, Garc. *de benef. par. 1. c. 2. n.* 629. Seraph. *dec.* 1095. *n.* 2. conſtat ex quatuor teſtibus, de quibus in ſummario Andreæ, *n.* 2. quę coadjuvatur ex tribus proviſionibus factis de ſupradicta Confratrantia, quæ per neceſſe præſupponunt illius exiſtentiam ex latè deductis *in Elnen. Beneficii 7. Februarii* 1630. *cor. R. P. D. meo Merlino*, & notarunt Gonz. *ſuper reg. 8. gloſ. 5. nu.* 20. Garc. *ubi ſupra ex num.* 102.

Obitus Bartholomæi, per quem fuit Andreas proviſus, de menſe Auguſti 1607. juſtificatur, tum ex tribus teſtibus, *ut in d. ſumm. num. 4.* qui illius funeri interfuerunt, & mortuum viderunt, Gregor. *dec. 37. num. 3. & dec. 78. numer. 1.* tum etiam ex confeſſione partis adverſæ D. meus Coccinus *dec. 145. num. 2.*

Quòd dicta Confratrantia non requirat perſonalem reſidentiam, probatur ex juris præſumptione, Greg. *dec. 108. n.* 2. Rot. *dec. 899. n. 3. p. 2 rec.* ac etiam ex teſtibus, qui dantur in Summ. Andreæ *n. 6. & 9.*

Valor Confratrantiæ, quòd non excedat ducatos de Camera 24. probatur per quatuor teſtes in d. ſumm. n. 7. quorum aliquid de certa ſcientia, reliqui verò de publica voce, & fama deponunt, quæ probatio pro juſtificatione valoris, ſufficiens eſt Rot. *dec. 82. & dec. 428. num. 4. coram Reverendiſſimo D. Coccino* cum ad illum probandum non requiratur probatio ita exacta, ſed ſufficit ſemiplena, & de communi reputatione & fama, Aegid. Bellam. *dec.* 674. Verall. *deciſion. 277. num. 7. part. 1. & deciſ. 78. num. 4. part. 2. & deciſ. 49. num. 3. & 5. part. 3.* & fuit reſolutum *in Pampilonen. Parochialis de Sangueſa Iul.* 1608. *coram Ortemberge, & coram bo. m. Manzanedo in Vicen. Parochialis 4. Iulii* 1612. Prout etiam valor Canonicatus, quem obtinet Andreas in Eccleſias Amalphitan. quòd non excedat ducat. 24. probatur per teſtes de publica voce, & fama: tamen Rota in juſtificatione valoris obtentorum ſemiplena, & qualiquali probatione contentatur, Greg. *deciſ. 89. num. 6. & deciſ. 490. nu. 2.*

Deniquè, quòd Andreas habeat jus ad canonicatum prędictum, & ſit oriundus è Civitate Scalen. probant teſtes in dicto ſuo ſumm. 10 & 11.

Contra quæ, duo præcipuè, (quia reliqua per Dominos non fuerunt habita in conſideratione) opponebantur per presbyteros dictæ Eccleſiæ S. Archangeli, Primò, quòd reſervatio non intret, nec juſtificari poteſt, quia Archiepiſcopus erat Cardinalis, & habebat indultum, qui propterea excipitur in regula de menſe, quando Andreas fuit proviſus de dicta Confratrantia, Secundo, quòd dicta Confratrantia ſupernumeraria, fuit per bon. mem. Cardinalem Acquaviva de anno 1606. ſuppreſſa, & ſic per dictam ſuppreſſionem, extincta; ita ut de cætero, illius vacatio dari nequeant; nam Ordinarius, etiam ſine ſolemnitatibus potuit ex officio, ſua ordinaria authoritate, illam facere, ſecundum Compoſtellan. *in capit. cum M. num. 5. verſ. ergo ad officium Superioris de conſt.* quaſi propriè non ſit ſuppreſſio, ſed revocatio erectionis factæ abſquè ulla authoritate.

Et quoad primum, placuit reſponſio data per informantes pro Andrea, quòd licèt verum ſit, quòd regula de menſe operetur contra Cardinalem, qui habet indultum, attamen in pręſenti, Andreas capit beneficium tanquam devolutum, quæ devolutio habet locum, etiam contra Cardinalem indultarium, qui prætereà ignorantiæ invaliditatis ſuppreſſionis excuſari non valet; cum illa ſit ignorantia juris, quæ ut notum eſt, non excuſat, *ex vulgar.* præcipuè, quia dicto Cardinali; tanquam Ordinario, incumbebat ſe informare, & perquirere ſtatum, & qualitates beneficiorum, & uniones, & ſuppreſſiones, ex diſpoſitione *Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. de reform.* examinare. Et Andreas, ex clauſula, *ſivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo*, quæ, ut intret, ſufficit ſaltem de facto juſtificare reſervationem, nempè, quòd alias menſis narratus eſſet reſervatus, & quod in eo contigerit vacatio ex traditis per Gonzales *ſuper reg. 8. gloſ. 15. num.* 86. & cum vacatio fuerit in menſe Auguſti, & beneficium ad Papam devolutũ, potuit ſumere vacationem, tanquàm de devoluto, quæ ex lapſu temporis à die vacationis cenſetur de facto juſtificata, ſecundum tex. *in cap. 2. dilectus, & cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præb.* Rota *in Mediolanen. beneficii 5. Iulii* 1596. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.* Nec adverſantur Andreæ, verba ſuæ proviſionis, ibi *Dummodo proviſio ad nos hac vice pertineat*; quia non reſtringuntur ad modum vacationis expreſſum, ſed omnes modus capiunt ex Seraph. *dec. 755. & dec. 764.*

Quòd verò ad ſecundum, in quo valdè presbyteri inſiſtebant, fuit per Dominos reſponſum, de exiſtentia beneficii, ſeù Confratrantiæ ſupranumerariæ, de qua agitur, niſi ſtatuto collativo, non poſſe dubitari. Conſtat enim, Confratrãtiam prędictam obtinuiſſe Iulium Gagliardum, & per illius obitum, collatam ab Ordinario Ioan. Baptiſtę della Porta de anno 1580. à quo ex cauſa reſignationis pervenerit in Bartholomæum de Leo anno 1594. quæ Confratrantię enunciantur ſupranumerarię in Viſitationibus anni 1585 & 1606. omnes effectum ſortitę, ut conſtat ex novo ſummario Andreæ num. 1. 2. 3. & 4. per ſucceſſivam vacatio-

cationem per obitum, & reſignationem prędictorum, juxtà *conſil.* Oldrad. 229. *num.* 2. & cum per obitum Bartholomæi ſit proviſus. Andreas, negari non poteſt, quin appareat de ultimo ſtatu collativo, qui in hac materia juſtificationis, ſemper attenditur. Calder. *conſ.* 23. *de præb.* Ferret. *conſil.* 132. *num.* 10. Put. *deciſ.* 206. *lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 1219. & fuit reſolutum in *Meſen. Canonicatus* 23. *Jun.* 1617. *coram bon. mem. Manzanedo*, præſertim cum non doceatur de ſtatu contrario anteriori, & quòd effluxerũt anni 46. neceſſarii ad imitationem ſtatus beneficii, *cap. cum de benefic. de præb. in* 6. Rota *deciſ.* 308. *n.* 4. *p.* 1. *& deciſ.* 737. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Gregor. *deciſion.* 77. & ibi Addit. *num.* 12. cum in præallegata *Elnenſ. Beneficii, & in Placentin. Archipresbyteratus* 17. *Martii* 1623. *coram R.P.D. meo Pirovano*.

Ex quo fundamento viſum fuit Dominis, corruere ſuppreſſionem allegatam; cum illa legatur facta ſine ſolemnitatibus de jure, & per Tridentinum requiſitis ex latè traditis coram me in *Trivenſin. beneficii* 28. *Maii* 1629. *per totum* Gregor. *deciſ.* 483. & ibi latè Add. nempè ſine cauſa, evidenti utilitate, vel urgente neceſſitate Eccleſiæ, ac etiam ſioe conſenſu Capituli Cathedralis, ex quibus redditur notoriè nulla, & iovalida ex ſupra traditis.

Non obſtat Compoſtellan. *loco ſupra allegato*, quia non procedit in præſenti; cum Confratrantia iſta reperiatur ab Ordinario collata, & ſic præſumi debet in neceſſarium antecedens, per eundem approbata, & fundata, ut conſiderat Gonz. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 5. *num.* 4. & conſequenter, quod fuerit in erecta in titulum perpetui ſimplicis beneficii, prout de jure præſumitur; propterea in illius ſuppreſſione erat ſervanda forma, quæ requiritur in unione beneficii perpetui, & collativi, quale reperiebatur tempore ſuppreſſionis prædicta Confratrantia.

Et ita reſolutum utraque parte informante.

Verùm pro hac praxi noverint Romanæ Curiæ Tyrones, quòd cum inter cætera, quæ reddunt nullam ſuppreſſionem, ordinaria authoritate factam, ſit defectus conſenſus Capituli, ut patet ex ſupradicta deciſione: proinde (ſicut etiam ex aliis cauſis) frequentiſſimus fit recurſus ad Summum Põtificem pro hujuſmodi ſuppreſſionibus impetrandis: quia ſicut jam aliàs dictum eſt, requiritur cauſa, necnon ſolemnitas, ſicut in alienatione rerum Eccleſiæ, juxtà *Extravag. Ambitioſa de rebus Eccleſ. non alien.* quæ quidem cauſa ſolet frequentior eſſe redditũum diminutio, ex juribus aliàs allegatis, & omninò debet probari, cum
58 habeat juris præſumptionem in contrarium: præſumuntur, ut fuit dictum in una *Calaguritan. de locano* 9. *Aprilis* 1602
59 *coram Seraphino*, in qua etiam dicitur, quòd beneficia, de ſui natura, præſumuntur congrua, ut *in capit. nemo, de conſecrat. diſtinct.* 1. Capnaq. *deciſio.* 62. *num.* 1. *parte* 1.
60 quia diminutio fructuum probari debet reſpectu quantitatis aſſignatæ à principio erectionis beneficii, ex quo, tanto tempore, beneficiati fuerunt contenti ea portione, & quantitate, & in dubium debet fieri interpretatio ad favorem cultus divini, ut fuit dictum in una *Calaguritan. Portionis de Narbaja coram Penia* 3. *Julii* 1589. Rota *dec.* 316. *num.* 2. *par* 3. *recent.* in qua, licet pro cauſa ſuppreſſionis, fuerit allegatum, quòd redditus fuerint diminuti: ex eo quòd fuerit graſſata contagioſa lues, ob quam 700. homines perierint, & ob id fuerunt diminutæ non ſolùm oblationes fidelium, propter infrequentiam populi, ſed etiam decimæ Capitulo præſtari ſolitæ, quia nonnulli agri remanſerunt inculti; & tamen de iſta allegata fructuum diminutione, nulla habita fuit ratio per eandem Rotam: quia, licet tot homines defecerint, tamen diminutio, occaſione peſtis non fuit perpetua, prout requiritur in hujuſmodi ſuppreſſioni- 61
bus, ſed tranſitoria, quia curſu temporis, locus poteſt incolis repleri, & terræ poſſunt per colonos aliunde evocandos, arari, & coli, ut in *dicta dec.* 316. *num.* 3.

Hoc autem, quod cauſam, quæ debet verificari, prout ſuperius dictum eſt: quo verò ad ſolemnitatem, ſcilicet, conſenſum Capituli ad id requiſitum, nullus à Papa poteſt illum ſupplere, ut etiam dixi, Abb. *conſil.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. Rota *deciſion.* 65. *num.* 1. *& deciſ.* 178. *num.* 2. *par.* 2. *diverſ.* ac propterea, quòd noo poteſt Epiſcopus, ſupplet Papa, cujus authoritas propterea adhibetur, oon quia ipſe curat de iſtis ſolemnitatibus, ſed tantum de utilitate Eccleſiæ, Seraphin. *deciſ.* 338. *num.* 4. quamvis iſta ſupprimendi facultas ſit per *dict. Concil. Trident.* conceſſa Ordinario, cui in hac parte eſt aliàs plurimùm deferendum, etiam de jure communi, ad tradita per Rebuff. *de congreg. num.* 68. *& 69. Surdus de aliment. titulo* 4. *quæſtion.* 23. *num.* 43. *& ſeq.*

Pro hujus quidem ſuppreſſionis theorica, adeſt notabilis, *textus in capit. final. de verborum ſignific.* ubi, cum Epiſcopus, & Capitulum Xantonen. Gregorio Nono inſinuaſſent, quòd quadragenarius numerus Canonicorum inſtitutus in eorũ Eccleſia non poterat obſervari, ex eo quia non ſufficiebant Eccleſiæ facultates, eis dederat in mandatis, ut Canonicorum, & præbendarum numerum, juxtà facultates Eccleſiæ moderando, ſtatuerent: quia tamen compertum erat, prædictas facultates à tempore ſtatuti numeri adeò excreviſſe, quòd abſque mutilatione præbendarum major haberi potuiſſet numerus, fuit quæſitum propterea ab eodem Gregorio, an per *moderationis* verbum, eundem numerum augmentare, vel minuere deberent, qui mandavit Decano, & Sacriſtæ Engaliſmen. quatenus, ſi verè non eſſent minutæ præbendæ, cum moderatio locum non haberet, ipſarum, & Canonicorum numerum dimitteret in eodem ſtatu, in quod erat, &c.

Unde ex hoc textu ſatis liquet de diminutione fructuum debere conſtare, aliàs hujuſmodi ſuppreſſionem ſibi locum vendicare non poſſe. Undè ſecùs, quando de dicta fructuum diminutione conſtaret.

Sanè ex theorica ſupradicta deſumitur, quòd fuit ad praxim deductum per Capitulum, & canonicos hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitan. cujus Canonicorum numerus erat pariter quadragenarius; ac cum plurimum expediviſſet, illos ad minorem numerum reduci ex eadem cauſa, in eodem textu expreſſa, fuit per Gregorium XIII. felic. record. prævia ſuppreſſione decem Canonicatuum, ac etiam unione nonnullorum beneficiorum ſimplicium 62
ad numerum triginta Canonicatuum totidemque præbendarum, redactus; prout hodie reperitur; ut ex litteris Apoſtolicis ipſius Gregorii, tenoris ſequentis videlicet.

G*Regorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito paſtoralis officii, &c. Dudum, &c.* (narratur ſtatus Canonicatuum ſuppreſſorum, ac beneficiorum ſimplicium, & ſequitur ut infra.) *Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli dictæ majoris Eccleſiæ, petitio continebat, licèt ipſa major Eccleſia, inter cæteras etiam Metropol. Regni Neapolit. Eccleſias præcipua eſſe dignoſcatur, & quampluribus Dei miniſtris, quibus abundè referta exiſtit, ſummoperè decoretur, ac ad illius ornatum, atque decorem, inſigne Capitulum Canonicorum ſpectatæ fidei, probitatiſque virorum ibidem exiſtat, ac decens, apprimeque neceſſarium videatur, fore tamen Canonici majoris Eccleſiæ hujuſmodi, qui numero Quadraginta exiſtunt, & quorum quatuordecim præbendati dicuntur, & præter quandam communis menſæ Capitularis dictæ majoris Eccleſiæ portionem, etiam aliàs aliquas præbendas diſtinctas, habent; reliqui verò vigintiſex, ſimplices nuncupantur, & præbendis carent, aliquas tamen diſtributiones per Canonicos divinis officiis intereſſentibus duntaxat, dietim, & annuatim lucrifieri ſolitas, percipiunt ex eadem menſa, cujus fructus, redditus, & proventus Duorum Millium ducatorum auri de Camera, &c. non excedunt pro eorum dignitate, ipſiuſque majoris Eccleſiæ excellentia, ſuorum Canonicatuum, & præbendarum ratione, adeò tenues fructus, redditus, & proventus percipiant annuatim, ut illi ad eorum congruam, decentemque ſuſtentationem nullatenus ſufficiant; & ſi tres præfati ex nunc, & ſeptem alii dictæ majoris Eccleſiæ Canonicatus, de ſimplicium numero exiſtentes, quos primo, ſecundo, & tertio, aut alio ulteriori loco per ceſſum, vel deceſſum, ſeù quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, aut privationem, ſeptem ipſius majoris Eccleſiæ Canonicorum ſimplicium, ſeù etiam per aſſequutionem alicujus, vel aliquorum ex dictis Canonicatibus præbendatis, aut aliàs quovis modo vacare contigerit; ita quod prior numerus viginti ſex Canonicorum ſimplicium, ad numerum ſexdecim penitùs reducatur, perpetuò ſupprimeretur, & extingueretur,*

vetur, necnon prædicta, etiam, ex nunc, & aliud ſub ejuſdem Sanct. Silveſtri, quòd Venerabilis frater noſter Fabius Epiſcopus Iſcalen. ex conceſſione, ſeù diſpenſatione Apoſtolica in titulum, vel commendam, ac aliud, etiam ſub Sanct. Silveſtri, quòd Manfredus Infante, necnon aliud ſub Sancta Maria de Principio nuncupatæ in S. Reſtitutæ, & aliud ſub S. Ioan. Baptiſtæ de Paſſarellis, etiam nuncupati, quæ Roccus Scala, ac reliquum perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica, ad collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Capituli, & Canonicorum prædictorum, vacatione illorum occurrente, ſpectantia, ſub ejuſdem San. Salvatoris veteris nuncupati invocationibus majori Eccleſiis prædictis, quod Petrus Iacobus Palumbu dilecti filii Clerici perpeti beneficiati in dictis Eccleſiis reſpectivè obtinent, cum primum illa per ceſſum, vel deceſſum, aut quamvit aliam dimiſſionem, vel amiſſionem Fabii Epiſcopi, & Manfredi, ac Rocchi, & Petri Iacobi prædictorum vacare contigerit, eidem menſæ, ad augmentum diſtributionum quotidianarum, inter remanentes ipſius Majoris Eccleſiæ Canonicos, horis canonicis intereſſentes, diſtribuendarum, etiam perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur, ex hoc profectò remanentes Triginta Canonici hujuſmodi, ſe decentius ſuſtentare, illiuſque majoris Eccleſiæ obſequii circa divina, propenſius impendere, ac in ea ferventiori animo reſidere, horiſque prædictis intereſſe ſatagerent, ac etiam divinum officium, quoad dictam majorem Eccleſiam, juxtà decretum prædicti prædeceſſoris perſolveretur. Quare pro parte Capituli præfatorum, aſſerentium, decem Canonicatuum ſimplicium, & beneficiorum inſimul fructus, redditus, & proventus Centum ducatorum auri ſimilium, &c. prædictum valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus decem Canonicatus ſimplices ſupprimere, & extinguere ac beneficia hujuſmodi menſæ prædictæ unire, annectere, & incorporare, aliaſque in præmiſſis opportunè, &c. dignaremur. Nos igitur, &c. tres, ut præfertur vacantes, ex nunc, reliquos verò ſeptem Canonicatus ſimplices prædictos; quos primo, ſecundo, tertio, vel alio veriori loco, &c. vacare contigerit, authoritatè Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuò ſupprimimus, & extinguimus. Ita quod prior numerus Quadraginta, ad Triginta Canonicorum numerum hujuſmodi, ut præfertur, penitus reducatur, & reductus eſſe cenſeatur. Prætereà tàm vacantia, ut præfertur, quàm vacatura beneficia prædicta, &c. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, eidem menſæ authoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat eidem Capitulo, per ſe, vel alium, ſeù alios eorum nomine, corporalem, &c. poſſeſſionem, &c. ſingulorum beneficiorum prædictorum, propria authoritate; liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illorumque fructus, &c. in ipſorum Capituli uſum, & utilitatem, ſive augmentum diſtributionum quotidianarum hujuſmodi convertere, &c. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Capuan. & Surrentin. Archiepiſcopis, ac dilecto filio, cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, &c. mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus, &c. Non permittentes, &c. moleſtari. Contradictores, &c. Non obſtantibus voluntate noſtra prædicta, ac Lateranen. Concilii, &c. uniones perpetuas, &c. prohibentes. Necnon piæ memor. Bonifacii Papæ Octavi, &c. et aliis, &c. ac majoris, & S. Reſtitutæ Eccleſiarum prædictarum juramento, &c. etiam de certo Canonicorum numero, privilegiis quoque, &c. etiam dicto Archiepiſcopo Neapolitan. ſuper conferendis Canonicatibus, & præbendis, aliiſque beneficiis Eccleſiaſticis, etiam per Nos, & ſucceſſores, ac Sedem hujuſmodi, &c. etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, &c. ac quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus, etiam mentalibus, & aliis unionibus, annexionibus, & incorporationibus, etiam perpetuis, expectativis, & aliis gratiis, abſque conſenſu Coadiutorum deputationibus, nominationibus, nominandique, & conferendi, ac aliis, citrà acceſſus, & regreſſus, facultatibus, literis, & mandatis, & cum proviſionibus, & aliis diſpoſitionibus, etiam prædictis familiaribus, & Officialibus, etiam actu officia ſua exercentibus, etiam Imperatoris, Regum, &c. aliorum Principum contemplatione, &c. ac cum quibuſvis antelationibus, ſuſpenſionibus, & aliis efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, &c. derogamus. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus, &c. ac inde ſecuta quæcunque, ad Canonicatus ſuppreſſos, ac beneficia hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc, &c. generari, &c. Proviſo, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, beneficia prædicta debitis non defraudentur obſequiis, ſed eorum, &c. conſueta. Nos enim, etc. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1576. Decimonono Kal. Ianuarii. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Poſtmodum verò idem Gregorius Decimus tertius ad ſup-
plicationem ejuſdem Capituli, illud à ſolutione quindennii,
ad quod ratione prædictæ unionis, aliorumque præmiſſo-
rum, teneri dici poſſet, & quacunque obligatione deſuper
Cameræ Apoſtolic. & illius Officialibus facienda exemit, &
liberavit, & ad quindennium hujuſmodi ſolvendum, & ſe
64 deſuper obligandum, minimè teneri, neque ad id per Ca-
meram, ſeu illius Officiales, aut alios præfatos, ullo unquam
tempore cogi, vel compelli, & ob non ſolutionem, ſeù obli-
gationem hujuſmodi deſuper moleſtari poſſe voluit. Man-
davitque propterea omnibus, & ſingulis Officialibus, De-
poſitariis, Commiſſariis, & aliis pro dicta Camera agenti-
bus, necnon illis, ad quos literarum hujuſmodi expeditio
quomodolibet ſpectat, quatenus, viſis literis deſuper conceſ-
ſis, nulloque alio ab eodem Gregorio expectato mandato,
literas Apoſtolicas ſuper ſuppreſſione prædicta expeditas,
abſque aliqua ſolutione quindennii, vel obligatione deſuper
facienda, expedirent, ſub Dat. apud Sanctum Petrum, ſub
Annulo Piſcatoris 25. Junii 1577. Pontificatus ſui Anno
Sexto, & literæ ſuper hujuſmodi conceſſione exhibitæ fue-
runt in plena Camera Apoſtolica in qua admiſſę, & regiſtra-
tæ fuerunt, juxta formam Conſtitutionis Pii Quarti de re-
giſtrandis in Camera.

Quare, pro iſta praxi obiter eſt notandum, quod præmiſ-
ſa videntur proceſſiſſe etiam ex benignitate ejuſdem Grego-
rii XIII. qui voluit, ratione præmiſſorum Capitulum rema-
nere obnoxium ſolutioni Quindennii, ſicut fieri ſolet in his
& aliis caſibus pręſertim, quando fructus beneficiorum ſup-
preſſorum, non tantùm pro diſtributionibus quotidianis ap-
plicantur, verùm etiam ad alium uſum, prout patet in ſu-
pradictis literis ſuppreſſionis, in quibus dicitur, quod prædi-
cti fructus applicentur in Capituli uſum, & neceſſitates, ſive
augmentum diſtributionum quotidianarum; nam ſi abſolu-
tè de diſtributionibus pręedictis tantùm loquerentur, cer-
tum eſt, quod ſecundum uſitatum curſum Cancellarię Apo-
ſtolicæ non ſolvitur quindennium, quod quidem ceſſare
hic omnes ſciunt Curiales; quia quicquid ſit de aliis unio-
nibus, & applicationibus, &c. perpetuis, in quibus regula-
riter fit obligatio de ſolvendo annatam ſingulis quindecim
annis, ſeù quindennium, (quod idem eſt) fallit, quando
unio, ſeu applicatio fit pro uſu diſtributionum quotidiana-
rum, tantum; quia de illis nunquam ſolvitur annata, ſeù 65
quindennium; prout fuit dictum in una Cortonen. 27. Ma-
ji 1569. cujus deciſionem ſuo loco adjiciam.

Aliàs autem fiet obligatio de ſolvendo quindennium.
Quinimmò in tantum hoc ſibi dignoſcitur locum vendica-
re, quod etiam, ſi quid minimum, præter uſum diſtributio-
num prædictarum ex prædictis fructibus applicetur, adhuc
ſolvetur annata, & pro ea fit obligatio de ſolvendo quin-
dennium, ut ſupra dictum eſt, licèt aliquando aliter viderim
practicari.

Prout ſervatur in Officio Componendarum, in reſerva-
tione penſionis ſuper fructibus beneficiorum incertis, aut di-
ſtributionibus quotidianis; nam ſi illa reſervetur ſuper cer- 66
tis,

tis, & incertis ſolvitur compoſitio, eo modo, quo ſolvitur
ſi ſuper incertis tantummodo penſio reſervetur, etiam ſi
quid minimum penſionis reſervetur ſuper incertis, quod
evenire ſolet pro cautela penſionarii petentis ſibi penſio-
nem reſervari ſuper fructibus beneficii certis, & incertis,
quando illi tales ſunt; ex eo, quod ſi reſervetur penſio ſuper
certis tantum, non ſolvitur compoſitio, prout ſuo loco di-
cetur.

In propoſito autem ſolutionis quindenniorum, quę noſci-
tur ceſſare, quando unio, & applicatio fiunt ad uſum diſtri-
butionum quotidianarum tantummodò, non autem ſi ad
eundem, & alios uſus, ut ſupra dictum eſt, jam hoc in praxi
patet ex infra poſitis. Cum enim non ita opportunè conſul-
tum fuiſſet indemnitati prædicti Capituli Neapolitani, per
ſuppreſſionem decem Canonicatuum, ac reductionem ad
numerum Canonicorum triginta, ac unionem prædicto-
rum beneficiorum, felic. record. Paulus V. cum accepiſſet,
quod Pius etiam V. ſimilis record. volens providere tenui-
tati fructuum dictæ Eccleſiæ Metropolitanæ, Perceptoriam
S. Antonii Ordinis S. Auguſtini canonicorum Regularium
Neapolitan. menſæ Capitulari ejuſdem Eccleſiæ, pro aug-
mento fructuum, & diſtributionum quotidianarum univer-
rat, & incorporaverat; quæ quidem unio, & incorporatio
non fuerunt ſortitæ effectum; proinde idem Paulus, Mona-
ſterium Monialium Sanctæ Mariæ Angelorum, etiam Nea-
politan. ex tunc prout poſtquam omnes moniales in dicto
Monaſterio exiſtentes è vivis decederent, ſeu alio transla-
tæ fuiſſent, ſuppreſſit, & extinxit, illoque ſic ſuppreſſo, om-
67 nes poſſeſſiones, cenſus fructus; &c. & alia res, & bona, ſo-
lum, & ſitum, ac ornamenta, & paramenta Eccleſiaſtica,
univerſamque aliam ſupellectilem ſacram, & prophanam,
quæ in dicto Monaſterio adeſſe contingeret, menſæ Capitu-
lari Eccleſiæ Neapolitanæ prædictæ, in augmentum dicta-
rum diſtributionum, alioſque dictæ menſæ uſus, & utilita-
tem applicavit, prout in literis prædictæ ſuppreſſionis ſub
Dat. Romæ 1614. Kal. Maii Anno Nono Pontificatus prę-
dicti Pauli continetur.

Cum verò, unio, & incorporatio hujuſmodi non appare-
ret facta pro diſtributionibus tantùm, ſed etiam pro fructi-
bus eorundem Canonicatuum, necnon pro aliis uſibus di-
68 ctę menſæ, proinde fuit facta obligatio de ſolvendo anna-
tam, prout cum effectu ſolvitur ſingulis quindecim annis,
cujus ſolutionis, ejuſque quietantiæ formulas alia ferente
occaſione, ſuo loco ſubjiciemus; quod ſecùs eſſet, ſi fru-
ctus prædictus in uſum tantummodo diſtributionum quo-
tidianarum applicandos fore, expreſſum fuiſſet, ut dictum
eſt.

Sanè, ex literis ſuppreſſionis ſupra poſitis, pro Tyronibus
adnotandum duximus, quod in hujuſmodi ſuppreſſionibus
ad diminutionem numeri beneficiatorum tendentibus, il-
lud potiſſimum conſiderandum eſt, quod licèt Sacrorum
Canonum decretis ſtatutum ſit, prædictas ſuppreſſiones ne-
quaquam fieri poſſe, quando numerus Canonicorum, ſeu
miniſtrorum in Eccleſia ſtatutus eſt, vel confirmatus à Sum-
mo Pontifice; quia id operatur Apoſtolica confirmatio, ut
contra eam non poſſit veniri; nam ubi Princeps confirmat,
idem eſt, ac ſi ferat ſententiam, *leg. 1. §. neque, C. de vet. jur.
enucl. gloſſ. in c. dilecto filio, §. præterea, verbo hujuſmodi clau-
ſula de præb.*

Nihilominus verò, id locū habere noſcitur, manentibus
69 redditibus, prout à principio applicati fuerunt: ſi etenim tra-
ctu temporis, diminuerentur, poteſt dicta ſuppreſſio fieri
per Ordinarium, ſicut jam diximus, prout etiam augeri nu-
merus, ſi facultates ſuperexcreſcerent; quod quidem ſervari,
etiam ad præſcriptum ſacrorum canonum non ignoramus,
præſertim verò, tex. *in d. c. cum M. Ferrarienſis*, ubi omnes
DD. ibi enim, *in §. verum*, habetur quod, etiam ſi numerus
fuerit ſtatutus, ſivè confirmatus Apoſtolica authoritate, po-
terit nihilominus illum Epiſcopus augere, vel minuere, jux-
tà augmentum, aut diminutionem redditum, Gratian. *di-
ſcept. for. c. 819. nu. 10. c. 5.* dicens, quod non obſtante confir-
matione Papæ, ſi ſuperveniat nova cauſa, poſſit talis nume-
rus diminui, Garc. *de benef. p. 12. c. 1. nu. 3. cum plurib. ſeqq.*
ſubdens, quòd licèt à Papa, vel ejus authoritate, ſit nume-
rus præfixus, vel confirmatus, vel Dignitas creata, non poſ-
ſit Epiſcopus etiam ex cauſa diminuere, vel ſupprimere, id
tamen intelligendum eſt, niſi cauſa diminuendi, nempe di-
minutio redditum ex poſtfacto ſuperveniſſet, qui *num. 6.*
allegat Fel. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis*, dicentem, quod
ex alia ratione idem videtur dicendum, etiam ſi in confir-
matione Apoſtolica adeſſet clauſula decreti irritantis; ſicut
etiam ea non obſtante, è converſo fit augmentum, auctis
facultatibus, *ex pluribus juribus loc. citat. allegatis*; & alia in
propoſito ibi adducit, *num. 7. cum ſeqq.* qui tamen. *num. 8.*
advertit, quod ubi non eveniſſet diminutio, non poteſt fieri
ſuppreſſio, ſi authoritate Papę numerus eſt pręfixus, vel con-
firmatus, vel Dignitas creata, etiam ſi non adſit clauſula de-
creti irritantis.

Et non modò, prout dictum eſt, ſupprimitur ex cauſa nu-
merus beneficiatorum, verùm etiam ipſa Eccleſia, ſeù ipſum
beneficium unà cum illius redditibus, quod tamen fieri non
poteſt ordinaria authoritate, præterquàm in caſu Concil.
Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 15. de refor.* ſed per Papam, præſertim in 70
caſibus erectionum, quæ fiunt authoritate Apoſtolica, ut hic
dum ſupprimitur parochialis Eccleſia, ad effectum, illam
erigendi in Collegiatam; ſicut exprimitur in formula hujuſ-
modi erectionis; in qua titulus collativus, ac denominatio
natura, & eſſentia parochialis Eccleſiæ collativæ, ita ut ta-
lis eſſe deſinat, ſupprimuntur, aliàs enim ſuppreſſio tituli
nunquam fieri debet, niſi reddituus Eccleſiæ diminuti pro-
bentur, *ut in cap. ex parte, de conſt.* Felin. *in cap. conſtitutus,
num. 1. de reſcript.* Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg. 67. num. 5.* ſi-
cut etiam ſupprimitur Cathedralis Eccleſia; quod accidit
quando Cives interficiunt proprium epiſcopum; tunc enim
in pœnam tanti delicti, auſertur ab illa Civitate Dignitas
Epiſcopalis; ac propterea deſtruitur Eccleſia Cathedralis, ut
in cap. tua nos, 25. quæſt. 2. quod intelligendum eſt, ne videli- 71
cet Civitas ipſa talem habeat dignitatem, *ut in d. ca. tua nos*
ibi, *Egeat ergo Epiſcopalibus ſubſidiis ſibimet aliunde penſan-
dis, quia ſacram in ſuo gremio collocatam fuſo crudeliter ma-
culat ſanguine, dignitatem.* Quare Civitas ipſa non uſque ad
aliquod præfinitum tempus, ſed perpetuo tali Dignitate ca-
rebit, *ut in ſummario d. cap. ita nos*, ibi, *veluti dum Civitati
Epiſcopali Dignitas perpetuo ſubtrahitur*, Rebuff. *in prax.
tit. differ. inter privil. reſcript. & mandat.* Zerol. *in prax.
Epiſc. part. 1. verbo Epiſcopus verſ. Vigeſimo ſeptimo, Epiſco-
pum*; quod quidem procedere certum eſt, licèt omnes Ci-
ves non peccati, neque criminis rei ſint; quia nihilominus
privantur honore, & Dignitate Epiſcopali, ut ex pluribus
comprobat Hojed. *de incompat. benefic. par. 1. cap. 23. num.
113.* ubi, quod cum hæc ſit pœna temporalis, ex cauſa juſta
poſſunt etiam innocentes eam pati, quia in pœnis tempo-
ralibus ſæpiſſimè puniuntur aliqui ſine culpa, non tamen ſi-
ne cauſa.

Hoc autem, quoad ſuppreſſionem tituli extinctivam, in-
ter quam, & perpetuam ſuppreſſionem ad tempus, id verſa-
tur diſcriminis, nempè, ut tunc illa fiat, quando in aliqua
Eccleſia ob redditum diminutionem ſupprimitur Cano-
nicatus, ſive aliud beneficium, juxta text. *in d. cap. cum ac-
ceſſiſſent, de conſtitut.* nam ſuperexcreſcentibus poſtmodum
tractu temporis, iiſdem redditibus, de novo creatur Cano- 72
nicatus, juxta ea, quæ aliàs diximus; quo caſu liberè poteſt
Epiſcopus dictum Canonicatum, ſive quodcunque aliud
beneficium ita ſuppreſſum, ad priſtinum ſtatum reducere, 73
etiam ſua ordinaria authoritate, nulla deſuper Summi
Pontificis requiſita licentia, ſicut plures vidimus practi-
cari.

Quando verò agitur de ſuppreſſione non extinctiva ti-
tuli, illius diſſolutio ſimpliciter removet impedimentum, 74
quod ante fuerat injectum; proindeque beneficium, quod
ante erat ſuppreſſum, intelligitur deduci de non eſſe ad eſſe,
ſive de novo creari; cum in eodem titulo ſic ſuppreſſo con-
ſervetur materia, & forma ejuſdem beneficii, licèt fuerit
collatio impedita; adeo, quod quando diſſolvitur unio, ſive
revocatur ſuppreſſio, beneficium non deducitur ab alio
principio, ſed ipſum eſt ſui ipſius principium, ita doctiſſi-
mus, & eruditiſſimus Lotter. *de re benefic. lib. 2. qu. 8. numer.
85. & 86.*

Cùm verò certum ſit, hanc ſupprimendi facultatem com-
petere Epiſcopo, ſervatis tamen iis, quæ ſuperius dicta ſunt,
potiſſimùm verò ex decreto Concilii ſupradicti, *ſeſſ. 24. ca.
15.* videndum eſt in hac praxi, an illa competat etiam infe-
rioribus, habentibus jura Epiſcopalia; & propterea ſcien-
dum eſt, quod aliàs Sacra Congregatio conſulta, An Abba-
ti exempto Collegiatæ ſæcularis, habenti juriſdictionem
ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in ſua Eccleſia, ubi præ-
bendæ, cum diſtributionibus quotidianis adeo tenues ſunt,
ut pro ſuſtinendo decenti Canonicorum gradu pro loci, &
perſonarum qualitate non ſufficiunt, liceat cum conſenſu ca-
pituli, aliquibus ex his ſuppreſſis, & eorum fructibus, &
pro-

proventib us aliquarum præbendarum diſtributionibus ap-
plicatis, eas ad pauciorem numerum reducere? Congrega-
75 tio prædicta cenſuit, non licere Abbati, ſed Epiſcopo, cum
conſenſu Capituli, ſi modo ipſa collegiata inſignis ſit; & alia
ſet ventur, quæ præſcripta ſunt a Concilio in hoc decreto,
Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.67. num.*4. ubi, quod Collegiatę
Eccleſiæ Prælatus hanc facultatem ſupprimendi tenues prę-
bendas non habet, licèt ſit exemptus, & Eccleſia inſignis;
cum hoc ſolum Concilium conceſſerit Epiſcopis, cum con-
ſenſu Capitulorum.
76 Quinimmo ipſis Epiſcopis hæc ſupprimendi facultas tra-
dita eſt per dictum Concil. in Eccleſiis Cathedralibus, aut
Collegiatis inſignibus, non autem in aliis Eccleſiis, in qui-
bus nulla eſt ſibi tributa facultas extinguendi præbendas, ut
augeantur diſtributiones quotidianę ad augmentum cultus
divini, ut per Monet. *de diſtribut. quotid. quaſt.* 1. *c.*5. *num.*
28. id. Barboſ. *d. alleg.67. num.* 2.

Ut autem id in praxim deducatur, & magis liqueat, quo-
nam modo Epiſcopus ad hujuſmodi ſuppreſſionem proce-
dat, illius formulam, hic de more, ſubnectere placuit, quæ
talis eſſe poterit, videlicet.

77 *Nos N. N. &c. Epiſcopus Aſculan. Ad ea, quæ nobis ratione muneris noſtri incumbunt, ad præſcriptum Sacrorum Canonum, præſertim verò Concilii Trident. intendentes. Cùm in viſitatione ſæcularis, & inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Eleutherii Terræ N. noſtræ Aſculan. Diœceſis per nos habita, compererimus quindecim tenues ibi adeo adeſſe prębendas, ſimul cum diſtributionibus quotidianis, ut pro ſuſtinendo decenti Canonicorum gradu, pro loci, & perſonarum qualitate, non ſufficiant; nec per redditus aliquorum beneficiorum ſimplicium, hujuſmodi tenuitati provideri poſſit, Nos cupientes, ut miniſtri Eccleſię, ad Dei ſervitium magis animentur, & competenti ſtipendio ad pſallendum in Choro, alliciantur, quod evenire non aliter poſſet, quàm ſi aliquæ ex dictis præbendis ſupprimerentur, quarum fructus, & proventus, reliquarum præbendarum diſtributionibus applicentur, Nos verò attendentes prædictum numerum quindecim prębendarum, qui ad pręſens in dicta inſigni Collegiata Eccleſia reperitur, poſſe ad decem reduci, cùm quibus divino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſię ſine aliquo divini cultus detrimento, reſponderi poterit. Ideo Capituli ad id accedente conſenſu, quinque ex dictis quindecim prębendas, primo loco, per ceſſum, vel deceſſum, aut alio quovis modo vacantes, extinguendas, & ſupprimendas duximus, prout per præſentes authoritate nobis attributa, & omni alio meliori modo, quo poſſumus, extinguimus, & ſupprimimus; illarumque fructus, redditus, & proventus, reliquarum decem præbendarum diſtributionibus quotidianis applicamus. Declarantes, hujuſmodi ſuppreſſionem, & applicationem, ut præfertur factas ex quibuſcunque proviſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus tolli, vel impediri non poſſe. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, &c. Datum, &c.*

Conſimilem formulam habes penes Barboſ. *de pot. Epiſ.
poſt addit. in titulo, circa uniones, fol. mihi* 35. & extracta
eſt ferè ad verbum ex textu ſupradicti Concilii *d. ſeſſ.*24. *ca.*
15. *de refor.* cujus verba hæc ſunt, *In Eccleſiis Cathedrali-
bus, & Collegiatis inſignibus, ubi frequentes, adeoque tenues
ſunt prabendæ ſimul, cum diſtributionibus quotidianis, ut ſu-
ſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci perſonarum, &
qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis, cum conſenſu Capi-
tuli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamen regularia, iis
unire, vel ſi hac ratione provideri non poſſit, aliquibus ex iis
ſuppreſſis, cum patronorum conſenſu, ſi de jure patronatus
laicorum ſint, quarum fructus, & proventus reliquarum præ-
bendarum diſtributionibus quotidianis applicentur eas ad
pauciorem numerum reducere, Ita tamen, ut tot ſuperſint, quæ
divino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè va-
leant reſpondere, non obſtantibus quibuſcunque Conſtitutioni-
bus, & privilegiis, aut quacunque reſervatione generali, vel
ſpeciali, aut affectione; neque prædictæ uniones, aut ſuppreſſio-
nes tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcunque proviſionibus,
etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis aliis derogationibus,
vel ſuſpenſionibus.* Quæ formula ſic præinſerta poterit de-
ſervire pro quacunque ſuppreſſione, etiam alicujus Digni-
tatis, ſive in Cathedrali; ſive in Collegiata Eccleſia, quę
adhuc poteſt, ex cauſis prænarratis fieri per Epiſcopum,
Garc. *d. par.*12. *cap.*1. *num.*2. Gambar. *de auth. leg. a lat. li-
br.*5. *tit. de diſmembr. nu.*22. ubi, quod Legatus poteſt ſup-
primere Dignitates in Eccleſia Cathedrali, vel Collegia-
ta, aut aliàs minuere, vel etiam augere numerum Cano-
nicorum de conſenſu Capituli, ſicut etiam poteſt Epiſco-
pus, *cap. cum acceſſiſſent, de conſt.* Oldrad. *conſ.*182. Spe-
culator *in tit. de diſpenſ. Epiſc. num.* 120. & quod generali-
ter Epiſcopus unit Eccleſias, adimit bona unius, & dat alte-
ri, ac ſupprimit Dignitates: & quod omnia præmiſſa fient
ſine pre præjudicio ejus, qui dignitatem, vel beneficium ob-
tinet de præſenti.

Et quoad uniones hujuſmodi ſæpiſſimè, & in multis ca-
78 ſibus illæ fieri conſueverunt per Summum Pontificem,
quando præſertim ab Ordinario fieri nequeunt niſi in caſi-
79 bus ſuis: & fiunt de beneficio ad beneficium, non autem de
beneficio ad non beneficium; quod Cancellaria Apoſtoli-
80 ca notat, ita exemplificando, videlicet, quod in ea peteba-
tur fieri unio cujuſdam Eccleſiæ certo Altari, pro paramen-
tis ad uſum Sacriſtiæ ejuſdem Eccleſiæ, & dubitabatur, an
deberet dari unio, ex eo, quod non apparebat, an prædictum
Altare eſſet beneficium Eccleſiaſticum, ut in Alemania, ubi
habent Altare pro beneficio Eccleſiaſtico, & confertur in
titulum: & propterea habebatur pro inconvenienti, quod
beneficium uniretur non beneficio Eccleſiaſtico, & ideo
dicebant debere ſupprimi beneficium in dicta Eccleſia; & fa-
cta ſuppreſſione debere applicari fructus beneficii ſuppreſſi
eidem Altari, prout in *notabilibus ejuſdem Cancellariæ,
fol.* 205.

Et quatenus ſupradictum Concilium Trid. *loco cit.* ait,
ſupradictas uniones, & ſuppreſſiones beneficiorum, præ-
ter conſenſum Capituli, requirere etiam conſenſum pa-
tronorum; ſi illa fuerint de jurepatronatus laicorum, ta-
men talis conſenſus requiritur etiam patronorum Eccleſia-
ſticorum, ac inferioris collatoris, & electorum Garc. *de
beneſic. par.* 10. *cap.*2. *num.* 202. quinimmò neque hic ſuffi- 81
cit conſenſus majoris partis patronorum; ſed omnium re-
quiritur, aliàs talis unio, ſeù ſuppreſſio eſſet nulla, prout 82
fuit reſolutum in una *Spoletan. Capellania* 17. *Junii* 1551.
coram Capiſucco relata per Caputaq. *dec.* 346. *aliàs* 3. *p.* 3.
id. Garc. *loc. cit. nu.*205. qui *nu. ſeq.* ſubdit, quod nedum ad-
hibendus eſt conſenſus omnium prædictorum patronorum
verùm etiam omnium illorum, qui ſunt in poſſeſſione ju- 83
ris conferendi ſi qua penes aliquem adeſt, maximè jure ſpe-
ciali competens.

Hic verò ſubnectendum duxi, circa conſenſum Capitu-
li, in hujuſmodi ſuppreſſionibus, & unionibus adhiben-
dum, quod non ſemel in praxi eveniſſe vidi, An videlicet,
quando bona Epiſcopi, & Capituli ſunt communia, poſ-
ſit ipſe Epiſcopus unire Capitulo? Et negativa eſt reſpon- 84
ſio allata, per Barboſ. *de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 67. *num.*9.
qui negat, id fieri poſſe per Epiſcopum; quamvis bona il-
lius, & Capituli ſint diviſa, ſi id cederet in utilitatem Ca-
pituli; quia fructus applicarentur Capitulo, ſeù menſæ
Capituli, cujus conſenſus, cum in hujuſmodi unione re-
quiratur, non poteſt illud in re propria authorizare princi-
paliter; ſed benè conſequenter, ad inſtar tutoris, ut eſt
dec. Rot. 1. *num.* 2, 3. *&* 4. *de Eccleſ. ædif. in antiq.* ubi Ca- 85
pitulum ex unione conſequebatur in effectu utilitatem re-
levationis ab onere pręſtandi quandam portionem, de qua
ibi; ſed quia hæc utilitas contingebat conſequenter, & in-
directè, ideo fuit valida judicata unio, prout dictum fuit
in eodem notabili *Cancellariæ d. fol.*280. & habetur *in dec.*
133. *num.* 7. *&* 8. *part.*2. *diverſ.* id Barboſ. *d. alleg.*67. *num.*
10. nam licèt menſæ Capitulari applicare non poſſint Epi-
ſcopi fructus præbendarum ſuppreſſarum; cum agatur de
intereſſe ipſius Capituli, & ipſum authorizare non poſſit in 86
facto proprio; tamen ſi vellent applicare uni præbendæ, 87
vel etiam ſingulis, poſſent; quia tunc non authorizarent
in fa-

in facto proprio; cùm aliud ſit applicare capitulo, & aliud
88 ſingulis Canonicis, ſeù ſingulis de capitulo; ex Imol. &
Dec. *in d. cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* Gonz. *ad reg. 8. gloſ.*
37. *num.* 24. quia aliud eſt capitulum, & aliud ſinguli de
capitulo, juribus ibi per eum allegatis, & *numer.* 25. &
quod ex hac ratione conſulit, & obtinuit à Sacra Congre-
gatione Concilii Tridentini de menſe Septembris anni
89 1605. quod unio facta ab Epiſcopo Caven. Menſæ capitu-
lari de quibuſdam beneficiis ſimplicibus vigore *Concilii
Tridentini d. ſeſſ. 24. cap. 15. de refor.* eſſet nulla: quia di-
ctum Concilium non dat facultatem uniendi menſæ capi-
tulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum capitularium,
id. Gonz. *in d. gloſ. 37. per tot.* multa in propoſito conge-
rit, id. Garc. *d. p. 12, cap. 2. numer.* 174. dicens, quòd licèt
propter commodum ſingulorum, canonici in hoc videan-
tur ſuſpecti, tamen iſta ſuſpicio non faciat, quod dicatur
cauſa propria capituli, & ideò licèt ſingulis utilitas acqui-
ratur, verumtamen eſt, dicere, capitulum non præſta-
re authoritatem in facto proprio, ſubdens, *num.* 175. quod
poteſt Epiſcopus cùm conſenſu capituli ſupprimere pręben-
91 dam, Dignitatem, aut Officium, ejus fructus applican-
do non capitulo, ſed diſtribuendo inter ſingulos canoni-
cos, aſſignando cuiquè canonico, vel præbendæ certam
portionem, ex Hier. Gabriel. *conſil. 186. lib. 2.* quem ſequi-
tur etiam id. Barbol. *d. gloſ. 67. num. 10.* Grat. *diſcept. for. c.*
819. *num.* 24.

At verò, ubi bona Epiſcopi, & capituli ſunt communia
veluti, quod ille ſit etiam ſuæ Eccleſiæ canonicus, ut in
pluribus Cathedralibus videmus; cum hoc caſu Epiſcopus
ſit de capitulo, & tanquam canonicus habet fructus præ-
92 bendæ, aut diſtributiones, certum eſt, non poſſe authoriza-
re in facto proprio, Lotter. *de re benef. lib. 1. cap. 28. num.*
61. quo caſu recurrendum eſt ad Papam; prout in his, & ſi-
milibus vidimus ſervari; quamvis id. Lotter. *loc. cit.* Jo. An-
dr. *in c. cum acceſſiſſent, num. 19. de conſt.* dicat, quod poſ-
ſit recurri etiam ad Metropolitanum; cum tutius ſit in his
caſibus, adire Papam.

Quarè in praxi ſervatur, ut cum de hujuſmodi ſuppreſſio-
nis, ac unionis validitate quoquomodo hæſitatur, vel illæ
93 petuntur à principio à Papa, vel illas jam ordinaria authori-
tate factas, ab eodem Papa confirmantur, ſicut in dies fieri
vidimus in Romana Curia.

Et alias in Cancellaria Apoſtolica occurrit tale dubium,
quod notatur per hæc verba, videlicet, *Epiſcopus, & Ca-
pitulum, ſive de conſenſu Capituli ſuppreſſerunt certum bene-
ficium in Eccleſia, & illius fructus applicarunt menſa Capi-
tuli, diſtincta a menſa Epiſcopi, & ita Capitulum nactus eſt
poſſeſſionem, & fructus percepit. Modo quia dubitatur de
ſuppreſſionis, & applicationis validitate. Petitur nova ſup-
preſſio, & applicatio. Dubitatum fuit, an deberet inſici,
& Capitulum rehabilitari, tanquam inhabile facti, & du-
bitabatur, quod ſic: & hoc, quia Capitulum authorizavit,
aut ſaltem conſenſum præſtitit in facto ſuo, contra text. &
gloſ. & aliquos DD. in Clem. ſi una, ibi, menſa ſua, vel
ipſi Capitulo, quæ ſimpliciter loquitur; ergo ſive menſa Ca-
pituli diſtincta à ſua menſa, ſive non, ſaltem in facto pro-
prio Capitulum conſenſit, ſicut dicendum eſt in unione facta
per Epiſcopum menſa Capituli diſtincta, de aliquo beneficio,
vel ſaltem ratione conſenſus præſtiti per Capitulum in facto
proprio, cum non valeat, & ita in terminis tenet gloſ. ſupra
allegata,* & Imol. & Petr. de Peruſ. *in tract. unionis cap. 5.
in fin.*

*In contrarium tamen inter DD. Abbreviatores Majoris
Præſidentiæ fuit reſolutum nempe, quod, immo ſuppreſſio, &
applicatio facta menſa Capitulari, diſtincta bona habenti a
menſa Epiſcopi, valeat,* ut tenet Oldrad. *conſ. 182. ubi no-
tat ad intellectum Clem. Si una, quia illa debet intelligi eo
caſu, quo bona ſunt communia: nam ſi ſunt diviſa, utique
non authorizat Capitulum in facto proprio, ſed benè conſen-
tit; & iſtud non reprobatur: quia factum principaliter non
pendet, nec fit ab eo, qui conſenſit, ſed ab alio, prout in
terminis noſtris, ut idem* Oldrad. *declarat, & gloſ. etiam
in d. Clem. hoc ſenſit de hoc,* & plenè per DD. *in cap. cum
acceſſiſſent, de conſtit. Et propterea ſtante tali dubitatione,
Domini in Parco noluerunt inficere, & rehabilitare Capitu-
lum, poſtquam de jure dubium erat de ejus validitate, &
noluerunt, quod diceretur, quod dubitatur de viribus ſup-
preſſionis, & applicationis, & abſque alia rehabilitatione da-
retur nova ſuppreſſio, & applicatio; & ita factum eſt, ut in no-
bis alibus prædicta Cancellaria, fol. mihi* 280.

Nec tamen hic, pro hac noſtra praxi omittere libuit,
quod licèt Epiſcopus, eo modo, quo ſuperius dictum eſt,
& in caſibus ſuis, poſſit hujuſmodi ſuppreſſiones facere,
id tamen intelligendum eſt, dummodo tales ſuppreſſiones
faciat de beneficiis non vacantibus in menſibus Sedi Apo- 95
ſtolicæ reſervatis; quia etiam ſi ſupprimat beneficium, ut
ſubveniat tenuitati Canonicatuum, non ſibi permittitur in
præjudicium prędictæ Sedis, ſed in ſui ipſius tantùm, prò-
ut declaravit *Sacra Congregatio Concilii Die 19. Novem-
bris* 1619. teſtè Barbol. *in Collect. Bullar. verbo Canonicatus,
fol. 97. verſ. 3.*

CAPUT IX.

Praxis Exiſtentię, ſive Probationis Collegialitatis Eccleſię Sęcularis.

SUMMARIUM.

1 *Collegiata, & Sacularis Eccleſia, diſtinguitur à Collegiata Regulari, ſecundum ſtylum Dataria Apoſtolica.*
2 *Cathedrales, & Regulares Eccleſia, de jure communi dicuntur Collegiata.*
3 *Et quodnam diſcrimen inter eas verſetur.*
4 *Regularis Eccleſia erigitur à Papa in Collegiatam ſecularem.*
5 *Et proponitur caſus erectionis.*
6 *Canonicus Cathedralis, & regularis Eccleſia, an deputari poſſit Iudex à Papa. Et ſubiicitur Notab. Cancell.*
7 *Eccleſia Ceſaraugustan. quomodo ex regulari in ſecularem erecta per Clem. VIII*
8 *Eccleſia quacunque etiam ſimplex, poteſt erigi in Collegiatam.*
9 *Et ſi fuerit de jurepatronatus laicorum, accedat conſenſus patronorum.*
10 *Eccleſia Cathedrales ſeculares, qua habent Canonices regulares, qua.*
11 *Illorum Epiſcopi, habentur loco Abbatum.*
12 *Et unus corpus conſtituitur ex ipſo Conventu, & Epiſcopo.*
13 *Et quid ſervetur in iis, qua pertinent ad regulam.*
14 *Canonicatuum, & Dignitatum collatio in Cathedrali regulari, fit ab Epiſcopo, tanquam Epiſcopus, non autem tanquam Abbas.*
15 *Abbati non competit ius conferendi in Cathedrali Eccleſia regulari.*
16 *Collegiata Eccleſia non ſufficit, conſtituere Capitulum tantum.*
17 *Collegialitas non dicitur, ſi beneficiati ſoleant tantum ibi congregari.*
18 *Et proponitur caſus.*
19 *Congregationes, & tractatus ſolent fieri etiam in Eccleſiis non Collegiatis.*
20 *Nec proinde concluditur ad Collegialitatem.*
21 *Capitulum non faciunt, nec Collegium, plures beneficiati Eccleſia parochialis; quamvis ad inſtar capituli congregentur.*
22 *Collegialitas non inducitur ex eo, quod in Eccleſia adſint Dignitates, qua poſſunt erigi in Eccleſia, etiam non Collegiata.*
23 *Nec etiam quod in Eccleſia celebrentur Miſſa Conventuales, & alia adſint, ut hic.*
24 *Collegialitas Eccleſia, ex quibus conſtare debeat.*
25 *Poſſeſſio Capitulariter capta, non refert ad Collegialitatem.*
26 *Sed quid requiratur ad Collegialitatem.*
27 *Eccleſia communiter habita pro Collegiata, probatur talis.*
28 *Collegialitatis ſigna non eſt neceſſe, quod omnia copulative requirantur.*
29 *Eccleſiam eſſe Collegiatam, arguitur ex ſufficientibus conjecturis*
30 *Et ſtandum eſt teſtibus, deponentibus ſuper affirmativa, non autem negativa.*
31 *Collegialitatis ſigna qua.*
32 *Eccleſiam, quando non conſtat, eſſe Collegiatam, recurritur ad ſigna, & conjecturas.*

33 *Col-*

33 *Collegialitatem probandi, præcipuus modus eſt, privilegium Papæ in limine fundationis.*

34 *Collegialitas, licèt non præſumatur, niſi probetur, fallit tamen, ut hic.*

35 *Collegiata præſumitur ex arca communi, & ſigillo, cum obſervantia ſubſequuta.*

36 *Collegiata Eccleſia ſignis ceſſantibus, providetur illi per concurſum, ſi ſit parochialis.*

IN Sæcularem, *& Collegiatam*, Dariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ
mos eſt, ſive ſtylus, ut nedum in hujuſmodi erectione
declaretur ſæcularitas Collegiatæ Eccleſiæ, verùm etiam
in impetrationibus Dignitatum, necnon Canonicatuum,
cæterorumque beneficiorum eccleſiaſticorum in ea conſi-
ſtentium: quare in exordio ſupplicationis, aut aliàs ſecun-
dum caſuum contingentiam, ita dicitur, videlicet, *Bea-
tiſſime Pater. Cum talis Dignitas, & præbenda, ſive ta-
le beneficium ſæcularis, & Collegiata Eccleſia, Civitatis,
ſeu loci N. Diœceſis N.* nam ſæcularis, & Collegiata ita
1 diſtinguitur, ad differentiam Cathedralis, Regularis Ec-
2 cleſiarum, quæ de jure communi etiam Collegiatæ dicun-
tur, Abb. *in cap. nobis ſub num. 8. verſ. item Cathedrales,
de jurepatr.* Biſignet. *deciſ. 13. num. 3. de præb.* Coccin. *dec.
259. in una Celſonen. Præceptoriæ 16. Decembris 1605. num.
9.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 14. num. 42. qui num. 52.* ait,
quòd Regularis Eccleſia, reſpectu Collegii, in hoc tan-
3 tum à ſæculari diſtinguitur, quia Collegiati in ea, ſine
proprio vivunt, habentque jus eligendi, in reliquis au-
tem habent omnia ferè ſigna Collegialitatis, ſicut habent
Cathedrales, & Collegiatæ ſæculares; prout etiam dixi-
mus, quòd ſub nomine Canonicatus, venit etiam Cano-
nicatus regularis, *gloſ. in Clem. 2. de jud.* Felin. *in cap. po-
ſtulaſti, n. 4. in fin. de reſcript.* Rebuff. *in praxi, tit. quid ſit,
& quot mod. c. benef. n. 10.* Pit. *de reſig. ben. lib. 1. q. 3. n. 88.*
Et non modò Summus Pontifex erigit Eccleſiam in ſæ-
4 cularem, & Collegiatam, ſed etiam Regularem in ean-
dem Collegiatam ſæcularem, ut in caſu *dec. 252. Diverſ. p.
5 5. in recent.* in qua, quædam Eccleſia S. Mariæ Villæ Bel-
trandi Gerunden. Diœceſis, primum Regularis, deinde
authoritate Apoſtolica, erecta eſt in Collegiatam ſæcula-
rem, conſtitutis in ea, loco Abbatis, & Canonicorum
Regularium, Archipresbytero, & totidem Canonicis ſæ-
cularibus; quæ ſicut antea, dum erat in ſtatu regularita-
tis, regebatur, & adminiſtrabatur per Abbatem, & Ca-
nonicos regulares, ita poſt ſæculariſationem; quæ præ-
ter illam qualitatem regularitatis, nihil aliud immutavit,
adminiſtratio, eſt penes Archipresbyterum, & Capitu-
lum, cum omnia jura, quæ ante ſæculariſationem, ſpe-
ctabant ad Abbatem, & Canonicos regulares, cenſean-
tur translata in Archipresbyterum, & capitulum, poſt-
quàm eorum loco fuerunt ſubrogati. Sicut etiam, quan-
doque Eccleſia ſæcularis habet Canonicos regulares, ut in-
fra dicetur.
Et hìc notat Cancellaria Apoſtolica, quòd Canonicus
6 regularis Eccleſiæ Cathedralis, poteſt deputari judex De-
legatus. debet tamen exprimi Ordo puta, *Dilecto filio A.
Canonico Eccleſiæ Cæſaraguſtan. Ordinis S. Auguſtini,* &
ita tenet Archid. Jo. de Lignario, & Gemin. *in cap. ſtatu-
tum de reſcript. in 6.* & ſervatur in Cancellaria. In Abbate
autem, vel Priore Conventuali, non exprimitur Ordo.
Quare autem magis in canonico, quam in Abbate exprimi-
tur. Ordo poteſt dici, quod in canonico ideò eſt, quia niſi di-
ceretur, non appareret, quòd eſſet regularis, & ſi Cancella-
ria ſciviſſet, quòd eſſet regularis, fortè non commiſiſſet,
cum ſit in dubium, an poſſit; & ideò, ut appareat, quod
Papa ſcivit, Judicem iſtum eſſe regularem & hoc non
obſtante, ipſum deputavit; id expreſſit, quia latere po-
tuit Papam, cùm ſit facti. Et idem, quòd dicitur de Prio-
re, habet etiam locum in Sacriſta, & aliis habentibus Di-
gnitatem in Eccleſia Cathedrali Regulari, ut non expri-
matur Ordo, ſed ſolum eſt in Canonicis iſtud, quòd ex-
primitur, ut habetur in *not ab. ejuſdem Cancellariæ Apo-
ſtolicæ, fol. mihi 126.* Hanc Eccleſiam Cæſaraguſtan. quæ
7 erat regularis Clemens VIII. fel. record. per ſuas literas di-
rectas Nuncio Apoſtolico in partibus Hiſpaniarum, man-
davit ad ſtatum ſæcularem reduci, ubi idem Clemens,
non ſolùm ſimpliciter ſæculariſavit antiquum capitulum,
ſed novum conſtituit per hæc verba, *Necnon in dicta Ec-
cleſia vigintiquatuor Canonicatus, & totidem præbendas,
pro vigintiquatuor Clericis ſæcularibus futuris illius Canoni-
cis, qui omnes capitulum ſæculare ipſius Eccleſiæ faciant,
& conſtituant, authoritate noſtra, &c. erigas, & inſti-
tuas,* ut habetur *in una Cæſaraguſtan. Iuriſdictionis* pe-
nès Farinac. *in poſthumis. dec. 208. nu. 7, tom. 1.*
Et pro hac praxi, ſciendum eſt, nedum Eccleſiam
parochialem, ſive matricem, ut hic, verùm etiam quam-
cumque Eccleſiam ſimplicem, poſſe erigi in Collegia-
tam ſi cauſa urgeat, & ſi fuerit de jurepatronatus laicorum 8
patronorum accedat aſſenſus; prout non ſemel in ipſa Ro- 9
mana Curia obſervavimus, & teſtatur Lotter. *de re bene-
fic. lib. 1. quæſt. 14. num. 53.* dicens, quòd ſi de facto erige-
retur, intelligeretur, ſine præjudicio patronorum, & al-
legat Præpoſ. *in c. ſicut laicis ſub num. 7. verſ. quod dico ve-
rum, 10. q. 1.*
Inter cæteras autem Eccleſias Cathedrales ſæculares, (ut
de his aliquid dicamus,) quæ ſuos habent Canonicos re- 10
gulares, ſunt Eccleſiæ Pampilonen. & Dertuſan. ut refert
Garc. *de benef. par. 3. cap. 3. num. 16.* quandoquidem Cathe-
dralis Eccleſia poteſt eſſe regularis, & tunc illius Epiſco- 11
pus habetur loco Abbatis, *ut in cap. nullus*, ibi, *ad digni-
tatem verò epiſcopalem, ad quam Novitii eliguntur inter-
dum, tales in ſæcularibus, vel regularibus eccleſiis eligi mi-
nimè prohibemus, de elect. in 6.* & ibi Franc. *num. 3.* id. Lot-
ter. *d. lib. 1. qu. 18. num. 6.* dicens, multas alias Eccleſias ad-
eſſe, præter Dulmen. quæ ſimiliter ſunt Cathedrales, &
Regulares, in Anglia exiſtens, & in Sicilia, Montis Re-
galis, quas commemorat etiam Abb. *in c. nobis, ſub num.
8. de jurepatr.* ubi notat in his Eccleſiis, Epiſcopum eſſe
loco Abbatis, nec alium Superiorem extare, qui ſit Ca-
put Conventus, ſed conſtitui unum corpus ex ipſo con- 12
ventu, & Epiſcopo, idem Lotter. *d. num. 6.* qui exinde, *nu-
mer. 14.* deducit, Epiſcopo competere omnimodam juriſ-
dictionem in Canonicos regulares ſuæ Cathedrali, Abba-
tiali, & Epiſcopali, ſimul unitis potentius; licèt in his,
quæ ad regulam pertinent, utatur vicaria poteſtate alicu- 13
jus monachi, tanquam melius verſati in his, quæ ad hu-
juſmodi regulam pertinent, ut per Io. Andream, & Gem.
in d. cap. nullus.
Quo verò ad collationem Canonicatuum, aut Dignita-
tum in ſua Cathedrali, & Regulari Eccleſia, Epiſcopus, illos
conferendo, non confert tanquam Abbas, ſed tanquam Epi-
ſcopus, quia nullibi cavetur, in Eccleſiis Cathedralibus. Ab- 14
bati competere jus conferendi; ac propterea, licèt Epiſcopus 15
ſit etiam loco Abbatis, tamen actum collationis exercet,
non tanquam Abbas, ſed tanquam Epiſcopus ita id. Lot-
ter. *d. lib. 1 q. 33. n 117.*

Cum Capitulo, Stallo, *menſa, &c.* Non enim
ſufficit ſolummodo capitulum, ut Eccleſia efficiatur Col- 16
legiata; quia ad Collegialitatem non infertur, ſi benefi-
ciati ſoleant tantùm inſimul ibi congregari: proindequè 17
non fuit Eccleſia habita pro collegiata in una *Biſignanen.* 18
*Archipresbyteratus coram Achill. de Graſſ. dec. 10. ſub titul.
de præb.* in qua teſtes deponebant, adviſſe ab omnibus Ar-
chipresbyteris, Clericis, & nobilibus de civitate, & ita
communiter reputari, & teneri; & quod plures viderunt
congregari, ad effectum viſitandi Eccleſiam, creandi ho-
minem, qui exigeret, maſſam communem, aliquando
pro dividenda maſſa, aliquando pro faciendo munus Epi-
ſcopo; & quod Archipresbyter teneretur, & reputaretur
pro capite, &c. Ratio enim eſt, quia Congregationes,
& tractatus hujuſmodi ſolent etiam fieri in Eccleſiis non 19
collegiatis, quapropter non concluditur inde ad Collegia-
litatem, etiam quod Congregationes, & tractatus fue- 20
rint habiti ſuper bonis communibus, & pertinentibus ad
Præpoſitum, & Canonicos ratione Collegii; ut in *d. dec.
Rot. diverſ. dec. 56. num. 9. coram Pirovano in recent. part. 5.*
Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 19. num. 15.* dicens, quod non
faciunt propriè, nec capitulum, nec collegium, plures
beneficiati alicujus Eccleſiæ parochialis; quamvis, ad in-
ſtar capituli, congregentur; quia poſſunt ibi eſſe, ut ſin-
guli, non univerſi, & dicerentur facere non unum colle- 21
gium, ſed Congregationem, Cæſar. de Graſſ. *dec. 4. de
his, quæ fiunt à præl. in fine;* & fuit dictum in una *Calagu-
ritan. Capellaniæ de Nagera 14. Maii 1593. coram Orano.*
Quinimmò dixit Abb. *in cap. dilecta num. 1. in 2. notab. de
exceſſ. prælat.* quòd licèt ſint plures clerici beneficiati in eadem
Eccleſia, tamen non per hoc dicuntur conſtituere collegium
ſeu facere capitulum; cùm non poſſint erigere ſigna colle-
gii,

gii, nec ſe collegialiter congregare; ex eo quod regulari-
ter omnia collegia ſunt interdicta; quia homines non de-
bent facere iſtas conventiculas, ſeu Congregationes; cùm
ex eis timeatur conſpiratio contra Principem, ſeu Civita-
tem, ſubdens, quod clerici ſæculares, cum non habeant ali-
qua communiter expedienda, non poſſunt propria authori-
tate facere iſtas Congregationes, & conſtituere unum colle-
gium, & dixit Rota in una *Vicen. Collegii* penès Rubeum *de-
ciſ.* 112. *n.* 3. & 4. *tom.* 2.

Ad hæc, neque ad collegiatam inferri poteſt, quòd in
Eccleſia adſint Dignitates, puta Cantoratus, & Primicie-
ratus, quæ ſunt inferiores Dignitates; quia etiam Digni-
22 tates poſſunt erigi in Eccleſia, quæ non ſit collegiata, ut
per Feder. de Sen. *conſil.* 86. *num.* 1. relatum in una *Venuſin.
Archipresbyteratus* penès Rubeum *dec.* 143. *num.* 15. ubi,
quod nec relevat, quod in eadem Eccleſia continuò ce-
lebretur Miſſa conventualis, & adſint Punctatores, ac
23 cæremoniarum Magiſter, & alii clerici, ſigillum, & Ar-
chivium, & alia ſignificantia communionem; quia cum
hæc omnia poſſint ſpectare ad omnes, uti ſingulos, non
uti univerſos, ex eis non poteſt argui ad Collegialitatem;
cùm ſint ſigna valdè æquivoca, quæ conveniunt etiam ſim-
plici confraternitati, & Congregationi Presbyterorum, in
quibus deputantur dicti Officiales; & tamen non ſunt Ec-
cleſiæ collegiatæ, id. Abb. *in cap. nobis*, *num.* 8 *in fin. de
surepatr.* Gonz. *ſuper regul.* 8. *gloſ.* 15. & 16. & *in d. dec. Ve-
nuſin.* in qua remanſit excluſa reſervatio prætenſæ Dignita-
tis principalis in Collegiata; ac proinde ad inducendam
veram collegialitatem, oportet, quod Eccleſia collegiata
24 conſtet omnibus ſuis neceſſariis requiſitis, ſcilicet capitu-
lo, ſtallo, menſa, archa, burſa, ſigillo, & choro com-
munibus, omnibuſque, & ſingulis aliis collegialibus ſi-
gnis, & inſignis Eccleſiarum Collegiatarum inſignitum, ut
patet in præinſerta formula ſupplicationis pro collegiata
Eccleſia erigenda.

Quare, etiam in ſupradicta *dec.* 56. fuit etiam excluſa
qualitas Collegialitatis, ex eo quod in Eccleſia reperieban-
tur Præpoſitus, & tres Canonici, qui congregabantur
pro habendis colloquiis ſuper inveſtituris bonorum, &
aliis concernentibus intereſſe Collegii, prout, neque ra-
25 tio habita fuit, quòd poſſeſſio fuerit capitulariter tradita
uni ex Canonicis; & demum à Viſitatore Apoſtolico in
ejus viſitatione, dictum fuerit, eam eſſe collegiatam; nam
quatenus dicitur, poſſeſſionem fuiſſe traditam uni ex ca-
nonicis capitulariter, neque concluditur ad collegiatam,
etiam quod fuerint ad effectum congregati Præpoſitus, &
canonici; quia, licèt hæc pertinere videantur ad collegia-
tam parum circa id operantur, niſi etiam probetur, quod in
26 ipſa traditione poſſeſſionis recipi, conſueverint canonici,
cum aſſignatione ſtalli in choro, & loci in capitulo, &
cum præſtatione ſoliti juramenti de ſervandis ſtatutis præ-
dictæ *dec.* 56. erat pro non collegiata præſertim, quia in il-
la Eccleſia, quæ talis prætendebatur, non aderant com-
mune ſigillum maſſa, & arca communis, ut exinde fru-
ctus dividerentur, nec certus locus, in quo capitulariter
congregarentur canonici, apparebat; quandoquidem præ-
miſſa ſunt præcipua ſigna, ex quibus deſumitur probatio
Collegialitatis, ut per Innoc. *in c. poſtulaſti, in principio, de
jurepatr.* Abb. *in d. cap. nobis n.* 7. *eod. tit.* Caputaq. *dec.* 142. *p.*
1. Mant. *dec.* 175. *n.* 1.

Et cum alias impugnaretur quædam conſtitutio cenſus
facta per Dominos Canonicos S. Priſcæ de Urbe, ex eo,
quòd ipſi non fuerant pro tali conſtitutione capitulariter
cógregati, ac proinde opponeretur de defectu ſolemnitatis;
quia mandatum procuræ pro pecuniis accipiendis ad cen-
ſum, fuit datum à duobus canonicis tantùm, illiſque non
capitulariter congregatis, Rota tamen reſpondit, non
obſtare, quia non conſtabat, ipſos canonicos facere capi-
tulum, nec habere, & maſſam communem, nec quod ſit
ſolitum congregari capitulariter, nec habere ſigillum, &
alia ſigna Eccleſiæ Collegiatæ, de quibus per Abb. *in d. c.
nobis*, *d. num.* 8. Felin. *in cap. accedentes*, *num.* 2. *de præ-
ſcript.* & fuit dictum in una *Zamoren. de Thoro* 12 *Ianua-
rii* 1598. *coram Seraphino* & firmatum in una *Romana cen-
ſus dec.* 201. *num.* 4. *recent. tom.* 1. ubi *num.* 5. ſubditur, quod
nec facit, quod enuncietur capitulum S. Priſcæ, cum de-
nominatio non ſufficiat ad probationem Collegii, ex Ac-
hill. de Graſſ. *d. dec.* 10. *de præb.* & gloſ. *in pragm. Sanct. tit. de
elect. in verbo, collegiatis.*

Cæterum verò, quoad exiſtentiam collegialitatis ad-
dendum eſt etiam, quod ſi Eccleſia fuit communiter habi-
ta, tenta, & nominata collegiata, probat, eam eſſe ta- 27
lem, vel ſaltem conſtituit in hac quaſi poſſeſſione, juncta
etiam aſſertione Ordinarii in Viſitationibus, cui tanquam
informato de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis, eſt plu-
rimùm deferendum; præſertim ſi eſſet deſcripta in Cata-
ſto Epiſcopi, tanquam Collegiata, Ludoviſ. *deciſ.* 482.
num. 5.

Quare, quando in Romana Curia fabricantur ſupplica-
tiones pro hujuſmodi erectionibus, ſemper in illis explican-
tur omnes qualitates conſtituentes hanc collegialitatem,
nempè, cum capitulo, ſtallo, menſa, arca, burſa, ſigillo, &
choro communibus, & cum aliis, quæ in eadem formula
ſunt expreſſa.

Nec tamen neceſſe eſt, quod copulativè requirantur om- 28
nia ſigna, quæ ſolent arguere, Eccleſiam eſſe collegiatam
ſed ſufficit, ſi aliqua concurrant, Add. ad eundem Ludo-
viſ. *d. dec.* 482. *num.* 4. & *d. dec.* 56. *par.* 5. *num.* 6. *in recent.*
ubi, quòd quamvis neceſſarium non ſit, quod concurrant
omnes conjecturæ, quæ ſolent à DD. ponderari, ad in-
ducendam Collegialitatem actu, & non habitu tantùm,
debent nihilominus illæ concurrere, ex quibus poſſit veri-
ſimiliter, & quaſi per neceſſe argui collegialitas, & etiam
fuit dictum in una *Placentin. Præpoſituræ coram Mant. de-
ciſ.* 215. *num.* 1. quod ſufficiunt argumenta, & conjecturæ,
ex quibus concluditur, Eccleſiam eſſe collegiatam, Inno- 29
cent. *in d. c. poſtulaſti, de jurepatr.* Io. Andr. Hoſt. Abb. &
alii in cap. nobis, *eod. tit.* Alexan. *conſil.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. &
in *dict. dec.* 56. *num* 7. dicitur, quod ſigillum, arca com-
munis, & ſtatuta propria, quæ uti à privatis Congrega-
tionibus exerceri, aut haberi nequeunt, non autem illæ
conjecturæ debent admitti, quæ æquivocè, & poſſibili-
ter inferunt ad collegialitatem, Aym. *in tract. de antiqu.
temp. fol. mihi* 208. Achill. de Graſ. *d. dec.* 10. *de præb.* & in
concurſu teſtium deponentium ſuper affirmativa, & nega-
tiva collegiatæ, ſtandum eſt deponentibus eſſe collegiatam
id. Add. ad Ludoviſ. *d. nu.* 4. & pro habendis hujuſmodi ſi- 30
gnis collegialitatis, ait Caputaq. *d. dec.* 142. *num.* 1. *par.* 1.
quod, etiam præcipua, & potiſſima ſigna, & argumen-
ta hujuſmodi collegialitatis ſunt, ſi Canonici pro nego- 31
tiis communibus congregari conſueverint, necnon ſigil-
lum, & archa communis, ex quibus Eccleſiæ collegiali-
tas plenè, & concludenter probatur, abſque eo quod om-
nia ſigna ſimul concurrant, ut dictum eſt, Add. ad Burat.
dec. 455. *num.* 5 ubi etiam alia particularia ſigna ad id ſuffi-
cientia congerit: & propterea eſt omninò videndus: 32
quia ibi per eum adducta plurimùm ad hanc praxim con-
ferunt; prout plures eveniſſe obſervavimus: quandoqui- 33
dem non ſemper poteſt conſtare de fundatione hujuſmo-
di collegiatæ: ac propterea recurrendum eſt ad illius ſigna,
& conjecturas: cum aliàs præcipuus modus probandi hanc
collegialitatem, ſit quando conſtat de privilegio Eccle-
ſiæ conceſſo in limine fundationis a Summo Pontifice, id.
Add. ad Burat. *d. num.* 3. *qui num.* 5. ſubdit, quod licèt col-
legialitas non præſumatur, niſi probetur, ſallit tamen quan-
do ſumus in cathedralibus, & Conventualibus, quæ de
jure communi præſumuntur collegiatæ. Et aliàs dixit Ro- 34
ta in una *Comen. Iuris conferendi*, quod de ſtatu collegia-
tæ Eccleſiæ dubitari non poteſt, quando adſunt tantum- 35
modò ſigna arcę communis, & ſigilli cum obſervantia
ſubſequuta, quę eſt *dec.* 133. *nu.* 1. *tom.* 2. penes Rubeum, *ex ju-
ribus ibi allegatis.*

Quarè, pro præmiſſis, benè advertendum eſt, eſſe ad
conjecturas concurrendum, ex quibus diſcerni poſſit, an
Eccleſia ſit verè collegiata, ut hic; nam quandoque ſigna
ſunt æquivoca; cum materia iſta poſſit aſſumere diverſas
formas extraneas à forma Collegii; quarè non eſt ſuffi-
ciens conjectura Collegii, quod in Eccleſia, ſive Regu-
lari, ſive Sęculari adſint multi deſervientes, & quod pro
multis fuerit dos conſtituta, ex pluribus juribus allegatis per
Lott. *d. quæſt.* 14. *num.* 55.

Quare, ſupradictis ſignis collegialitatis ceſſantibus eve- 36
niente vacatione alicujus Eccleſiæ, non obſtante, quod
illa forſan, collegiata nuncupetur, niſi verè talis ſit, ne-
que de erectione in collegiatam conſtet, vel ex aliis ſignis,
ſi illa fuerit parochialis, poterit ſtatim Epiſcopus appone-
re edictum pro concurſu, ſervata forma Conc. Trid. *ſeſſ.*
24. *cap.* 18. ad inſtar aliarum parochialium Eccleſiarum,
nulla de collegialitate habita ratione, necnon ad præſcri-
ptum *Conſtitutionis Pii* Quinti ſuper modo, & forma pro-
viden-

Videndi de parochialibus Eccleſiis, ut ex Maſſobr. *in prax. hab. concurſ. ad vac. paroch. eccleſ. praelud. 2. num. 31.* & advertit Vivian, *in prax. jurisſpatron. lib. 3. cap. 1. num. 48.* qui *num. ſeq.* ait, ita ſervatum fuiſſe in facti contingentia, dum vacaret de anno 1623. in Diœceſi Tudertina, Prioratus Collegiatæ, & parochialis Eccleſiæ S. Cæciliæ, qui erat Prima Dignitas in dicta Collegiata, quæ videbatur reſervata vigore *regula 3. Cancellaria.* Nam ad probandum, quod dicta Eccleſia eſſet Collegiata, adducebatur, quod per certum tempus, ita dominata fuerit, & in ea aderant tres Canonici in ſacerdotio conſtituti, qui communiter appellabantur Canonici; quia, re maturè conſiderata, viſiſque ſcripturis, & documentis, in Archivio exiſtentibus, cum non conſtaret de aliqua erectione in Collegiatam, neque concurrerent alia ſigna ſufficientia ad inducendam Collegialitatem fuit appoſitum edictum pro concurſu, & Eccleſia collata magis digno.

CAPUT X.

Praxis Collationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, certo generi Perſonarum, debita.

SUMMARIUM.

37 *Perſonarum acceptio, non eſt apud Deum.*
38 *Originis ratio, non eſt habenda in diſtribuendis beneficiis, ſed habilitatis perſona, & meritorum.*
39 *Beneficium impetrans forenſis, non facta mentione de loco ſua originis, gratia eſt ſubreptitia.*
40 *Quia Papa, in dubio intendit unicuique providere in ſua patria, & quarè.*
41 *Originarius in aſſequutione beneficii praeferendus, Et quarè, num. 42.*
43 *Originariis, ex Indulto Apoſtolico, beneficia Eccleſiaſtica conferenda: Et proponitur formula Indulti.*
44 *Beneficia eccleſiaſtica in Gallia, & Hiſpania, quomodo conferantur Regnicolis.*
45 *Melita Inſula, ex indulto Leonis X. confirmato per Clementem Octavum beneficia non conferuntur, niſi originariis.*
46 *Et litera praedicti Indulti annectuntur.*
47 *Beneficia debita certo generi perſonarum, licet cadant ſub regula reſervatoria intelligitur tamen hoc, cum ſua cauſa.*
48 *Ita ut Papa conferat dicta beneficia perſonis ſic qualificatis.*
49 *Nam per reſervationem, cenſetur praejudicare Collatoribus tantum, non autem perſonis, quibus jus competit ex fundatione.*
50 *Oriundus in omnibus ferè reſcriptis beneficialibus, accipitur pro orto.*
51 *Filii naturales quomodo diſtinguantur à filiis patrimonialibus.*
52 *Sententia* Gonz. gloſ 9. §. 1. *n. 3. circa hoc.*
53 *Beneficia patrimonialia, qua.*
54 *Beneficiorum patrimonialium non fit mentio de jure communi.*
55 *Beneficia patrimonialia, quarè ſic dicta.*
56 *Beneficiorum patrimonialium frequens ſermo in Dataria Apoſtolica.*
57 *Raro tamen illa conferuntur per Papam.*
58 *Beneficia patrimonialia, dupliciter conſiderantur, ut hic.*
59 *Et habent conformitatem cum beneficiis jurisſpatronatus laicorum.*
60 *Collatio alia neceſſaria, alia voluntaria.*
61 *Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, ſeu illius Vicarius inſtituit praeſentatos ad beneficia jurisſpatronatus.*
62 *Non tamen poteſt conferre beneficia libera collationis.*
63 *Nec alia expedire, qua ſunt mera gratia.*
64 *Sed qua ſunt juſtitia, & neceſſitatis.*
65 *Collatio facta ex cauſa permutationis, eſt neceſſaria.*
66 *Collatio voluntaria, qua.*
67 *Beneficia conferenda eſſe certo generi perſonarum, intelligendum quando illa reperiuntur.*
68 *Et ſint idonei, & habiles, tempore proviſionis.*
69 *Diſpoſitio quantumvis generalis, recipit interpretationem de habilitate.*
70 *Et debet intelligi ſi petatur, vel ſi velit.*
71 *Dignitates, & dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, quibus conferenda.*
72 *Et quando idem ipſis Collegiatis.*
73 *Collegiata Eccleſia inſignes, comparantur Cathedralibus.*
74 *Gradus qualitas, cur in Collegiatis Eccleſiis requiritur, quoad Dignitates.*
75 *Collegiata eccleſia, non eriguntur à Papa, niſi in loco inſignis.*
76 *Dignitates in Eccleſiis collegiatis inſignibus Papa non confert, niſi perſonis qualificatis per Concil. Trident.*
77 *Qualitas requiſita in proviſis de Dignitatibus in collegiatis Eccleſiis, non eſt de praecepto, niſi ubi id commode fieri poteſt, declaratione Sacr. Congregat.*
78 *Fieri non poſſe dicitur, quod commodè fieri nequit.*
79 *Poſſe non dicimur ea, qua honeſtè non poſſumus.*
80 *Dignitates etiam in Cathedralibus, quandoque non qualificatis conferuntur, & quare.*

Ex ipſo Oppido, *Oriundi*. Cautum eſt hic,
inter cætera, ut omnes
Canonici, ac Dignitates (Præpoſitura tamen excepta)
obtinentes, ex ipſo Oppido Modicæ oriundi, & illius In-
colæ ſint; licèt de jure quilibet poſſit eligi, & inſtitui
in beneficio, ut fuit dictum in una *Vallisoletan. praeminen-*
tiarum 24. Novembris 1603. *coram Pamphilio*, dummo-
do ſit idoneus; proindèque ſtatuta excludentia certum
genus perſonarum, dicuntur contra jus, prout ſæpiſſimè
in Rota deciſum refert, Garc. *de benefic. part. 7. cap. 9. nu-*
mer. 4. & Mandoſ. *ad reg. 16. quaſt. 41. num. 1.* dum quærit,
an ſit rationi, & juri conforme, quod non oriundo præ-
feratur oriundus in aſſequutione beneficiorum eccleſiaſti-
corum; & videtur negativè reſpondendum; ex eo, quod 37
apud Deum non eſt acceptio perſonarum, *cap. novit*,
verſic. cæterum, de judic. cap. venerabilis, §. *nos igitur*,
de praebend. Buratt. *dec. 747. num. 2. circa fin.* unde neque
in rebus divinis debet eſſe: quia non debet haberi ratio, 38
ſeù conſideratio originis, ſeu loci in diſtribuendis benefi-
ciis, ſed habilitatis, & meritorum, *cap. nos qui, & cap.*
nos loca, 40. *diſtinctio.* quatè in *cap. ad decorem, de inſti-*
tut. Innocent. III. reprehendit Patriarcham Conſtantino-
politanum, his verbis, *Conſtantinopolitanus Patriarcha,*
aliarum nationum Clericos, ſpernens, Venetos tantum in
Conſtantinopolitanis Eccleſiis ſatagit collocare: non atten-
dens, quod in omni gente, qui facit juſtitiam, acceptus eſt
Deo: nec Sanctuarium Dei convenit jure hareditario poſſi-
deri. Quocirca mandamus, quatenus moneatis eundem,
ut viros litteratos, & aliàs idoneos, undecumque origi-
nem duxerint, in praedictis Eccleſiis, & maximè in ma-
jori, inſtituere non poſtponat, alioquin indignum ſe reddit,
ut vos aliarum Clericos nationum ad ejus obedientiam com-
pellatis, &c.

Præſertim verò, quod in Cathedra Petri, quæ eſt ſumma totius rei Chriſtianæ, vidimus ſedere homines ex omni natione, & tamen dicitur Pontifex Romanus; Et quod nuda origo non ſit conſideranda, probatur ex his, quæ latè cumulat Soccin. *conſ. 588. col. 5. verſic. ex quibus infera*, id. Mandoſ. *loc. cit. num. 2.*

At verò ſecùs dicendum eſt, ubi adeſt privilegium, ut
hic, ſeù conſuetudo; quia, qui eſt ex loco, ſeù Diœceſi
beneficii, debet, quatenus idoneus, aliis præferri, ad
text. in *leg. in Eccleſiis, Cod. de epiſcop. & cler.* faciunt not.
per gloſ. & DD. *cap. ſi proponente, de reſcr.* ubi, quod ſi
forenſis impetrat beneficium, nec mentionem facit de lo- 39
co ſuæ originis, gratia eſt ſubreptitia; quia Papa in du-
bio intendit unicuique providere in ſua patria, Rocch. 40
de jurepatronat. verbo, honorificum, numero 47. nam ra-
tio poſtulat, ut in aſſequutione beneficiorum, cæteris pa-
ribus, originarius aliis cæteris præferatur ex pluribus 41
cauſis: quarum Prima eſt, quia patriæ, de jure naturæ, 42
debitores ſumus, ut in *leg. veluti, ff. de juſtitia, & jur.*
ubi ſit æquiparatio iſtorum trium, videlicèt, religio, erga
Deum; amor erga parentes, & patriam, ut inquit, text. in *l. 1.*

§. *ſi*

§. ſi ea, qua ff. de ventr. in poſſ. mitt. Secunda, quia hujuſmodi origo dicitur immortalis, ejuſque jura dicuntur naturalia, & immutabilia, *ut in l. aſſumptio, ff. ad municipal.* Tertio, quia regio quælibet habet diverſitatem morum, & qualitatum, ut in *l. cum de lanceais, §. aſinum molendinarium, verſic. optimus, ff. de fund. inſtruct.* & ideò in beneficiis conferendis, cæteris paribus, debet haberi conſideratio originis; ut ipſe beneficiatus melius poſſit adaptari ad ea, quæ neceſſaria ſunt fidelibus, attenta regione. Quartò, quia de jure civili, originarii exteris ſunt præferendi, ut dictum eſt, *text. in l. Divus, ff. de tutor. dat. ab his.* Hojed. *de incompatib. benef. par. 1. c. 23. nu. 85.* Abb. *in d. cap. ad decorem, ante fin. de inſtitut.* ubi ait, eſſe valdè honeſtum, & fructuoſum, ut quiſque in patria ſua beneficiaretur; & ſic unus non occuparet beneficia, vel ſtipendia alterius, nec daretur materia depauperandi beneficia, &c. ac proinde hujuſmodi indulta, de non conferendis beneficiis, certis perſonis debent plenè, & concludenter probari, & cum confirmatione Apoſtolica, cum ſint contra jus, *cap. eam te, de reſcript. d. c. ad decorem*, ubi Abb. & Imol. Alexand. *conſil. 106. num. 2. lib. 2.* Buratt. *d. deciſ. 747. d. num. 2.* ubi prætendabatur, quaſdam portiones debere conferri per capitulum, Capellanis antiquioribus, &c. ac etiam propter faciliorem reſidentiam, idem Hojed. *loc. cit.*

Quarè hìc, in caſu præſentis erectionis ſtatuitur, ut Canonici, & Dignitates obtinentes eſſe debeant ex ipſo Oppido, in quo erigitur prædicta collegiata, oriundi: ſicut frequenter vidimus in Dataria Apoſtolica, tàm in caſu erectionum harum collegiatarum, quàm ad partem, in aliis particularibus erectionibus, concedi quod beneficia, non niſi propriis oriundis conferantur, & hoc per ſtatuta particularia: ut ſic non poſſint de cœtero ipſa beneficia aliis conferri; proindeque in his caſibus ſupplicationes deſuper Summo Pontifici offerri conſueverunt, tenoris ſequentis, videlicet,

34 *Beatiſſime Pater. Cum in parochiali Eccleſia Sancti Salvatoris Oppidi, &c. Diœceſis N. duodecim integra nuncupata, ex quibus unum pro tempore exiſtenti illius Eccleſiæ Organiſtæ, Apoſtolica authoritate, perpetuò affectum extitit, & ſex, dimidia nuncupata, perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica inſtituta reperiantur, illaquè priſtis temporibus filiis naturalibus dicti Oppidi conferri ſolita fuerint, nihilominus ab antiquo tempore citra, aliqua ex eis, Clericis externis collata fuerunt; hiſque ſic ſtantibus: dubitandum eſt, ne temporis ſucceſſu dicti externi, alia beneficia Eccleſiaſtica habentes, & apud dictam Eccleſiam, ob integrorum XXX., computatis verò diſtributionibus quotidianis LXX., & dimidiorum beneficiorum hujuſmodi XV., computatis verò diſtributionibus quotidianis XXXV., ducatos auri de Camera non excedentes, fructuum tenuitatem, reſidere non curantes, illius ſervitium in magnum divini cultus detrimentum deſereretur, aut minueretur; & propterea, ſi dicta beneficia, Clericis naturalibus dicti Oppidi tantum conferrentur, ipſi tùm amore natalis ſoli, tùm commoditate apud ſuos parentes, & conſanguineos degendi, dicti, libentiſſimè in dicto Oppido reſident, ac incolæ, & habitatores prædicti Oppidi, exclusis ab aſſecutione beneficiorum prædictorum externis, filios ſuos; ſpe illos ad hujuſmodi beneficia promovendos, frequentius ad ſtudia bonarum litterarum tranſmitterent, ac divina officia in prædicta Eccleſia Sancti Salvatoris, cùm debito miniſtrorum numero, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ac ipſius Eccleſiæ decorem, & divini cultus in ea augmentum, celebrarentur, dictorumque naturalium commoditati non mediocriter conſuleretur. Supplicant igitur humiliter dicti Oppidi Iurati, ac Univerſitas, & homines, devoti E. S. V. Oratores, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, eoſque, ac dicti Oppidi Clericos naturales, ſpecialis gratiæ favore proſequendo, eiſdem Oratoribus, quod ex nunc deinceps, perpetuis futuris temporibus omnia, & ſingula, tàm integra, quàm dimidia beneficia hujuſmodi, quotieſcunque, & quandocunque illa de cætero per reſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeù quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, aut privationem illa nunc, & pro tempore obtinentium, ſeù in illis, vel ad illa jus habentium, aut aliàs quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, etiam in menſibus, quibus vacantium beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio S. V. & Sedi prædictæ, etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeù Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, eſt, vel pro tempore fuerit reſervata, vel etiam Ordinariis Collatoribus, per eaſdem Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeù regulas, vel litterarum Alternativarum, aut alia privilegia, & indulta conceſſa, hactenus, & in poſterum concedenda, ſimul, vel ſucceſſivè, vacare contigerit, etiamſi actu nunc, ut præfertur, vel aliàs quovis modo. & ex quorumcumque perſonis vacent, ſeù aliquod eorum vacet, etiamſi devoluta, affecta ſpecialiter, vel aliàs ex quavis cauſa in literis, etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervata, litigioſa, cujus litis ſtatum, &c. exiſtant, ſolis naturalibus prædicti Oppidi, ac in eo pro tempore verè, & non fictè natis, & naſcituris, affecta, & debita, ac alienigenæ, & extranei, ad beneficia hujuſmodi, in titulum, vel aliàs quomodolibet obtinendum, aut illorum fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta quæcunque, ſeù ſuper eis penſiones annuas percipiendum, omninò inhabiles, & incapaces exiſtant; & ſi ullo unquàm tempore beneficia hujuſmodi, aut eorum aliqua, vel aliquod alienigenis, ſeù extraneis prædictis conferri, aut de illis provideri, ſeù fructus, redditus, & emolumenta. ac penſiones hujuſmodi reſervari obtinuerint, collationes, proviſiones, & reſervationes prædictæ nullius ſint roboris, vel momenti, ac pro nullis, & infectis cenſeri, & haberi debeant, Apoſtolica authoritate perpetuò concedere, & indulgere, ac ita ſtatuere, & ordinare, & ſingula beneficia hujuſmodi, naturalibus dicti Oppidi perpetuò affecta, & debita, alienigenas verò, & extraneos, ad illa obtinenda, illorumque fructus, &c. & emolumenta, ſeù ſuper eis penſiones hujuſmodi percipiendas perpetuò inhabiles, & incapaces, ut præfertur; ac quaſcunque collationes, proviſiones, & alias diſpoſitiones de dictis beneficiis, necnon illorum fructuum, & emolumentorum, ſeù penſionum ſuper eiſdem fructibus reſervationes ad favorem aliorum, quàm naturalium Oppidi hujuſmodi, ac in eo natorum, & naſciturorum quacunque etiam Apoſtolica, vel ordinaria authoritate, etiam per S. V. & ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices, pro tempore exiſtentes, & Sedem prædictam, illiuſque Legatos, etiam de latere, contra tenorem conceſſionis, indulti, ſtatuti, & ordinationis hujuſmodi quomodolibet, pro tempore factas, & indè ſecuta quæcunque nulla, & invalida, ac irrita, & inania, nulliuſque roboris, & momenti fore, & eſſe, ac pro nullis, & invalidis, ac omninò infectis haberi, & cenſeri debere, ac illis, in quorum favorem, & beneficium factæ fuerint, nullatenus ſuffragari, nec per eas cuique coloratum ti talum poſſidendi tribui, vel acquiri, minuſque præſentes, & deſuper conficiendas litteras, etiam ex eo, quod quicunque in hoc forſan intereſſe habentes, ſeù habere prætendentes, ad hoc vocati, & cauſa, ſeù cauſæ, propter quam, ſeù quas præmiſſa à S. V. emanarint, etiam coram loci Ordinario delegato examinata, verificata, & juſtificata fuerint, ſeù quibus cauſis, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis S. V. vel quopiam alio defectu, notari, ſeù impugnari, vel aliàs quomodolibet infringi, ſeù retractari, aut invalidari, ſeù ad viam, & terminos juris reduci, aut in jus, vel controverſiam vocari, vel adverſus eas quodcunque juris, & facti, aut juſtitiæ, vel gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi*

ſedi nullatenus unquam poſſe. Sicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices, &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſublata, &c. judicari, &c. debere, Irritum, &c. decernere dignemini, &c. Non obſtantibus, &c. cæteriſque contrariis quibuscunque cum clauſulis opportunis.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c.

Quarè, uſum Datariæ Apoſtolicæ, ita ſe habere, non ignoramus, ut beneficia eccleſiaſtica, ut plurimum conferantur à Papa potius indigenis, quàm exteris: ſignanter per rationem, in dicta formula expreſſam, nempè, quia facilius inducuntur ad reſidendum indigenæ, quàm extranei, ut ait Garc. *de benef. p. 7. c. 9. n. 7.*

44 Similiter indultum, ita vidimus per ipſum Pontificem in diverſis Regnis, præſertim in Hiſpania, ut habetur in *lib. 1. Ordinamenti Hiſpan. tit. 3. l. 18. 19. &* 20. & conſtat ex multis pragmaticis editis à Carolo V. Imperatore, Hiſpaniarum Rege, ut per Covar. *pract. qq. n. 5. cap.* 35. & in Gallia, ut per Bened. *in c. Raynutius, lib. 5. n. 481. de teſt.* Et ubi adeſt tale ſtatutum, ſeù privilegium, aut conſuetudo, quod videlicet oriundus, ſeù naturalis ſit illius Regni, ubi adeſt beneficium exterus, illud beneficium ibi obtinere nequit, ſine Regio permiſſu, & litteris naturalitatis, quod ſervatur etiam in Gallia ut per Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 217. ubi, quod exterus eſt inhabilis ad obtinenda beneficia in Regno, ex privilegio dato Regibus Franciæ, ut in *pragm. ſanct. proœm.* continetur in verbo *exterorum*, Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 4. q. 7. *num.* 2. id. Garc. *d. cap. 9 num.* 2.

Quę quidem indulta, cum ſint ſic, ut præmittitur conceſſa, nimirum ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum maximorum Principum, nunquam Papa eis derogare conſuevit in læſionem Imperatoris, & Regum, qui ita ſupplicarunt, & ſic paſſim ſervari videtur, & teſtatur Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 9. §. 2. n. 45.* circa proviſiones Canonicatuũ, quod omnes providentur, ſecundum formam indultorum Sixti IV. Innocentii VIII. & Leonis X. & quod licèt vacent in menſibus reſervatis, nũquam providentur per Sedem Apoſtolicam: cum tale indultum, non ſit conceſſum alicui perſonæ, nec Eccleſiæ particulari, ſed omnibus Regnis, Provinciis Caſtellæ, Navarræ, Granatæ: quarè dici non poteſt, quod ſit privilegium particulare, ſed ſtatutum, ſeù Conſtitutio univerſalis, quoad omnes Eccleſias Cathedrales illorum Regnorum, & Provinciarum; unde in derogatione privilegiorum quibuſvis perſonis, & Collegiis conceſſorum, non comprehenduntur prædicta Indulta univerſalia, quoad omnes Eccleſias Cathedrales tot Regnorum, & Provinciarum, cum veriſimilius ſit, quod Papa potius voluerit gravare perſonas particulares, vel aliqua Collegia, quam tot Regna, ac illorum univerſas Cathedrales, id. Gonz. *d. §. 2. num. 39. cum pluribus ſeqq.*

Inſulæ Melitæ, illiuſque Civitati, & Diœceſi Leo X. quod beneficia, inibi exiſtentia, non conferrentur, niſi Clericis illarum originariis, & in eis oriundis perpetuò, voluit, & ordinavit; quæ quidem omnia fuerunt etiam confirmata per fel. rec. Clem. Papam VIII. & cum inter alia ſimilia indulta, frequentiorem obſervaverim, adeſſe ſermonem in Dataria Apoſtolica de indulto, prædictæ inſulæ conceſſo, deque illius partibus, non incongruum viſum eſt, ejus tenorem hic per extenſum, ſubnectere, qui talis eſt, videlicet. 45

46 *CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Æquum reputamus, & congruum, ut ſuper gratiis, quæ à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris proceſſerunt, litteræ Apoſtolicæ juxtà formam, & continentiam ſupplicationum, ab eiſdem ſignatarum, conficiantur, & quæ minus ritè fuerunt expeditæ, ad debitam formam reducantur; ut exindè gratiæ ipſæ quacunque dubitandi materia ſublata ſuum, uti par eſt, ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem pro parte claræ memoriæ Caroli Romanorum Imperatoris, tunc in humanis agentis, & eorundem Romanorum Regis in Imperatorem electi, fel. record. Leoni Papæ Decimo Prædeceſſori noſtro, expoſito. Quod cum Civitas, & Diœceſis Melevitan. Aphricanis infidelibus vicinæ exiſtant, & earum Incolæ, ac habitatores ſæpius contra eoſdem Aphricanos, & alios Chriſti nominis hoſtes pugnarent, graviaque damna propterea ſuſtinerent, ſi de cætero, quod beneficia Civitatis, & Diœceſis præfatarum non niſi Clericis illarum originariis, & in eis oriundis conferri poſſent, perpetuò ſtatueretur, & ordinaretur, ex eo profectò Incolæ, & habitatores præfati ad pugnandum contra dictos infideles, redderentur ferventiores: & eidem prædeceſſori pro parte ipſius Caroli Imperatoris, qui etiam utriuſque Siciliæ Rex exiſtebat, tam ſuo, quàm bon. memor. Bonifacii Electi Melevitan. ſimiliter, tunc in humanis agentis, & Cameræ Apoſtolicæ Clerici, necnon eorundem Incolarum, & habitatorum nominibus humiliter ſupplicato, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaretur. Idem prædeceſſor, qui honeſtis Catholicorum Principum, & aliorum fidelium votis libenter annuebat, eaque favorabiliter proſequebatur opportunis, Bonifacium Electum, ac Incolas, & habitatores præfatos, eorumque ſingulis à quibuſvis, &c. abſolvens, & abſolutos fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus tunc inclinatus, ſub Dat. videlicet, Vndecimo Kalend. Aprilis Pontificatus ſui Anno Nono, quod de cætero, beneficia Civitatis, & Diœceſis prædictarum non niſi Clericis illarum originariis, & in eiſdem oriundis conferri; nec ad illa alii, quàm ipſi Clerici originarii, & oriundi præſentari, eligi, vel alio quovis modo aſſumi poſſent, Apoſtolica authoritate perpetuò ſtatuit, & ordinavit, ac collationes, proviſiones, præſentationes, electiones, & quaſcunque alias diſpoſitiones de illis, quavis authoritate; etiam per dictam Sedem ſcienter, vel ignoranter aliàs pro tempore factas, irritas, & inanes decrevit. Inſuper prædicto Bonifacio Electo, ut erga Clericos originarios, & oriundos, ac Incolas, & habitatores hujuſmodi per amplius gratum ſe reddere valeret, quod per ſè, vel ejus Vicarium, ſeù Vicarios in ſpiritualibus generales ad id, ab eo pro tempore deputatos, de quibuſvis beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſinè cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum regularibus, ad ipſius Bonifacii Electi, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Melevitan. collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem, communiter, vel diviſim quomodolibet pertinentibus, etiam ſi ſæcularia Canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel Officia in Cathedralibus, ſeù Collegiatis Eccleſiis, & Dignitates ipſæ in Cathedrali, poſt Pontificalem majores, ſeù in Collegiatis Eccleſiis prædictis principales, regularia verò beneficia hujuſmodi Monaſteria, non tamen Conſiſtorialia, Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, Dignitates, etiam Conventuales, & Officia, etiam Clauſtralia forent, ac ad Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, & officia hujuſmodi conſueviſſent qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineret animarum; ac tam regularia, quàm ſæcularia, beneficia hujuſmodi, ex eo quod illa obtinentes, dicti prædeceſſoris, & aliquorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ſeù Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam viventium, familiares, continui commenſales, aut dictæ Sedis, ſeù Romanæ Curiæ Officiales, aut quavis alia qualitate, aliquam generalem, ſeu ſpecialem reſervationem, ſeù affectionem inducente, qualificati aut ex quavis alia cauſa, diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter; vel generaliter reſervata, ſeù affecta exiſterent, & illa in commendam, vel ut unita, aut alio quovis titulo obtinerent, qui tam in dicta Curia, quàm extrà eam per obitum, vel reſignationem, præterquàm in manibus ipſius prædeceſſoris, aut aliàs quomodolibet, & illorum commendis ceſſantibus, etiam in quibuslibet menſibus vacare quoquomodo contigerit, quibuſvis Clericis originariis & oriun-*

& oriundis prædictis, etiam quæcunque quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, aliàs tamen idoneis, Apoſtolica authoritate providere, & de illis aliàs diſponere, liberè, & licitè poſſet, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi aliqua de, & ſuper dictis beneficiis, in genere, vel in ſpecie, etiam nominatim collationes, & Commendæ Apoſtolicæ, Expectativæ gratiæ, generales, vel ſpeciales reſervationes, uniones, etiam perpetuæ, mandata de uniendo, & quævis diſpoſitiones, etiam familiaribus, continuis commenſalibus ipſius Prædeceſſoris, etiam deſcriptis, ac etiam dictis Cardinalibus etiam motu proprio, vel ad eorum inſtantiam eatenus conceſſa, & in futurum, etiam de vacantibus cum vacarent, concedenda per eundem prædeceſſorem, & alios Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac ſedem prædictam, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac cum quibuſvis prægnantibus, fortiſſimis, & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis non emanaſſent, ſeu emanarent, ac Conſtitutiones, & regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, Dignitatum majorum, Prioratuum, aliorumque beneficiorum, etiam Cardinalium, & Romanorum Pontificum, ac ipſius prædeceſſoris familiarium continuorum commenſalium ſpeciales continentes; ſeù inducentes, aut aliàs quomodolibet affectionem facientes, vel conſenſum ipſorum Cardinalium in proviſionibus beneficiorum per obitum ſuorum familiarium continuorum commenſalium vacantium faciendis, requirentes; quorum omnium tenores, formas, & effectus idem prædeceſſor pro expreſſis haberi volu t etiam quod ad id non apparerent, & nullatenus emanaſſent, plenam, & liberam facultatem, dicta authoritate conceſſit. Et nihilominus eidem Bonifacio Electo, quoad viveret, & dictæ Eccleſiæ Melevitan. præeſſet, ac ſucceſſoribus ſuis ejuſdem Eccleſiæ Melevitan. Præſulibus, ſeù Adminiſtratoribus pro tempore exiſtentibus, ut ipſi de beneficiis ad eorum collationem, ratione ipſius Eccleſiæ Melevitan. ſpectanctibus, dum pro tempore vacarent, conſanguineis, & affinibus, ac familiaribus ſuis, præſentibus, & futuris, licèt forenſes exiſterent, & ipſi familiares, eorum continui commenſales non eſſent, providere poſſent, & proviſiones illis factæ hujuſmodi validæ, & efficaces exiſterent, ſtatuto, & ordinatione, ac decreto prædictis nequaquam obſtantibus, eadem Apoſtolica authoritate, de ſpeciali gratia indulſit; ſeù ipſos conſanguineos, affines ac familiares, quoad id ab eiſdem ſtatuto, ordinatione, & decreto excepit. Decernens etiam quaſcũque reſervationes, affectiones, regulas, Conſtitutiones, commendas, gratias, expectativas, revalidationes, extenſiones, mutationes, & facultates, uniones, mandata, ſeù decreta in illis contenta, quoad impediendum eundem Bonifacium Electum, quominus in præmiſſis ſibi conceſſa facultate hujuſmodi uti valeret, ad dicta beneficia ad ejus collationem, ut præfertur pertinentia nullatenus ſe extendere: & per quoſcunque etiam dictæ ſedis legatos, etiam de latere, ac Nuncios pro tempore deputatos, quavis etiam ſpeciali facultate fungentes, de beneficiis prædictis, nullatenus diſponi poſſe necnon irritum, &c. quavis authoritate, etiam per eundem prædeceſſorem, & dictos legatos ac Nuncios, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac &c. Apoſtolicis, etiam ipſius prædeceſſoris in dicta Cancellaria publicandis, ac aliàs editis, & edendis ſimilium facultatum, & indultorum prohibitivis, revocativis, ſuſpenſivis, annullativis, & irritativis, quibus illorum omnium formas, tenores, effectus, & datas, ac etiam decreta, & clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias, ac fortiores, & inſolitas, necnon cauſas quantumcumque legitimas, etiam in favorem expectantium Apoſtolicorum conſiderata, propter quas emanaverant, ac ſi de verbo, ad verbum infererentur, pro expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ea vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogavit, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ne autem de abſolutione, ſtatuto, ordinatione, conceſſione, voluntate, indulto, exceptione, decretis, & derogatione præfatis, pro eo quod, ſicut accepimus, ſuper illis certæ dicti prædeceſſoris litteræ, ſupplicationi deſuper ab eo ſignatæ, & poſtmodum reformatæ minimè concordes confectæ, & propterea minus ritè expeditæ fuerunt; & exindè graves lites, & controverſiæ ſunt exortæ, valeat quomodolibet hæſitari, ac incolæ, & habitatores, ac alii præfati illorum fruſtentur effectu, volumus, & eadem Apoſtolica authoritate decernimus, quod præſentes litteræ, tanquam ſupplicationi, & illius reformationi hujuſmodi conformes, & ad debitam formam reductæ, ad probandum plenè abſolutionem, ſtatutum, ordinationem, conceſſionem, voluntatem, indultum, exceptionem, decreta, & derogationem prædeceſſoris hujuſmodi ubicunque ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno 1591. Quinto Id. Februarii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Notandum tamen eſt, quod ubi regulæ reſervatoriæ ca-
piunt prædicta indulta, reſervatio regulariter cenſetur fa-
47 cta cum ſua cauſa, & qualitate, ita ut Papa conferat di-
cta beneficia perſonis, dictam qualitatem habentibus, &
48 non aliis; nam ipſe per hujuſmodi reſervationem, cenſe-
tur præjudicare tantummodò Collatoribus, non autem
49 perſonis, quibus jus competit ex fundatione; & licèt per
diverſa jura probetur, hujuſmodi beneficia non cadere
ſub reſervatione, prout *in una Ulixbonen. Prioratus*, penes Seraph. *deciſ.* 1420. nihilominus ibi concluditur, quod hoc non obſtante, Domini cenſuerunt, illa comprehendi, verùm cum ſua cauſa, prout Rota etiam declaravit in ſupradicta *Melsten.* Sancti Marci, in qua dicitur, beneficia Inſulæ Melitæ, cadere quidem ſub reſervatione regulæ, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis Apoſtolicis, etiam præſervativis adverſus regulas reſervatoris, conceſſit ad inſtantiam Imperatoris, verum cum ſua cauſa: ut videlicet conferri debeant originariis, & habitatoribus; ut etiam ait Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 39. num.* 10. ubi refert etiam ſupradictam deciſionem *Melisen. S. Marci*.

Et licèt aliàs in dubium revocaretur, an per regulam reſervatoriam menſium Apoſtolicorum, prædicta beneficia cenſerentur reſervata, & fuit reſolutum in dicta *Melitenſis Beneficii Sancti Marci* 10. *Iulii* 1594. *coram Penia*, quod indultum conceſſum à Leone Decimo habitatoribus, & Populo Inſulæ Melitenſis, ut perpetuis futuris temporibus, Eccleſiaſtica beneficia Civitatis, & Diœceſis Melitenſis, in quibuſcunque menſibus vacantia, non niſi Clericis originariis, aut Epiſcopi pro tempore exiſtentis, familiaribus, etiam conſanguineis, conferantur, non obſtante quacunque reſervatione in genere, vel in ſpecie, per regulas Cancellariæ, non eſſe derogatum, quia illa non comprehendit indolta, quæ Communitatibus, ſeù Univerſitatibus conceduntur, teſte Gonzal. *gloſ.* 9. §. 2. *numer.* 45. qui *numer. ſeq.* ait, quod in terminis ejuſdem indulti, fuit aliàs idem reſolutum in Rota *coram Gropperio die* 27. *Octobris* 1561.

Advertendum eſt tamen, dictam deciſionem fuiſſe poſtmodum revocata coram *eodem Penia ſub die* 14. *Novembris* 1605. ex eo, quod abundantiſſimæ derogationes regulæ reſervatoriæ per viam legis generalis factæ, omnia ſimilia indulta de medio tollunt, quatenus dictæ regulæ obſtent, ut per eundem Gonz. *gloſ.* 36. *ſub nu.* 42. *verſ. immo poſt hanc primam*, licèt reſervatio fiat cum ſua cauſa, ut dictum eſt.

Verum, cum hic poſſet in dubium revocari, numquid per verbum prædictum, oriundi, ut in dicto indulto, intelligitur de illis, qui in eodem loco tantùmodò orti ſunt, an verò, qui etiam ratione paternæ originis oriundi dicũtur. Circa id nunquam à ſtylo Romanæ Curiæ, illiuſq; Cancellariæ

Apoſtolicæ diſcedendum puto; quandoquidem, ibi oriun-
50 dus accipitur pro orto, nam in omnibus ferè reſcriptis, præ-
ſertim beneficialibus, utitur ipſa Cancellaria, hoc verbo,
oriundus pro orto, juxta tex. *in l. aſſumptio*, & ibi gloſ. *verbo,
oriundus, ff. ad municip.*
Et hæc tria adjectiva, videlicet, oriundum, ortum,
& originarium, diſtinguendo, oriundus ille dicitur, qui
originem ducit ex eo loco, unde majores ejus fuerint, or-
tus verò, & natus pro eodem capitur, dicendo aliquem
ortum, ſeù natum ex parentibus Campanis, originarium
autem, ab origine patris, non ſua, & ea propria verbi ſi-
gnificatione, & ſecundum hanc materiam, oriundus, ac-
cipitur pro orto, ſeù nato, ut in *d. l. aſſumptio*, ubi gloſ.
in d. verbo oriundus, exponit, *id eſt ortus*; quod quidem
uſque adeò ſervat prædictus ſtylus Curiæ, ut etiam ſi in
ſupplicationibus, quæ Summo Pontifici porriguntur,
dicatur Oratorem, ea tali loco, vel Civitate ortum, ni-
hilominus in litteris, ſuper eadem met ſupplicatione, con-
ficiendis, non ortum, ſed oriundum appellari conſueviſſe,
certum eſt, licèt ex communi uſu loquendi, oriundus quis
dicatur ab origine, ſeù nativitate propria, vel paterna, Iaſ. *in
l. hujuſmodi, §. legatum, num. 58. ff. de leg.* 1. Mandoſ. *reg. 16.
q. 40. per tot.* & alii quos cumulat Garc. *de benefic. par. 7. c. 9.
num. 25. cum ſeq.*

Ac Filii patrimoniales, *ſeù Parochiani ejuſdem Eccleſiæ, ſeù illi, aut ejus annexis, & grangiis, jure parochialitatis ſubjecti, aliis preferri debeant.*

Ex forma
etiam hujus erectionis parochialis Eccleſiæ in Collegia-
tam, nedum omnes Canonici, & Dignitates obtinentes,
ut dictum eſt, debent eſſe, ex ipſo Oppido oriundi, &
illius incolæ, verum etiam filii patrimoniales, &c. Dedu-
citur ex hac praxi, alia adeſſe beneficia Eccleſiaſtica: quæ
ex ſui fundatione, inſtitutione, ſtatuto, conſuetudine,
vel privilegio non debentur, niſi certis perſonis, ſeù cer-
to perſonarum generi, non autem aliis; ſicut ſupra
dictum eſt, adeò ut, his ſic ſtantibus, illorum collatio illis
tantummodò debeatur, & tanquam neceſſaria. Ac proin-
de in hac erectione conceditur, & ſtatuitur, ut omnes hujus
Eccleſiæ Canonici, & Dignitates obtinentes (Præpoſitura
excepta) ſint ex eodem oppido oriundi; ac filii patrimonia-
les, &c. præferantur: licèt quandoque naturalibus loci de-
beantur beneficia Eccleſiaſtica eodem modo, quo in dicta
erectione dicitur, ibi, *ex ipſo Oppido oriundi*; & ſic videtur,
51 quod filii naturales ita diſtinguuntur à filiis patrimoniali-
bus, nempè, quod naturales dicantur illi, qui intra fines pa-
rochiæ naſcuntur, qui etiam patrimoniales ſunt, filii verò
patrimoniales, non autem naturales, ſunt illi, qui deſcen-
dunt ex patre, vel matre, avo, vel avia alicujus parochiæ, li-
cèt ipſi naſcantur in alia parochia, vel Diœceſi. Mandoſ. *reg.
19. q. 15. n. 21. verſ. non omitto tamen.*
52 Nihilominus verò Gonzal. *gl. 9. §. 1. n. 33.* verius eſſe cre-
dit, indiſtinctè, & indifferenter, vocari filios naturales, &
patrimoniales, licèt non naſcantur intra parochiam, ſi tamē
ex illa, aliquo capite, originem ducant; ſicut etiam vocantur
filii patrimoniales, quamvis nati ſint infra dictam parochiā;
nam communis uſus loquendi, ac Conſtitutionum Syno-
dalium verba ita ſe habent, & faciunt, quod utroque nomi-
ne, modò naturales, modò patrimoniales nuncupentur, ſub-
dens idem Gonz. *num.* 14. quod nihilominus in diverſis Ci-
vitatibus, vel locis diverſa adſunt ſtatuta, vel conſuetudines
ſuper qualitatibus, & requiſitis neceſſariis, ut aliquis dicatur
filius naturalis, ſeù patrimonialis, ex eo quod interdum re-
quiritur, quod præcisè ſit natus naturaliter ex parentibus
incolis, & decimam ſolventibus, necnon baptizatus intra li-
mites parochiæ, ſeù parochiarum, in quibus hujuſmodi pa-
trimonialia beneficia conſiſtunt.
Ex ſupradictis igitur ſequitur, quod beneficia patrimo-
53 nialia ſunt illa, quæ ex Apoſtolica conceſſione; vel ſtatu-
tis, ſeù Synodalibus Conſtitutionibus, Apoſtolica autho-
ritate confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine,
ſunt neceſſariò conferenda natis, incolis, vel originariis
alicujus patriæ, Civitatis, Oppidi, vel parochiæ, ita ut
illi dumtaxat, qui filii naturales, & patrimoniales ſunt,
provideri debeant de hujuſmodi beneficiis, & non alii fo-
renſes, ſeù exteri, qui tales qualitates non habent; & hoc
ſecundum varios ritus & ſtatuta locorum, in quibus Ordi-
narii tenentur prædicta beneficia conferre habilioribus, &
ſufficientioribus, Caſſad. *dec. 18. incip. multa ſunt beneficia,
num. 1.* Gonz. *d. §. 1. num.* 3. & ex dictis beneficiis patrimo-
nialibus multa ſunt in Diœceſibus Burgen. Palentin. Cala-
guritan. & Giennen. & Hojed. *de incompatib. benef. p. 1. cap.
24. nu. 86.* ait quod de iſtis beneficiis patrimonialibus nullus
reperitur tex. de jure communi. Et dicuntur beneficia pa- 54
trimonialia, quæ talibus filiis patrimonialibus conferri de- 55
bent, (derivando hoc nomen à patria, in qua ſunt) arguen-
do ab ethymologia vocabuli per tex. *in l. 2. §. appellata, ff. ſi
cert. pet. & in l. tugurium, ff. de verb. ſign. l. facta, §. ſi viden-
da, ff. ad Trebell. cap. clerus, 21. diſt. c. ſicupis, 16. q. 1. cap. cle-
ricus 12. quæſt. 1. cap. puberes, de deſp. impub.* Ariſt. *2. top.
loco* 19. Mandoſ. *reg. 19. quæſt. 15. numer. 17.* idem Gonz. *d.
num.* 4.
De quibus quidem beneficiis patrimonialibus, licèt fre-
quens ſit ſermo in Dataria Apoſtolica, ex cauſis tamen ſu-
pradictis rarò conferuntur per Summum Pontificem; quan- 57
doquidem, per pragmaticas Caroli V. Imperatoris, ac
Philippi II. expreſsè cavetur, ut hujuſmodi beneficia patri-
monialia provideantur ſemper dignioribus per concurſum,
& numquam ferè à Sede Apoſtolica impetrantur; ex eo
non eſt de intentione Papæ, tales gratias concedere, &
Apoſtolica privilegia, ac immemorabiles conſuetudines,
deſuper exiſtentes infringere; ac proptereà litteræ hujuſmo-
di impetrationum non exequuntur, tanquam emanatæ
contra ipſius Pontificis intentionem; cum pœnis adiectis
teſte eod. Gonz. *loc. cit. num.* 28. & licèt regula reſervato-
ria octo menſium capiat, etiam beneficia patrimonialia,
& ſint per illam reſervata, non tamen paſſim voluit Pon-
tifices illa conferre, licèt ſint, ratione menſis, reſervata,
vel ex alia reſervatione (excepta vacatione apud ſedem) ſed
potius permittit, quod Ordinarii, provideant de illis per cō-
curſum; & quando ob nimiam aliquorum importunitatem
fiunt aliquæ proviſiones de iſtis beneficiis vacantibus in
menſibus reſervatis, tunc non aliis, niſi ipſiſmet filiis na-
turalibus, & patrimonialibus conferuntur, idem Gonz.
num 59.
Verùm, licèt in præſenti erectione præferantur in col-
lationibus prædictis, filii patrimoniales, ut ſupra, nihi-
lominus, ſi ipſi non adſint, prædicta beneficia, nempè
Dignitates, & Canonicatus debent conferri oriundis, &
incolis prædicti Oppidi, & ſic ſemper certo generi perſo-
narum, ac proptereà videtur, quod dici non poſſit libera
collatio, tamen dicendum eſt, quod iſta beneficia patri-
monialia dupliciter conſiderantur; namque aliqua perti-
nent ad præſentationem, electionem, ſeù nominationem 58
patronorum, & ſola inſtitutio pertinet ad ordinarium;
undè hoc modò dicitur, quod hujuſmodi beneficia patri-
monialia magnam habent conformitatem cum beneficiis
juriſpatronatus laicorum, id Hojed. *d. cap. 24. numer. 91.* 59
verſ. nam magna eſt ſimilitudo, in fin. aliqua verò perti-
nent ad liberam collationem Ordinarii, ſed tamen ſunt
filiis patrimonialibus per eum conferenda, Put. *deciſ.
158. num. 5. lib. 2.* & ſic in priori caſu, ſcilicet, quando
provideatur ad præſentationem, &c. collatio dicitur non
libera, ſed neceſſaria.
Quarè ex prædictis duplex dicitur collatio, altera ni- 60
mirum neceſſaria, altera voluntaria; illa etenim dicitur ne-
ceſſaria, quam collator facere tenetur certo generi perſo-
narum, ut ſupra dictum eſt, nec non quando ad patrono-
rum legitimam præſentationem, fit ab eodem Ordinario
inſtitutio in beneficio juriſpatronatus; quia tunc etiam illa
fieri debet neceſſariò de perſona ſic præſentata, non autem
de alia; ac proptereà hæc inſtituendi facultas, tanquam de
re neceſſaria ut alias diximus, competit etiam Capitulo, ſe- 61
de Epiſcopali vacante, illiuſque Vicario, ad præſcriptum
Concilii Trid. ſeſſ. 24. cap 16. de refor. prout etiam ſatis ex-
preſsè docet tex. *in cap. 1. de inſtitut. in 6.* ubi, quod licèt
Capitulum, ſede vacante, beneficia, quæ ad collationem
Epiſcopi pertinent, conferre non poſſit, præſentatus tamen
à patronis poteſt admittere, licèt ad Epiſcopum, ſi ſu-
pereſſet, admiſſio, & inſtitutio hujuſmodi pertineret,
Rebuff. *in prax. tit. forma Vicariatus num.* 133. Azor. *inſtit.
moral. par. 2. lib. 2. cap. 39. qu. 2.* nam licèt Vicarius non poſ-
ſit conferre beneficia libera, & ſpectantia ad collationem
Epiſcopi, ſecùs dicendum eſt in inſtitutione, & confirma-
tione, quæ ſunt omninò neceſſariæ, & debitæ; quia Capitu-
lum, ſede vacante poteſt conſtituere Vicarium, qui poterit
providere de beneficiis, quorum collatio eſt neceſſaria, ut in
beneficio debitu mandatario, vel nominato, Garc. *de benef.
p. 5. cap. 7. n. 54. & 55.* Viviao *in praxi juriſpatr. p. 2. lib.* 12.

*cap.5.num.*10. prout diximus ſupra *lib.2.cap.3.num.74.cum
plurib.ſeqq.*
Porrò, in propoſito hujus neceſſariæ collationis Vica-
rius Epiſcopi, licèt hac ratione nequeat ſine ſpeciali man-
62 dato beneficia Eccleſiaſtica conferre, *cap. fin. de offic. Vi-
car. in 6.* Rebuff. *loc. citat. à num.*39. Zerol. *in prax. Epiſc.
verbo Vicarius*, § 9. *quæſt.*1. id. Garc. *d. par. 5. cap.*80. *cum*
63 *plurib. ſeqq.* quia Vicarius, ea, quæ ſunt meræ gratiæ ex-
pedire non poteſt, & collatio beneficiorum eſt quædam
donatio, *cap. relatum, de preb. cap. poſt electionem, de
conceſſ. preb.* poteſt nihilominus expedire ea, quæ ſunt ju-
64 ſtitiæ, & neceſſitatis, *Clem.*1. *de off. Vicar. Bellam. deciſ.*
93. Selv. *de benefic. 2. part. quæſt.* 14. Sbroz. *de offic. Vicar.
quæſt.*38. *num.*3 Garc. *d. cap.* 8. *num.* 46. ac conferre poteſt
beneficia vacantia per reſignationem in manibus ſuis ex
cauſa permutationis factam, quatenus habeat facultatem
recipiendi reſignationes ex eadem cauſa; prout communi-
ter illa concedi conſuevit in litteris Vicariatus quandoqui-
dem hujuſmodi collatio facta, ſcilicet ex prædicta cauſa
65 permutationis, non eſt voluntaria, ſed neceſſaria, quæ
fieri nequit, niſi ipſis compermutantibus; fitque unico
contextu, ſcilicet utrinſque compermutantis reſignatio,
& collatio, idem Garc. *dict. capit. octavo numer.* 104.
& ſeqq.
Voluntaria autem beneficii collatio, illa dicitur,
66 quæ fit ex voluntate libera, quæ alio modo dici poteſt li-
bera tranſlatio, ſeu juris conceſſio in beneficio vacante;
quia collator confert liberè, cui vult, dummodò ille, cui
confertur, ſit idoneus, Abb. *in cap. authoritate, num.* 9.
de inſtit. Gemin. & alii *in cap. cum in illis*, §. 1. *de prebend.*
Gonzal. *gloſ.* 16. *num.* 8. & ſic conferre magis uni, quam
alteri, eſt voluntarium, & gratioſum, & eſt gratia, &
liberalitas.
Nec tamen incongruè ſubnectitur hic totum illud, quod
67 dicitur de beneficiis debitis certo generi perſonarum, lo-
cum ſibi vendicare, quando perſonæ ſic qualificatæ reperiũ-
tur, quæ ad talia beneficia aſpirent; quarè ſi fortè contingat,
nullum adeſſe qualificatum; & habilem, nihil eſt, quin
alius non qualificatus, dummodo aliàs ſit habilis, petere
poſſit, ſibi de tali beneficio provideri; vel quatenus qualifi-
catus tenuat, illud alteri non qualificato conferri; ut in ſi-
mili, de præſentando ad beneficium de jurepatronatus, ait
Lambert. *de jurepatr. par. 1. lib. 2. art. 24. ſub num.* 20. *verſ. &
ideò, fol. mihi* 591. ubi, quod ſi in Diœceſi, Civitate, vel gre-
mio, idonei clerici non reperiantur, recurrendum eſt ad ex-
teros, eundemque Lambert. citat id. Gonz. *loc. cit ſub n.*117.
verſ. adjungo, ubi in terminis hujuſmodi beneficiorum pa-
trimonialium ait, quod ſi in aliquo loco, ubi beneficia ſunt
conferenda filiis patrimonialibus, nõ reperiantur de tempo-
68 re proviſionis, clerici patrimoniales habiles, & idonei, tunc
quidem poſſunt illa aliis extraneis conferri, *c. ne pro defectu,
c. inter Canonic. de elect. l. eos, ff. de decurion. l. ut gradatim*, §.
1. *ff. de mun. & hon.* nam quando beneficium debet conferri
certę perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, intelligitur, data
habilitate tali perſonæ, & ſi illa idonea ſit, & non aliàs; quia
quælibet diſpoſitio, quantumvis generalis, recipit interpre-
69 tationem de habilitate, per tex. & ibi Bart. *in l. 2. §. prætor, ff.
qui ſatiſd. cog.* Unde, ſi prædicti qualificati vellent, ac pete-
rent, & perſequerentur, prædicta beneficia eiſdem, & non
aliis conferri debent; ſi verò non adſint, ut ſupra, qualificati,
vel adſint, & non proſequantur, poſſunt illa aliis conferri nõ
qualificatis; quia diſpoſitio, aut lex intelligi debet ſi petatur,
70 vel ſi velit, de quo videndus eſt Rebuff. *ſuper concord. Rubr.
de collat. §. Ultimus, fol. mihi* 481. & tunc dicitur proſequi,
quando qualificata perſona non ſolum petit beneficium ſibi
conferri, ſed obtinet collationem, & plenè fuerit ipſum be-
neficium aſſequuta, & quatenus aliquis fuerit contradictor,
qui ſibi ſe opponat, per eam proſequitur adverſarium uſque
ad ſententiam; ſi fortè Ordinarius alium de ipſo beneficio
provideret, ſecus vero, ſi obtenta collatione ab Ordinario,
taceat, quia tunc collatio Ordinarii non eſt nulla, cum non
dicatur proſequi, qui cum effectu nõ proſequitur, *l. 1. ff quod
quiſque jur.* nam præſumitur renunciare, quando ante præ-
dictam Odinarii ſententiam deſtitit, *l. deſtitiſſe, ff. de ju-
dic.* ut per Rebuff. *loc. citat. ſub verſic. item poteſt ut in textu
prædicta Rubr. de collation.* ibi, *extantibus præfatis gradua-
tis, aut nominatis debitè qualificatis, illa proſequentibus,
aliis, quàm graduatis, aut nominatis non conferant.*

a Corradi Prax. Benefic.

Quoad Præpoſituram, *Doctores, aut Magi-
ſtri in Theologia, vel Licentiati in decretis*, Hoc quidem ad
præſcriptum *Sacri Concilii Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 12. de refor.*
in quo ſancta Synodus hortatur, ut in Provinciis, ubi id
commodè fieri poteſt, Dignitates omnes, & ſaltem di-
midia pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, &
Collegiatis inſignibus, conferantur tantùm Magiſtris, vel 71
Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel jure
canonico; & licèt hujuſmodi qualitates non ſint de præ-
cepto, ſed de conſilio; quia id Concilium non requirit ra-
tione curæ, ſed ratione frequentiæ, ſeu multitudinis Chri-
ſti fidelium, ad Eccleſias Cathedrales, ſeu Collegiatas in- 72
ſignes, pro divinis audiendis, accedentium, pro Chriſti
fidelium hujuſmodi tamen animarum ſalute, prædictum
Concilium hortatur, Dignitates prædictarum Eccleſiarum
obtinentes, tales eſſe debere, tum eorum doctrina magis
proſpicere poſſint ſaluti animarum, ut dixit Rota *in una
Mediolanen. Præpoſituræ* quæ eſt *deciſ. 29. num. 8. par. 2. di-
verſ.* quare ex hoc, in his verbis, ſupradictum Conci- 73
lium Trid. videtur æquiparare collegiatas Eccleſias inſi-
gnes, ipſis Cathedralibus; adeò ut non ſufficiat qualitas
Clericatus cum idoneitate, ſed exigatur hæc prærogativa
Magiſterii, aut Doctoratus, vel licentiaturæ, Lotter. *de
re benef. lib.* 1. *qu.* 15. *num.* 1. Rot. *d. dec.* 29. *num.* 8. in qua
habetur, quod qualitas inſignitatis Eccleſiarum Collegia-
tarum, debet regulari, & intelligi ſecundum qualitatem
Magiſterii, vel Doctoratus, aut licentiaturæ in Theolo-
gia, vel in jure canonico; quam qualitatem debent habe-
re omnes Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus, & Colle-
giatis inſignibus; quia in d. Concil. tractatur principali-
ter de Dignitatibus, & earum qualitatibus; ac proinde
iſta qualitas requiritur in duobus generibus Dignitatum,
videlicet in Dignitatibus, curam animarum habentibus,
juxta *cap. cum cunctis, de elect.* Et in Dignitate Archidia-
conatus; quia Archidiaconi ſunt oculi Epiſcopi; ac pro-
pterea Epiſcopum juvare debent.
Qualitates etenim hujuſmodi in ipſis Collegiatis Eccle-
ſiis inſignibus ita requirunt, quia, ut ait id. Lotter. *loc. citat.* 74
num. 9. id præſumitur excogitatum ab eodem Concilio, ra-
tione frequentiæ, ſeù multitudinis Chriſtifidelium, eò acce-
dentium pro audiendis divinis, pro quorum animarum ſa- 75
lute, ea fit adhortatio, & nunquam datur à Papa erectio Ec-
cleſiæ Collegiatæ, niſi in loco inſigni, ut jam patet ea præpo-
ſita formula ſupplicationis, in qua eidem Pontifici explica-
tur quod Oppidum in ambitu ſuo ſatis amplum, nec non
populi frequentia conſpicuum, & inſigne, ac virorum gene-
ris nobilitate fulgentium &c.
Hinc fit, ut nunquam ferè idem Pontifex conferat hu-
juſmodi Dignitates, etiam in Collegiatis Eccleſiis prædi-
ctis, niſi habentibus prædictas qualitates; quod quidem 76
nulla alia ratione dignoſcitur ſervari, quam ex quadam le-
ge honeſtatis, cum qualitas ipſa non ſit de præcepto, ſed
concilio, ex eò quod idem Concil. Trid. id non præcipiat,
ſed hortetur. id. Lotter. *d. quæſt.* 15. *num.* 1. Et alias ſacra
Congregatio declaravit, quod dictum Concilium hic hor-
tatur, non præcipit, ut ubi id commodè fieri poteſt, Di-
gnitates in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſigni- 77
bus, conferantur tantùm Magiſtris &c. Cæterum verò il-
lud è contrario ſenſu tenendum eſt, ut nimirum, ubi com-
modè id fieri non poteſt, nihil ſit, quin aliis ipſam qualita-
tem non habentibus conferri prædictas dignitates videa-
mus; quandoquidem ſatis trita eſt illa concluſio, quod
nimirum, illud fieri non poſſe dicitur; commo-
dè fieri nequit, Innoc. *in cap. paſtoralis, poſt princip. ibi,
nam non dicitur poſſe fieri de can. poſſ. & propr.* Roman. *conſ.*
469. *poſt num. 4. verſ. & licet quis* Mandoſ. *reg.* 32. *q.* 31. *n.* 12. 78
Sicut etiam non dicimur poſſe ea quæ honeſtè non poſſu-
mus, *l. ſi filius, de cond. inſt.* Caval. *dec.* 494. ac proptereà ubi 79
non adſit perſona ad id qualificata, alii non qualificatę con-
ferri conſuevit, habita de hoc in litteris proviſionis mentio-
ne, nempè *Nos volentes N. aſſerentem in Civitate, & Diœ-
ceſi prædictis, nullum adeſſe ex Concilio Tridentino qualifica-
tum, qui ad dictam dignitatem aſpiret, &c.*
Ac proinde, non ſemel videmus, hujuſmodi Dignitates,
non modò in ipſis Collegiatis, verum etiam in Cathedra-
libus Eccleſiis, non ita qualificatis perſonis, ut ſupra per
ſedem Apoſtolicam conferri, quatenus nemo adſit, ne-
mo ad illas obtinendas aſpiret; quod potiſſimùm ob fru- 80
ctuum tenuitatem evenire ſolet, vel ob aliam cauſam, prout

in caſu præſentis erectionis parochialibus in Collegiatam; in qua indulgeretur illis Præpoſito, qui in octuageſimo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutus exiſtit, & curam animarum parochianorum prędictę Eccleſię S. Georgii, ſpatio trigintaquinque annorum probe, & laudabiliter exercuit, ut ratione hujuſmodi Prępoſiturę, ad alicujus gradus ſuſceptionem minimè obligetur, & obligatus ſit, ita tamen, quod illius in dicta Prępoſitura ſucceſſores, ad pręſcriptum dicti Concilii Tridentini, graduati, & aliàs qualificati debeant.

CAPUT X.

Praxis Collationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, certum Ordinem actu, ſivè aptitudine, requirentium.

SUMMARIUM.

81 *Ætas requiſita ad Dignitatem in Cathedralibus Eccleſiis, quæ.*
82 *Beneficia aliqua eccleſiaſtica, non niſi actu presbyteris, conferenda.*
83 *Presbyteratus, de jure communi non omnino requiritur tempore collationis beneficii.*
84 *Sed illius annexio intelligitur habitu, non tamen actu.*
85 *Quod procedit, etiam ſi presbyteratus requiratur ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio.*
86 *Secus verò ex fundatione laicali, & quarè.*
87 *Fundationi beneficii quando Papa deroget.*
88 *Ordinis Sacri defectus, neminem repellit à beneficio, ſed quomodo intelligatur.*
89 *Ordo presbyteratus quando infra annum per proviſum, ſuſcipiendus.*
90 *Fundationis lex majorem vim habet, quàm conſuetudo, vel privilegium.*
91 *Eccleſiæ ſervitium, æquipollenter fit per ſubſtitutum.*
92 *Canonicis eccleſiæ Segnin. quandoque ſe ſubſtituunt in functionibus Chori, & eccleſiæ.*
93 *Idem ſervatur in Majori eccleſia Neapolitana, ab immemorabili tempore.*
94 *Conſuetudo immemorabilis, habet vim privilegii à Principe conceſſi.*
95 *Ordo presbyteratus actu requiſitus, quomodo remittatur à Papa.*
96 *Fundationi non derogatur ex Clauſula*, Non obſtantibus, &c. *ſtatuto autem ſic.*
97 *Fundationis derogatio debet eſſe expreſſa.*
98 *Motus proprius Papæ non cenſetur derogare fundationi laicali.*
99 *Patronis, ſicut Papa non præjudicat in præſentatione, ita nec in tollendo ordinationem beneficii, & quarè.*
100 *Clauſola*, Non obſtantibus, *quomodo intelligenda, circa derogationem fundationis beneficii.*
101 *Beneficium, ſeu Capellania, tribus modis poteſt eſſe Sacerdotalis.*
102 *Beneficium ſimplex non Sacerdotale, uni vel pluribus ſacerdotibus ſucceſſivè collatum per 40. annos, quomodo poterit conferri non Sacerdoti.*
103 *Clauſula*, Motu proprio, & Non obſtantibus, &c. *derogant fundationi juriſpatronatus Clericorum.*
104 *Fundationis beneficiorum derogationes, in quibus caſibus concedi conſueverunt.*
105 *Diſpoſitio qualificata non venit ſub ſimplici.*
106 *Qualitas adjecta rei immutat ejus naturam.*
107 *Ordo Sacerdotalis quando requiratur per modum aptitudinis, aut contemporaneè.*
108 *Qualitas adjuncta verbo debet regulari ſecundum tempus verbi.*
109 *Verba, ſufficit, quod reſpiciant actum præſentationis ad beneficium, licet non ſint negativè concepta, quod hic declaratur.*
110 *Actus ab habitu, quomodo diſtinguatur, ex verbis prohibitionis.*
111 *Capellania fundata, quod Capellanus tot miſſas celebret, an illum arctet ad celebrandum per ſe ipſum.*
112 *Et reſolvitur negativè: nam poteſt huic oneri per alium ſatisfacere, & quarè num. 114.*
114 *Conſuetudo, quod quis per alium celebret, valet.*
115 *Diſpoſitio mandans, quod aliquis miſſam celebret, intelligitur, ut poſſit per alium illam celebrare.*
116 *Sacerdotis deputatio, qui celebret, requirit ſacerdotium actu, & refertur deciſio Rotæ.*
117 *Fundationis verba omninò ſervanda.*
118 *Verba*, eligatur ſacerdos, pro miſſa celebranda, *reſpiciunt ipſam præſentationem.*
119 *Sacerdotis qualitas in fundatione, non tollitur per Epiſcopum, etiam de conſenſu patroni.*
120 *Onus in fundatione, quod deputetur ſacerdos, qui celebret, aut celebrare faciat, quomodo intelligendum.*
121 *Presbyteri nomen eſt æquivocum, & poteſt verificari, etiam in ſimplici Clerico.*
122 *Clerici minorum ordinum, quandoque presbyteri nuncupantur.*
123 *Interpretatio verborum, facienda ſecundum communem uſum loquendi.*
124 *Verba intelligenda ſecundum qualitatem proferentis.*
125 *Presbyteri nomen non infert pernecеſſe ad qualitatem ſacerdotii.*
126 *Præſertim, ubi concurrit communis uſus loquendi.*
127 *Obſervantia quomodo non egeat præſcriptione.*
128 *Verbum*, presbyter, *prolatum à fundatore, ſtante obſervantia, poteſt etiam convenire Clerico minorum ordinum.*
129 *Clericos nominandi presbyteros, communis uſus Civitatis Neapolis, ac veſtibus talaribus tantum indutum, etiam ſine prima tonſura, Abbatem, & Monſignore.*
130 *Presbyteri omnes in Apulia vocantur Abbates.*
131 *Abbatia, de jure communi, æquiparatur Epiſcopatui.*
132 *Abbates, nominantur inter Epiſcopos, & Archiepiſcopos.*
133 *Presbyter, an ſimplex Clericus præſentandus, ex fundatione, recurritur ad conjecturas.*
134 *Necnon ad obſervantiam ſubſequutam.*
135 *Obſervantia eſt cujuſvis diſpoſitionis interpres.*
136 *Beneficium, an requirat ordinem majorem, vel minorem; recurritur ad conſuetudinem.*
137 *Conſuetudo interpretativa non requirit longi temporis præſcriptionem.*
138 *Presbyteri nomen, potius ad ſacerdotem, quam ad alium ſpectat.*
139 *Fundator, vel ſtatutum dicens, quod proviſus de Capellania, ſit Capellanus, vel Sacerdos requirit, quod ſit actu Sacerdos.*
140 *Sacerdos proximior ex fundatione præſentandus, ſi non reperiatur, quis poſſit præſentari.*
141 *Præſentationis tempus attendi debet.*
142 *Fundator adhuc vivens, quomodo præſentet contra diſpoſita in fundatione.*
143 *Qualitas in fundatione beneficii appoſita intelligitur, quocunque modo illud vacaverit.*
144 *Conditiones in fundatione beneficii appoſitas, an poſſit Epiſcopus alterare.*
145 *Et reſolvitur negativè.*
246 *Voluntas teſtatoris pro lege ſervanda.*
147 *Qualitates in fundatione beneficii appoſitas, nec de conſenſu patroni, tollit Epiſcopus.*
148 *Et refertur declaratio Sacræ Congregationis.*
149 *Sacerdotis qualitas in fundatione, quomodo neceſſaria, tempore præſentationis.*
150 *Conditiones novæ ac nova pacta, quando apponi poſſint poſt fundationum beneficii.*
151 *Reſervatio facultatis apponendi novas conditiones, poſt erectionem beneficii, eſt prorogatio perfectæ fundationis, & conditio ſuſpenſiva.*
152 *Sacerdotis qualitas in fundatione, quomodo declarata per S.Congr.*
153 *Fundationis beneficiorum qualitati ſolus Papa derogat.*
154 *Et quandoque de conſenſu fundatoris viventis.*

155 *Fun-*

155 *Fundationi beneficiorum qualitati, Papa nimis parcè derogat.*

156 *Et hujuſmodi derogationes regulariter proponuntur in Signatura Gratia.*

158 *Fundationis lex, quod non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus.*

159 *Dotis promiſſio non poteſt qualificari, ejus actu perfecto.*

160 *Patronus poſt fundationem beneficii, cur non poſſit apponere novas conditiones.*

161 *Fundationi beneficii, Clemens Octavus raro derogabat.*

162 *Bernardinus Paulinus Clementis VIII. Datarius oculatiſſimus.*

163 *Fundatio beneficii eadem eſt, ſi fiat in teſtamento, quæ extra illud etiam circa derogationes.*

164 *Fundationum beneficiorum major pars fit extra teſtamentum.*

165 *Fundationi beneficii non derogat Ordinarius, ſed ſolus Papa.*

166 *Quod intelligendum de conditionibus poſſibilibus, non autem de impoſſibilibus, & turpibus, ac contra naturam beneficii, quæ habentur, ac ſi non eſſent appoſita.*

167 *Nullum quod eſt, nullam producit effectum.*

A Ctu presbyteri. Licèt enim etiam in Cathedralibus Eccleſiis
ex novo jure Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* ſufficiat ad bujuſmodi Dignitates obtinendas, ætas
81 viginti duorum annorum, ibi, *ad cæteras autem Dignitates, vel perſonatas, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis non minores aſciſcantur*, attamen nil eſt, quin ex præſcripto ſuodationis, vel erectionis, aut aliàs ut infra dicetur, debeant eſſe presbyteri, eo modo quo ex eodem Concilio *d. cap. 12.* requiritur ad Dignitates, curam animarum babentes, ibi, *Nemo deinceps ad Dignitates quaſcunque, quibus animarum cura ſubeſt, promoveatur, niſi qui ſaltem. 25. ſuæ ætatis annum attingerit, & in clericali ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum, neceſſaria, ac morum integritate commendatur, &c.*

Quarè ſuadet hic materiæ qualitas, ut ſaltem per tranſennam aliqua ad banc praxim conducentia, ſecundum ſtylum Cancellariæ, & Datariæ Apoſtolicæ, dicamus; qui eandem praxim minimè callent, aliqualem babeant cognitionem eorum, quæ ſervantur circa beneficia eccleſiaſtica, ordinem aliquem annexum habentia, ſivè habitu, ſivè actu; ac proindè, pro Tyronibus tantùm aliqua ſubnectenda exiſtimavimus.

Quarè dicendum eſt, nonnulla reperiri beneficia Eccle-
82 ſiaſtica, quæ non niſi actu presbyteris aliumvè, ordinem habentibus, ſunt conferenda; quod quidem, non modò jure communi inſpecto, verùm etiam ex ſundatione, ſtatuto conſuetudine aut privilegio contingere poſſe, certum eſt; quando videlicet tale beneficium licèt ſimplex non eſt, niſi presbytero conferendum; tunc enim, ideſt tempore collationis, debet de eo proviſus, actu eſſe pres-
83 byter; quamvis aliter ſit dicendum, etiam de jure communi, quo non arctatur impetrans, ut babeat dictum ordinem tempore proviſionis; ſed ſufficit, quod poſteà promoveatur; quando quidem illa ordinis annexio intelligitur babitu, non autem actu, juxta doctrinam Abb. *in c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* Buratt. *dec. 463. num. 3.*
84 nam de jure communi, in beneficiis habentibus presbyteratum, vel alium certum ordinem annexum, non requiritur, quod impetrans illum habeat tempore proviſionis; ſed ſufficit, quod poſteà promoveatur; quia illa annexio intelligitur habitu, & non actu; vel latius ex infra dicendis conſtabit.

At verò hic, & in caſu noſtro, ſufficit, proviſos de Dignitatibus prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ, habere ætatem ad presbyteratus ordinem requiſitam; ſed omninò requiritur, quod illi ſint actu ſacerdotes, ex ſupradictis; nam quamvis præſentandus ad beneficium, ſi tempore ſuæ præſentationis non eſſet presbyter, ſed tamen in ætate legitima, qua poterit ad presbyteratus ordinem promoveri, quod ei ſufficere videtur ex not. *in cap. ſi eo tempore*, & ibi gloſ. *in verbo provideri, de præb. in 6.* hæc tamen benè
85 procederent, quando vigore ſtatuti, conſuetudinis, aut privilegii, debet fieri collatio, vel præſentatio beneficii, habentis ſacrum ordinem annexum; tunc enim ſufficit, quod ille, cui fit collatio, vel de eo, præſentatio, habeat ætatem legitimam ad illum ordinem ſuſcipiendum, quod 86
etiam procedit in jurepatronatus Eccleſiaſtico, ſecùs verò eſt in jurepatronatus laicale, & quando verſamur in diſpoſitione laici, ponentis legem in re ſua, tempore fundationis; nam hoc caſu quando laicus diſponit, quod præſentetur presbyter, non ſufficit, quod præſentatus habeat ætatem idoneam ad presbyteratum, ſed requiritur, quod ſit actu presbyter; & ſic duo debet habere eodem tempore collationis, ſeù præſentationis, ſcilicet idoneam ætatem, & ſacerdotium, ut ex Barbat. *conſil. 33. in fin. lib. 2.* probat Lambert. *de jurepatronat. part. 1. lib. 2. artic. 9. quæſt. 7. princip. ſub num. 2. verſic. Certè fol. 597.* ubi quod iſta theorica eſt ſemper menti tenenda. Et ita ſervandum eſt etiam in præſenti erectione dum Papa voluit, quod omnes prædictas Dignitates obtinentes ſint actu presbyteri.

Quod quidem limitat noſtra praxis, niſi proviſio fiat à Summo Pontifice; quia hoc caſu, juxta neceſſitatem impetrantis, ac ipſiuſmet Eccleſiæ, conſuevit ille diſpenſare adverſus juris communis diſpoſitionem, aut etiam ſi beneficium ſit de jurepatronatus, derogando illius ſunda- 87
tioni, quatenus in ea caveatur, quod beneficium acquiri non poſſit, niſi per eum, qui in tali ordine, vel tali ætate fuerit conſtitutus; aut ſi dicatur, quod beneficiarus debeat eſſe actu ſacerdos, ut per Lambert. *loc. cit.* qui *num. 3.* ait, quod ſi requireretur ordo ex diſpoſitione juris communis, nempè, quia Eccleſia eſt parochialis, vel ſumus in Archipresbyteratu, de jure ordinem presbyteratus, vel in Archidiaconatu, ordinem Diaconatus requirentibus, ut in *tit. de off. Archid. & off. Archipresb.* ſufficit, præſentandum per patronos ad beneficia, & Dignitates, eſſe legitimæ ætatis poſſit infra annum promoveri ſine aliqua diſpenſatione, ut in *cap. præterea, de ætat. & qual.* ibi enim babetur; quod licèt ad regimen parochialis Eccleſiæ non debeat aliquis, niſi Subdiaconus admitti, diſpenſativè tamen in minoribus ordinibus conſtituti conſueverunt aſſumi; dummodo tales ſint, qui infra breve tempus poſſint in presbyteros ordinari, ubi gloſ. *in verbo, breve tempus*, ait, quod hoc breve tempus eſt annus, *& in capit. licèt canon. de elect. in 6.* dicitur, *& infra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoveri, & in cap. 1. de inſtit.* habetur, quod ſi is, ad quem Rectoris præſentatio in aliqua parochiali Eccleſia, noſcitur pertinere, quempiam in ſacris non conſtitutum, præſentet ad eam ipſum, dummodo aliàs ſit idoneus, & infra tempus à jure ſtatutum, ad ordines, quos ipſius Eccleſiæ cura requirit, valeat promoveri, decernit Papa admittendum, & ibi gloſ. in figuratione caſus dicit, quod propter defectum ſacri ordinis, non eſt quis à beneficio repellendus; dummodò aliàs fuerit idoneus, & poſſit ad 88
ſacros ordines infra annum promoveri, & ibi not. quod idoneitas in præſentato ad Eccleſiam, requiritur tempore præſentationis, quoad alias qualitates, quam ſacrorum ordinum, Garc. *de benef. p. 7. cap. 1. num. 42.* dicens, quod in Epiſcopatu Abulenſ. adeſt quædam Conſtitutio ſynodalis antiquæ Synodus, in qua cavetur, quod omnes Abbates benedicti, Decani, Archipresbyteri, Vicarii perpetui, & Clerici curati, intra annum ordinentur in presbyteros, & Archidiaconi in Diaconos modo, & forma ſtatutis in ſanctis juribus, alioquin, dicto termino elapſo, ſi non receperint dictos ordines annexos de jure, ſuis Dignitatibus, & beneficiis, etiam curatis, & Archipresbyteratibus, & Vicariis, ipſo facto ſint eis privati; ſubdens ibidem *n. 43.* quoad Archipresbyteratus, id non habere locum in Archipresbyteratibus ruralibus; ſuppoſito, quod ſint beneficia ſimplicia, nec perſonalem reſidentiam requirant.

Quarè, patet ex ſupradictis, quod in beneficiis curatis da-
tur proviſo annus ad ſuſcipiendum ſacrum presbyteratus 89
ordinem, quando videlicet primæ illorum inſtitutionis verba non reſpiciunt actum ipſum collationis, ſeù præſentationis; prout requiritur in hac erectione ex verbis in ſupplicatione adjectus videlicet, quod ſint actu presbyteri ſufficit enim tunc, quod Orator ſit habitu ſacerdos, licet non actu. At verò ſecùs dicẽdũ eſt, ubi ipſe presbyteratus ordo requireretur in ipſo collationis, ſeù præſentationis actu; veluti cũ etiam alio modo dicatur, quod præſentetur ſacerdos, vel Capellanus, qui miſſas celebret, vel alia adſint verba, quæ de

neceſſitate reſpiciunt ipſum præſentationis actum; aut
etiam ſi in eadem fundatione id per æquipollens exprimeretur,
videlicèt, quod non poſſint miſſæ celebrari, nec
divina officia exerceri per ſubſtitutum, aut quid ſimile;
tunc enim demitur hæſitandi locus, ratioque aliter interpretandi,
quam ſi in eadem fundatione expreſſum, ut rectè
docet Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 5. num.* 101. cum poſſit fundator,
quaſcunque conditiones in ſua fundatione adjicere
etiam, quod uſque ad certum tempus non ſacerdos poſſit
obtinere Capellaniam, illoque elapſo, Capellanus debeat
eſſe ſacerdos, id Gonz. *num.* 103. nam lex fundationis ea
eſt in ipſius limine, quam fundator voluit, ne tranſiret fines
ſuos; unde majorem vim habet primæva præbendæ
90 inſtitutio, vel Capellaniæ appoſita per ipſum fundatorem,
quàm conſuetudo, vel privilegium, faciens præbendam,
vel Capellaniam ſacerdotalem, ut ait id. Lambert. *p. 5. lib.
2. art. 29. ante n. 3. 9. 7. princ. fol.* 597.

Aliàs enim videtur ſufficere, quod adſit ſervitium Ec-
91 cleſiæ cui virtualiter, & per æquipollens ſatisfactum dicitur
per ſubſtitutum, tanquam non conſideretur aliqua
induſtria perſonæ pro munere, beneficio injuncto, adimplendo;
cùm in hoc Eccleſia non lædatur, Grat. *diſcept. forenſ.
cap. 800. num. 5. verſ. præſertim. tom. 4.* ubi *num.* 7. per
illationem quamdam ad caſum ibi propoſitum ait, quod ex
92 decreto Sacræ Congregationis permittitur, ut in Cathedrali
Eccleſia Segnina illius Canonici ſeſe invicem quandoque
ſubſtituant, tam in functionibus Chori, quàm Eccleſiæ;
dummodò non ſubſtituantur illi, qui obſtricti eſſent
eodem tempore in præſtatione ejuſdem ſervitii, prout
93 etiam ſervatur in hac majori Eccleſia Neapolitana; quod
quidem fieri poſſe, nullibi ambigitur; quandoquidem ab
immemorabili tempore adeſt hujuſmodi conſuetudo
alium ſubrogandi; quæ ſervanda videtur, tanquam ob tan-
94 ti temporis ſpatium, vim habeat privilegii à Principe conceſſi,
ac tituli melioris de mundo, ac veritatis, & pacti, quam
habet Imperator, quando cum cauſa procedit, id. Gratia. *d.
cap.* 80, *num.* 2.

Eſt tamen hic circa ſuperius dicta notandum, quod ſupradictus
Gonz. *loc. cit. num.* 106. dicit, quod licèt teſtator
95 diſpoſuerit, ut præſentandus ſit actu presbyter, ac proinde
oporteat; quod illius voluntas ſervetur, cum non ſufficiat,
quod poſſit infra annum, aut ſtatim promoveri, nihilominus
ſubdit, quod id non procedit, quando proviſio
eſt facta à Papa propter ordinariam clauſulam *Non obſtantibus*,
in proviſione Apoſtolica, apponi conſuetam, & hoc
ex Caputaq. *dec.* 127. *num.* 2. & 3. *part.* 1. quam id. Gonz.
ad hoc allegat.

Sed re vera, dicta deciſio non loquitur de conditione in
limine fundationis beneficii adjecta, ſed de particulari Ec-
96 cleſiæ ſtatuto, cui ſufficit derogari per dictam clauſulam,
Non obſtantibus, ut in *d. deciſ. num.* 2. ubi habetur; quod
ſi ſtatuto alicujus Eccleſiæ cavetur, quod quis non poſſit
ad dignitatem promoveri, niſi ſit actu ſacerdos, tamen
propter prædictam clauſulam *Non obſtantibus*, ſufficit,
quod ſit ætatis legitimæ, licèt non ſit presbyter; aliàs enim
ſi hoc intelligeretur de fundatione laicali, repugnaret non
modo jus commune, verùm etiam notoria praxis Romanæ
Curiæ, illiuſque Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ,
quæ non admittunt, clauſulam prædictam derogare prædictæ
fundationi; cum requirant illius expreſſam, ac ſpe-
97 cificam derogationem; nec per gratiam, etiam Motu
98 proprio conceſſam, cenſetur eidem fundationi derogatum
neque juri, laico quæſito ex fundatione, vel dotatione,
præjudicare, ut per Staphil. *de liter. grat. tit. de vi, & effect.
clauſul. §. poſt prædictas clauſulas*, *num.* 2. ubi quod
præfatæ clauſulę non tollunt, neque derogant ordinationi
fundatoris in teſtamento; quia, ſicut Papa non vult præjudicare
in præſentatione patronis, ita nec in tollendo or-
99 dinationem, vel ultimam eorundem voluntatem, *arg. c.
cum dilectus, cum ibi not. de jurepatr.* ne propterea laici retrahantur
à fundatione, & donatione beneficiorum; Nec
refert quod idem Gonz. *in addit.* in ſecunda impreſſione *d.
gloſ. 5. ſub d. n.* 106. dicat, præmiſſam clauſulam, *Non obſtantibus*,
ita demum intelligendam eſſe; niſi laicus expreſsè
dicat in fundatione, quod non ſufficiat, eſſe in tali
ætate, niſi de tempore collationis ſit actualiter ſacerdos,
quaſi velit dicere, quod ſi fundator ita non expreſſerit,
valida eſſet ſupradicta clauſula ad ſic derogandum; Nam
nihilominus obſervantia, & praxis Romanæ Curiæ præ-
100 dictæ ita ſe habet, ut in utroque caſu requiratur ſpecifica,
& expreſſa derogatio; cum prædicta clauſula tunc operetur
effectum derogationis, quando videlicèt beneficium,
ſeù Capellania ſit ex fundatione clericorum, vel ſtatuto,
aut conſuetudine; nam tribus modis poteſt eſſe beneficium, 101
ſeù Capellania ſacerdotalis. Primò, ſi ex fundatione,
ſtatuto, vel conſuetudine caveatur, quod non poſſit conferri,
niſi ſacerdoti. Secundò, quod promotus ad illam,
ſeù ad illud, teneatur eſſe ſacerdos, alias privabitur. Tertio,
quod teneatur fieri ſacerdos, alias privabitur fructibus,
ubi ex docte. Abb. *in cap. cum in cunctis*, *num.* 10. &
12. *in §. inferiora*, *de elect.* quod fundatione, ſtatuto, vel
conſuetudine poteſt induci, quod beneficium ſit conferendum
actualiter ſacerdoti. Verùm hic docet Franc. *in cap.
cum de beneficio*, *num. 9. in fin. de præb. in* 6. quod præter
caſus hujuſmodi fundationis, ſtatuti, aut conſuetudinis,
ſi beneficium aliàs ſimplex, & non ſacerdotale, ſit colla- 102
tum uni, vel pluribus ſacerdotibus, & per eos ſucceſſivè
ſic rectum per 40. annos, tamen, hoc non obſtante poterit
poſteà conferri non ſacerdoti propter rationem ibi per
eum allatam.

Supradicta tamen Clauſula, *Motu proprio*, aut *Non obſtantibus*,
negari non poteſt, quin habeat in ventre derogationem
fundationis juriſpatronatus Clericorum, quibus 103
Papa vult, & poteſt facilius præjudicare; licèt aliud ſit in
fundatione juriſpatronatus laicorum, cui non cenſetur derogatum,
niſi expreſsè id dicat, *Clem. quia contingit, de religioſ.
domib.* Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 14. cap. 3. num.* 16.
& 127.

Cæterùm, vidimus paſſim in Romana Curia concedi
fundationis, aliorumque præmiſſorum derogationes,
quando non ſumus in caſu, qui ſufficiat Oratorem, ad
ſacrorum canonum præſcriptum, poſſe infra annum promoveri;
quia ſi aliud ex fundatione, aut ſtatuto, vel conſuetudine
habetur, tunc periclebere ſcimus hanc derogationem,
ſi exempli gratia, requiritur, quod præſentatus
tempore præſentationis, ſit actu ſacerdos, non autem
habitu, nec aliàs præſentatio de eo facta tenebit, cum
tunc qualitas adjuncta verbo, debeat regulari ſecundum
tempus verbi, *leg. in delictis, §. extraneus, ff. de noxal.*
Mohed. *deciſ. 23. numer. 1. de præb.* Caſſad. *deciſ. 15. numer.
1. eod. titul.* & ſic qualificata diſpoſitio non venit ſub 105
ſimplici, *cap. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. & qualitas adjecta 106
rei immutat ejus naturam, *cap. debitores, cap. cum
contingat, de jurejur. leg. quamvis, Cod. de pact.* Afflict.
deciſ. 112. *num.* 5. & *deciſ.* 248. *numer.* 2. Alexand. *conſil.*
26. *numer.* 2. *lib.* 1. idem Mariſcott. *variar. reſolut. lib. 2.
cap. 35. numer.* 101. & 102. Gonz. *ad regul. 9. gloſ. 9. numer.*
7. & 8. Grat. *diſcept. foren. cap* 800. *numer.* 11. *circa med.*
ubi quod quando teſtator uſus eſt illis verbis, *che ſia deputato
a ſacerdote*, tunc iſta qualitas ſacerdotii, juncta verbo,
deputato, facit, ut de neceſſitate, illius verificatio
conveniat de tempore verbi, ut dictum eſt, videlicet,
quod ſit actu ſacerdos, & non habitu tantum *cap. nemo*,
ibi gl. *in verbo ſacerdotio*, *de elect. in* 6. Barbat. *conſil.* 43.
num. 10. lib. 1. Bart. *in l. Titius*, *de teſt. milit.* Surd. *conſil.*
23. *num* 10. *l.* 1. & *conſil.* 216. *num.* 2. *lib.* 2. Rolan. *conſ.* 100.
num. 27. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 53. *l.* 7. id Bart. *in leg. ex facto in
princip. ff. de vulg. & pupill.* Bald. *in l. præcipimus, §. ſacrè,
Cod. de appell. & in l. prædia col. ultim. verſic. extra quaro,
Cod. de fideicommiſſ.* Paril. *de reſig. benefic. lib. 1. quæſt.* 11.
num. 10.

Et optimè diſtinguit idem Gratian. *dict. cap. 800. ſub eodem
numer. 11. verſic. quæ ſunt notanda*, ubi quando verſamur
in diſpoſitione legis univerſalis, vel particularis,
& ordo Sacerdotii ſimpliciter deſideraretur, nec reſpiceret
actum præſentationis, tunc tale ſacerdotium cenſeretur
requiſitum per modum aptitudinis, non autem contem- 107
poraneè, & actu cum ipſa electione, vel proviſione;
ſecus verò, quando ſumus in diſpoſitione hominis, & ordo
reſpicit actû præſentationis; quia tunc non valeret præſentatio,
niſi verè ſacerdos præſentaretur, ut etiam diſtinguit
id. Abb. *in d. c. cum in cunctis*, *§. inferiora*, *num. 10. &
11. de elect.*

immò (quod ſatis confert ad ea, de quibus non ſemel
audivimus diſputari inter DD. Abbreviatores Majoris
Præſidentiæ in Cancellaria Apoſtolica, ratione expeditionum
litterarum Apoſtolicarum, cum derogatione fundationis
circa qualitatem proviſi) memoriæ omninò tenendum
eſt per Romanæ Curię Tyrones, quod fuit in Rota
dictum in una *Placent. Canonicatus*, *Iunii* 1613. *coram*

Piro-

Pirovano, quæ eſt *deciſ. 496. part 3. diverſor. in recent.* in
108 qua *num. 6.* habetur, quod ad hunc effectum, nempè, quod qualitas adjuncta verbo debeat regulari ſecundum tempus verbi, ex juribus deſuper allegatis, ſufficit, ut verba reſpiciant actum præſentationis, ſivè nempè, quod
109 non concipiantur negativè, nempè, quod non valeat electio, vel præſentatio, niſi de conſtituto actualiter in ſacerdotio, id. Grat. *loc. cit. d. verſic. quæ notanda ſunt circa mod.* ubi ex *ead. dec. 496. num. 6.* ait, quod contrarium tenentes, loquuntur ubi verſamur in ſimplici annexione ordinis, quæ ſecundum juris diſpoſitionem, contentatur de habilitate, *capit. ſi pro clericis*, *& c. cap. cui præb. in 6.*
110 quo caſu diſtinguuntur actus, & habitus ex verbis prohibitionis, quæ dant modum, ut contemporaneè, ordo requiſitus debeat concurrere, & non poſteà: ſed non excluditur, quin illa ordinis annexio, alia ratione, poſſit diſtingui ab habitu, per reſpectum ad actum in ipſa juriſpatronatus fundatione, ut conſiderat Abb. *in dict. §. inferiora*, *numer. 11. verſicul. qualiter*, *de electione.*

Ad hæc, ſi daretur caſus, quo teſtator ad ſacrorum canonum præſcriptum fundaſſet Capellaniam, in illiuſque
111 limine fundationis, hanc adjiceret conditionem, ut nimirum, illam pro tempore obtinens, tot miſſas qualibet hebdomada celebret, licet non deſint, qui dicunt, de illa proviſum teneri per ſe ipſum hoc adjunctum onus ſubire; ea quidem mota ratione, quia qualitate ſacerdotii non exiſtente, minus rectè voluntati teſtator ſatisfieret; proindeque mordicus licèt perperam hanc opinionem defendunt.

Nihilominus verò, aliud in praxi ſervari videmus;
112 quandoquidem illi verba in fundatione adjecta, videlicet, quod celebret, vel dicat tot miſſas in hebdomada Capellanus, eundem minimè coarctat, quominus oneri prædicto per alium valeat ſatisfacere, pro quo facit notabilis, Lap. *allegat. 35. quæ incipit, Utrum ex diſpenſatione*, *numer. 2.* ubi quod ſatisfit teſtatori, ſi ibi per alium divina celebrentur, Gonz. *ad reg. Cancell. gloſ. 5 numer. 76.* ubi citat eamdem allegationem, Felin. *in cap. cum omnes*, *num. 3. de conſtit.* dicens, quod hoc procedit, etiam ſi in ordinatione teſtatoris, Eccleſia deberet conferri uni, qui ibi quotidiè celebret; quia valet conſuetudo, quod per alium
113 celebret, & refert id. Gonz. *loc. cit. ante num. 78.* ita judicaſſe Rotam, ex pluribus deciſionibus ibi per eum allegatis; hac ratione, quia nimirum, illa verba, *qui celebret*
114 *tot miſſas* non reſpiciunt actum ipſius celebrationis ab ipſomet Capellano faciendæ, nec obligationem ſacerdotii ſed potiùs ſunt appoſita ad denotandum obligationem, & onus, quod ipſe fundator Capellæ imponebat; quandoquidem, etiam ſecundum jus commune, diſpoſitio mandans, quod aliquis miſſam celebret, intelligitur, ut poſſit il-
115 lam per alium celebrare Lap. *d. alleg. 35. nu. 2.* Hojed. *de incomp. benef. p. 2. c. 1. n. 2.* cum aliis relatis per Gratian. *d. c. 800. num. 4.*

Licèt aliud dicendum ſit, quando teſtator voluit, quod
116 deputetur ſacerdos, qui celebret: tunc etenim iſta qualitas ſacerdotii, tanquam juncta verbo *deputetur* id operatur, ut de neceſſitate illius verificatio convenit de tempore verbi, nempè quod tunc ſit actu ſacerdos, non autem habitualiter: prout tenuit Rota *in una Valent. Iuriſpatron. die 20. Martii 1589. coram Orano*; *& in una Tarviſin. Iuriſpatronat. 26. Iunii 1607.* cum aliis relatis per Gratian. *d. cap. 800. num. 11.* Quarè, ſufficit, quod onus non ſit expreſsè impoſitum Capellano, quod per alium expleri non poſſit, ut per eundem Gonzal. *loc. citat. numer. 78.* ubi plura in propoſito congerit uſque *ad num. 106.* & adeſt notabilis deciſio in una *Romana Capellania coram Cardinale Pamphil. Seniore 23. Ianuarii 1589.* quam ſæpè audivi in Romana Curia in propoſito allegari, cujus tenorem proptereà, ad verbum hic inſerere placuit, qui talis eſt, videlicet.

Domini, attenta reſolutione Illuſtriſſimorum Dominorum S. Concilii Interpretum in cauſa Piſtorien. quod præſentandus neceſſariò non debeat eſſe presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare divina officia: quia juxtà allegat. *Lap. 35.* niſi expreſsè caveatur, quod per ſe ipſum hoc agat, ſatis cenſetur proviſum voluntati teſtatoris, ſi per alium divina celebrare faciat, *ad reg. qui per alium facit &c.* & tradit Card. *in cap. de multa*, *in fin. verſic. 5. quæro*, *de præb.* Receſſerunt à reſolutis in hac cauſa, & dixerunt, Capellaniam non eſſe ſacerdotalem: quia ex verbis fundationis non adſtringitur Capellanus ad ſerviendum Capellæ in divinis, & miſſas celebrandas per ſe ipſum: & cum ſimus in beneficio ſimplici, in quo ex generali quadam totius Orbis conſuetudine non requiritur reſidentia, ut poſt Card. tradit Imol. *in cap. fin. numer. 9. de elect. non reſid.* ſufficit, quod deſerviat per ſubſtitutum, ad not. *in cap. ſuper eo*, *de præb. in 6.* Lap. *d. alleg. 37. & alleg. 117. ſub numer. 2.* Card. *in d. cap. de multa in fin.* Dec. *in c. cum omnes in 2. lect. num. 55. de conſt.* cum aliis allegatis.

Neque obſtat, quod in hoc caſu verba fundationis videantur directa in ipſum Capellanum: cum dicant, quod beneficium pro tempore obtinens, certas miſſas qualibet hebdomada in eadem Capella celebrare deberet: quia illa non reſpiciunt factum ipſum celebrationis miſſarum ab ipſomet Capellano: ſed potius ſunt poſita ad notandum obligationem, & onus, quod ipſa teſtatrix Capellæ imponebat: Et ſufficit, quod onus expreſsè non ſit ita impoſitum Capellano, quod per alium expleri non poſſit: quia aliàs, cum à jure perſonalis reſidentia non exigatur, poterit per alium inſervire, ex præallegatis. Ultra quod etiam in caſu reſolutionis Congregat. verba erant directa ad Capellanum, prout etiam in caſu allegat. Lapi, ubi teſtator mandavit dimidiam bonorum ſuorum, presbytero eligendo dari, pro celebrandis miſſis.

Quod dicitur in caſu *deciſ. Piſtorien.* non fuiſſe factam mentionem celebrationis miſſarum, ſed tantum Divinorum, tollitur ex ratione deſerviendi per alium, quæ militat utroque caſu.

Et eò magis venerunt Domini in hanc ſententiam, quia concurrit mens fundatoris, quæ colligitur ex præſentatione ab ipſomet facta de Hieronymo de Sarragonibus, qui huic Capellæ deſervivit per ſubſtitutum, Paris. *conſil. 50. numer. 19. lib. 4.* & poſteà fuit ferè ſemper poſſeſſa à ſimplicibus clericis, qui miſſas per alios fecerunt celebrari, *vul. ſi de interpretatione*, *ff. de legibus* Rym. *conſil. 110. cum ſimilibus*, quam quidem deciſionem habes etiam penes Marium Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 4. ſub numer. fin.* Idemque tenuit Rota *prædicta dec. 216. numer. 2. part. 3. recent.*

At verò ſecùs dicendum eſt, ſi ita per teſtatorem diſpoſitum fuerit, ut videlicet Capellanus ad tale beneficium præſentandus debeat eſſe actu ſacerdos, ſicut ſupra diximus, aut quod per ſe ipſum miſſas celebrare teneatur, tunc enim à tali diſpoſitione recedi nequaquam poteſt; neque ſufficit tunc, eundem Capellanum in tali eſſe ætate conſtitutum, ut ſivè infra annum, ſivè ſtatim poſſit promoveri, ne recedatur à verbis fundationis, quæ eſt omninò ſervanda, Rota *deciſ. 207. numer 2. part. 3. diverſ. in recent.* 117
ubi adjicitur particula teſtamenti fundatoris per hæc verba, videlicet, *Item, volo poni debere unum ſacerdotem bonæ conditionis, & famæ &c. qui omni die celebrare debeat miſſam in Eccleſia S. Viti &c. pro anima mea, qui ſacerdos de tempore in tempus, prout fuerit neceſſe, pro dicta miſſa celebranda eligatur*, quia illa verba, *eligatur, ſacerdos pro miſſa celebranda*, reſpiciunt ipſam præſentationem; ac proinde, non ſufficit, quod ſit habitu ſacerdos, ſed debet eſſe actu, juxtà *vulg. reg.* ſupradictam, quod videlicet, qualitas adjuncta verbo, intelligatur ſecundum tempus verbi ut dictum eſt, Dec. *conſil. 127. ſub num 5.* & declaravit Rot. *in una Roman. Capellaniæ 9. Martii coram Cardinale Pamphilio*, *nu. 3. & in una Recanaten. Beneficii*, *Veneris 14. Martii 1608.* quæ eſt *dicta deciſ. 216. num. 2. part. 3. recent.* in qua, cum in fundatione beneficii fuiſſet reſervatum juſpatronatus, & eligendi presbyterum, fuit in ea dubitatum, An requireretur, quod præſentatus ad hoc beneficium, eſſe debeat actu ſacerdos, & fuit reſolutum, neceſſe eſſe ad validitatem præſentationis, & inſtitutionis quod præſentatus, de tempore præſentationis eſſet actu ſacerdos; aliàs præſentatio eſſet nulla; & conſequenter inſtitutio; ubi etiam dicitur, quod in iſtis terminis ita fuit ſæpiſſimè in Rota deciſum, ut in cauſa *Parmen. Prioratus 8. Iunii 1578. coram Cardinale Blanchetto*, *& in una Firman. Beneficiorum 16. Novembris 1583. coram Orano*, *& 29. Aprilis coram eod. Blanchetto*, *& 27. Martii 1596. coram Litta*, & noviſſimè in una *Pampilonen. Capellania 30. Ianuarii 1623. coram Buratto*; in qua per æquipollens, diſpoſitum fuit per fundatricem, quod Capellanus teneretur dicere miſſam quotidianam, quodque

deberet eligi perſona idonea ad cantandum,& celebrandũ;
ac proindè quidem Joannes, qui tempore præſentationis,
erat ſolum prima tonſura initiatus, ſcholaris, & actu non
idoneus, non potuit pręſentari; quodque hujuſmodi qua-
119 litas ſacerdotii, in limine fundationis requiſitæ, non po-
teſt tolli per Epiſcopum, etiam de conſenſu patroni, inſti-
tuendo, illam non habentem juxtà diſpoſitionem Sacri
Concilii Tridentini *ſeſſ.25. cap.5. de refor.* quoque Rota,
pro certo, & indubitato habuit, quod qualitas ſacerdotii,
eſſet neceſſaria de tempore præſentationis, conſiderata
illis verbis fundationis, ut videlicet, *eligatur perſona ido-
nea, & ſufficiens ad cantandum, & celebrandum in dicta
Capella, & quod patroni, ab eo dici efficiant unaquaque die
dictam miſſam;* ac proinde, cum fundatrix requirat electio-
nem perſonæ idoneæ, & ſufficientis ad celebrandum, uti-
que requirit ſacerdotium in ipſo actu electionis; contraria
etenim, benè procederent, nempè, quod præſentatus ſuffi-
ciat eſſe in ętate legitima ad ſe promoveri faciendum, quan-
do ſumus in jurepatronatus eccleſiaſtico, vel id requiritur
vigore ſtatuti conſuetudinis, & privilegii, ut debeat fieri
collatio, vel pręſentatio habenti ſacrum ordinem; quia
tunc ſufficit, quod ille, cui fit dicta collatio, vel qui præſen-
tatur, habeat ætatem legitimam ad illum ordinem ſuſci-
piendum. Secùs verò in jurepatronatus laicali, & quan-
do verſamur in diſpoſitione laici, apponentis legem in-
re ſua tempore fundationis, ut dictum eſt, quam quidem
poteſt apponere; nam hoc caſu, quando ille diſponit, quod
pręſentetur presbyter, non ſufficit, quod præſentatus habeat
ętatem idoneam ad presbyteratum, ſed requiritur, quod
ſit actu presbyter, prout *in d. dec.216. num.5* & aliàs dixi-
mus ſupra; quod quidem minimè dicendum eſt, quando
fuiſſet appoſitum ſimplex onus miſſarum; quia illud tunc
per ſubſtitutum poteſt obiri, ut optimè *in d. dec.* declara-
tur.

Et cum aliàs quidam teſtator in ſuo teſtamento man-
daſſet, quod erigeretur beneficium juriſpatronatus, ita
tamen, ut in eo deputetur ſacerdos, qui teneretur quoti-
diè celebrare, aut celebrari facere miſſam unam in tali Al-
120 tari, in dubium nihilominus revocabatur, an deberet tale
juſpatronatus eſſe ſacerdotale actu, vel habitum tantum; ac
propterea, ſtantibus verbis fundationis, quæ in hac mate-
ria debent attendi, *cap. recepimus, de privil. l. ad proba-
tionem, C. de probat.* dum dicebatur, quod deputaretur
ſacerdos, & ita qualitas ſacerdotii jungeretur verbo, *de-
putatur*, neceſſariò convenit illius verificatio de tempore
verbi, quod actu verè, & non habitu tantum, ſit ſacer-
dos, prout alias tenuit Rota *in una Valentina Juriſpatrona-
tus 20. Martii 1589. coram Orano, & in una Alexan-
drina Decanatus 12. Junii 1598. coram eodem, & in una
Tarviſina Juriſpatronatus 26. Junii 1607. coram Lugdunen.*
nec non in una *Recanaten. Beneficii 14. Martii 1608. coram
Lancellotto* Præſertim verò, quia dicebatur, quod talis ſa-
cerdos teneretur quotidie celebrare miſſam; quia exerci-
tium celebrandi convenit tantùm ſacerdoti actu, non ha-
bitu tantùm, ut inter cætera dixit Rota in ſupradicta *Par-
men. Juriſpatronatus coram Card. Blanchetto.* eo magis,
cum ſimus, non in diſpoſitione juris, ſed hominis, quo
caſu non valet præſentatio, niſi præſentatus eſſet verè ſa-
cerdos, ut in *d. Valentina Juriſpatronatus*, quicquid alias
dicendum eſſet in diſpoſitione legis univerſalis, vel parti-
cularis; cum tunc ordo ſacerdotii non reſpiceret actum
pręſentationis.

Et quamvis, ex adverſo opponeretur, non ſufficere ad
hunc effectum, quod verba reſpiciant actum præſentatio-
nis, ſivè electionis niſi etiam concipiantur negativè, ſcili-
cet, quod non valeat electio, ſeù pręſentatio, niſi de
actualiter conſtituto in ſacerdotio, tamen fuit dictum,
quod ordò ſacerdotii requiſitus, contemporaneè debet con-
currere, juribus ibi allegatis, & non poſtea; nec fundamen-
tum Advocatorum, tunc deſuper ſcribentium pro Capella-
nia non ſacerdotali, fuit habitum in conſideratione, ad
excludendum neceſſitatem ſacerdotii tempore pręſentatio-
nis, quia hoc non obſtante, fuit reſolutum, ſacerdotium prę-
ſentationis tempore, omninò requiri; & ſic nihil operari ſu-
pradictam alternativam, *aut celebrari facere*, quę tunc
operaretur, quando videlicet ſacerdos eſſet impeditus ce-
lebrare; prout Domini intellexerunt, & ne relaxetur obli-
gatio quotidie celebrandi, tanquam inhoneſta, & illicita;
quam ita conſiderat Lambertin. *de jurepat. p. 1. lib. 1. qu. 9.
princ. num.27. fol. 185.*

Prout neque fuit habita ratio, quod antea fuerat ſemper
præſentatus Clericus ad dictum beneficium, etiam non
actu Sacerdos; quia nihilominus, ut ibi dicitur, verba
fundationis viſa fuerunt ſatis clara, maximè cum non ſit in
poteſtate Ordinarii, derogare qualitatibus fundationi ap-
poſitis, etiam ſi patroni interveniat conſenſus, ut in *dict.
Alexandrina Decanatus coram Orano.* Hanc deciſionem
habes penes, Farinac. *p. 2. diverſ. recent.* quæ eſt *Placen-
tina Canonicatus deciſio 496.* Quæ fuit facta meo tempore
& vidi allegationes ex utraque parte factas.

Sed redeundo nunc ad præciſa verba illa ſupplicationis
hujus erectionis, ſcilicet, *actu presbyteri*, præter caſum pę-
ſentis erectionis, in qua omnino requiritur presbytera-
tus, poſſet aliquando ex infra dicendis dubitari, an ſub no-
mine presbyteri, veniat Clericus minorum ordinum: prout
non ſemel vidimus; ſed hîc parum refert, quod nomen 121
presbyteri juxt. communem uſum loquendi ſit ęquivocum,
poſſitque in ſimplici Clerico etiam verificari, quoniam
id tantummodò locum ſibi poſſet vendicare in locis, in qui-
bus conſueverunt Clerici etiam minorum ordinum, preſ-
byteri appellari; attento quod tunc interpretatio verborum 122
potius facienda eſt ſecundum vulgarem, & communem 123
uſum loquendi, quàm ſecundum proprietatem latini ſer-
monis: quare, ſi diſpoſitio facta fuerit in loco, ubi con-
ſueverunt, quilibet Clerici etiam minorum ordinum nun-
cupari presbyteri, attendendus eſt prædictus uſus commu-
nis loquendi, per ea, quæ congerit, Felin. *in proœm. decret.
à num.5. ad fin.* undè Lotter. *de re benef. lib.2. q.47. num.55.
& ſeq.* vox iſta, *presbyteri*, non debet ſumi adeò tenaciter,
ſecundum proprietatem latini ſermonis, quin etiam ad-
mittat interpretationem, ſecundum ſenſum vulgarem ex
aliqua circumſtantia, quæ cum hoc magis concurrat, ve-
luti, ſi diſpoſitio non ſit concepta latino ſermone, ſed vul-
gari, præcipuè ſi ageretur de fundatione facta per homi-
nem idiotam, ſivè vulgarem; cum verba intelligantur ſe- 124
cundum qualitatem proferentis, *l. plenum, ff. de uſu, & hab.
bit.* cum aliis cumulatis per Surd. *conſ. 140. n.25. & 81.* & fuit
dictum in una Piſcien. Beneficii penes Rub. *dec.14. num.1.
cum ſeqq. tom.2.* quod ex nomine presbyteri, non infer- 125
tur per neceſſe ad qualitatem ſacerdotii, cum poſſit, & Cle-
ricis convenire, *c. veſtra, de cohabit. Cler. & mul.* Carol. de
Graſſ. *de effect. Clericat. in præludio, n.293. & 390.* Mant.
dec.129. n.2. & ſubditur in eadem *deciſ.* Piſcien. *n.3.* quod
tanto magis erit ita intelligendum, quando ad id concur-
rit etiam communis uſus loquendi, ſcilicet nominandi ſim-
plices Clericos, presbyteros, ac obſervantia pręſentàdi Cle- 126
ricus, etiam minorum ordinum: quæ quidem obſervantia 127
non eget præſcriptione, ſed ſufficit, aliquando ita fuiſſe ob-
ſervatum per duos, vel tres actus, Dec. *in cap. at ſi Clerici
num.25. & 27. de jud.* quod uſque adeò intelligendum eſt,
etiam ſi prædictum verbum, *presbyter*, fuerit prolatum à te-
ſtatore, vel fundatore, latino ſermone: quia licèt tunc acci-
piendum ſit pro Sacerdote, nihilominus, ſtante prædicta ob-
ſervantia, etiam Clerico minorum ordinum poteſt conve-
nire, ut in *d. dec.* Piſcien. *n.7.*

Nec ignotus eſt communis uſus hujus Civitatis Neapoli-
tanę, per quem ſciunt omnes, illius Clericos appellari preſ- 129
byteros, imò ſtatim atquè quis talaribus induitur veſti-
bus, etſi prima Clericali tonſura careat, adhuc etiam Ab-
tem, ac quandoque *Monſignore* ſe patitur vocitari; quod
quidem etiam per totum hoc ferè Regnum evenire non
ignoramus, pręſertim verò, ut ait Joan. Andr. quem ſe-
quitur Abb. *in cap. ex tranſmiſſa num.5. de renunciat.* in
Apulia, ubi omnes presbyteri ſæculares vocantur Abba- 130
tes; quamvis Abbates dicantur ab Abbatia, quę de jure 131
communi æquiparatur Epiſcopatui, & *in cap. decernimus,
de judic.* Abbates nominentur inter Epiſcopos; & Ar- 132
chiepiſcopos, Hojed. *de incompatib. duar. Abbat. cap.5.
num.5.*

Undè, ex his, faciliimo negotio contingere poſſe, cer-
tum eſt, quod ubi nequè apparet, an presbyter, an verò ſim- 133
plex Clericus, ſeù Capellanus fuerit vocatus ex beneficii
primæva inſtitutione, proindeque in dubium revocetur,
numquid præſentandus, ſit ad pręſcriptum ipſius inſtitutio-
nis, aut fundationis qualificatus, tunc quidem inconveniens
minimè arbitrabitur, ſi ad conjecturas fuerit recurrendum,
quando alternata eſt hęc vox cum termino generaliori, ut-
pote Capellanus, ut optimè deducit Lotter. *d. quæſt.47.
num.6.* præſertim, ſi beneficatum ſit ſimplex; quandoqui-
dem ex obſervantia ſubſequuta, alias cenſuit Rota in una
Pam-

Pampilonen. beneficii coram Mant. *dec.129. n.1.* beneficium non eſſe Sacerdotale, ut ad id præſentari debeant præsbyteri; cum dicta obſervantia ſit optima cujuſvis diſ-
135 poſitionis interpres, *cap. cum dilectus, de conſuetud. l. ſi de interpretatione, & l. minime, ff. de leg.* Roman. *conſ.271. num.4.* Cravett. *conſ.102. num.3. & dixi in mea praxi diſpenſat.* Apoſt. *lib.7. cap.7. num.70.* & quando dubitatur,
136 an beneficium requirat ordinem majorem, vel minorem, recurrendum eſt ad conſuetudinem, Mant. *d. dec.129. n.3.* qui *verſ. & hac conſuetude*, ait, quod quando iſta con-
137 ſuetudo eſt interpretativa, non requirit longi temporis præſcriptionem, ex juribus ibi allegatis.

Quod tamen omninò ceſſat, ſi in fundatione aliud cavetur, quia nihil refert, ſi conſtitiſſet poſtmodum, aliquando fuiſſe præſentatos ſimplices Clericos ad tale beneficium, actu presbyteris conferendum; nam præſentationes factæ poſt ipſam fundationem, non poſſunt deſervire pro obſervantia interpretativa, cum ceſſet omnis interpretatio, quando de tali contraria fundatione conſtet, & de qualitate presbyteratus in ea adiecta, ad tex. *in l. ille, aut ille, ff. de l.3. l. ſi continuus, §. cum ita, junct. gl. in verbo, nullus, ff. de verb. oblig.* quia, ut dicitur in d. Recanaten. Beneficii, dato, quòd aliàs fuiſſent præſentati Clerici ad tale beneficium, id contingere potuiſſet, prævia diſpenſatione Apoſtolica.

Undè ex his elicitur, ſecùs dicendum eſſe, quando re-
138 gulariter exprimitur nomen presbyteri, vel aliquid æquipollens ut ſupra dictum eſt; quia potius ad Sacerdotem, quàm ad alium ſpectat: cum prædicta qualitas presbyteri juncta verbo, eligendi, debeat intervire de tempore electionis, ſivè præſentationis, quo verbum illud, ad effectum deducitur, text. *in l. Titius*, & ibi Bart. *ff. de milit. teſtam. l. 3. ff. de aur. & arg. leg. c. nemo poteſt*, & ibi gloſ. *in verbo ſacerdotio, de elect. in 6.* Decius *conſ.127. num.5.* Pariſ. *d. conſ.50. num.12. & 13.* & dicitur in prædicta *dec.* Recanaten. Lotter. *d. q.47. num.10.*

Inſuper ait Zerol. *in prax. Epiſ. p.1. verbo, beneficium, §.7. 5. concl.* relatus à Garc. *de benefic. p.7. cap. 1. num.59.* quod quando fundator, vel Statutum diceret, quod pro-
139 viſus de Capellania, ſit Capellanus, vel Sacerdos requiritur, ut tunc ſit actu Sacerdos, & dictio, *vel* eſſet declarativa, & proinde fuit ſententiatum, quod Capellania ſit ſacerdotalis, non tamen actu, ſed aptitudine, ex Perez de Lara *lib.2. cap.5. à num.11.* & Garc. *loc. cit. num.63.* ait quod ſi in fundatione Capellaniæ caveatur expreſsè, quod
140 præſentetur Sacerdos proximior de parentela, ſi inveniatur, aliàs præſentetur Clericus, ſi tempore præſentationis fuerit aliquis Sacerdos, ille debet præſentari, licèt ſit remotior, & erit præferendus, etiam ſi poſtea, ante inſtitutionem, alius proximior eſſet Sacerdos; quia attendi
141 debèt tempus præſentationis, ex *deciſ* Rota in una Tarraconen. coram Seraph. *relata ab eod.* Garc. *loc. cit.*

Licèt aliud dicendum ſit, quando fundator, ſeù teſtator
142 adhuc vivens, præſentaverit beneficiatum contra diſpoſita per eum in fundatione, ut in caſu Caval. *dec.365.* in qua quidam Antonius fundavit beneficium, dicens, *Inſtituo, & fundo perpetuum ſimplex, &c. cujus patronatus, durante vita mea, ad me pertineat, & poſt obitum meum, illud relinquo heredi Domus meæ in perpetuum, & non aliàs; qui patronus, vacante dicto Prœrata teneatur præſentare presbyterum dictæ Domus meæ, ſi adfuerit, & ſi non adfuerit, teneatur præſentare Clericum tonſuratum ejuſdem Domus meæ habilem, & qui habeat intentionem, ordinem præſbyteratus recipiendi; & non exiſtente tali Clerico, teneatur præſentare Clericum, vel presbyterum propinquiorem in gradu conſanguinitatis prædictæ Domus meæ; & non exiſtente tali presbytero, ſeu Clerico, teneatur præſentare perſonam, quæ ſibi videbitur, dummodo ſit habilis.*

Poſtmodum verò ipſemet fundator, non obſtantibus verbis ſupradictæ fundationis, quibus mandavit, præſentari illos, de ſuo genere, præſentavit adhuc vivens, extraneum; & quodam alio de ipſius fundatoris genere ſe opponente, idem præſentatus, fuit nihilominus ab Ordinario inſtitutus in eodem beneficio, licèt eſſet extraneus; quandoquidem ipſe fundator, quoad ſe, non ligavit ſibi manus, quin potuiſſet extraneum præſentare, nec qualitatem in ipſa fundatione requiſitam, haberet; quia hujuſmodi gravamen, non ſibi impoſuit, ſed tantum ſuis hæredibus, ut patet ex tenore prædictæ fundationis, cujus verba referenda ſunt ad dictos hæredes; quarè, cum inde oriantur duæ diſpoſitiones penitus diverſæ, & ſeparatæ, una videlicet, durante vita ſua, altera verò ſub certis conditionibus poſt mortem in hærede, & ſucceſſore, & unaquæque habeat orationem perfectam, non poſſunt conditiones appoſitæ, cenſeri repetitæ in prima, *ut in d. dec. 365. num.1.* Addit. ad Buratt. *dec.21. num.27.* ubi allegat ſupradictam deciſionem, necnon aliam in una Camerinen. *penſionis 10. Decembris 1625. coram Pirovano.*

Ut tamen ad rem redeam, undè videor me adhuc digreſſum pauliſper fuiſſe, addendum, hìc videtur pro no-
ſtra praxi, circa qualitates in fundatione, & alia in be- 143
neficio requiſita, quod in tantum id locum ſibi dignoſcitur vendicare, ut ipſa Sacerdotalis, ſivè alia qualitas, in beneficii fundatione adiecta, procedat nedum in caſu vacationis ipſius beneficii per obitum, ſed etiam quocunque alio modo, illud vacare contingit; etiam in caſu permutationis cum alio beneficio, ut per Moed. *deciſ.7. de conceſſ. præb.* in qua, quidem Hieronymus, alter ex compermutantibus, cum prætenderet, ſtatutum ibi expreſſum intelligendum eſſe de beneficio vacante per mortem, ſeu alium modum, non autem ex cauſa permutationis; ac propterea illud non debebat extendi ad permutationem; nihilominus fuit reſolutum, quod proviſio facta contra ſtatutum, eſt nulla, & quod procedit, etiam in beneficio vacante ex cauſa permutationis. Suppoſito enim, quod permutatio fiat authoritate Ordinarii, ſervata forma Sacrorum Canonum, tunc non potuit ille fundationis terminos amovere, quod ſi fiat, nihil agitur, Felin. *in c. cum acceſſiſſent colum. 7. de conſtit.* cum tantummodo Summo Pontifici liceat derogare fundationi, ut alias diximus.

Hac verò ſumpta occaſione, non incongruum prorſus
videtur, hìc ſubnectere, nunquid poſſit Epiſcopus, ſal- 144
tem cum conſenſu patroni ſucceſſoris, alterare qualitates, ſeù conditiones, in limine fundationis beneficii adjectas, diſpenſando contra dictas qualitates, ſeù conditiones, conferendo beneficium non habenti prædictas qualitates.

Iſta quæſtio eſt maximè conſiderationis circa hanc noſtram praxim, tanquàm frequentiſſima, cui videtur affirmativè reſpondendum; quandoquidem multis probatur authoritatibus, præſertim verò ex doctrina Felin. *in d. c. cum acceſſiſſent, num.7. de conſtit.* & ex pluribus rationibus, & diſtinctionibus, quas ponit Roch. *de jurepat.* in verbo, *pro eo; quæſt.15. num.31. & 32.* & ait idem Felin. *loc. cit. num.19. verſ. ſecundo reſtringitur*, ubi quod patrono conſentiente poteſt idem Epiſcopus concedere, ut dictæ qualitates alterentur, & (quod utilius eſt) idem dicendum, ſi hæres patroni conſentiret, & ſubdit ibidem, quod ita ipſe conſuluit, & obtinuit Ferrariæ, ut pro una vice tantum poſſet Epiſcopus, conſentiente hærede patroni, conferre beneficium non habenti qualitates in fundatione appoſitas; quodquè idem eſſet, ſi ex toto vellet Epiſcopus cum Capitulo ex cauſa illas conditiones auferre cum conſenſu patroni, vel hæredis, & excolat proinde hæredes, ſi veniunt contra factum defuncti; quia, cum id faciant authoritate Epiſcopi, non videtur eis imputandum, *arg. l. juſte poſſidet, ff. de acquir. poſſ.* Creſcent. *deciſ.7. de jurepatr.* in qua dicitur, poſſe Epiſcopum de conſenſu patroni inſtituere aliquem, non habentem requiſita per fundatorem, ſi id fiat pro una vice tantùm. Lambert. *de jurepatr. p.1. lib.2. art.2.7. q. princip. fol. mihi 598.* præſertim *num.4. circa med.* dum aſſerit, hanc eandem facultatem diſpenſandi ſuper fundationis qualitatibus pro una vice procedere, etiam ſi devoluta ſit poteſtas providendi ad Superiorem, qui cum patroni conſenſu conferret beneficium non qualificato juxtà formam fundationis, & ſic notat Cancellaria Apoſtolica, videlicet, *Nota, quod Epiſcopus cum conſenſu patroni poteſt alterare, & immutare fundationem, & inſtitutionem beneficii; ita, quod licèt ex fundatione ſit fortè Sacerdotale, ſeu Diaconale, vel aliâ qualitas ſit requiſita, tamen accedente dicto conſenſu patroni, Epiſcopus poterit contra fundationem diſponere, & ità illam alterare, & beneficium non presbytero, ſeu Diacono, aut aliàs qualificato conferre, & valebit collatio; & iſtud fuit dictum Hoſtienſe quem refert, & ſequitur Abbas in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut. col.4. & dicit, ſe iſtud obtinuiſſe, ut ſine patrono fundatio prædicta alterari non poſſet, nec contra eam conferre, ſed illo volente, ſic, quod eſt, perpetuæ menti tenendum & ſæpe occurrere poteſt, & jam vidi in*

Can-

*Cancellaria de hoc dubitari, prout in notabilibus prædicta
Cancellaria fol. mihi 141. à tergo.*
His tamen non obſtantibus, contraria ſententia verior eſt
145 & in praxi per totum Orbem recepta; prout longo experi-
mento, etiam in ipſa Romana Curia edocti ſumus, ni-
mirum, non poſſe Epiſcopum aliquo modo, neque pro
una vice tantùm, etiam de conſenſu patroni, diſpenſare,
ſivè eiſdem qualitatibus derogare; nec pro iſta ſententia
contraria tuenda, refert nimis immorari; quandoquidem
ſatis ſuffulta remanet ex contextu, *Clem. Quia contingit*,
de relig. dom. ibi etenim Clemens V. in Concilio Viennen.
ſic loquitur, *Cum tamen ea, quæ ad certum uſum largitio-
ne ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium,
ſalva quidem Sedis Apoſtolicæ authoritate converti, Nos
incuriam, & abuſum hujuſmodi deteſtantes, &c.*
Nequè hujus rei veritas videtur, poſſe aliqua tergiver-
ſatione cælari, aut illius negativa ſententia aliquo modo
in dubium revocari; nam in primis, ſatis urgent, quæ
afferuntur per Roch. *de jurepatr. d. verbo, pre en, num. 32.
in fin.* ubi *ex juribus per eum ibi allegatis*, liquet, id per
Epiſcopum minimè fieri poſſe; nec in totum, nec pro una
vice tantùm, etiam ad petitionem hæredis, aut de ejus
conſenſu; ibiquè indiſtinctè tenet, id fieri nequire; ex
eo, quod voluntas teſtatoris eſt pro lege ſervanda, §. *diſ-*
146 *ponat, in Auth. de nupt. c. ultima voluntas 13. q. 2. cum ſi-
milibus*, & noviſſimè non minori elegantia, quàm erudi-
tione, ex pluribus probat Illuſtriſſimus, & Reverendiſſi-
mus Dominus Carolus Matanta Neapolitanus Epiſcopus
Juvenacen. in ſuis celeberrimis, ac numquam ſatis lauda-
tis reſponſionibus, *reſ. 40. à num. 30.* & regulariter Epiſco-
pus non poteſt contra legem fundatoris, etiam diſpenſan-
do, diſponere, ut *in c. dilectus, de temp. ord.* Jo. Andr.
poſt Hoſt. *in c. 1. de ſuppl. neg. præl. in 6.* ubi habetur, quod
quando Canones imponunt legem Epiſcopis, non diſpen-
ſant, niſi id ſpecificè ſibi reperiatur conceſſum; & ſic Epi-
ſcopus non poterit aliquo modo diſpenſare contra volun-
tatem teſtatoris; nam eſt illa ſervanda in forma ſpecifi-
ca. ex *d. Clem. Quia contingit*; quia ſi diceretur, poſſe
Epiſcopum commutare voluntatem defuncti, etiam pro
una vice, vel aliqualiter, non ſervaretur illius voluntas
in forma ſpecifica, ut probat Roch. *loc. cit. num. 33.* ubi
per Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, col. 3. C. de epiſc. &
cleric.* quod ubicunquè teſtatoris diſpoſitio eſt certa, re-
ſpectu cauſæ, perſonæ, vel loci, non poteſt per Epiſco-
pum alterari.
Eoque magis ceſſat hodie omnis difficultas, attento etiam
novo jure Concil. Trident. cujus decreto habetur, dem-
ptam eſſe Epiſcopo hanc facultatem; dum expreſsè voluit,
ut illis, quæ benè conſtituta ſunt, contrariis ordinatio-
nibus non detrahatur; ob idquè, quandò ex beneficio-
rum quorumcumque erectione, ſeù fundatione, aut aliis
conſtitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, ſeù cer-
ta illis onera ſunt injuncta, ſeù in quacunque alia diſpoſi-
tione, eis non derogetur; & idem in præbendis Theolo-
galibus, Magiſtratibus, Doctoralibus, aut Presbyterali-
bus, Diaconalibus, aut Subdiaconalibus quandocunque
ita conſtituta fuerit, obſervetur, ut eorum qualitatibus,
vel ordinibus nihil in ulla proviſione detrahatur, & aliter
facta proviſio, ſubreptitia cenſeatur, ut in *ſeſſ. 25. cap. 9.
de reform.*
Nihilominùs verò, etiam ſtante ſupradicto Concilio,
non ſemel vidimus, nonnullos Epiſcoporum, facultate ſi-
bi per idem Concil. *d. ſeſſ. 25. cap. 4.* attributa, abutentes,
miſſarum onera, nedum ſimpliciter per teſtatores relicta,
verùm etiam in fundatione beneficii Eccleſiaſtici impoſita,
etiam ex levi cauſa, reduxiſſe; cum nihilominus id ſit
Summo Pontifici tantummodo reſervatum, prout infra
dicetur.
Porrò ex prædicta diſpoſitione, optimè ait Genuen.
in praxi Curiæ Archiep. Neapoli relatus à Garc. *p. 7. cap. 1.
num. 111.* quod hodie non poteſt Epiſcopus tollere qualita-
147 tes appoſitas in fundatione beneficiorum, nec etiam cum
conſenſu patronorum; quicquid fuerit dictum in una Fo-
rolivien. Capellaniæ, quæ eſt Seraph. *deciſ. 871. num. 4.* in
qua habetur, poſſe patronum de conſenſu Ordinarii, pro
una vice tantum, præſentare ad beneficium, eum, qui non
habet qualitates omnes in fundatione appoſitas, & ibi alle-
gat Felin. *in d. c. cum acceſſiſſent, n. 19. verſ. 2. reſtringitur*,
& Bero. *conſ. 5. n. 38. lib. 1.* Nam cum dicta deciſio videatur
fundata ſuper doctrina ejuſdem Felini, non videtur ex jam
dictis, & infra dicendis illam poſſe ſubſiſtere; quandoqui-
dem, præter *d. Clem. Quia contingit*, ex novo jure præfati
Concilii, eſt Epiſcopo omnino facultas hujuſmodi ſublata,
quicquid ante omnes ſcribentes dixerint, ex prædicto Fe-
lin. *in d. c. cum acceſſiſſent*, nempè, poſſe pro una vice Epi-
ſcopum conferre Capellaniam Sacerdotalem non Sacerdo-
ti de conſenſu hæredis.
Neque pariter prodeſt circa hoc diſtinctio appoſita
in *dec. 7.* Creſcent. *num. 1. de jurepatr.* ubi poſtquam dictum
fuit, poſſe Epiſcopum prò una vice tantum derogare
qualitati fundationis de conſenſu patroni, ſubditur, quod
hoc procedere poterat, quando ſoli voluntati teſtatoris,
vel fundatoris præjudicabatur, ut puta, quod debeat eſſe
talis ætatis, talis conditionis, &c. nam hodie nullo mo-
do admittitur prædicta diſtinctio, quam ibi poteris vi-
dere.
Et aliàs de hac re à Sacra Congregatione Concilii ema- 148
navit ſequens declaratio, videlicet, *Congregatio Concilii
cenſuit, non licere Epiſcopo, poſt Concilium, etiam acce-
dente patronorum conſenſu, derogare qualitatibus in funda-
tione beneficii appoſitis, Ideoque ſi beneficium in fundatio-
ne certam ætatem requirit, non poſſe Epiſcopum illud, quam-
vis patronus conſentiat, ei conferre, qui nequaquam fuerit
hujuſmodi ætatis.*
Et ſimiliter in caſu deciſionis Buratt. 630. in qua funda-
tor voluit, præſentari presbyterum; & tamen fuit præſen-
tatus, qui erat ſolum prima tonſura initiatus; ac proinde
fuit dictum, quod Sacerdotii qualitas in limine fundatio-
nis requiſita, non poteſt tolli per Epiſcopum, etiam de
conſenſu patroni, inſtituendo, non habentem prædictam
qualitatem, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Trident.
d. ſeſſ. 25. cap. 5. & fuit declaratum in prædicta Sacra Con-
gregatione Concilii, & in Rota determinatum ex relatis
per Garc. *d. n. 111. & ſeqq.* ut in *d. dec.* Buratti 630. *num. 3.*
ubi etiam quod Domini non dubitarunt, quin qualitas 149
Sacerdotii eſſet neceſſaria de tempore præſentationis, at-
tentis verbis fundationis, ut eligatur perſona idonea ad
celebrandum; per quæ quidem verba requiritur Sacer-
dotium in ipſo actu electionis, per regulam, quod qua-
litas juncta verbo, debeat verificari de tempore verbi, ut
ſupradictum eſt.
Quare, pro indubitato tenendum eſt, non poſſe quid
attentari adverſus fundationem jam factam, prout nec
nova pacta, ſeu novas conditiones illi apponi; niſi for-
taſſe id fuerit in limine fundationis adiectum; tunc enim 150
de hoc non eſt dubitandum, ex traditis per Lamber. *de iure-
patr. lib. 1. p. 1. qu. 9. art. 1. num. 71.* & cenſuit Rota *in una
Giennen. Capellaniæ 15. Maii 1628. coram Veroſpio.* Un-
de prædictæ conditiones in vim hujuſmodi facultatis,
poſtquam fuerint appoſitæ, retrotrahuntur, & cenſen-
tur appoſitæ eodem tempore, quo reſervata fuit præ-
dicta facultas, nempè in actu fundationis; tunc ete-
nim dicta reſervatio fuit quædam prorogatio perfectio- 151
nis fundationis, & conditio ſuſpenſiva actus, uſque ad
novam declarationem; & prorogatio ipſa retrotrahitur ad
initium actus prorogati; & cenſetur idem actus ſubſtan-
tificè, prout fuit reſolutum in Rota penes Duran. *deciſ.
118. n. 6.*
Et ex iis, quæ antea dicta ſunt, eadem Sacra Congre-
gatio Concilii ad inſtantiam Agentis Epiſcopi Abulen.
declaravit, ut infra, *Primo, ſtante fundatione Capellæ in
Eccleſia Cathedrali, ſub his verbis teſtatoris, quod Ca-* 152
*pellanus debeat celebrare divina officia diu, noctuque,
dubitatur, Utrum Capellanus iſte debeat eſſe presbyter.
Secundo, ſi ex fundatione cautum ſit, ut Capellanus
per ſe ipſum celebret miſſas Capellaniæ, an poſſit iſta Ca-
pellania conferri ſimplici clerico. Tertio, an Capellania,
cui eſt annexum onus duarum miſſarum in hebdomada, per
proprium Rectorem celebrandarum, dicatur Sacerdotalis,
& non poſſit conferri clerico 14. annorum. Quartò, An de
conſenſu patroni poſſit diſpenſari cum minori 25. annorum
ad Capellaniam ſimplicem obtinendam, ad quam ex funda-
tione eſt præſentandus Sacerdos. Ad Primum, Congrega-
tio Concilii reſpondit, ex his verbis non cenſeri, ut Capel-
lanus debeat eſſe presbyter. Ad Secundum, & Tertium,
poſſe quidem conferri ſimplici clerico, in ea tamen ætate con-
ſtituto, ut infra annum ad Sacerdotium promoveri queat;
niſi aliàs eſſent verba in fundatione poſita, quæ require-
rent, obtinentem, tempore collationis eſſe actu presbyterum.
Ad Quartum, Hanc diſpenſandi facultatem, Epiſcopis*
poſt

poſt Concilium non competere . P. Aemil. Card. S. Marcelli.

Quarè, cùm, præmiſſis ſic ſtantibus, Epiſcopus non
153 valeat aliquo modo derogare qualitati fundationis, certum eſt, ad ſolum Papam id pertinere, Marius Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 108. ante nu. 53.* ubi Papa diſpenſavit cum Oratore ad obtinendum beneficium Sacerdotale, quãvis idem proviſus non eſſet Sacerdos; eo quia eſſet filius unius ex patronis, namque ex notorio Datariæ Apoſtolicæ uſu docemur, quod Papa in hujuſmodi derogationibus requirit aliquam cauſam, ut hic; nempè, quia præſentatus erat filius unius ex patronis. Præterea, neque deſunt, qui teneant, patronum fundatorem, adhuc viven-
154 tem, poſſe ſaltem alterare qualitates; & conditiones fundationis, etiam ex poſt facto, cum conſenſu Epiſcopi, idquè ſignanter voluit Roch. de Curt. *de jurepatr. in verb. pro eo, qu. 14. num. 30.* cum aliis relatis per Garc. *d. p. 7. cap. 1. num. 103.* & tamen non video, hanc eorum opinionem, aliquo fundamento ſuffultam; quandoquidem præter jura deſuper allegata, potiſſimùm prævalet Romanæ Curiæ uſus circa hoc; quo attento, nedum hujuſmodi derogatio ſpectat ad Papam, verum ipſe ſe nimis parcè in hujuſmo-
155 di derogationibus gerit, nec alias quandoquè illas concedit, niſi prius in plena Signatura Gratiæ proponantur; &
156 cum aliàs fuiſſet de hac re propoſita quæſtio inter Dominos Abbreviatores Majoris Præſidentiæ in Cancellaria Apoſtolica, omnes eandem ſententiam tenuerunt, præſertim verò D. Lambertus Urſinus de Vivariis, nunquam ſatis laudatæ memorię, occaſionem nactus, ex eo, quod cum de anno 1613. quidam Hieronymus Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ S. Nazarii in Brolio Mediolanen. de ſuis propriis bonis fundaſſet, & dotaſſet quandam Capellaniam in dicta Eccleſia, pro uno Capellano, qui in ea quotidie miſſam celebraret per ſe ipſum, reſervato eidem Hieronymo, & poſt obitum ſuum, Præpoſito, & Canonicis prædictæ Eccleſiæ, jure patronatus, ac præſentandi Capellanum, ea inter cætera in limine fundationis, conditione adiecta, quod prædictus Capellanus deberet eſſe actu Sacerdos, ſi verò ſecùs, teneretur intra annum presbyteratus ordinem ſuſcipere. Poſtmodum verò, cum idem Hieronymus fundator, interpoſito jam ab Ordinario, decreto erectionis, & fundationis, maximopere cuperet, pro illa prima vice, præſentare ad Capellaniam prædictam quendam Clericum ſuum nepotem in ætate 17. annorum, tantummodò conſtitutum, fuit porrectus ſupplex libellus fel. recordat. Paulo V. qui ita deſuper indulſit, ut interim, donec dictus nepos ad ætatem legitimam
157 perveniret, pro ſuſcipiendo presbyteratus ordine, per alium Sacerdotem obligationi dictæ Capellaniæ ſatisfaceret, cum derogatione fundationis, &c.

Ex qua quidem praxi, ſatis ſuperque elicitur, nullo modo poſſe Epiſcopum, etiam petente ipſomet fundatore, poſt decretum prædictum legitimè interpoſitum, aliquid in eo alterare, etiam pro una, & prima vice, ut hic, reluctantibus tot juribus, ac Sacræ Congregationis declarationibus, quæ cum non diſtinguant, an id ſit Epiſcopo permiſſum, vivente, vel mortuo fundatore, profectò nec nos
158 diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publ.* gloſ. & Bart. *in l. 3. ff. de off. præſ.* idem etiam *in l. ea mente, ff. de furt. l. quamvis*, & ibi Jaſ. *in 1. not. ff. de in jus. voc.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 32. num. 8.* ubi quod tales leges poſt fundationem non poſſunt de conſenſu Epiſcopi apponi, aut quæ appoſitæ ſunt, alterari, ut in ſimili dicimus de pro-
159 miſſione dotis, quæ non poteſt qualificari, ejus actu perfecto, & abſoluto, *l. ex morte, ff. ult.* & ibi gloſ. *in ver-*
160 *bo oblationis, C. de pact. convent.* Ratio enim eſt, quia ex poſt facto, patronus non poteſt jus jam Eccleſiæ per fundationem acquiſitum auferre, vel minuere, aut alio modo per novas conditiones, ac nova pacta illi præjudicium inferre; & ſic iſta non poſſunt ſuſtineri, nec attendi, juxtà gloſ. *in c. cum dilectus, verbo conſtitutum, de conſuet.* Mant. *dec. 50. num. 9.* ex Abb. *n. 5.* & Imol. *n. 2. poſt d. gloſ.* & communiter Canoniſtæ *in d. ca. dilectus*, Durand. *dec. 518. n. 4.*

Nec quidem ſine maxima maturitate totum id noſcitur eodem Concilii decreto, aliiſque juribus prædictis lancitum; namque ſi hæc fundationis derogatio, etiam pro una vice Epiſcopo competeret, profectò deſtruerentur veriſimiliter omnia jura patronatus, conditioneſquè in illorum fundatione adiectæ; ex eo, quod plurimùm facilio-

res ſe redderent Epiſcopi ad ſic derogandum, etiam ex quacumque levi cauſa; permaximeque homines ab hujuſmodi beneficiorum fundationibus retraherentur. Quare, etiam mediocriter in Romana Curia verſatis, ſatis notum eſt, quod cauſam aliquam requirit Summus Pontifex in hujuſmodi derogationibus concedendis, prout ſupradictum eſt: unde non ſemel vidimus, preces eidem Pontifici deſuper porrectas fuiſſe, & ab eodem rejectas, vel ſaltem in prædicta Signatura Gratiæ propoſitas, ibidemque maturè diſcuſſas pro hujuſmodi derogatione concedenda;
prout ſervatum eſt potiſſimùm tempore felic. record. Cle- 161
mentis VIII. qui raro eas concedebat, ut ipſe vidi in Romana Curia adnotatum in quibuſdam notabilibus manuſcriptis Bernardini Paulini, qui ejuſdem Clementis fuit oculatiſſimus Datarius.

Quibus adde, quod Sacri Canones adeò favent piis Eccleſiarum fundatoribus, ut ſi quando de novo diſponunt, ſoleant præſervare contrarias fundatorum diſpoſitiones, ut in *d. Clem. Quia contigit, §. ut autem, de religioſ. domib. & in c. Eleutherius, §. & igitur* 18. *q.* 2. quæ quidem juris indulgentia, ex eo proceſſiſſe videtur, ne ſcilicèt laici retrahantur à fundatione Eccleſiarum; qua ratione, & ipſummet jus patronatus laicale conceditur, quod eſt contra juris regulas: tum quia per illud aufertur libera collatio Ordinarii, tum etiam quia datur laicis occaſio ſe immiſcendi rebus ſpiritualibus, quarum de jure ſunt incapaces, ut fuit conſideratum in una *Romana Iurispatronatus* 31. *Maii 1613. cor. Cardinali Sacrato impreſſa penes Vivian. in praxi juriſpatronat. lib. 4. c. 9. n. 56.*

Hoc quidem quoad hujuſmodi fundationum derogationes, quas ſcimus non tantummodo ſibi locum vendicare, ſi tale juriſpatronatus beneficium erigatur vigore teſtamenti, ſed etiam extrà illud; cum ſupradictæ declarationes, ac etiam ipſum Concilium loquantur ſimpliciter de hujuſmodi derogationibus fundationis, quæ quidem fundatio ita dicitur, ſive fiat in teſtamento, ſive extrà illud; quinimmò dum ait Roch. de Curt. *de iurep.* relatus per Lambert. *eod. tract. p. 1. l. 2. art. 30. 7. q. princ. p. fol. mihi 599. n. 15. circa fin.* quod omnes beneficiorum fundationes fiunt
ex teſtamento, eſt falſum; cum illæ ſint rariſſimæ, nam 164
major pars illarum fit extra teſtamentum, & quocumque alio modo, ut in actis Eccleſiæ Mediolanen. ubi in *tit. Quæ ad beneficii collationem pertinent*, ſic ſtatuitur, *Si Capellania, etiam ſimplex, aliudve beneficium, etiam juriſpatronatus ex præſcripto erectionis, fundationiſvè, aut alterius conſtitutionis, certum ordinem, aut alias conditiones requirat in eo, de quo vel collationis, vel inſtitutionis, vel alio nomine providendum eſt illud beneficium, ne Epiſcopus deinceps, etiam patronorum conſenſu permittat, concedat, aut quiſque ſine Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione illud beneficium aſſequatur, qui vere eo ordine non ſit initiatus; quamvis ætate congrua ſit pro illo ordine ſuſcipiendo; neque qui aliis conditionibus præditus non ſit, & quas illa vel erectio, vel fundatio, vel conſtitutio requirit, ut in 5. Conc. Prov. inc. p. 1. verſ. ſi Capellania, fol. 269.*

Undè, fundatio beneficii æqualiter, & quomodocumque fiat, illius conditiones ſunt ſervandæ, quibus nemo, pręter Papam, ut jam dictum eſt, valet derogare, quicquid dicat Vivian. *in prax. Iurispatr. lib. 14. c. 3. num. 123. cum pluribus ſeqq.* ubi dum agit de forma ſervanda in derogationibus qualitatum, in beneficii fundatione appoſitarum, ex diverſis juribus *ibidem* ad per eum allegatis, videtur ſentire, quod iſta derogatio ſit etiam permiſſa Ordinario; cum nihilominus loquatur contra ſtatuta per, *dict. Concil. Trident.* & alia jura ſuperius allegata, quę omninò ſunt attendenda, prout adamuſſim per totum Orbem ſervantur.

Benè tamen hic ſubnectendum etiam duxi, quod eatenus nequit Epiſcopus prædictis qualitatibus derogare, quatenus illę in limine fundationis appoſitę, ſint de ſui natura poſſibiles: nam, ſecus dicendum eſt, ſi impoſſibiles,
ſeu turpes, aut contra ſubſtantiam beneficii; tunc etenim 166
perinde eſt, ac ſi non eſſent appoſitę, etiam ſi in illarum adiectione acceſſerit conſenſus Ordinarii, qui in hoc caſu eſt nullus, & proinde non eſt opus aliqua derogatione;
nam quod nullum eſt, nullum producit effectum, ad text. 167
in l. 1. in fin. ff. quod quiſque jur. l. 2. §. 1. ff. quemad. teſtam. aper. Clem. 2. in fin. de jud. l. non putavit. §. non quevis, ff. de bon. poſſ. c. illud de jurepatr.

CA-

CAPUT XI.

Praxis Reductionis Oneris Miſſarum, etiam in limine fundationis Beneficii Eccleſiaſtici impoſiti.

SUMMARIUM.

1 *Miſſarum numerus in fundatione beneficii, quando poſſit per Ordinarium reduci.*
2 *Quenam facultas ſit Epiſcopo ad id attributa, vigore Concilii Tridentini.*
3 *Anniverſariorum numerus poteſt etiam per Epiſcopum reduci ex* Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. *ex declaratione Sacræ Congregationis, quæ hic annectitur.*
4 *Et ſub qua forma fuit facta hæc reductio per Archiepiſcopum Neapolitanum.*
5 *Miſſarum numerus in fundatione beneficii, an per Ordinarium ex cauſa diminutionis fructuum, poſſit reduci.*
6 *Et reſpondetur negativè. Et quarè.*
7 *Fundatorum ultimas voluntates nullus inferior à Papa poteſt commutare.*
8 *Miſſarum onera in fundatione beneficiorum, reducendi facultas conceſſa Archiepiſcopo Neapolitano.*
9 *Et qua ratione reductio fuerit facta, vigore prædictæ facultatis.*
10 *Miſſarum numerum reducendi facultas interdicta Epiſcopis, & aliis Inferioribus.*
11 *Et annectitur Decretum Sacræ Congregat.* De celebratione miſſarum.
12 *Declarationes Sacræ Congregat. ſuper hujuſmodi decreto.*
13 *Miſſarum numerus, quomodo per Papam, aut Sacr. Congreg. reducatur.*
14 *Et ſub qua formula.*
15 *Miſſarum celebrationis legatum, ſi non acceptetur, quid agendum.*
16 *Commutatio voluntatis defuncti, Epiſcopo interdicta.*
17 *Capellania, quomodò fieri poſſit collativa, de non collativa.*
18 *Capellaniæ erectio, quomodò non ſit contra voluntatem teſtatoris, aliud ſtatuentis.*
19 *Epiſcopus eſt executor piarum diſpoſitionum.*
20 *Capellanus non poteſt celebrare miſſas alibi, quàm in loco à teſtatore deſtinato, & num. 22.*
21 *Et quomodo indultum ſuper hoc, contra fundationem concedatur.*
23 *Capellanus celebrans miſſas extrà locum deſtinatum à teſtatore, ſine legitima cauſa, peccat mortaliter, non tamen tenetur illas denuo celebrare.*
24 *Neque tenetur ad reſtitutionem, & quare.*
25 *Capellanus, ex cauſa ſtudii, an poſſit miſſas celebrare extrà locum à teſtatore deſtinatum, ex diſpenſatione Epiſcopi.*
26 *Et reſolvitur negativè, & quarè.*
27 *Capellanus alibi celebrans, quàm in loco à teſtatore deſtinato, non ſatisfacit illius voluntati.*
28 *Nec Epiſcopus, etiam de conſenſu hæredum, poteſt ſuper hoc diſpenſare.*
29 *Beneficii titulus, quomodo de una ad aliam Eccleſiam, cum onere miſſarum.*

Diximus ſuprà, licèt per tranſitum, demptam eſſe Epiſcopis facultatem, miſſarum onera reducendi; quarè, circa hujuſmodi reductionem, prorſus abſonum non agnovimus hìc, quid ſervet praxis, ſubnectere; namque in erectionibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, inter cæteras illorum conditiones, miſſarum onera adjiciuntur, quæ ut plurimùm contingit, juxtà fructuum diminutionem reduci, *ut in Clem. 1. in fin. de magiſtr. cum ſimilibus*, ſi poſtmodum, videlicet reperiatur, quod fructus hujuſmodi forſitan non ſunt ſufficientes, ſed aliquo
1 modo diminuti, tunc enim videtur, poſſe Epiſcopum ipſum miſſarum numerum reducere, ſi ipſius patroni conſenſus intervenerit, aut etiam eo invito, ſi vocatus nolit conſentire Garc. *de benef. p. 7. cap. 2. num. 124. & ſeq.* quare dicit Felin. *in c. cum acceſſiſſent, n. 19. ante fin. de conſtit.* quod ex cauſa utili, relictum pro anniverſario, poteſt una vice ad aliud expendi & redire poſtea ad ſolitum debitum; ſic etiam, quando Epiſcopus vellet diſpenſare in propoſito, ex cauſa neceſſitatis Eccleſiæ; quia hoc videtur poſſe, etiam invito patrono, vel ex cauſa neceſſaria, videlicet, quando ipſius beneficii redditus diminuti ſunt, adeò quod opus eſt, illam Dignitatem, vel præbendam tollere, vel eſt impotens ad illas conditiones nunc, & non reperitur perſona idonea, quæ eam velit ſic conditionatum; quare ſubdit idem Felin. ibi, quod ceſſantibus redditibus, debeat ceſſare ordinatio teſtatoris. Undè poſſunt
Epiſcopi in Synodo Diœceſana, prout etiam Generales 2
Ordinum in ſuis Capitulis generalibus, eaſdem miſſas ad minorem numerum revocare, ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.* ubi, quod cum ſæpè contingat in quibuſdam Eccleſiis, vel tam magnum miſſarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, impoſitum eſſe, ut illis pro ſingulis diebus, à teſtatoribus præſcriptis, nequeat ſatisfieri, vel eleemoſynam hujuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuem eſſe, ut non facilè inveniatur, qui velit huic ſe muneri ſubiicere; unde depereunt prædictæ teſtantium voluntates, & eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios uſus relicta, quo plenius, & utilius poteſt impleri, facultatem dat Epiſcopis, ut in Synodo Diœceſana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, ut in ſuis Capitulis generalibus, re diligenter perſpecta, poſſint prò ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis, quas hac proviſione indigere cognoverint, ſtatuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum utilitatem viderint expedire; ità tamen, ut eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui prò ſuarum animarum ſalute, legata ea ad pios uſus reliquerunt.

Idem probat Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 18. num. 61.* Quar. *in ſumma Bull. verbo, Miſſa, verſ. poſſe Epiſcopum,* ubi, quod Epiſcopus poteſt in Synodo refrenare, ſeu reducere miſſarum numerum à fidelibus relictarum, quando tenues ſunt eleemoſynæ, & miſſæ non dicuntur. Imò cum alias in hac Curia Archiepiſcopali in dubium revocaretur, *an* in facultate reducendi numerum miſſarum, comprehenderentur etiam Anniverſaria, proinde Sacræ Congregationi Concilii Tridentini pro parte Dominorum Canonicorum hujus Majoris Eccleſiæ fuit porrectus ſupplex libellus tenoris ſequentis videlicet. *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini. Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ, pro tenui eleemoſyna incumbit onus celebrationis tot Anniverſariorum, ut ad ſalutare remedium S. Concil. Trid. c. 4. ſeſſ. 25. de refor. ſibi recurrendum ſit, ſed id non adhibet Perilluſtris, & Reverendiſſimus Archiepiſcopus; propterea, quod non de Anniverſariis, ſed de miſſis tantum mentionem facit Canon. Verum, cum paris utriuſque ſit ratio, ſupplicat Capitulum Illuſtriſſimis, & Reverendiſſ. DD. VV. ut dignentur prædicto Antiſtiti reſcribere, ut etiam dicti Canonis facultate, in caſu propoſito, uti non dubitet, & Deus, &c.*

Quare prædicta Sacra Congregatio reſpondit Archiepiſcopo Neapolitano, videlicet.

A tergo. *Perilluſtri, & Reverendiſſimo Domino uti fratri Domino Archiepiſcopo Neapolitano.*

Intus verò.

Perilluſtris, & Reverendiſſime Domine. Cum ex libello hoc, Capituli iſtius Cathedralis nomine oblato, cognitum eſſet Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus, qui Sacra Tridentini Concilii decreta interpretantur, dubitari abs te, An ejuſdem Concilii decretum ſeſſ. 25. cap. 4. intelligatur, etiam de Anniverſariis, ii Amplitudini Tuæ ſignificandum cenſuerunt, Decretum prædictum, in ſacrorum etiam Anniverſariorum reductione, locum habere, ut in margine ipſius libelli adſcriptum eſt. Quamobrem Amplitudo Tua, prædicti Canonis facultate in caſu propoſito, uti non dubitabit. Et benè in Domino valebit. Romæ die 26. Novembris 1583.

Amplitudinis Tuæ uti frater
Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti,

Earun-

Earumdem litterarum exemplum habes etiam penes Quar. *in Summa Bull. verbo*. & meminit Barbol. *de pot. Epiſc. alleg. 29. n. 4.*

Declaratio autem ipſius Congregationis, quæ in margine prædicti libelli apponitur, ea eſt, videlicet, *Congregatio Concilii cenſuit, Decretum Concilii ſeſſion. 25. c. 4. habere etiam locum in reductione Sacrorum Anniverſariorum.*

Poſtmodum itaque in Synodo Diœceſana Neapolitana, celebrata per bon. mem. Annibalem de Capua Archiepiſcopum Neapolitanum de menſe Martii 1595. inter Decreta Synodalia, id reperitur, videlicet.

Et quia Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus, tàm pro parte Perilluſtrium, & Adm. Reverendorum DD. Canonicorum, quàm etiam RR. DD. Hebdomadariorum, majoris Eccleſiæ, ac Hebdomadariorum, & Confratrum Parochialis Eccleſiæ S. Georgii Majoris ſuper reductione Anniverſariorum, fuerunt porrecta memorialia, &c. ideò ex ſpeciali mandato ipſius Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi fuit facta proviſio, ut ſequitur, videlicet.

Annibal de Capua Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Archiepiſcopus Neapolit.

QVia circa moderationem, & reductionem Anniverſariorum, ab aliquibus in hac Synodo fieri petitam, juxtà formam decretorum Sacroſancti Concilii Tridentini, & litterarum nobis nomine S. Congr. Illuſtriſs. dominorum Cardinalium Præpoſitorum ſuper declaratione prædictorum decretorum Sacroſancti Concilii directarum, multa ſunt videnda, & conſideranda, ac maturè ſit, circa prædicta, procedendum, quæ in hoc conſeſſu ità diligenter, & accuratè, prout decet, videri, conſiderari, & decerni non poſſunt. Placet ne vobis, ut quæ circa prædicta providere, & ordinare oportet, poſſint à nobis decerni, & provideri extrà Synodum, eamque vim habeant, ac ſi in Synodo decreta fuiſſent? Reſp. Placet.

Poſtmodum, omnibus ad hanc reductionem faciendam, recognitis per tres Dominos Canonicos, ad id ab eodem Archiepiſcopo deputatos, retulerunt ipſi eidem Domino Archiepiſcopo, quod cum magnus eſſet Anniverſariorum hujuſmodi numerus, ac diſtributiones pro illis aſſignata, nimis tenues; adeò ut propterea illorum celebrationes ab eiſdem Dominis Canonicis negligebantur, proinde viſum fuit, pro quolibet Anniverſario, deberi diſtribui inter ipſos Dominos Canonicos ducatos duodecim, vel circà, & in hujuſmodi reductione, unienda eſſe plura Anniverſaria, à diverſis perſonis relicta in unius tantùm Anniverſarii celebratione; ita ut pro quolibet ex Anniverſariis ſic reductis, fiat prædicta diviſio ducatorum duodecim, & ſic de aliis oneribus eiſdem Dominis Canonicis incumbentibus, quæ etiam fuerunt reducta pro qualitate redditaum.

Quarè, juxtà præmiſſa, fuit per eundem Dominum Archiepiſcopum, proviſum, ut infrà,

Annibal de Capua Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Neapolit.

4 *CVm providè Sacroſancti Concilii Tridentini decretis, Nè piæ teſtantium voluntates, ac fidelium diſpoſitiones, circà miſſarum celebrandarum onera impoſita, depereant; eorumque, ad quos ipſorum exequutio ſpectat, onerandi conſcientias detur occaſio, facultas ſit Epiſcopis impartita, ut re diligenter in Diœceſana Synodo perſpecta, poſſint, pro ſua conſcientia ſtatuere, & providere quid magis circà hoc viſum fuerit expedire. Illud etiam pari modo diſpoſitum cenſeri circa Anniverſaria à Sacra Congregatione Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium in interpretandis decretis Concilii prædicti præpoſitorum, eſt declaratum, & nobis per litteras nomine ejuſdem Sacræ Congregationis ſignificatum. Quare, porrecta nobis petitione pro parte Perilluſtrium, & Admodum RR. Dominorum Canonicorum Eccleſiæ noſtræ ſuper moderatione, & reductione Sacrorum Anniverſariorum, & quorundam aliorum divinorum officiorum per ipſos* DD. *Canonicos, ex variis defunctorum legatis, ac aliorum fidelium diſpoſitionibus explenda, mercede pro illis ità conſtituta, ut ab ipſis* DD. *Canonicis faciliter negligi, experientia ſit comprobatum; omneſque in ſimul in celebratione ipſorum intereſſe recuſaverint. Nos volentes in præmiſſis opportunè providere, & eorum conſcientiæ ſerenitati conſulere, Viſis petitionibus prædictis, ac declaratione Sacr. Congregationis, necnon aſſenſu Diœceſanæ Synodi, per nos nuper celebratæ; ut quæ circa prædicta providere, & ordinare oportet; & in ipſa Synodo diligenter, & accurate, prout decet, non ità facile poterant, extra ipſam Synodum per nos decernerentur, & providerentur; eamque vim haberent, ac ſi in ipſa Synodo decreta fuiſſent, negotium prædictum Perilluſtribus, & Admodum RR. Dominis N. N. & N. Canonicis prædictæ noſtræ Eccleſiæ conſiderandum, diſcutiendum, & diſponendum, ac nobis in ſcriptis referendum, commiſimus. Cumque ipſi debita, quæ in his requiritur, diligentia, omnibus maturè penſatis, & congruenter diſpoſitis, ſcripto retuliſſent, ut ſequitur* (Hinc inſerta eſt prædicta Deputatorum relatio, & proſequitur) *Oretenus, etiam per eoſdem relato nobis negotio, ac cum eiſdem iterum ſingulis perſpectis, & accurata conſideratione perpenſis, Viſiſque videndis, & conſideratis omnibus debitè conſiderandis, authoritate Sacroſancti Tridentini Concilii nobis in hac parte tributa, conſtituimus, & definimus, Sacra Anniverſaria, & divina officia in relatione jam dicta, mentionata forè, & eſſe moderanda, & reducenda, prout tenore præſentium, authoritate prædicta, illa perpetuò reducimus, moderamur, & minuimus, ac moderata, minuta, & reducta eſſe decernimus eodem ferè modo, & forma, prout in prædicta relatione continetur. Quibus ſic peractis, & adimpletis* DD. *Canonici prædicti, & eorum ſucceſſores, ab onere ipſorum prout tenebantur, omnino liberati, & in alio, quoad hoc minime obligati exiſtant. Omniaque, & ſingula, quæ in eadem relatione præſcribuntur, & diſponuntur, juxtà ſui ſeriem, continentiam, & tenorem exequenda, & ad unguem de cætero adimplenda præcipimus. Dummodò tamen prædicti* DD. *Canonici omnes interſint Anniverſariis, & officiis prædictis; adeo quod nemo ipſorum excuſetur ab eorum intereſſentia, niſi ex cauſis de jure permiſſis. Et Sacerdos celebrans Anniverſaria prædicta, intentionem, & memoriam, ſaltem virtualem habeat, illa applicandi in beneficium, & expiationem animarum omnium defunctorum in ſingulis Anniverſariis prædictis mentionatorum; faciatque inſuper in collecta mentionem de unoquoque ipſorum. Et ita conſtituimus, decernimus, declaramus, & providemus omni meliori modo, &c. Datum in Palatio noſtro Archiepiſcopali Neapolitano. Die ſexta menſis Maii Anno Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1595. Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Clementis divina Providentia Papæ Octavi, Anno Quarto.*

A. Archiepiſc. Neapolit.

Ex

Ex ſupradictis patet, quod præinſertæ literæ Sacræ Congregationis Archiepiſcopo Neapolitano directæ, continent tantummodò declarationem, non autem facultatem deſuper eidem Archiepiſcopo conceſſam; nam ſupradictum Concilium *loc. cit.* vendicat ſibi locum, nedum in reductione miſſarum, verùm etiam Anniverſariorum, & officiorum pro defunctis, ut ex Galet. *in marg. caſ. conſc. verbo miſſa*, 4. & aliis per Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 29. *n.* 4.

Hoc autem quoad reductionem onerum miſſarum à fidelibus relictarum, ac etiam Anniverſariorum, ut ſuprà viſum eſt.

Præterea, cum nonnulla Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ beneficia Eccleſiaſtica eſſent exigui redditus, ac multis miſſarum, aliorumque divinorum officiorum oneribus gravata, adeò ut illorum onera prædicta æquaquam illorum fructibus, ſeù redditibus reſponderent; ac proindè nemo illa impetrare curaret, ac diù vacantia remanerent, eoſdemque redditus à diverſis perſonis, occu-
5 parentur; cum proindè dubitaretur, An Ordinarius poſſet dicta onera ipſis beneficiis injuncta, attenta prædicta redditum tenuitate, moderari, bo. me. Cardinalis de Aquaviva, tunc Archiepiſcopus Neapolitanus obtinuit ſibi à prædicta Sacra Congregatione Concilii facultatem impartiri, reducendi prædicta onera, etiam ſi illa eſ-
6 ſent impoſita in fundatione beneficii; namque nullo modo id Epiſcopo permittitur, contra opiniones nonnullorum Epiſcoporum, quos ſcio in hoc Regno, ut aliàs dixi, indifferenter hujuſmodi reductione feciſſe, tam oneris miſſarum, ratione piorum legatorum, quàm fundationis beneficiorum; cum nihilominus certum ſit, in ſecundo caſu id non eſſe ſibi permiſſum, cum non poſſint apponere manus in miſſis in fundatione præmiſſa impoſitis, quia Sacrum Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 4. apertè loquitur tantùm de legatis, ibi, *ex variis defunctorum relictis, &c.* & infrà, ibi, *Sancta Synodus cupiens hæc ad pios uſus relicta, &c.* & ſic loquitur de miſſis relictis à teſtatoribus, non autem de impoſitis in fundatione, idem Barboſ. *d. alleg.* 29. *n.* 9. dicens, quod neque Epiſcopus, neque cæteri in ſupradicto *cap.* 4. expreſſi, poſſunt miſſas reducere, & ad minorem numerum revocare, quando ſunt in fundatione Eccleſiarum impoſitæ.

Nam licet pluries hoc in dubium fuerit revocatum, tempè an d. Concil. *loc. cit.* procedat tam in miſſis teſtamento, vel legato ſine titulo beneficii Eccleſiaſtici relictis, quàm in illis, quæ ex fundatione, aut dotatione Eccleſiæ, ſeù altaris celebrari debent; & quamvis eadem ratio militaret, ac proindè idem jus ſtatui videretur, nihilominus à verbis Concilii prædicti non eſt recedendum; quod, cum tantummodò diſponat ſuper onere miſſarum, quæ ex variis defunctorum relictis ſunt celebrandæ, & facultas ſit ità reſtricta, non poſſunt prædicti circa alia, quicquam ſtatuere, prout declaratum fuiſſe per Sacr. Congr. *ſuper d. cap. 4. in Mediolan. & Ravennaten.* ait Leo *in theſau. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 33. Nald. *in ſua Summ. verb. Miſſa num.* 8. qui etiam teſtatur, dictam Sacram Congregationem ita declaraſſe, attento quod in dicto Concilio ſit tantum mentio de relictis in ultima voluntate, & ideò illa diſpoſitio non eſt extendenda ultrà caſum, & ad obligationem conſurgentem à fundatione beneficii, quod eſt diverſum ab illo, ità etiam Barboſ. *loc. cit. num.* 10. ex Galet. *verbo beneficium, par.* 24. *col.* 2. quod quidem procedere, certum eſt, etiam ſi fructus beneficiorum non ſufficiant pro ſupportandis oneribus miſſarum eis impoſitis; quia, cum agatur de commutatione voluntatis, fundato-
rum, ad uſus pios diſponentium, inferior à Papa, etiam 7
ſi ſit Apoſtolicæ Sedis Legatus, illam alterare non poteſt, ut ex *Clem.* 2. *de relig. dom.* & aliis concludit idem Leo *l. c. n.* 34. & nos pluries diximus ſuprà.

Quarè, porrecto eidem Sacræ Congregationi ſupplici libello pro obtinenda opportuna facultate reducendi omnia onera ſuperius narrata, fuit proviſum, ut infrà, videlicet.

Die 14. Februarii MDCIX. Sacra Congregatio Car- 8
dinalium Concilii Tridentini Interpretum fecit facultatem Illuſtriſſimo Ordinario, ut in proximè celebranda Synodo Diœceſana, hujuſmodi onera in fundatione hactenus impoſita, pro ſua conſcientia, & judicio moderari queat; ita ut idem poſſit circa talia onera hucuſque in fundatione relicta, quod poteſt quoad alia onera non relicta in fundatione ex præſcripto Concilii decreto cap. 4. ſeſſ. 25.

P. Card. Arrigonius.

Locus † Sigilli.

Cujus quidem ſic attributæ facultatis vigore, fuit per eundem Cardinalem in Synodo Diœceſana ita ſtatutum, videlicet.

Decretum Quintum. 9

Cum pro aliquibus miſſis celebrandis adeò tenues redditus beneficiorum, & legatorum annorum reperiantur aſſignati, ut non facile inveniantur, qui velint hujuſmodi onera ſubire: unde aliqua beneficia diu vacaverunt, & vacant, pleræque fidelium voluntates depereant; propterea, tàm noſtra ordinaria auctoritate, quàm vigore facultatis à Sacro Concilio Tridentino, & à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii Interpretum (etiam quoad onera in beneficiorum fundatione) attributa, pro ſingulis miſſis privatis, vigore dictorum beneficiorum, & legatorum celebrandis, tarenum unum præſcribimus; reliquis verò majoris valoris in ſuo robore remanentibus; circà moderationem verò Anniverſariorum, aliorumque divinorum officiorum, quia in præſenti Synodo non poſſumus immorari, decernimus faciendam eſſe extra Synodum, & eamdem vim habere, ac ſi in Synodo facta fuiſſet.

Ex his igitur patet, quod cum nequeat Epiſcopus, ſivè alius Inferior omninò diſponere circa onera miſſarum in fundatione appoſita, cum illi non ſit talis facultas per dictum Concilium loco citato, attributa, recurrit ad Sacram Congregationem ejuſdem Concilii, licet multoties viderim in ſimilibus, negotium per dictam Congregationem, remitti ad Papam, illiuſque Datariam, quando videlicet onus appoſitum eſt in fundatione.

Quo verò ad alias miſſarum reductiones, juxta terminos dicti Concilii, videtur ſuper hoc, Epiſcopo, & aliis perſonis in dicto Concilio nominatis hanc facultatem fuiſſe attributam, ſicut ſupra diximus, idem aſſerit Ricc. *in praxi fori Eccleſ. tit. praxis Capellaniarum, deciſ.* 404. Barboſ. *dict. alleg.* 29. *num.* 1. qui *num. ſeq.* ait ad hujuſmodi reductionem faciendam, requiri juſtam cauſam, cum voluntas teſtatoris non poſſit abſque illa violari, ex juribus ibi per eum allegatis, ac proinde Prælati, qui habent hanc authoritatem, prudenter, cautè, & cum timore lædendi conſcientias ſuas, procedere debent. Necnon iſta facultas videtur Epiſcopis attributa reducendi miſſas, & legata pia relicta, tam ante Concilium prædictum, quam poſt; licet ex declaratione Sacr. Congr. non poſſit quoad relicta poſt d. Conc. idem Barboſ. *l. c. n.* 5.

At verò hodie aliter dicendum eſt; nam Sacra Congregatio prædicti Concilii authoritate ſibi attributa à fel. rec.
Urbano Papa VIII. ſuo decreto prohibet Epiſcopis, nè in 10
Synodo Diœceſana, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodò reducant onera miſſarum impoſita; ſed voluit pro iis moderandis, eſſe omninò recurrendum ad Sedem Apoſtolicam, ſub pœna nullitatis hujuſmodi reductionis. Quòd quidem decretum, cum ſit admodum ſuper id ſalutare, & opportunum, non incongruè cum nonnullis ejuſdem declarationibus circà hujuſmodi miſſarum celebrationem, hic ſubnectere placuit, tenoris ſequentis videlicet.

Cum

CUm ſæpè contingat in quibuſdam Eccleſiis tam magnum Miſſarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemoſynis, impoſitum eſſe, ut illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen nova onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur; indeque fiat, ut depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragiis priventur, eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles gravi ſcandalo affecti, plerumque à ſimilibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cætera fomentũ præbeat, aut quòd ii, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri; aut quòd Eccleſiis, ſorte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum, abſque ullo emolumento: aut quòd eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, ut non facilè inveniantur, qui velint huic ſe muneri ſubiicere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterii adeò exigui, ut Sacerdos pro neceſſaria ſua ſuſtentatione, novis ſe oneribus obſtringere compellantur: Sacra Congregatio Cardin. Concil. Trident. interpretum animadvertens, facturam ſe rem Deo graviſſimam, charitatique, ac juſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica convellere, atque eradicare: Sanctiſſimi D. N. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. authoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta decreta edidit.

I. Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi, ſi quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

II. Deindè, ubi pro pluribus miſſis, etiam ejuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive à pluribus perſonis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuſcumque, tàm ſæcularibus quàm regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Judicii, mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimo graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

III. Id verò, ut deinceps obſervetur exactius Sacra Congregatio, eadem authoritate revocat Privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac Locis piis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & inſtituti, quacunquè ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum miſſarum, vel anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

IV. Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eandem miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt, adimplendis, eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera hujuſmodi cum nulla, aut parva ſint utilitate conjuncta, ſtatuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, atque eorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuò miſſarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis, ſtatim deponi debeant penes ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa ſeu illorum pretium quamprimùm inveſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & individua mentione oneris, quòd illis annexum reperitur: ac ſi eadem bona immobilia, auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium ſub eadem pœna ut ſupra, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibus itidem fructiferis, cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione, converti debeat.

V. Ad hæc Sacra Congregatio, quibuſvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tam ſæcularium, quàm regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, nè impoſterum onera perpetua ſuſcipiant miſſarum celebrandarum. Sæculares quidem ſine Epiſcopi, vel ejus generalis Vicarii. Regulares verò ſine Generalis, vel Provincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda: alioquin Sæcularis, qui hujus prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſię interdictus ſit eo ipſo: Regularis verò pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cętero obtinenda, vociſque activę, ac paſſivæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro miſſis celebrandis, ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa, *Eleemoſynas pro miſſis*, vel alia ſimili, ſub iiſdem pęnis, ipſo facto incurrendis: nè fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus: nec antea aſſenſum hujuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdos tam novo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adjunctis, ſecundùm morem cujuſque Civitatis, vel Provinciæ: intelligantque, ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in Noviſſimo die ſe hujus prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

VI. Poſtremò Illuſtriſs. Patres, non ſine gravi animi dolore intelligentes mala ferè omnia, quæ Regularem diſciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus miſſarum ſuprà vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice pullulare ex majori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemoſynæ cujuſque Monaſterii, inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii decretis hac de re editis, Sanctiſſimi D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcumque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, ac Domorum regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, ut ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probationibus, & rerum uſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & proventus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obventiones, tam communes Monaſteriorum, Conventuum, & Domorum ejuſdem Provinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas, ſeù permiſſas, in communem uſum deinceps convertendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quę reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliavè cujuſlibet generis onera conſueverunt abſorbere, eaque omnia ſcriptu fideliter exarata, idem Superior, cujus intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione generali, vel provinciali, coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeù Congregatione diligendis, proponat, qui, computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, & oneribus, ut ſupra, detractis, ſedulò examinent,

-tinent, quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus in unoquoque Monaſterio, Conventu, & Domo regulari, juxtà regionis, & proprii inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, & competenter valeant ſuſtentari. Tum eorundem bonorum, redditunm, eleemoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeù congregationi exhibeant: ut in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cujuſque familia, Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis in ſingula quaque Provincia certus earum tantum perſonarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obventionibus, ut ſuperius, ſufficienter ali poſſint. Nè verò Superiores, qui id præſtare debent, ſegnius, aut remiſſius, quàm par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat Sacra Congregatio, ut infrà annum, poſt proximum Capitulum generale, vel provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, & in authenticam formam redacta, ad Sacram ipſam Congregationem Concilii ſinguli mittant, numerumque, familiæ, ſingulorumque, Conventuum, Monaſteriorum, & Domorum hujuſmodi regularium, Capituli, ſeù Congregationis generalis vel provincialis ſententia, & auctoritate præfinitum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quàm locales perpetuò ſervare omninò teneantur, nec poſſint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti redditur, abſque Sacræ Congregationis licentia. Superiores autem hujuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum, ut ſupra præſcriptum, quovis modo augere præſumpſerint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac paſſivæ, & ad omnia ſuæ religionis officia, & gradus & incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis Sacra Congregatio ſubiacere voluit, & declaravit.

VII. Deinceps verò Monaſterium, Conventus, Domus, Congregatio, Societas Religioſorum, ſeu Regularium, nullibi recipiatur, niſi, præter alia ad id requiſita, in ſingulis ejuſmodi locis duodecim ſaltem fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi, degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, ut ſuprà, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad præſcriptum decreti fel. record. Gregor XV. Ac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca hujuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut ſuprà, ſuſtentari, atque inhabitare non potuerint, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubjecta exintelligantur.

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, ſeù deſuetudinem habeant, Superiores locales, cujuſque Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur ſub pœna privationis officiorum, vocisque activę, & paſſivæ, ipſo facto incurrenda, ut in perpetuum, ſexto quoque menſe, id eſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt Octavam Corporis Chriſti, præſentes Ordinationes in publica menſa perlegantur. Omnibus, tam Eccleſiaſticis perſonis, cujuſcumque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis, quocumquè honore, hac poteſtate prædictis, præſentia Decreta declarandi, vel interpretationis facultate penitùs interdicta.

Non obſtantibus, quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, tam mendicantium, quam non Mendicantium, Militarium etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuſlibet alterius Inſtituti etiam neceſſariò, & in individuo exprimendi Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam Sęcularium, quam Regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, aut cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis, conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis haben. quibus, quoad ea, quæ pręſentibus adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio, Sanctitatis Suæ auctoritate, ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præſentes ordinationes in valvis Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant; ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romę die 21. Junii 1625.

Coſmus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secr.

Anno Domini Noſtri IESV CHRISTI M. DC. XXV. Indictione octaua, Pontificatus autem in CHRISTO Patris, ac D. N. D. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VII. anno ejus III. die verò 22. menſis Septembris ſupraſcripta decreta affixa, & publicata fuerunt ad valvas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Emilianum S. D. N. Papæ Curſores.

Brandimartes Latinus prælibati Sanctiſſimi D. N. Papæ, ac S. Rom. & univerſalis Inquiſitionis curſor prę Mag. DD. Curſ.

Romæ ex Typographia Rever. Cameræ Apoſtol. M. DC. XXV.

Poſtquam verò prędicta decreta emanarunt, nonnulla fuerunt circa ea, in dubium revocata, quare ad aliquorum inſtantiam factę ſunt ſequentes declarationes, videlicet.

SAcra Congregatio Cardinalium Conc. Trident. Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſſimo D.N. attributa, ad ſingula dubia inferius propoſita, ad hunc modum reſpondit.

Super primo Sacræ Congregationis decreto de celebratione Miſſarum, quo prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulo Generali, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid ſi Legatum ſit ita tenue, ut non ſit qui velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis, & quid ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſit hujuſmodi onera moderari.

Reſp. Etſi Legatum ſit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut ſuprà impoſiti ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque ulla impenſa ſtatuet quòd magis in Domino è re eſſe judicaverit.

caveri. Veruntamen ſi in ipſa beneficii erectione expreſſe cautum fuerit, ut liceat Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſervandam.

Secundo ſuper II. ejuſdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, Quæritur, an verba illa, præſcriptæ fuerint, *intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?*

Reſp. Eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario: quòd ſi tribuens eleemoſynam, numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quòd præſcripſerit Ordinarius, ſecundùm morem ſuæ Civitatis, vel Provinciæ.

Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam, juxtà qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum, teneantur Miſſas ab offerente præſcriptas celebrare?

Reſp. Teneri.

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, poſſint etiam manualem eleemoſynam pro Miſſis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Miſſæ Sacrificio utrique oneri ſatisfacere?

Reſp. Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere.

Quintò, poſito, quod teſtator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Miſſæ, abſque ulla præſcriptione eleemoſynæ. Quæritur, an liberum ſit hæredibus eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Reſp. Ubi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum ſecundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Sexto ſuper III. Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat. Quæritur, an verba, in futurum ſuſcipiendis, *intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt privilegium?*

Reſp. Ita eſſe intelligenda.

Septimo ſuper IV. ejuſdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcipit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat. Quæritur, an permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarum, ut retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, altarium, inſervientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium.

Reſp. Permittendum non eſſe, ut Eccleſiæ, ac loca pia, ſeu illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſia, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in uſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint; & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ Sacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, ut ex pecuniis, quæ ſuperſunt, expenſis, ut ſupra deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ob offerentibus eleemoſynas.

Octavò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, id eſt, an Rector beneficii, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redditum beneficii.

Reſp. Non habere locum, ſed ſatis eſſe, ut Rector beneficii, poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficii aliud cautum fuerit.

Nono, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna major ſolita pro celebratione Miſſæ, debeant dare eandem integram eleemoſynam iis, quibus Miſſas celebrandas committunt, an vero ſatis ſit, ut dent celebrantibus eleemoſynam conſuetam?

Reſp. Debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi retinere poſſe.

Decimo, ſuper V. ejuſdem Congregationis decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba. Eleemoſynas verò manuales; & quotidianas pro Miſſis celebrandis, ità demùm iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ità ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſubire valeant, alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c. *Quæritur, an hoc decretum prohibeat abſolutè, quominus accipiant novas eleemoſynas iis, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere.*

Reſp. Non prohibere abſolutè, ac propterea, etſi oneribus jam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen nova etjam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus poſſit omnibus ſatisfacere.

Undecimò, quid ſi offerens eleemoſynas audito impedimento, conſentiant, ut Sacerdos Miſſam celebret cum primum poterit.

Reſp. Quamvis onera ſuſcepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione, id ſciat, & conſentiat, ut illæ tunc demùm celebrentur, cum ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit decretum non prohibere, quominus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro iiſdem Miſſis juxtà benefactoris conſenſum celebrandis.

Duodecimo, an pœna Interdicti, & alia appoſita in eodem decreto, afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, ut ibidem præcipitur?

Reſp. Has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, ſeu ejus generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Decimotertiò, an in hoc decreto comprehendantur illa capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis in die Commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur, Caſſe da Morti.

Reſp. Comprehendi.

Decimoquartò, an adminiſtratores Eccleſiæ magnæ devotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & devotio, ac concurſus fidelium, ut aiunt, minuantur?

Reſp. Non poſſe niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuant, ut ſuprà in reſponſione ad undecimum.

Decimoquintò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali, & alii, ad quos pertinet, *ſupplicatur pro opportuna declaratione.*

Reſp. Comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Decimoſexto ſuper VII. ejuſdem Sacræ Congregationis decreto, quo cavetur, ut in ſingulis monaſteriis Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commode poſſit ſuſtentari. Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim ſimilis decreti ſanctæ mem. Pauli V. abſque tamen computatione redditum cujuſque Religioſi, ſit denuo facienda, necne?

Reſp. Numeri præfixionem eſſe iterum faciendam, ſervata forma ultimi decreti hac de re editi.

Decimoſeptimò, an novitii ad habitum regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in monaſteriis, in quibus habita, ut ſupra præfixione numeri commodè ali non poſſunt.

Reſp. Eſſe admittendos ad profeſſionem, ſi aliàs habiles exiſtant; ac deindè in aliquo alio Monaſterio ejuſdem Religionis eſſe collocandos ubi commodè ali poſſint.

Decimooctavò ſuper ultimo, quo cavetur, ut nulli recipiantur Conventus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem fratres in eis degere, & competenter

petenter ſuſtentari valeant: itaut alioquin ſubſint juriſdictioni Ordinarii. Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſueverunt onera Miſſarum recipere, ut ſunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis JESU.

Reſp. Comprehendere.

Ultimò, ad idem decretum, ubi diſponit, ut nullibi recipiantur Monaſteria niſi, &c. habeat locum in Italia duntaxat ad quam eſt reſtrictum decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam.

Reſp. Habere locum etiam extrà Italiam.

Coſmus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secr.

Romæ ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. XXVI.

Præmiſſa tamen, ita demùm intelligenda eſſe puto, dummodò ſimus in caſu, quo requiritur præciſa, & indubitata, ac ſimplex commutatio, quæ per ſupradicta decreta eſt Epiſcopo interdicta: quarè ſecus dicendum eſſet, ubi non requiritur vera commutatio, quòd poteſt exemplificari in caſu *dec. Mohed. 1. de jurepatronatus*, quam audivi fuiſſe practicatam etiam poſt dictum Decretum Sacræ Congregationis, cujus caſus talis eſt.

17 Quidnam Ferdinandus condidit teſtamentum, in quo mandavit omnibus legatis ſolius, reſiduum bonorum ſuorum dari Capellæ S. Bartholomæi pro celebrandis quatuor miſſis in hebdomada, reliquit in patronos dictæ Capellæ, Univerſitatem loci N. & Rectorem Eccleſiæ Parochialis pro tempore exiſtentem, & quendam Alvarum ejus nepotem. Deindè, cum bona prædicta Capellæ diſſiparentur, Univerſitas dictæ Terræ, & Rector Eccleſiæ, ſeù eorum procurator præſentaverunt Vicario Generali N. quendam Capellanum, & citato Alvaro prædicto, ſervatis ſervandis, dicta Capellania fuit in titulum erecta, & bona relicta dictæ Capellaniæ applicata, & prædictus Vicarius inſtituit ad illam dictum Alvarum. A quibus omnibus fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum, nam ea parte Alvari dicebatur, quod erectio, & proviſio in perſonam prædicti Capellani erant invalidæ, quia non fuit ſervata voluntas teſtatoris, nec Vicarius potuerat illam de jure mutare, nec alterare. Quarè fuit in Rota dubitatum, An erectio Capellaniæ fuerit ritè facta, & fuit reſolutum, quòd diſpoſitio Epiſcopi non fuit contra voluntatem teſtatoris, nec mutavit ejus voluntatem, quia Epiſcopus, ſeù ejus Vicarius, ex quo voluntas juxtà clauſulam teſtamenti non erat adimpleta, potuit in cauſam neceſſariam, vel utilem, alterare voluntatem teſtatoris, per Imol. *in l. 1. colum. 2. ff. de condit. inſtit.* Felin. *in cap. ſuper his, col. 2. de accuſat.* & licèt eſſent verba in teſtamento, quod miſſæ dicerentur per Capellanos poſitos per patronos, non tamen mutatur voluntas, ſed alteratur, quod licet Ordinario, Bal. *in leg. ſi teſtamentum, Cod. de teſtam.* maximè quia Capellania erat dotata, cum pro ea eſſent relicta bona omnia teſtatoris, ut conſtabat in facto, ad not. per Abba. *in cap. 3. de Eccleſ. ædificat.* Eſt advertendum, quod iſta deciſio reperitur impreſſa inter deciſiones Ptolomæi Auditores Rotæ, quæ eſt 122. *lib. 3. part. 3. diverſor.* ſub cujus nomine illam citat Gonz. *ad regul. 8. gloſ. 5. n. 58. verſ. quibus adde.*

Ratio præmiſſorum ea potiſſimum eſt, nam niſi ità deſuper conſuleretur, voluntas teſtatoris deperiiſſet: quia diminutis redditibus, de facili minueretur onus, ac numerus miſſarum, ſicut ſæpè vidimus eveniſſe, & teſtatoris anima defraudaretur ſuis ſuffragiis ob hujuſmodi diminutionem, & ſequitur Gonzal. *dicto numer.* 58. concludens pro validitate prædictæ erectionis, ea eo, quòd non

18 erat talis erectio contra voluntatem teſtatoris, qui eam non prohibuit, nec proviſionem, ſed potiùs ad favorem illius voluntatis, ut bona magis conſervarentur, & capellania perpetuaretur, præſertim, quia conſtabat, quòd bona prædictæ Capellaniæ per Univerſitatem del Congeſſo, unam ex patronis nominatam, diſſiparentur: quòd quidem etiam hodiè fieri poſſe, nullibi ambigitur, ubi talis, vel ſimilis cauſa interveniat: cum totum id eò tendat, nè videlicèt præ teſtantium voluntates depereant; ſed ut debitæ exequutioni demandentur; cum Epiſcopus ſit Exequutor demandatus omnium piarum diſpoſitionum, tanquàm 19

Sedis Apoſtolicæ delegatus, tum ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap 8. de reform*, tùm etiam ex aliis, quibus noviſſimè eleganter, more ſuo comprobat Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus meus Carolus Maranta *reſp. 2. num. 19. & reſponſ. 3. num. 48. ac reſp. 24. num. 1. tom. 1.* necnon *reſp. 88. n. 104. tom. 3.*

Et ſecundum ſupradictam deciſionem fuit annis retrò elapſis facta ſimilis erectio ea eadem cauſa, per hanc Curiam Archiepiſcopalem in Capellam q. Ferdinandi de Quadra intus Majorem Eccleſiam Neapolitanam.

Sed his ſuperaddere viſum eſt, quòd quoad hujuſmodi numerum miſſarum, non modò non poteſt Epiſcopus hanc reductionem facere vigore prædicti Concilii Tridentini, repugnantibus decretis prædictæ Congregationis, verùm etiam; quia nec anteà poterat; quandoquidem idem Concilium non loquitur de celebratione miſſarum in fundatione Eccleſiæ impoſitarum; cum in his neque Epiſcopus, neque cæteri in prædicto Concilio expreſſi, diſpenſare poſſunt, Ricc. *d. dec. 404. in fin.* ubi ſic declaratum fuiſſe refert per Sacram Congregationem ejuſdem Concilii: quia ſancta Synodus loquitur de miſſis relictis à teſtatoribus, non autem impoſitis in fundatione, in quibus prædictum Concilium non habet locum; cum incluſio unius ſit excluſio alterius, *cap. nonne, de præſumpt. l. cum prætor, ff. de jud.* Gonz. *ad regul. 8. gloſ. 54. numer. 12. cum pluribus ſeqq.* & diximus ſupra.

Quinimmò, non modò nequit Epiſcopus hujuſmodi 20 miſſarum numero, in fundatione relicto, diſpenſare, verum etiam neque quòd Capellanus alibi prædictas miſſas valeat celebrare, quàm in loco à teſtatore, vel ab alio fundatore deſtinato, etiam ſi poſt fundationem ipſe fundator. Hoc enim procedit de jure communi, ut videlicèt, miſſæ, & Anniverſaria ſint celebranda in Eccleſia, ubi fundatorum corpora requieſcunt, Abb. *conſil 5. num. 4.* dicens, quòd honeſtius ibi celebrantur miſſæ, quam alibi, cum patrocinio illorum Sanctorum, ſub quorum invocatione Eccleſia conſecrata eſt; & licèt animæ defunctorum, in alia Eccleſia quieſcentium, eodem modo juvarentur, ſi miſſæ in alia Eccleſia celebrarentur, cum illæ eumdem effectum, ubilibet celebrentur, operentur, Sot. *in 4. diſt. cap. 3. quæſt. 2. art. 4.* Seraphin. *deciſ. 1149. num. 11.* Cavaler. *deciſ. 494.* Nihilominus honeſtius eſt, quòd in Eccleſia ſepultutæ, vel alibi, juxtà voluntatem, & legatum teſtatoris, celebrari debeant, ut ex Cavaler. *deciſ. 494. num. 3. 4. &* ac proptereà iſta celebratio non poteſt alibi fieri, niſi de licentia Papæ, quod etiam ipſa praxis docet; Cum etenim D. Joannes Paulus Caccavellus felic. record. Urbano Papæ VIII. narraſſet, quod ipſe, licet ratione perpetui ſimplicis beneficii Eccleſiaſtici in majori Eccleſia Neapolitana, quòd de jurepatronatus exiſtit, duas miſſas ſingulis hebdomadis ad altare majus dictæ Eccleſiæ per ſe ipſum celebrare tenetur; cum tamen, ea devotione, in aliqua alia Eccleſia ſibi benevìſa, prædictas miſſas celebrare cuperet, idem Urbanus Vicario Neapolitano ſcripſit, quare-a 1 nùs eidem D. Ioanni Paulo, ipſius vita durante, & quamdiù prædictum beneficium obtinuerit tantum, prædictas duas miſſas in alia Eccleſia, quæ ex devotione, aut commoditate, magis illi placuerit, celebrare valeret, dummodò fundatoris, qui adhuc vivebat, accederet aſſenſus, concederet; itaut prædictus D. Ioannes Paulus, ab ordinario loci, vel quopiam alio moleſtari non poſſet; prout in literis deſuper confectis, ſub Dat. in Arce Gandolphi Albanen. Diœceſis 1628. Quintodecimo Kalen. Iunii plenius continetur.

Præterea Domino Hieronymo Corteſio Neapolitano, V. I. D. viro eximiæ probitatis, cum ipſe cuperet, etiam ea cauſa devotionis, quaſdam miſſas à fundatore relictas, ac in quadam Eccleſia Beneventan. Diœceſis, celebrandas, celebrare hic Neapoli, ubi ipſe Domin. Hieronymus commoratur, porrecto per eum ſupplici libello Sacræ Congregationi Concilii, obtinuit per eamdem, quòd dictas miſſas poſſet celebrare hic Neapoli. Ita tamen, ut à teſtatore non fuerit aſſignata particolaris Eccleſia, ſeù Capella pro dicta celebratione; in hoc enim caſu, dicta

Sacra

Sacra Congregatio non intendit derogare voluntati teſta-
toris.
22 Ac propterea alibi, quàm in loco à teſtatore deſtinato,
Capellanus celebrando ſine legitima cauſa, peccaret mor-
23 taliter; non tamen tenetur prædictas miſsas denuò, in
loco deſtinato celebrare, quia jam in ſubſtantiam ſatiſ-
factum eſt oneri miſsarum à teſtatore iniuncto, ita ex plo-
ribus probat Fraxinell. *de oblig. Sacerd. ſect.4. concl.5.§.3.*
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.24. num.36.* nam licèt peccet
in re gravi, non tamen tenetur iterùm in eadem Eccleſia,
vel Altari celebrare miſsas, quas alibi jam celebravit; imò
nec ad aliquam reſtitutionem, ut compenſet ſacrificia ali-
24 bi facta; quia non privavit fundatorem fructu ſacrificii,
pro quo jam Deus acceptavit valorem ſatisfactorium à
Sacerdote applicatum, quatenus anima teſtatoris fuiſſet
capax, idem Barboſ. *dict. num.36.* Cauſa autem ad id le-
gitima erit, v. g. ſi Altare fuerit deſtructum, vel ob inun-
dationem, vel aliud impedimentum, idem Barboſ. *loc. c.*
num.33.
Eſt tamen advertendum, quòd licèt idem Barboſ. *loco*
25 *citato* ex Henriq. *lib.9. cap.24. §.4. in fin.* dicat, poſſe Epiſ-
copum diſpenſare in ſupradictis caſibus, ut Capellanus,
qui ratione ſtudii abeſt, celebret in alio, quàm deſtinato
26 loco; quia ſic ſatisfacit prædicto oneri; nihilominus aliud
vidimus non ſemel in Curia Romana ſervari, namque
ad effectum prædictum, petitum fuit indultum Apoſtoli-
cum, quòd de neceſſitate peti debere, tenent etiam pe-
ritiſſimi Curiales, aliàs enim Epiſcopus ſic diſpenſan-
do, derogaret voluntati teſtatoris, quò eſt ſibi om-
ninò interdictum, *dicta Clement. quia contingit, cum*
ſimil.
27 Quandoquidem certum eſt, Capellanum inſtitutum
ad celebrandum in certa Eccleſia, ſeu Oratorio, Sacel-
lo, vel Altari, non ſatisfacit voluntati teſtatoris, ſi ali-
bi ipſas miſſas celebret, ut per Azor. *inſtit. moral. lib. 1.*
cap.24. quem ſequitur Graff. *conſil. 1. difficult.4. de præb.*
Geouen. *in ſuo Manuale Paſtor. cap.73.* qui enim eſt obli-
gatus dicere miſſam in aliquo certo loco, non ſatisfacit,
alibi eas celebrando, Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. miſsa*
§.1. circa fin. Ricc. *in d. prax. fori Eccleſ. dict. tit. praxis*
Capellaniarum deciſ.406. num.2. qui *num.3.* dicit, quòd
ſi id fieri potuiſſet, finis inſtitutionis Capellaniæ remane-
ret inobſervatus; cum electus ſit locus, quem fundator
voluit frequentari, religiosè honorari, & coli; ac pro-
ptereà ejus menti, & voluntati minimè ſatisfactum fo-
ret, eſt Navarr. *de orat. cap.5. num.2. & 12.* ac proptereà
28 ſubdit, id neque fieri poſſe per Epiſcopum, etiam hære-
dibus conſentientibus, ut alibi, quàm in loco deſignato,
miſsæ celebrentur; quia non agitur de voluntate hæredum,
ſed fundatoris, ex *d. Clem. quia contingit, de relig. do-*
mib.
Quandoque propter abſentiam beneficiati à loco, ubi
miſsæ ſunt celebrandæ ex diſpoſitione teſtatoris, datur ſi-
mile indultum, & committitur Ordinario, qui eidem
Oratori, celebrandi, ſeù celebrari faciendi miſſas prædi-
ctas in alia Eccleſia, quàm in illa, in qua teſtator eſt ſe-
pultus, quoties, & quando à tali loco abfuerit, tantum li-
centiam impartiatur.
Similiter Rectori Parochialis Eccleſiæ conceſſum fuit in-
dultum celebrari faciendi per alium miſſas Capellaniæ,
quandiù ipſe Capellaniam, & Parochialem obtinuerit dum-
taxat; ita quòd ex tunc deinceps, miſſæ hujuſmodi per
proprium Capellanum, juxtà fundatoris diſpoſitionem,
celebrari deberent.
Quandoque idem Pontifex, non modò onus ex una
ad aliam Eccleſiam perpetuo, ſivè ad tempus transfert, ut
in ſupradictis exemplis patet, verùm etiam ipſum benefi-
cii, ſeu Capellæ titulum eodem modo transfert, qua-
tenus talis intercedat cauſa, quæ ipſius Pontificis animum
ad ſic transferendum minimè retrahat: exempli gratia.
29 N. ex ſuis propriis bonis fundavit Monaſterium Ordinis
Sancti Baſilii in Civitate Papien. & cum poſtmodum al-
lius Eccleſia indigeret celebratione miſſarum, & in Ec-
cleſia S. Bartholomæi ejuſdem Ordinis in civitate Januen.
multæ miſſæ celebrabantur; & ex translatione alicujus Ca-
pellaniæ in Eccleſia ſecundò dicti Monaſterii fundatæ, ne-
ceſſitati, & penuriæ primo dicti Monaſterii, de conſenſu
Capituli Conventualis, & deindè Capituli Generalis di-
cti Ordinis, ipſe Pontifex tranſtulit cum omnibus, & ſin-
gulis dictæ Capellaniæ oneribus, fructibus, redditibus,

proventibus, & emolumentis; prout etiam aliæ ſimilia
translationes non rarò ex legitima tamen cauſa, eadem Pon-
tificia authoritate fiunt.

CAPUT XI.

Praxis Derogationis Fundationis Beneficii Eccleſiaſtici in illius Collatione.

SUMMARIUM.

30 *Fundationi beneficii non poteſt Epiſcopus derogare, quamvis illa non contineat verba irritantia; nec poteſt aliud, niſi quod per Concil. Trident. eſt ſibi conceſſum.*
31 *Conditiones etiam ſimpliciter appoſitæ in fundatione beneficii, continet decretum irritans.*
32 *Fundationis beneficii ſimplex narratio quomodò ſufficiat pro impetranda illius derogatione.*
33 *Fundatoris voluntati, nec Epiſcopus, nec patronus præjudicare poteſt.*
34 *Conditiones in fundatione beneficii appoſitæ, reſpiciunt honorem Dei, & ſervitium Eccleſiæ.*
35 *Factum contra legem, non habentem clauſulam annullativam quomodo valet.*
36 *Fundationis terminos non poteſt Ordinarius alterare.*
37 *Conſtitutio, licèt non habeat clauſulam annullativam, ſervanda eſt tamen illius forma.*
38 *Decretum irritans in fundatione beneficii, non eſt de neceſſitate exprimendum in impetratione, licèt quandoque ad exuberantiam exprimatur.*
39 *Fundationis derogatio requiritur, etiam in beneficiis ad Sedem Apoſtolicam devoluta, & num.43.*
40 *Collatio beneficii, jure devoluto, facienda juxta illius naturam.*
41 *Quia non receditur à forma, ſed à perſona.*
42 *Scrutinio publicato, ſi moriantur omnes Canonici, corruente tecto, ſubſtituti tenentur eumdem eligere cui eſt jus quæſitum: & quare.*
44 *Fundationis derogatio non cadit in Inferiore.*
45 *Papa, conferendo jure devoluto, reſtringit ſuam proviſionem ad ejus normam.*
46 *Nec cenſetur, velle uti plenitudine poteſtatis.*
47 *Fundatio beneficii, ſi plures contineat qualitates, omnes ſunt Pontifici narrandæ.*
48 *Impedimentis duobus exiſtentibus, uno ſublato, remanet alterum.*
49 *Diſpenſationes tot neceſſariæ, quot ſunt impedimenta.*
50 *Derogatio generalis plurium qualitatum in fundatione beneficii non datur.*
51 *Et quare, & n.137.*
52 *Clauſula,* Non obſtantibus, *non tollit ordinationem fundatoris.*
53 *Statutis patronum Eccleſiaſticorum Papa derogat cum clauſula,* Non obſtantibus.
54 *Conditionibus appoſitis in fundatione beneficii de conſenſu Epiſcopi, & non aliàs derogat, & quare.*
55 *Conditionibus in fundatione beneficii nulliter appoſitis, Papa non cenſetur derogare.*
56 *Patronus, contra iuris diſpoſitionem, novam legem beneficio imponere non poteſt.*
57 *Iuſpatronatus an debeat eſſe hæreditarium, vel gentilitium, poteſt declarari in codicillo, de conſenſu Epiſc.*
58 *Conditiones in beneficio nulliter appoſitæ, poſſunt convalidari per Papam.*
59 *Qualificatus, juxtà fundationem, ſi non adſit, præſentabitur non qualificatus.*
60 *Et regula circa hoc conſtituitur.*
61 *Vacatio diuturna, Eccleſiis damnoſa.*
62 *Beneficium non confertur in invitum.*
63 *Beneficium recipere poteſt quis cogi per Papam.*
64 *Qualificatus, ex fundatione, non poteſt invitus præſentari.*
65 *Præſentandus poteſt juri ſuo renunciare.*
66 *Actus quilibet tendens ad favorem alterius, intelligitur, parte petente.*
67 *Qualitas requiſita in beneficio, ex indulto Apoſtolico, quomodo non procedat in collationibus Apoſtolicis circa derogationem fundationis.*

68 *Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ providentur, ſicut beneficia ſimplicia.*
69 *Et ſic ſufficit in eo prima tonſura.*
70 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimo, ad obtinendum Canonicatum in Collegiata Eccleſia.*
71 *Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ non requirunt ſacrum ordinem.*
72 *Collegiata inſignis comparatur Eccleſiæ Cathedrali.*
73 *Promoveri qui poteſt intra annum, non eget diſpenſatione ſuper ætate.*
74 *Secùs, ſi non poteſt intra idem tempus, promoveri.*
75 *Canonicatus juſpatronatus laicorum in Cathedrali, ex fundatione ante Concilium, non ſubiacent illius diſpoſitioni* c. 12. ſeſſ. 24. *quoad ordines ſacros.*
76 *Ordines Sacri non requiruntur in Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ non inſignis.*
77 *Canonicatus in Collegiata, ac dimidia portio in Cathedrali non habent annexum ſacrum ordinem.*
78 *Niſi aliter ex fundatione, ſtatuto, aut conſuetudine eſſet diſpoſitum, etiam quoad ætatem.*
79 *Canonicatus collegiatæ Eccleſiæ, ſi habeant ordinem ſacrum annexum, de eis providetur, ſicut in cathedralibus.*
80 *Aetas* 14. *annorum ſufficit in Canonicatu collegiatæ, etiamſi illi eſſet annexa Parochialis Eccleſia.*
81 *Prout etiam dicendum eſt de quovis beneficio ſimplici, requirente dictam ætatem.*
82 *Et refertur declaratio Sacræ Congr. & aliæ n. 89.*
83 *Intelligitur tamen de unione acceſſoriè facta, non æquè principaliter.*
84 *Titulus non datur in beneficio annexo, ſed in principali.*
85 *Ordo attenditur, quem requirit Dignitas, vel Canonicatus, de ſui natura, non autem ætas ad Parochialem illi annexam, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis.*
86 *Actus interpoſitus regulatur ſecundùm naturam ejus, cui interponitur.*
87 *Aetas* 14. *annorum ſufficiebat ad Canonicatus in Cathedralibus, de jure antiquo.*
88 *Caſus omiſſus remanet diſpoſitioni juris communis.*
90 *Diſpenſat Epiſcopus cum illegitimo ad beneficium ſimplex, ſine conſenſu Capituli.*
91 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo defuncto in juriſdictione Epiſcopali.*
92 *Nam tunc dicitur Ordinarius.*
93 *Capitulum diſpenſando cum illegitimo tenetur ſervare ea, quæ idem Epiſcopus.*
94 *Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo requirit cauſam.*
95 *Illegitimus diſpenſatus debet eſſe honeſtæ vitæ, &c.*
96 *Diſpenſatio Papæ cum illegitimo, requirit cauſam, & quænam illa ſit.*
97 *Delegatus Papæ ad diſpenſandum cum illegitimo, quænam debeat prius examinare.*
98 *Diſpenſatio cum illegitimo facienda per Ordinarium, quid requirat in praxi.*
99 *Diſpenſatio cum illegitimo, non præmiſſa cauſæ cognitione, non valet.*
100 *Diſpenſandi facultas cum illegitimo ad beneficium, intelligitur cum cauſæ cognitione, Epiſcopo conceſſa.*
101 *Illegitimum promovendo Epiſcopus, non cenſetur cum eo diſpenſare, & quarè.*
102 *Illegitimus eſt ab Epiſcopo diſpenſandus, ante collationem beneficii, vel tonſuræ.*
103 *Promovens indignum, punitur.*
104 *Diſpenſar. quomodò tacitè cenſeatur Papa ſuper defectu.*
105 *Illegitimus diſpenſatus ab Ordinario ad beneficium ſimplex, poteſt illud obtinere in quacumque Diœceſi.*
106 *Illegitimi filius, eſt habilis ad beneficium, niſi aliud in fundatione caveatur.*
107 *Aut aliàs illud ſibi canonicè conferatur.*
108 *Quæ cenſeatur ſub diſpoſitione de legitimis.*
109 *Illegitimi filius non repræſentat impudicam ſpeciem progenitoris illegitimi.*
110 *Illegitimi patris qualitas, non nocet filio illegitimo.*
111 *Illegitimas non imprimit delictum, ſed defectum.*
112 *Illegitimi, licet incapaces eorum, quæ proveniunt ex perſona patris, ſunt tamen capaces omnium ex perſona propria provenientium.*
113 *Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo, non excedit limites ſuæ facultatis.*
114 *Quod intelligitur, etiam ex quacumque cauſa utili, & neceſſaria.*
115 *Intelligimus diſpenſatus ab Epiſcopo, ad Canonicatum Eccleſiæ collegiatæ, ſeu aliud beneficium, etiam ſi illud haberet annexam Parochialem Eccleſiam.*
116 *Unitum beneficium non poſſidetur tanquam titulus.*
117 *Illegitimus à ſolo Papa diſpenſatur à plura, & qualificata beneficia, ac majores ordines.*
118 *Diſpenſatio, tanquam odioſa, non includit, niſi primum actũ poſt diſpenſationem, quod exemplificatur, ut hic.*
119 *Diſpenſatio, ceſſante culpa, quomodo intelligatur, cum effectu.*
120 *Intelligimus diſpenſatus ad unum beneficium, ſi duo ſibi collata, acceptet, perdit utrumque, & quare.*
121 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum illegitimo ſuper pluralitate beneficiorum.*
122 *Singularis loquutio non extenditur ad pluralitatem.*
123 *Diſpenſatio non includit, niſi primum actum ſubſequentem, eoque expleto, illa extinguitur.*
124 *Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimum ad unum beneficium procedit, etiam ſi illud non ſufficiat ad congruam ſuſtentationem.*
125 *Illegitimus, vigore* c. 1. de fil. presb. in 6. *non diſpenſatur ab Epiſc. ſi obſtet aliquod ſtatutum Eccleſiæ, quod illegitimus non admittatur ad tale beneficium.*
126 *Statum Eccleſiæ, non ſtat proviſionibus Apoſtolicis.*
127 *Epiſcopus non diſpenſat contra ſtatutum juratum, vel confirmatum.*
128 *Papa habet omnia iura in ſcrinio pectoris.*
129 *Statuti Eccleſiæ jurati, vel confirmati, eſt mentio facienda in ſupplicatione.*
130 *Statuti particularis derogatio, quandoque à Papa denegatur.*
131 *Illegitimus non diſpenſatur ad beneficium ſimplex ab Epiſcopo, ſi obſtet illius fundatio, ut hic.*
132 *Fundatio beneficii, ubi obſtat, Epiſcopus, abſtinere debet ab illius collatione.*
133 *Fundationis beneficii derogatio, datur à Papa, inſimul cum collatione.*
134 *Fundationi derogatum non cenſetur à Papa, ſi dicat,* Non obſtante fundatione.
135 *Fundationis ordinatio, non dicitur ſtatutum.*
136 *Clauſulæ generales non operantur derogationem fundationis beneficii.*
138 *Fundationis generalis derogatio, etiam motu proprio conceſſa, non prodeſt impetranti.*
139 *Conſtitutiones Principis, licèt contineant omnes obſtantias de mundo, non tollunt ſpecialia privilegia, ſtatuta, vel conſuetudine.*
140 *Nam illæ tendunt ſolum ad tollendam ſubreptionem.*
141 *Fundationis beneficii derogatio, ſub qua formula detur.*
142 *Etiam ſi fuerit fundatio Clerici, requirit expreſſam derogationem.*
143 *Illegitimo non prodeſt diſpenſatio ad beneficium ex* c. 1. de fil. presb. in 6. *ſi ultra concurrat aliud impedimentum juris.*
144 *Imo neque ſufficit diſpenſatio Apoſtolica, non expreſſo altero impedimento.*
145 *Illegitimus obtinens Canonicatum in Collegiata, an illum retineat, illa erecta in Cathedralem.*
146 *Et quid de minore, qui præſentabatur ad Canonicatum, antè prædictam erectionem.*
147 *Collegiata erigitur in Cathedralem, ad augendum cultum divinum.*
148 *Illegitimus diſpenſatus ad ſine cura Eccleſiam, ſi illa erigatur in curatam, quomodo præficiendus in Rectorem ſimplicem, aut curatum.*
149 *Illegitimus à ſolo Papa diſpenſatur ad dignitatem, aut perſonatum, rejecta opinione* Gamb.
150 *Perſonatus, & Dignitas æquiparantur beneficiis curatis.*
151 *Rectoria, ſeu Prioratus ruralis, quomodo cenſeatur ſimplex beneficium.*
152 *Beneficia ſimplicia, ſub nomine Dignitatum, quando conferantur.*
153 *Illegitimus non diſpenſatur ab Epiſcopo ad aliquem ſacrum ordinem.*
154 *Nec ad beneficium, habens eundem ordinem annexum.*
155 *Et quomodo intelligenda verba* c. 1. de fil. presbyt. in 6. *ibi,* dummodo ſit tale, ſuper quo poſſit Ordinario diſpenſare.

156 *Ille-*

156 *Illegitimus, quando poſſit obtinere Canonicatum, & portionem in Cathedrali Eccleſia.*
157 *Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo ad ordines, & beneficia, non ſe extendit ultrà minores ordines, & unum ſimplex.*
158 *Illegitimi antiquitùs rarò diſpenſabantur ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, præſertim tempore Pauli III. & Sixti V.*
159 *Et quare repellantur ab Eccleſia Dei.*

SAnè circa hanc praxim, admonendi ſumus, prout
ſuperiùs dictum eſt, non deeſſe, qui dicunt, tunc
tantummodò non poſſe Epiſcopum fundationi derogare,
quando videlicet, qualitas in fundatione adiecta, contineret
expreſsè verba irritantia, veluti, cum teſtator, ſeù fundator
dicat, quòd ad talem Eccleſiam, ſeù Capellaniam non poſ-
ſit, neque debeat eligi, aut præſentari aliquis, qui non
fuerit in Sacerdotio conſtitutus, aliàs electio, ſeù præ-
ſentatio, vel inſtitutio nullius ſit roboris, vel momenti:
cum revera, quicquid dixerint etiam nonnulli peritiſſimi
Curiales, neque in theorica, neque in praxi, id ſuſtineri
poſſe videatur; quia idem prorſus dicendum eſt, quam-
30 vis non ſint adiecta hujuſmodi verba irritantia; ſufficit
enim, quòd lex, ſeù qualitas fuerit ſimpliciter, videlicèt abſ-
que hujuſmodi verbis in fundatione appoſita: quia neque
tunc Epiſcopus, ut dictum eſt, poterit derogare: cum et-
enim id eveniat propter decretum prædicti Concilii Trid.
ſeſſ.24.cap.5. ibi *non derogetur*, ſine aliquo adiuncto, non
conſtat, de neceſſitate requiri aliquid irritans ad impedien-
dam derogationem Epiſcopi, ſed ſufficit, quod prædictum
Concilium ità diſpoſuerit, nec aliter diſtinxerit, quare nec
nos diſtinguere debemus, *vul. iur.* quia Epiſcopus con-
trà decreta Concilii diſponere nullo modo poteſt, niſi in
quantum ſibi, per idem Concilium fuerit attributa facul-
tas, ad gloſ. *in c. cum dilectus, in verb. ætate, de elect.* Na-
varr. *in Manuali, de orat. cap.11. num.24.* Leo *in theſ. for.
Eccl. par.2. cap.8. n.44.* Rebuff. *in tractat. nomin. q.5. num.*
30. & alii, quos refert Barboſ. *de poteſt. Epiſc. gloſ.33. nu-
mer.25.*

Sicut neque eſt audiendus Ferret. *conſil.305.* dicens,
quòd ſi dicatur à teſtatore, vel fundatore, ut eligatur,
ſeù præſentetur Sacerdos, non requiritur Sacerdotium
actu, tempore electionis, ſeù præſentationis, ſed ſolum
aptitudine, niſi quando ordo Sacerdotii fuit annexus per
verba negativa, ſeù annullativa, & prohibitiva, veluti ſi
dicatur, quòd tale beneficium, ſive Capellania non con-
feratur, niſi presbytero, vel quòd non poſſit præſentari,
niſi Sacerdos, nam neque hoc admitti poſſe videtur: quia
qui non eſt actu, ſed tantum aptitudine, Sacerdos non
eſt: quarè in eo non verificantur verba requirentia Sa-
cerdotium, ut per Garc. *de benef. p.7. c.1. n.61.*

Nec refert, quòd in aliquibus inſtitutionibus, ſeù fun-
dationibus beneficiorum repetiantur, quandoque iſta ver-
ba irritantia; quandoquidem illa aliud non operantur, niſi
ad clarius oſtendendam enixam fundatoris voluntatem,
circa obſervantiam legis in fundatione appoſitæ, cum cer-
tum ſit, quod conditiones etiam ſimpliciter ſic appoſi-
31 ſitæ continent in ſe decretum irritans, & non poſſunt tol-
li de conſenſu Epiſcopi, vel patronorum, nec immutari,
Roch. de Curt. *de iurepatr. verbo pro eo, quod de Diœceſani
conſenſu, q.14 n.30.* Lambert. *eod. tract. lib.3. qu.5. princ.
art.4.* Caputaq. *deciſ.290. p.2.* relatos per Marium Antoni-
num *var. reſol. l.1. reſol.12. n.8.*

Quarè, fatentur Curiales, prout ego ipſe, tot anno-
rum curriculo in ipſa Romana Curia obſervavi, quòd nun-
quam neceſſarium exiſtimatum fuit in ſupplicatione porri-
genda Summo Pontifici pro hujuſmodi derogatione impe-
tranda, exprimere, an videlicèt teſtator, ſeù fundator
ità explicitè diſpoſuerit, ut factum contra conditiones in
fundatione appoſitas, non valeat ſuffragari; cum ſolum-
32 modò ſatis ſit narrare ſimplicem diſpoſitionem factam à
fundatore: ex eo, quòd ſufficit, quòd ita fuerit ſimplici-
ter diſpoſitum, ut nihilominùs voluntas ipſa ſit pro lege
ſervanda: quarè dixit Imperator, *diſponat teſtator, & fiat
lex. §. diſponat, Auth. de nupt. c. ult. vol.13. q.2.* ubi gloſ.
in verbo ult. quòd ſi quis eam non ſervat, hoc ipſum, quòd
ei eſt relictum, ab eo aufertur, *c. ſimiliter, 11. qu.1.* Nec
omnes leges canonicæ, ſivè civiles, ſuper quibus petitur
à Principe diſpenſare, aut eis derogari, habent expreſsè de-
cretum irritans verbis explicitis. Præterea ſufficit, quod
teſtatoris, aut fundatoris voluntati, dummodò rationa-
bili, nec patronus, nec Epiſcopus præjudicare poſſit, il- 33
lam commutando; juxtà not. *cap. nos quidem, de teſtam.*
quia commutari non poteſt, niſi de licentia Papæ, ut in
*d. Clem. Quia contingit, de relig. dom. & in l. ſi quis ad de-
clinandum, C. de Epiſc. & Cler.* Bart. *in l. legatum, ff. de
uſufr. leg.* Lambert. *de iurep. lib.3. art.3. q. princ. nu.4. circa
med. & n.5. fol.1005.* ubi quòd tales conditiones in funda-
tione adiectæ reſpiciunt honorem Dei, ſervitium Eccle- 34
ſiæ, & ſic ejus utilitatem, vel quandam ſatisfactionem men-
tis defuncti, volentis, ſic obſervari: nam licet factum con-
tra legem, non habentem clauſulam annullativam, valeat, 35
per ea, quæ tradit Dec. *conſil.17.* nihilominus, ac ad rem
noſtram, clarum eſt, Ordinarium non poſſe fundationis 36
terminos alterare, & ſi aliter fieret, collatio, ſive inſti-
tutio eſſet nulla, Put. *deciſ.330. n.1. & 4. lib.* quit *n.5. &
6.* ait non obſtare, quod conſtitutio non habeat clauſulam
annullativam, quia abſque decreto annullativo, actus eſt
nullus, non ſervata forma conſtitutionis, quando datur
poteſtas non habentieum certa qualitate, præſertim in ha-
bentibus cauſam perpetuam prohibitionis, ad not. per gl.
in Clem.1. verbo, inhibentes, de iurepatr. & per Felin. *in
c. ex parte, col.4. verſic.2. limita, & col. pen. verſ. quartus
eſt caſus, num.6. de conſtit.* idem Put. *d. num.6.* ubi quòd
quando ſumus in habentibus perpetuam cauſam prohibi-
tionis, ſemper videtur latere vitium etiam poſt actum,
& ideò ſufficit ea prohibere etiam ſi lex non dicat, con-
trà factum eſſe irritandum; quòd eſt apprimè notandum
contrà nonnullos Pragmaticos Romanæ Curiæ, te-
nentes decretum irritans in fundatione eſſe de neceſſita-
te in ſupplicatione exprimendum; licèt quandoque illud
viderimus ad exuberantiam exprimi, ut ſuprà dictum 38
eſt.

Quoniam verò de derogationibus fundationum juri-
ſpatronatus aliqua ſuprà diximus, ad noſtram praxim per-
tinet, ea, quæ circa id in Romana Curia ſervari di-
dicimus, hic ſubiicere; namque in caſibus, in quibus
beneficia juriſpatronatus, etiam laicalis per Summum
Pontificem conferri conſueverunt. Apoſtolicæ proviſio-
nes fiunt cum expreſſa derogatione qualitatum in funda-
tione appoſitarum: quando ille in aliquo dignoſcetur
obſtare, quod quidem, uſque adeò locum ſibi dignoſci-
tur vendicare, etiam ſi beneficia ipſa fuerint ad Sedem 39
Apoſtolicam devoluta: quia devolutio fit ad Superiorem
cum ſuo onere, & ſua qualitate: ac proinde etiam tan-
quam devoluta debent conferri perſonis eiſdem, quibus
tenebatur inferior, à quo facta eſt devolutio, quę fiat grada-
tim, & ſecundùm diſpoſita in Concilio Lateranenſe, de
quo in *cap.1. & 2. de conceſſ. præb.* prout etiam alibi dixi-
mus, & ſic donec devolutio ipſa fiat ad Papam, Rebuff.
in tract. nominat. quæſt.8. num.11. Vivian. *in praxi juriſ-
patron. par.1. cap. num.138.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent,
de conſtit. num.18.* nam licèt patronus propter negligen-
tiam perdiderit poteſtatem præſentandi, tamen Superior 40
conferens jure devoluto, non poterit aliter conferre, quàm
ſe habet inſtitutio, & natura beneficii, & ex Bald. *in leg.
ſi pupilla, Cod. ſi mancip. ita alienat.* quod ſi exequutor,
qui de mandato teſtatoris, debeat aliquid diſtribuere
inter pauperes, cum conſilio Prioris Prædicatorum, fue-
rit negligens, Epiſcopus ſuccedens ei jure devoluto, te-
netur eam formam ſervare; quia non receditur à forma, 41
quæ perpetua eſt, ſed à perſona, & dixit Innocen. *in
cap. publicato, in 4. quæſt. de elect.* quòd ſi publicato
ſcrutinio, moriuntur omnes Canonici, corruente te-
cto, ſubſtituti de novo tenentur eundem eligere, quia 42
per publicationem quæſitum eſt jus nominato, quòd
per caſum non perdidit. Quarè cum devolutio fiat cum 43
omnibus oneribus, & qualitatibus requiſitis ex inſtitu-
tione, & natura beneficii, ut ſupra dictum eſt, id etiam
procedit, quando devolutio fit ad Summum Ponti-
ficem, de qua nunc loquimur, cum derogatio funda- 44
tionis non cadat in inferiorem, ſed ad ipſum Pontificem
ſpectat, & ob id ab eo eſt hujuſmodi derogatio petenda:
quia etiam ipſe conferendo ex jure, devolutio cenſetur 45
reſtringere proviſionem ſuam ad ejus normam, nec
velle uti poteſtatis plenitudine, qua uti conſuevit, 46
providendo jure proprio de affecto, ſeù reſervato,

ita peritiſſimos Lotter. *de re benefic. lib.2. quæſt.24. numer. 64.* prout cum effectu ſervatur in praxi, & dicitur in una Mediolanenſ. Parochialis coram Seraphin. *deciſion.* 1309. *num.3. & deciſion.*136. ſicut jam alias dicimus, & opportuniùs ſuo loco dicetur in caſu publicationis reſignationis beneficiorum: nam licet reſignatio fuerit facta in manibus Ordinarii, & poſtea collatio obtenta à Papa tanquàm devoluta ob negligentiam ejuſdem Ordinarii, nihilominus impetrans non habebit ſemeſtre ad publicandum, prout diſponitur *in Conſtitutione Gregorii XIII. de publicandis reſignationibus*, quando reſignatio fit in manibus Papę, ſed tantum tres menſes: & ſic cum iſta qualitate fit devolutio prædicta.

Hinc igitur eſt, fruſtra laborare impetranda beneficia, ad ſedem Apoſtolicam devoluta, dum quærunt evadere in ſupplici libello, expreſſionem qualitatum in fundatione, aut inſtitutione beneficii appoſitarum, quæ omninò ſunt Summo Pontifici explicandæ, ut valeat ille illis derogare, quatenus ſibi ita expediens videbitur: cum jam res fecerit tranſitum cum ſua cauſa, *leg. alienatio, ff. de contrahend. emption. leg. traditio, ff. de acquir. rer. dom.* namque clarum eſt, hoc procedere, etiam in beneficiis devolutis ad ipſum Summum Pontificem, licèt non exprimatur in ſupplicatione conditio, ac qualitas in ipſius beneficii fundatione adiecta, quia idem Pontifex intendit providere juxtà qualitatem, & formam appoſitam in fundatione beneficii: licèt illæ non fuerint in precibus expreſſæ, ut aliàs diximus.

Quod quidem intelligendum eſt, non modo de qualitatibus in fundatione, ſive teſtamento adiectis, verum
etiam quovis alio jure ſpeciali; quia quocumque modo
fuerint appoſitæ, ſunt omninò ſervandæ: quòd ſi fundatio
contineat plures qualitates, erunt quidem Summo
47 Pontifici explicandæ, nec ſufficiet ſi una tantum expli-
48 cetur; namque duobus impedimentis exiſtentibus,
49 uno ſublato, remanet alterum, *cap. paſtoral. de privileg.
cap. ex tenore de auth. & uſ. pal.* tot enim ſunt neceſſariæ
diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, Franc. *in cap.
non poteſt §. fin. num.5. de præb. in 6.* Caſſad. *deciſion.9.
numer.4. eodem titul.* Menoch. *de arbitr. judic. lib.2.
centuri. 2. caſu 203. numer.13.* Navarr. *conſil.17. de reſcript.*
ſicut etiam dicimus, unam tantummodo diſpenſationem
non ſufficere, ad contrahendum matrimonium
pro uno impedimento, ſi aliud remanet, Caſſad.
poſt Abbas *dicta deciſion.9. numer.4.* Gonzal. *ad regul. 8.
Cancell. gloſs. 13. num. 84. cum pluribus ſequent.* & dixi
in mea Prax. *Diſpenſat. Apoſtolic. lib.9. cap. 7. num. 6.*
50 Nec quidem a Papa in hujuſmodi caſibus admittitur generalis
petitio derogationis plurium qualitatum in genere
narratum, veluti, ſi ipſa derogatio peteretur quoad omnes
partes non expreſſas, aut in litteris exprimendas,
cum nunquam viſum fuerit in Dataria Apoſtolica,
hanc genericam derogationem admitti; ex eo quòd
51 tales eſſe poſſunt qualitates in fundatione adiectæ: quę
non immeritò Pontificis animum ab hujuſmodi derogatione
retraherent, ut optimè docet Rebuff. *in praxi
titul. devolut. numer.44.* ubi teſtatur, Romanam
Curiam ſervatur in his devolutis, ut ſoleat derogare
fundationi beneficiorum, etiam ſi in illa caveatur expreſsè,
quòd obtinens tale beneficium, teneatur in illo
perſonaliter reſidere, & eſſe ſacerdos, vel ad ſacerdotium
intra annum promoveri, ac quod cum illo non
poſſit aliud beneficium obtinere; quæ quidem omnia
ſunt in ſupplicatione exprimenda; cum generalis expreſſio,
nimirum, omnium qualitatum in fundatione appoſitarum,
niſi fiat, nihil proſit: quinimmò vidimus
quamplures ſupplicationes ſuper diverſis materiis, in
quibus petebantur derogationes fundationum, per Datariam
remitti ad Signaturam Gratiæ, ut ibi cauſæ
hujuſmodi derogationum plenè examinarentur, ut aliàs
dixi.

Nec operatur circa hoc generalis derogatio, vigore
Clauſulæ, Non obſtantibus, in ſupplicibus libellis, ac
ſubinde in litteris proviſionis, appoſita, ſicut antea di-
52 ximus, per quam certum eſt, nequaquam nulli ordinationes
fundatoris, Garc. *de benefic. par.7. cap.1. numer.188.*
ubi licèt dicat, hanc peculiarem derogationem
requiri non modò in fundatione juriſpatronatus
laicalis, verum etiam eccleſiaſtici: quia etiam fundatio
clerici, eſt multum favorabilis, nec ei cenſeri debet
derogatum, niſi de ea fiat expreſſa mentio, tamen
poſtea ibi ſubdit, quòd id habet ſpeciale fundatio laici,
cum cenſeatur ei derogatum, etiam ſi in clauſulis derogatoriis
dicatur, *Non obſtantibus fundationibus, &c.*
quæ tamen verba de fundationibus clericorum intelligenda
erunt, non autem laicorum, pro quibus oportet,
quòd expreſsè, & in individuo fiat derogatio, non autem
per clauſulas generales prægnantes, & latius hæc
praxis explicatur per Caputaqu. *deciſion. 522. part. prima*,
in qua clauſula, *Non obſtantibus conſtitutionibus,
ordinationibus Apoſtolicis, ac provincialibus, &
Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon
ſtatutis, & conſuetudinibus, ac fundationibus, etiam
juramento, &c. roboratis, privilegiis, quoque indultis,
&c.* appoſita in proviſione alicuius beneficii juriſpatronatus
non operatur derogationem dictæ fundationis, quia clauſulæ
quantumcumque prægnantes non ſufficiunt ad derogationem
fundationis factæ per patronum laicum, ſed
oportet, quod individuo, & non per clauſulas æquipollentes,
& prægnantes fiat derogatio, ex juribus in dicta
deciſione, allegatis, quod etiam in praxi notiſſimum
eſt apud omnes Curiales.

Quamvis aliud dicendum ſit de derogatione fundationis
juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ut dictum eſt; quia
eo modo, quo Papa derogare ſolet juripatronatus clericorum,
ſive etiam ex privilegio, aut præſcriptione, abſque
aliqua illius mentione, & cum ſimplici clauſula,
Non obſtantibus, &c. prout ſuo loco dicetur, ita etiam
poteſt derogare, prout cum effectu paſſim derogat fundationi
eiuſdem juriſpatronatus cum eadem clauſula, *Non
obſtantibus*, ex doctrina Felin. *in capit. nonnulli, numer. 23. de reſcript.*
ubi ait quòd licet per clauſulam,
Non obſtantibus conſuetam poni hodie in gratiis, derogetur
ſtatutis generalibus, omnia beneficia Eccleſiaſtica
reſpicientibus, tamen non derogatur per eam alicui
ſtatuto ſingulari, niſi de illo fiat expreſſa mentio:
ſubdens, ita demum hoc intelligi debere, dummodò
ſit ſtatutum laicorum appoſitum in fundatione, ſecùs
autem ſi eſſet ſtatutum clerici: quia talibus ſtatutis pa-
tronorum eccleſiaſticorum præjudicatur per clauſulas ge- 53
nerales, *Non obſtantibus, &c.* per not. *in cap. dilectus
de jurepatr.* quamvis contrarium ſentiat Garc. *de benef.
p.7. c.n.181.*

Prætereà notandum pro ſimplicibus, Curialibus,
quandoque in Dataria Apoſtolica fuiſſe perperam, ac
etiam ad decipiendum Summum Pontificem, petitas aliquas
derogationes fundationum, in quibus tamen non
fuerunt appoſitæ conditiones in limine fundationis,
de conſenſu Ordinarii, ſed poſt fundationem, & ſine
dicto conſenſu, quæ cum ſint propterea nullius
momenti habentur tanquam non appoſitæ; catenus
enim Papa derogat fundationibus prædictis, quatenus
conditiones ſint legitimè, & cum dicto conſenſu appoſitæ,
nam aliàs videretur Papa ſua derogatione approbare
dictas conditiones, nulliter, ut ſupra appoſitas:
cum nihilominus certum ſit quòd nullum eſt, nullum
producere effectum, *l.4. §. condemnatum, ff. de re judic.
illud, de jurepatron. cum ſimil.* quod quidem contingere
poteſt, veluti ſi poſt fundationem, cum conſenſu
Ordinarii, fuerunt per patronum, abſque dicto
conſenſu, ſed de facto aliæ conditiones appoſitæ;
quo caſu nulla erit fundationis derogatio, quoad
ipſas conditiones, ſic nulliter adiectas; nam Pa-
pa ſic derogando, non cenſetur eas approbare: qui- 55
nimmò ſemper ipſo derogando fundationis, illiuſque
qualitatibus, ita qualificat ſuam gratiam derogationis,
ut illa nunquam cenſeatur facta, niſi de qualitatibus
in limine fundationis, cum conſenſu Ordinarii appoſitis,
dicendo, *in cujus fundatione caveri dicitur ex-
preſſe, quod, &c.* Ratio enim eſt, quia, ut pluries 56
diximus, hæres; ſeù alius patronus contra juris diſpoſitionem,
novam legem beneficio imponere non poteſt,
Imol. *poſt gloſs. in capit. cum dilectus, num.11.* Abbas
numer. 5. de conſuetud. Felin. *in capit. ſignificavit,
de teſt.* & fuit dictum in una Toletan. Capellaniæ, quam
refert Garc. *de benefic. part.11. capit.5. numer.222.* quia
agitur de mutanda voluntate defuncti, circa Deo dicata,
quòd ſoli Papæ eſt permiſſum, *dicta Clementin.*

Quia

Quia contingit, *de relig. dom.* niſi fortaſſe per hujuſmodi
fundatorem fuerit aliquid in teſtamento, ſeu codicillo,
de conſenſu Ordinarii, declaratum, dummodo non tan-
gat ſubſtantiam juriſpatronatus, ut in cauſa Mediolanenſ.
Juriſpatronatus, quæ eſt *deciſ.675. num. 2. par.1. recent.*
in qua fuit dictum, quod idem fundator potuit in codi-
57 cillo declarare, an juſpatronatus fuerit hæreditarium, vel
gentilitium, & quod non minus in codicillis, quàm in
ipſa fundatione, potuit ſic qualificari juſpatronatus, con-
currente conſenſu Ordinarii, ex Calder. *conſil. 5. & 20.*
de jurepatron. Abbas *conſil.59. num.3. verſic.3. principali-*
ter, *lib.1.* Pariſ. *conſ.35. num.8. lib.4.*
Et ſic generaliter, ubicumque conditiones nulliter
adjectæ, aut aliàs ſubſiſtere nequeunt, vel ſi turpes fue-
rint, non operabitur quoad eas aliqua fundationis dero-
gatio, quia omninò illę rejiciuntur, & habentur perin-
dè, ac ſi non fuiſſent appoſitæ, ad text. *in l. nuda ff. de*
contrah. empt. licet aliter dicendum eſſet, ſi conditiones
ſic ut præfertur, nullæ, fuerunt poſtea convalidatæ
58 per Papam: quia quamvis illæ non ſint aliàs in conſidera-
tione, nihilominus idem Papa poterit eas approbare, ut
valeant, Gonz. *gl.57.n.24. & 25.*
Poſtremò, in propoſito præſentandi perſonas, ſecun-
dum formam fundationis qualificatas, prout ſuperius di-
cebamus, ita hæc intelligenda ſunt, videlicet, quate-
nus reperiantur ad præſcriptum fundationis qualifica-
tæ, quæ petant ſibi de tali beneficio provideri: aliter
59 enim non impediuntur patroni præſentare, & Ordi-
narius inſtituere alium non qualificatum, aliàs tamen
dignum: quare optimè ait idem Gonz. *gloſſ. 56. num.*
88. cum ſeqq. quòd ſi per ſtatutum, vel aliam diſpoſi-
tionem conſtituatur, quòd beneficium ſit conferen-
dum certo generi perſonarum, ut puta graduatis, no-
minatis, perſonis de gremio Capituli, filiis patrimo-
nialibus, vel alio modo qualificatis, aliàs collatio ſit
nulla, intelligi debet, ipſis volentibus, vel aliquo qua-
lificato, petente ſibi fieri collationem, & proſequente:
cum Ordinarius collator non teneatur quærere, & re-
quirere qualificatos, an velint ſibi fieri collationem,
Gonzal. ſupradicto loco citato. Quare hic conſtituenda
videtur regula, juxta ea, quæ non tardò in praxi evenire
obſervavimus, nempè quòd vocatus in fundatione bene-
ficii, ac juxtà illam qualificatus, quid illud petit, debet
omnibus aliis præferri: quo caſu Epiſcopus, ſeù alius
Collator non poteſt tale beneficium alteri non qualificato
conferre: ſi verò qualificatus non adſit, vel quatenus
adſit, tale beneficium non petit ſibi conferri, quia ad il-
lud non adſpirat: tunc Collator poteſt illud alteri non
qualificato conferre. Quòd quidem intelligendum, ſi-
ve beneficium fuerit liberę collationis ex ſui primęva
erectione, ſive de jurepatronatus laicorum, ubi patroni
tenentur præſentare perſonam ex fundatione qualifica-
tam: nam licet ita cautum ſit in ipſa fundatione, cum
nihilominus tempore vacationis non adſit perſona qua-
lificata, vel quatenus adſit, non aſpiret ad hujuſmo-
di beneficium, tunc quidem poterunt patroni alium
non qualificatum præſentare: nam ſemper lex, ſeu
quælibet alia diſpoſitio intelligi debet, ſi talis perſona id
petat, vel velit. Jaſon. *in leg.2. Cod. de jur. emphyt.* nec
collatio proinde non qualificato facta, erit nulla, cum
Collator ignoret, an qualificatus velit illud beneficium,
nec teneatur quærere qualificatum, Tiraquell. *in repet. l.*
ſi unquam in verbo, revertatur num.8. Cod. de revoc. do-
nat. & de hoc videndus eſt Rebuff. *ſuper concord.* Rubr.
de collat. §. ſi quis vero, & ibi gloſ. *in verbo*, *ipſo iure*, *fol.*
mihi 348. & in §. ult. gloſ. Extantibus præfatis graduatis
fol.481.
Præmiſſorum etenim ratio eſt, quia ſemper in gratia,
ſeù quacumque alia diſpoſitione; intelligitur clauſula, ſi-
vè conditio, ſi is, cui conceditur, ea uti velit, etiam ſi
adeſſet clauſula decreti irritantis, idem Rebuff. *in tract.*
nominat. quæſt. 18. num.9. nam quiſque poteſt privilegio
in ſui favorem introducto, renunciare, *c. ſi diligenti*,
de for. compet. l. penult. Cod. de pact. intelligitur enim be-
beneficio affectum qualificato, ſi videlicet ipſe velit,
qui ſicut poteſt beneficio jam acquiſito renuntiare,
c. admonet, *& c. quod in dubiis de renunc.* multò for-
tius, acquirendo, *Clem.* Gratiæ, *de reſcript.* idem Re-
buff. *d. num.9.*

Undè, ſi tempore vacationis non compareat aliquis,
ut ſupra qualificatus, non tenetur Epiſcopus expectare,
donec reperiatur talis, & ita interim beneficium vacabit
in diſpendium cultus divini: cum diuturna vacatio ſoleat 61
ſemper eſſe Eccleſiis damnoſa, *cap. ne pro defectu*, *de*
elect. Nec beneficium conferendum eſt in invitum, quia 62
clericus invitus non creatur, *cap.1. diſtin.71. cap. hono-*
ratus diſtin.74. c. quæris, *de ætat. & qualit.* cum ſolum 63
per Papam poſſit quis cogi invitus, ut recipiat benefi-
cium, & fiat Prælatus, Abbas *in capit. final. de poſtul.*
prel. quare in hoc caſu, invitus, licèt qualificatus ad præ- 64
ſcriptum fundationis, ſi nolit, non poteſt præſentari, *c.*
beneficium, *de reg. jur. in 6. l. invitus*, *ff. eodem*, &
quatenus eſſet ita qualificatus, ac proinde præſentandus,
poteſt juri ſuo renunciare, *cap. fin. §.1. de off. deleg. l. fi-*
lio præterito, *juncta gloſſ. ff. de iniuſt. irritoque teſtamen.* 65
Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.3. quæſt.4. num.5.* quod ha-
bet locum tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus,
Archid. *in cap. quam periculoſum*, *num.4.7. quæſt.1. & in*
cap. denique, *num. etiam 4.6. quæſt.3.* Alex. *conſ.116. nu.*
2. lib.3. & regulariter quilibet actus tendens ad favorem
alterius, eſt intelligendus, parte petente, gloſ. *in l. uni-* 66
verſa reſcripta verbo, *prebeatur*, *Codic. de precibus*
Imper. offer. & quælibet conceſſio facta ad favorem alicu-
jus, habet tacitam conditionem, ſi is, in cujus favorem
facta eſt, ea uti vellet, Put. *deciſ.353. n.3. p.2.* & diximus
aliàs, dum locuti ſumus in terminis, & de qualitate filio-
rum patrimonialium.
Sciendum tamen eſt, circa qualitatem prædictam ex
fundatione, id procedere, quando ita cautum eſt in fun-
datione beneficii, at verò ſecus ſi poſt fundationem, ita
conceſſum fuerit ex indulto Apoſtolico, extra dictam fun- 67
dationem, & ad partem, nam in hoc caſu collatio fa-
cienda certo generi perſonarum, non procedit in provi-
ſionibus Apoſtolicis, quas ſępè vidimus ex notorio ſtylo
Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, tam ex devolutio-
ne, quam ex quacumque alia cauſa, fieri non qualificatis
perſonis, prout etiam docet Put. *deciſ. 301. lib.1. & dec.*
51. de conſtit. & fuit dictum in una *Tridentin. Decanatus*
25. Februarii 1633. num.2. impreſſa penes Rub. *deciſ.183.*
num.2. ubi num.6. & 7. dicitur, non obſtare, quod bene-
ficium debitum certo generi perſonarum cadit ſub reſerva-
tione cum ſua cauſa nempè, quod conferatur illi generi,
Seraph. *deciſ.1420. num.3.* nam aliud eſt, quod benefi-
cium debeatur ex indulto perſonis qualificatis: quia in
primo caſu ex natura beneficii illud debetur illi generi, in
ſecundo verò debetur perſonis qualificatis ex indulto,
quod non ligat Papam, quando beneficium vacat in men-
ſe reſervato, cum non fuerit conceſſum in limine funda-
tionis.

Quo verò ad Canonicos, *clerici, in ali-*
quo ex ſacris ordinibus conſtituti. Licèt enim verùm ſit in Canonicati-
bus Collegiatæ Eccleſiæ non requiri aliquem ex ſacris ordi- 68
nibus, ſed tantum clericalem tonſuram, Abbas *in capit.*
2. colum.2. in fin. verſic. nota ibi per Eccleſiaſticos, *num.*
5. Ancharan. *numer.3.* Butr. *num.7.* Innocen. *in princip.*
Ioan. Andrea *ante fin. in verbo Eccleſiaſticos*, Imol. *num.*
3. Anan. *numer.5.* Hoſtienſ. *in fine de inſtit.* ex eo quod
Concil. Trident. *ſeſſion.24. cap.12. verſ. in omnibus*, ex-
preſsè loquitur de Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis,
non autem de Collegiatis, & propterea ad iſtas non
extenditur, cum non ſint ita privilegiatæ, & nimia
inter ſe differant, Doctores *in capit. ſtatum*, *§. ſan-*
cimus, *de reſcript. in 6.* & circa Canonicatus in Colle-
giatis nihil fuerit per dictum Concilium immutatum; ac
proinde de eiſdem Canonicatibus eſt providendum, ſicut 69
de beneficiis ſimplicibus, in quibus requiritur ætas an-
norum quatuordecim inceptorum, ut ex eodem Con-
cil. Tridentin. *ſeſſ. 23. cap.6. de reform.* & fuit declara-
tum à Gregorio XIII. prout teſtatur ſacra Congregatio
ipſius Concilii, ut refert Leo *in theſaur. for. Eccleſ. par.2.*
capit. 3. num.21. Garc. *de benefic. part.7. cap.4. num.35.*
cum pluribus ſeqq. ac propterea non eſt recedendum à
diſpoſitione juris communis, ſecundum quòd in Cano-
nicatibus Collegiatæ non requiritur ſacer ordo; quod
etiam intelligendum eſt de Canonicatibus Eccleſiarum
Collegiatarum inſignium, in quibus prima tonſu-

ra ſufficit; ita quod, ſicut Epiſcopus poteſt diſpenſare
cum illegitimo, ad obtinendum beneficium ſimplex,
70 juxtà terminos *cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* ita etiam ad
obtinendum Canonicatum in Collegiata Eccleſia, Gon-
zal. *ad reg. 8. gloſſ. 5. numer. 98. & ſeq.* ubi etiam ſub-
dit, poſſe eundem diſpenſare cum illegitimo ad obti-
nendam dimidiam portionem ſit ex inferioribus beneficiis
Eccleſiæ Cathedralis, Pariſ. *de reſign. benef. lib. 2. q. 1. nu.
116. & ſeq.*

72 Nihilominus aliud hic dicendum eſt, ob qualitatem in-
ſignitatis hujus Collegiatæ, quæ in præſenti erectione
comparatur Cathedrali Eccleſiæ, nam *dicto Concil. in
dict. cap. 12. de reformat.* voluit, quòd in omnibus Eccle-
ſiis Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones ha-
beant annexum ordinem presbyterii, Diaconatus, &
Subdiaconatus. Quarè ob hanc rationem tales Collegia-
tæ, quoad hoc, ex illarum fundatione regulantur juxtà
prædictum decretum Concilii, ubi quòd deinceps ad di-
gnitatem, Canonicatum, aut portionem nemo recipia-
tur, niſi eo ordine ſacro, aut ſi initiatus, quem illa
Dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali
ætate, ut infrà tempus à jure ſtatutum valeat initiari,
quare ait Grat. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 591. num. 7.*
quod ad effectum, an in aliquo caſu ſit diſpenſandum,
nec nè ſuper ætate, videndum ſemper eſt, an is, qui
de beneficio providetur, ſit in ea ætate, ut intra an-
73 num valeat ſuſcipere ordinem, quem requirit benefi-
cium; nam ſi poterit, non eſt ſuper defectu ætatis diſ-
74 penſandum, cum non indigeat diſpenſatione, niſi quan-
do infra annum ob defectum hujuſmodi non poteſt ad il-
lum ordinem promoveri, quia tunc erit neceſſaria diſ-
penſatio; prout idem dicendum eſſe ait ipſe Grat. *num. 8.*
in caſu Coadiutoriæ ad Canonicatum; quia cum con-
ſtet, deputandum in Coadiutorem, eſſe conſtitutum in
vigeſimo primo ſuæ ætatis anno, non videtur, quoad
hoc, indigere diſpenſatione: quia jam intra annum ha-
bebit 21. annum completum, & erit in 22. & in ea ætate
initiari poterit; Et alias *S. Congregatio Concilii cenſuit,
ad obtinendum in Cathedrali Eccleſia Canonicatum, cui
eſt annexus ordo Subdiaconatus, ſufficere, quem eſſe con-
ſtitutum in tali ætate, ut intra annum poſſit promoveri ad
Subdiaconatum,*

Declaravit prætetea eadem *Sacra Congregatio, cap. 12.
ſeſſion. 24. in ea parte, in qua dicitur, quod omnes Canoni-
catus debeant habere annexum ordinem Presbyteratus,
Diaconatus, vel Subdiaconatus, non comprehendere Ca-
nonicatum jurepatronatus laicorum, ante Concilium fun-
75 datum, in cujus fundationis limine fuerit appoſitum pactum,
quod deſcendentes à fundatore poſſint dictum Canonicatum
obtinere, licet non ſacerdotes, nec in ſacris ordinibus con-
ſtituti, ſed tantum ſimplices clerici, donec devenerint ad
ordinem ſacerdotalem. Ideo in hac ſententia danda erunt
littera ad Vicarium Placentinum, coram quo caſus hic con-
tingit,*

Cæterum verò, iſta qualitas, nimirum, quò Canoni-
ci hujus Collegiatæ inſignis debeant eſſe in aliquo ex ſacris
76 ordinib. conſtituti, non requiritur in aliis Collegiatis non
inſignibus; quinimmò quandoque etiam in inſignibus:
cum regulariter ad Canonicatus in Collegiatis Eccleſiis
ſufficiat prædicta ætas quatuordecim annorum, ex diſ-
poſitione juris, juxta tex. *in cap. inordinata, juncta gloſ.
in verbo, pueri, prab* Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. q. 19.
num. 14.* namque Concilium Tridentinum, dum loco cita-
to loquitur de ætate ad Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ,
nihil diſpoſuit de Canonicatibus Collegiatarum, nec de di-
midiis portionibus in Eccleſiis Cathedralibus; quare nec
Canonicatus in Collegiata, nec dimidia portio in Cathe-
77 drali, habet ordinem ſacrum annexum, prout neque re-
quirit majorem ætatem quatuordecim annis Gonz. *dict.*
78 *gloſſ. 5. n. 96.* quòd intelligendum eſt, niſi ex fundatione,
ſtatuto, vel conſuetudine legitimè introducta, diſpoſitum
eſſet contrarium, & hoc tam in Collegiatis inſignibus,
quàm non inſignibus, cum utriſque (ea fundatione præ-
ſertim) poſſit adeſſe onus impoſitum, quòd tales Ca-
nonicatus impetrantes, ſint in ea ætate, quæ requiritur
in Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, ut hic, Garc. *p.
7. cap. 4. num. 29.* Unde, ſi ita fuerit diſpoſitum, id erit
omninò attendendum, Bald. *conſil. 323. volum. 2.* Alex.
conſil. 170. num. 5. & ſeq. Vivian. *in prax. jurispatron. lib.
4. cap. 2. num. 3.* ſi verò nihil in contrarium appareat, cen-
ſetur fundator, ſe voluiſſe cum diſpoſitione juris commu-
nis conformare, & univerſali conſuetudine, juxtà tex. *in
cap. cum dilectus, de conſuet. & in cap. cauſam, quæ de præ-
ſcriptio.* Salyc. *in l. ſi ſervo veſtri, Cod. de nox.* Mohed. *de-
ciſ. 18. de can. poſſ. & propr.* idem Vivian. *lib. 6. num. 3.* Leo
in theſ. for. Eccleſ. cap. 3. num. 20. ubi quòd ſi Canonicatus
in Collegiata habent ordinem ſacrum annexum, de eis erit
providendum, ſicut de Canonicatibus Cathedralis, & ſic
de Dignitatibus; quarè ſi collatio fiet minori, erit nulla,
prout videmus in nonullis collegiatis inſignibus, inter quas
& Cathedrales Eccleſias fit quaſi æquiparatio, ut in *capit.
quia ſæpe de elect. in 6.* gloſ. *in cap. ſtatutum in verbo, Ca-
thedralium, ante fin. de reſer. eod. lib.* Mandol. *ſuper reg.
18. q. 2. num. 8.*

Aliàs verò ita præmiſſa procedunt, ut etiam prædicta
ætas quatuordecim annorum ſufficiat, etiam ſi aliquæ pa- 80
rochiales Eccleſiæ eſſent unitæ, aliquibus hujuſmodi Ca-
nonicatibus Collegiatæ Eccleſiæ: quinimmò etiam ſi be-
neficio ſimplici, requirenti ætatem 14. annorum, ea ra-
tionibus ſupradictis, & infra dicendis: & in materia unio-
nis factæ de parochiali Canonicatui, cenſuit Sacra Con- 82
gregatio, attendendam eſſe naturam Canonicatus, non
autem parochialis, & ſufficere, quòd proviſus ſit in ea
ætate, quam exigit Canonicatus, ſi parochialis unita ſit
perpetuò, & acceſſoriè Canonicatui; quandoquidem na-
tura præbendæ, vel beneficii per talem annexionem non
immutatur, ut in *cap. ſuper eo de præb. in 6.* Franc. *in d. cap.
1. ante num. 7. de fil. præb.* Barbol. *de poteſt. Epiſc. alleg. 60.* 83
num. 71. circa med. Secùs verò ſi unio facta eſſet Canonica-
tui, aut alteri beneficio ſimplici æquè principaliter, tunc
enim unum ab alio non dependet juxtà not. *in cap. 1. ne Sed.
vac.* quod quidem elicitur etiam ex *eod. cap. 1.* quo prohi-
betur collatio beneficii, cui cura imminet animarum, ad
quod quis intitulatur; ſed quando cura eſt annexa acceſſo-
riè, quis non dicitur intitulari in annexo, ſed in principa- 84
li, ut not. gloſ. *in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* Barb.
loc. cit. Ricc. *in praxi for. Eccleſ. dec. 735. nu. 2.* ubi, quod
attendendus eſt ordo, quem requirit ipſa dignitas, vel Ca- 85
nonicatus ea ſui natura, non autem ætas, quā requirit paro-
chialis d. Canonicatui adjuncta, ut in ſimili reſpondit *d. S.
Cong.* in caſu noſtro N. obtinuit Canonicatum requirētem
ordinē Subdiaconatus; ſed quia illi Canonicatui unita erat
parochialis, cum eſſet in ætate legitima ad Canonicatum,
ſed non ad Parochialem, Ordinarius, ſe difficilem redde-
bat ad ipſum admittendum. Unde conſuluit dicta S. Con-
gregationem. Et Congr. cenſuit, attendendam eſſe natu-
ram Canonicatus, non parochialis, & ſufficere, quod
proviſus ſit in ea ætate, quam exigit Canonicatus, ſi pa-
rochialis eſt unita perpetuò, & acceſſoriè Canonicatui:
ſecùs ſi æquè principaliter unita eſſet: quia tunc non aſſu-
mit naturam Canonicatus, prout declaratum fuiſſe, re-
fert Piaſectus *in prax. epiſc. p. 2. cap. 5. num. 21.* Quod nu- 86
tiem optima ratione firmatur regula juris, quòd actus in-
terpoſitus regulatur ſecundum naturam ejus, cui interpo-
nitur, *leg. final. Cod. de non numer. pec.* & latè per DD.
in leg. 1. ff. de verb. obligat. idem Ricc. *in d. dec. 735. n. 4.*

Quamvis de jure antiquo, & ante Concilium ſufficeret 87
ætas quatuordecim annorum ad Canonicatus, etiam in
Cathedrali, de quibus, ut de beneficiis ſimplicibus erat
judicandum, prout dicendum eſt hodie de Canonicatibus
Collegiatæ, in quibus ſufficit prædicta ætas quatuordecim
annorum, quæ in dictis ſimplicibus præſcripta eſt per d.
Concil. *ſeſſ. 23. cap. 2. de refor.* quarè, cum circa Canonica-
tus Collegiatæ nihil fuerit per Concilium prædictum, di-
ſpoſitum, ut ſupra diximus, remanet tanquam caſus omiſ-
ſus diſpoſitioni juris communis, *leg. commodiſſime, ff. de
lib. & poſth. l. ſi cum dotem, in princip. ff. ſol. matrim.* Dec.
conſil. 134. num. 4. verſic. & caſus omiſſas, Alexand. *in d.
l. ſi cum dotem num. 2. cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6.* Bald.
in l. ſi mater, ff. de inſtit. Rot. *dec. 141. num. 30. par. 5. re-
cent. cum vulg.* & per Sacram Congregationem ejuſdem
Concilii fuit declaratum, ſufficere ætatem quatuordecim 89
annorum ad obtinendum Canonicatum in Collegiata Ec-
cleſia, & Sacra Congreg. ſic etiam declaravit videlicet,
Prima, *Aetas 22. annorum non requiritur in Canonicatibus
Collegiatarum Eccleſiarum magis nunc, quam ante Conci-
lium.* Secunda, *Concilium nihil innovavit ſuper ætate
promovendorum ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſia-
rum.*

rum. Tertia, *In hoc Capit. etiam quoad ætatem illius, qui
promovendus eſt ad Canonicatus Collegiatarum, non
comprehenduntur.* Quarta, *Nullo Concilii decreto ſtatu-
tum eſt, quia in eis requiratur ætas, qui Canonicatus in Ec-
cleſiis Collegiatis conſequi volunt, ſed id relictum eſt intra
illos terminos, qui ante idem Concilium præſcripti ſunt.*
Quinta, *Sanctiſſimus D. N. Gregorius XIII. decrevit, ni-
hil diſpoſuiſſe Concilium, qua ætate debeant eſſe ii, qui Ca-
nonicatus in Eccleſiis Collegiatis acquirere volunt, ſicque
reliquiſſe, hoc in illis terminis, qui ante Concilium conſtitu-
ti ſunt.* Et verſic. *In omnibus vero Collegiatis, cenſuit Sa-
cra Congregatio, habere locum ſolum in Cathedralibus, &
non extendi ad Canonicos in Collegiatis, nec etiam habere
locum in Dignitatibus & dimidiis portionibus, & quod li-
cèt portiones habere debeant annexum Ordinem Sacrum,
dimidiæ tamen portiones huic ordini ſunt ſubjectæ, &c.* Quas
quidem declarationes habes penes Garc. *de benefic. part. 7.
cap. 4. num. 37.* & hoc videmus in dies ſervari; licèt quan-
doque aliter ſervetur: namque Summus Pontifex ita quan-
doque ordinat Eccleſiam Collegiatam in illius erectione,
ut in ea etiam omnes Canonici, nedum eſſe debeant in
aliquo ex ſacris ordinibus, ſicut diſponitur in dicto Con-
cilio quoad Cathedrales, verum etiam quòd ſint in preſ-
byteratus ordine conſtituti; prout vidi præſertim in ere-
ctione Collegiatæ Eccleſiæ facta per Urbanum VIII. in
Terra Sancti Angeli Pennen. Diœceſis, in qua voluit, ut
nemo ex tunc deinceps Canonicatus, & præbendas prædi-
ctæ Eccleſiæ obtinere valeret, qui ad curam animarum
exercendam habilis, & idoneus, ac actu presbyter non eſſet,
vel ſaltem in ea ætate conſtitutus, ut infra annum ad presby-
teratus ordinem promoveretur, & in futurum Canonica-
tus, & præbendæ hujuſmodi, presbyterales eſſent, & nun-
cuparentur, ut in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis de an-
no 1627. Non. Februarii, Pontificatus ejuſdem Urbani An-
no Quarto, plenius continetur.

Aliàs autem, jure antiquo inſpecto, etiam ætas ſeptem
annorum, quæ requirebatur ad ſimplex, ſufficiebat ad
Canonicatum in Collegiata, & dimidias portiones in Ca-
thedralibus, Mandoſ. *d. reg. 18. qu. 1. num. 3.* Becr. *deciſ.
171. num. 1.* ubi, quòd in providendo ad Canonicatum,
non erat requiſitus certus ordo, ſed ſatis erat, quod ſic
promovendus eſſet clericus, ut *in cap. ibi, per Eccleſia-
ſticos ordines*, ubi Abb. *in ultim. notab. de juſt.* cum ſolùm
habeamus in jure expreſſum; quòd ſi quis non eſt Subdia-
conus non poteſt habere vocem in Capitulo, *ut in Cle-
ment. ut ii, qui de ætat. & qualit. Concilium tamen Trid.
in d. cap. 6. ſeſſ. 23.* quoad beneficia diſpoſuit, quòd nullus,
ante annum decimum quartum, poſſit illa obtinere, &
ſufficit, quòd illum attingat, ut dicta Sacra Congregatio
declaravit, & dixi in mea *Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib. 4. cap.
1. num. 1.*

Ex ſupradictis igitur, cum Epiſcopus, ſtante facultate
ſibi per Sacros Canones attributa poſſit diſpenſare cum ille-
gitimo, ad minores ordines, & unum ſimplex beneficium
Eccleſiaſticum, *ut in d. cap. 1. de fil. presb. in 6.* hac quidem
ratione diſpenſat, ut dictum eſt, cum eodem ad obtinen-
dum Canonicatum in Collegiata Eccleſia, qui non habeat
aliquem ſacrum ordinem annexum; quòd quidem (ut ali-
qua hic per tranſitum de diſpenſatione Ordinarii cum ille-
90 gitimo dicam) facere poteſt, etiam ſine Conſenſu Capitu-
li, qui contra nonnullos contrarium ſentientes nullo
modo requiritur; quia, quidquid de jure videri poſſit,
conſuetudo ita ſe habet, ut ſolus Epiſcopus ita diſpenſet,
Hoſt. *in cap. ſtatutum, ſub num. 3. ad fin. verſ. alii dicunt,
de tempore, ordinat.* licèt poſſit ipſum Capitulum, Sede
Epiſcopali vacante, ſic cum illegitimo diſpenſare, ſcilicet
ad minores, & unum ſimplex juxtà terminos *d. cap. 1.* &
pro eo Vicarius Capitularis, Quar. *in Sum. bull. tit. Ca-
pit. Sed. vac. verſ. Secundoquaro*, prout ſæpè practicatum
fuit in hac Curia, ſede Archiepiſcopali vacante, tenet
etiam Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo, Capitulum, verſic.
Tertio, an Capitulum*: quandoquidem Capitulum, ſede
vacante omnia poteſt in iis, quæ poteſt Epiſcopus ratione
juriſdictionis Epiſcopalis, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg.
45. num. 24. & 26.* Henriq. *in Sum. lib. 14. de irreg. 1. §. 1.*
Guttier. *canon. quæſt. lib. 1. cap. 3. num. 10.* quia ſuccedit An- 91
tiſtiti defuncto in omnibus iis, quæ de jure communi perti-
nebant ad ordinariam Epiſcopi juriſdictionem, exceptis
nonnullis, ſpeciatim à jure prohibitis, Navarr. *conſil. 44.
num. 1. de temp. ordin.* idem Guttier. *d. lib. 1. cap. 11. num.
10.* Rebuff. *in prax. tit. de devolut. num. 85.* Pavin. *de offic.
& pot. capit. ſed. vacan. par. 1. quæſt. 1. num. 3. cum ſeqq. qu.
5. num. 2. verſ. item regulariter*, Rota *deciſ. 1. num. 13. par.
2. diverſor.* ex eo quòd Capitulum, ſede vacante dicitur 92
Ordinarius, *Extra. Execrabilis, § cæterum de præb.* &
ſuccedit Epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus, *ca-
pit. penult. & fin. de ſuppl. neglig. Prælat.* & in hujuſmodi di-
ſpenſatione tenetur idem Capitulum ea ſervare, quæ ſer- 93
vat ipſe Epiſcopus, qui licèt ex *d. cap. 1.* poſſit diſpenſare
cum illegitimis ex quocunque damnato coitu, ad minores
ordines, & beneficium ſine cura, hoc tamen intelligitur 94
cum cauſa, quæ omninò requiritur, cum agatur de di-
ſpenſatione facienda per inferiorem à Papa; ac proinde ta-
lis illegitimus debet eſſe honeſtæ vitæ, famæ, & exiſtima- 95
tionis, ac ſuffragantibus ſibi meritis Garc. *de benef. part.
7. capit. 2. numer. 47. cum ſeqq.* namque ipſemet Sum-
mus Pontifex diſpenſando cum illegitimo, hanc clau-
ſulam adjicit in litteris hujuſmodi diſpenſationis, nempè
*Diſcretioni tuæ, &c. mandamus quatenus, conſideratis
per te diligenter circumſtantiis univerſis, quæ circa idonei-
tatem ipſius N. fuerint attendendæ, ſi ipſa paternæ incontinen-
tiæ imitator non ſit, ſed bonæ converſationis & vitæ, ac alias
merita ſibi ſuffragentur ad hujuſmodi diſpenſationis gratiam* 96
*obtinendam, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, cum eo-
dem, &c. diſpenſes.* Et hæc omnia ſunt pro cauſa, ad id ve-
rificanda, ut præfertur; quia in iſta diſpenſatione facien-
da per Epiſcopum, cum ſit inferior Papa, requiritur cau-
ſa prædicta, veluti quòd fiat illius ſuffragantibus meritis,
idem Garc. *loco citato num. 49.* ex Rodrig. *qq. reg. tom. 1.
quæſt. 13. artic. 14. & 15.* quinimmò Delegatus ad exequen-
dam hujuſmodi Papæ diſpenſationem, attentis illis verbis, 97
conſideratis per te diligenter circumſtantiis univerſis tene-
tur illas pro validitate, ac recta exequutione hujuſmodi,
de quibus per tex. *in cap. magna de votionis, §. hæc quidem
tria, de vot.* diligenter antea examinare, nempè quid li-
ceat ſecundùm æquitatem; quid deceat ſecundum hone-
ſtatem, & quid expediat ſecundum utilitatem, & glo. *ibi
in verbo liceat*, quòd hæc tria ſemper ſunt conſideranda,
Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 48. num. 133.* Quare ſerva-
tur in praxi, ut in petenda hujuſmodi diſpenſatione por- 98
rigatur Epiſcopo diſpenſaturo ſupplex libellus, ipſeque Epi-
ſcopus mandet deſuper caſi ſummariam informatio-
nem, prout ſignanter ſervatur in dicta Curia Archie-
piſcopali, ac præmiſſis verificatis, diſpenſat; alias enim 99
ſi diſpenſaret non præmiſſa cauſæ cognitione, talis diſpen-
ſatio non valebit, Abb. *in cap. dudum 2. de elect. in fin. cap.
de multa, de præb.* Feltn. *in cap. ad audientiam, 2. de reſcr.*
nàm licèt Bonifacius VIII. *in d. cap. 1.* tribuat Epiſcopo hanc
facultatem, intelligitur tamen cum cauſæ cognitione,
prout firmat in puncto Gamb. *de auth. leg. à lat. li. 10. n. 243.* 100

Quoniam verò iſta diſpenſatio, quæ fit per Ordinarium,
ſua authoritate cum illegitimis, ſit frequens plurimum eſt,
illiuſque formula ſatis à propoſito, & prout decet, devian-
tem, conceptam vidimus, propterea hîc formulam ipſam
omni ſui parte perfectam, de more ſubnectere placuit, teno-
ris ſequentis, videlicet,

N. N. *Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpectu-
ris, lecturis, pariter, et audituris, Salutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, et atteſta-
mur, quòd Nos die Sabbathi quatuor temporum die, &c. menſis, &c. in noſtra Cathedrali Eccleſia ſacras ordi-
nationes celebrantes, dilectum nobis, N. ſcholarem hujus noſtræ Diœceſis, bonæ vitæ, famæ, et exiſtimationis ad
hoc idoneum repertum, vigore facultatis nobis per Sacros Canones attributæ, clericali charactere inſignimus, pri-
mamque tonſuram illi contulimus, ac cum eodem ſuper defectu natalium, quę ex Presbytero, et ſoluta geni-
tus, patitur, ut etiam ad minores ordines promoveri, ac etiam perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum
cui cura non immineat animarum, aut alias ordinem aliquem ſacrum annexum non habeat, ſi ſibi aliàs ca-
nonice conferatur recipere, & retinere liberè, & licitè valeat, hujuſmodi defectu natalium non obſtan-
te, ca-*

CAPUT XL.

Praxis Reductionis Oneris Miſſarum, etiam in limine fundationis Beneficii Eccleſiaſtici impoſiti.

SUMMARIUM.

1 *Miſſarum numerus in fundatione beneficii, quando poſſit per Ordinarium reduci.*
2 *Quanam facultas ſit Epiſcopu ad id attributa, vigore Concilii Tridentini.*
3 *Anniverſariorum numerus poteſt etiam per Epiſcopum reduci ex* Conc. Trid. ſeſſ.25. cap.4. *ex declaratione Sacræ Congregationis, quæ hic annectitur.*
4 *Et ſub qua forma fuit facta hæc reductio per Archiepiſcopum Neapolitanum.*
5 *Miſſarum numerus in fundatione beneficii, an per Ordinarium ex cauſa diminutionis fructuum, poſſit reduci.*
6 *Et reſpondetur negativè. Et quarè.*
7 *Fundatorum ultimas voluntates nullus inferior à Papa poteſt commutare.*
8 *Miſſarum onera in fundatione beneficiorum, reducendi facultas conceſſa Archiepiſcopo Neapolitano.*
9 *Et qua ratione reductio fuerit facta, vigore prædictæ facultatis.*
10 *Miſſarum numerum reducendi facultas interdicta Epiſcopis, & aliis Inferioribus.*
11 *Et annectitur Decretum Sacræ Congregat.* De celebratione miſſarum.
12 *Declarationes Sacræ Congregat. ſuper hujuſmodi decreto.*
13 *Miſſarum numerus, quomodo per Papam, aut Sacr. Congreg. reducatur.*
14 *Et ſub qua formula.*
15 *Miſſarum celebrationis legatum, ſi non acceptetur, quid agendum.*
16 *Commutatio voluntatis defuncti, Epiſcopo interdicta.*
17 *Capellania, quomodò fieri poſſit collativa, de non collativa.*
18 *Capellaniæ erectio, quomodò non ſit contra voluntatem teſtatoris, aliud ſtatuentis.*
19 *Epiſcopus eſt exequutor piarum diſpoſitionum.*
20 *Capellanus non poteſt celebrare miſſas alibi, quàm in loco à teſtatore deſtinato, & num.22.*
21 *Et quomodo indultum ſuper hoc, contra fundationem concedatur.*
23 *Capellanus celebrans miſſas extra locum deſtinatum à teſtatore, ſine legitima cauſa, peccat mortaliter, non tamen tenetur illas denuo celebrare.*
24 *Neque tenetur ad reſtitutionem, & quare.*
25 *Capellanus, ex cauſa ſtudii, an poſſit miſſas celebrare extrà locum à teſtatore deſtinatum, ex diſpenſatione Epiſcopi.*
26 *Et reſolvitur negativè, & quarè.*
27 *Capellanus alibi celebrans, quàm in loco à teſtatore deſtinato, non ſatisfacit illius voluntati.*
28 *Nec Epiſcopus, etiam de conſenſu hæredum, poteſt ſuper hoc diſpenſare.*
29 *Beneficii titulus, quomodò de una ad aliam Eccleſiam, cum onere miſſarum.*

DIximus ſuprà, licèt per tranſitum, demptam eſſe Epiſcopis facultatem, miſſarum onera reducendi; quarè, circa hujuſmodi reductionem, prorſus abſonum non agnovimus hic, quid ſervet praxis, ſubnectere; namque in erectionibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, inter cæteras illorum conditiones, miſſarum onera adiiciuntur, quæ ut plurimùm contingit, juxtà fructuum diminutionem reduci, *ut in Clem.1. in fin. de magiſtr. cum ſimilibus*, ſi poſtmodum, videlicet reperiatur, quod fructus hujuſmodi forſitan non ſunt ſufficientes, ſed aliquo
1 modo diminuti, tunc enim videtur, poſſe Epiſcopum ipſum miſſarum numerum reducere, ſi ipſius patroni conſenſus intervenerit, aut etiam eo invito, ſi vocatus nolit conſentire Garc. *de benef. p.7. cap.2. num.124. & ſeq.* quare dicit Felin. *in c. cum acceſſiſſent, n.19. ante fin. de conſtit.* quod ex cauſa utili, relictum pro anniverſario, poteſt una vice ad aliud expendi & redire poſtea ad ſolitum debitum; ſic etiam, quando Epiſcopus vellet diſpenſare in propoſito, ex cauſa neceſſitatis Eccleſiæ; quia hoc videtur poſſe, etiam invito patrono, vel ex cauſa neceſſaria, videlicet, quando ipſius beneficii redditus diminuti ſunt, adeò quod opus eſt, illam Dignitatem, vel præbendam tollere, vel eſt impotens ad illas conditiones nunc, & non reperitur perſona idonea, quæ eam velit ſic conditionatum; quare ſubdit idem Felin. ibi, quod ceſſantibus redditibus, debeat ceſſare ordinatio teſtatoris. Undè poſſunt
Epiſcopi in Synodo Diœceſana, prout etiam Generales 2
Ordinum in ſuis Capitulis generalibus, eaſdem miſſas ad minorem numerum revocare, ex Concil. Trid. *ſeſs. 25. cap.3. de reform.* ubi, quod cum ſæpè contingat in quibuſdam Eccleſiis, vel tam magnum miſſarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, impoſitum eſſe, ut illis pro ſingulis diebus, à teſtatoribus præſcriptis, nequeat ſatisfieri, vel eleemoſynam hujuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuem eſſe, ut non facilè inveniatur, qui velit huic ſe muneri ſubiicere; unde depereunt prædictæ teſtantium voluntates, & eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios uſus relicta, quo plenius, & utilius poteſt impleri, facultatem dat Epiſcopis, ut in Synodo Diœceſana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, ut in ſuis Capitulis generalibus, re diligenter perſpecta, poſſint prò ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis, quas hac proviſione indigere cognoverint, ſtatuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum utilitatem viderint expedire; ità tamen, ut eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui prò ſuarum animarum ſalute, legata ea ad pios uſus reliquerunt.

Idem probat Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. c.18. num.61.* Quar. *in ſumma Bull. verbo, Miſsa, verſ. poſse Epiſcopum,* ubi, quod Epiſcopus poteſt in Synodo refrenare, ſeù reducere miſſarum numerum à fidelibus relictarum, quando tenues ſunt eleemoſynæ, & miſſæ non dicuntur. Imò cum alias in hac Curia Archiepiſcopali in dubium revocaretur, an in facultate reducendi numerum miſſarum, comprehenderentur etiam Anniverſaria, proinde Sacræ Congregationi Concilii Tridentini pro parte Dominorum Canonicorum hujus Majoris Eccleſiæ fuit porrectus ſupplex libellus tenoris ſequentis videlicet. *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini. Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ, pro tenui eleemoſyna incumbit onus celebrationis tot Anniverſariorum, ut ad ſalutare remedium S. Concil. Trid. c.4. ſeſs.25. de refor. ſibi recurrendum ſit, ſed id non adhibet Perilluſtris, & Reverendiſſimus Archiepiſcopus; propterea, quod non de Anniverſariis, ſed de miſſis tantum mentionem facit Canon. Verum, cum paris utriuſque ſit ratio, ſupplicat Capitulum Illuſtriſſimis, & Reverendiſs. DD. VV. ut dignentur prædicto Antiſtiti reſcribere, ut etiam dicti Canonis facultate, in caſu propoſito, uti non dubitet, & Deus, &c.*

Quare prædicta Sacra Congregatio reſpondit Archiepiſcopo Neapolitano, videlicet.

A tergo. *Perilluſtri, & Reverendiſſimo Domino uti fratri Domino Archiepiſcopo Neapolitano.*

Intus verò.

Perilluſtris, & Reverendiſſime Domine. Cum ex libello hoc, Capituli iſtius Cathedralis nomine oblato, cognitum eſſet Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus, qui Sacra Tridentini Concilii decreta interpretantur, dubitari abs te, An ejuſdem Concilii decretum ſeſſ.25. cap. 4. intelligatur, etiam de Anniverſariis, ii Amplitudini Tuæ ſignificandum cenſuerunt, Decretum prædictum, in ſacrorum etiam Anniverſariorum reductione, locum habere, ut in margine ipſius libelli adſcriptum eſt. Quamobrem Amplitudo Tua, prædicti Canonis facultate in caſu propoſito, uti non dubitabit. Et benè in Domino valebit. Romæ die 26. Novembris 1583.

Amplitudinis Tuæ uti frater
Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti,

Earun-

Earumdem literarum exemplum habes etiam penes Quar. *in Summa Bull. verbo*. & meminit Barbol. *de pot. Epiſc. alleg.29.n.4.*

Declaratio autem ipſius Congregationis, quæ in margine prædicti libelli apponitur, ea eſt, videlicet, *Congregatio Concilii cenſuit, Decretum Concilii ſeſſion. 25. c. 4. habere etiam locum in reductione Sacrorum Anniverſariorum.*

Poſtmodum itaque in Synodo Diœceſana Neapolitana, celebrata per bon. mem. Annibalem de Capua Archiepiſcopum Neapolitanum de menſe Martii 1595. inter Decreta Synodalia, id reperitur, videlicet.

Et quia Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus, tàm pro parte Perilluſtrium, & Adm. Reverendorum DD. Canonicorum, quàm etiam RR. DD. Hebdomadariorum, majoris Eccleſiæ, ac Hebdomadariorum, & Confratrum Parochialis Eccleſiæ S. Georgii Majoris ſuper reductione Anniverſariorum, fuerunt porrecta memorialia, &c. ideò ex ſpeciali mandato ipſius Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi fuit facta proviſio, ut ſequitur, videlicet.

Annibal de Capua Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Neapolit.

QVia circa moderationem, & reductionem Anniverſariorum, ab aliquibus in hac Synodo fieri petitam, juxtà formam decretorum Sacroſancti Concilii Tridentini, & litterarum nobis nomine S. Congr. Illuſtriſs. dominorum Cardinalium Præpoſitorum ſuper declaratione prædictorum decretorum Sacroſancti Concilii directarum, multa ſunt videnda, & conſideranda, ac maturè ſit, circa prædicta, procedendum, quæ in hoc conſeſſu ità diligenter, & accuratè, prout decet, videri, conſiderari, & decerni non poſſunt. Placet ne vobis, ut quæ circa prædicta providere, & ordinare oportet, poſſint à nobis decerni, & provideri extrà Synodum, eamque vim habeant, ac ſi in Synodo decreta fuiſſent? Reſp. Placet.

Poſtmodum, omnibus ad hanc reductionem faciendam, recognitis per tres Dominos Canonicos, ad id ab eodem Archiepiſcopo deputatos, retulerunt ipſi eidem Domino Archiepiſcopo, quod cum magnus eſſet Anniverſariorum hujuſmodi numerus, ac diſtributiones pro illis aſſignatæ, nimis tenues; adeò ut propterea illorum celebrationes ab eiſdem Dominis Canonicis negligebantur, proinde viſum fuit, pro quolibet Anniverſario, deberi diſtribui inter ipſos Dominos Canonicos ducatos duodecim, vel circà, & in hujuſmodi reductione, unienda eſſe plura Anniverſaria, à diverſis perſonis relicta in unius tantùm Anniverſarii celebratione; ita ut pro quolibet ex Anniverſariis ſic reductis, fiat prædicta diviſio ducatorum duodecim, & ſic de aliis oneribus eiſdem Dominis Canonicis incumbentibus, quæ etiam fuerunt reducta pro qualitate redditnum.

Quarè, juxtà præmiſſa, fuit per eundem Dominum Archiepiſcopum, proviſum, ut infrà.

Annibal de Capua Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Neapolit.

4 *CVm providè Sacroſancti Concilii Tridentini decretis, Nè piæ teſtantium voluntates, ac fidelium diſpoſitiones, circà miſſarum celebrandarum onera impoſita, depereant; eorumque, ad quos ipſorum exequutio ſpectat, onerandi conſcientias detur occaſio, facultas ſit Epiſcopis impartita, ut re diligenter in Diœceſana Synodo perſpecta, poſſint, pro ſua conſcientia ſtatuere, & providere quid magis circà hoc viſum fuerit expedire. Illud etiam pari modo diſpoſitum cenſeri circa Anniverſaria à Sacra Congregatione Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium in interpretandis decretis Concilii prædicti præpoſitorum, eſt declaratum, & nobis per litteras nomine ejuſdem Sacræ Congregationis ſignificatum. Quare, porrecta nobis petitione pro parte Perilluſtrium, & Admodum RR. Dominorum Canonicorum Eccleſiæ noſtræ ſuper moderatione, & reductione Sacrorum Anniverſariorum, & quorundam aliorum divinorum officiorum per ipſos* DD. *Canonicos, ex variis defunctorum legatis, ac aliorum fidelium diſpoſitionibus explenda, mercede pro illis ità conſtituta, ut ab ipſis* DD. *Canonicis faciliter negligi, experientia ſit comprobatum.; omneſque in ſimul in celebratione ipſorum intereſſe recuſaverint. Nos volentes in præmiſſis opportunè providere, & eorum conſcientiæ ſerenitati conſulere, Viſis petitionibus prædictis, ac declaratione Sacr. Congregationis, necnon aſſenſu Diœceſanæ Synodi, per nos nuper celebratæ; ut quæ circa prædicta providere, & ordinare oportet; & in ipſa Synodo diligenter, & accurate, prout decet, non ità facile poterant, extra ipſam Synodum per nos decernerentur, & providerentur; eamque vim haberent, ac ſi in ipſa Synodo decreta fuiſſent, negotium prædictum Perilluſtribus, & Admodum RR. Dominis N. N. & N. Canonicis prædictæ noſtræ Eccleſiæ conſiderandum, diſcutiendum, & diſponendum, ac nobis in ſcriptis referendum, commiſimus. Cumque ipſi debita, quæ in his requiritur, diligentia, omnibus maturè penſatis, & congruenter diſpoſitis, ſcripto retuliſſent, ut ſequitur* (Hinc inſerta eſt prædicta Deputatorum relatio, & proſequitur) *Oretenus, etiam per eoſdem relato nobis negotio, ac cum eiſdem iterum ſingulis perſpectis, & accurata conſideratione perpenſis, Viſiſque videndis, & conſideratis omnibus debitè conſiderandis, authoritate Sacroſancti Tridentini Concilii nobis in hac parte tributa, conſtituimus, & definimus, Sacra Anniverſaria, & divina officia in relatione jam dicta, mentionata forè, & eſſe moderanda, & reducenda, prout tenore præſentium, authoritate prædicta, illa perpetuò reducimus, moderamur, & minuimus, ac moderata, minuta, & reducta eſſe decernimus eodem ferè modo, & forma, prout in prædicta relatione continetur. Quibus ſic peractis, & adimpletis* DD. *Canonici prædicti, & eorum ſucceſſores, ab onere ipſorum prout tenebantur, omnino liberati, & in alio, quoad hoc minime obligati exiſtant. Omniaque, & ſingula, quæ in eadem relatione præſcribuntur, & diſponuntur, juxtà ſui ſeriem, continentiam, & tenorem exequenda, & ad unguem de cætero adimplenda præcipimus. Dummodò tamen prædicti* DD. *Canonici omnes interſint Anniverſariis, & officiis prædictis; adeo quod nemo ipſorum excuſetur ab eorum intereſſentia, niſi ex cauſis de jure permiſſis. Et Sacerdos celebrans Anniverſaria prædicta, intentionem, & memoriam, ſaltem virtualem habeat, illa applicandi in beneficium, & expiationem animarum omnium defunctorum in ſingulis Anniverſariis prædictis mentionatorum; faciatque inſuper in collecta mentionem de unoquoque ipſorum. Et ita conſtituimus, decernimus, declaramus, & providemus omni meliori modo, &c. Datum in Palatio noſtro Archiepiſcopali Neapolitano. Die ſexta menſis Maii Anno Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1595. Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Clementis divina Providentia Papæ Octavi, Anno Quarto.*

A. Archiepiſc. Neapolit.

Ex ſupradictis patet, quod præinſertæ literæ Sacræ Congregationis Archiepiſcopo Neapolitano directæ, continent tantummodò declarationem, non autem facultatem deſuper eidem Archiepiſcopo conceſſam; nam ſupradictum Concilium *loc. cit.* vendicat ſibi locum, non ſolum in reductione miſſarum, verùm etiam Anniverſariorum, & officiorum pro defunctis, ut ex Galer. *in marg. caſ. conſc. verbo miſſa,* 4. & aliis per Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 29. *n.* 4.

Hoc autem quoad reductionem onerum miſſarum à fidelibus relictarum, ac etiam Anniverſariorum, ut ſuprà viſum eſt.

Præterea, cum nonnulla Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ beneficia Eccleſiaſtica eſſent exigui redditus, ac multis miſſarum, aliorumque divinorum officiorum oneribus gravata, adeò ut illorum onera prædicta nequaquam illorum fructibus, ſeù redditibus reſponderent; ac proindè nemo illa impetrare curaret, ac diù vacantia remanerent, eoſdemque redditus à diverſis perſonis, occu-
5 parentur; cum proindè dubitaretur, An Ordinarius poſſet dicta onera ipſis beneficiis injuncta, attenta prædicta redditutum tenuitate, moderari, bo. me. Cardinalis de Aquaviva, tunc Archiepiſcopus Neapolitanus obtinuit ſibi à prædicta Sacra Congregatione Concilii facultatem impartiri, reducendi prædicta onera, etiam ſi illa eſ-
6 ſent impoſita in fundatione beneficii; namque nullo modo id Epiſcopo permittitur, contra opiniones nonnullorum Epiſcoporum, quos ſcio in hoc Regno, ut aliàs dixi, indifferenter hujuſmodi reductione feciſſe, tam oneris miſſarum, ratione piorum legatorum, quàm fundationis beneficiorum; cum nihilominus certum ſit, in ſecundo caſu id non eſſe ſibi permiſſum, cum non poſſint apponere manus in miſſis in fundatione præmiſſa impoſitis, quia Sacrum Concil. Trid. *d. ſeſſ* 25. *cap.* 4. apertè loquitur tantùm de legatis, ibi, *ex variis defunctorum relictis, &c.* & infrà, ibi, *Sancta Synodus cupiens hæc ad pios uſus relicta, &c.* & ſic loquitur de miſſis relictis à teſtatoribus, non autem de impoſitis in fundatione, idem Barboſ. *d. alleg.* 29. *n.* 9. dicens, quod neque Epiſcopus, neque cæteri in ſupradicto *cap.* 4. expreſſi, poſſunt miſſas reducere, & ad minorem numerum revocare, quando ſunt in fundatione Eccleſiarum impoſitæ.

Nam licet pluries hoc in dubium fuerit revocatum, nempè an d. Concil. *loc. cit.* procedat tam in miſſis teſtamento, vel legato ſine titulo beneficii Eccleſiaſtici relictis, quàm in illis, quæ ex fundatione, aut dotatione Eccleſiæ, ſeù altaris celebrari debent; & quamvis eadem ratio militaret, ac proindè idem jus ſtatui videretur, nihilominus à verbis Concilii prædicti non eſt recedendum; quod, cum tantummodò diſponat ſuper onere miſſarum, quæ ex variis defunctorum relictis ſunt celebrandæ, & facultas ſit ità reſtricta, non poſſunt prædicti circa alia, quicquam ſtatuere, prout declaratum fuiſſe per Sacr. Congr. *ſuper d. cap.* 4. *in Mediolan. & Ravennaten.* att. Leo *in theſau. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 33. Nald. *in ſua Summ. verb. Miſſa num.* 8. qui etiam, teſtatur, dictam Sacram Congregationem ita declaraſſe, attento quod in dicto Concilio ſit tantum mentio de relictis in ultima voluntate, & ideò illa diſpoſitio non eſt extendenda ultrà caſum, & ad obligationem conſurgentem à fundatione beneficii, quod eſt diverſum ab illo, ità etiam Barboſ. *loc. cit. num.* 10. ex Galer. *verbo beneficium, par.* 24. *col.* 2. quod quidem procedere, certum eſt, etiam ſi fructus beneficiorum non ſufficiant pro ſupportandis oneribus miſſarum eis impoſitis; quia, cum agatur de commutatione voluntatis, fundatorum, ad uſus pios diſponentium, inferior à Papa, etiam 7
ſi ſit Apoſtolicæ Sedis Legatus, illam alterare non poteſt, ut ex *Clem.* 2. *de relig. dom.* & aliis concludit idem Leo *l. c. n.* 34. & nos pluries diximus ſuprà.

Quarè, porrecto eidem Sacræ Congregationi ſupplici libello pro obtinenda opportuna facultate reducendi omnia onera ſuperius narrata, fuit proviſum, ut infrà, videlicet.

Die 14. *Februarii MDCIX. Sacra Congregatio Car-* 8
dinalium Concilii Tridentini Interpretum fecit facultatem Illuſtriſſimo Ordinario, ut in proximè celebranda Synodo Diœceſana, hujuſmodi onera in fundatione hactenus impoſita, pro ſua conſcientia, & judicio moderari queat; ita ut idem poſſit circa talia onera hucuſque in fundatione relicta, quod poteſt quoad alia onera non relicta in fundatione ex præſcripto Concilii decreto cap. 4. *ſeſſ.* 25.

P. Card. Arrigonius.

Locus † Sigilli.

Cujus quidem ſic attributæ facultatis vigore, fuit per eundem Cardinalem in Synodo Diœceſana ita ſtatutum, videlicet.

Decretum Quintum.

9

CVm pro aliquibus miſſis celebrandis adeò tenues redditus beneficiorum, & legatorum annorum reperiantur aſſignati, ut non facile inveniantur, qui velint hujuſmodi onera ſubire: unde aliqua beneficia diu vacaverunt, & vacant, pleræque fidelium voluntates depereant; propterea, tàm noſtra ordinaria auctoritate, quàm vigore facultatis à Sacro Concilio Tridentino, & à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii Interpretum (etiam quoad onera in beneficiorum fundatione) attributa, pro ſingulis miſſis privatis, vigore dictorum beneficiorum, & legatorum celebrandis, tarenum unum præſcribimus; reliquis verò majoris valoris in ſuo robore remanentibus; circà moderationem verò Anniverſariorum, aliorumque divinorum officiorum, quia in præſenti Synodo non poſſumus immorari, decernimus faciendam eſſe extra Synodum, & eamdem vim habere, ac ſi in Synodo facta fuiſſet.

Ex his igitur patet, quod cum nequeat Epiſcopus, ſivè alius Inferior omninò diſponere circa onera miſſarum in fundatione appoſita, cum illi non ſit talis facultas per dictum Concilium loco citato, attributa, recurrit ad Sacram Congregationem ejuſdem Concilii, licet multoties viderim in ſimilibus, negotium per dictam Congregationem, remitti ad Papam, illiuſque Datariam, quando videlicet onus appoſitum eſt in fundatione.

Quo verò ad alias miſſarum reductiones, juxta terminos dicti Concilii, videtur ſuper hoc, Epiſcopo, & aliis perſonis in dicto Concilio nominatis hanc facultatem fuiſſe attributam, ſicut ſupra diximus, idem aſſerit Ricc. *in praxi fori Eccleſ. etc. praxis Capellaniarum, deciſ.* 404. Barboſ. *dict. alleg.* 29. *num.* 1. qui *num. ſeq.* ait ad hujuſmodi reductionem faciendam, requiri juſtam cauſam, cum voluntas teſtatoris non poſſit abſque illa violari, ex juribus ibi per eum allegatis, ac proinde Prælati, qui habent hanc authoritatem, prudenter, cautè, & cum timore lædendi conſcientias ſuas, procedere debent. Necnon iſta facultas videtur Epiſcopis attributa reducendi miſſas, & legata pia relicta, tam ante Concilium prædictum, quam poſt; licet ex declaratione Sacr. Congr. non poſſit quoad relicta poſt d. Conc. idem Barboſ. *l. c. n.* 5.

At verò hodie aliter dicendum eſt; nam Sacra Congregatio prædicti Concilii authoritate ſibi attributa à fel. rec. Urbano Papa VIII. ſuo decreto prohibet Epiſcopis, nè in 10
Synodo Diœceſana, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodò reducant onera miſſarum impoſita; ſed voluit pro iis moderandis, eſſe omninò recurrendum ad Sedem Apoſtolicam, ſub pœna nullitatis hujuſmodi reductionis. Quòd quidem decretum, cum ſit admodum ſuper id ſalutare, & opportunum, non incongruè cum nonnullis ejuſdem declarationibus circà hujuſmodi miſſarum celebrationem, hic ſubnectere placuit, tenoris ſequentis videlicet.

Cum

CUm ſæpè contingat in quibuſdam Eccleſiis tam magnum Miſſarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemoſynis, impoſitum eſſe, ut illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen nova onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur; indeque fiat, ut depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragiis priventur, eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles gravi ſcandalo affecti, plerumque à ſimilibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cætera fomentũ præbeat, aut quòd ii, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri; aut quòd Eccleſiis, ſorte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum, abſque ullo emolumento; aut quòd eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, ut non facilè inveniantur, qui velint huic ſe muneri ſubjicere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterii adeò exigui, ut Sacerdos pro neceſſaria ſua ſuſtentatione, novis ſe oneribus obſtringere compellantur: Sacra Congregatio Cardin. Concil. Trident. interpretum animadvertens, facturam ſe rem Deo graviſſimam, charitatique, ac juſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica convellere, atque eradicare; Sanctiſſimi D. N. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. authoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta decreta edidit.

I. Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi, ſi quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

II. Deindè, ubi pro pluribus miſſis, etiam ejuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive a pluribus perſonis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuſcunque, tàm ſæcularibus quàm regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Judicii, mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimo graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

III. Id verò, ut deinceps obſervetur exactius Sacra Congregatio, eadem authoritate revocat Privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac Locis piis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, cujuſcunque Ordinis, Congregationis, & inſtituti, quamcunquè ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum miſſarum, vel anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

IV. Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eandem miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt, adimplendis, eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera hujuſmodi cum nulla, aut parva ſint utilitate conjuncta, ſtatuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, atque aliorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuò miſſarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis, ſtatim deponi debeant penes ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa ſeù illorum pretium quamprimum inveſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & individua mentione oneris, quòd illis annexum reperitur: ac ſi eadem bona immobilia, auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium ſub eadem pœna ut ſupra, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibus itidem fructiferis, cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione, converti debeat.

V. Ad hæc Sacra Congregatio, quibuſvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tam ſæcularium, quàm regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, nè impoſterum onera perpetua ſuſcipiant miſſarum celebrandarum. Sæculares quidem ſine Epiſcopi, vel ejus generalis Vicarium. Regulares verò ſine Generalis, vel Provincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda: alioquin Sæcularis, qui hujus prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſię interdictus ſit eo ipſo: Regularis verò pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cętero obtinenda, vociſque activę, ac paſſivæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro miſſis celebrandis, ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa, *Eleemoſynas promiſſis*, vel alia ſimili, ſub iiſdem pęnis, ipſo facto incurrendis: nè fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus: nec antea aſſenſum hujuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdos tam novo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adjunctis, ſecundùm morem cujuſque Civitatis, vel Provinciæ: intelligantque, ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in Noviſſimo die ſe hujus prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

VI. Poſtremò Illuſtriſs. Patres, non ſine gravi animi dolore intelligentes mala ferè omnia, quæ Regularem diſciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus miſſarum ſuprà vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice pullulare ex majori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemoſynæ cujuſque Monaſterii, inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii decretis hac de re editis, Sanctiſſimi D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcumque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, ac Domorum regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adjacentium, ut ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum uſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & proventus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obventiones, tam communes Monaſteriorum, Conventuum, & Domorum ejuſdem Provinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem uſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quę reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliavè cujuſlibet generis onera conſueverunt abſorbere, eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior, cujus intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione generali, vel provinciali, coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeù Congregatione diligendis, proponat, qui, computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, & oneribus, ut ſupra, detractis, ſedulò examinent,

tineant, quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus in unoquoque Monaſterio, Conventu, & Domo regulari, juxtà regionis, & proprii inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, & competenter valeant ſuſtentari. Tum eorundem bonorum, redditurum, eleemoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeù Congregationi exhibeant: ut in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cujuſque familiæ, Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis in ſingula quaque Provincia certus earum tantum perſonarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obventionibus, ut ſuperius, ſufficienter ali poſſint. Nè verò Superiores, qui id præſtare debent, ſegnius, aut remiſſius, quàm par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat Sacra Congregatio, ut infrà annum, poſt proximum Capitulum generale, vel provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, & in authenticam formam redacta, ad Sacram ipſam Congregationem Concilii ſinguli mittant, numerumque, familiæ, ſingulorumque, Conventuum, Monaſteriorum, & Domorum hujuſmodi regularium, Capituli, ſeù Congregationis generalis vel provincialis ſententia, & auctoritate præfinitum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quàm locales perpetuò ſervare omninò teneantur, nec poſſint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti redituum, abſque Sacræ Congregationis licentia. Superiores autem hujuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum, ut ſupra præſcriptum, quovis modo augere præſumpſerint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac paſſivæ, & ad omnia ſuæ religionis officia, & gradus & incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis Sacra Congregatio ſubjacere voluit, & declaravit.

VII. Deinceps verò Monaſterium, Conventus, Domus, Congregatio, Societas Religioſorum, ſeu Regularium, nullibi recipiantur, niſi, præter alia ad id requiſita, in ſingulis ejuſmodi locis duodecim ſaltem fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi, degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, ut ſuprà, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad præſcriptum decreti fel. record. Gregor. XV. Ac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca hujuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut ſuprà, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubjecta ex intelligatur.

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, ſeù deſuetudinem habeant, Superiores locales, cujuſque Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur ſub pœna privationis officiorum, vocisque activę, & paſſivæ, ipſo facto incurrenda, ut in perpetuum, ſexto quoque menſe, id eſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt Octavam Corporis Chriſti, præſentes Ordinationes in publica menſa perlegantur. Omnibus, tam Eccleſiaſticis perſonis, cujuſcumque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis, quocumquè honore, hac poteſtate prædictis, præſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Non obſtantibus, quoad ſuprascripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, tam mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Inſtituti etiam neceſſariò, & in individuo exprimendi Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam Sęcularium, quam Regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, aut cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis, conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis haben. quibus, quoad ea, quæ pręſentibus adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio, Sanctitatis Suæ auctoritate, ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præſentes ordinationes in valvis Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant; ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romę die 21. Junii 1625.

Coſmus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secr.

Anno Domini Noſtri IESV CHRISTI M. DC. XXV. Indictione octava, Pontificatus autem in CHRISTO Patris, ac D. N. D. Vrbani Divina Providentia Papæ VII. anno ejus III. die verò 22. menſis Septembris ſuprascripta decreta affixa, & publicata fuerunt ad valvas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Emilianum S. D. N. Papæ Curſores.

Brandimartes Latinus prælibati Sanctiſſimi D. N. Papæ, ac S. Rom. & univerſalis Inquiſitionis curſor pro Mag. DD. Curſ.

Romæ ex Typographia Rever. Cameræ Apoſtol. M. DC. XXV.

Poſtquam verò pręd icta decreta emanarunt, nonnulla fuerunt circa ea, in dubium revocata, quare ad aliquorum inſtantiam factę ſunt ſequentes declarationes, videlicet.

SAcra Congregatio Cardinalium Conc. Trident. Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſſimo D.N. attributa, ad ſingula dubia inſcriptus propoſita, ad hunc modum reſpondit.

Super primo Sacræ Congregationis decreto de celebratione Miſſarum, quo prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulo Generali, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid ſi Legatum ſit ita tenue, ut non ſit qui velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis, & quid ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſint hujuſmodi onera moderari.

Reſp. Etſi Legatum ſit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut ſuprà impoſiti ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque ulla impenſa ſtatuet quòd magis in Domino è re eſſe judicaverit.

caverit. Verumtamen ſi in ipſa beneficii erectione expreſſe cautum fuerit, ut liceat Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſervandam.

Secundo ſuper II. ejuſdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, Quæritur, an verba illa, præſcriptæ fuerint, *intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?*

Reſp. Eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario: quòd ſi tribuens eleemoſynam, numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quòd præſcripſerit Ordinarius, ſecundùm morem ſuæ Civitatis, vel Provinciæ.

Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam, juxtà qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum, teneantur Miſſas ab offerente præſcriptas celebrare?

Reſp. Teneri.

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, poſſint etiam manualem eleemoſynam pro Miſſis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Miſſæ Sacrificio utrique oneri ſatisfacere?

Reſp. Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere.

Quintò, poſito, quod teſtator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Miſſæ, abſque ulla præſcriptione eleemoſynæ. Quæritur, an liberum ſit hæredibus eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Reſp. Ubi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Sexto ſuper III. Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat. Quæritur, an verba, in futurum ſuſcipiendis, *intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt privilegium?*

Reſp. Ita eſſe intelligenda.

Septimo ſuper IV. ejuſdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcipit celebrandam cum certa eleemoſyna, ac eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat. Quæritur, an permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarum, ut retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, altarium, inſervientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium.

Reſp. Permittendum non eſſe, ut Eccleſiæ, ac loca pia, ſeu illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſia, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in uſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint; & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ Sacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominùs eo etiam caſu curandum eſſe, ut ex pecuniis, quæ ſuperſunt, expenſis, ut ſuprà deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ob offerentibus eleemoſynas.

Octavò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, id eſt, an Rector beneficii, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redituum beneficii.

Reſp. Non habere locum, ſed ſatis eſſe, ut Rector beneficii, poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficii aliud cautum fuerit.

Nono, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna major ſolita pro celebratione Miſſæ, debeant dare eandem integram eleemoſynam iis, quibus Miſſas celebrandas committunt, an verò ſatis ſit, ut dent celebrantibus eleemoſynam conſuetam?

Reſp. Debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi retinere poſſe.

Decimo, ſuper V. ejuſdem Congregationis decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba. Eleemoſynas verò manuales; & quotidianas pro Miſſis celebrandis, ità demùm iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ità ſatisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant, alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c. *Quæritur, an hoc decretum prohibeat abſolutè, quominus accipiant novas eleemoſynas iis, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere.*

Reſp. Non prohibere abſolutè, ac propterea, etſi oneribus jam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen nova etjam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus poſſit omnibus ſatisfacere.

Undecimo, quid ſi offerens eleemoſynas audito impedimento, conſentiant, ut Sacerdos Miſſam celebret cum primum poterit.

Reſp. Quamvis onera ſuſcepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione, id ſciat, & conſentiat, ut illæ tunc demùm celebrentur, cum ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit decretum non prohibere, quominus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro iiſdem Miſſis juxtà benefactoris conſenſum celebrandis.

Duodecimo, an pœnæ Interdicti, & aliæ appoſitæ in eodem decreto, afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, ut ibidem præcipitur?

Reſp. Has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, ſeu ejus generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Decimotertiò, an in hoc decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis in die Commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur, Caſſe da Morti.

Reſp. Comprehendi.

Decimoquartò, an adminiſtratores Eccleſiæ magnæ devotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne alias cultus Eccleſiæ, & devotio, ac concurſus fidelium, ut aiunt, minuantur?

Reſp. Non poſſe niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuant, ut ſuprà in reſponſione ad undecimum.

Decimoquintò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali, & alii, ad quos pertinet, *ſupplicatur pro opportuna declaratione.*

Reſp. Comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Decimoſexto ſuper VII. ejuſdem Sacræ Congregationis decreto, quo cavetur, ut in ſingulis monaſteriis Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari. Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim ſimilis decreti ſanctæ mem. Pauli V. abſque tamen computatione redditaum cujuſque Religioſi, ſit denuò facienda, necnè?

Reſp. Numeri præfixionem eſſe iterum faciendam, ſervata forma ultimi decreti hac de re editi.

Decimoſeptimò, an novitii ad habitum regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in monaſteriis, in quibus habita, ne ſupra præfixione numeri commune ali non poſſunt.

Reſp. Eſſe admittendos ad profeſſionem, ſi aliàs habiles exiſtant; ac deindè in aliquo alio Monaſterio ejuſdem Religionis eſſe collocandos ubi commodè ali poſſint.

Decimooctavò ſuper ultimo, quo cavetur, ut nulli recipiantur Conventus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem fratres in eis degere, & competenter

Sacra Congregatio non intendit derogare voluntati teſta-
toris.
22 Ac propterea alibi, quàm in loco à teſtatore deſtinato,
Capellanus celebrando ſine legitima cauſa, peccaret mor-
23 taliter; non tamen tenetur prædictas miſſas denuò, in
loco deſtinato celebrare, quia jam in ſubſtantiam ſatiſ-
factum eſt oneri miſſarum à teſtatore injuncto, ita ex plu-
ribus probat Fraxinell. *de oblig. Sacerd. ſect.4. concl.5.§.3.*
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.*24. *num.* 36. nam licèt peccet
in re gravi, non tamen tenetur iterùm in eadem Eccleſia,
vel Altari celebrare miſſas, quas alibi jam celebravit; imò
nec ad aliquam reſtitutionem, ut compenſet ſacrificia ali-
24 bi facta; quia non privavit fundatorem fructu ſacrificii,
pro quo jam Deus acceptavit valorem ſatisfactorium à
Sacerdote applicatum, quatenus anima teſtatoris fuiſſet
capax, idem Barboſ. *dict. num.*36. Cauſa autem ad id le-
gitima erit, v. g. ſi Altare fuerit deſtructum, vel ob inun-
dationem, vel aliud impedimentum, idem Barboſ. *loc. c.*
*num.*33.
Eſt tamen advertendum, quòd licèt idem Barboſ. *loco*
25 *citato* ex Henriq. *lib.9. cap.*24. §.4. *in fin.* dicat, poſſe Epiſ-
copum diſpenſare in ſupradictis caſibus, ut Capellanus,
qui ratione ſtudii abeſt, celebret in alio, quàm deſtinato
26 loco; quia ſic ſatisfacit prædicto oneri; nihilominus aliud
vidimus non ſemel in Curia Romana ſervari, namque
ad effectum prædictum, petitum fuit indultum Apoſtoli-
cum, quòd de neceſſitate peti debere, tenent etiam pe-
ritiſſimi Curiales, aliàs enim Epiſcopus ſic diſpenſan-
do, derogaret voluntati teſtatoris, quò eſt ſibi om-
ninò interdictum, *dicta Clement. quia contingit, cum*
ſimil.
27 Quandoquidem certum eſt, Capellanum inſtitutum
ad celebrandum in certa Eccleſia, ſeu Oratorio, Sacel-
lo, vel Altari, non ſatisfacit voluntati teſtatoris, ſi ali-
bi ipſas miſſas celebret, ut per Azor. *inſtit. moral. lib.* 1.
*cap.*24. quem ſequitur Graff. *conſil.* 5. *difficult.*4. *de præb.*
Genuen. *in ſuo Manuale Paſtor. cap.*73. qui enim eſt obli-
gatus dicere miſſam in aliquo certo loco, non ſatisfacit,
alibi eas celebrando, Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. miſſa*
§.1. *circa fin.* Ricc. *in d. prax. fori Eccleſ. dict. tit. praxis*
Capellaniarum deciſ. 406. *num.*2. qui *num.* 3. dicit, quòd
ſi id fieri potuiſſet, finis inſtitutionis Capellaniæ remane-
ret inobſervatus; cum electus ſit locus, quem fundator
voluit frequentari, religioſè honorari, & coli; ac pro-
pterea ejus menti, & voluntati minimè ſatisfactum fo-
ret, eſt Navarr. *de orat. cap.*5. *num.*2. & 12. ac propterea
28 ſubdit, id neque fieri poſſe per Epiſcopum, etiam hære-
dibus conſentientibus, ut alibi, quàm in loco deſignato,
miſſæ celebrentur; quia non agitur de voluntate hæredum,
ſed fundatoris, ex *d. Clem. quia contingit, de relig. do-*
mib.

Quandoque propter abſentiam beneficiati à loco, ubi
miſſæ ſunt celebrandæ ex diſpoſitione teſtatoris, datur ſi-
mile indultum, & committitur Ordinario, qui eidem
Oratori, celebrandi, ſeù celebrari faciendi miſſas prædi-
ctas in alia Eccleſia, quàm in illa, in qua teſtator eſt ſe-
pultus, quoties, & quando à tali loco abfuerit, tantum li-
centiam impartiatur.

Similiter Rectori Parochialis Eccleſiæ conceſſum fuit in-
dultum celebrari faciendi per alium miſſas Capellaniæ,
quandiù ipſe Capellaniam, & Parochialem obtinuerit dum-
taxat; ita quòd ex tunc deinceps, miſſæ hujuſmodi per
proprium Capellanum, juxtà fundatoris diſpoſitionem,
celebrari deberent.

Quandoque idem Pontifex, non modò onus ex una
ad aliam Eccleſiam perpetuo, ſivè ad tempus transfert, ut
in ſupradictis exemplis patet, verùm etiam ipſum benefi-
cii, ſeu Capellæ titulum eodem modo transfert, qua-
tenus talis intercedat cauſa, quæ ipſius Pontificis animum
ad ſic transferendum minimè retrahat: exempli gratia.
29 N. ex ſuis propriis bonis fundavit Monaſterium Ordinis
Sancti Baſilii in Civitate Papien. & cum poſtmodum il-
lius Eccleſia indigeret celebratione miſſarum, & in Ec-
cleſia S. Bartholomæi ejuſdem Ordinis in civitate Januen.
multæ miſſæ celebrabantur; & ex translatione alicujus Ca-
pellaniæ in Eccleſia ſecundò dicti Monaſterii fundatæ, ne-
ceſſitati, & penuriæ primo dicti Monaſterii, de conſenſu
Capituli Conventualis, & deindè Capituli Generalis di-
cti Ordinis, ipſe Pontifex tranſtulit cum omnibus, & ſin-
gulis dictæ Capellaniæ oneribus, fructibus, redditibus,
proventibus, & emolumentis; prout etiam aliæ ſimilis
translationes non rarò ex legitima tamen cauſa, eadem Pon-
tificia authoritate fiunt.

CAPUT XI.

Praxis Derogationis Fundationis Beneficii Eccleſiaſtici in illius Collatione.

SUMMARIUM.

30 *Fundationi beneficii non poteſt Epiſcopus derogare, quam-vis illa non contineat verba irritantia; nec poteſt aliud, niſi quod per Concil. Trident. eſt ſibi conceſſum.*
31 *Conditiones etiam ſimpliciter appoſita in fundatione beneficii, continet decretum irritans.*
32 *Fundationis beneficii ſimplex narratio quomodò ſufficiat pro impetranda illius derogatione.*
33 *Fundatoris voluntati, nec Epiſcopus, nec patronus præjudicare poteſt.*
34 *Conditiones in fundatione beneficii appoſita, reſpiciunt honorem Dei, & ſervitium Eccleſiæ.*
35 *Factum contra legem, non habentem clauſulam annullativam quomodo valet.*
36 *Fundationis terminos non poteſt Ordinarius alterare.*
37 *Conſtitutio, licèt non habeat clauſulam annullativam, ſervanda eſt tamen illius forma.*
38 *Decretum irritans in fundatione beneficii, non eſt de neceſſitate exprimendum in impetratione, licèt quandoque ad exuberantiam exprimatur.*
39 *Fundationis derogatio requiritur, etiam in beneficiis ad Sedem Apoſtolicam devoluta, & num.*43.
40 *Collatio beneficii, jure devoluto, facienda juxta illius naturam.*
41 *Quia non receditur à forma, ſed à perſona.*
42 *Scrutinio publicato, ſi moriantur omnes Canonici, corruente tecto, ſubſtituti tenentur eumdem eligere cui eſt jus quæſitum: & quare.*
44 *Fundationis derogatio non cadit in Inferiore.*
45 *Papa, conferendo jure devoluto, reſtringit ſuam proviſionem ad ejus normam.*
46 *Nec cenſetur, velle uti plenitudine poteſtatis.*
47 *Fundatio beneficii, ſi plures contineat qualitates, omnes ſunt Pontifici narrandæ.*
48 *Impedimentis duobus exiſtentibus, uno ſublato, remanet alterum*
49 *Diſpenſationes tot neceſſaria, quot ſunt impedimenta.*
50 *Derogatio generalis plurium qualitatum in fundatione beneficii non datur.*
51 *Et quare, & n.*137.
52 *Clauſula,* Non obſtantibus, *non tollit ordinationem fundatoris.*
53 *Statutis patronum Eccleſiaſticorum Papa derogat cum clauſula,* Non obſtantibus.
54 *Conditionibus appoſitis in fundatione beneficii de conſenſu Epiſcopi, & non aliàs derogat, & quare.*
55 *Conditionibus in fundatione beneficii nulliter appoſitis, Papa non cenſetur derogare.*
56 *Patronus, contra iuris diſpoſitionem, novam legem beneficio imponere non poteſt.*
57 *Juſpatronatus an debeat eſſe hereditarium, vel gentilium, poteſt declarari in codicillo, de conſenſu Epiſc.*
58 *Conditiones in beneficio nulliter appoſita, poſſunt convalidari per Papam.*
59 *Qualificatus, juxtà fundationem, ſi non adſit, præſentabitur non qualificatur.*
60 *Et regula circa hoc conſtituitur.*
61 *Vacatio diuturna, Eccleſiis damnoſa.*
62 *Beneficium non confertur in invitum.*
63 *Beneficium recipere poteſt quis cogi per Papam.*
64 *Qualificatus, ex fundatione, non poteſt invitus præſentari.*
65 *Præſentandus poteſt juri ſuo renunciare.*
66 *Actus quilibet tendens ad favorem alterius, intelligitur; parte petente.*
67 *Qualitas requiſita in beneficio, ex indulto Apoſtolico, quomodò non procedat in collationibus Apoſtolicis circa derogationem fundationis.*

68 Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ providentur, ſicut beneficia ſimplicia.
69 Et ſic ſufficit in eo prima tonſura.
70 Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimo, ad obtinendum Canonicatum in Collegiata Eccleſia.
71 Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ non requirunt ſacrum ordinem.
72 Collegiata inſignis comparatur Eccleſiæ Cathedrali.
73 Promoveri qui poteſt intra annum, non eget diſpenſatione ſuper ætate.
74 Secùs, ſi non poteſt intra idem tempus, promoveri.
75 Canonicatus juſpatronatus laicorum in Cathedrali, ex fundatione ante Concilium, non ſubiacent illius diſpoſitioni c.12. ſeſſ.24. quoad ordines ſacros.
76 Ordines Sacri non requiruntur in Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ non inſignis.
77 Canonicatus in Collegiata, ac dimidia portio in Cathedrali non habent annexum ſacrum ordinem.
78 Niſi aliter ex fundatione, ſtatuto, aut conſuetudine eſſet diſpoſitum, etiam quoad ætatem.
79 Canonicatus collegiatæ Eccleſiæ, ſi habeant ordinem ſacrum annexum, de eis providetur, ſicut in cathedralibus.
80 Aetas 14. annorum ſufficit in Canonicatu collegiatæ, etiamſi illi eſſet annexa Parochialis Eccleſia.
81 Prout etiam dicendum eſt de quovis beneficio ſimplici, requirente dictam ætatem.
82 Et refertur declaratio Sacræ Congr. & alia n.89.
83 Intelligitur tamen de unione acceſſoriè facta, non æquè principaliter.
84 Titulus non datur in beneficio annexo, ſed in principali.
85 Ordo attenditur, quem requirit Dignitas, vel Canonicatus, de ſui natura, non autem ætas ad Parochialem illi annexam, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis.
86 Actus interpoſitus regulatur ſecundum naturam ejus, cui interponitur.
87 Aetas 14. annorum ſufficiebat ad Canonicatus in Cathedralibus, de jure antiquo.
88 Caſus omiſſus remanet diſpoſitioni juris communis.
90 Diſpenſat Epiſcopus cum illegitimo ad beneficium ſimplex, ſine conſenſu Capituli.
91 Capitulum ſuccedit Epiſcopo defuncto in juriſdictione Epiſcopali.
92 Nam tunc dicitur Ordinarius.
93 Capitulum diſpenſando cum illegitimo tenetur ſervare ea, quæ idem Epiſcopus.
94 Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo requirit cauſam.
95 Illegitimus diſpenſatus debet eſſe honeſtæ vitæ, &c.
96 Diſpenſatio Papæ cum illegitimo, requirit cauſam, & quænam illa ſit.
97 Delegatus Papæ ad diſpenſandum cum illegitimo, quænam debeat prius examinare.
98 Diſpenſatio cum illegitimo facienda per Ordinarium, quid requirat in praxi.
99 Diſpenſatio cum illegitimo, non præmiſſa cauſæ cognitione, non valet.
100 Diſpenſandi facultas cum illegitimo ad beneficium, intelligitur cum cauſæ cognitione, Epiſcopo conceſſa.
101 Illegitimum promovendo Epiſcopus, non cenſetur cum eo diſpenſare, & quarè.
102 Illegitimus eſt ab Epiſcopo diſpenſandus, ante collationem beneficii, vel tonſuram.
103 Promovens indignum, punitur.
104 Diſpēſat. quomodò tacitè cenſeatur Papa ſuper defectu.
105 Illegitimus diſpenſatus ab Ordinario ad beneficium ſimplex, poteſt illud obtinere in quacumque Diœceſi.
106 Illegitimi filius, eſt habilis ad beneficium, niſi aliud in fundatione caveatur.
107 Aut aliàs illud ſibi canonicè conferatur.
108 Quia cenſetur ſub diſpoſitione de legitimis.
109 Illegitimi filius non repræſentat impudicam ſpeciem progenitoris illegitimi.
110 Illegitimi patris qualitas, non nocet filio illegitimo.
111 Illegitimitas non imprimit delictum, ſed defectum.
112 Illegitimi, licet incapaces eorum, quæ proveniunt ex perſona patris, ſunt tamen capaces omnium ex perſona propria provenientium.
113 Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo, non excedit limites ſuæ facultatis.
114 Quod intelligitur, etiam ex quacumque cauſa utili, & neceſſaria.
115 Intelligimus diſpenſatus ab Epiſcopo, ad Canonicatum Eccleſiæ collegiatæ, ſeu aliud beneficium, etiam ſi illud haberet annexam Parochialem Eccleſiam.
116 Unitum beneficium non poſſidetur tanquam titulus.
117 Illegitimus à ſolo Papa diſpenſatur a plura, & qualificata beneficia, ac majores ordines.
118 Diſpenſatio, tanquam odioſa, non includit, niſi primum actū poſt diſpenſationem, quod exemplificatur, ut hic.
119 Diſpenſatio, ceſſante culpa, quomodo intelligatur, cum effectu.
120 Intelligimus diſpenſatus ad unum beneficium, ſi duo ſibi collata, acceptet, perdit utrumque, & quare.
121 Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum illegitimo ſuper pluralitate beneficiorum.
122 Singularis loquutio non extenditur ad pluralitatem.
123 Diſpenſatio non includit, niſi primum actum ſubſequentem, eoque expleto, illa extinguitur.
124 Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimum ad unum benficium procedit, etiam ſi illud non ſufficiat ad congruam ſuſtentationem.
125 Illegitimus, vigore c.1. de fil. presb. in 6. non diſpenſatur ab Epiſc. ſi obſtet aliquod ſtatutum Eccleſiæ, quod illegitimus non admittatur ad tale beneficium.
126 Statum Eccleſiæ, non ſtat proviſionibus Apoſtolicis.
127 Epiſcopus non diſpenſat contra ſtatutum juratum, vel confirmatum.
128 Papa habet omnia iura in ſcrinio pectoris.
129 Statuti Eccleſiæ jurati, vel confirmati, eſt mentio facienda in ſupplicatione.
130 Statuti particularis derogatio, quandoque à Papa denegatur.
131 Illegitimus non diſpenſatur ad beneficium ſimplex ab Epiſcopo, ſi obſtet illius fundatio, ut hic.
132 Fundatio beneficii, ubi obſtat, Epiſcopus, abſtinere debet ab illius collatione.
133 Fundationis beneficii derogatio, datur à Papa, inſimul cum collatione.
134 Fundationi derogatum non cenſetur à Papa, ſi dicat, Non obſtante fundatione.
135 Fundationis ordinatio, non dicitur ſtatutum.
136 Clauſulæ generales non operantur derogationem fundationis beneficii.
138 Fundationis generalis derogatio, etiam motu proprio conceſſa, non prodeſt impetranti.
139 Conſtitutiones Principis, licèt contineant omnes obſtantias de mundo, non tollunt ſpecialia privilegia, ſtatuta, vel conſuetudine.
140 Nam illæ tendunt ſolum ad tollendam ſubreptionem.
141 Fundationis beneficii derogatio, ſub qua formula detur.
142 Etiam ſi fuerit fundatio Clerici, requirit expreſſam derogationem.
143 Illegitimo non prodeſt diſpenſatio ad beneficium ex c.1. de fil. presb. in 6. ſi ultra concurrat aliud impedimentum juris.
144 Imo neque ſufficit diſpenſatio Apoſtolica, non expreſſo altero impedimento.
145 Illegitimus obtinens Canonicatum in Collegiata, an illum retineat, illa erecta in Cathedralem.
146 Et quid de minore, qui præſentabatur ad Canonicatum, ante prædictam erectionem.
147 Collegiata erigitur in Cathedralem, ad augendum cultum divinum.
148 Illegitimus diſpenſatus ad ſine cura Eccleſiam, ſi illa erigatur in curatam, quomodo præficiendus in Rectorem ſimplicem, aut curatum.
149 Illegitimus à ſolo Papa diſpenſatur ad dignitatem, aut perſonatum, rejecta opinione Gamb.
150 Perſonatus, & Dignitas æquiparantur beneficiis curatis.
151 Rectoria, ſeu Prioratus ruralis, quomodo cenſeatur ſimplex beneficium.
152 Beneficia ſimplicia, ſub nomine Dignitatum, quando conferantur.
153 Illegitimus non diſpenſatur ab Epiſcopo ad aliquem ſacrum ordinem.
154 Nec ad beneficium, habens eundem ordinem annexum.
155 Et quomodo intelligenda verba c.1. de fil. presbyt. in 6. ibi, dummodo ſit tale, ſuper quo poſſit Ordinario diſpenſare.

156 Illo-

156 *Illegitimus, quando poſſit obtinere Canonicatum, & portionem in Cathedrali Eccleſia.*
157 *Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo ad ordines, & beneficia, non ſe extendit ultrà minores ordines, & unum ſimplex.*
158 *Illegitimi antiquitùs rarò diſpenſabantur ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, præſertim tempore Pauli III. & Sixti V.*
159 *Et quare repellantur ab Eccleſia Dei.*

SAnè circa hanc praxim, admonendi ſumus, prout
ſuperiùs dictum eſt, non deeſſe, qui dicunt, tunc
tantummodò non poſſe Epiſcopum fundationi derogare,
quando videlicet, qualitas in fundatione adiecta, contineret
expreſsè verba irritantia, veluti, cum teſtator, ſeù fundator
dicat, quòd ad talem Eccleſiam, ſeù Capellaniam non poſſit,
neque debeat eligi, aut præſentari aliquis, qui non
fuerit in Sacerdotio conſtitutus, aliàs electio, ſeù præſentatio,
vel inſtitutio nullius ſit roboris, vel momenti:
cum re vera, quicquid dixerint etiam nonnulli peritiſſimi
Curiales, neque in theorica, neque in praxi, id ſuſtineri
poſſe videatur; quia idem prorſus dicendum eſt, quam-
30 vis non ſint adiecta hujuſmodi verba irritantia; ſufficit
enim, quòd lex, ſeù qualitas fuerit ſimpliciter, videlicèt abſque
hujuſmodi verbis in fundatione appoſita: quia neque
tunc Epiſcopus, ut dictum eſt, poterit derogare: cum etenim
id eveniat propter decretum prædicti Concilii Trid.
ſeſſ.24.cap.5. ibi *non derogetur*, ſine aliquo adiuncto, non
conſtat, de neceſſitate requiri aliquid irritans ad impediendam
derogationem Epiſcopi, ſed ſufficit, quod prædictum
Concilium ità diſpoſuerit, nec aliter diſtinxerit, quare nec
nos diſtinguere debemus, *vul. iur.* quia Epiſcopus contrà
decreta Concilii diſponere nullo modo poteſt, niſi in
quantum ſibi, per idem Concilium fuerit attributa facultas,
ad gloſ. *in c. cum dilectus, in verb. ætate, de elect.* Navarr.
in Manuali, de orat. cap.11. num.24. Leo *in theſ. for.
Eccl. par.2. cap.8. n.44.* Rebuff. *in tractat. nomin. q.5. num.*
30. & alii, quos refert Barboſ. *de poteſt. Epiſc. gloſ.33. numer.25.*

Sicut neque eſt audiendus Ferret. *conſil.305.* dicens,
quòd ſi dicatur à teſtatore, vel fundatore, ut eligatur,
ſeù præſentetur Sacerdos, non requiritur Sacerdotium
actu, tempore electionis, ſeù præſentationis, ſed ſolum
aptitudine, niſi quando ordo Sacerdotii fuit annexus per
verba negativa, ſeù annullativa, & prohibitiva, veluti ſi
dicatur, quòd tale beneficium, ſive Capellania non conferatur,
niſi presbytero, vel quòd non poſſit præſentari,
niſi Sacerdos, nam neque hoc admitti poſſe videtur: quia
qui non eſt actu, ſed tantum aptitudine, Sacerdos non
eſt: quarè in eo non verificantur verba requirentia Sacerdotium,
ut per Garc. *de benef. p.7. c.1. n.61.*

Nec refert, quòd in aliquibus inſtitutionibus, ſeù fundationibus
beneficiorum reperiantur, quandoque iſta verba
irritantia; quandoquidem illa aliud non operantur, niſi
ad clarius oſtendendam enixam fundatoris voluntatem,
circa obſervantiam legis in fundatione appoſitæ, cum certum
ſit, quod conditiones etiam ſimpliciter ſic appoſi-
31 ſitę continent in ſe decretum irritans, & non poſſunt tolli
de conſenſu Epiſcopi, vel patronorum, nec immutari,
Roch. de Curt. *de iurepatr. verbo pro eo, quod de Diœceſani
conſenſu, q.14 n.30.* Lambert. *eod. tract. lib.3. qu.5. princ.
art.4.* Caputaq. *deciſ.290. p.2.* relatos per Martum Antoninum
var. reſol. l.1. reſol.12. n.8.

Quarè, fatentur Curiales, prout ego ipſe, tot annorum
curriculo in ipſa Romana Curia obſervavi, quòd nunquam
neceſſarium exiſtimatum fuit in ſupplicatione porrigenda
Summo Pontifici pro hujuſmodi derogatione impetranda,
exprimere, an videlicèt teſtator, ſeù fundator
ità explicitè diſpoſuerit, ut factum contra conditiones in
fundatione appoſitas, non valeat ſuffragari; cum ſolum-
32 modò ſatis ſit narrare ſimplicem diſpoſitionem factam à
fundatore: ex eo, quòd ſufficit, quòd ita fuerit ſimpliciter
diſpoſitum, ut nihilominùs voluntas ipſa ſit pro lege
ſervanda: quarè dixit Imperator, *diſponat teſtator, & fiat
lex. §. diſponat, Auth. de nupt. c. ult. vol.13. q.2.* ubi gloſ.
in verbo ult. quòd ſi quis eam non ſervat, hoc ipſum, quòd
ei eſt relictum, ab eo aufertur, *c. ſimiliter, 11. qu.1.* Nec
omnes leges canonicæ, ſivè civiles, ſuper quibus petitur

Corradi Prax. Benefic.

à Principe diſpenſare, aut eis derogari, habent expreſsè decretum
irritans verbis explicitis. Prætereà ſufficit, quod
teſtatoris, aut fundatoris voluntati, dummodò rationabili,
nec patronus, nec Epiſcopus præjudicare poſſit, il- 33
lam commutando, juxtà not. *cap. nos quidem, de teſtam.*
quia commutari non poteſt, niſi de licentia Papæ, ut in
*d. Clem. Quia contingit, de relig. dom. & in l. ſi quis ad declinandum,
C. de Epiſc. & Cler.* Bart. *in l. legatum, ff. de
uſufr. leg.* Lambert. *de iurep. lib.3. art.3. q. princ. nu.4. circa
med. & n.5. fol.1005.* ubi quòd tales conditiones in fundatione
adiectæ reſpiciunt honorem Dei, ſervitium Eccle- 34
ſiæ, & ſic ejus utilitatem, vel quandam ſatisfactionem mentis
defuncti, volentis, ſic obſervari: nam licet factum contra
legem, non habentem clauſulam annullativam, valeat, 35
per ea, quæ tradit Dec. *conſil.17.* nihilominus, ac ad rem
noſtram, clarum eſt, Ordinarium non poſſe fundationis 36
terminos alterare, & ſi aliter fieret, collatio, ſive inſtitutio
eſſet nulla, Put. *deciſ.330. n.1. & 4. lib.* qui *n.5. &
6.* ait non obſtare, quod conſtitutio non habeat clauſulam
annullativam, quia abſque decreto annullativo, actus eſt
nullus, non ſervata forma conſtitutionis, quando datur
poteſtas non habenti cum certa qualitate, præſertim in habentibus
cauſam perpetuam prohibitionis, ad not. per gl.
in Clem.1. verbo, inhibentes, de iurepatr. & per Felin. *in
c. ex parte, col.4. verſic.2. limita, & col. pen. verſ. quartus
eſt caſus, num.6. de conſtit.* idem Put. *d. num.6.* ubi quòd
quando ſumus in habentibus perpetuam cauſam prohibitionis,
ſemper videtur latere vitium etiam poſt actum,
& ideò ſufficit ea prohibere etiam ſi lex non dicat, contrà
factum eſſe irritandum; quòd eſt apprimè notandum
contrà nonnullos Pragmaticos Romanæ Curiæ, tenentes
decretum irritans in fundatione eſſe de neceſſitate
in ſupplicatione exprimendum; licèt quandoque illud
videtimus ad exuberantiam exprimi, ut ſuprà dictum 38
eſt.

Quoniam verò de derogationibus fundationum juriſpatronatus
aliqua ſuprà diximus, ad noſtram praxim pertinet,
ea, quæ circa id in Romana Curia ſervari didicimus,
hic ſubiicere; namque in caſibus, in quibus
beneficia juriſpatronatus, etiam laicalis per Summum
Pontificem conferri conſueverunt. Apoſtolicæ proviſiones
fiunt cum expreſſa derogatione qualitatum in fundatione
appoſitarum: quando ille in aliquo dignoſcetur
obſtare, quod quidem, uſque adeò locum ſibi dignoſcitur
vendicare, etiam ſi beneficia ipſa fuerint ad Sedem 39
Apoſtolicam devoluta: quia devolutio fit ad Superiorem
cum ſuo onere, & ſua qualitate: ac proinde etiam tanquam
devoluta debent conferri perſonis eiſdem, quibus
tenebatur inferior, à quo facta eſt devolutio, quę fiat gradatim,
& ſecundùm diſpoſita in Concilio Lateranenſe, de
quo in *cap.1. & 2. de conceſſ. præb.* prout etiam alibi diximus,
& ſic donec devolutio ipſa fiat ad Papam, Rebuff.
in tract. nominat. quæſt.8. num.11. Vivian. *in praxi juriſpatron.
par.1. cap. num.138.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent,
de conſtit. num.18.* nam licèt patronus propter negligentiam
perdiderit poteſtatem præſentandi, tamen Superior 40
conferens jure devoluto, non poterit aliter conferre, quàm
ſe habet inſtitutio, & natura beneficii, & ex Bald. *in leg.
ſi pupilla, Cod. ſi mancip. ita alienat.* quod ſi exequutor,
qui de mandato teſtatoris, debeat aliquid diſtribuere
inter pauperes, cum conſilio Prioris Prædicatorum, fuerit
negligens, Epiſcopus ſuccedens ei jure devoluto, tenetur
eam formam ſervare; quia non receditur à forma, 41
quæ perpetua eſt, ſed à perſona, & dixit Innocen. *in
cap. publicato, in 4. quæſt. de elect.* quòd ſi publicato
ſcrutinio, moriuntur omnes Canonici, corruente tecto,
ſubſtituti de novo tenentur eundem eligere, quia 42
per publicationem quæſitum eſt jus nominato, quòd
per caſum non perdidit. Quarè cum devolutio fiat cum 43
omnibus oneribus, & qualitatibus requiſitis ex inſtitutione,
& natura beneficii, ut ſupra dictum eſt, id etiam
procedit, quando devolutio fit ad Summum Pontificem,
de qua nunc loquimur, cum derogatio funda- 44
tionis non cadat in inferiorem, ſed ad ipſum Pontificem
ſpectat, & ob id ab eo eſt hujuſmodi derogatio petenda:
quia etiam ipſe conferendo ex jure, devolutio cenſetur 45
reſtringere proviſionem ſuam ad ejus normam, nec
velle uti poteſtatis plenitudine, qua uti conſuevit, 46
providendo jure proprio de affecto, ſeù reſervato,

ita peritiſſimus Lotter. *de re beneſic. lib. 2. quæſt. 24. numer.*
64. prout enim effectu ſervatur in praxi, & dicitur in una
Mediolanenſ. Parochialis coram Seraphin. *deciſion.* 1309.
num. 3. & deciſion. 136. ſicut jam alias diximus, & oppor-
tunius ſuo loco dicetur in caſu publicationis reſignationis
beneficiorum: nam licet reſignatio fuerit facta in mani-
bus Ordinarii, & poſtea collatio obtenta à Papa tanquàm
devoluta ob negligentiam ejuſdem Ordinarii, nihilomi-
nus impetrans non habebit ſemeſtre ad publicandum, pro-
ut diſponitur *in Conſtitutione Gregorii XIII. de publican-
dis reſignationibus*, quando reſignatio fit in manibus Papę,
ſed tantum tres menſes: & ſic cum iſta qualitate fit devo-
lutio prædicta.

Hinc igitur eſt, fruſtra laborare impetranda beneficia, ad
ſedem Apoſtolicam devoluta, dum quærunt evadere in
ſupplici libello, expreſſionem qualitatum in fundatione,
aut inſtitutione beneficii appoſitarum, quæ omninò ſunt
Summo Pontifici explicandæ, ut valeat ille illis derogare,
quatenus ſibi ita expediens videbitur: cum jam res fecerit
tranſitum cum ſua cauſa, *leg. alienatio, ff. de contra-
hend. emption. leg. traditio, ff. de acquir. rer. dom.* nam-
que clarum eſt, hoc procedere, etiam in beneficiis
devolutis ad ipſum Summum Pontificem, licèt non ex-
primatur in ſupplicatione conditio, ac qualitas in ipſius
beneficii fundatione adiecta, quia idem Pontifex intendit
providere juxtà qualitatem, & formam appoſitam in fun-
datione beneficii: licèt illæ non fuerint in precibus expreſ-
ſæ, ut aliàs diximus.

Quod quidem intelligendum eſt, non modo de qualita-
tibus in fundatione, ſive teſtamento adiectis, verum
etiam quovis alio jure ſpeciali: quia quocumque modo
fuerint appoſitæ, ſunt omninò ſervandæ: quòd ſi fun-
datio contineat plures qualitates, erunt quidem Summo
47 Pontifici explicandæ, nec ſufficeret ſi una tantum expli-
48 cetur: namque duobus impedimentis exiſtentibus,
49 uno ſublato, remanet alterum, *cap. paſtoral. de privileg.
cap. ex tuarum de auth. & uſ. pal.* tot enim ſunt neceſſa-
riæ diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, Franc. *in cap.
non poteſt §. fin. num. 5. de præb. in 6.* Caſſad. *deciſion.* 9.
numer. 4. eodem titul. Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2.
centur. 3. caſu* 203. *numer.* 13. Navarr. *conſil.* 17. *de re-
ſcript.* ſicut etiam dicimus, unam tantummodo diſpen-
ſationem non ſufficere, ad contrahendum matrimo-
nium pro uno impedimento, ſi aliud remanet, Caſſad.
poſt Abbas *dict. deciſion. 9. numer. 4.* Gonzal. *ad regul.* 8.
Cancell. *gloſ.* 13. *num. 84. cum pluribus ſequent.* & dixi
in mea Praxi *Diſpenſat. Apoſtolic. lib. 9. cap. 7. num.* 6.
50 Nec quidem a Papa in hujuſmodi caſibus admittitur ge-
neralis petitio derogationis plurium qualitatum in genere
narratum, veluti, ſi ipſa derogatio peteretur quoad om-
nes partes non expreſſas, aut in litteris exprimendas,
cum nunquam viſum fuerit in Dataria Apoſtolica,
hanc genericam derogationem admitti; ex eo quòd
51 tales eſſe poſſunt qualitates in fundatione adiectæ: quę
non immeritò Pontificis animum ab hujuſmodi dero-
gatione retraherent, ut optimè docet Rebuff. *in pra-
xi titul. devolut. numer.* 44. ubi teſtatur, Romanam
Curiam ſervatur in his devolutis, ut ſoleat derogare
fundationi beneficiorum, etiam ſi in illa caveatur ex-
preſsè, quòd obtinens tale beneficium, teneatur in illo
perſonaliter reſidere, & eſſe ſacerdos, vel ad ſacerdo-
tium intra annum promoveri, ac quòd cum illo non
poſſit aliud beneficium obtinere; quæ quidem omnia
ſunt in ſupplicatione exprimenda; cum generalis expreſ-
ſio, nimirum, omnium qualitatum in fundatione ap-
poſitarum, niſi fiat, nihil proſit: quinimmò vidimus
quamplures ſupplicationes ſuper diverſis materiis, in
quibus petebantur derogationes fundationum, per Da-
tariam remitti ad Signaturam Gratiæ, ut ibi cauſæ
hujuſmodi derogationum plenè examinarentur, ut aliàs
dixi.

Nec operatur circa hoc generalis derogatio, vigore
Clauſulæ, Non obſtantibus, in ſupplicibus libellis, ac
ſubinde in litteris proviſionis, appoſita, ſicut antea di-
52 ximus, per quam certum eſt, nequaquam tolli ordi-
nationes fundatoris, Garc. *de benefic. par. 7. cap. 1. nu-
mer.* 122. ubi licèt dicat, hanc peculiarem derogatio-
nem requiri non modò in fundatione juriſpatronatus
laicalis, verum etiam eccleſiaſtici: quia etiam funda-
tio clerici, eſt multum favorabilis, nec ei cenſeri de-
bet derogatum, niſi de ea fiat expreſſa mentio, tamen
poſtea ibi ſubdit, quòd id habet ſpeciale fundatio laici,
cum cenſeatur ei derogatum, etiam ſi in clauſulis dero-
gatoriis dicatur, *Non obſtantibus fundationibus, &c.*
quæ tamen verba de fundationibus clericorum intelligen-
da erunt, non autem laicorum, pro quibus oportet,
quòd expreſsè, & in individuo fiat derogatio, non au-
tem per clauſulas generales prægnantes, & latius hæc
praxis explicatur per Caputaqu. *deciſion.* 322. *part. pri-
ma*, in qua clauſula, *Non obſtantibus conſtitutioni-
bus, ordinationibus Apoſtolicis, ac provincialibus, &
Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon
ſtatutis, & conſuetudinibus, ac fundationibus, etiam
juramento, &c. roboratis, privilegiis, quoque indultis,
&c.* appoſita in proviſione alicuius beneficii juriſpatronatus
non operatur derogationem dictæ fundationis, quia clau-
ſulæ quantumcumque prægnantes non ſufficiunt ad de-
rogationem fundationis factæ per patronum laicum, ſed
oportet, quod individuo, & non per clauſulas æquipol-
lentes, & prægnantes fiat derogatio, ex juribus in di-
cta deciſione, allegatis, quod etiam in praxi notiſſimum
eſt apud omnes Curiales.

Quamvis aliud dicendum ſit de derogatione fundatio-
nis juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ut dictum eſt; quia
eo modo, quo Papa derogare ſolet juripatronatus clerico-
rum, ſive etiam ex privilegio, aut præſcriptione, ab-
ſque aliqua illius mentione, & cum ſimplici clauſula,
Non obſtantibus, &c. prout ſuo loco dicetur, ita etiam
poteſt derogare, prout cum effectu paſſim derogat funda-
tioni ejuſdem juriſpatronatus cum eadem clauſula, *Non
obſtantibus*, ex doctrina Felin. *in capit. nonnulli, nu-
mer.* 23. *de reſcript.* ubi ait quòd licet per clauſulam,
Non obſtantibus conſuetam poni hodie in gratiis, de-
rogetur ſtatutis generalibus, omnia beneficia Eccleſia-
ſtica reſpicientibus, tamen non derogatur per eam ali-
cui ſtatuto ſingulari, niſi de illo fiat expreſſa mentio:
ſubdens, ita demum hoc intelligi debere, dummodò
ſit ſtatutum laicorum appoſitum in fundatione, ſecùs
autem ſi eſſet ſtatutum clerici: quia talibus ſtatutis pa-
tronorum eccleſiaſticorum præjudicatur per clauſulas ge- 53
nerales, *Non obſtantibus, &c.* per not. *in cap. dilectas
de ſurreptitr.* quamvis contrarium ſentiat Garc. *de benef.
p. 7. c. n.* 121.

Præterea notandum pro ſimplicibus Curialibus,
quandoque in Dataria Apoſtolica fuiſſe perperam, ac
etiam ad decipiendum Summum Pontificem, petitas ali-
quas derogationes fundationum, in quibus tamen non
fuerunt appoſitæ conditiones in limine fundationis,
de conſenſu Ordinarii, ſed poſt fundationem, & ſi-
ne dicto conſenſu, quæ cum ſint propterea nullius
momenti habentur tanquam non appoſitæ; eatenus
enim Papa derogat fundationibus prædictis, quatenus
conditiones ſint legitimè, & cum dicto conſenſu appo-
ſitæ, nam aliàs videretur Papa ſua derogatione appro-
bare dictas conditiones, nulliter, ut ſupra appoſitas:
cum nihilominus certum ſit quòd nullum eſt, nullum
producere effectum, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re ju-
dic. illud, de ſurreptitr. cum ſimil.* quod quidem con-
tingere poteſt, veluti ſi poſt fundationem, cum con-
ſenſu Ordinarii, fuerunt per patronum, abſque di-
cto conſenſu, ſed de facto aliæ conditiones appoſi-
tæ; quo caſu nulla erit fundationis derogatio, quo-
ad ipſas conditiones, ſic nulliter adiectas; nam Pa-
pa ſic derogando, non cenſetur eas approbare: qui- 55
nimmò ſemper ipſo derogando fundationis, illiuſque
qualitatibus, ita qualificat ſuam gratiam derogationis,
ut illa nunquam cenſeatur facta, niſi de qualitatibus
in limine fundationis, cum conſenſu Ordinarii appo-
ſitis, dicendo, *in cujus fundatione caveri dicitur ex-
preſſe, quod, &c.* Ratio enim eſt, quia, ut pluries 56
diximus, hæres, ſeu alius patronus contra juris diſpo-
ſitionem, novam legem beneficio imponere non po-
teſt, Imol. *poſt gloſ. in capit. cum dilectus, num.* 21. Ab-
bas *numer. 5. de conſuetud.* Felin. *in capit. ſignificavit,
de teſt.* & fuit dictum in una Toletan. Capellaniæ, quam
refert Garc. *de benefic. part. 11. capit. 5. numer.* 222. quia
agitur de mutanda voluntate defuncti, circa Deo dica-
ta, quòd ſoli Papæ eſt permiſſum, *dict. Clementin.*

Quia

Quia contingit, de relig. dom. niſi fortaſſe per hujuſmodi
fundatorem fuerit aliquid in teſtamento, ſeu codicillo,
de conſenſu Ordinarii, declaratum, dummodo non tan-
gat ſubſtantiam juriſpatronatus, ut in cauſa Mediolanenſ.
Juriſpatronatus, quæ eſt *deciſ.675. num. 2. par. 1. recent.*
in qua fuit dictum, quod idem fundator potuit in codi-
57 cillo declarare, an juſpatronatus fuerit hæreditarium, vel
gentilitium, & quod non minus in codicillis, quàm in
ipſa fundatione, potuit ſic qualificari juſpatronatus, con-
currente conſenſu Ordinarii, ex Calder. *conſil. 5. & 20.*
de jurepatron. Abbas *conſil. 59. num. 3. verſic. 3. principali-*
ter, lib. 1. Pariſ. *conſ. 35. num. 8. lib. 4.*

Et ſic generaliter, ubicumque conditiones nulliter
adjectæ, aut aliàs ſubſiſtere nequeunt, vel ſi turpes fue-
rint, non operabitur quoad eas aliqua fundationis dero-
gatio, quia omninò illæ rejiciuntur, & habentur perin-
dè, ac ſi non fuiſſent appoſitæ, ad text. *in l. nuda ff. de*
contrah. empt. licet aliter dicendum eſſet, ſi conditiones
ſic ut præfertur, nullæ, fuerunt poſtea convalidatæ
58 per Papam: quia quamvis illæ non ſint aliàs in conſidera-
tione, nihilominus idem Papa poterit eas approbare, ut
valeant, Gonz. *gl. 57. n. 24. & 25.*

Poſtremò, in propoſito præſentandi perſonas, ſecun-
dum formam fundationis qualificatas, prout ſuperius di-
cebamus, ita hæc intelligenda ſunt, videlicet, quate-
nus reperiantur ad præſcriptum fundationis qualifica-
tæ, quæ petant ſibi de tali beneficio provideri: aliter
59 enim non impediuntur patroni præſentare, & Ordi-
narius inſtituere alium non qualificatum, aliàs tamen
dignum: quare optimè ait idem Gonz. *gloſſ. 56. num.*
88. cum ſeqq. quòd ſi per ſtatutum, vel aliam diſpoſi-
tionem conſtituatur, quòd beneficium ſit conferen-
dum certo generi perſonarum, ut puta graduatis, no-
minatis, perſonis de gremio Capituli, filiis patrimo-
nialibus, vel alio modo qualificatis, aliàs collatio ſit
nulla, intelligi debet, ipſis volentibus, vel aliquo qua-
lificato, petente ſibi fieri collationem, & proſequente:
cum Ordinarius collator non teneatur quærere, & re-
quirere qualificatos, an velint ſibi fieri collationem,
Gonzal. ſupradicto loco citato. Quare hic conſtituenda
videtur regula, juxta ea, quæ non rarò in praxi evenire
obſervavimus, nempè quòd vocatus in fundatione bene-
ficii, ac juxtà illam qualificatus, quid illud petit, debet
omnibus aliis præferri: quo caſu Epiſcopus, ſeù alius
Collator non poteſt tale beneficium alteri non qualificato
conferre: ſi verò qualificatus non adſit, vel quatenus
adſit, tale beneficium non petit ſibi conferri, quia ad il-
lud non adſpirat: tunc Collator poteſt illud alteri non
qualificato conferre. Quòd quidem intelligendum, ſi-
ve beneficium fuerit liberæ collationis ex ſui primæva
erectione, ſive de jurepatronatus laicorum, ubi patroni
tenentur præſentare perſonam ex fundatione qualifica-
tam: nam licet ita cautum ſit in ipſa fundatione, cum
nihilominus tempore vacationis non adſit perſona qua-
lificata, vel quatenus adſit, non aſpiret ad hujuſmo-
di beneficium, tunc quidem poterunt patroni alium
non qualificatum præſentare: nam ſemper lex, ſeu
quælibet alia diſpoſitio intelligi debet, ſi talis perſona id
petat, vel velit. Jaſon. *in leg. 2. Cod. de jur. emphyt.* nec
collatio proinde non qualificato facta, erit nulla, cum
Collator ignoret, an qualificatus velit illud beneficium,
nec tenetur quærere qualificatum, Tiraquell. *in repet. l.*
ſi unquam in verbo, revertatur num. 8. Cod. de revoc. do-
nat. & de hoc videndus eſt Rebuff. *ſuper concord.* Rubr.
de collat. §. ſi quis vero, & ibi gloſ. *in verbo, ipſo jure, fol.*
mihi 348. & in §. ult. gloſ. Extantibus præfatis graduatis
fol. 481.

Præmiſſorum etenim ratio eſt, quia ſemper in gratia,
ſeù quacumque alia diſpoſitione; intelligitur clauſula, ſi-
vè conditio, ſi is, cui conceditur, ea uti velit, etiam ſi
adeſſet clauſula decreti irritantis, idem Rebuff. *in tract.*
nominat. quæſt. 18. num. 9. nam quiſque poteſt privilegio
in ſui favorem introducto, renunciare, *c. ſi diligenti,*
de for. compet. l. penult. Cod. de pact. intelligitur enim be-
beneficio affectum qualificato, ſi videlicet ipſe velit,
qui ſicut poteſt beneficio jam acquiſito renuntiare,
c. admonet, & c. quod in dubiis de renunc. multò for-
tius, acquirendo, *Clem. Gratiæ, de reſcript.* idem Re-
buff. *d. num. 9.*

Corradi Prax. Benefic.

Undè, ſi tempore vacationis non compareat aliquis,
ut ſupra qualificatus, non tenetur Epiſcopus expectare,
donec reperiatur talis, & ita interim beneficium vacabit
in diſpendium cultus divini: cum diuturna vacatio ſoleat 61
ſemper eſſe Eccleſiis damnoſa, *cap. ne pro defectu, de*
elect. Nec beneficium conferendum eſt in invitum, quia 62
clericus invitus non creatur, *cap. 1. diſtin. 71. cap. hono-*
ratus diſtin. 74. c. quæris, de ætat. & qualit. cum ſolum 63
per Papam poſſit quis cogi invitus, ut recipiat benefi-
cium, & fiat Prælatus, Abbas *in capit. final. de poſtul.*
præl. quare in hoc caſu, invitus, licèt qualificatus ad præ- 64
ſcriptum fundationis, ſi nolit, non poteſt præſentari, *c.*
beneficium, de reg. jur. in 6. l. invitus, ff. eodem, &
quatenus eſſet ita qualificatus, ac proinde præſentandus,
poteſt juri ſuo renunciare, *cap. fin. §. 1. de off. deleg. l. fi-*
lio præterito, juncta gloſſ. ff. de ininſt. irritoque teſtamen. 65
Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 4. num. 5.* quod ha-
bet locum tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus,
Archid. *in cap. quam periculoſum, num. 4. 7. quæſt. 1. & in*
cap. denique, num. etiam 4. 6. quæſt. 3. Alex. *conſ. 116. nu.*
2. lib. 3. & regulariter quilibet actus tendens ad favorem
alterius, eſt intelligendus, parte petente, gloſ. *in l. uni-* 66
verſa reſcripta verbo, præbeatur, Codic. de precibus
Imper. offer. & quælibet conceſſio facta ad favorem alicu-
jus, habet tacitam conditionem, ſi is, in cujus favorem
facta eſt, ea uti vellet, Put. *deciſ. 353. n. 3. p. 2.* & diximus
aliàs, dum locuti ſumus in terminis, & de qualitate filio-
rum patrimonialium.

Sciendum tamen eſt, circa qualitatem prædictam ex
fundatione, id procedere, quando ita cautum eſt in fun-
datione beneficii, at verò ſecus ſi poſt fundationem, ita
conceſſum fuerit ex indulto Apoſtolico, extra dictam fun- 67
dationem, & ad partem, nam in hoc caſu collatio fa-
cienda certo generi perſonarum, non procedit in provi-
ſionibus Apoſtolicis, quas ſæpè vidimus ex notorio ſtylo
Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, tam ex devolutio-
ne, quam ex quacumque alia cauſa, fieri non qualificatis
perſonis, prout etiam docet Put. *deciſ. 301. lib. 1. & dec.*
11. de conſtit. & fuit dictum in una *Tridentin. Decanatus*
25. Februarii 1633. num. 2. impreſſa penes Rub. *deciſ. 183.*
num. 2. ubi num. 6. & 7. dicitur, non obſtare, quod bene-
ficium debitum certo generi perſonarum cadit ſub reſerva-
tione cum ſua cauſa nempè, quod conferatur illi generi,
Seraph. *deciſ. 1420. num. 3.* nam aliud eſt, quod benefi-
cium debeatur ex indulto perſonis qualificatis: quia in
primo caſu ex natura beneficii illud debetur illi generi, in
ſecundo verò debetur perſonis qualificatis ex indulto,
quod non ligat Papam, quando beneficium vacat in men-
ſe reſervato, cum non fuerit conceſſum in limine funda-
tionis.

QUO verò ad Canonicos, *clerici, in ali-*
quo ex ſacris
ordinibus conſtituti. Licèt enim verùm ſit in Canonicati-
bus Collegiatæ Eccleſiæ non requiri aliquem ex ſacris ordi- 68
nibus, ſed tantum clericalem tonſuram, Abbas *in capit.*
2. colum. 2. in fin. verſic. nota ibi per Eccleſiaſticos, num.
5. Ancharan. *numer. 3.* Butr. *num. 7.* Innocen. *in princip.*
Ioan. Andrea *ante fin. in verbo Eccleſiaſticos,* Imol. *num.*
3. Anan. *numer. 5.* Hoſtienſ. *in fine de inſtit.* ex eo quod
Concil. Trident. *ſeſſion. 24. cap. 12. verſ. in omnibus,* ex-
preſsè loquitur de Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis,
non autem de Collegiatis, & propterea ad iſtas non
extenditur, cum non ſint ita privilegiatæ, & nimis
inter ſe differant, Doctores *in capit. ſtatum, §. ſan-*
cimus, de reſcript. in 6. & circa Canonicatus in Colle-
giatis nihil fuerit per dictum Concilium immutatum; ac
proinde de eiſdem Canonicatibus eſt providendum, ſicut 69
de beneficiis ſimplicibus, in quibus requiritur ætas an-
norum quatuordecim inceptorum, ut ex eodem Con-
cil. Tridentin. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* & fuit declara-
tum à Gregorio XIII. prout teſtatur ſacra Congregatio
ipſius Concilii, ut refert Leo *in theſaur. for. Eccleſ. par. 2.*
capit. 3. num. 21. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. num. 35.*
cum pluribus ſeqq. ac propterea non eſt recedendum à
diſpoſitione juris communis, ſecundum quòd in Cano-
nicatibus Collegiatæ non requiritur ſacer ordo; quod
etiam intelligendum eſt de Canonicatibus Eccleſiarum
Collegiatarum inſignium, in quibus prima tonſu-

ra ſufficit; ita quod, ſicut Epiſcopus poteſt diſpenſare
cum illegitimo, ad obtinendum beneficium ſimplex,
70 juxtà terminos *cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* ita etiam ad
obtinendum Canonicatum in Collegiata Eccleſia, Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 5. numer. 98. & ſeq.* ubi etiam ſubdit, poſſe eundem diſpenſare cum illegitimo ad obtinendam dimidiam portionem ſit ex inferioribus beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, Pariſ. *de reſign. benef. lib. 2. q. 1. nu. 116. & ſeq.*

72 Nihilominus aliud hic dicendum eſt, ob qualitatem Inſignitatis hujus Collegiatæ, quæ in præſenti erectione comparatur Cathedrali Eccleſiæ, nam *dicto Concil. in dict. cap. 12. de reformat.* voluit, quòd in omnibus Eccleſiis Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterii, Diaconatus, & Subdiaconatus. Quarè ob hanc rationem tales Collegiatæ, quoad hoc, ex illarum fundatione regulantur juxtà prædictum decretum Concilii, ubi quòd deinceps ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem nemo recipiatur, niſi eo ordine facto, aut ſi initiatus, quem illa Dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, ut infrà tempus à jure ſtatutum valeat initiari, quare ait Grat. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 591. num. 7.* quod ad effectum, an in aliquo caſu ſit diſpenſandum, nec nè ſuper ætate, videndum ſemper eſt, an is, qui de beneficio providetur, ſit in ea ætate, ut intra an-
73 num valeat ſuſcipere ordinem, quem requirit beneficium: nam ſi poterit, non eſt ſuper defectu ætatis diſ-
74 penſandum, cum non indigeat diſpenſatione, niſi quando infra annum ob defectum hujuſmodi non poteſt ad illum ordinem promoveri, quia tunc erit neceſſaria diſpenſatio; prout idem dicendum eſſe ait ipſe Grat. *num. 8.* in caſu Coadiutoriæ ad Canonicatum; quia cum conſtet, deputandum in Coadiutorem, eſſe conſtitutum in vigeſimo primo ſuæ ætatis anno, non videtur, quoad hoc, indigere diſpenſatione: quia jam intra annum habebit 21. annum completum, & erit in 22. & in ea ætate initiari poterit; Et aliàs *S. Congregatio Concilii cenſuit, ad obtinendum in Cathedrali Eccleſia Canonicatum, cui eſt annexus ordo Subdiaconatus, ſufficere, quem eſſe conſtitutum in tali ætate, ut intra annum poſſit promoveri ad Subdiaconatum.*

Declaravit prætereà eadem *Sacra Congregatio, cap. 12. ſeſſion. 24. in ea parte, in qua dicitur, quod omnes Canonicatus debeant habere annexum ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus, non comprehendere Canonicatum jurepatronatus laicorum, ante Concilium fun-*
75 *datum, in cujus fundationis limine fuerit appoſitum pactum, quod deſcendentes à fundatore poſſint dictum Canonicatum obtinere, licet non ſacerdotes, nec in ſacris ordinibus conſtituti, ſed tantum ſimplices clerici, donec devenerint ad ordinem ſacerdotalem. Ideo in hac ſententia danda eruut litteræ ad Vicarium Placentinum, coram quo caſus hic contingit.*

Cæterum verò, iſta qualitas, nimirum, quò Canonici hujus Collegiatæ inſignis debeant eſſe in aliquo ex ſacris
76 ordinib. conſtituti, non requiritur in aliis Collegiatis non inſignibus; quinimmò quandoque etiam in inſignibus: cum regulariter ad Canonicatus in Collegiatis Eccleſiis ſufficiat prædicta ætas quatuordecim annorum, ex diſpoſitione juris, juxta tex. *in cap. inordinata, juncta gloſ. in verbo, pueri, prob* Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. q. 19. num. 14.* namque Concilium Tridentinum, dum loco citato loquitur de ætate ad Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ, nihil diſponit de Canonicatibus Collegiatarum, nec de dimidiis portionibus in Eccleſiis Cathedralibus; quare nec Canonicatus in Collegiata, nec dimidia portio in Cathe-
77 drali, habet ordinem ſacrum annexum, prout neque requirit majorem ætatem quatuordecim annis Gonz. *dict.*
78 *gloſ. 5. n. 96.* quòd intelligendum eſt, niſi ex fundatione, ſtatuto, vel conſuetudine legitimè introducta, diſpoſitum eſſet contrarium, & hoc tàm in Collegiatis inſignibus, quàm non inſignibus, cum utrique (ex fundatione præſertim) poſſit adeſſe onus impoſitum, quòd tales Canonicatus impetrantes, ſint in ea ætate, quæ requiritur in Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, ut hic, Garc. *p. 7. cap. 4. num. 29.* Unde ſi ita fuerit diſpoſitum, id erit omninò attendendum, Bald. *conſil. 322. volum. 2.* Ales. *conſil. 170. num. 5. & ſeq.* Vivian. *in prax. juriſpatron. lib. 4. cap. 2. num. 3.* ſi verò nihil in contrarium appareat, cenſetur fundator, ſe voluiſſe cum diſpoſitione juris communis conformare, & univerſali conſuetudine, juxtà tex. *in cap. cum dilectus, de conſuet. & in cap. cauſam, quæ de præſcriptio.* Salyc. *in l. ſi ſervi veſtri, Cod. de nox.* Mohed. *deciſ. 18. de can. poſſ. & propr.* idem Vivian. *lib. 6. num. 3.* Leo *in theſ. for. Eccleſ. cap. 3. num. 20.* ubi quòd ſi Canonicatus in Collegiata habent ordinem ſacrum annexum, de eis erit providendum, ſicut de Canonicatibus Cathedralis, & ſic de Dignitatibus; quarè ſi collatio fiet minori, erit nulla, prout videmus in nonullis collegiatis Inſignibus, inter quas & Cathedrales Eccleſias fit quaſi æquiparatio, ut in *capit. quia ſæpe de elect. in 6.* gloſ. *in cap. ſtatutum in verbo, Cathedralium, ante fin. de reſer. eod. lib.* Mandol. *ſuper reg. 18. q. 2. num. 8.*

Aliàs verò ita præmiſſa procedunt, ut etiam prædicta
ætas quatuordecim annorum ſufficiat, etiam ſi aliquæ pa- 80
rochiales Eccleſiæ eſſent unitæ, aliquibus hujuſmodi Canonicatibus Collegiatæ Eccleſiæ: quinimmò etiam ſi beneficio ſimplici, requireret ætatem 14. annorum, ex rationibus ſupradictis, & infra dicendis: & in materia unio-
nis factæ de parochiali Canonicatui, cenſuit Sacra Con- 82
gregatio, attendendam eſſe naturam Canonicatus, non autem parochialis, & ſufficere, quòd proviſus ſit in ea ætate, quam exigit Canonicatus, ſi parochialis unita ſit perpetuò, & acceſſoriè Canonicatui; quandoquidem natura præbendæ, vel beneficii per talem annexionem non immutatur, ut in *cap. ſuper eo de præb. in 6.* Franc. *in d. cap.*
1. ante num. 7. de fil. præb. Barbos. *de poteſt. Epiſc. alleg. 60.* 85
num. 71. circa med. Secùs verò ſi unio facta eſſet Canonicatui, aut alteri beneficio ſimplici æquè principaliter, tunc enim unum ab alio non dependet juxtà not. *in cap. 1. ne Sed. vac.* quod quidem elicitur etiam ex *eod. cap. 1.* quo prohibetur collatio beneficii, cui cura imminet animarum, ad quod quis intitulatur; ſed quando cura eſt annexa acceſſo-
riè, quis non dicitur intitulari in annexo, ſed in principa- 84
li, ut not. gloſ. *in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* Barb. *loc. cit.* Ricc. *in praxi for. Eccleſ. dec. 735. nu. 2.* ubi, quod
attendendus eſt ordo, quem requirit ipſa dignitas, vel Ca- 85
nonicatus ex ſui natura, non autem ætas, quã requirit parochialis d. Canonicatui adjuncta, ut in ſimili reſpondit *d. S. Cong.* in caſu noſtro *N.* obtinuit Canonicatum requirẽtem ordinẽ Subdiaconatus; ſed quia illi Canonicatui unita erat parochialis, cum eſſet in ætate legitima ad Canonicatum, ſed non ad Parochialem, Ordinarius, ſe difficilem reddebat ad ipſum admittendum. Unde conſuluit dicta S. Congregationem. Et Congr. cenſuit, attendendam eſſe naturam Canonicatus, non parochialis, & ſufficere, quod proviſus ſit in ea ætate, quam exigit Canonicatus, ſi parochialis eſt unita perpetuò, & acceſſoriè Canonicatui: ſecus ſi æquè principaliter unita eſſet: quia tunc non aſſumit naturam Canonicatus, prout declaratum fuiſſe, re-
fert Piaſecius *in prax. epiſc. p. 2. cap. 5. num. 21.* Quod nu- 86
dem optima ratione firmatur regula juris, quòd actus interpoſitus regulatur ſecundum naturam eius, cui interponitur, *leg. final. Cod. de non numer. pec.* & latè per DD. *in leg. 1. ff. de verb. obligat.* idem Ricc. *in d. dec. 735. n. 4.*
Quamvis de jure antiquo, & ante Concilium ſufficeret 87
ætas quatuordecim annorum ad Canonicatus, etiam in Cathedrali, de quibus, uti de beneficiis ſimplicibus erat judicandum, prout dicendum eſt hodie de Canonicatibus Collegiatæ, in quibus ſufficit prædicta ætas quatuordecim annorum, quæ in dictis ſimplicibus præſcripta eſt per d. Concil. *ſeſſ. 23. cap. 3. de refor.* quarè, cum circa Canonicatus Collegiatæ nihil fuerit per Concilium prædictum, diſpoſitum, ut ſupra diximus, remanet tanquam caſus omiſſus diſpoſitioni juris communis, *leg. commodiſſime, ff. de lib. & poſth. l. ſi cum dotem, in princip. ff. ſol. matrim.* Dec. *conſil. 134. num. 4. verſic. & caſus omiſſus,* Alexand. *in d. l. ſi cum dotem num. 5. cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6.* Bald. *in l. ſi mater, ff. de inſtit.* Rot. *dec. 141. num. 30. par. 5. recent. cum vulg.* & per Sacram Congregationem ejuſdem
Concilii fuit declaratum, ſufficere ætatem quatuordecim 89
annorum ad obtinendum Canonicatum in Collegiata Eccleſia, & Sacra Congreg. ſic etiam declaravit videlicet, Prima, *Aetas 22. annorum non requiritur in Canonicatibus Collegiatarum Eccleſiarum magis nunc, quam ante Concilium.* Secunda, *Concilium nihil innovavit ſuper ætate promovendorum ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum.*

cum. Tertia, *In hoc Capit. etiam quoad ætatem illius, qui
promovendus eſt ad Canonicatus Collegiatarum, non
comprehenduntur*. Quarta, *Nullo Concilii decreto ſtatu-
tum eſt, quia in eis requiratur ætas, qui Canonicatus in Ec-
cleſiis Collegiatis conſequi volunt, ſed id relictum eſt intra
illos terminos, qui ante idem Concilium præſcripti ſunt*.
Quinta, *Sanctiſſimus D. N. Gregorius XIII. decrevit, ni-
hil diſpoſuiſſe Concilium, qua ætate debeant eſſe ii, qui Ca-
nonicatus in Eccleſiis Collegiatis acquirere volunt, ſicque
reliquiſſe, hoc in illis terminis, qui ante Concilium conſtitu-
ti ſunt*. Et verſic. *In omnibus vero Collegiatis, cenſuit Sa-
cra Congregatio, habere locum ſolum in Cathedralibus, &
non extendi ad Canonicos in Collegiatis, nec etiam habere
locum in Dignitatibus & dimidiis portionibus, & quod li-
cèt portiones habere debeant annexum Ordinem Sacrum,
dimidiæ tamen portiones huic ordini ſunt ſubjectæ, &c.* Quas
q. idem declarationes habes penes Garc. *de benefic. part.* 7.
cap. 4. *num*. 37. & hoc videmus in dies ſervari, licèt quan-
doque aliter ſervetur: namque Summus Pontifex ita quan-
doque ordinat Eccleſiam Collegiatam in illius erectione,
ut in ea etiam omnes Canonici, nedum eſſe debeant in
aliquo ex ſacris ordinibus, ſicut diſponitur in dicto Con-
cilio quoad Cathedrales, verum etiam quòd ſint in preſ-
byteratus ordine conſtituti; prout vidi præſertim in ere-
ctione Collegiatæ Eccleſiæ facta per Urbanum VIII. in
Terra Sancti Angeli Pennen. Diœceſis, in qua voluit, ut
nemo ex tunc deinceps Canonicatus, & præbendas prædi-
ctæ Eccleſiæ obtinere valeret, qui ad curam animarum
exercendam habilis, & idoneus, ac actu presbyter non eſſet,
vel taliem in ea ætate conſtitutus, ut infra annum ad presby-
teratus ordinem promoveretur, & in futurum Canonica-
tus, & præbendæ hujuſmodi, presbyterales eſſent, & nun-
cuparentur, ut in literis Apoſtolicis deſuper expeditis de an-
no 1627. Non. Februarii, Pontificatus ejuſdem Urbani An-
no Quarto, plenius continetur.

Aliàs autem, jure antiquo inſpecto, etiam ætas ſeptem
annorum, quæ requirebatur ad ſimplex, ſufficiebat ad
Canonicatum in Collegiata, & dimidias portiones in Ca-
thedralibus, Mandoſ. *d. reg*. 18. *qu*. 1. *num*. 3. & ter. *deciſ.*
171. *num*. 1. ubi, quòd in providendo ad Canonicatum,
non erat requiſitus certus ordo, ſed ſatis erat, quod ſic
promovendus eſſet clericus, ut in *cap. ubi, per Eccleſia-
ſticos ordines*, ubi Abb. *in ultim. notab. de juſt.* cum ſolùm
habeamus in jure expreſſum; quòd ſi quis non eſt Subdia-
conus non poteſt habere vocem in Capitulo, *ut in Cle-
ment. ut ii, qui de ætat. & qualit.* Concilium tamen *Trid.
in d. cap*. 6. *ſeſſ*. 23. quoad beneficia diſpoſuit, quòd nullus,
ante annum decimum quartum, poſſit illa obtinere, &
ſufficit, quòd illum attingat, ut dicta Sacra Congregatio
declaravit, & dixi in mea *Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib*. 4. *cap*.
1. *num*. 1.

Ex ſupradictis igitur, cum Epiſcopus, ſtante facultate
ſibi per Sacros Canones attributa poſſit diſpenſare cum ille-
gitimo, ad minores ordines, & unum ſimplex beneficium
Eccleſiaſticum, *ut in d. cap*. 1. *de fil. presb. in* 6. hac quidem
ratione diſpenſat, ut dictum eſt, eum eodem ad obtinen-
dum Canonicatum in Collegiata Eccleſia, qui non habeat
aliquem ſacrum ordinem annexum; quòd quidem (ut ali-
qua hic per tranſitum de diſpenſatione Ordinarii cum ille-
90 gitimo dicam) facere poteſt, etiam ſine Conſenſu Capitu-
li, qui contra nonnullos contrarium ſentientes nullo
modo requiritur; quia, quidquid de jure videri poſſit,
conſuetudo ita ſe habet, ut ſolus Epiſcopus ita diſpenſet,
Hoſt. *in cap. ſtatuimus, ſub num*. 3. *ad fin. verſ. alii dicunt,
de tempore, ordinat.* licèt poſſit ipſum Capitulum, Sede
Epiſcopali vacante, ſic cum illegitimo diſpenſare, ſcilicet
ad minores, & unum ſimplex juxtà terminos *d. cap*. 1. &
pro eo Vicarius Capitularis, Quar. *in Sum. bull. tit. Ca-
pit. Sed. vac. verſ. Secundò quæro*, prout ſæpè practicatum
fuit in hac Curia, ſede Archiepiſcopali vacante, tenet
etiam Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo, Capitulum, verſic.
Tertio, an Capitulum*: quandoquidem Capitulum, ſede
vacante omnia poteſt in iis, quæ poteſt Epiſcopus ratione
juriſdictionis Epiſcopalis, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg*.
45. *num*. 24. & 26. Henriq. *in Sum. lib*. 14. *de irreg*. 1. §. 1.
Guitier. *canon. quæſt. lib*. 1. *cap*. 3. *num*. 10. quia ſuccedit An- 91
tiſtiti defuncto in omnibus iis, quæ de jure communi perti-
nebant ad ordinariam Epiſcopi juriſdictionem, exceptis
nonnullis, ſpeciatim à jure prohibitis, Navarr. *conſil*. 44.
num. 1. *de temp. ordin.* idem Guitier. *d. lib*. 1. *cap*. 11. *num*.
10. Rebuff. *in prax. tit. de devolut. num*. 85. Pavin. *de offic.
& pot. capit. ſed. vacan. par*. 1. *quæſt*. 1. *num*. 3. *cum ſeqq. qu*.
5. *num*. 2. *verſ. item regulariter*, Rota *deciſ*. 1. *num*. 13. *par*.
2. *diverſor.* ex eo quòd Capitulum, ſede vacante dicitur 92
Ordinarius, *Extra. Execrabilis*, § *cæterum de præb.* &
ſuccedit Epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus, *ca-
pit. penult. & fin. de ſuppl. neglig. Prælat.* & in hujuſmodi di-
ſpenſatione tenetur idem Capitulum ea ſervare, quæ ſer- 93
vat ipſe Epiſcopus, qui licèt ex *d. cap*. 1. poſſit diſpenſare
cum illegitimis ex quocunque damnato coitu, ad minores
ordines, & beneficium ſine cura, hoc tamen intelligitur 94
cum cauſa, quæ omninò requiritur, cum agatur de di-
ſpenſatione facienda per inferiorem à Papa; ac proinde ta-
lis illegitimus debet eſſe honeſtæ vitæ, famæ, & exiſtima- 95
tionis, ac ſuffragantibus ſibi meritis Garc. *de benef. part*.
7. *capit*. 2. *numer*. 47. *cum ſeqq.* namque ipſemet Sum-
mus Pontifex diſpenſando cum illegitimo, hanc clau-
ſulam addit in literis hujuſmodi diſpenſationis, nempè
*Diſcretioni tuæ, &c. mandamus quatenus, conſideratis
per te diligenter circumſtantiis univerſis, quæ circa idonei-
tatem ipſius N. fuerint attendendæ, ſi ipſe paternæ incontinen-
tiæ imitator non ſit, ſed bona converſationis & vitæ, ac alias
merita ſibi ſuffragentur ad hujuſmodi diſpenſationis gratiam* 96
*obtinendam, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, cum eo-
dem, &c. diſpenſes.* Et hæc omnia ſunt pro cauſa, ad id ve-
rificanda, ut præfertur; quia in iſta diſpenſatione facien-
da per Epiſcopum, cum ſit inferior Papa, requiritur cau-
ſa prædicta, veluti quòd fiat illius ſuffragantibus meritis,
idem Garc. *loco citato num*. 49. ex Rodrig. *qq. reg. tom*. 1.
quæſt. 13. *artic*. 14. & 15. quinimmò Delegatus ad exequen-
dam hujuſmodi Papæ diſpenſationem, attentis illis verbis, 97
conſideratis per te diligenter circumſtantiis univerſis tene-
tur illas pro validitate, ac recta executione hujuſmodi,
de quibus per tex. *in cap. magna devotionis, §. hæc quidem
tria, de vot.* diligenter antea examinare, nempè quid li-
ceat ſecundum æquitatem; quid deceat ſecundum hone-
ſtatem, & quid expediat ſecundum utilitatem, & glot. *ibi
in verbo liceat*, quòd hæc tria ſemper ſunt conſideranda,
Lotter. *de re benefic. lib*. 2. *quæſt*. 48. *num*. 133. Quare ſerva-
tur in praxi, ut in petenda hujuſmodi diſpenſatione por- 98
rigatur Epiſcopo diſpenſaturo ſupplex libellus, ipſeque Epi-
ſcopus mandet deſuper caſi ſummariam informatio-
nem, prout ſignanter ſervatur in dicta Curia Archie-
piſcopali, ac præmiſſis verificatis, diſpenſat; alias enim 99
ſi diſpenſaret non præmiſſa cauſæ cognitione, talis diſpen-
ſatio non valebit, Abb. *in cap. dudum* 2. *de elect. in fin. cap.
de multa, de præb.* Felin. *in cap. ad audientiam*, 2. *de reſcr.*
nam licèt Bonifacius VIII. *in d. cap*. 1. tribuat Epiſcopo hanc
facultatem, intelligitur tamen cum cauſæ cognitione,
prout firmat in puncto Gamb. *de auth. leg. à lat. li*. 10. *n*. 243. 100

Quoniam verò iſta diſpenſatio, quæ fit per Ordinarium,
ſua authoritate cum illegitimis, frequens plurimum eſt,
illiuſque formula ſatis à propoſito, & prout decet, devian-
tem, conceptam vidimus, propterea hic formulam ipſam
omni ſui parte perfectam, de more ſubnectere placuit, teno-
ris ſequentis, videlicet.

*N. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpectu-
ris, lecturis, pariter, et audituris, Salutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, et atteſta-
mur, quòd Nos die Sabbathi quatuor temporum die, &c. menſis, &c. in noſtra Cathedrali Eccleſia ſacras ordi-
nationes celebrantes, dilectum nobis, N. ſcholarem hujus noſtræ Diœceſis, bonæ vitæ, famæ, et exiſtimationis ad
hoc idoneum repertum, vigore facultatis nobis per Sacros Canones attributæ, clericali charactere inſignimus, pri-
mamque tonſuram illi contulimus, ac cum eodem ſuper defectu natalium, quæ ex Presbytero, et ſoluta geni-
tus, patitur, ut etiam ad minores ordines promoveri, ac etiam perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum
cui cura non immineat animarum, aut alias ordinem aliquem ſacrum annexum non habeat, ſi ſibi aliàs ca-
nonice conferatur recipere, & retinere liberè, & licitè valeat, hujuſmodi defectu natalium non obſtan-
te, ea-*

te , eadem authoritate diſpenſavimus , prout etiam per præſentes diſpenſamus . In cujus rei teſtimonium , &c. Datum &c.

Et ſub iſta formula poteſt fieri talis diſpenſatio ſuper de-
fectum natalium ; quòd intelligitur de illegitimis ex quo-
cumque damnato coitu , ad minores ordines , & unum
ſimplex ex *dicto cap.* 1. ubi gloſa *in verbo* , *defectum* , quòd
indiſtinctè intelligitur pro quocumque defectu , ſivè ſit
ſpurius , ſivè adulterinus, vel naturalis : licèt alias quoad
ſucceſſionem diſtinguatur , nec ita de facile diſpenſetur cum
ſervo, quam cum reliquo , & ſequitur Ugolin. *de irregu-
lar. cap.* 44. §. 2. *num.* 3. *cum aliis relatis* per Garc. *dicta par.*
7. *cap.* 2. *num.* 48. & ita per totum Orbem practicatur ; quia
dicto cap. 1. non ſe reſtringit ad alios presbyterorum tan-
tum, nam illius ſummarium ita ſe habet , nempè, *De
filiis presbyterorum* , *& aliis illegitimè natis* ; omnes etenim
iſti ſunt venia digni: cum non proprio, ſed alieno vitio labo-
rent, ut dicit eadem gloſ. *verbo defectum* , *in fin. ex l. legem*,
C. de nat. lib.

Conſimilem formulam habes penes Barboſ. *de poteſtat.
Epiſc.* in calce ſuarum additionum ad eundem tractatum ;
ex qua potiſſimum colligitur , quòd prædicta diſpenſatio
ad ordines, & beneficium hujuſmodi , debet fieri expreſ-
101 sè ; quandoquidem Epiſcopus aliter promovendo illegiti-
mum , non cenſetur cum eo diſpenſare , niſi utatur ver-
bo , *diſpenſamus* , contra nonnullos tenentes, etiam quòd
ſicut poteſt Epiſcopus cum prædictis illegitimis diſpenſare,
poteſt facere ſtatutum , quòd legitimet illegitimos ad mi-
nores ordines: quòd quidem omninò negatur; prout etiam
rejicit Franc. *in dicto cap.* 1. *num.* 2. quia ſic inducerentur
homines ad peccandum , ut not. in *Clemen. Ne Romani de
elect.* & hoc eſſet contra notoriam praxim, quæ oppoſitum
docet , & ait Rebuff. *in prax. titul. de diſpenſat. ſuper defec.*
102 *natal. numer.* 9. quod Epiſcopus ante collationem bene-
ficii , vel tonſuræ diſpenſet cum hoc illegitimo , aliàs non
valebit actus , nec conferendo videtur diſpenſare , ut per
DD. *in dicto cap* 1. *de fil. presb. in* 6. Lotter. *de re benef. lib.*
103 2. *quæſt.* 48. *num.* 142. nam cum hoc promovens indignum
puniatur, *cap. nihil eſt*, *de elect.* inde ſatis evidenter apparet,
promoventem non diſpenſare per gloſ. *in cap. un. verbo* ,
diſpenſare , *de ætat. & qualit.* nam ubicunque canon im-
ponit pœnam Ordinario , illi prohibere cenſetur promo-
tionem , quòd benè notandum dixit Abb. *in cap. ad abolen-
dam num.* 3. *verſ. nota illam* gloſ. *de fil. presb.* idem Lotter.
loc. citato , & patet ex ſupradicta formula, quòd priuſ-
quàm Epiſcopus conferat primam tonſuram , & ordinem
debet diſpenſare, ut in ea dicitur , nempè, *eadem authorita-
te diſpenſavimus* .

Sicque ad diſcrimin eſſe circa id verſatur , inter Papam , &
Epiſcopum , aut alium inferiorem , nempè , quod Papa
104 aliquid faciendo , quòd non poteſt valere propter aliquem
defectum juris , niſi diſpenſet, ſi ſciat illum defectum ,
videtur tacitè diſpenſare : non autem ſic inferior , niſi ex-
preſsè dicat , ſe diſpenſare, ita Navarr. *conſil.* 4. *n.* 2. *de Si-
mon.* ex doctrina Parorm. recepta *in cap. diverſis fallaciis*,
de cler. conjug.

Hæc autem diſpenſatio ita demum proderit taliter di-
ſpenſato, ut poſſit etiam in diverſis Diœceſibus beneficium,
105 ſivè etiam Canonicatum in Collegiata ſucceſſivè obtine-
re , per tex. *in cap. cum olim* , ubi Abb. *num.* 1. *de cler. con-
jug.* Majol. *de irreg. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 8 ubi, quod talis diſpenſa-
tio prodeſt , ut ſic diſpenſatus poſſit illud beneficium obti-
nere in Diœceſi alterius Epiſcopi, idem Lotter. *dicta qu.* 48.
num. 143. *& ſeq.*

Sanè pro hac praxi advertendum eſt , nunquam de-
fuiſſe , qui non nimis leviter , quàm inutiliter , tenue-
runt etiam legitimos, natos ex illegitimis, eſſe adhuc in-
habiles ad beneficia Eccleſiaſtica aſſequenda ; qui tamen
toto cœlo aberrarunt , etiam ſi beneficia hujuſmodi fue-
rint de jurepatronatus , niſi tamen in eorum fundatione
106 expreſsè caveatur ; quandoquidem iſti , jure communi in-
ſpecto , ſunt habiles, & idonei ad quæcumque beneficia,
107 ſibi aliàs canonicè conferenda , gloſſ. *in cap. quia clerici* ,
in verbo filii , *de jurepatronat.* Navarr. *conſil.* 1. *num.* 4. *eo-
dem. titul.* & fuit dictum in una *Pampilonen. Capellania* 4.
Martii 1622. *coram Remboldo* , impreſſa penes Vivian. *in
calce ſua prax. juriſpatronat.* quæ eſt *deciſio.* 45. *num.* 6.
& poſt num. 10. *verſicul. Nec faciunt.* ubi quòd , etiam in
dubio facienda eſt interpretatio ad favorem deſcendentium
108 ex illegitimis : ita ut etiam ipſi cenſeantur ſub diſpoſitione

de legitimis : quia ſunt de jure communi habiles , & ido-
nei ad quæcunque beneficia , dignitates, & honores : cum 109
in his non repræſentetur illa impudica ſpecies progenitoris 110
illegitimi , & ſic qualitas patris non imprimat delictum , 111
ſed defectum, ut per Gemin. *in cap.* 1. *num.* 1. *de fil. pres-
byt.* idem Lotter. *dicto lib.* 2. *quæſt.* 48. *num.* 7. *&* 8. & in
una *Tiraſonenſ. Eleemoſynaria* , *coram Lancelloto*, quàm
refert Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 15. *num.* 35. *circa prin-
cip.* ubi quòd illegitimitas patris non obſtat filio legitimo ,
ut præſentari non poſſit ad Eleemoſynariam juriſpatrona-
tus , ad quam teſtator vocaverat Clericum deſcenden-
tem à quodam Joanne , & dictus Clericus erat filius le-
gitimus patris ſpurii , qui deſcendebat à dicto Joanne :
quia licèt legitimi ex parte illegitimo , ſint incapaces eo-
rum , quæ proveniunt ex perſona patris, ſeù contempla-
tione illius , ſunt tamen capaces omnium ex perſona
propria proventientium , ut per Bartol. *conſil.* 118. Pa- 112
leot. *de noth. & ſpur. capit.* 13. Cephal. *conſil.* 103. *nu-
mer.* 7. *cum ſeqq.* & hoc ſine difficultate aliqua per totum
practicatur .

Prætereà Epiſcopus , ſic diſpenſando , non excedat li- 113
mites ſuæ facultatis, quæ per *dictum cap.* 1. reſtricta eſt ad
minores , & unum ſimplex non curatum , namque ex 114
quacunque cauſa , etiam utili , & neceſſaria , non pote-
rit eidem illegitimo conferre curatum , nec ultra unum di-
ſpenſare ; quia *dict. cap.* 1. loquitur in ſingulari , & ſic
cum ſimus in materia prohibitiva , non extenditur ad plu-
ra , Lotter. *dicta quæſt.* 48. *num.* 146. ubi , quòd hæc
facultas non intelligitur de omnibus beneficiis , ſed de
his tantùm , ſuper quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare ,
ex *dicto cap.* 1.

Notandum hìc videtur , hoc procedere etiam ſi Cano-
nicatui Collegiatæ Eccleſiæ : ſive cuicumque beneficio Ec-
cleſiaſtico , quod ita diſpenſativè confertur, eſſet annexa,
& acceſſoriè unita parochialis Eccleſia : quia per talem 115
unionem non mutatur ſtatus talis beneficii , & prædictum
cap. 1. loquitur de diſpenſatione ad beneficium , ad quod
quis intitulatur : & cum parochialis Eccleſia eſt , ut ſuper
annexa, quis non intitulatur in ea, ut rectè ait Franc. *In
d. cap.* 1. *ſub num.* 8. ſicut jam ſupra diximus, & ſic attendi-
tur qualitas tantùm , & natura beneficii principalis , ad
quod illegitimus diſpenſatur , non autem annexi , Garc.
de benefic. par. 12. *cap.* 2. *num.* 17. quia unitum beneficium
non poſſidetur tanquam titulus , Caputa. *deciſ.* 349. *num.* 116
2. *par.* 3. Lotter. *lib.* 1. *qu.* 28. *num.* 102. & hac ratione con-
cludit etiam Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 45. *num.* 24. 3.
ampliat. quòd hoc procedit , etiam ſi beneficio ſimplici ,
aut Canonicatui Eccleſiæ Collegiatæ, vel dimidiis portio-
nibus, aut inferioribus beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, pa-
rochialis Eccleſia fuerit unita acceſſoriè, hac inter cæteras,
præcipuè ratione , quia quòd accedit alteri, ſequitur condi-
tionem, & naturam principalis, ut ſupra dictum eſt, ex plu-
ribus juribus ibi per eum allegatis.

Quarè , ſi talis illegitimus vellet ad plura , etiam quali- 117
ficata beneficia , ac majores ordines , diſpenſari , recur-
ret ad Papam , à quo paſſim conceduntur hujuſmodi diſpen-
ſationes , cum quibuſdam limitationibus , & modificatio-
nibus , de quibus in mea *Prax. Diſpenſ. Apoſtol. lib.* 3. *cap.*
1. *num.* 9. *in fin.* quia verba *d. cap.* 1. non admittunt aliam
interpretationem , cum ſint admodum clara ; nec admit-
tenda eſt nonnullorum DD. ſententia , contrarium ſen-
tientium , nempè , quòd licèt diſpenſatio ex ſui natura
ſit ſtricti juris , ac arcta , & proindè ſtrictè interpretanda,
intelligenda nihilominus eſt , quando illa conceditur uni ,
ſeù pluribus perſonis expreſſis , & determinatis , ex eo ,
quòd videatur data facultas reſpectu perſonæ diſpenſandæ,
& tunc fiet ſtricta interpretatio , Abb. *in cap. fin. de ſimon.*
at verò ubi facultas diſpenſandi conceditur à Principe , ut
hic , Summus Pontifex talem diſpenſandi facultatem non
cum una , & certa , ac determinata perſona concedit Epi-
ſcopis , ſed indeterminatè , & generaliter , ergo hæc facul-
tas latè eſt interpretanda , prout conſiſtit in perſona conce-
dentis, ut in *cap. olim*, *de verb. ſign.* Jo. Andr. & Abba. *in d. c.
fin. de ſimon.* Oldrad. *conſil.* 102. Bellam. *deciſ.* 425. Imol. *in
d. cap.* 1. *de fil. presb.* Alex. *in l. ita ſcriptum* , §. 1. *ff. de lib. &
poſth.* Sanch. *de matrim. diſp.* 24. *lib.* 8. *num.* 9. Garc. *de benef.
p.* 1. *cap.* 1. *num.* 73.

Nihi-

Nihilominus tamen contraria ſententia verior eſt, &
in quotidiana praxi recepta; quandoquidem diſpenſatio,
118 tanquam odioſa, & à jure communi exorbitans, non in-
cludit niſi primum actum ſequentem poſt diſpenſationem,
cap. non poteſt, de præbend. in 6. facit, quod notat. *in cap.
quod dilectio, de conſang. & affin.* Franc. *in d. cap. 1. de fil.
presb. num. 4.* ubi, quod ſi Papa diſpenſat cum Subdiacono,
ut poſſit matrimonium contrahere, & hoc contemplatio-
ne certæ mulieris, non poterit tunc contrahere, niſi cum
illa; quod quidem in tantum ſibi dignoſcitur locum vin-
dicare, etiam ſi ille, cum quo eſt diſpenſatum, non fue-
rit cum effectu, & legitimè beneficium aſſecutus; quia
ſi fuerit in culpa, veluti quia dictum beneficium recipit
injuſtè, & ſcienter, vel quia licet illud credat, ſe legiti-
mè, & juſtè recepiſſe, poſtquam tamen id reſcivit, illud
non dimiſit, tunc ſecundum non poterit obtinere; & ſic
culpa ſua fruſtratus remanet effectu talis diſpenſationis, quæ
jam ſic, ut præfertur, effectum ſuum conſummavit in
primo actu.

Secùs verò, ſi non fuit in culpa, veluti, quia poſt di-
miſſionem beneficii nulliter, ignoranter tamen obtenti,
119 illud dimiſit, tunc enim aliud legitimè obtinere poteſt,
ex eo quod diſpenſatio, ceſſante culpa, debet intelligi cum
effectu, Franc. *in d. cap. 1. num. 13.* qui tandem quærit *num.
fin.* an ille, cum quo eſt diſpenſatum juxta formam, *d. cap.
1.* poſſit duo beneficia retinere, & concludit, quod aut il-
120 la duo beneficia fuerunt inſimul ſibi collata, ab eoquè ac-
ceptata, & tunc perdit utrumque cum Epiſcopus non poſ-
ſit ſic conferre, nec acceptans ſic acceptare, ſed cogitur
dimittere alterum, veluti ſi prædictorum duorum benefi-
ciorum unum ſit curatum, alterum verò ſimplex dimittet
curatum, quod injuſtè adeptus eſt, *ex d. cap. 1.* quod re-
ſtringitur ad unum ſimplex, & ſine cura, nec poteſt di-
121 ſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum, etiam ſimplicium,
ex eo quod text. dicit, *& obtinere beneficium*, & ſic, ut
dictum eſt; loquitur in ſingulari, & ſingularis loquutio
122 non extenditur ad pluralitatem, teſt. *in cap. gaudemus, de
divort.* Sylv. *verbo beneficium*, 3. *num. 17.* Armil. *eod. ver-
bo, num. 32.* Valent. *tom. 4. diſput. 7.* [illegible]
lib. 6. [illegible] Azor. 2. *part.*
[illegible] *qu. 12.* Navar. *cap. 25. num. 69. & cap. 27. num.
101.* ubi abſolutè ait, Epiſcopum poſſe, quoad unum dun-
taxat, diſpenſare, Zerol. *in prax. Epiſc. par. 1. verbo, Or-
do, §. ad quartum, circa fin.* Sanch. *d. lib. 8. diſput. 31. nu.
6.* ubi in propriis terminis firmat ex *d. cap. 1.* illegitimum,
cum quo diſpenſatur ad beneficium, non poſſe; niſi uni-
cum obtinere, eo modo, quo dicitur, quod quando diſ-
penſatio, nec reſtringit ad primum matrimonium, nec
explicat, ut liceat toties, quoties libuerit, debet intelligi
de prima vice; ergo multo magis hic, cum *d. cap. 1. de fil.
presb.* id *apertè explicet.* ibi, *niſi unicum beneficium obti-
nere*, rationem ſubdens id. Sanch. *loc. cit.* nempè, quia
123 diſpenſatio, cum non includat niſi primum actum ſubſe-
quentem, eo expleto, illa extinguitur, ex *l. boves, §. hoc
ſermone, ff. de verb. ſign.* id Garc. *d. cap. 2. n. 50.* ubi ex Azor.
124 *2. p. li. 6. cap. 3. q. 12.* quod id procedit, etiam ſi beneficium,
ad quod virtute *d. c. 1.* diſpenſatur, non ſufficit ad congruam
ſuſtentationem.

Quatenus verò *d. cap. 1.* loquitur de ſimplici tantùm be-
neficio, ita demum id intelligas, quando videlicet hujuſ-
125 modi beneficii collationi, præter juris impedimentum,
non obſtet aliquod ſtatutum in Eccleſia juratum, & à Pa-
pa confirmatum, quod nimirum illegitimus non admitta-
tur ad tale beneficium; tunc etenim Epiſcopus non pote-
rit cum prædicto illegitimo diſpenſare ad illud obtinendum
contra dictum ſtatutum, aut conſuetudinem, prout opti-
mè declarat Franc. *in dict. cap. 1.* ac propterea prædicto ſta-
tuto, aut conſuetudine ſic refragante, recurrendum eſt
pro collatione hujuſmodi beneficii ad Summum Pontifi-
cem, qui tali ſtatuto, aut conſuetudini derogabit; ſi ve-
rò non eſſet juratum, aut confirmatum, tunc poterit Epi-
ſcopus diſpenſare contra proprium ſtatutum, id. Franc.
loc. cit.

Quarè, monendos duximus Romanæ Curiæ Tyrones
(ne in ſimili derogatione petant, quod petere minimè ne-
126 ceſſe eſt; prout evenire ſolet) hujuſmodi ſtatutum nun-
quam in provisionibus Apoſtolicis obſtare, niſi illud fuerit
juratum, aut Apoſtolica authoritate confirmatum; quia
propter juramentum, & confirmationem, mutat ſuam
naturam, *ut in cap. 1. de confir. util. vel inut. & in cap. de-
bitores, & in cap. cum contingat, de jurejur.* gloſ. *in cap.
cum non deceat, fin. de elect. in 6.* ubi dicitur, præmiſſa
procedere; etiam ſi ſtatuta continerent id, quod continet
jus commune; nam licèt aliàs, ubi Epiſcopus diſpen-
ſat contra jus commune, ita diſpenſare poteſt contra ſta-
tutum continens illud, quod jus commune, fallit tamen
ſi ſtatutum ſit juratum, vel confirmatum; quo caſu, ut 127
dictum eſt, mutat ſuam naturam; & proinde pro illius
derogatione, ac illius beneficii collatione recurritur ad Pa-
pam.

Undè in petenda dicta collatione ita ſervat Romanæ Cu-
riæ ſtylus, ut ſi fortaſsè per tale ſtatutum continens jus com-
mune, impediatur illegitimus ad obtinendum beneficium
non teneatur in ſupplicatione illud narrare; ea quidem
ratione, quia agitur de ſtatuto, vel privilegio continente
illud, quod continet jus commune, ac proinde non præ-
ſumitur in Papa ignorantia, qui habet omnia jura in ſcri-
nio pectoris, *vulg. jur.* Jo. Andr. *in d. cap. 1. de fil. presb.* 128
in 6. aliàs enim, aut ſi ſtatutum eſt juratum, ſeù confirma-
tum, eſt de hoc facienda mentio, prout ſervat uſus Data- 129
riæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, quo docemur, ut in his,
& ſimilibus, quando hujuſmodi beneficium ſitum eſt in
Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, poſt clauſulam, *Non
obſtantibus, &c.* addatur, derogatio ſtatutorum ſub hac
forma, nempè, *nec non ſtatutis, etiam juramento, con-
firmatione Apoſtolica confirmatis, conſuetudinibus, privi-
legiis quoquè indultis &c. quibus omnibus S. V. derogare pla-
ceat*, quod ſi in Eccleſia adſit ſtatutum, quod illegitimus
ad beneficium non admittatur, etiam ſi Papa cum eo di-
ſpenſet, non poterit ille admitti, ſi eidem Papæ de hoc non
fuerit facta mentio, id. Franc. *loc. cit. num. 9.*

Et quamvis generica ſtatutorum expreſſio ſufficiat ad tol-
lendum illius obſtaculum, neminem tamen Curialium latet
Datariam Apoſtolicam in nonnullis caſibus petere pecu-
liaris ſtatuti hujuſmodi expreſſionem, cujus derogationem
quandoque denegatam fuiſſe ſcimus; quod potiſſimùm eve- 130
nire conſuevit, quando ob aliquam cauſam petitur dicti ſta-
tuti particularis derogatio, cui non expedit, aut non videtur
Papæ [illegible] derogare.

Idem quoque dicendum eſt, ſi præter juris prohibitio-
nem, aut Statutum, prohibitio etiam hominis obſtet 131
ad hujuſmodi beneficium obtinendum; ſi v. g. teſtator,
aut fundator, in limine fundationis beneficii ita diſpoſuit,
ut videlicet, ad illud nequeat præſentari, niſi qui fuerit
de legitimo matrimonio procreatus; tunc enim etiam vigo-
re *d. cap. 1. de fil. presb. in 6.* non poterit Epiſcopus diſpen-
ſare; cum Orator illegitimus egeat diſpenſatione Apoſto-
lica, cum expreſſa derogatione fundationis, Felin. *in cap.
cum acceſſiſſent, ante num. 18. de conſtit.* Lambert. *de jure-
patr. part. 1. lib. 2. 10. qu. princip. verſ. ex hoc, fol. mihi* 673.
ubi quod Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper inhabilitate præ-
ſentati, ſi tamen ipſa inhabilitas non cauſetur ex lege, mo-
do conditione, vel inſtitutione per fundatorem appoſitis,
Vivian. *in praxi juriſpatr. lib. 6. cap. 7. num. 76.* ac proinde
ubi præſertim obſtat fundatio, Epiſcopus omninò abſtine-
re debet à tali collatione, quæ tunc ſpectat ad Papam, à 132
quo petenda eſt ipſius fundationis derogatio in ſpecie, quæ
datur una cum proviſione beneficii; perinde, ac ſi colla- 133
tio ſpectaret ad Papam; nec per quaſcunque clauſulas ge-
nerales derogatorias, cenſetur umquam derogatum fun-
dationi, ut ſupra diximus; etiam ſi diceretur, *Non ob-* 134
ſtante, &c. prout nec ſub dictis verbis comprehenditur de-
rogatio ſtatutorum; quia fundatio ſeu ordinatio in funda-
tione poſita, non ſolet dici ſtatutum, ut rectè docet Gar. 135
de benef. part. 7. cap. 1. num. 121. & ſeq. & in una *Forolivien.
Capellaniæ coram Seraph. dec.* 871. *num. 7.* fuit dictum,
non obſtare, quod in proviſione Apoſtolica, propter
clauſulas generales, cenſeatur derogatum huic qualitati; 136
quia dictæ clauſulæ non operantur derogationem qualita-
tum in fundatione expreſſarum, niſi de iis fiat expreſſa
mentio in impetratione, idem Felin. *in cap. nonnulli, in
princip. de reſcript. & in tractat. quando litera Apoſtolica
præjud. patr. in 3. limit.* idem Vivian. *lib. 14. cap. tertio,
num. 16.*

Non enim datur generalis derogatio, veluti ſi dicere- 137
tur, cujus fundationi S. V. placeat derogare quoad om-
nes ejus partes, ut aliàs diximus, & docet etiam Staphil.
*de liter. grat. tit. de modo, & forma impetr. num. 27. in fin.
fol. mihi* 48. Seraph. *dec.* 1270. *num.* 3. ubi fuit dictum, non
obſtare, quod E. in ſua ſita gratia obtinuerit derogationem
fundationis; quia non fuit explicitè narrata illius forma.

Qua-

Quarè prædicta generalis derogatio non proderit impe-
tranti, ſi adeſſent in Eccleſia aliqua ſtatuta particularia,
concernentia in individuo, beneficium, quod impetra-
tur, & requirit certas qualitates in perſona dicti impetran-
tis, etiam ſi gratia fuerit motu proprio conceſſa; namque
generaliter per Conſtitutionem Principis quantumcum-
139 que publicè, vel ſolemniter editam, licèt contineat om-
nes obſtantias de mundo, non tamen tolluntur ſpecialia
privilegia, ſtatuta, vel conſuetudines, quæ non obſtan-
tiæ ſolum tendunt ad tollendam ſubreptionem, non ad
alia jura ſpecialiter perimenda, niſi nominatim ſpecialiter
140 & expreſsè talia per ipſum tollantur, ita idem Felin. *loc. cit.*
num. 7.

Quod etiam exemplificari poteſt, ſi non reperiatur per-
ſona qualificata juxtà formam fundationis, quæ ad benefi-
cium vacans aſpiret, veluti ſi debeat eſſe ſacerdos, & be-
neficium conferatur Clerico in minoribus. Tunc enim ſic
fundationis prædictæ qualitas exprimenda erit, nempe,
141 *Cum tale beneficium quod de jurepatronatus laicorum ex fun-*
datione, vel dotatione exiſtit, & in cujus fundatione expreſsè
caveri dicitur, quod ad illud, dum pro tempore vacat, presbyter
præſentari debeat &c. Nos volentes dilectum filium N. Cle-
ricum dictæ Diœceſis, aſſerentem, ſe in decimo octavo æta-
tis ſuæ anno, vel circa duntaxat conſtitutum, necnon dile-
cti filii N. unici ejuſdem beneficii patroni fratrem germa-
num exiſtere, &c. Dummodo, &c. & dicti N. ad hoc accedat
aſſenſus, &c. Nos enim cum eodem N. ut beneficium hujuſ-
modi, ſi illud ſibi per te præſentium vigore conferri, & aſſi-
gnari contigerit, ex nunc, attento quod, ſicut ipſe N. aſſe-
rit, nullus presbyter de familia dicti patroni ad beneficium
ſic vacans aſpirat, recipere, & quoad vixerit retinere &c.
valeat, fundatione prædicta, cui illa aliàs in ſuo robore
permanſura, hac vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter, &
expreſsè derogamus, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus
Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus,
Apoſtolica authoritate, earumdem tenore præſentium de
ſpeciali gratia indulgemus. Volumus autem, quod idem N.
cum primum ad ætatem legitimam, quemcumque ex ſacris
ordinibus ſuſcipiendi, pervenerit, proximis inde futuris
temporibus ordinem ipſum, quem ætas poſtulaverit, videli-
cet Subdiaconatus, Diaconatus, & presbyteratus ſuſcipe-
re, ac interim onera eidem beneficio incumbentia per presby-
terum idoneum, à te approbatum ſupportari facere omnino
teneatur; aliàs præſens gratia nulla ſit, ac beneficium hu-
juſmodi vacet eo ipſo, & ad fructuum interim ex beneficio
prædicto perceptorum, reſtitutionem obligatus exiſtat. Et
iſte eſt notorius ſtylus Datariæ, & Cancellariæ Apoſtoli-
cæ, circa hujuſmodi fundationis derogationes, etiam ſi
narretur, ut hîc, quod non adſit presbyter, ſivè perſona,
juxtà formam prædictæ fundationis qualificata, quæ ad ta-
le beneficium aſpiret, ut ſuprà dictum eſt; & ratione, præ-
dictæ derogationis fundationis augetur taxa litterarum in
ipſa Cancellaria.

Et ſic in impetratione hujuſmodi beneficii facienda eſt ſu-
pradicta mentio qualitatis fundationis, & ita etiam ſerva-
142 tur, ſi fundatio fuerit facta per clericum; quia adhuc ne-
ceſſaria erit particularis illius mentio, cum petitione ex-
preſſæ derogationis; ex eo quod licèt generalis non obſtan-
tia tollat ſtatuta clericorum, non tamen tollit particulares
ordinationes in fundatione appoſitas, etiam ſi ſint appoſi-
tæ per clericos dotantes de bonis ſuæ Eccleſiæ, ut docet id.
Felin. *loc. citat. ante num.* 8. & Garc. *de benef. dict. part. 7.*
cap. 1. *num.* 119. *cum plurib. ſeqq.* per rationes ibi per eum al-
latas *num.* 121.

Idem quoque in propoſito dicendum eſt, ſi ultra juris
impedimenta circa illegitimos quoad beneficia, aliud con-
143 currat impedimentum, nempè, ſi Orator illegitimus pe-
tierit ſibi conferri beneficium Eccleſiaſticum, quod illius
pater habuit in eadem Eccleſia; tunc enim non ſufficit
diſpenſatio Epiſcopi, quia illa ſimpliciter conceſſa vigore
d. cap. 1. *de fil. presbyter. in 6.* non prodeſt ad dictum benefi-
cium conſequendum; quinimmò neque hoc caſu ſufficit
Apoſtolica diſpenſatio ſimpliciter cum illegitimo facta, ſed
144 requiritur ſpecifica, ac peculiaris diſpenſatio ad tale bene-
ficium obtinendum cum expreſſa derogatione *Conſtitutio-*
nis Clementis VII. aliorumque contrariorum, prout ex
pluribus probat Anton. Ricciull. *in ſuo tractat. de perſ. quæ*
in ſtat. reprob. verſan. lib. 3. cap. 13. num. 35. de qua quidem
praxi impetrandi beneficia in Eccleſia, in qua pater, &c.
ſatis dixi in mea *Prax. Diſpenſ. Apoſt. lib. 3. cap. 2. num. 14.*

Quoniam verò hæc diſpenſatio in terminis *d. cap.* 1.
non egreditur illius limites, quippè quæ reſtringitur ad
ſimplex beneficium, videndum eſt, quid ſentiendum, ſi
caſus occurrat, prout non ſemel in Romana Curia eveniſ-
ſe, non ignoramus; nempè ſi Epiſcopus, vigore prædi-
ctæ facultatis ſibi attributæ, conferat illegitimo beneficium
quod tempore prædictæ collationis eſt ſimplex, non requi-
rens ſacrum ordinem, ſucceſſu tamen temporis illum requi-
ret; quod exemplificari præſertim poteſt in canonicatibus
Eccleſiarum Collegiatarum, qui regulariter non habent
ſacrum ordinem annexum, (nam, ut ſupra dictum eſt,
poteſt Epiſcopus conferre illegitimo Canonicatum colle-
giatæ Eccleſiæ) ſi dicta Eccleſia, ex collegiata, erigatur in
Cathedralem, an poſſit talis illegitimus retinere Canonica-
tum prædictum ſibi aliàs ab Epiſcopo legitimè collatum.
Vel ſi Canonicatus erit de jurepatronatus, an patronus, qui
præſentabat clericos quatuordecim annorum, ita etiam
nunc poſt dictam erectionem, ſecundum ſuam quaſi poſſeſ-
ſionem poſſit prędictos Clericos pręſentare; an verò eos, qui
fuerint annorum 22. juxtà diſpoſitionem *Conc. Trid. ſeſſ.*
24. *cap.* 10. *de reform.* Et primo caſu dicendum eſt, illegi- 145
timum non poſſe retinere dictum Canonicatum in Eccle-
ſia, ſic in cathedralem erecta, ſed egere diſpenſatione Sum-
mi Pontificis, qui etiam diſpenſando, cum illegitimis ad
quæcunque, etiam qualificata beneficia, ſemper, inter cæ-
tera, excipit Canonicatus in cathedralibus. Secundò etiam
caſu, debere præſentandos eſſe clericos in ætate 22. annorũ, 146
cum tales in cathedrali Eccleſia debeant præſentari ex d.
Concilio; quia dum collegiata erigitur in Cathedralem, ad 147
augendum cultum divinũ, augeretur etiam illius Eccleſiæ
dignitas, & plus honoris habet patronus, habere juriſpatro-
natus in cathedrali, quàm in collegiata; nec ei aufertur facul-
tas præſentandi, ſed limitatur, ut præſentet clericum anno-
rum 22. prout fuit reſponſum anno 1627. dum vacaret Ca-
nonicatus cathedralis Eccleſię S. Miniati in Tuſcia, quæ
olim erat collegiata; ac proinde in propoſito collationis di-
ſpenſati è facienda ab Epiſcopo vigore *d. cap. unic.* quoad
minores ordines, dicendum eſt, quod poſtquam dicta Ec-
cleſia collegiata fuit erecta in cathedralem, clericus qui
fuit proviſus in ea de Canonicatu, cui ſufficiebat tunc tem-
pore ætas 14. annorum tenetur, ſuffragante ſibi ætate legiti-
ma, ſe promoveri facere ad ordines ſacros, juxta diſpoſi-
tionem prædicti Conc. *d. ſeſſ. 24. ca.* 10. prævia diſpenſatio-
ne Apoſtolica.

Sicut pariter dicendum eſt, ſi poſtquàm prædictus illegi-
timus diſpenſatus ad beneficium ſimplex, eveniret caſus,
quo idem beneficium, quatenus eſſet Eccleſia de per ſe eri-
geretur in curatam, velitque ipſe illegitimus, ſi ſit idoneæ 148
ætatis, ſe concurſui ad ſupradictam parochialem obtinen-
dam exponere, poterit enim tunc prævia diſpenſatione
Apoſtolica, ſervatiſque aliis de jure ſervandis, illam aſſequi
ſin minus remanebit ſimplex ipſius Eccleſiæ Rector, ſivè
beneficiatus, ſicut prius; cum dicta Eccleſia poſſit habere
ſuum Parochum, necnon ſuum Rectorem: prout vide-
mus præſertim in hac Civitate, in qua plures ſunt Eccleſiæ
parochiales, quæ habent ſuos Parochos, ſuoſque Rectores:
cum de ſimplicibus fuerint erectæ in parochiales: quarum
erectiones fieri conſueverunt ſine præjudicio Rectorum,
prout ſuo loco dicam, dum agam de erectionibus, & colla-
tionibus parochialium Eccleſiarum.

Hujus namque rei rationem jam ſupra aſſignavimus,
videlicet, quia text. *in d. cap.* 1. id ſatis explicat, dum tri-
buit facultatem prædictam quoad unum ſimplex, & ſubdit,
cui cura non immineat animarum, & ex hac ratione neque
poteſt obtinere Dignitatem, aut Perſonatum; etiam ſi-
ne cura, ut docet communis praxis: cum hæc ſint de Sum- 149
mo Pontifici reſervatis, & nemo præter eum poſſit diſpen-
ſare, gloſ. *in dict. cap. 1. verbo beneficium*, & ibi Franc. &
alii Mandoſ. *in tractat. ſignat. grat. titul. Diſpenſationes*
ſuper defectu natal. verſic. Ad dignitates. Majol. *de irregu-*
lar. lib. 7. cap. 8 *num.* 10. Garc. *part. 7. cap. 2. num.* 53. qui
num. ſequ. rejicit opinionem Gambac. *in tractat. de auth.*
leg. à lat. lib. 7. rubr. 1. quæſt. 12. à num. 172. contrarium ſen-
tientis, quatenus ait, quod *dict. cap.* 1. generaliter conce-
dit hanc diſpenſationem in beneficiis non curatis, & hæc
poteſtas eſt favorabilis.

Namque nihilominus excipiuntur etiam beneficia non
curata, quæ ita qualificata exiſtunt, ut illa qualitas indu-
cat indecentiam in ipſo illegitimo; & ſic non poteſt Epiſ-
copus ad hæc beneficia, ut præfertur, diſpenſare, quia idem
text.

text. *in d. cap.* 1. intelligendus eſt tantummodò de beneficiis
ſimplicibus, non autem de Perſonatu, vel Dignitate, quę
150 ſolent æquiparari curatis, *ut in cap. dudum de elect.* quo-
rum diſpenſatio eſt ſoli Papæ reſervata cum prædictis illegi-
timis, idem Franc. *in dict. cap.* 1. *num.* 6. quinimmò ipſa
gloſ. *in verbo*, *beneficium*, id declarat. id. Mandoſ. *loc. cit.*
Majol. *d. num.* 10. Sylv. *verbo Beneficium* 3. *num.* 12. Armil.
eod. verbo, *num.* 25. Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 13. *num.*
86. *& alii*, quos refert Garc. *d. cap.* 2. *num.* 53. licèt aliter
dicendum ſit de Prælatione, ſeù Rectoria, quæ non cadit
in nomen Dignitatis, vel de Prioratu rurali, non habente
Collegium, aut curam animarum, nec poteſtatem exer-
cendi cenſuram in aliquos, nec prærogativam inter alios
Rectores, cum cenſeatur ſimplex beneficium, ut per Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 48. *n.* 152. prout in dies videmus non-
152 nulla beneficia ſimplicia ſub nomine Dignitatum, aut Ca-
nonicatuum, & ſimilium, per Summum Pontificem con-
ferri, licèt talia non ſint; quare in exordio ſupplicationis
ita dici conſuevit, videlicet, *Cum perpetuum ſimplex bene-
ficium Eccleſiaſticum*, *Canonicatus*, *ſeu Prapoſitura*, *vel
Primiceriatus nuncupatum*, & nihilominus ſunt ſimplicia
beneficia, & tanquam talia conferuntur, ut omnes ſciunt
Curiales; ſicut dicimus de Eccleſia parochiali habitu tan-
tum, & non actu, quæ tanquam ſimplex beneficium confer-
tur, prout ſuo loco dicetur.

Cum igitur, in propoſito diſpenſationis vigore *d. cap.* 1
ſatis ſuperque conſtet, non poſſe Epiſcopum diſpenſare,
neque ad Dignitates, neque ad Canonicatus cum illegiti-
mo, rejicienda prorſus eſt ſententia, contrarium aſſeren-
tium; immò ſuper hoc plena manu ſcribentium, inter
quos, Archidiac. *in dict. cap.* 1. Calderin. *conſil.* 1. *eod. tit.*
Oldrad. *conſil.* 215. *num.* 3. Navar. *conſil.* 4. *de fil. presbyt.*
Selv. *de benef.* 3. *par. quæſt.* 61. Gigan. *de penſion. qu.* 17. *num.*
3. Tabien. *verbo Beneficium* 2. *num.* 14. *&* 15. Azor. *inſtitut.
moral. par.* 2. *lib.* 6. *num.* 2. *cap.* 3. *qu.* 11. Sayr. *decis.* 3. *de fil.
presb.* Campanil. *in ſuo Diverſorio jur. canon. rubr.* 11. *c.* 13.
num. 82. *&* 83.

Namque contraria ſententia verior eſt, & in praxi quo-
tidiana recepta, quam tenuerunt Rota *deciſ.* 2. *de fil. pres-
byt. in nov.* Bellam. *dec.* 362. Felin. *in cap. poſtulaſti*, *ſub num.*
4. *de reſcript.* Rebuff. *in prax. tit. diſpenſ. ſuper def. natal.
num.* 10. *&* 11. id. Lotter. *d. quæſt.* 48. *num.* 153. ubi, quod
licet articulus ſit valde controverſus, & affirmativam ſen-
tentiam tenuerit gloſ. *in eod. cap.* 1. *verbo beneficium*, & hoc
propter generalitatem illius textus, nihilominus loquen-
do de Canonicatibus Cathedralium Eccleſiarum; ait quod
verior eſt negativa ſententia; & hoc propter præeminen-
tiam, & majoritatem Canonicorum Eccleſiæ cathedralis
ſuper alios clericos, id. Garc. *d. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 61. nam
licèt ex eo, quia *d. cap.* 1. loquitur de ſimplici beneficio,
& Canonicatus cathedralis Eccleſiæ ſit beneficium ſimplex
Navar. *conſil.* 11. *de injur. & damn. dati & conſil* 97. *num.*
5. *de ſimon.* Rebuff *de pacif. poſſ. nu.* 21. *fol. mihi* 385. Garc.
d. par. 7. *cap.* 2. *num.* 59. tamen id intelligitur, reſpectu cu-
rati non tamen reſpectu honoris, & præeminentiæ illud
obtinentis in cathedrali, id. Lotter. *loc. cit. nu.* 156. qui uſ-
que ad *num.* 173. multa, more ſuo, ad id eruditiſſimè con-
gerit. Quia licèt ante *Concil. Trid.* potuiſſet ſuſtineri con-
traria ſententia, aliter nihilominus dicendum eſt hodie ex
eod. *Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor.* cujus decreto cautum
eſt, ut omnes Canonicatus cathedralium Eccleſiarum ha-
153 beat ſacrum ordinem annexum: cum verò nequeat Epi-
ſcopus diſpenſare cum illegitimo, nec ad aliquem ex ſacris
ordinibus, ſic neque ex *d. cap.* 1. diſpenſare poteſt ad Cano-
154 nicatum, aut aliud beneficium Eccleſiaſticum habens ſa-
crum ordinem annexum, Zerol. *in prax. Epiſc. verbo Ca-
nonici*, §. 3. *par.* 1. Henriq. *lib.* 4. *cap.* 8. §. 10. *ad fin.* id. Garc.
d. cap. 7. *num.* 66. dicens ibi, ita eſſe intelligenda verba. *d.
cap.* 1. ibi, *dummodo ſit tale*, *ſuper quo poſſit Ordinarius di-
155 ſpenſare*, nempè, quod tale beneficium non habeat ſacrum
ordinem annexum, quodque procedit, etiam ſi non requi-
rat dictum ſacrum ordinem tempore collationis, ut te-
net id. Franc. *in d. c.* 1. *n.* 8.

Proindeque ita contraria ſententia accipienda eſt, quan-
do videlicet in aliqua cathedrali Eccleſia Canonicatus,
156 & portiones non haberent ſacrum ordinem annexum; (li-
cet non putem aliquam poſt idem Concilium reperiri) vel
etiam ſi in fundatione cautum eſſet, quod talis Eccleſię ca-
nonici ſint in minoribus, non autem ſacris ordinibus con-
ſtituti. Sicut è contra ſi in fundatione Eccleſiæ collegiatæ
ex fundatione (ut hic) aut ſtatuto, vel conſuetudine, il-
lius canonicatus habeant ſacrum ordinem annexum, tunc
quod dictum eſt de Eccleſia cathedrali, dicendum eſt etiam
de collegiata; licèt prædictum Concilium loquatur de ca-
thedralibus tantùm, non autem de collegiatis, ad quas il-
lud non ſe extendit, ut aliàs Sacra Congregatio ejuſdem
Concilii declaravit; idemque probat etiam Barboſ. *de Ca-
non. & Dignit. cap.* 13. *num.* 26. dicens, quod attento novo
jure, *Concilii Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. cum omnes Canonica-
tus Eccleſiæ cathedralis requirant aliquem ex ſacris ordini-
bus, illorum facta diſtributione, non poteſt Epiſcopus cum
illegitimo diſpenſare ad obtinendum Canonicatum in ca-
thedrali; immò neque beneficium ſimplex, habens ali-
quem ex prædictis ſacris ordinibus annexum. Et ſic opinio
contraria procedit de jure antiquo, & ante dictum Con-
cilium, ac ibi nulla facta ſit ordinum diſtributio; tunc
enim poterat Epiſcopus cum illegitimo diſpenſare ad Ca-
nonicatum in cathedrali, niſi forſan obſtitiſſet aliquod ſta-
tutum juratum de non admittendo illegitimos ad Canoni-
catus prędictæ cathedralis, ut per Archid. & Gemin. *in c.
fin. de fil. presb.* Tabien. *in verbo beneficium* 2. *num.* 14. *&*
15. Quarè, cum hodie omnes canonicatus cathedralis Ec-
cleſiæ habeant annexum, ſaltem ordinem Subdiaconatus,
conſequens eſt, ut Epiſcopus non poſſit ad Canonicatum
cum dicto legitimo diſpenſare, idem Majol. *d. cap.* 8. *num.*
11. quia Epiſcopalis poteſtas non ſe extendit quantù Papalis;
ac proinde, ſi Epiſcopus legitimaverit aliquem ad ordines, 157
& beneficia, non ſe extendit ſua legitimatio, ſivè diſpen-
ſatio ultra minores ordines, & unum ſimplex Henriq. *lib.*
14. *cap.* 8. §. 10. *in fin* Sayr. *de cenſ. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 13.
ubi, quod ſicut Epiſcopus diſpenſare nequit cum illegitimo
ad ſacrum ordinem, ita nec ad Canonicatum in cathedra-
li; licèt ſecus eſſet ante d. Conc. Ac proinde habemus
notorium ſtylum, & praxim Romanæ Curiæ, quibus ſa-
tis ſuperque docemur, ut quoties Summus Pontifex diſpen-
ſet cum legitimo ad beneficia Eccleſiaſtica, adjicit Data-
ria Apoſtolica clauſulam omnibus notam, videlicet, *Et
citrà diſpenſationem ad Dignitates*, *ac Canonicatus*, *&
prabendas in Cathedralibus*, *necnon Dignitates in Collegia-
tis Eccleſiis*, ut etiam dixi in mea *Prax. Diſpenſ. Apoſtol.
lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 11.

Ex qua quidem praxi ſatis apertè conſtat, quod licèt Pa-
pa poſſit etiam ad omnia prædicta diſpenſare, nihilomi-
nus prædictos illegitimos non admittit ad Canonicatus in
Eccleſia cathedrali. Et licèt hæc diſpenſatio hodie ſit pluri-
mùm in Romana Curia frequens, certum eſt, quod anti- 158
quitus non concedebatur prædictis illegitimis, vel ſaltem
nimis parcè; prout adnotatum vidimus in quibuſdam no-
tabilibus manuſcriptis cujuſdam Epiſcopi Gebennenſis,
Datarii Paulli III. qui ſemper ferè in ſuo Ponficatu denega-
vit hujuſmodi diſpenſationem; Necnon tempore Sixti V.
qui ab ea ſemper abhorruit, prout teſtatum audivi à bon.
mem. Evangeliſta Cardinali Cuſentin. qui fuit illius Proda-
tarius.

Nec quidem tam prædicti, quæ alii Summi Pontifices,
ſine maxima ratione ab hujuſmodi conceſſione retrahebán-
tur quandoquidem Sancta Mater Eccleſia, à Sanctuario
Dei ſemper repulit illegitimos; ex eo quod ſæpè ſoleant 159
illi, paternæ incontinentiæ eſſe imitatores, necnon quia
in ipſo filio illegitimo, impudicus, atque tanquam in ſpe-
culo, immundus pater conſpicitur, juxta illud *Deute-
ronomii*, *cap.* 23. *non ingrediatur Manzer*, *hoc eſt de Scor-
to natus*, *in Eccleſiam Domini uſque ad decimam genera-
tionem*, ac inſuper, quia indignus propter hoc reputatur
tractare divina, *ut in ca. quod ſic*, *de cler. conjug.* ac pro-
pter eorum vilitatem, & ignobilitatem, *ut in cap. ſigens
Angelorum*, 56 *diſt.* & proindè neque Deo amabiles, ne-
que hominibus honorabiles creduntur, & ex aliis cauſis per
omnes DD. conſideratis.

Nectamen, propter præmiſſa, iſtis illegitimis, etiam
ſuper quocumque damnato coitu denegari, ſicut jam di-
ximus, diſpenſatio conſuevit; cum nihilominus regulari-
ter ſperni non debeant: namque Dei manus eſt, quæ ope-
ratur ita in uno, ſicut in alio; quare vitia parentum non
debent filiis imputari; unde Divus Auguſtinus, & tranſum-
ptivè *in cap. undecunque*, *diſt.* 56. quod undecumque homi-
nes naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum
rectè colant, honeſti, & ſalvi erunt; ſemen enim homi-
nis, ex qualicumque homine, Dei creatura eſt, quare
licèt prædicti illegitimi, quamvis honeſti, & virtute præ-
diti

de elect. & ſicut æquum fuit, propter crebros abuſus, hu-
juſmodi electivam facultatem Capitulo adimere, ita eo-
rum libera proviſio, & omnimoda diſpoſitio reſervanda
fuerat ipſi Papæ, propter cohærentiam juriſdictionis; quę
cum neque in Epiſcopo, neque in alio inferiori move-
retur, præterquam in Capitulo, à ſolo ipſo Papa poterat
hoc caſu mandari: cum omnis juriſdictio ſit de regalibus
Principis, &c.

Qualitas autem hujuſmodi reſervationis eatenus vendi-
cat ſibi locum, quatenus ipſa principalis Dignitas excedat
2 valorem decem florenorum auri, ut expreſsè loquitur *d.
reg. 4.* & patet jam hic ex formula ſupplicationis præſentis
erectionis, in qua dicitur, quod Præpoſituræ prædictæ
fructus ſunt valoris Quinquaginta, una verò cum diſtribu-
tionibus quotidianis, Septuaginta octo ducatorum, flo-
3. renus autem, de quo in dicta regula, accipitur pro ducato
auri de Camera, quod ſatis apertè elicitur ex *Extrav. Vas
electionis, §. porrò, Turonenſes de cenſ.* ubi habetur, quod
Turonenſes valent unum florenum auri boni puri, ac lega-
lis ponderis, & cunei Florentini; ex eo, quod hæc verba
oſtendunt, quod Papa æquiparat libram Turonenſium
4 ducato Florentino; ducatus autem Florentinus æquipara-
5 tur ducato auri de Camera, & nullus florenus Cameræ repe-
6 ritur, niſi ipſe Ducatus auri de Camera, nullaque alia
moneta nuncupatur de Camera præter iſtum ducatum,
prout optimè declarat idem Mandoſ. *reg. 25. quæſt. 3. num.
4.* & ita hodie paſſim accipitur in Romana Curia, ut teſta-
tur etiam Germon. *de indult. Card. §. regularia, num.* 38.
7 Ipſe verò ducatus auri de Camera conſtituitur ex uno ſcuto
8 auri in auro octo ſtamparum, & uno Julio argenteo, qui
ita dici cœpit à tempore Julii Secundi, & conſtat ex de-
cem bajocchis, ut teſtatur id Germon. *loc. cit.* & habetur
in pluribus Rotæ deciſionibus, præſertim in una *Gabian.
Penſionis 6. Martii 1617. coram Veroſpio, & in una Man-
tuan. Penſionis 12. Junii 1617. coram Dunozetto, & in una
Lucan. Penſionis 12. Junij coram Pirovano* quas refert Add.
ad Buratt. *dec. 626. à num. 6. ad fin.* Scutum verò auri in au-
9 ro prædictarum octo ſtamparum, uſque ad tempus Pauli
V. valuit treſdecim Julios, & forſan minus; abinde verò
citrà cœpit alterari; ita ut hodie valeat quindecim Julios,
qui tamen valor non ita poteſt hodie dici firmus, ut ſicut
paulatim ad prædictos Julios quindecim aſcendit, nequeat
eodem modo minui; ac ſic pro rerum incidentium uſu va-
riari, *arg. leg. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* idem Ger-
mon. *loc. citat.* Ducati verò decem de Camera conſtituunt
10 ſummam ſexdecim ſcutorum, & trium Juliorum monetæ
Romanæ; hujus verò Regni Neapolis, ducatorum decem,
& ſeptem.

Advertendum tamen duxi, circa ſupradicta verba ejuſ-
11 dem regulæ, nempè, *valorem decem florenorum*, obiter
quidem, & ab hac noſtra praxi non prorſus alienum, quod
non ſemel in dubium revocatum extitit, numquid illa
referantur ad verba præcedentia ipſius *regulæ 4.* vel ad ſe-
quentia, veluti ex eo quod, ut huic reſervationi locus ſit,
requiratur, tam in dicta principali Dignitate in Collegia-
ta, quam prima poſt Pontificalem in Cathedrali, iſta qua-
litas, ſcilicet, quod excedat hujuſmodi valorem, alioquin
reſervatio non inducitur; namque ex ſtructura verborum
prædictæ regulæ, videntur illa referri nedum ad Dignita-
tes principales in Collegiatis, verùm etiam ad primas poſt
Pontificales; unde hujuſmodi verba dirigenda videntur ad
proximè præcedentia, & ſic tam ad Dignitates in Cathe-
dralibus, quam in Collegiatis, ex illa vulgari ratione,
nempè quod Clauſula in medio poſita, ad omnia refertur,
12 Felin. *in cap. cauſam, quæ nu. 4. de reſcript. l. fin.* & ibi Bart.
ff. de reb. dub. Mandoſ. *de reg. 5. qu. 6. num. 1. & regul. 34. qu.
81. num.* 2.

Quod quidem majori fundamento ſuaderi videtur, quan-
do Clauſula eſt communis, ut hic, in qua non videtur ſub-
eſſe ratio, quare magis ad unum, quàm ad aliud refera-
tur, verbum, *reſervavit*, in *d. reg.* appoſitum, videtur
utrumque determinare, & ſic Dignitates, tàm in Cathe-
dralibus, quàm in Collegiatis; & clarum eſt, quod una
13 determinatio, reſpiciens plura determinabilia, omnia pa-
riformiter determinat, per text. *in l. jam hoc jure, ff. de
vulg. & pupill. l. in teſtamento, Cod. de milit. teſtament. l.
quamvis, de impub. & aliis ſubſt. cap. ſecundo requiris, de
appell.* eadem etenim qualitas, omnia copulata, quæ ab
14 eadem oratione regulantur, qualificat, Soccin. *conſil. 2.
num. 13. 14. & 18.* Bart. *in l. præter. §. cùm quæ differentia,
ff. de vi. bon. rapt.* Caſtad. *dec. 8. num. 3. in fin. ſuper regul.
Cancellar.* Cæſar. de Graſſ. *dec. 2. aliàs 89. numer. 4.* Gonz.
ad regul. 8. gloſ. 43. numer. 125. & 126. Buratt. *dec. 621.
numer. 5.*

Nec novum eſt iis, præſertim qui callent uſum Datariæ,
& Cancellariæ Apoſtolicæ, quod tàm in ſupplicationibus 15
Summo Pontifici porrigendis, quàm in litteris Apoſtolicis
in ipſa Cancellaria expediendis, ſæpiſſimè una oratio plu-
ra determinat, de quarum uſu teſtatur Rota *deciſ. 287. nu-
mer. 9. par. 5. recen.* ubi etiam quod uno verbo plurali com-
prehenduntur plures perſonæ in numero ſingulari expreſ-
ſæ, & *dec. 237. num. 13.* quod teſtator, unica oratione,
cum continuato ſermone, plures fecit ſubſtitutiones, Surd.
conſil. 564. num. 7. lib. 4. Decian. *conſil. 8. num. 87. lib. 5.* & ex
pluribus formulis in præſenti opere in medium proferendis,
rectè intuenti patebit. Gonz. *ad d. regul. 8. gloſ. 51. num. 55.*
ubi inter caſus reſervationis pro 15. caſu id intelligendum eſ-
ſe ait, tam de Dignitatibus majoribus poſt Pontificales in
Cathedralibus, &c. valorem annuum decem florenorum ex-
cedentibus, quam de Dignitatibus principalibus in Colle-
giatis Eccleſiis; idemque videtur tenere Lotter. *de re benef.
lib. 2. q. 33. n. 21.*

At verò, præmiſſis non obſtantibus, contrarium omni-
nò tenendum eſt; quod quidem comprobatur ex notorio
ſtylo, & praxi Romanæ Curiæ omnibus nota, & ipſe in
facti contingentia ſervari multoties vidi in impetrationibus
Dignitatum, tàm Eccleſiarum Collegiatarum, quàm
Cathedralium: namque obſervantia, talis circa præmiſſa
eſt, ut qualitas hujuſmodi valoris, videlicet decem floreno- 16
rum, intelligatur tantummodò de Dignitatibus principali-
bus in Collegiatis, non autem de primis poſt Pontificales in
Cathedralibus; non obſtantibus, pro contraria ſententia, ſu-
pra adductis: quod quidem ſatis patet ex contextu ejuſdem
regulæ, ſi illius verba attentè conſiderentur, & ex pluribus
etiam comprobatur in una *Arianen. Archidiaconatus, im-
preſſa* penes Rub. *dec. 236. num. 15. tom. 2.* in qua ita ſupra-
dictæ *regulæ 4.* fuit datus intellectus, tàm quoad verba, quàm
quoad rationem: nam quoad verba patet, ex eo quod reſer-
vantur omnes Dignitates majores poſt Pontificales in Ca-
thedralibus, deinde volens Papa ſimiliter reſervare Digni-
tates principales in Collegiatis, non utitur verbo univerſali,
omnes, ſed addit ſolummodò qualitatem exceſſus decem flo-
renorum: quo verò ad rationem, inde ea inſurgit, ex eo quod
Dignitas Cathedralis major poſt Pontificalem, etiam ſine
fructibus, magis æſtimatur, quàm principalis in Collegiata,
decem florenorum auri valorem non excedens, reſpectu
majoris præeminentiæ, & per rationes in *d. deciſ. allatas nu-
mer. 13. & num. ſeq.* ubi dicitur, ceſſare hujuſmodi difficul-
tatem, ex obſervantia Cancellariæ Apoſtolicæ, in qua pro-
viſiones de Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium, expe-
diuntur ſine expreſſione valoris: ſecus verò in aliis proviſio-
nibus: nec refert, quod verbum *reſervavit*, in prædicta re-
gula, determinet utrumque: nam ea determinatio reſpicit
quodlibet determinatum cum ſua qualitate; quia non eſt in-
conveniens, quod illa inæqualiter determinet, propter di-
verſam utriuſque naturam, vel diverſam rationem, *ex juri-
bus ibidem num. 18. allegatis*; Et quidem ab hoc intellectu
nunquam recedit Dataria Apoſtolica; cujus notorius ſtylus,
conſuetudo, & praxis ſatis docent ſcilicet quaſcumque Di-
gnitates majores poſt Pontificales, etiam ſi nullos habeant
fructus, eſſe reſervatas, & tamquam tales à Papa confer-
ri: licèt aliud dicendum ſit quoad collationes principalis Di-
gnitatis in Collegiata circa prædictam fructuum expreſſio-
nem: & quamvis *in d. deciſ.* fuerit dictum, quod proviſio-
nes de dictis Dignitatibus in Cathedralibus non requirant
expreſſionem valoris prædictorum fructuum, hoc non ſer-
vatur in praxi: quia illæ ſemper fiunt cum dicta fructuum
expreſſione, ſivè pingues, ſivè quamtumcumque exiles,
& tenues illi ſint. Et cum annis retrò elapſis vacaſſet Archi-
diaconatus Eccleſiæ Lutteren. qui inibi Dignitas prima poſt
Pontificalem exiſtit, fuerunt literæ Apoſtolicæ ſuper illius
proviſione expeditę in Cancellaria ſub infraſcripta expreſ-
ſione, nempe, *Nos tibi, &c. Archidiaconatum prædictum
&c. cujus fructus, &c. Medii ducati auri de Camera, &c.
valorem annuum non excedunt, &c.* Et in proviſione Archi-
diaconatus Eccleſiæ Minoren. *Nos tibi, &c. Archidiaco-
natum prædictum cujus, & illi forſan annexorum fructus red-
ditus, & proventus, ut etiam aſſeris, nulli ſunt Sive præ-
miſſo, &c.* Quinimmò, etiam in Dignitatibus, de quibus
conſiſtorialiter provideri conſuevit, & quæ proinde in li-
bris

Dignitas major poſt Pontificalem in cathedrali, & una
23 principalis in collegiata, an verò duæ majores, & duæ principales, ſi quæ ita ſint in dictis Eccleſiis? Hanc quæſtionem movit Mandoſ. *reg.3. quæſt.3.* ubi quærit, quid ſi in una Eccleſia cathedrali ſint duæ Dignitates, quæ habentur majores aliis, & inter ſe una major alia, nempè Archidiaconatus prima, Archipresbyteratus ſecunda, Primiceriatus tertia, & ſic etiam in collegiatis, & ſibi videtur dicendum, quod ad minus duæ ſunt reſervatæ, ex eo quod ſupradicta regula loquitur in plurali, nempè, *reſervavit Dignitates majores in cathedralibus, & principales in collegiatis:* ſed tamen *n.4. d.q. in fin.* concludit, quod una tantum Dignitas major in qualibet cathedrali, & principalis in qualibet collegiata, reſervatur; nam regulariter una Dignitas eſt major alia, & ſic à communiter accidentibus non datur caſus, quo in eadem Eccleſia ſint duæ Dignitates æquè majores, vel in collegiata duæ æquè principales; undè cum materia non ſit verificabilis in plurali, pluralitas reſolvitur in ſingularitatem, ex juribus ibi per eum allegatis, quamvis poſtmodum in fine *d. quæſt.* videatur aliud ſentire ratione cujuſdam deciſionis in una *Tuden. Abbatiæ*, in qua fuit dictum, propter dictionem univerſalem in *d. regula*, ibi *omnes Dignitates*, comprehendi in eadem diſpoſitione plures Dignitates majores ſub qualibet cathedrali, & plures principales ſub qualibet collegiata, ac proinde, ex cauſa dictæ deciſiones, videtur reſidere in iſta opinione, quam nihilominus rejicit Garc. *dict. part.5. capitul.1. num.264.* ex eo quod in *d. deciſ. Tuden. Abbatiæ*, agitur de duabus Dignitatibus æquè principalibus: ac proinde proſequitur *num.265.* quod ſi in aliqua Eccleſia cathedrali ſunt duæ Dignitates majores poſt Pontificalem, vel in collegiata duæ principales æquales, ambæ ſunt reſervatæ; quia verba, ratio, ac mens dictæ regulæ ſunt apta illas comprehendere; nam licèt idem Mandoſ. *d. quæſt.3. num.4. in fin.* dicat non dari caſum, quod in eadem Eccleſia ſint duæ Dignitates æquè majores, vel in collegiata duæ æquè principales, ut ſupra, certum eſt nihilominus prædictam deciſionem *Tuden. Abbatiæ* loquutam fuiſſe de duabus Dignitatibus æquè principalibus; prout etiam ipſemet Mandoſ. *d. reg.3. q.4.* ubi *ſub num.7.* quod cum ſint æquales Dignitates, & deſignare non poſſumus, quæ ſit in *d. reg.* incluſa, vel excluſa; cum utraque ſit principalis in utraque conſiſtit hoc jus reſervationis, & ſequitur id. Garc. *loc. cit. n.266.* ex Guidob. *dec.34.* dicens, quod reſervans Dignitates in collegiatis, & majores poſt Pontificales in cathedralibus, comprehendit duas Dignitates pariter æquale in Eccleſia.

Necnon præter dictas deciſiones, ut ſupra adductas, præſertim Guidob.34. ſcimus pluries hujuſmodi caſum fuiſſe in illius contingentia, propoſitum inter prædictos Dominos Abbreviatores Majoris Præſidentiæ, ac determinatum, & practicatum pro reſervatione hujuſmodi duarum Dignitatum æqualium; nec puto id amplius egere alia diſcuſſione, ſeu declaratione, quamvis id. Mandoſ. *d. qu.4. num.7. circa fin.* dicat, quod qui vellet Scyllam, & Carybdim, & ſic utrumque ſcopulum evitare, poſſet adire Summum Pontificem pro declaratione. Id ipſum etenim fuit etiam tentum in una *Turritan. Archipresbyteratus 7. Maji* 1574. ubi quod *d. regula* habet etiam locum quando ſunt duæ æquales Dignitates, ita etiam tenent Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. gloſ.57. num.*101.

An autem iſta reſervatio vendicet ſibi locum in Digni-
24 tate monoculari, nempè ubi adeſt tantùm una Dignitas, & & certum eſt, illam non comprehendi; ratio enim quare monoculares Dignitates, ſeù monocularia beneficia præſerventur à reſervationibus, eſt nè quis privetur illa collatione unius beneficii ſibi competente, ad inſtar unici luminis quo quis privari non debet, per tex. *in l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de offic. Præſid.* ubi gloſ. *in verbo lumine*, id exemplificat in tenui homine porcellum unicum habente, quem tanquam oculum ſuum ſervat, idem tenet Felin. *in cap. in noſtra num.*23. ubi ait, quod ſicut inutilis eſſet impetratio beneficii viventis, ita inutilis eſt, ſi ille, ad cujus collationem impetratur, habeat conferre unum ſolum; quia utroque caſu datur via ad ſpectale votum captandæ mortis & quod ita ſcripſit Clemens Quartus contra impetrantem in genere, cum ibi eſſent unica: unde ulterius dixit gloſ. *in d. verbo lumine*, quod ruſticus non debet privari unico lumine, ſeù candela, quam habet, id. Gonz. *gloſ.9. §.4. num. 6. & 7. qui nu.*11. pluribus comprobat, quod regula Cancellariæ, reſervando primam Dignitatem poſt Pontificalem in cathedralibus, & principalem in collegiatis, non comprehendit Dignitatem monocularem: ex eo quod Dignitas major, & principalior dici non poteſt, ubi non adeſt, niſi una Dignitas: ſicut ſi unus homo eſſet in Civitate, non poſſet dici, quod talis ſit principalis, ſeù major: quia principale præſupponit acceſſorium, & majus præſupponit minus.

Verùm nihilominus eſt, hoc procedere quando illa Eccleſia, in qua adeſt prædicta unica Dignitas, non adeſſet aliud beneficium Mandoſ. *d. q.5. num.4.* id. Gonzal. *d. §.5. num.26. & 27.* Secùs verò ſi adeſſet: nam fuit dictum in prædicta *Turritan. Archidiaconatus*, quod dicta monocularitas non datur in conſideratione, quando Collator habet alia beneficia, prout in caſu prædictæ deciſionis, in quo præſupponitur, quod in eadem Eccleſia adeſſent undecim Canonicatus, totidemque præbendæ: nam quamvis ſupradicti Canonicatus non eſſent ejuſdem qualitatis, ſicut eſt Dignitas Archipresbyteratus, tamen ſat erat, quod adeſſent aliqua beneficia: quarè ubi non adſunt in Eccleſia alia beneficia, dicendum eſt, illam non comprehendi in dicta regula, Ludov. *dec.450. n.7.* ubi fuit declarata invalida quædam unio cujuſdam Dignitatis, ex eo, quod non fuerat expreſſum, illam eſſe Dignitatem monocularem, cum Papa ſoleat unicam Dignitatem in Eccleſiis tollere.

Supereſt modò, antequam ab hac praxi reſervationis Dignitatum, juxtà propoſitam materiam, diſcedamus videre, quid ſentiendum, ſi, attenta ſupradicta regula reſervatoria Dignitatum, prima Dignitas poſt Pontificalem in cathedrali, ſivè principalis in collegiata, in quibus præſupponimus adeſſe minores Dignitates, & prima, ſeù principalis fuerit acceſſoriè unita, ſivè capitulo, ſivè aliàs quomodolibet, in illis caſibus, quibus ſupradicta unio fuerit ſervatis ſervandis, & ſic legitimè facta. Et quidem ſatis eſt in aperto, quod Summus Pontifex in qualibet ex Eccleſiis prædictis, vult per dictam regulam, ſibi eſſe reſervatam unam Dignitatem primam poſt Pontificalem in cathedrali, & principalem in collegiata. Proinde omnibus, quæ diſputationis cauſa hìc adjici poſſent, omiſſis, reſolutivè dicendum eſt, quod loco Dignitatis, ſic ut
præfertur unitæ, ſuccedit ſequens, quæ habebitur tanquam 25
prima, & loco primæ Dignitatis: ita fuit in Rota deciſum in una *Virdunen. Decanatus 9. Martii* 1580. *coram Lancellotto*, In qua, quod unita prima Dignitate poſt Pontificalem capitulo, ſequens eſt prima, & intrat regula reſervatoria dignitatum majorum poſt Pontificales, & non in unita, quia fuit unita acceſſoriè, & non æquè principaliter, ut apparebat ex verbis unionis, quam deciſionem refert per extenſum Garc. *d. p.5. cap.1. num.*270. ubi concluditur, quod cum dicta prima Dignitas non ſit amplius conferibilis, in ea non intrat *regula 3. quæ hodie eſt* 4.

Cum etenim ſupradicta unio fuerit facta acceſſoriè, perditur nomen beneficii, & non dicitur amplius beneficium ſicut dicebatur ante unionem, & efficitur pediſſequa illius, cui ipſa Dignitas unitur, necnon illius membrum, & tranſit in temporalitatem: quia fundata efficacia unionis, Dignitas conſolidata eſt capitulo, ſeù beneficio, cui unitur, & per unionem prædictam, mutantur ejus ſtatus, & natura: adeò quod, licet unionis effectu, conſiderato exitu, quoad emolumenta exinde provenientia, collatus fuerit in tempus, quo nullum potuerit, Dignitatem ipſam, aut aliud beneficium obtinendi, præjudicium generari, per conſequens Dignitas aut beneficium hujuſmodi vacare nequit: quia aſſumens naturam illius, cui unitur, deſinit eſſe quod erat prius, & quod alteri aggregatur, ejuſdem debet imitari naturam, ita egregiè Oldrad. *conſ.257. ſub tit. de conceſſ. præbend. num* 15. *circa fin.*

Sed hic notanda ſunt verba dictæ deciſionis *Virdun. Decanatus*, per quæ apparet, unionem prædictam eatenus operari, ut Dignitas non ſit virtute dictæ unionis amplius reſervata, ſed illius loco ſuccedat ſequens Dignitas, quatenus unio prædicta fuerit facta acceſſoriè, ut dictū eſt: quod
ſi æquè principaliter non eximitur à reſervatione prędicta: 26
quia adhuc remanet in ſuo ſtatu, & per conſequens comprehenditur ſub dicta regula: nam talis unio operatur, ut dicta Dignitas maneat in ſuo ſtatu: ſit etiam hoc modo Rector unum beneficij, eſt Rector alterius, & utrumque beneficium manet, ſicut erat prius, in ſuo ſtatu, & honore, ac proprios redditus agnoſcit, & gaudet ſuis privilegiis, ut per Mandoſ. *reg.12. q.1. nu.4.* Hojed. *de incompat. benef. p.1. c.15. num.2.*

num.2. cum aliis relatis per Garc. *part.* 12.*cap.* 2. *num.* 37.
& tradit Gonz. *ad reg.8.gloſ.* 5.§. 7.*num.*55. ubi quod per
talem unionem æquè principaliter factam, cum benefi-
cium unum non perdat nomen, nec titulum, nec effectum
beneficii, ſed in omnibus ſtatus antiquus conſervatur, non
excludit reſervationem.

Prout etiam dicendum eſt de Canonicatibus unitis, &
annexis Dignitatibus; nam quamvis talis unio ſit acceſſo-
riè facta, tamen non extinguitur titulus Canonicatus, id.
Garc. *d.p.3. cap.2. num.*511.*& p.*11.*cap.*5.*num.* 199. ubi,
27 quod etiam ſi talis unio videatur fieri acceſſoriè, non ta-
men ſolet extingui, & ſupprimi titulus, & nomen præ-
bendæ, & Canonicatus, ſed uti duo beneficia obtinen-
tur, ſicut etiam dicitur de unione facta ad tempus, ſeù
ad vitam: nam etiam quod fiat acceſſoriè, non tamen eſt
28 tituli extinctiva, nec vera unio; ſed potius habet vim di-
ſpenſationis ſuper incompatibilitate, ut videlicet cum quis
non poteſt habere duo beneficia incompatibilia, median-
te dicta unione ad vitam, illa valeat retinere; cum talis
29 unio reſpiciat potius favorem perſonarum obtinentium,
quam Eccleſiarum, & ſemper Rota interpretata eſt, unio-
30 nes ad vitam, & commendas pro palliatis diſpenſationibus,
ex Caſſad. *dec.2. de union.* Put. *dec.*240. *nu.*1. *lib.*1. quamvis
longo temporis curſu, ratò viderimus ſimiles uniones per
Papam concedi, refragante Conc. Trid. *ſeſſ.*27.*c.*4.*de ref.* ibi
*Quicunque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia
beneficia eccleſiaſtica, ſive per viam unionis ad vitam, ſeu
commenda perpetua, &c. recipere, &c. beneficiis ipſi, &c. ipſo
jure privatus exiſtat.*

Sic pariter dicendum eſt ad effectum, ut intret ſequens
Dignitas, ſi prima poſt pontificalem, ſeu principalis in
collegiata, fuerit de jurepatronatus laicorum, nam licèt ſit
31 major, non tamen excludit reſervationem alterius ſecun-
dæ, ſicut dictum eſt de unione in *dict. Verdunen. Decana-
tus*, & in alia *Compoſtellan. Prioratus* 17. *Martii* 1597.
coram Litta, quas etiam in propoſito refert Lotter. *de re be-
nef.lib.*2.*q.*33.*n.*43. *qui n.ſeq.* ad exemplificat an Expectativa
32 conceſſa ad primum beneficium vacans, quę ſi non poteſt
ex aliqua cauſa ſortiri effectum in primo vacanti, capit ſe-
cundo loco vacans.

Capitulum inter ſe *conſtituant*, nempè
hujus collegiatę Ec-
cleſię, etiam Dignitates cum Canonicis. Quod quidem de
33 Jure communi non procedit, cujus ſatis clara concluſio
eſt, quod ſoli Canonici dicuntur de capitulo, cujus appel-
latione non ſolum non veniunt presbyteri, aliique infe-
riores Eccleſiæ, verum neque habentes in ea Dignitatem;
& licèt Canonici cathedralis veniant ſub nomine Dignita-
tis, hoc intelligitur larga interpretatione, non autem ex
propria ſignificatione, ut per omnes DD. *in c. ſtatutum, de
reſcript. in* 6. Felin. *in c. paſtoralis num.2. de offic. deleg.* Rot.
*dec.*16 *de præb. in nov.* cum certum ſit, quod Dignitates,
34 quæ ſunt verè, & propriè Dignitates, de jure communi,
ſive in cathedrali, ſive in collegiata non ſunt de capitulo,
id. Felin. *in cap. cum olim n* 4. *de ſent. & re iud.* dicens, quod
habens Dignitatem, vel perſonatum in Eccleſia, non habet
vocem in capitulo, *& in c. cum M. Ferrarienſis, num.*18.
de conſtit. Rebuff. *ſuper Concord. in tract. de nominat. num.*
32. ubi, quod habentes Dignitatem in Eccleſia, de jure
non ſunt de capitulo, niſi aliàs ſint Canonici; & ratione
35 Dignitatis, quis non eſt de capitulo, ſed ratione Canoni-
catus, Seraph. *dec.*98. *num.*1. Garc. *dict. p.*11. *cap.*5. *num.*
209. Lotter. *de re benef lib.*1. *qu.* 25. *num.* 67. *&* 71. Barb.
36 *de poteſt. Epiſc. tit.*1. *cap.*3. *num.* 18. nam licèt hujuſmodi
Dignitates habeant ſtallum in Choro, non tamen habent
vocem in capitulo; & hoc fuit etiam ponderatum in una
Corduben. Iuriſdictionis coram Orano, *& dictum in una
Salamantin. Opinionis, quæ eſt deciſ.* 411. *num.*6. *p.*1. *di-
verſor. & in una Gerunden. Anniverſariorum* 16. *Ianuarii*
37 1576. in qua quod appellatione capituli ſolùm continen-
tur Canonici, non autem beneficiati, aut alii habentes Di-
38 gnitates, ea ratione, quoad Clericos inferiores, quia illi de-
bent ita inſervire capitulo, prout Epiſcopo, ut ait Abbat. *in
c. cum non liceat, de præſcript. in* 3. *notab. ſub n.* 2. *verſ. & ad-
verte*, & ibi Fel. *ſub n.*2. *verſ. guſta bene*, *quod Clerici inferio-
res debent reverentiam capitulo, ſicut Epiſcopo, de præſcript.*
Cęſar. de Graſſ. *dec.*131. *num.*6.7. *&* 8. *de his, quæ fiunt à ma-
jor. par. Capit.*

Repugnat enim prædicto juri communi, ut in una, ea-
demque Eccleſia, ſive cathedrali, ſive collegiata, bene-
ficiati, præter Canonicos, aliter conſiderentur, quàm 39
ut ſinguli, qui non poſſunt facere Collegium, Abb. *in ca.
dilecta in fin. de exceſſ. Prælat. & in cap. nobis num.* 8. *de in-
repar.* idem Cæſar. de Graſſ. *dec. ultim. num.* 4. *de his quæ
fiunt &c.* cum his omnibus reſiſtat jus commune; cum
Canonici tantùm conſtituant capitulum, ut dictum eſt
Compoſtell. *in c. c. num.*4 *verſic. numquid Portionarii, de
elect.* & capitulum repræſentatur per Canonicos, & non
per alios Abb. *in c. nov. de his, quæ fiunt &c. & in c. ſcriptum, in*
6. *notab. de elect.*

At verò neminem latet, quod licèt, jure communi in-
ſpecto, ſoli Canonici conſtituant capitulum, adhuc ne-
dum habentes in Eccleſia Dignitates, ut hic verum etiam
ſimplices presbyteri poſſunt ex privilegio, vel ſtatuto, aut
conſuetudine, acquirere facultatem intereſſendi capitulo, 40
prout tenuit Rota in una *Oritan. Voti* 27. *Martii* 1626. *co-
ram Remboldo*, quæ eſt *dec.*8. *num.*3. *par.*5. *recent.* in qua,
cum conſtaret, nonnullos presbyteros, tàm ante erectio-
nem Eccleſiæ S. Mariæ de Fontana Terræ Francavillæ Ori-
tan. Diœceſis in collegiatam, quàm etiam poſt erectio-
nem, interveniſſe in pluribus actibus Capitularibus, &
erant in iſta quaſi poſſeſſione, debebant in ea manuteneri:
ex eo, quod ad hunc effectum attenditur quaſi poſſeſſio,
Bald. *in l. ordinarii juris, num.*8. *Cod. de rei vend.* Innoc.
in cap. bona 1/2. *num.*4. *de poſtul. Prælat.* Covar. *pract. qu.
cap.* 17. eaque in incorporalibus acquiritur etiam per uni-
cum actum, *cap. cum Eccleſia Sutrina*, ubi Abb. *num.*22.
& 23. Rip. *num.*52. *& ſeqq. de cauſ. poſſ. & propr.* Rota *dec.*
17. *num.*1. *p.*3. *diverſ. & dec.* 286. *num.*5. *& dec.* 354. *num.*
9. *coram Coccino*, & ſufficit in judicio manutentionis dicta
quaſi poſſeſſio, quæ tamen, an ſit juſta, vel injuſta, il- 41
lius diſcuſſio rejicitur ad petitorium: defectus enim reſpi-
ciens proprietatem, non admittitur in ſummariſſimo ju-
dicio; Rota *dec.* 477. *num.*4. *& dec.*641. *nu.*4. *& dec.* 688.
*in fin. par.*1. *recent.* Ludoviſ. *dec.* 107 *numer.* 3. ubi Addit. 42
*num.*5. probat hoc procedere, etiam ſi dictus defectus of-
feratur incontinenti probandus; & non poteſt impediri 43
manutentio, ſub prætextu non juris, niſi conſtet de prę-
dicto non jure per confeſſionem: vel per rem judicatam;
quæ quidem poſſeſſio non pendet à validitate proprietatis;
cum nihil commune habeat poſſeſſio cum proprietate, *l.
naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* præſertim
ubi agitur de manutentione, in qua non requiritur
alius titulus, ſed ſola poſſeſſio ſufficit, *leg.* 1. §. *ſicut
interdicti ff. uti poſſid.* ut per eundem Ludoviſ. *deciſ.* 275.
*num.*1,

Ac proinde presbyteri prædictæ collegiatæ prætenden-
tes, ſe tàm ante, quàm poſt dictam erectionem, interve-
niſſe in pluribus actibus Capitularibus, de illis ſatis appa-
rebat; ex eo quod in dicto capitulo intervenerunt ad tra-
ctandum de negociis ſpectantibus ad utilitatem capituli;
in quibus quidem actibus dicti presbyteri vocabantur de
gremio, & Capitulares; unde apparebat, illos fuiſſe admiſ-
ſos tanquam de gremio, & Capitulares; maximè, quia non
conſtabat de aliqua contradictione in ipſo actu, ſeu anteà,
ſed potius conſtabat, quod prædicti presbyteri, fuerunt ad-
miſſi pacificè; & contradictio fuit facta poſt actum perfe-
ctum, & conſummatum; ac propterea non impedit, quomi-
nus cenſeatur per dictum actum pacificè geſtum, acquiſita 45
poſſeſſio. Præſertim verò, quia in literis prædictæ erectio-
nis Eccleſię in Collegium, dicitur, quod Canonici habeant
vocem in capitulo ante omnes ſimplices Sacerdotes; unde
colligebatur, quod etiam ſimplices Sacerdotes haberent vo-
cem in capitulo, & in ea debebant propterea manuteneri;
prout hęc, & alia in propoſito habentur in prędicta deciſio-
ne *Oritana Voti fere per tot.*

In qua quidem quaſi poſſeſſione benè ſe poterant tueri
etiam presbyteri ſucceſſores; ex eo quod, licèt Rota te-
neat, quod poſſeſſio non continuetur in hæredem abſque
nova apprehenſione, *l. cum heredes ff. de acquir. poſſeſſ.*
hoc tamen non procedit, quando Eccleſia, vel Dignitas 46
eſt in poſſeſſione, & agitur nomine Eccleſiæ, vel Digni-
tatis ea Innoc. *in cap. quia qui violenter num.*1. *verſ. quidem
tamen*, & ibi Hoſt. *nu.*3 *in fin. verſ. quod non placet* Jo. Andr.
*num.*6. *verſ. illud enim.* Abb. *num.*11 *in* 3. *caſu verſ. ſecus di-
cit, de jud.* Rota *dec.*13. *num.* 2. *de procur. in nov. & dec.* 1.
de reſtit. ſpoliat. pariter in novis, & propterea, cum poſſeſ-
ſio cenſeatur continuata uſque ad tempus litis motæ, cum
animo retineatur, *l. licet C. de acquir. poſſeſſ.* Abb. *in c. cum
ad Sedem n.*13. *de reſtit. ſpoliat.* Hinc ſequitur, quod cum

con-

concurrant requiſita, ex quibus datur manutentio, nempè poſſeſſio de tempore litis motæ, & turbatio, *ut in §. retinendæ inſtit. de interd. & not.* Angel. *conſil.* 19. *num.* 1. & 4. quæ ſunt ferè formalia verba Coccin. *in una Gerunden. Iuris intereſſendi in capitulo, 6. Novembris* 1609. *quæ eſt in ſuis deciſ.* 490. *num.* 2. & 3. mutatio perſonarum (ſcilicet presbyterorum) non motat poſſeſſionem, cum jus ſit me-
49 tiendum ex parte poſſeſſionis, juxtà *deciſ. Guid. Papæ* 629. Put. *deciſ.* 151. *lib.* 3. & in propriis terminis fuit reſolutum coram eod. Coccin. *in una Cæſaraugustana Præeminentiarum* 13. *Martii* 1609. *in qua num.* 3. quod poſſeſſio capituli ſuffragatur etiam ſucceſſoribus in Canonicatibus, quæ eſt *deciſ. ejuſdem Coccin.* 452. *numer.* 5.

Porrò, ea quæ ſupra dicta ſunt, quoad collegiatas Eccleſias, locum ſibi etiam vendicare multo magis noſcuntur in cathedralibus, in quibus clerici cujuſcunque denominationis, cum ſint inferiores Canonicis eo modo, quod ſupra dictum eſt, capitulum non conſtituunt; niſi hoc eis aliquo particulari jure competat; prout conſtat ex quamplurimis Rotæ deciſionibus, præſertim in una *Tiraſonen. Iuris intereſſendi capitulo* 18. *Maii* 1652. quæ eſt *dec* 397. *tom.* 3. *diverſ. rec.* ubi, quod cum in cathedrali Eccleſia Tiraſonenſi Portionarii prætenderent ingreſſum capituli, & in illo habere vocem; fuit deciſum, prædictos Portionarios eſſe manutenendos in poſſeſſione intereſſendi, & votandi in actibus capitularibus; quia licet verum ſit, illos de jure communi non eſſe de capitulo, nec in illo habere vocem, ex *iuribus ſupra allegatis*, nihilominus verò, de conſuetudine, ſtatuto, vel aliquo alio ſpeciali jure, poſſunt capitulum ingredi, ibique habere vocem; ut in una *Calciaten. Coniudicum* 1. *Iunii* 1615. quæ eſt *deciſ.* 708. *part.* 4. *diverſor. rec.* nam ſtante Statuto fundamentali Eccleſiæ Calciaten. apparet, Canonicos, & Portionarios, eſſe de capitulo, ita quod omnes iſti capitulum conſtituant unū cumque Collegium eſſe cenſeantur, ibi tamen *num.* 6. ſubditur, quod ceſſante ſtatuto, aut conſuetudine, non dicuntur de capitulo, ex eo tantum, quod in quibuſdam, vel in omnibus actibus habuerint vocem in capitulo; prout dicitur ibi fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem Concilii in cauſa *Abulen. Iuriſdictionis*, & ſequuta eſt Rota in eadem; ut in pluribus aliis Eccleſiis; licet Portionarii interveniant in capitulo, & in actibus capitularibus habeant vocem, non tamen dici poſſunt, eos eſſe de capitulo; quandoquidem non ſequitur, ex eo, quod habeant vocem in capitulo, dicantur de capitulo; licet ubi ſint ex aliquo jure ſpeciali effecti de capitulo, jura loquentia de Canonicis, procedent etiam in eis; cum tunc ſint etiam ipſi membra Epiſcopi, ut dicitur in una *Calaguritan.* relata per Garc. *p.* 3. *c.* 2. *n.* 378. *cum ſeq.* quare Sacra Congregat. Concilii, nec non Rota pluries renuerunt, Portionarios hoc ca-
50 ſu poſſe eligi in Adjunctos, ſeù Conjudices; quia, cum ipſi poſſint de jure ſpeciali, eſſe de capitulo, æquè verè tales dicentur, ac ſi eſſent de jure communi, ut per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 76.

At verò, in hujuſmodi ſtatutis condendis, aut conſuetudinibus inducendis plurimùm invigilandum eſſe exiſtimo à Canonicis quarumcumque Eccleſiarum in admitten-
51 dis clericis inferioris ordinis ad notandum in capitulo; quando quidem, longo experimento compertum eſt, inde innumeras, tractu temporis, excitati diſſentiones, atque diſcordias, prout tot Rotales deciſiones in dies teſtantur; namque licèt verùm ſit, quod in rebus Eccleſiæ gerendis, & gubernandis, quanto ſunt plures; tanto plura
52 videant, in eiſque perſpicacior ſit ratio ad diſcernendum, *hac conſultiſſima, Codic. qui teſtam. facere poſſ.* & ut ſacri Canones teſtantur, integrum ſit judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur, ut *in cap. prudentiam, in princip. de offic. & poteſt. iud. deleg.* prout dicitur in una *Cracovien. Iuris eligendi, quæ eſt deciſ.* 265. *num.* 5. *cum plurib. ſeqq. part.* 5. *rec.* Ut plurimum nihilominus, clerici hujuſmodi inferiores, cujuſcunque in Eccleſia ſint denominationis, ad capitulum à Canonicis, licèt legitimè admiſſi, non rarò hac facultate ſibi attributa abutuntur; ipſique Canonicis nedum æquales, verùm etiam majores effici, cōtra omnem juris ordinem, ac honeſtatem, ſatagant; & ubi ſunt ad miniſtrandum introducti, ſibi ſtudent miniſtrari: nec inutile exemplum affertur in una *Hiſpalen. Præeminentiarum*, quæ eſt *dec.* 416. *p.* 1. *rec.* ubi Portionarii Eccleſiç Hiſpalen. prætendebant, dum miſſam cantarent, quod Canonici illis inſervirent pro Diacono, & Subdiacono, ex ſolito, & conſueto dictæ Eccleſiæ; ſed cum eſſent inferioris ordinis, ideoque indecens, & indecorum eſſet, Canonicos illis, ut ſupra deſervire, ac conſtaret, ipſos Portionarios multis prærogativis carere, quas habent Canonici; immò in referendis negotiis in capitulo, talis aderat diſparitas, quod Portionarii id facerent ſtantes, & capite diſcoperto, Canonici verò ſedentes, capite tecto, ex his dictum fuit, ſatis apparere, Canonicos eſſe Portionariis digniores, & ſuperiores: Portionarios verò inferiores Canonicis; ex quibus reſultare debebatur juſtificatio indecoria, & indecentiæ circa ſervitium, quod Portionarii prętendebant ſibi à canonicis præſtari; cum, ſecundum juris diſpoſitionem, indecorem, & inhoneſtum videatur, quod major minori deſerviat, *c.* 1. & *c. ſtatuimus, de major & obed.* prout dicitur in prædicta deciſione, & in alia ſimili in eadem cauſa, quæ eſt *dec.* 466. *d. tom.* 1. *rec.*

Hoc enim ſervitium prçſtandum eſt tantùm à Canonicis Subdiaconis, & Diaconis Prælato, ac etiam canonico celebranti; quod fuit per Sacram Congregationem Rituum ſic declaratum, videlicet, *Dignitate, vel Canonico ſolemniter celebrante, Canonici pariter pro Diacono, & Subdiacono, & non alii inferiores ſervire debent*: prout in una *Sipontina Montis Gargani* 8. *Martii* 1631.

Et cum aliàs in collegiata Eccleſia S. Felicis Gerunden. illius beneficiatis fuiſſet ab illius Epiſcopo conceſſum, & à Clemente VIII. per Breve confirmatum, ut ſe pro libito voluntatis convocare poſſent, ac omnia facere, quæ Collegio competere conſueverunt, nihilominus poſtmodum fuit dictum de invaliditate conceſſionis, ac Apoſtolicæ confirmationis hujuſmodi, & per Rotam deciſum, ſupradictos clericos beneficiatos non potuiſſe ſe, ut ſupra congregare ex cauſis, & rationibus adductis in una *Gerunden. Iuriſdictionis*, quæ eſt *dec.* 370. *part.* 5. *diverſ. rec.* ob alia deciſione in cauſa *Valentin. Iuris ſe congregandi* 4. *Decembris* 1596. *coram Cardinale Pamphilio ſeniore*, fuit dictum, quod valdè intereſt capitulo, ne Portionarii, vel beneficiati acquirant jus ſe congregandi, quam quidem deciſionem ſequuta fuit Rota *in alia Hiſpal. Contributionis* 22. *Maii* 1615. *coram Cardinale Pamphilio juniore, nunc S. D. N. Papa Innocentio Decimo.*

Cum verò materiæ qualitas in medium offerre ſuaſerit, quid in praxi ſervetur circa reſervationem, & collationem Dignitatum, tam cathedralium, quàm Sæcularium, & collegiatarum Eccleſiarum, abſonum prorſus non agnovimus ſubnectere, quid circa hujuſmodi dignitates vacantes, Apoſtolica Sede vacante, ſentiendum, circa illarum collationem, An videlicet Primæ Dignitates poſt pontificalem in 54
cathedralibus, ac principales in collegiatis, quæ ſunt per *regulam* 4. Cancellariæ Apoſtolicæ, reſervatæ, Apoſtolica ſede vacante, remaneant futuro Pontifici reſervatæ, an verò poſſint per Ordinarium conferri.

Hujus etenim rei dubium inde inſurgit, nempè, quia reſervatio facta per regulam prædictam, dicitur eſſe ad vitam ipſius Pontificis; quo defuncto, dicta regula, cum omnibus aliis ab ipſo Pontifice factis, expirat cum omni ſuo effectu, *cap. ſi gratioſè, de reſcrip. in* 6. ac proinde collatio prædictarum Dignitatum videtur pertinere ad Epiſcopos qui liberè poſſunt providere beneficia vacantia in omnibus menſibus ſine aliqua diſtinctione, quia cum tunc ſint omnia obſtacula ſublata, omnes menſes ſunt Ordinariorum, ut per Gonz. *ad reg.* 8. *§.* 5. *proœm. num.* 46. nam decretum, & reſervatio, quæ ſunt ſequelæ regularum, ſublatis regulis, durare non videntur, *reg. acceſſorium, de reg. jur. in* 6. & ut patet *in Clem. un. de immunitat. Eccleſ.* quando revocatur una Conſtitutio, revocantur omnes effectus ſuper illa fundati; ita etiam dicta regula extinguitur morte cujuslibet ſummi Pontificis, illam promulgantis; ex eo quod in proœm. regularum Cancellariæ novus Pontifex ſic ait, *Reſervationes, Conſtitutiones, & regulas infraſcriptas fecit, quas, &c. ſuo tempore duraturas obſervari voluit, &c.* & ſic expirant regulæ prædictæ cum obitu ipſius Papæ, licèt aliud dicendum ſit, quando aliqua diſpoſitio fit ad beneplacitum Sedis Apoſtolicę, nam ex eo, quod tunc Sedes Apoſtolica nunquā moritur, prædicta Conſtitutio perpetuò durabit; niſi à ſucceſſore fuerit revocata; nam quādo aliqua diſpoſitio cantat ad beneplacitum Papę, tunc per ejus obitū, per quem ipſius beneplacitum omninò extinguitur, eo ipſo expirat, ut in *d. cap. ſi gratioſè*; ſecùs verò eſt, ſi dicatur *ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitum*; quia cum ipſa ſedes nunquam

mortatur, durabit perpetuò; ac proinde dixit Philippus Probus relatus ab eodem Gonz. *loc. citat. num.* 21. quod ſicut Sol, & Luna nunquam deſinent eſſe, ita nec ſedes Apoſtolica.

Quarè, cum beneficium vacaverit de tempore, quo regula reſervatoria non erat in rerum natura, ſed fuerat cum conditore ſepulta, & jus commune vigebat, quo omnes menſes ſunt Ordinarii, Caputaq. *deciſ.* 86. *num.* 3. *lib.* 1. Creſcent. *deciſ.* 3. *num.* 4. *de privileg.* tunc beneficium non incidit in reſervatione, & ideò proviſio talis Dignitatis videtur ſpectare ad Ordinarium, quia, cum illius vacatio contingit Apoſtolica Sede vacante, quo tempore regulæ Cancellariæ deſinunt, nec aliquid operantur, & per obitum Pontificis conditionis, earum vis, & authoritas expirarunt, Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 11. *qu.* 2. *n.* 31. Seraph. *deciſ.* 980. *num.* 12. ideò Sede Apoſtolica vacante, omnes menſes ſunt Ordinariorum, qui tanquam ad jus commune revertentes, poſſunt providere de beneficiis vacantibus in quolibet menſe, ut ſupra dictum eſt, & cum per vacationem prædictæ Sedis Apoſtolicæ ſint jam remota obſtacula reſervationis, per dictam regulam inducta, omnes menſes ſunt Ordinarii.

At verò præmiſſis non obſtantibus, contrarium prorſus dicendum eſt, nempè hujuſmodi Primas, & principales Dignitates, etiam Apoſtolica ſede vacante, non poſſe Ordinarios conferre, ſed illarum collationem futuro Summo Pontifici eſſe reſervatam; ac ad ipſum ſpectare certum eſt; cujus rei cauſam ſæpius fuiſſe ventilatam, re-

35 ſtatur Gamb. *de auth. leg. à lat. lib.* 3. *nu.* 180. & fuit in Rota, majori Dominorum ſuffragio reſolutum pro dicta reſervatione, qui ad id fuerunt moti ex *Extrav. Pauli II. de præb. inter communes*, quæ incipit, *Ad Romani Pontificis providentiam:* ibi, *Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri per diverſas earum Conſtitutiones quas ſuas ſuo tempore duntaxat durare voluerunt, quecunque beneficia Eccleſiaſtica, quæ ſui, & S. R. E. viventium & tunc exiſtentium Cardinalium familiares continui commenſales obtinebant, & in poſterum obtinerent, & eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel alias receſſiſſent, necnon illa, quæ, etiam fructuum, & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores, & qui ipſorum prædeceſſorum temporibus ſua officia exercuerunt, nunc ſubcollectores, durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuſcumque locis vacaverint cum irritantis appoſitione decreti; & deinde prædeceſſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriuſque juris interpretes, etiam Officiales Romanæ Curiæ ſæpe numero haſitatum extiterit, an beneficia hujuſmodi propter reſervationem, & decretum prædicta reſervata, vel affecta remanſerint, ita quod nullus præter Romanum Pontificem, de illis diſponere potuerit, ſive poſſit, &c. Nos, qui &c. conſiderantes effectum per reſervationem manuſque appoſitionem eorundem prædeceſſorum in dictis beneficiis in eſſe productum per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere revocatum &c. omnia, & ſingula beneficia &c. etiā ſi Prapoſitatus, Canonicatus, Prapoſitura, & præbenda, Dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, &c. per hujuſmodi reſervationem, & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullumque de illis præter Romanum Pontificem, ea vice, quovis modo diſponere potuiſſe, ſive poſſe, harum ſerie decernimus, & pariter declaramus, &c.*

Et licèt ſupradicta *Extrav.* loquitur de beneficiis familiarium, & Officialium, nulla facta mentione de regula, ac Dignitatibus prædictis, nihilominus dicendum eſt, quod, cum ratio ſit generalis, debet intelligi in quacunque reſervatione; ex eo quod ponderatur appoſitio manus Papę, quæ eſt in uno, ſicut in alio caſu; ac proptereà fuit dictum, non dari diverſitatem inter unum, & alium caſum; ex eo, quod lex, quantumvis correctoria, ſi habeat rationem expreſſam prout in dicta Conſtitutione, extenditur ad majoritatem rationis; cum non ſit extenſio, ſed intenſio, & comprehenſio, *l. ſed ſi Iulianus* §. *mutui, ff. ad Maced.* ac inſuper, ſi ſupradicta *Extrav.* non haberet aliquam rationem expreſſam, adhuc in hoc caſu militaret, ubi non eſt dare rationē diverſitatis, Gamb. *d. lib.* 3. *num.* 181. qui licèt difficultatem faciat ad reſpondendum prædictæ *Extrav. at in num.* 195. nihilominus ex iis, quæ hic ſubſequuntur, firma remanet cōcluſio, quod ſupradictæ Dignitates, reſervatæ remaneāt, etiam ſi vacaverint Apoſtolica ſede vacante, ac id. Gamb. *loc. cit. n.* 180. refert hunc caſum, videlicet, quod poſt obitum Leonis vacavit una Dignitas, quę fuerat per regulas ſuas reſervata, & dum dubitaretur, an remaneret, affecta fuit per Rot. concluſum affirmativè, ex illa regula, quod beneficia ſemel affecta per reſervationem Papæ, ſemper remanent affecta; idem docet Mandoſ. *reg.* 10. *qu.* 6. *antè n.* 6. ibi concludens, quod ſtante *d. Extrav. Pauli II.* cum ſit perpetua, reſervationis effectua, mortuo Papæ reſervante non expirat, ſed illa remanet, & operatur; idem docet Gonz. §. 5. *proœm. ſub na.* 49. *verſ. rurſus non obſtat*, ubi quod dicta *Extrav.* declarat, ſemper durare reſervationem beneficiorum familiariū Cardinalium, Collectorum, & ſubcollectorum, ac aliam quamcunque reſervationem factam à Papa defuncto; quod procedere ait in omnibus reſervationibus, etiam ratione rei, veluti Epiſcopatuum, Monaſteriorum, Dignitatum primarum poſt pontificales, & principalium in collegiatis nec non in reſervationibus ratione perſonarum, ut ſupra dictum eſt; quia licèt vacatio contingat Sede Apoſtolica vacante, ſemper remanet reſervatio prius ſimpliciter, & abſolutè facta, & cauſata, & Ordinarii ſe intromittere non poſſunt, ut in *d. Extrav.*

Et ſic ex præmiſſis patet, quod beneficia prædicta tunc per reſervationem, etiam ante vacationem, ſunt effecta; quia reſervatio prædicta facta eſt abſolutè, & purè ac de beneficiis certis, & certarum perſonarum, ut de Dignitatibus prædictis, Monaſteriis, Beneficiis familiarium, & Officialium, &c. ſeù cum reſervatione qualitatis beneficii, ut quia eſt Dignitas principalis, Monaſterium, &c. vel ratione qualitatis perſonę, ut quia ſit familiaris, Officialis, &c. tunc enim data illa qualitate, tempore regulæ, ſeù reſervationis, reſervatio intrat, & afficit beneficium; ita ut maneat affectum; licèt poſteà regula expiret aut qualitas ceſſet; & ita procedit *d. Extravag. ad Romani*, & ejus ratio, ut per Garc. *de benefic. part.* 5. *capit.* 1. *num.* 789.

Unde pro hac praxi optimè probat idem Gac. *p.* 12. *ca.* 2. *num.* 92. quod quando reſervatio beneficii eſſet perpetua, ut in prima Dignitate poſt pontificalem, quæ ſemper reſervata eſt, ſeù affecta per regulam Cancellariæ, non poteſt per Epiſcopum uniri.

Vt autem præmiſſa clarius appareant, duo ſunt caſus conſtituendi, quorum Primus eſt, quando agitur de reſervatione, quę fit ratione temporis, prout *in regula* 8. *hodiè* 9. tunc enim reſervatio, & affectio non contrahitur, nec inducitur, niſi in menſibus *in d. regula* 9. ſtatutis vacatio beneficii contingat; & ad effectum hujus reſervationis conſideratur illud tempus vacationis, Caſſador. *deciſ.* 8. *num* 9. & 12. *de præb.* Rot. *deciſ.* 774. *num.* 3. (*in* 10. *lib.* 3. *par.* 3. *div.* quia hęc reſervatio beneficii inducitur ſolum in ipſo obitu poſſeſſoris, & vacationis, contingentis tali menſe Sedi Apoſtolicæ ad conferendum aſſignato. Unde, ſi talis vacatio contingeret ſede ipſa vacante etiam ſi altàs eſſet menſis Apoſtolicus, nihilominus collatio ſpectaret ad Ordinarium; quia vacatio Sedis Apoſtolicę impedit, & excludit reſervationem, & regulę Cancellarię tunc non operantur, & ita intelligenda ſunt quę dicit Gonz. *in* §. 1. *proœm. n.* 74. *poſt medium.*

Secundus verò caſus eſt, quando agitur de reſervatione, quæ inducitur, vel ratione perſonarum, ut puta, quia poſſidens beneficium erat familiaris Cardinalium, vel Collector, aut ſubcollector, vel alia adeſſet reſervatio, quæ perſonæ poſſeſſoris hæreret, vel ratione ipſius beneficii, ut quia eſſet prima Dignitas, Monaſterium, vel alio modo ratione rei affectum Sedi Apoſtolicæ, tunc enim, etiamſi vacatio contingat, ſede Apoſtolica vacante collatio ſpectat ad futurum Pontificem, quia hoc caſu reſervatio non inducitur in ipſo obitu poſſeſſoris; & ſic in vacatione, quo tempore jam regulæ Cancellariæ expirarunt; ſed fuit inducta, & jam fixa à principio, ſtatim ac ille fuit familiaris, Collector, vel ſubcollector, vel beneficium fuit prima Dignitas, ut eſt caſus noſter, vel alio modo anteà affectum Sedi Apoſtolicę; quo tempore regulę Cancellarię vigebant, & ſuum effectum, nempè reſervationem jam induxerant: & quamvis Sede Apoſtolica vacante dictę regulę Cancellarię tanquam authoritatis tunc deſtitutæ, non inducant eo tempore reſervationem, non inde tamen reſervationes prius, vivente Papa, & regulis vigentibus, inductę, & infiaę deſinunt, nec expirant; immò beneficium ſemel affectum, ſemper remanet effectum, *ut in d. extrav. Ad Roma.*

Quam quidem diſtinctionem fecit Rota *in una Andriē.*

Archi-

Archidiaconatus 5. *Decembris* 1625. *coram Merlino*, quod caſus talis erat; nempè quod mortuo Gregorio XV. fel. rec. & antequam ſimilis record. Urbanus VIII. ad Apoſtolatus apicem aſſumeretur, vacavit Archidiaconatus, prima Dignitas poſt Pontificalem, per obitum Vangelæ, & de eo fuit proviſus per Ordinarium Joannes, ac poſtmodùm à prædicto Urbano fuit collatus Riccardo, & circa id dubium verſabatur in reſervatione; ex eo, quod prædictus Archidiaconatus vacaverit ſede Apoſtolica vacante; quo tempore regulæ Cancellariæ deſinunt per mortem Pontificis conditoris, ut ſupra diximus; & fuit reſolutum ad favorem prædicti Riccardi proviſi Apoſtolici, ex rationibus allatis in ſecundo caſu prædictæ deciſionis; quam per extenſum habes penes Vivian. *in prax. iurepatr. lib.* 5. *c.* 5. *ſub n.* 164. & ita ſervat Dataria, & Cancellaria Apoſtolica, & ſciunt omnes Curiales.

Supradictam diſtinctionem tranſcripſit etiam Barboſ. *in addit. ad alleg.* 57. *num.* 62. & ſingularis reputari poteſt propter caſus, qui circa hoc contingere poſſunt, prout eveniſſe ſcimus; nec id ratione caret: nam reſervationes ſemel per regulas inductæ, licet odioſæ ſint, & juriſdictionem ordinariam abſorbere videantur, tamen per obitum Papę non expirant, ut ait Sarnen. *reg. de publ. reſig. quæſt.* 6. *num* 6. *verſ. ſic etiam videmus*, quia hujuſmodi regulæ inducunt affectionem permanentem; quod quidem ſi ſecus eſſet, oporteret dicere, quod cum Papa, in 2. *reg.* ſibi reſervet generaliter omnes Eccleſias Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales, ac Monaſteria virorum, &c. Sede Apoſtolica vacante, ac occurrente vacatione per obitum Prælati, ante quam novus Pontifex ſucceſſor feciſſet reſervationes Eccleſiarum, quodlibet capitulum poſſet eligere ſuum Patriarcham, Primatem, Archiepiſcopum, vel Epiſcopum, & Conventus Monaſterii ſuum Prælatum regularem, ſub prætextu, quod per vacationem Sedis Apoſtolicæ, fiat reditus ad jus commune. Ex nihilominus, ſtantibus pręmiſſis, aliter eſt dicendum; ac proinde ait Gamb. *de auth. leg. lib.* 3. *num.* 196. quod ſi vacante Sede Apoſtolica, contingeret vacare Epiſcopatum, electio, & confirmatio facta in partibus valeret ex ibi per eum allegatis, nam de jure communi, mortuo Epiſcopo, ſive alio ſuperiore, per capitulum, & Canonicos novus eligebatur, *c. ſacro, §. ex iis* 63. *diſt.* cum aliis relatis per Mandoſ. *reg.* 2. *q.* 1. *in proœm. nu.* 2. *&* 3. ſed quia Papa eſt dominus abſolutus in beneficialibus, nemo debet mirari quod reſervat beneficia, quæ vult, & tanto magis iſta digniora, quibus melius providere poteſt ipſe, quàm alius, Gamb. & Mandoſ. *loc. cit. & d. Extrav. Pauli II.* procedit in omnibus reſervationibus ratione rei, veluti Epiſcopatuum, Monaſteriorum, & primarum Dignitatum poſt pontificales, & principalium in collegiatis, quæ etiam declarat, ſemper durare reſervationem familiarium Cardinaliū, Collectorum, & Subcollectorum, & aliam quamcumque reſervationem factam à Papa defuncto.

Eſt tamen hic advertendum, quod licèt Campanil. *in ſuo Diverſ. jur. canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 26. *&* 27. contrarium teneat, nempè, quod hujuſmodi primæ Dignitates, ſede Apoſtolica vacante, poſſint ab Epiſcopo conferri, nullam aliam ibi adducens authoritatem; niſi quod ipſe reſpondit Epiſcopo Minoren. ejus patruo ſub die 26. Ianuarii 1591. illum conferre potuiſſe primam Dignitatem in cathedrali Eccleſia Minoren. Apoſtolica ſede vacante; non obſtante regula Cancellariæ, reſervante ſummo Pontifici Dignitates majores poſt pontificales; quia ceſſante dicta regula, ceſſat prohibitio, illius vigore facta Epiſcopis conferendi dictas primas Dignitates; cum eiſdem Epiſcopis nulla alia lege id interdictum reperitur; unde mortuo Innocentio IX. poterat dictus ejus patruus prædictam primam Dignitatem conferre, ſtante diſpoſitione juris communis, per quam Ordinarii poſſunt conferre omnia beneficia exiſtentia in propria Diœceſi, Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 1. *qu.* 10. *num.* 49.

Nihilominus verò (ſalva pace prædicti, Campanilis, viri alioqui undequaque peritiſſimi) hæc ſua opinio, neque in theorica, neque in praxi ſuſtineri poteſt; quia ex diametro adverſatur ſolido, & inconcuſſo ſtylo, & obſervantiæ Datariæ Apoſtolicæ, quæ, ut obſervavi, in caſibus vacationis hujuſmodi Dignitatum ab Ordinario collatarum, Sede Apoſtolica vacante, aut ſuper iſtis collationibus illa dat novas proviſiones, in forma ſolita, cum annullatione poſſeſſionis forſan ſubſequutæ, ob decretum irritans, quod habent regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ (licet aliter aliquando ſervetur, cum dicta regula 4. n habeat tale decretum) aut denuò ſimpliciter conferuntur per Papam, & ſupradicti proviſi ab Ordinario compoſuerunt in ipſa Dataria pro fructibus malè perceptis, & ſic vidimus ſervari per novum Pontificem ſucceſſorem, & patet omnibus Curialibus.

Rectè tamen contrarium procedere poſſet, quando videlicet ipſa prima Dignitas eſſet de jure patronatus laicorum; tunc enim ad præſentationem patronorum, poteſt Epiſcopus, ab illis præſentatum, inſtituere quicquid dixerit Covarr. *pract. qq. cap.* 36. cum aliis relatis per Garc. *in addit. ad par.* 5. *cap.* 1. *num.* 591. dum ſine aliquo diſcrimine loquuntur, nempè quod præmiſſa procedunt in Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, Decanatibus, & aliis Dignitatibus, quæ Summo Pontifici reſervantur per *regul.* 2. *&* 3. *Cancell.* nam in ſupradictis, laici patroni utuntur præſentatione, eamque exhibere tenentur Romano Pontifici, non autem Prælatis inferioribus.

Nam veriùs eſt, quod non ſolum in beneficiis minoribus, ſed etiam in Decanatibus, & aliis Dignitatibus, quæ reſervantur per 4. *reg.* præſentatio fieri poteſt coram Ordinario, ut ab eodem fiat inſtitutio, & contraria ſententia ſupradictorum habet locum in Abbatiis, ſeù Prioratibus, & aliis Dignitatibus Conſiſtorialibus, quæ per Conſiſtorium providentur, & in Dignitatibus exemptis ab Ordinario, in quibus pręſentatio eſt facienda Papæ, id. Garc. *d. num.* 591.

Immò antequàm emanaſſet ſupradicta deciſio in *Andrien. Archidiaconatus coram D. Merlino*, alia prius emanavit *in una Abulen. Parochialis de la Calcada* 19. *Novembris* 1593. *coram Corduba*, ex occaſione collationis cujuſdam parochialis Eccleſię vacantis, de cujus reſervatione dubitabatur, & ibi fit etiam ſupradicta diſtinctio, ubi quod ex adverſo allegata procedunt in reſervationibus de beneficiis certis, ſeu certarum perſonarum, puta familiarium, Officialium, &c. Dignitatum principalium, &c. in quibus militat ratio prædictæ *Extravag.* ac propreà fiebat diſtinctio in Rota inter reſervationem, ratione qualitatis perſonæ, ut quia ſit familiaris, officialis, &c. vel ratione qualitatis beneficii, ut quia ſit dignitas principalis &c. & reſervationem ratione vacationis in certo tempore, ut in primo caſu ſemel data illa qualitate, reſervatio intret, & remaneat inducta affectio per illam; quàvis poſteà regula expiret, ex *d. Extrav.* ex hac ratione, nempè, quia talia beneficia reſervantur purè, & ſimpliciter, & data illa qualitate, quod fuerit familiaris, vel Dignitas principalis, ſtatim in illis reſervatio inducitur, & producit effectum, cum adſit ſubjectum certum, & determinatum, in quo fundatur reſervatio.

At cum ſit reſervatio, ratione vacationis in certo tempore, & non reſerventur beneficia certa, ſed certificanda per vacationem ſuccedentem in certis menſibus, & incertum ſit, an beneficia ſint vacatura, reſervatio talis reperit aliquod beneficium, quod ab initio inficiat; ac proptereà tunc mortuo Papa, antequam beneficium per vacationem fuerit certificatum, nulla poteſt in hoc caſu affectio conſiderari.

Hæc quidem diſtinctio procul dubio eſt ſimilis primæ deſuper allatæ; placuit tamen illam etiam ſubnectere, ut clarius inde percipiatur, hujuſmodi primas Dignitates, etiam mortuo Papa, remanere futuro Summo Pontifici, abſque ulla prorſus contradictione reſervatas. Quam quidem deciſionem reperies penes Garc. *part.* 5. *capit.* 1. *ſub num.* 791. *verſ. & ita fuit concluſum, &c.*

CAPUT XIV.

Praxis Conceſſionis Indulti deferendi Inſignia pro Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium, ac Sæcularium, & Collegiatarum Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

1 *Canonici debent aliquod ſignum, ob præeminentiam ſupra alios Clericos deferre*
2 *Quod à Papa tantum conceditur.*
3 *Canonicis collegiata inſignis conceduntur per Papam inſignia Canonicalia.*

4 *Collegiata inſignes, Cathedralibus æquiparantur.*
5 *Inſignia deferendi facultas conceditur quandoque Dignitatibus Eccleſiæ, non nutem Cnnonicis.*
6 *Inſignium qualitas quandoque præſcribitur à Papa ad inſtar aliarum Collegiatarum.*
7 *Inſignia deferendi facultas quomodo petenda à Papa.*
8 *Indultum conceſſum Archipresbytero Terræ Martinæ, deferendi inſignia paſtoralia.*
9 *Archipresbytero, & Canonicis Collegiatæ Civitatis Caſtellanæ, indultum deferendi inſignia, conceſſum per Paulum V.*
10 *Necnon Collegiata S. Michaelis Lucan. per Clementem VIII.*
11 *Indultum deferendi inſignia, conceſſum Canonicis, & Dignitatibus Eccleſiæ Panormitanæ, etiam ad ſupplicationem Cardinalis, illius Archiepiſcopi. Et ſub qua formula n. 12.*
13 *Et quod Cnnonicis, Manſionariis, & Capellanis Eccleſiæ Ferrarien.*
14 *Et Canonicis Eccleſiæ Ianuen.*
15 *Inſignia Pontificalia Correctori Hoſpitalis Incurabilium Neapolis, quomodo per Gregorium XV. conceſſa.*
16 *Inſignia, quandoque majora Collegiatis, quàm Cathedralibus conceſſa, & quarè.*
17 *Abbati de Patientia Cæſarea, quænam inſignia, & privilegia conceſſa per Clementem VIII.*
18 *Inſignia deferendi, ac alia, indultum, tam in erectione eccleſiæ, quam ad partem conceſſum.*
19 *Inſignia deferendi facultas conceditur ob divini cultus augmentum.*
20 *Honor Eccleſiæ conſiſtit in eo, ut divinus cultus augeatur.*
21 *Fundatorum beneficiorum voluntati, quarè Papa adhæreat.*
22 *Inſignia deferendi, indulti formula proponitur, per ſupplicationem ad partem.*
23 *Mitræ uſum conceſſum Primicerio Eccleſiæ Neapolitanæ minori 30. annis.*
24 *Inſignia deferendi facultas, regulariter non conceditur, niſi ex voto ſacræ Congregationis Rituum.*
25 *Cappa Epiſcopalis, cum capucio coloris nigri, uſus conceſſus Priori Sancti Frigidiani per Clementem VIII.*
26 *Inſignia Canonicis, & aliis à Papa conceſſa non poſſunt ab Epiſcopo mutari.*
27 *Mitræ, & baculi uſus diverſis Abbatibus, & Præpoſitis conceſſus.*
28 *Sub qua forma conceſſus Abbati Monaſterii Præmonſtraten.*
29 *Inſignium conceſſio extra caſum erectionis Eccleſiæ, cauſam requirit.*
30 *Mitra eſt proprium ornamentum Pontificale, ſolis Epiſcopis competens.*
31 *Ætatis ſuper defectu ad Cathedrales, quomodo Papa diſpenſet.*
32 *Raynutius Farneſius, ætatis quindecim annorum, promotus à Paulo Tertio ad Eccleſiam Neapolitanam.*
33 *Et ſub qua forma fuerit ſibi conſtitutus Epiſcopus ſuffraganeus.*
34 *Inſignia deferendi indultum, quandoque ex illius abuſu, revocatum.*
35 *Et ſub qua forma revocatur.*
36 *Mitræ uſus, quomodo Abbatibus, aliiſque Inferioribus, per Clementem IV. conceſſus.*
37 *Reſidere tenentur Canonici collegiatæ, etiam non inſignis.*
38 *Secus in collegiata rurali, & quomodo id intelligatur.*
39 *Cnnonici collegiatæ Eccleſiæ non poſſunt ultra tres menſes abeſſe.*
40 *Abſentia Cnnonicorum, trium menſium, quomodo computanda, & num. 49.*
41 *Ad hanc abſentiam, nec cauſam, nec licentiam Ordinarii requiri.*
42 *Canonici omnes, eodem tempore, abeſſe non poſſunt, ſed quota eorum pars.*
43 *Collegiata dicitur Eccleſia, etiam ſi Canonici non reſideant.*
44 *Collegiata Eccleſia remanet habitu, licèt non actu, quando collegialitatem non amiſit.*
45 *Collegiatæ Eccleſiæ Canonici non poſſunt per ſubſtitutum deſervire.*
46 *Fundationi permittenti, Canonicos, ultra tres menſes abeſſe, non eſt derogatum per Concilium.*
47 *Idem dicendum ex ſtatuto confirmato à Sede Apoſtolica.*
48 *Quatenus fuerit confirmatum ex certa ſcientia.*
50 *Canonicorum Collegiatæ Eccleſiæ Medinaceli abſentia, & ſervitium.*
51 *Clauſula,* Sine alicujus præjudicio, *quibus reſcriptis adjiciatur.*
52 *Et de quo præjudicio intelligenda.*
53 *Conceſſio cenſetur facta, remoto omni juris obſtaculo.*
54 *Et quid Cancellaria Apoſtolica ſentiat ſuper hoc.*
55 *Clauſula,* Sine alicujus præjudicio *ſi non fuerit appoſita in ſupplicatione, ſuppletur per Cancellariam in litteris.*
56 *Et quatenus non apponatur, ſubintelligitur.*
57 *Principis conceſſio intelligitur ſine alicujus injuria.*
58 *Ius quæſitum tertio, poteſt Princeps de poteſtate abſoluta, tollere, etiam ſine cauſa.*
59 *In dubio tamen id non præſumitur.*
60 *Clauſula,* Sine alicujus præjudicio, *exemplificatur.*
61 *Et circa hanc Clauſulam, Rota ſequitur* Oldrad. conſil. 330.
62 *Intelligitur hæc Clauſula, de alio præjudicio, quàm de expreſſo.*
63 *Nec ad id requiritur derogatio regulæ* de non tolled. jur. quæſ.
64 *Nec in gratia de ſui natura præjudiciali.*
65 *Neque in iis, quæ fiunt ratione publicæ utilitatis.*
66 *Nec nominandæ ſunt perſonæ, quibus præjudicatur.*
67 *Parochialis, ſi erigatur in Collegiatam, præcedit alias parochiales.*
68 *Erectionis gratia eſt de ſui natura præjudicialis.*
69 *Gratia de ſui natura præjudicialis, quarè non requirat derogationem reg.* de non toll. jur. quæſ.
70 *Quando tamen requiratur ipſa derogatio in ſpecie.*
71 *Clauſula* Vocatis, *vigore, qui ſint citandi in erectione Collegiatæ Eccleſiæ.*
72 *Et an vocandi beneficiati, quorum beneficia uniuntur prædictæ Eccleſiæ.*
73 *Clauſula,* Vocatis *non ſuſpendit unionis effectum, ſed protrahitur illius exequutio.*
74 *Nec importat conditionem.*
75 *Erectio parochialis Eccleſiæ quandoque fit invito illius Rectore.*
76 *Et ſub qua forma.*

ROchetum, & Cappas cum pelle alba. Canonici namque aliquod ſignum habere debent propter dignitatem, quam habent, & præeminentiam ſupra alios clericos, ut à cæteris dignoſcantur; quod quidem ſignum Canonicis Eccleſiæ cathedralis, aut collegiatæ non poteſt Epiſcopus concedere, 1
vel conceſſum mutare, inconſulta Sede Apoſtolica; prout 2
nec etiam de novo Almutiam, ut Congregatio declaravit in una *Camerinen.* 25. *Ianuarii* 1602. *& in alia Placentin.* 16. *Ianuarii* 1604. neque Cappam; ſine privilegio, & expreſſa licentia Sedis Apoſtolicę, ut eadem Sacra Congregatio in una *Elnen.* 10. *Ianuarii* 1604. prout refert Barboſ. *de Canon. & dignit. cap.* 2. *num.* 26. *fol.* 25. ubi ait, ſe repe– riſſe d. Sacram Congregationem conceſſiſſe Canonicis Eccleſiæ Placentin. Provinciæ Bononien. 2. Marrii 1616. & Canonicis Papiæ 13. Iunii 1614. & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Secundi Aſten. Civitatis 16. Maii 1601. hujuſmodi inſignia; ac proinde præſcribit Summus Pontifex in hac erectione, veſtes tam Dignitates in ea obtinentibus, quam Canonicis; quas quidem veſtes pro qualitate Eccleſiæ concedit, quod fieri, ut plurimum conſuevit ad partium petitionem, non modò in ipſa erectione, verum 3
etiam ad partem, tam in cathedralibus, quàm in collegiatis inſignibus, quæ ipſis cathedralibus æquiparantur. *c. ſæpè* 4
contingit, de elect. in 6. *glo. in c. ſtatut. in verbo, cathedralium de reſcr. eod. lib.*

Quandoque etiam tribuitur hæc Pontificia facultas, non

omni-

omnibus Dignitatem obtinentibus, Canonicis ejuſdem Ec-
cleſiæ, ſed tantummodò ipſis Dignitatibus; quandoque verò
primæ tantùm Dignitati; nimirum, quod ſolus pro tempore
futurus Præpoſitus Cappa, & Rocchetto, cæteri verò, inſi-
gniis in ſimilibus uti ſolitis, & conſuetis.
Nec tamen in omnibus hujuſmodi erectionibus ſemper
præſcribi conſuevit per ipſum Pontificem qualitas horum
inſignium, ſed tantummodo apponitur, ut quoad dela-
tionem, videlicet Almutiarum, & Capparum, iis qui-
bus aliæ collegiatæ Eccleſiæ illarum partium, quarum per-
6 ſonæ capitulum conſtituunt, utuntur, uti poſſint. Quan-
doque conceditur ſupradictis perſonis, quod omnibus, &
ſingulis privilegiis libertatibus, immunitatibus, exemptio-
nibus, prærogativis, antelationibus, favoribus, præemi-
nentiis, indultis, conceſſionibus, aliiſque gratiis, tam
ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliæ ſæculares,
& collegiatæ Eccleſiæ illarum partium, illarumque capi-
tula, & Canonici, de jure, privilegio, ſtatuto, conſue-
tudine, uſu, aut aliàs quomodolibet, utuntur, fruun-
tur, potiuntur, & gaudent, &c. ita pariformiter, &
æquè principaliter, &c. uti, frui, potiri, & gaudere poſ-
ſint, &c. licèt per hæc verba præſertim *privilegio, ſtatuto,
uſu, conſuetudine, &c.* videatur comprehendi etiam facul-
tas deferendi ſupradicta inſignia, nihilominus ſemper fuit
de hoc permaximè dubitatum; ac propterea periti Curia-
les, curant id clarius, & præciſis verbis explicari, videli-
cet, *omnibus, & ſingulis aliis collegialibus ſignis, & inſi-
gniis collegiatarum Eccleſiarum inſignium*, optimum ta-
men erit, ſi addatur, *etiam quoad delationem almutiarum
7 & capparum, quibus alia collegiata illarum partium, qua-
rum perſonæ Capitula conſtituunt, ac earum necnon cathedra-
lium, & Metropolitanarum Eccleſiarum Canonici, Por-
tionarii, & Dignitates, in illis obtinentes, de jure con-
ſuetudine, vel privilegio, ſeu aliàs quomodolibet utuntur,
&c. poſſint*, quod ſervari videmus in collegiatis inſigni-
bus, quaſi ſcimus adeſſe in partibus Hiſpaniarum, quon-
iam nò in illis collegiatis Eccleſiis, ubi præſertim pro pri-
ma Dignitate inſtituitur Abbatia; nam illius Abbati con-
cedi conſuevit, ut Rochetto ad Epiſcoporum inſtar,
ac mitra, annulo, baculo paſtorali, aliiſque Pontificia-
libus inſigniis uti poſſit, ut in erectione collegiatæ Eccleſiæ
Oppidi de Medina Cœli Seguntin. Diœceſis, conceſſit Pius
Quartus, qui eidem Abbati etiam indulſit, ut tam in dicta,
quàm in aliis Eccleſiis, & locis Eccleſiaſticis in quibus in
Pontificalibus pro tempore celebrabit, benedictionem ſo-
lemnem poſt miſſarum, Veſperorum, aliorumque divino-
rum officiorum ſolemnia, ſuper populum inibi intereſſen-
tem, dummodo aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Lega-
tus præſens non ſit ſeu ſi præſens fuerit, ejus ad id accedat aſ-
ſenſus, valeat impartiri.
8 Archipresbytero ſæcularis, & collegiatæ Eccleſiæ Ter-
ræ Martinæ, Tarentin. Diœceſis, fuit in erectione
prædictæ collegiatæ indultum, ut mitra, annulo, & ba-
culo Paſtorali, & aliis inſigniis paſtoralibus in dicta col-
legiata, & aliis prædictæ Terræ Eccleſiis, & Capellis;
uti, & in eis Chriſti fidelibus ad eas accedentibus, bene-
dictionem ſolemnem poſt miſſarum, & matutinorum ſo-
lemnia, ac in proceſſionibus, & aliis ſtationibus in illis
faciendis: dummodo aliquis Antiſtes ibi non fuerit, elar-
giri, ac clericalem tonſuram omneſque ordines minores
in dicta terra conferre; necnon calices, patenas, ac alia quæ-
cunque ornamenta Eccleſiaſtica benedicere, &c. poſſit.
Et in erectione ſæcularis, & collegiatæ Eccleſiæ Civi-
9 tatis Caſtellanæ, facta per felic. recordat. Paulum V. fuit
conceſſum, ut Archipresbyter, qui inibi principalem Di-
gnitatem obtinet, Capuccium violaceum; necnon Ca-
nonici Rochettum cum pellibus variis in humeris, ac be-
neficiati, veſtes violaceas in dicta Eccleſia, & extra eam,
necnon in proceſſionibus, & actibus capitularibus geſtare,
& deferre valeant.
Et per fel. rec. Clementem VIII. cui narratum extitit, quod
in collegiata Eccleſia S. Michaelis in foro Lucan. unus De-
10 canus, ac novem Canonici, & duodecim Capellani, necnon
triginta clerici jugiter reſident, reperirentur, ibique populus
Lucan. frequenti numero convenire ſoleret, conceſſit ipſis
Canonicis uſum mozzettæ nigræ, & Rochetti, Capellanis
verò prędictis uſum Guffi, ſeù Almutiarum cum pelle nigra
& leonata, tam in dicta Eccleſia, quàm etiam in omnibus fu-
neralibus, proceſſionibus, & quibuſvis aliis actibus capitula-
ribus publicis, & privatis omnibus, & ſingulis anni tempori-

bus, & diebus deferre, & geſtare valerent.
Necnon ſimilis recordationis Paulus V. cui narratum ex-
titit, quod Civitas Panormitana, quę caput Regni Siciliæ, &
Metropolis exiſtit, ſitus amplitudine, palatiorũ, & ædificio-
rum magnificentia habitatorum numero, portus maritimi
commoditate, necnõ Proregis, & Supremę Curiæ dicti Re-
gni ſolita reſidentia, omnium aliarum Civitatum ejuſdem
Regni celeberrima illiuſque Metropolitana Eccleſia admo-
dum antiqua, ac Dignitatum, necnon Canonicatuũ, & prę-
bendarum, aliorumq; beneficiorum eccleſiaſticorum nume-
ro, aliiſq; qualitatibus; & diverſis titulis, inter omnes cathe-
drales, & Metropolitanas ejuſdem Regni celebris diverſis ti-
tulis inter omnes cathedrales, & Metropolitanas ejuſdem
Regni celebris, inſignis, & conſpicua, exiſtit, ad ſupplicatio-
nem illius capituli, ac etiam Cardinalis ab Auria illius Prę-
ſulis Dignitates obtinentibus, & Canonicis ejuſdem Eccle- 11
ſię conceſſit, ut quibuſcumq; anni diebus, & temporibus Ro- 12
chettum, & Muzzettam violaceam, ſerico rubeo ſubſutas, &
conſutas in dicta Eccleſia ac in proceſſionibus, & quibuſcũ-
que actibus, & ubicunque geſtare valerent, indulſit.
Ad partem etiam, ut ſupra dixi crebro conceditur ſimile
indultum, videlicet deferendi Cappas, & alia inſignia pro
Canonicis, ſive cathedralis, ſive collegiatæ Eccleſiæ, & pro
Canonicis cathedralis Eccleſiæ Ferrarien. fuit Papæ narra-
tum, quod ſunt in eadem Eccleſia tres Dignitates, ac qua-
tuordecim Canonicatus, unumque Manſionariorum; qui
numero octo exiſtunt, & alterum Capellanorum collegia
inſtituta, & tàm capitulum, quàm Dignitates prædictas in
ea obtinentes, necnon Canonici, Manſionarii, & Capellani
prædicti pro ipſius Eccleſiæ decore, illis conceſſum extitit, ut
in choro, & capitulo, tempore hyemali, videlicet à die feſti-
vitatis omnium Sanctorum uſque ad Sabbatum Sanctum
Cappis violaceis cum Cappuceiis intus, quoad Canonicos, 13
& Dignitates hujuſmodi obtinentes, cum armellinis quo
verò ad Manſionarios, & Capellanos, manicis, ad diſtinctio-
nem Canonicorum, & Dignitates prædictas obtinentium,
careant. Æſtate verò, & reliquo anni tempore, quoad Ca-
nonicos, & Dignitates obtinentes, cottis, & Rochettis, quo
verò ad dictos Manſionarios, & Capellanos, cottis tantum
uti valerent. Poſtmodum verò ſub die 28. Ianuarii 1606. *Sa-
cra Congregat. Rituum* declaravit eiſdem Capellanis con-
cedendum eſſe uſum cappatum, non obſtante decreto, à ca-
nonicis contra ipſos Capellanos obtento, teſte Barboſ. *in col-
lect. bull. verba Cappa fol. 149. verſ. 9.* Prout etiam privilegiũ
deferendi cappas conceſſum ab Innocentio VIII. Eccleſię
Ianuen. comprehendit, etiã Capellanos extra maſſam, quan- 14
do inſerviunt choro, & incedunt in proceſſionibus, prout
declaravit *Sacra Congr. Rituum in una Ianuen 22. Ianuarii
1618. & 10. Decembris 1619.* licet poſt modum ipſa Congre-
gatio receſſerit ab hac declaratione, & dixerit, prædictum
privilegium competere ſolum presbyteris, ſeù Capellanis de
Maſſa privativè quoad omnes alios ejuſdem Eccleſię capel-
lanos, idem Barboſ. *loc. cit. verſ. 10.*
Correctori pariter Hoſpitalis Incurabilium Neapolitan.
conceſſit fel. record. Gregorius XV. ut durante officio Cor- 15
rectoris hujuſmodi tantum, in eccleſia dicti Hoſpitalis, & in
quibuſvis aliis Eccleſiis, & capellis eidem correctori, ratio-
ne prędicti Hoſpitalis, ſubjectis, ac in Proceſſionibus, aliiſq;
actibus, & cęremoniis publicis, dummodo prædictus corre-
ctor fuerit in ſacro presbyteratus ordine, & in Dignitate Ec-
cleſiaſtica conſtitutus, ut mitra, & baculo paſtoralibus, nec-
non chyrothecis, annulo, ſandaliis, mantello, ſeù mozzetta,
Pileo Rochetto, habitu, coloribus, cęteriſq; inſigniis Ponti-
ficalibus, uti, illaque inducere, deferre, & geſtare, ac etiam
miſſas, & alia divina officia, more Epiſcoporum, celebrare,
ac benedictionem ſolemnem populo ad divina intereſſenti
ſolemnem impartiri, indulſit, de quo indulto, etiam memini
in mea *Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib. 7. c. 4. n. 75.*
Sanè pro hac praxi non omittam, quod licet hujuſmodi,
& alia inſignia concedi per Papam conſueverint, etiam
Canonicis collegiatæ Eccleſiæ, ne tamen videantur quan-
doque ſive paribus, ſive majoribus inſigniis ac prærogati-
vis, quam Canonici cathedralis Eccleſiæ honoribus affici,
atque condecorari, proinde ipſe Pontifex in his conce-
dendis exquirere prius conſuevit, an Canonici inibi ca-
thedralis exiſtentis, ſimilibus aut majoribus, vel minori-
bus gaudeant indultis deſuper, & prærogativis; ne in his
Canonici collegiatæ videantur majoris conditionis Cano-
nicorum cathedralium; cum iſti ſint in magno honore, ma-
gnaque præeminentia conſtituti, *c. quamvis, §. quamquam de*

præb. in 6. dicanturque pars corporis Eccleſiæ, & Epiſcopi, Gonzal. *ad reg.8. gloſ.2. num. 39.* præmiſſaque proinde fieri debeant ſine eorum præjudicio; attamen non ſemel in his erectionibus concedendis ad petitionem laici de propriis bonis dotantis, pinguius ſuper hiis conceditur indultum, quàm in ipſa cathedralis habeat; attentis qualitatibus in hujuſmodi erectionibus requiſitis; puta ſi in Oppido magnus adſit focularìorum numerus, nempè quingentorum, necnon Doctorumque, divitumque copia, populique frequentia, quæ in hac erectionis materia, apta eſt inducere Pontificem ad illud concedendum, cum faciat locum, & Eccleſiam inſignem pro divini cultus augmento, ut dixit Vital. *in clement. gravis, de ſenteut. excommun. num. 56.* Rot. *deciſ. 29. num. 8. & 11. part.2. diverſ.* maximè, attenta parochiali ſic in collegiatam erigenda, puta ſi ſit aliarum parochialium Eccleſiarum matrix, in ſuiſque ſtructuris, & ædificiis amplas quarè hiis concurrentibus qualitatibus, ad Oratoris dotantis inſtantiam collegiatæ hujuſmodi Canonici, Dignitateſque in ea obtinentibus majus quan-
16 doque concedit indultum, quàm propriæ cathedralis Canonici potiuntur: hoc tamen in ipſo erectionis actu, potius, quam ad patrem; ſicut nos docuit ipſius Romanæ Curiæ uſus: cum in his conceſſionibus idem Pontifex plurimùm ipſius dotantis deſiderio deferat, qui ita, & non aliter voluit ipſam Eccleſiam dotare, eamque erigi facere in collegiatam, ut fuit dictum in una *Melevitan. Erectionis collegiatæ* penes Rub. *dec. 258. tom. 2.* in qua, præſertim *num. 23* ſubditur, quod etiam ſi Papa ſciviſſet, Canonicos cathedralis, Cappis non decorari, nihilominus illas conceſſiſſet collegiatæ, ne dotans retraheretur ab erectione: cum magis præponderet ratio augmenti cultus divini, quod ſequitur per erectionem, quàm ratio præjudicii, quod inferri poteſt Canonicis cathedralis circa diminutionem honoris, ſeù decoris, ut per Seraph. *deciſ. 847. num. 3.*

Hac quoque ratione motus prędictus Clemens VIII. ad ſupplicationem q. Annibalis Cæſarei, et exit Abbatiam de Cæſarea nuncupatam Neapolitan. cum aſſignatione annuorum redditüum Trium millium, & centorum ducatorum monetæ Neapolitanæ; ex quibus deductis trecentis pro Abbate, necnon ſexcentis pro duodecim presbyteris, totum illud, quod ſupereſſet, converteretur in neceſſitates Hoſpitalis, & Eccleſiæ ejuſdem Abbatiæ, ſimiliter eodem tempore ab eodem Clemente erecti; qui inter cœtera indulta, quæ in ipſa erectione eidem Abbati conceſſit, voluit, quod ſi dictus Abbas fuerit utriuſque, vel alterius juris Doctor, aut nobilis, & in presbyteratus ordine conſtitutus, vel aliqua honoris, & dignitatis prærogativa decoratetur, in Eccleſia dictæ Abbatiæ, mitra, annulo, &
17 baculo, cœteriſque Pontificalibus inſigniis, & ornamentis, perindè, ac ſi ipſi Eccleſiæ tanquam Abbas regularis præſideret, uti; & quoties ipſum in ea in pontificalibus pro tempore celebrare contigerit, benedictionem ſolemnem poſt miſſarum, & aliorum divinorum ſolemnia, ſupra populum inibi, tunc intereſſentem; dummodo inibi non ſit aliquis Antiſtes, ſeù Sedis Apoſtolicæ legatus, aut ſi præſens fuerit, ad id ejus accedat aſſenſus, elargiri, Necnon Imagines, cruces, vaſa, tabernacula, etiam pro conſervatione Sacramenti Euchariſtiæ, & Reliquiarum, ac Corporalia, necnon omnia, & ſingula veſtimenta, & paramenta Eccleſiaſtica, etiam ſacerdotalia, ad divinum cultum, ac ejuſdem Eccleſiæ, illiuſque Altarium uſum dicata (in quibus tamen ſacri olei unctio non adhibetur) benedicere; necnon ipſam Eccleſiam, & Cœmeterium dicti Hoſpitalis, ſi illa ſanguinis, vel ſeminis effuſione, aut aliàs pollui contigerit (aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem, ut moris eſt, benedicta) reconciliare; Ipſique Abbas, presbyteri, & Clerici, in quibuſcunque proceſſionibus, etiam generalibus, tàm in dicta Eccleſia, quam extra eam pro tempore celebrandis, propriam Crucem habere, & deferre. Et qui ex dictis presbyteris à loci Ordinario, vel à Nuncio Apoſtolico in hac Civitate reſidere, ad hoc approbati fuerint, dictum Annibalem fundatorem, & pro tempore exiſtentes patronos, Gubernatores, & Adminiſtratores, Officiales, Miniſtros, pauperes infirmos, ac febre laborantes ejuſdem Hoſpitalis à quibuſvis excommunicationis, etiam majoris, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, quibus innodati fuerint, Necnon à quibuſcumque eorum peccatis, criminibus, & exceſſibus, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus, de quibus Sedes Apoſtolicá conſulenda foret, videlicet in caſibus tam Ordinariis locorum, quàm etiam dictæ Sedi quomodolibet reſervatis, etiam contentis in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis (in mortis articulo dumtaxat, confeſſione eorom diligenter audita, in ſoro conſcientiæ, injuncta inde eis pro modo culpæ, arbitrio ſuo pęnitentia ſalutari) abſolvere valeat; prout in litteris ejuſdem erectionis ſub Datum Romæ apud S. Marcum 1601. Octavo Id. Novembris Pontificatus dicti Clementis anno Decimo.

Et quamplurima alia indulta his ſimilia vidimus ex ſupra-
dicta ratione, per ſedem Apoſtolicam, ſivè in ipſa erectio- 18
ne, ſivè ad partem conceſſa, propter augmentum divini 19
cultus, quod eſt permaximè attendendum, ut dicitur in una
Civitaten. conſtructionis Capellæ penes Seraph. *dec. 487. n.*
3. ex Butr. *in c. cum olim, num. 15. de conſuetud. & in c. ad audientiam, 2. de eccleſ. ædif.* ubi quod in eo conſiſtit honor, ut
cultus divinus augeatur, ac propterea Papa ſæpè voluntati 21
fundatorum adhęret, ut alii quoque ad Eccleſias ædificandas
invitentur; maximè ubi patronus opulenter ipſas Eccleſias
de ſuis bonis patrimonialibus, & laicalibus dotaverit, ut in
ſupradicta erectione, & docuit etiam Lambert. *de jurepatr.*
lib. 1. q. 9. princip. num. 82. cum ſeqq. & dicitur in ſuprad. Rub.
deciſ. 258.

Quoniam verò hujuſmodi, & ſimilia indulta conſuevit, etiam quandoque Summus Pontifex, ex alia cauſa, ac extra caſum hujuſmodi erectionis, ad inſtantiam alicujus Magnatis ad partem, ut dictum eſt, concedere, ne ſine aliqua formula hujuſmodi conceſſionis, ulterius progrediamur, hanc, quæ ſequitur, ſubnectere viſum eſt, videlicet.

BEatiſſime Pater. Cum Eccleſia Firman. ſit ex principalioribus Eccleſiis Provinciæ Marchiæ; quippe, quæ Me- 22
tropolitana exiſtit, in ea etiam competens Dignitatum, & Canonicatuum, ac præbendarum numerus adeſſe reperiatur, qui congruos, & ſufficientes habent redditus pro illos obtinentium ſuſtentatione; Ipſa quoque Civitatis Firmana venuſtate, & decore nulli alii illarum partium Civitati cedat; & propterea devoti S. V. Oratores, Eccleſiæ prædictæ Capitulum, & Canonici plurimùm cupiant pro majori Eccleſiæ decore, & honore eis à S. V. ut infra concedi, & indulgeri. Supplicant igitur humiliter eidem S. V. tam dicti Capitulum, & Canonici, quàm devoti quoque S. V. Oratores prædictæ Eccleſiæ Beneficiati, præbendati nuncupati, quatenus eis in præmiſſis opportunè providendo ipſoſque, & eorum Eccleſiam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequendo, modernis, & pro tempore exiſtentibus dictæ Eccleſiæ Canonicis, & Dignitates obtinentibus, ac Capitulo, necnon Beneficiatis, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus in dicta eorum Eccleſia, necnon in Choro, & Capitulo, tempore hyemali, videlicet à die feſtivitatis omnium Sanctorum, uſque ad Sabbatum ſanctum, Cappis violaceis cum Capuciis intus quoad Canonicos, & Dignitates obtinentes, armellinis; quo verò ad Beneficiatos doſſis pellibus ornatis, ac Rochettis, quę quoad eoſdem Beneficiatos, manicis, ad diſtinctionem Canonicorum, & Dignitates obtinentium hujuſmodi careant, Æſtate verò, & reliquo anni tempore, quoad Canonicos, & Dignitates obtinentes hujuſmodi, Cottis, & Rochettis: quo verò ad Beneficiatos, Cottis tantum, ac alias ad inſtar Canonicorum ſacroſanctę, Lauretanę Eccleſię, ac Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, uti, eaque deferre liberè, & licèt poſſint, & valeant, Apoſtolica authoritate concedere, & indulgere; ipſoſque ſuper præmiſſis per quęcunque Capitula, & perſonas, quavis authoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, &c. non poſſe, &c. Non obſtantibus, &c.

Ex hoc

Ex hoc itaque patet, quod hujuſmodi, & ſimilia indulta, etiam quoad uſum mitræ conſueverunt per ſedem Apoſtolicam, nedum in actu erectionis alicujus qualificatæ Eccleſiæ, ſed etiam ad partem concedi.

Primicerio hujus Metropolitanæ Eccleſiæ ætate minori fuit conceſſus uſus mitræ, prout ex literis in forma Brevis, tenoris ſequentis patet, videlicet.

A tergo, *Dilecto filio Aloyſio Vincentio de Ianuario presbytero Neapolitan.* Intus verò. *Dilecte fili ſalutem &c. Expoſcit tuæ devotionis ſinceritas, & morum promeretur honeſtas, ut quæ à nobis ſuppliciter poſtulas, affectu benevolo tibi concedamus. Cum itaque ſicut nobis nuper exponi feciſti, Canonicatus, & præbendas, ac Dignitates in Eccleſia Neapolitan. pro tempore obtinentes, indulto utendi Mitra à ſede Apoſtolica eis conceſſo, dummodo in ætate triginta annorum conſtituti exiſtant, gaudeant, & fruantur; Primiceriatumque Dignitatem, non tamen majorem poſt Pontificalem, dictæ Eccleſiæ obtinens, qui primus in ordine presbyterali exiſtit, juxta Rituale Romanum, ac etiam ex antiqua conſuetudine, Archiepiſcopo Neapolitano ſolemniter celebranti aſſiſtere conſueverit, Tu verò, qui, ut aſſeris, de nobili genere procreatus exiſtit, cuique nuper Primiceriatum hujuſmodi, qui de jurepatronatus laicorum, videlicet familiæ illorum de Ianuario, ex fundatione, vel dotatione exiſtit, certo, tunc expreſſo modo vacantem, Apoſtolica authoritate contulimus, ſeu conferri mandavimus, poſſeſſione ſubſequuta, Archiepiſcopo ſolemniter celebranti, cum Mitra, ob defectum ætatis triginta annorum hujuſmodi aſſiſtere nequeas, prout cæteri dictæ Eccleſiæ Canonici aſſiſtunt, Nos igitur te ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, necnon à quibuſvis &c. cenſentes, porrectis nobis pro parte tua ſuper hoc ſupplicationibus inclinati; Ex Voto Congregationis Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum, Tibi, ut etiam ſi trigeſimum tuæ ætatis annum nondum attigeris, in omnibus dictæ Eccleſiæ functionibus, ac proceſſionibus, Mitra, ut cæteri Canonicatus, & Dignitates in ipſa Eccleſia obtinentes, & prout ſi in ætate legitima conſtitutus eſſes, uti poſſes, ſimiliter uti liberè, & licitè poſſis, & valeas, Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes te deſuper à quoquam quovis prætextu, colore, vel ingenio impediri, aut moleſtari minimè poſſe, neque debere: ſicque per quoſcumque Iudices, &c. irritum, &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, &c. dictæque Eccleſiæ juramento, &c. Quibus omnibus, &c. individua mentio, &c. illis autem, &c. permanſuris &c. derogamus. Per præſentes autem dictum Iuſpatronatus, & prætenſum indultum hujuſmodi non intendimus in aliquo approbare. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die 14. Martii 1634. Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.*

De hoc indulto mentionem feci in mea Prax. *Diſpenſ. Apoſtolicæ lib. 4. cap. 2. num. 33.* & fuit conceſſum ex cauſis in prædictis litteris contentis, nempè, attenta nobilitate Oratoris, ac neceſſitate aſſiſtendi Archiepiſcopo ſolemniter celebranti; non autem quia aſſeritur, prædictum Primiceriatum eſſe Dignitatem, non tamen majorem poſt Pontificalem; quia in hac Metropolitana Eccleſia nulla adeſt Dignitas, ut dixi in præfata mea Prax. *lib. 9. cap. 3. n. 15.*

Pro novis verò Curialibus hic omittere non libuit, quod licèt Summus Pontifex hujuſmodi indulta, cauſis ita ſuadentibus, ad partem, & extrà caſus erectionis, ſivè Cathedralium, ſivè Collegiatarum Eccleſiarum concedere
24 conſueverit, illa tamen non ita ſimpliciter concedit, niſi negotio prius diſcuſſo in Sacra Congregatione Rituum; ad quam ipſe Pontifex ſupplices de hac re ſibi oblatos libellos, tranſmittit; ubi cauſis prædictis perpenſis, præhabitaque informatione ſuper qualitate Eccleſiæ, cujus Canonici, Dignitates, ſeu Archipresbyteri, vel Abbates, aut aliæ perſonæ hujuſmodi indulta petimi, vel pro quibus illa petuntur, ſi per informationem eandem compererit ipſa Sacra Congregatio, pro qualitate ejuſdem Eccleſiæ, id decens, ac conveniens eſſe, libellos ipſos ad Datariam Apoſtolicam remittit, ab ipſo Pontifice ſubſignandos; ſuper quibus de more poſtmodum Cancellariæ Apoſtolicæ ſub plumbo, ſivè in forma brevis ſub annulo Piſcatoris litteræ expediuntur; hac in illis ſuperaddita clauſula nempè, *Ex voto Congregationis Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum*, ùt in litteris ſupradictis.

Uſum verò hujuſmodi Capparum, ſivè aliorum inſignium, nedum in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, verum etiam aliis perſonis particularibus conceſſum quandoque vidimus: & fel. recordat. Clemens Papa VIII. ad relationem ſupradictæ Congregationis, conceſſit uſum Cappæ Epiſcopalis cum Capucio coloris nigri Priori. S. Frigidiani Lucen. Congregationis Lateranen. teſte eodem Barboſ. *in coll. bul. ver. Cappa, fol. 149.*

Et poſtquam, ſivè Canonicis, ſivè aliis perſonis conceſſum eſt à Papa, deferre, ſivè Cappas, ſivè Capucium, aut aliud ſignum, ſivè colorem, non poſſunt illa ab Epiſcopo prædictis perſonis mutari, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia, ut dictum eſt; prout declaravit ſupradicta *Sacra Congregatio in una Hidruntin. 1. Septembris 1612. & in una Brunduſina Meſſapia 10. Novembris 1612. idem Barboſa verbo Capucium folio 153. verſiculo ultimo in collectan. bullar.*

De conceſſione verò uſus Mitræ, & Baculi diverſis Abbatibus, & Præpoſitis quamplurima exempla affert idem Barboſ. *verbo Mitra, & Baculi uſus, fol. 465.* ubi ſignanter eundem uſum conceſſum refert Generalis Congregationis Monachorum S. Hieronymi in Italia, ſua die 26. Februarii, & 14. Martii 1611.

Et pro Abbate Monaſterii Ordinis Præmonſtraten. petente à Summo Pontifice uſum Mitræ, & aliorum inſignium Pontificalium, ex cauſis in ſequentis ſupplicationis formula expreſſis, fuit ſupplicatum, ut infrà.

BEatiſſime Pater. Cum Abbati pro tempore exiſtenti, Monaſterii, ſeù Abbatiæ Dominæ Noſtræ de Corneul Præmonſtraten. Ordinis Biſuntin Diœceſis, quæ ex antiquioribus dictæ Diœceſis, necnon ex fundatione, ſeù dotatione Ducum, & Comitum Burgundiæ, & in illis partibus unica dumtaxat dicti Ordinis exiſtit; maximè cum illius Abbas pro tempore exiſtens confectioni Sacri Chriſmatis quotieſcumque in Metropolitana Eccleſia Biſuntin. conficitur, ac Synodalibus Congregationibus cum aliis earundem partium Abbatibus, uſum Mitræ habentibus, aſſiſtere conſuevit quique ſæpiſſimè pro uno ex eiſdem Iudicibus Synodalibus cognitionem cauſam Eccleſiaſticarum etiam habentibus, aſſumi ſolet, pro majori ejus decore, Mitræ, & aliorum Pontificalium inſignium uſus plurimum convenire dignoſcatur. Et propterea devotus S. V. Orator Nicolaus Ververen. modernus dictæ Abbatiæ Abbas, cui hactenus ſeù aliis ex prædeceſſoribus ſuis uſus baculi Paſtoralis per S. V. ſeù aliquem ex Romanis Pontificibus ejuſdem S. V. prædeceſſoribus ſuis conceſſus fuit, plurimum cupiat Mitræ, & aliorum Pontificalium inſignium, uſum ſibi ejuſque ſucceſſoribus in dicta Abbatia Abbatibus, pro tempore exiſtentibus, per S. V. ut infrà perpetuò concedi. Supplicat igitur humiliter eidem S. V. dictus Orator, quatenus ipſius Abbatiæ decori, & venuſtati in præmiſſis opportunè conſulendo, eamque ſpecialis gratiæ favore proſequendo, eidem Oratori, ejuſque ſucceſſoribus

bus

bus in dicta Abbatia Abbatibus, pro tempore exiſtentibus, ut ipſi Mitra, annulo, baculo Paſtorali, ſandaliis, chirotecis, & aliis Pontificalibus inſigniis uti, ac tam in ipſius Abbatię, quàm aliis quibuſcunque Eccleſiis, & locis Eccleſiaſticis, in quibus ipſum in Pontificalibus celebrare contigerit, benedictionem ſolemnem, poſt miſſarum, matutinorum, & aliorum divinorum officiorum ſolemnia, ſuper populum inibi intereſſentem, ſeu adſtantem, dummodo aliquis Antiſtes, ſeù Apoſtolicę ſedis Legatus ibidem pręſens non ſit, vel ſi pręſens, ejus ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, elargiri; necnon clericalem tonſuram omneſque minores ordines intra dictum, & alia Monaſteria, Eccleſias, Prioratus, & loca primodicto Monaſterio ſubiecta conferre, necnon Cruces, Calices, patenas, veſtes, Caſulas, aliaque ornamenta, & indumenta etiam ſacerdotalia; eaque in quibus ſacri olei unctio non eſt adhibenda, ad dicte Abbatię, & aliarum illi ſubiectarum Eccleſiarum, ſeù Capellarum, aut Altarium in eis exiſtentium, uſum, & ſervitium dicata, benedicere, liberè, & licitè poſſint, ac valeant, Apoſtolica authoritate, perpetuo concedere, & indulgere, ipſumque Oratorem ſuper pręmiſſis, vel illorum occaſione à quoquam, &c. dignemini de gratia ſpeciali, Non obſtantibus fel. record. Honorii III. & Alexandri IV. Roman. Pontif. S. V. prudeceſſorum aliiſque quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis, & [illegible] ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Abbatia, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis.

Et cu[illegible] abſolutione à cenſuris ad effectum, &c.

Ex quibus ſic præinſertis formulis ſatis liquet, cauſam
29 aliquam honeſtam requiri, ut ſupra dictum eſt, ad inducendum Summum Pontificem pro hujuſmodi indultorum conceſſione, quando illa extrà caſum erectionis prædictarum Eccleſiarum conceduntur, præſertim verò circa uſum Mitræ, quod pluries conceſſum fuiſſe in prædictis Eccleſiis non ignoramus; licèt non ſine difficultate, præſertim vero ætate legitima minoribus; quia cum Mitra ſit propriũ
30 ornamentum Pontificale, illiuſque uſus Epiſcopis tantummodo competat, ut per Durand. *in ration. divin. off. lib. 3. cap. 13. num. 1. & 2.* cum aliis relatis per Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 33. num. 49.* proinde non competit minori triginta annis; quam quidem ætatem completam debet Epiſcopus habere; prout declaravit *Gregorius XIV. in ſua Conſtitutione* circa promovendos ad Eccleſias Cathedrales, publicata *Romæ die* 15. *Martii* 1591. per illa verba, videlicet, *trigeſimum annum compleviſſe*, Barb. *de offic. Epiſc. alleg. 1. nu. 29.* ubi quod non ſatis eſt attingere trigeſimum annum, niſi illum expleverit.

Quamvis dictæ Mitræ uſum conceſſum ſæpè, à Papa videmus, nedum ætate minoribus, verùm etiam Abbatibus, aliiſque perſonis, ut ſupra viſum eſt, & te[illegible]tur idem Lotter. *d. n. 49.*

Qui propter ejus ſupremam poteſtatem, præſertim in 31
beneficialibus, diſpenſat, ut plurimum ſuper ipſo defectu ætatis etiam in proviſionem Cathedralium Eccleſiarum, eas minori, in adminiſtrationem, durante minori ætate hujuſmodi, eaque poſtmodum completa, concedendo in titulum; prout per fel. record. Paulum III conceſſum extitit Raynutio Farneſio Archiepiſcopo Neapolitano ejus Nepoti, adoleſcenti ætatis quindecim annorum; qui tunc 32
Patavii in ſcholis agebat; adminiſtrationem prius ejuſdem Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus ad certum tempus committendo, illique deinde de prædicta Eccleſia providendo, ut dictum eſt; eidem conſtituendo ſuffraganeum Epiſcopum, quatenus ille, nomine ejuſdem Raynutii, dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem, ac regimen, & adminiſtrationem ſuſciperet, vigore brevis Apoſtolici expediti, ut ex illius tenore, qui talis eſt, ut ſequitur, videlicet,

A tergo. Venerabili Fratri Fabio Epiſcopo Biſignanen. *Intus verò*

PAULUS PAPA III.

33 *VEnerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum nuper dilectum filium Raynutium Farneſium Electum Neapolitanum, in adminiſtratorem in ſpiritualibus, & temporalibus Eccleſia Neapolitana, tunc per obitum bona memoria Franciſci Caraffa Archiepiſcopi Neapolitani, apud Sedem Apoſtolicam defuncti, paſtoris ſolatio deſtituta, ad certum tunc expreſſum tempus conſtituerimus, & deputaverimus, ac deinde de perſona ſua eidem Eccleſia providerimus, prout in noſtris inde ſub plumbo confectis, litteris plenius continetur; ac in eadem Eccleſia idoneum, & Catholicum Antiſtitem ſuffraganeum, qui in Eccleſia hujuſmodi, ac Civitate, & Diœceſi Neapolitana Pontificalia exercere valeat, conſtituere, & deputare intendamus, Nos, ne interim Eccleſia ipſa in ſpiritualibus, & temporalibus detrimentum ſuſtineat, providere volentes, per præſentes tibi committimus, & mandamus, quatenus, dictis noſtris litteris tibi præſentatis, ipſius Eccleſia, illiuſque regiminis, & adminiſtrationis poſſeſſionem per te, vel alium, ſeu alios, dicti Raynutii nomine, & pro ipſo, aliàs juxtà dictarum litterarum formam, & tenorem capias, & retineas, ac pro eodem Raynutio, donec aliud ab eo habueris in mandatis, omnia, & ſingula, qua juriſdictionis civilis, ſeù criminalis, aut mixtæ erunt, qua verò ſpiritualia, & ordinis fuerint, uſque ad conſtitutionem, & deputationem ſuffraganei hujuſmodi, & interim ad beneplacitum noſtrum in Eccleſia Civitatis, & Diœceſis prædictæ facias, et decernas: Super quibus omnibus, ſingulis plenam, & liberam, Apoſtolica authoritate, per eaſdem præſentes facultatem, & poteſtatem tibi concedimus, & impartimur; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Auguſti 1544. Pontificatus noſtri Anno Decimo.*

Fabius Epiſcopus Spoletanus.

Qui quidem Raynutius, licèt poſtmodum ab eodem Paulo, Cardinalis creatus fuiſſet, dum eſſet in decimo quinto ſuæ ætatis anno conſtitutus, tamen ad Civitatem Neapolitanam ſuamquè ſponſam nunquam acceſſit; ſed poſtmodum eandem Eccleſiam, in manibus ejuſdem Pontificis ceſſit de anno 1549. ac dum trigeſimum quintum ſuæ ætatis annum ageret, obiit Parmæ anno 1765. die 28. Octobris ut videre eſt penes *eruditiſſimum virum, ac V. I. D. Bartholomæum Chioccarellum in tract. de Archiep. Neapolit. fol.* 325. ubi hæc, & alia eruditiſſimè diſpoſita reperies.

Necnon poſt Sac. Conc. Trident. ac prædictam Conſtitutionem Gregorii XIV. fuit pluries per Summum Pontificem diſpenſatum ſuper defectu ętatis promovendorum ad prędictas Cathedrales Eccleſias, ſignanter verò cum eſſem in Romana Curia bon. mem. Octavius Cardinalis Bandinus, qui tunc Eccleſiæ Firmanæ præerat, ipſam Eccleſiam ceſſit in manibus Pontificis, qui illi præfecit in Archiepiſ-

copum

copum Alexandrum Sirotium Clericum Florentinum, utriuſque ſignaturæ Referendarium, qui trigeſimum ætatis ſuæ annum nondum expleverat; ipſeque Pontifex ſuper defectu ætatis hujuſmodi; necnon, ex eo quod non à ſex menſibus in ſacro presbyteratus ordine conſtitutus erat, ut etiam ex præſcripto prædictæ Conſtitutionis requiritur: diſpenſavit, prout eodem modo vidimus plures alios Romanos Pontifices cum perſonis ſibi gratis, & acceptis, in promotionibus ad Cathedrales diſpenſaſſe, cum ſicut diximus, idem Pontifex pleniſſimam habeat in beneficialibus poteſtatem, ut per Æneam de Falcon. *in tract. de reſervat. prælud. 2. n. 2.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 22. n. 9.*

Ad rem verò redeundo, circa conceſſionem hujuſmodi uſus Mitræ, aliorumque inſignium prædictorum, non eſt oblivioni tradendum, quod non ſemel eveniſſe ſcimus, nempè quod Oratores, qui ſimilia indulta à Summo Pontifice obtinuerunt, illiſque aliquo modo abuſi fuerint, ab eodem Pontifice, ob hujuſmodi abuſum illa revocata fuerunt: nec me latet, nonnullos Cathedralis Eccleſiæ Canonicos ſimile indulto, præter formam ſibi in illius conceſſione traditam, amiſiſſe: quod quidem à recto rationis tramite minimè deviare certum eſt; quandoquidem juxta communis juris regulam, meretur amittere privilegium, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, *c. privilegium, 11. q. 3. l. qui ſine de neg. geſt. l. libera*, ubi gloſ. *ff. de pecul.* Menoch. *de arbitr. jud. cent. 6. caſ. 511. n. 4.* expedit enim Reip. ne quis ſua re malè utatur, *§. fin. verſ. expedit, inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* cum aliis cumulatis per Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 56. num. 1. & plur. ſeqq.* potiſſimum verò ubi Abbas, ſeu alius Prælatus, minus ſufficienti facultate ſuffultus, aliquid ex ſupradictis, prætextu facultatis ſibi de jure ſpeciali, ſivè communi conceſſæ, uſurpare præſumit. Quare aliàs fel. record. Clemens Papa VIII. ad terminos juris reduxit quædam uſurpatam facultatem ſuper præmiſſis per nonnullos Abbates Commendatarios illam, eis penitus auferendo, prout conſtat ex quibuſdam litteris ipſius Clementis, quorum tenorem hic inſerere non incongruum viſum eſt, prout ſequitur, videlicet.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem æqui, bonique ſupremum aſſertorem, ea, per quæ ob ſiniſtram eorum interpretationem, aliquam jurisdictionem indebitè uſurpari, ac in Dei Eccleſia abuſus afferri cernitur, declarationis ſuæ adminiculo elucidare, ſeu reſtrictionis, vel modificationis temperamine moderari, & ad terminos juris reducere; prout rerum, temporum, & perſonarum qualitatibus diligenter penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè, ſicut fide dignorum relationem, non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, nonnulli Clerici, etiam in ſacris ordinibus minimè conſtituti, nec Pontificali dignitate fulgentes, qui Monaſteria Ordinis Ciſtercienſis ad ſui vitam, ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica obtinent, ſub prætextu, quod in litteris ſuarum Commendarum apponatur eadem Clauſula, quæ in litteris proviſionum Abbatum titularium dicti Ordinis apponi ſolet; nempè, ſibi curam, regimen, & adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo; non ſolum jurisdictionem in Monachos Monaſteriorum ſibi pro tempore commendatorum uſurpare prætendunt, prout de facto uſurpant, verum etiam aliqui dictam Clauſulam tam latè interpretantur, ut licèt benedicti, aut conſecrati non ſint, attamen in Pontificialibus ſolemniter celebrare, & calices, aliaque paramenta, & ornamenta Eccleſiaſtica conſecrare præſumunt. Cùm autem, ſicut nobis innotuit, hæc omnia ſacris ſanctionibus, ac Concilii Tridentini decretis adverſentur, Nos igitur, ad Summi Apoſtolatus apicem meritis licèt imparibus, divina diſpoſitione vocati, hæc inconvenientia è medio tollere, ſimulque hujuſmodi perſonarum regularium ſtatum feliciter dirigere cupientes, prædictam Clauſulam, quoad eos, qui dicta Monaſteria, ut præfertur, obtinuerunt, & ſacram benedictionem, aut conſecrationis munus minimè ſuſceperint, ad terminos juris, & ſacrorum Canonum, perindè, ac ſi hujuſmodi Clauſula in litteris ſuarum Commendatarum minimè appoſita fuerit, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, reducimus, ac reductam eſſe, ac fore decernimus. Sicque, & non aliter ab omnibus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, ſublata, &c. aliter judicandi, &c. judicari, etc. ac irritum, etc. attentari, etc. Non obſtantibus præmiſſis, etc. cæteriſque, etc. Volumus autem, et eadem authoritate decernimus, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, et extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris Die 23. Iulii Anno Domini 1602. Pontificatus Noſtri Anno Undecimo.

Quas quidem reductiones ad terminos juris, ſive revocationes, ſæpè ab ipſo Summo Pontifice tam in his, & ſimilibus, quam in quibuſcunque materiis, ubi cauſa aliqua intercedit, fieri conſueviſſe notum eſt omnibus Curialibus: quandoquidem etiam ubi hujuſmodi privilegia eſſent ex beneficio Sedis Apoſtolicæ Inferioribus conceſſa, ac illa ſuerint per abuſum, converſa in maleficium, & ſcandalum, convenit, ut ab ipſo Pontifice reſcindantur, & revocentur, ut id Lotter. *d. lib. 2. q. 33. num. 5.* quarè hujuſmodi privilegii tenor inſpiciendus eſt, & ſervandus; quia in tantum illud extenditur, quantum in eo reperitur expreſſum, & non ultra, Franc. *in d. c. ad Apoſtolica, n. 5. de privil. in 6.*

Et Clemens Quartus, quoad ſupradictum uſum Mi-
36 træ, illum præſcripſit Abbatibus aliiſque Prælatis Inferioribus, quibus prædictus uſus non competit ex propria dignitate, ſed ex indulto Apoſtolico; ita ut illius conceſſio intelligatur, ne inde ſcandala oriantur; volens propterea, ut Abbates, & alii, quibus mitræ uſus eſt ab eadem Sede Apoſtolica conceſſus, exempti quidem in Provincialibus Conciliis, & Epiſcopalibus ſynodis, quibus nonnulli eorum intereſſe tenentur, mitris tantummodo aurifriſiatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentibus uti poſſint; non exempti verò, ſimplicibus, & albis, ac plenis utantur. In aliis verò locis exemptis, & non exemptis, mitris licet illis uti, prout conceſſa eis ab eadem Sede indulta permittunt, ut in *dict. capit. ad Apoſtolica.*

Apud eandem Eccleſiam *perſonaliter reſidere, ac in ea ſingulis diebus ac debitis temporibus, horas canonicas, ac conventuales, &c. pſallere, decantare, & recitare debeant.* Scimus non ſemel in dubium revocatum fuiſſe, an Canonici ſæcularis, & collegiatæ Eccleſiæ, ad inſtar Canonicorum Eccleſiæ cathedralis, ad reſidentiam teneantur, prout aliàs in *Sacra Congregatione Concilii* fuit quæſitum ſub *die 5. Iulii 1598. in una Comen.* in qua fuit propoſitum dubium, *An videlicet ad eandem reſidentiam, etiam collegiatarum Eccleſiarum Canonici, teneantur, ſuper quo Sacra Congregatio cenſuit, Canonicos Eccleſiarum collegiatarum, etiam in Oppidis non inſignibus exiſten-* 37
tium, teneri ad reſidentiam: niſi eſſent collegiatæ rurales prorſus deſtructa, aut in quibus numquam antea ſupra ho- 38
minum memoriam ſolitum eſſet reſidere, & quarum Canonicatus ea eſſent fructuum tenuitate, ut qui eos obtinuerint, nec ex eis ali poſſint, nec aliunde habeant, unde commodè vivant idem tenuerunt DD. *in cap. pervenit, de appellat. & probat text. in cap. inter quatuor, de cler. non reſident. & in cap. cum ad hoc, & inc. ab audientibus, & in cap. de cætero, eodem tit.* & Hoied. *de incompat. benefi. part. 1. cap. 17. num. 3.* ait quod ſi non reſiderent debitis temporibus,

poribus, compelli poſſunt ad reſidendum, atque horas
canonicas ſtatutis horis recitandas, ut fuit declaratum per
eandem Sacr. Congregationem, quam declarationem re-
fert Quarant. *in Summ. Bull. verbo, Hora Canonica,*
Præterea.

Quinimmò ex ſolo contextu ipſius Sacri Concilii id cla-
rè apparet; quandoquidem ita cautum eſt *ſeſſ. 24. cap. 12.*
de reform. ubi, obtinentibus in eiſdem Cathedralibus,
aut Collegiatis Dignitates, aut Canonicatus, præbendas,
aut portiones, non licet vigore cujuſlibet ſtatuti, aut
conſuetudinis, ultra tres menſes, ab eiſdem Eccleſiis quo-
libet anno abeſſe; ſalvis nihilominus earum Eccleſiarum
conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt
&c. quarè, etiam Canonicis collegiatæ Eccleſiæ non li-
39 cet niſi tribus menſibus abeſſe, qui computari debent, ſi-
40 ve ex una abſentia continua, ſive ex pluribus interpola-
tis; nec requiritur ad hanc abſentiam Ordinarii licentia;
nam aliàs Sacra Congregatio Concilii declaravit, nullam
41 aſſignandam eſſe cauſam, nec aliam licentiam requiri;
42 nec tamen omnes Canonicos poſſe abeſſe eodem tempo-
re, ne Eccleſia deſtituatur ſuo debito ſervitio, ſed tan-
tùm quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbi-
trio Epiſcopi, & Capituli.

Verùm ſupradicta verba, *perſonaliter reſidere*, non in-
dicant, uſque adeò poſſe dici collegiatam Eccleſiam, dum-
modo præfati Dignitates obtinentes, ac Canonici reſi-
deant; quia ad illius collegialitatem non requiritur reſi-
dentia, ut abſque illa deſinat eſſe collegiata eccleſia; etenim
ſufficit in ea adeſſe Canonicos, licèt ibi non reſideant;
quia eorum culpa, & abuſus non operantur, quod Eccle-
ſia deſinat eſſe collegiata; undè ſufficit, quod, ut illa
cenſeatur talis hujuſmodi qualitas non dicatur mutata; ſa-
tis namque eſt, illam eſſe talem habitu, licet non actu,
44 quando collegialitatem non amiſit, Innoc. *in cap. poſtu-*
laſti, num. 1. de jurepatron. Archid. *in cap. licet canon ſub*
num. 2. de elect. in 6. Felin. *in c. accedentes num. 3. verſic.*
ponit etiam, de præſcript. & alii quos refert Additio ad
Buratt. *dec. 455. n. 6.*

Quod quidem in tantum reſidentia Canonicorum in
45 collegiatis Eccleſiis requiritur, ut illi nequeant per alios
deſervire, etiam quod ibi ſic deſerviri conſueverit; quia
nihilominus S. Congregatio Conc. aliàs cenſuit, cogen-
dos eſſe Canonicos collegiatarum ad inſerviendum per ſe,
non per ſubſtitutum: quam quidem declarationem refert
Seraph. *dec. 1256. n. fin.*

Sed cum prædicti Canonici ex decreto dicti Concilii
Tridentini, poſſint per tres menſes, ab illorum Eccleſia
abeſſe ut ſupra dictum eſt, quæri poteſt hic, an per prædi-
ctum Concilium ſit ſublata fundatio Eccleſiæ permitten-
tis, Canonicos prædictos ultra tres menſes abeſſe: quo
circa Azor. *inſtit. moral. 2. p. lib. 7. cap. 6. qu. 3.* licet prius
dixerit rem eſſe dubiam, quia Concilium ſolùm abrogat
ſtatuta, & conſuetudines, quibus ultra tres menſes poſ-
ſint Canonici abeſſe: quarè non tollit facultatem, ratio-
ne fundationis Eccleſiæ conceſſam, præſertim ſi Eccleſia
fuerit à laicis extructa, & dotata, ne ipſi retrahantur à
fundatione Eccleſiarum: tamen ipſi Azor. probabilius vi-
detur, hanc etiam facultatem adhuc eſſe à prædicto Con-
cilio ſublatam, maximè ſi Eccleſiam clericus fundaverit,
vel dotaverit, & movetur hac ratione videlicet, nam li-
cèt patronus jus nominandi ex fundatione comparaverit,
cui juri Romanus Pontifex derogare non conſuevit, nihil
tamen exigere poteſt, quod damnum Eccleſiæ afferat:
ſed abſentia Canonicorum, vel aliorum Dignitates, vel
portiones habentium, ſolet eſſe noxia cathedralibus, vel
collegiatis eccleſiis: nam illæ privantur ſuorum miniſtro-
rum opera, & conſilio.

Nihilominus verò pro aſtruenda priore ſententia ipſius
Azor. loc. cit. oppoſitum eſt omnino tenendum: nempe,
quod ſupradicta fundatio non fuit per d. Concilium ſub-
lata; prout Sacra Congregatio declaravit, videlicet,
Congregatio cenſuit, conſtitutionem, ſeu privilegium in
fundatione Eccleſiæ editam, quæ permittit Canonicis abeſ-
46 *ſe ultra tres menſes, non eſt ſublatum à Concil. ſeſſ. 24. c.*
12. Die 21. Februarii 1576. in una Segobien. teſte Garc.
in ſuis addit. ad tract. de benef. part 3. cap. 2. ſub num. 244.
Et alia ſic ait. *In verbis, Non obſtantibus quibuſcunque*
ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Non
tamen ſuſtulit hoc decretum fundationes, nec confirmatio-
nes Apoſtolicas, id. Garc. *d. c. 2. n. 216.*

Et ſubſequenter, in propoſito quæri poteſt, an ſicut per
dictum Concilium non eſt ſublatum privilegium in limi-
ne fundationis adiectum, circa tempus abſentiæ Cano-
nicorum, ut ſupra dictum eſt, ita quoque per illud ſit de-
rogatum ſtatuto circa hoc, confirmato à Sede Apoſto- 47
lica, per quod conceditur ultra tres menſes dictæ ab-
ſentiæ.

Et quidem ab hac difficultate etiam exemit nos S. Con-
gregatio ejuſdem Concilii, quæ aliàs ſic reſpondit Archie-
piſcopo Valentino, videlicet, *Congregatio declaravit, ſta-*
tutum, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor menſes quolibet
anno ab Eccleſia abeſſe, non eſſe ſublatum à Concilio ſeſſ.
24. c. 12. & ideo obſervari debet. Die 26. Junii 1576. Et ſi-
milis declaratio ſic ait *Statutum, per quod conceditur abeſ-*
ſe ultra tres menſes ab Eccleſiis cathedralibus, & collegia-
tis, ſi à Sede Apoſtolica fuit confirmatum, non cenſetur de-
rogatum per d. Concilium, quas declarationes refert idem
Garc. *d. c. 2. n. 216.* Quod tamen ita intelligendum eſt,
nempè, ut talis confirmatio emanaverit ex certa ſcientia,
& cum cauſæ cognitione, non autem ſi fuerit in forma 48
communi: quæ quidem ſic facta nihil operatur, ut pro-
bat text. *in c. quia diverſitatem*, ubi DD. *de conceſſ. præ-*
bend. & c. quia intentionis, juncta gloſ. in fin. de privileg. gloſ.
in cap. cum acceſſiſſent, in verbo, confirmatum, de conſti-
tut. cum aliis adductis per Mandoſ. *reg. 21. q. 10. nu. 9. 10.*
& 11. Sicut dicitur etiam de quibuſcumque concordiis à
Sede Apoſtolica confirmatis: nam, ſicut aliàs diximus,
nihil confirmatio fiat ex certa ſcientia, illa nihil operatur,
prout ipſa Concilii congregatio pariter declaravit per hæc
ſequentia verba, *Præſuppoſito decreto Sacræ Congregatio-*
nis, quod concordia à Sede Apoſtolica confirmata non cen-
ſentur ſublata per concilium ſeſſ. 6. c. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. an
cenſeantur præſervata concordiæ confirmata in forma commu-
ni, an verò illa tantùm fuerunt confirmata ex certa ſcientia.
Congregatio, auditis utrinſque advocatis, eorumque ratio-
nibus diligenter perpenſis, cenſuit, illas tantùm confirma-
tiones intelligi præſervatas in decretis concilii, quæ manarunt
ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, die Jovis 13.
Novembris 1586. quod certum eſt, procedere, etiam ſi
ſimul concurrant conſuetudo immemorabilis, concor-
dia, & confirmatio in forma communi; & multa alia
poſſunt circa hoc videri penes eundem Garc. loc. cit. *nu-*
mer. 213. uſque ad num. 236. quia loquitur ſecundum ve-
ram praxim Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, circa
hujuſmodi confirmationes; quod tamen hic obiter di-
ctum ſit.

Contingit modò in hac praxi non leviter dubitari, an
Canonici, ſive Cathedralis, ſive Collegiatæ Eccleſiæ poſ-
ſint per tres menſes prædictos, aut aliud tempus, ex ſtatu-
to permiſſum, interpolatè abeſſe, ad eorumque libitum 49
explere dictum tempus abſentiæ? De hoc pluries fuit du-
bitatum, multoſque ſupplices libellos vidi meis tempo-
ribus Sacr. Congregationis dicti Concilii porrectos, qui-
bus ſemper ipſa Congregatio negativè reſpondit, & cen-
ſuit, Non poſſe confici ex horis, quibus Canonici reſi-
dentes abſunt à Choro, & dies, & ex diebus, & ho-
ris ſic collectis, confici menſes abſentiæ, de quibus in
hoc decreto: neque ad colligendum ſervitium novem
menſium, colligendas eſſe punctaturas; quaſi qui novem
partes punctaturarum ex duodecim habeant, ſervitio no-
vem menſium, debito ſatisfecerint; ſed ipſos dies reſiden-
tiæ, & ſervitii, ſivè continui fuerint, ſivè interpolati,
numerandos eſſe, ut complementum dictorum novem
menſium, idem Garc. loc. cit. *n. 327.* qui *nu. ſeq.* ſubdit,
hanc declarationem non procedere, ubi ex fundatione,
privilegio Apoſtolico, aut ſtatuto à ſede Apoſtolica, in
ſpecie confirmato, aliud cautum ſit, & ut ipſe audivit ob-
ſervari in Eccleſia Granaten.

Quod quidem non ſolum in quibuſdam aliis Cathedrali-
bus id ſervari ſcio, verùm etiam Collegiatis Eccleſiis ex
eorum fundationibus; ſignanter verò ubi cauſa aliqua inter-
cedit, ut in erectione ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ
Oppidi de Medina Cæli Seguntin. Diœceſis, cujus Canoni-
cis, & Dignitatem in eadem Eccleſia obtinentibus, ac
portionariis, & aliis beneficiatis, ex eo quod prædictum
Oppidum hyemali tempore frigoribus valdè expoſitum, &
agitatum exiſtit, horas matutinas non mediâ nocte, ſed 50
primâ noctis hora; quibuſvis, etiam feſtivis diebus, pro-
ut in

ut in nonnullis Hiſpaniarum Eccleſiis fieri ſolet, dicere, cantare, & recitare, necnon eorundem Dignitates obtinentium, ac Canonicorum, integrorumque etiam dimidiorum portionariorum ſingulis, ne perpetuam ibi reſidentiam faciendo, propter loci frigiditatem, & intemperiem in ægritudines incidant, tres menſes continuos, ſeù interpolatis viribus, prout ſibi reſpectivè viſum fuerit, de ipſorum Abbatis & Capituli licentia, & prout illis expedire videbitur, ſe ab Eccleſia abſentare, & quò voluerint, proficiſci: ac interim fructus, redditus, & proventus, ac diſtributiones quotidianas Dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, ac portionum ſuarum, ac ſi præſentes dictæ Eccleſiæ deſervirent, percipere poſſint, conceſſum eſt. Et ſic eis ita fuit indultum ex cauſa ſic expreſſa, quæ facit recedere à regulis juris, *l. ſi hominem, ff. mand.* Dec. *in c. cum ſit Romana, n.13. de appell.* Menoch. *de arbitr. jud. lib.2.* Centur.1. *caſu* 52. *n.*5.

Sine alicujus præjudicio, Clauſulam hanc in omnibus conceſſionibus Apoſtolicis, ex quibus aliquod alicui præjudicium parari poſſint, adiectam eſſe, ſcimus; nec tamen Romanæ Curiæ Tyrones deſunt, qui illius virtutem, & effectum liquidò non cognoſcant; quandoquidem in iis etiam apponitur reſcriptis, in quibus jam de alicujus præjudicio apertè apparet. Nec ſemel in eorundem reſcriptorum executione in hac Curia Archiepiſcopali, ſupradictam Clauſulam continentium, fuit in dubium revocatum, de quonam præjudicio illa intelligenda eſſet: cum in eiſdem reſcriptis appareat jam voluiſſe Papam alteri præjudicare.

Et quidem, pro eo, quod ad hanc noſtram praxim pertinet,
52 tinet, iidem ſciant Tyrones, ad quos tantummodò noſtrum ſermonem dirigimus, Clauſulam eandem de alio debere præjudicio intelligi, quam de eo quod reſultat ex expreſſis in reſcripto, per notabile conſil. Oldrad. 330. *in fin.* quod Rota paſſim ſequitur, ut in *deciſ.* Seraph. 756. *num.2. & deciſ.* 1445. *num.*4. Rota *diverſ. deciſ.* 236. *num.*3. *p.*1. Addition. ad Ludovil. *deciſ.* 232. *num.*7. Put. *deciſ.* 183. *lib.*3. Addit. ad Buratt. *deciſ.* 442. *n.*5. *p.*2. *qui num.*6. æquiparat ſupradictam Clauſulam donationi habenti aliquas conditiones expreſſas, quamvis contineat verba, *pure libere, &c.* nam cenſetur pura, & libera, præterquam quoad conditiones expreſſas, ut fuit reſolutum in una Roman. de Mazzatoſtis, coram Cardinale Verolpio.

Undè nec aliqua ex hoc dignoſcitur ſubreptio exoriri; nam quando Papa intellexit præjudicium in genere, non cadit ſubreptio, nec opus eſt derogatione regulæ de jure quæſito non tollendo, Dec. *conſ.* 113. *num.*7. *verſ. non obſtat*, Seraph. *d. dec.* 1445. *n.*6. nec refert, quod de perſonis quibus præjudicium infertur, non meminerit, ſive illis, ex communis juris diſpoſitione, ſive ex ſpeciali diſpoſitione jus competat. Rot. *deciſ.* 48. *n.*1.2. *&* 3. *p.*1. *recent. & deciſ.* 240. *nu.*21. *&* 22. *par.*1. *diverſ.* etiam ſi Papa jus illud ignoraret; quia dum actum facit de ſui natura præjudicialem, virtualiter declarat, afficere omnes perſonas, ad quas præjudicium ſpectare poteſt, ut fuit dict. in una Mantuan. Penſionis coram Merlino, quæ eſt *dec.* 24. *n.*1. *p.*5. *diverſ. rec.*

Undè in caſu, de quo per Grat. *diſcept. foren. c.*992. *n.*7. *cum ſeqq.* cum Papa conceſſiſſet uſum Eccleſiæ parochialis Patribus Theatinis, ſatis dicitur derogaſſe juri alterius, & conſideraſſe præjudicium illius Rectoris; cum in omnibus gratiis de ſui natura præjudicialibus, præſertim unionis, exemptionis, erectionis, & ſimilium non poſſit dari de ignorantia Papæ, nec de ſubreptione, nec de non derogatione regulæ de *jur. quæſ. non coll.* Seraph. *d. dec.* 1445. quicquid aliud ſit, quando Papa non intellexit factum, ex quo oriebatur præjudicium; prout in his terminis loquuntur nonnullæ deciſiones, de quibus idem Seraph. *deciſ.* 144. *n.* Grat. loc. cit.

Ita pariter dicendum eſt, ubi Papa expreſsè; & ex certa ſcientia aliquid concedit, quod videatur eſſe contra juris communis diſpoſitionem; quia illud ſervandum eſt, ut
31 cenſeatur facta conceſſio, remoto juris obſtaculo ut per Anch. *conſ.* 293. *nu.*3. relatum in una Urbevetana Cenſus penes eundem Seraph. *dec.* 92 2. *n.*3.

Sanè pro hac noſtra praxi obſervandum eſt, quod in unionibus, in quibus Signatura, ſeù Cancellaria appoſuit ſupradictam clauſulam, *ſine præjudicio, &c.* non apponit clauſulam *vocatis, &c.* & ubi datur Clauſula *vocatis, &c.* non datur Clauſula *ſine præjudicio*, ut fuit dictum per Dominos Abbreviatores Majoris Præſidentiæ in quadam erectione Canonicatus, & præbendæ; ubi, cum in ſignatura haberetur clauſula, *ſine præjudicio*, dubitatum fuit, an adhuc deberet apponi Clauſula *Vocatis, &c. Archiepiſcopo, & Canonicis*, ac etiam ponere clauſulam, *ſine præjudicio*, & fuit reſolutum negativè, ut in *notabilibus Cancellar. Apoſt. fol. mihi* 23. Et inter quædam alia notabilia 74
Cancellariæ Apoſtolicæ, adnotatum etiam reperio, quod ubi ponitur clauſula, *ſine alicujus præjudicio*, non debet poni clauſula *Vocatis*, nam clauſula *ſine alicujus præjudicio* ſufficit, ut ponatur ſola tantùm, quia magis afficit.

Habet in propoſito hæc clauſula, *ſine præjudicio*, locum præſertim in erectionibus quorumcumque beneficiorum, & Domorum Regularium, Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. tit. Erectiones verſ.*1. per text. *in cap. Eccleſia antiquitus, & ſeq.* 16. *quæſt.*1. *& capit.*1. *ante fin. de nov. ope. nunc.* ubi, quod nulla Eccleſia in præjudicium alterius conſtruenda eſt, *c. cum olim in fin. de elect. cap. ad audientiam*, 1. *cum ibi not. de eccleſ. ædif. Extravag.* 2. *de conceſ. præb.*

Quod ſi prædicta Clauſula non fuerit per Dominos Officiales Datariæ Apoſtolicæ adiecta in ſupplicatione litteræ erectionis, ſive quæcumque ſimiles non expediuntur in Cancellaria ſupradicta; ac proinde nunquam eſt omittenda in ſupplicatione. Tamen Domini Abbreviatores tenent, quod etiam ſi eveniet, quod non fuerit appoſita in ſupplicatione, poterit nihilominus ſuppleri in Bulla erectionis, ut in eiſdem notabilibus *fol. mihi* 274. Illa
etenim talis eſt naturæ, ut etiam non appoſita, ſubintel- 56
ligatur, quia quæcunque Principis conceſſio ſemper in- 57
telligitur ſine alicujus injuria, *l.*2. *§. ſi quis à Principe, & §. merito, ff. ne quid in loc. pub. c. ſuper eo, ne off. deleg.* ibi, *non tamen eſt noſtræ intentionis diæceſana, &c.* præjudicium generare, Bald. *in l. nec avus, C. de emancip. lib.* Dec. *conſ.*21. *num.*4. Ludovil. *deciſ.* 338. *num.*2. licet enim Princeps, de poteſtate abſoluta poſſit jus tertio quæſitum tollere, etiam ſine cauſa, ac etiam ſi agatur de gravi præjudicio, gloſs. & DD. *in leg. fin. Codic. ſi contra jus*, & DD. *in l. quoties, de prec. ib. Imper. offerend.* Innoc. &
alii *in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit.* id tamen nunquam 59
in dubio præſumitur, & Rebuff. *in prax. ſuper reg. de non coll. jur. quæſt. gloſ.*7. *numer.*33. nimium invehitur contra Principes, qui de poteſtate abſoluta auferunt jus tertio quæſitum.

Praxis autem hujus clauſulæ, & intellectus, ſecundum, etiam currentem ſtylum Cancellariæ Apoſtolicæ, ac omnium reſcriptorum, præſertim Romanæ Curiæ, pro clariore illius explicatione, per caſum infraſcriptum exemplificari poteſt, prout ipſa Cancellaria notat. Exempli gra-
tia, ſi Confratres alicujus confraternitatis, conſilium face- 60
re cœperunt Capellam, dubitatur verò, ne illa, poſtquam perfecta fuerit, ab ordinario auferatur, petantque à Sede Apoſtolica licentiam, eandem Capellam perficiendi, ac pro eorum orationibus dicendis, & Congregationibus faciendis, aliiſque piis operibus exercendis, perpetuò retinere, ac eleemoſynas, & largitiones, quæ inibi pro tempore fient, in pauperum infirmorum ſuſtentationem, ac conſtructionem, & manutentionem prædictæ Capellæ exponere, & erogare, & ſignatura dicat, *Conceſſum, ut petitur*, ſivè *Fiat, ut petitur, ſine præjudicio, &c.* & ad partem ſit clauſula, *Et de licentia, & facultate prædictis, & in forma gratioſa, Ad perpetuam rei memoriam, &c.* licèt per illa verba detur facultas perficiendi Capellam, & non videatur in aliquo derogari juri alterius, & ſic Epiſcopi, vel Rectoris Eccleſiæ parochialis, in cujus parochia conſtruitur capella, ſeù alicujus alterius, & conſequenter parum videatur valere, & de modico ſervire, tamen Domini Abbreviatores Majoris Præſidentiæ in Cancellaria ſupradicta intellexerunt, ſignaturam. id eſt illa verba, *ſine alicujus præjudicio*, ſcilicet, aliàs, id eſt in aliis, non autem in expreſſis; quoniam, cum ex narratis jam conſtet de præjudicio alterius; & Papa ſignat, etiam cum illis verbis, videtur velle, quoad expreſſa præjudicare, alias nihil concederet, & de vento ſerviret, & deberet negare, non autem illo modo concedere. Unde, ipſi Domini Abbreviatores intelligunt illa verba, quod in aliis non expreſſis, ſine præjudicio, in expreſſis verò præjudicetur, ut pe-

titum

tum eſt; quia ex narratis conſtat de præjudicio: & ita fuerunt litteræ expeditę pro dictis Confratribus in forma gratioſa, Ad perpetuam rei memoriam, ut poſſint Capellam perficere pro eorum orationibus, & Congregationibus faciendis, & aliis piis operibus perpetuis futuris temporibus retinere, & eleemoſynas pro infirmorum ſuſtentatione, &c. & erant dicta verba, *ſine præjudicio*, ut in dictis *notab. Cancel. Apoſt. fol. mihi* 168.

61 Hæc etiam fuit ſemper opinio Rotæ Romanæ, quæ paſſim ſequitur prædictum Oldrad. *conſ.*330.*n.*9. ubi, quod
62 intelligitur clauſula prædicta de alio præjudicio, prætérquam quoad expreſſa; necnon aliàs gratia fuiſſet fruſtratoria; & quod iſta Clauſula de neceſſitate intelligenda eſt de aliis, non autem de eo, cujus objectum fuit Papæ ſpecificatum, Pariſ. *conſ.*70. *num.*12. *lib.*1. Sarnen. *de non toll. jur. quaſ. qu.*1. Caſtr. *conſ.*472. *lib.*1. Seraph. *dict. dec.* 445. *n.*4. in propriis terminis erectionis, ubi quod Clauſula, *Sine præjudicio*, in erectione appoſita, debet intelligi aliorum non expreſſorum; dicens, non obſtare, quod
63 non fuerit derogatum regulæ *de jur. quaſ. non toll.* quia id
64 non procedit in gratia; de ſui natura præjudiciali, prout eſt unio, exemptio, erectio, & ſimiles; ut ſupra dictum eſt, in quibus non poteſt de ignorantia Papę, aut de ſubreptione dici, ex quo ipſe Papa ſcit, per ſimiles actus alicui ſemper præjudicari, ut fuit reſolutum in una *Nullius de Stippa* 19. *Decemb.*1599. *coram eodem* Seraph. *& in una Oſcen. Induiti* 10. *Decemb. etiam* 1599. *cor. Millino*, Rot. *dec.*236. *p.*1. *n.*3. *diverſ.* & regulariter, ut optimè notunt periti Curiales, ſemper cum hac clauſula, ſubſiſtunt tales impetrationes, abſque eo, quod derogetur per Papam prædictæ *regul. de non toll. jur. quaſ.* quando conceſſio, in qua adjicitur d. Clauſula, eſt de ſui natura præjudicialis, Corn. *conſ.* 83. *n.*56. *lib.*4. dicens, quod quando apparet de certa ſcientia Principis gratiam concedentis, quod illa ſit alteri pręjudicialis, ut in privilegio, quod aliter effectum habere non poteſt, tunc tale privilegium cõtinet tertii pręjudicium, ne alias reddatur inane, ut per Gonz. *ad reg.*7. *gl.* 36. *n.*49. Addit. ad Burrat. *deciſ.*576. *n.*53. ubi, quod prædictæ regulæ derogatio non requiritur in gratia de ſui natura præjudiciali, ut exemptio à decimis, vel ab Ordinario, & ſimilia: prout neque d.
65 regulæ derogatio requiritur in iis, quę fiunt ratione publicæ utilitatis, ut fuit reſolutum in una *Salaman. Privileg.* relata à Seraph. *in d. Nullius, de Stippa*, *& à d.* Addit. ad Buratt. *dec.*576 *num. fin.* nec opus eſt, quod Papa in conceſſione gratiæ ſic præjudicialis, nominet perſonas, quibus præjudicare intendit; ſivè ipſis perſonis tale jus competat ex
66 diſpoſitione juris communis, ſive ſpecialis, prout in *dict. Mantuana Penſionis dec.*24. *num.*2. *p.* 5. *recent.* quia cum Papa ſciat, gratiam, non niſi cum magno tertii præjudicio verificari poſſe, & nihilominus illam concedat, cenſetur per neceſſarium antecedens, illi juri derogare velle, Caſſad. *dec.*1. *de privileg.* quæ incipit, Fratres Minores, per tot. & fuit dictum in *d. Mantuan. Penſionis* 4. *Decembris* 1626. *coram Merlino*, *& in una Romana*, *Dotis de Bellapanibus* 7. *Maii* 1629. *coram Dunozetto*, in qua habetur, id procedere, etiam ſi nulla ſit facta mentio perſonarum, quibus præjudicium infertur; namque virtualiter Papa declarat afficere omnes perſonas, ad quas præjudicium ſpectare poteſt, ut in dict. Mant. Penſionis.

Ad propoſitum igitur noſtrum, & in caſu præſentis erectionis parochialis Eccleſiæ in Collegiatam, in qua inter cætera, quæ præjudicium generare videntur, illud evenire poſſet, quod ſit parochialis Eccleſia prædicta, quæ ante erectionem præcederetur fortan ab aliis parochialibus, cum
67 erigatur in Collegiatam, eo ipſo in neceſſariam conſequentiam majoris dignitatis, debet pręcedere dictas parochiales; quamvis non ſit derogatum regulæ *de non toll. jur. quaſ.* nam hæc gratia erectionis eſt de ſui natura præjudicialis, & talis derogatio neceſſaria non eſt, ut fuit latè de-
68 ciſum in una Illerden. Præeminentiarum coram Seraph. quæ ex ſuis eſt *d. deciſ.*1445. cum prædicta Eccleſia parochialis, per hanc erectionem in Collegiatam, ſit dignior effecta, ut per Alexandrin. *in capit. fin.* §. *Epiſcopos* 17. *diſt.* Henric. Boich. *de ſynod. epiſcopa*, *part.*3. *in princip. num.*28. Caſſaneus *in cathal. glor. mun.* 38. *conſiderat.* allegati in dict. Illerden. præeminentiarum *nu.*1. ubi *num.*1. in ſpecie, in controverſia cum parochialibus, fuit reſolutum in una *Calaguritan. Præeminentiarum coram Juſto* 6. *Novembris* 1600. & in præfata *dec.* Illerden. adeſt ſimilis caſus, ut in præſenti erectione parochialis, & matricis Eccleſiæ in Collegiatam: ibi enim fuit dictum, non obſtare deducta in contrarium; nempè, quod primo loco dicebatur, Eccleſiam B. Mariæ eſſe matricem; eique fuiſſe datum mandatum de manutenendo, uti majori; & inſuper fuiſſe pronunciatum, eſſe matricem, & majorem omnium Eccleſiarum Oppidi N. & ad eam, tanquam matricem, ſpectare omnia privilegia, prærogativas; & exemptiones, quæ de jure, & conſuetudine illarum partium, competunt Eccleſiis matricibus, & majoribus. Quia cum Eccleſia prædicta fuerit erecta in Collegiatam, utique in conſequentiam majoris dignitatis, in illius erectione fuit præjudicatum juribus matricitatis, quatenus eſt matrix, prout ſi una Eccleſia erigatur in Epiſcopatum, conſequens eſſet, ut locum ſortiretur, qui deberetur Epiſcopalibus Eccleſiis; nam qui eſt dignior, pręcedere debet, ut in dict. *dec.* Illerden. Præeminentiarum, ubi *num.*4. quod non obſtat clauſula, *ſine alicujus præjudicio*, in erectione appoſita; quia debet intelligi de aliorum non expreſſorum, Rebuff. *in prax. tit. de erect. in Colleg. in fin. & in d. Extravag.*2. *de conceſſ. præb.* & licèt in *d. cauſa Illerden.* fuiſſet pro contraria parte, adducta deciſio Syracuſam coram Bubalo, in qua dicebatur, gratiam eſſe in illo caſu ſubreptitiam, fuit reſponſum, quod ſubreptio inde eveniat, ſtante dicta Clauſula, quia Papa non intellexerat factum, ex quo oriebatur pręjudicium, unde ſecùs dicendum eſt, quando jam intellexit factum, quod alteri agnovit præjudicium inferre, abſque eo, quod fiat expreſſa mentio de perſonis, & rebus, quibus pręjudicare intendit; aut quod derogetur regulæ prædictæ *de non toll. jur. quaſ.* quia poſtquam narratur factum ipſi Pontifici, qui habet omnia jura in ſcrinio pectoris ſui, *l. omnium, C. de teſtam. cap.*1. *de conſtit. in* 5. Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.*36. *ſub num.*49. *verſ. Hinc. ſi una Eccleſia, &c. erigitur in Collegiatam*, nihil eſt, quin concedat gratiam de ſui natura præjudicialem; unde *num.*50. ait quod ſi erigitur in Cathedralem locus, ubi Archidiaconus habet juriſdictionem, eo ipſo tollitur talis juriſdictio, & applicatur Epiſcopo; licèt alias erectio intelligatur ſine præjudicio tertii, niſi quatenus in litteris fuerit expreſſum, ut *in d. Extravag.*2.

Porrò, quando Summus Pontifex concedit ſimiles gratias, in quibus aliquod alicui affertur præjudicium, ſufficit etiam quod de illo in genere cogitaverit abſque aliqua derogatione prædictæ regulæ: quod quidem ſufficere, nemo eſt, qui ambigat, ad evitandam ſubreptionem, Cravet. *conſ.*79. *num.*8.

Et teſtatur Rota in una *Cæſaraugustan. Juriſdictionis coram Damaſceno*, *penes* Farinac. *in poſthumis*, *deciſ.* 208. *num.*2. *tom* 1. quod iſta quæſtio ſemper fuit ardua in Rota, & tentum, quod in ſimilibus gratiis, de ſui natura præjudicialibus, non requiritur formalis derogatio *regulæ de jure quaſ. non toll.* ex eo, quod cum Papa intelligit, gratiam non poſſe verificari, niſi cum præjudicio juris tertii, & nihilominus illam concedit, cenſetur per neceſſarium antecedens, illi velle derogare, ut etiam ſupra dictum eſt, & alias eadem Rota tenuit in dict. *Nullius de Stippa* 19. *Novembris* 1586. *& in una Burgen. Quindenniorum* 5. *Decembris* 1601. *coram Seraphino*, *& in dict.* Oſcen. *Indulti*.

Præterea, aliam optimam rationem ſubdit Rota in *d. Cæſaraugustana Juriſdiction. numer.*3. nempè, non obſtare, quod non ſufficiat ſcientia Papę, ſed ulterius requiratur derogatio regulę, ut per Cęl. de Graſſ. *dec.*3. *de reſcript.* & Rota in *alia Cæſaraugust. Juriſdictionis* 13. *Julii* 1594. *coram Seraphino*: quia prędictę deciſiones non loquuntur de ſcientia, quę oritur ex natura ipſius rei, quę geritur, ſed ex ſcientia deſumpta ex narratis; circa quę Papa facilius potuit decipi ob involucrum verborum. Inſuper, quod gratia, quę de ſui natura non eſt pręjudicialis, non habet tantam repugnantiam cum regula, ſicut ipſamet gratia pręjudicialis.

Unde caſus prędictę deciſionis Cęſaraguſt. talis erat, quod Papa, reducendo illius Eccleſiam de ſtatu regulari ad ſecularem, mandavit Nuncio Apoſtolico, quod ſuper criminibus Capitularium procederet ſervata forma *Conc. Trid. ſeſſ.*24. *cap.*6. videlicet cum adjunctis, &c. nihilominus Archiepiſcopus pretendebat procedere ſine prędictis adjunctis, ut prius, pretendens ſe gravatum, maximè, quia in litteris erectionis non erat derogatum *regulæ de jur. quęſ. non toll.* Attamen per rationes ſupradictas fuit dictum, quod

quod prędicta derogatio non requirebatur; nam de ſui natura illa gratia erat præjudicialis; quia per neceſſe auferet poteſtatem, quam alias habebat Archiepiſcopus in procedendo ſine adiunctis; quæ quidem poteſtas illi competebat de jure communi; cum eſſet loco Abbatis illius Capituli regularis, ut fuit dictum in cauſa *Montis Regalis Iuriſdictionis 27. Iulii 1607. coram Coccino*. Unde, cum Papa præſumatur habere omnia jura in ſcrinio pectoris, dictum eſt, non præſumitur tale jus ignoraſse, *c.1. cum ibi not. de conſt. in 6.*

Cæterùm verò, prædicta Clauſula in ſuis caſibus ita operatur, ac ſi adiecta eſſet Clauſula, *Vocatis qui fuerint evocandi*, ſicut aliàs diximus; cum in reliquis Summus Pontifex nemini intendat per erectionem hujuſmodi, præter expreſſa, alicui præjudicium inferre, text. *in leg.2. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. cap. ſuper de off. deleg. cap. quamvis in fin.* & ibi Gemin. *numer. 3. de reſcript.* Buratt. *deciſion.576. numer.5.* & ibi Addit. *num.16.* ubi tamen ait, quod requiritur, ut gratia ſit præjudicialis ex ſui natura, ad hoc, ut non ſit expreſsè derogandum *regul. de jur. quaſ. non toll.* quia

70 ſi fieret præjudicialis ex narratis ab impetrante, non ſufficeret ſcientia Papæ concedentis, circa præjudicium juris tertii; ſed requireretur ſimul expreſſa derogatio regulæ prædictæ, prout diſtinxit Rota *deciſion. 174. numer.3. & 4. p.1. rec. & in una Bon:nien. Vſusfructus 27. Maii 1625. coram Coccino*, quæ refert id. Addit. *loc. cit. num.6.*

71 Quarè, eſſent propterea citandi quorum intereſt, & in terminis erectionis Collegiatæ Eccleſiæ, fuit dictum in una *Vrbinaten. ſeu Nullius, Erectionis Collegiata penes* Farinac. *in poſthumis, deciſion.391. tom.2.* ubi erat citandus Archiepiſcopus pro ejus intereſſe, ſtante ſupradicta Clauſula *Vocatis*, *&c.* quia in litteris prædictæ erectionis Terra Caſtri Durantis, dicitur eſſe Nullius Diœceſis, & tamen Archiepiſcopus Vrbinaten. ante illarum expeditionem, prætendebat, illam eſſe ſub juriſdictione ipſius: & quod tanto magis debebat citari, quia in dictis litteris de novo mandabatur, quod Collegiata, illiuſque Abbas ab omni, & quacunque juriſdictione, & ſuperioritate Archiepiſcopi perpetuò eximatur, & totaliter liberetur: quo caſu negari non poteſt, quin ſaltem reſpectu iſtius exemptionis de novo faciendæ, de intereſſe, & præjudicio Archiepiſcopi ad iſtum effectum conſtare diceretur, præſertim verò, cum idem Archiepiſcopus poterat in caſu iſto inſtare pro declaratione, an in prædictis litteris comprehenderetur exemptio à jure viſitandi, quod Ordinario competit vigore *Concilii Tridentini ſeſſ. 7. cap.8. & ſeſſ.21. cap. etiam 8.* ac propterea, hoc reſpectu, ille citandus erat.

72 Nec tamen puto vocandum uniti beneficii Rectorem, ubi ratione hujus, vel ſimilis erectionis fieret Eccleſiæ unio beneficii viventis, ut hic, cui per talem unionem nullum dignoſcitur præjudicium parari, ſtante conſueta clauſula, *per ceſſum vel deceſſum, vel alias, cum ex perſona ipſius beneficiati vacaverit*; & ſatis clarum eſt, antea non poſſe prædictam unionem ſuum ſortiri effectum: ſemperque hujuſmodi uniones fieri cum clauſula, ſine præjudicio obtinentium: quamvis per eam

73 non ſuſpendatur unionis effectus, ſed illius tantum proſequutio protrahatur ad tempus obitus beneficiati, ipſiuſque beneficii vacationis nec dici poteſt, eam aliquam importare conditionem: cum demunſtret tantummodo tempus omninò futurum, quo prædicta unio debitæ exequutioni demandari debeant, ut ex pluribus probat Lotter. *de re benef. lib.1. q.19. num.36. verſ. Cæterum ego.*

75 Quamvis, etiam ubi prędicium aliquod Rectori poſſet inferri, ſoleat quandoque Summus Pontifex in hujuſmodi erectionibus, ac unionibus Clauſulam, aliquo modo eidem Rectori præiudicialem, inſervire, iuxta tenorem ſupplicationis ſibi deſuper porrectæ; veluti quando ſine cura Eccleſia erigitur in parochialem, contradicente illius Rectore; Quare, cum favore animarum plurimùm expediat, hujuſmodi parochialem inſtituere, & erigere, addi conſuevit in eadem erectione clauſula hæc, videlicet, *Præſentes vero, & deſuper conficiendas litteras, etiam ex eo, quod dictus Rector, & quicunque alii in hoc forſan intereſſe habentes, ſed habere prætendentes, ad hoc vocati, & cauſa, ex cauſa, propter quam, ſeu quas præmiſſa à S.V. emanaverint, & coram loci Ordinario, tanquam a Sede Apoſtolica Delegato, examinata, verificata, & juſtificata non fuerint, ſeu quibuſvis aliis cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis E. S. V. vel quopiam alio defectu notari, ſeu impugnari, aut aliàs quomolibet infringi, vel retractari, ſeu invalidari, aut ad viam, & terminos juris reduci, ſeu in juris, vel controverſiam vocari, aut adverſus eas quodcumque juris, facti, vel juſtitiæ, aut gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam poſſe. Sicque per quoſcunque Indices, &c. ſublata, &c.*

Quarè ſi præfatæ regulæ de non tollendo jure quæſito, non eſt opus derogare, etiam quando de perſonis, quibus infertur prędicium, non fit mentio, ex juribus ad id ſuperius allegatis, multò minus requiritur hujuſmodi derogatio quando exprimuntur perſonæ; quibus Papa præjudicare intendit. Et ſic dicta Clauſula, *Sine alicuius præjudicio*, comprehendit quodcumque extrinſecum prędicium, non autem contentum, ſivè expreſſum in gratia, in qua Papa præjudicare videtur; nam talis Clauſula reddit gratiam omninò puram de præſenti; aliàs enim fuiſſet fruſtatoria; unde de neceſſitate intelligenda eſt de alio præjudicio, quàm de expreſso, cujus obiectum fuit Papæ ſpecificatum, ut optimè concludit Oldrad. *d. conſ.330. in fin.* Sarnen. *in reg. de jur. quæſ. non toll. quæſt.1. circa fin.* ubi ex DD. ibi per eum allegatis, quod ſi testis dicat, aliquid eſſe factum in pręſentia Titii, & Caii, & poſtea interrogatus dicat, quod illud non fuit factum in pręſentia alicujus intelligitur, præter expreſſos, videlicet Titium, & Caium, quod quidem ipſe Oldrad. ait procedere de plano in materia beneficiali, vel prophana; licèt in materia ſucceſſionis, & legitimationis, in qua variæ ſunt DD. opiniones, aliàs ſit dicendum.

Et in ſimili fuit dictum in Rota penes Creſ. *deciſ.7. de jurepatr.* nam cum ex tenore fundationis deberet ad beneficium pręſentari unus de genere, & nomine ipſius teſtatoris, patronus nihilominus, relicto uno, qui tantum aderat de genere, & nomine, præſentavit alium de genere tantum, qui ab Epiſcopo inſtitutus, obtinuit à Papa deſuper novam proviſionem, cum narrativa tenoris fundationis, & litis inter ipſum pręſentatum, & alium de genere, & nomine cum derogatione juriſpatronatus propter litem: & cum dubitaretur, an talis nova proviſio potuiſſet canonizari opponente ſe altero de genere, & nomine; licèt videretur hic negativa ſententia; ex eo quod unus tantùm aderat, habens requiſita per fundatorem, & ſic ille debebat omninò pręſentari; cum alias illi prędicaretur, quaſi quod haberet jus, ſaltem ad rem, tanquam certa perſona, unde dicta nova proviſio non debuiſſet ſuffragari; cum in ea adeſſet clauſula, *Dummodo non ſit alteri jus quæſitum*. Nihilominus fuit reſolutum pro nova proviſione, quia tale jus non dicitur ad rem conſiderabile, ut per Felin. *in cap. cauſam quæ, coll. pen. verſ. clauſula Anteferri, de reſcript.* cum etiam tenor fundationis fuiſſet Papę narratus, etiam cum mentione litis, & oppoſitio alterius de genere, & nomine; quibus non obſtantibus contulit cum derogatione, & illa clauſula *Dummodo non ſit ius quæſitum* intelligitur aliàs, quàm ex narratis, ad *conſ.* Gemin. 88. *col. penult.*

Sicut etiam pari modo dicendum eſt, ſi narrata per Oratorem intruſione, in convalidatione tituli Papa dicet, *Dummodo intruſus non ſit*, quia hęc clauſula intelligitur de intruſione pręternarratam, ut per Vivian. *in praxi iuriſpatronatus, lib. 13. capit.8. num. 107. clauſul. 25.* ubi ad id allegat Sarnen. & Creſc. ſupra citat. *& notat Cancellaria Apoſtolica in ſuis notab. fol. mihi 164.*

CAPUT XV.

Praxis Facultatis erigendi Sæculares, & Collegiatas Eccleſias, cum unione Beneficiorum, &c.

SUMMARIUM.

1 Dignitatem novam non poteſt Epiſcopus erigere, neque in Cathedrali, neque in Collegiata.
2 Et multo minus Collegiatam Eccleſiam.
3 Collegiata Eccleſiæ erectio, ab Epiſcopo facta, eſt nulla.
4 Confirmationis tempus conſideratur in actu nullo.
5 Actus invalidi ratificatio, dicitur novus actus.
6 Collegiata Eccleſia, eſt propriè, & verè Dignitas.
7 Praxis declarat mentem Pontificis.
8 In practica non habetur, quod lege non cavetur.
9 Fructus aſſignantur pro dote Collegiatæ ex fructibus beneficii ſibi unitis.
10 Dos ſufficiens aſſignanda in erectione beneficii.
11 Quod debet diſquirere Epiſcopus, antequam erectioni conſentiat.
12 Dos, quanta debeat eſſe pro Collegiata, ac quacunque alia Eccleſia, remiſſivè.
13 Debet aſſignari in limine fundationis beneficii.
14 Et debet Ordinarius, de qualitate dotis, & dotantis exquirere.
15 Dos beneficii ſuper quibus rebus conſtituenda.
16 Dotis aſſignatio Collegiatæ Terræ Rignavi quomodo facta.
17 Unio beneficiorum maſſæ Capitulari Collegiatæ, donec ſortiatur effectum, Communitas, ſeu Univerſitas ſpondet neceſſaria, ut hic.
18 Et quod decretum erectioni adiiciatur circa hoc, per Datariam.
19 Collegiata Eccleſia, quomodo de uno ad alium locum translata.
20 Et quomodo ex duabus collegiatis, fiat una.
21 Regula revocatoria unionum, quarè emanaverit.
22 Procedit in unionibus quacumque authoritate factis.
23 Uniones, quænam excipiantur à regula revocatoria unionum.
24 Diſpoſitio quantumcumque generalis, non tollit privilegium à jure conceſſum.
25 Regula revocatoria unionum comprehendit unionem ex cauſa voluntatis aut utilitatis.
26 Non tamen uniones ex cauſa dotis.
27 Unio facta pro erectione beneficii, dicitur pro augmento cultus divini.
28 Et tunc unio, nec diſmembratio ſubiacet regulæ revocatoriæ.
29 Erectio Eccleſiæ, ubi non eſt neceſſaria, intrat regula revocatoria unionum.
30 Regula revocatoria unionum verba, quę ſuum non ſunt ſortitę effectum, quomodo intelligenda.
31 Unio beneficii, ut dicatur ſortita effectum quomodo intelligenda.
32 Effectuata in uno beneficio, cenſetur effectuata quoad reliqua.
33 Clauſula, Ex nunc prout ex tunc, in unione beneficii, refertur ad illius vacationem.
34 Unio beneficii an debeat fieri collegiatæ, ante, vel poſt illius erectionem.
35 Dos eſt acceſſoria ad erectionem collegiatæ Eccleſiæ.
36 Revocatoria futurorum, non comprehendit futurum, habens dependentiam à præterito.
37 Regula revocatoria unionum, qua ratione emanaverit.
38 Erectionis beneficii gratia, ſi non expiravit, neque expirat unio.
39 Quod intelligitur, ſivè erectio fiat à Papa ex certa ſcientia, ſive per Exequutorem.
40 Erectione ſubſiſtente, ſubſiſtit etiam unio, non obſtante regula revocatoria.
41 Unio ſequitur erectionem, tanquam illius acceſſorium.
42 Erectio beneficii, ſi non ſortiatur effectum, neque unio tenebit.
43 Principali ſublato, acceſſorium etiam cenſetur ſublatum.
44 Unionum, ceſſantibus cauſis, ceſſant quoque uniones.
45 Unio facta propter paupertatem Eccleſiæ, excreſcentibus fructibus, diſſolvitur.
46 Unio ex quibus cauſis fieri poteſt, item & diſſolvi.
47 Nihil tam naturale, quam diſſolvere eo genere, quo ligatum eſt.
48 Qui poteſt condemnare, poteſt abſolvere.
49 Qui poteſt inſtituere, poteſt deſtituere.
50 Unire qui poteſt, etiam unionem diſſolvere valet.
51 Unionem etiam à Papa factam, quomodo poſſit Epiſcopus diſſolvere.
52 Unionis diſſolutio fit ab Epiſcopo cum cauſæ cognitione, & conſenſu Capituli.
54 Papæ authoritas excludit omnem aliam ſolemnitatem.
55 Unio beneficii facta per Ordinarium, illiuſque diſſolutio requirunt cauſam, & conſenſum Capituli.
56 Unionis diſſolutio requirit citationem eorum, quorum intereſt.
57 Regula revocatoria unionum, ſi dubitetur, an præſerves factas ad divini cultus augmentum, petitur gratia revalidatoria à Papa.
58 Et ſub qua formula petenda.
59 Eccleſia Neapolitana, ex inſignioribus Italiæ Cathedralibus Regnique Neapolitani primaria.
60 Regula revocatoria unionum non habet locum, quando unus Ordo ſupprimitur, ejuſque beneficia alteri applicantur.
61 Unio revocatur, ſi fuerit facta ex cauſa voluptatis, aut utilitatis, vel commodioris ſuſtentationis.
62 Regula revocatoria, quas uniones tueatur.
63 Cauſa privilegiata, non venit in generali diſpoſitione.
64 Uniones præſumuntur ex juſta cauſa, facta.
65 Uniones factæ per Ordinarium, quomodo à Papa de novo fiant, & ſub qua formula.
66 Unio facta de beneficio non reſervato, vivente beneficiato, valet, ſi ille obierit in menſe Apoſtolico.
67 Unio facienda per Epiſcopum, requirit conſenſum Capituli; quia dicitur alienatio.
68 Secus verò, ſi de conſuetudine non requiratur.
69 Unioni facienda per Ordinarium, ſi Capitulum non conſentiat, recurritur ad Papam.
70 Papa ſupplet omnes ſolemnitates, & defectus.
71 Unio, venit appellatione alienationis rerum eccleſiæ.
72 Alienatione rerum eccleſiæ prohibita, prohibetur etiam unio.
73 Solemnitates ita requiruntur in unione, ſicut in alienatione,
74 Uniones non requirunt alias ſolemnitates, præter Papæ authoritatem, legitime tamen interpoſitam.
75 Unio facta per Ordinarium ſine, vel ex falſa cauſa, eſt nulla.
76 Nam requirit cauſam, & ſolemnitatem.
77 Et quando utraque intervenit, ſervanda eſt per ſucceſſorem.
78 Unio beneficiorum, ut valeat, requirit manifeſtam Eccleſiæ utilitatem, ac neceſſitatem.
79 Unionum reſcripta, quæ ſiunt à Papa, ſemper intelliguntur, ſi cauſæ veræ ſint.
80 Etiam ſi unio fiat Motu proprio, & Papa cauſas unioni inſerat.
81 Et quæ ſit ratio.
82 Uniones perpetuæ à quadraginta annis citra, examinanda per Ordinarium.
83 Unio beneficii requirit vocationem, & conſenſum patroni, ſive laici, ſive Clerici.
84 Non tamen requiritur conſenſus Rectoris, ſi ei non præjudicetur.
85 Sed quare ei ſit inſinuanda unio.
86 Unio beneficii ad tempus, an requirat conſenſum patroni.
87 Uniri ſine conſenſu patroni, poteſt beneficium ad vitam, alteri beneficio, quod Rector obtinet.
88 Et quænam ſit ratio, ex Notab. Cancell.
89 Collegiatæ Eccleſiæ erectio fit quandoque cum reſervatione juripatronatus ad Canonicatus, & Dignitates.

90 Col-

90 *Collegiata Eccleſia Oppidi Summæ Nulan. Diœceſis, juſpatronatus reſervatum illius Univerſitati ad Dignitates.*
91 *Collegiata Eccleſia, quomodo ſuppreſſa, & in commodiori loco noviter erecta.*
92 *Privilegia, & immunitates, &c. Collegiatæ Eccleſiæ conceduntur ad inſtar aliarum collegiatarum, quandoque verò exprimuntur in erectione.*
93 *Privilegium per illius non uſum amittitur.*
94 *Sed quomodo id intelligatur.*
95 *Privilegium non amittitur per non uſum, etiam ſpatio mille annorum, quando non venit caſus eo utendi.*
96 *Secùs, ſi habens privilegium, eſt in cauſa privilegii, & per eum ſtet, quominus illo utatur.*
97 *Privilegia parochialis Eccleſiæ, in collegiatam erectæ, an cenſeantur extincta.*
98 *Ius tertii ſemper cenſetur præſervatum in unaquaque diſpoſitione.*
99 *Ius tertiu quæſitum, Papa cenſetur tollere potius per importunitatem, quàm per voluntatem.*
100 *Quod procedit, etiam ſi reſcriptum emanaverit ad favorem piæ cauſæ.*
101 *Penſio reſervata ſuper fructibus collegiatæ, ſi illa erigatur in cathedralem, non extinguitur.*
102 *Privilegium, per mutationem non extinguitur, ſi eſt compatibile cum ſtatu mutato.*
103 *Eccleſia juriſpatronatus, ſi erigatur in Collegiatam, patronus præſentabit ad præbendas.*
104 *Eccleſia matrix, ſi erigatur in collegiatam, amittit jura matricitatis.*
105 *Eccleſia, in Epiſcopatum erecta, ſortitur locum debitum aliis Eccleſiis Epiſcopalibus.*
106 *Bona Eccleſiaſtica, ſunt immunia ab omnibus gabellis, & tributis.*
107 *Bonorum exemptorum diſtinctio.*
108 *Canonici, extra Capitulum, nihil poſſunt diſponere de pertinentibus ad illos.*
109 *Capituli conſenſus non probatur ex ſubſcriptione aliquorum Canonicorum.*
110 *Quia aliud eſt Capitulum, aliud verò ſinguli de Capitulo.*
111 *Capitulum, vel ſingulos, concernentes, diverſi ſunt actus.*
112 *Diſpoſitio loquens de perſonis, niſi aliud exprimatur, nunquam comprehendit Collegium, vel Capitulum.*
113 *Canonicis, ſi relinquatur fundus, non dicitur teſtator legaſſe Capitulo, ſed ſingularibus de Capitulo.*
114 *Et tunc Canonici divident inter ſe; non autem applicabũt Menſæ Capitulari.*
115 *Canonicorum appellatione, quando veniat Capitulum.*
116 *Canonici, quomodo ex reſcripto Papæ, poſſint aliquid expedire extra Capitulum.*
117 *Vota Canonicorum data extra Capitulum, actum Capitularem concernentia, non ſuffragantur.*
118 *Capitula Eccleſiarum Cathedralium, ſivè Collegiatarum poſſunt de jure concedere ſtatuta.*
119 *Quod intelligitur in iis, quæ univerſum ſtatutum ſuæ Eccleſiæ, vel intereſſe Epiſcopi non concernunt.*
120 *Et dummodò ſtatuta non ſint contra jus.*
121 *Capitulum, ſine Epiſcopo, poteſt ſtatuere circa modum dividendi fructus, & diſtributiones.*
122 *Sede Epiſcopali vacante, poteſt ſtatuere ſuper ſtatuto Eccleſiæ, ſicut Epiſcopus.*
123 *Et quomodo poſſit ſtatutum facere, contrarium alteri ſtatutu Epiſcopi.*
124 *Capitulum non poteſt ſtatuere, quod fructus non intereſſentibus applicentur, niſi interveniat conſenſus Epiſcopi.*
125 *Statuta, juri contraria, confirmantur à Sede Apoſtolica.*
126 *Confirmatio Apoſtolica quomodo diſtinguatur, conceſſa in forma communi, & facta ex certa ſcientia.*
127 *Expreſſio totius tenoris rei confirmatæ idem operatur, quod Clauſula* ex certa ſcientia.
128 *Confirmatio dicitur in forma communi, etiam ſi Papa dicat, omnia haberi pro expreſſis, perinde, ac ſi tenor illorum &c.*
129 *Et facta ex certa ſcientia, debet eſſe vera, & explicita non autem per fictionem.*

130 *Dictio,* ac ſi *denotat ſimilitudinem, ſed non per omnia.*
131 *Et fingit factum, quod verè factum non eſt.*
232 *Clauſula,* Pro expreſſis habentes &c. & Quorum tenores &c. *quid operentur in confirmationibus Apoſtolicis.*
133 *Quod habetur pro tale, non eſt, eſſe verè tale, ſed per fictionem.*
134 *Abſentes, ex juſta cauſa, quod habeantur pro præſentibus dicitur impropriè, & per fictionem.*
135 *Verba,* videri, cenſere, credi, *& ſimilia denotant fictionem, & improprietatem.*
136 *Fictio, nunquam convenit cum veritate.*
138 *Expreſſum non fuiſſe dicitur, quando quid habetur pro expreſſo.*
139 *Fictio veritatem excludit.*
140 *Princeps veritatem mutare non poteſt, licèt poſſit contra eam fingere.*
141 *Iuſpatronatus conceſſum cum Clauſula,* ac ſi eſſet ex fundatione &c. *non excludit privilegium.*
142 *Clauſula,* licita tamen, & honeſta, *in confirmatione Statutorum, quando apponatur.*
143 *Statuta facta per Capitulum, & Canonicos, eatenus ligant, quatenus ſint in uſu.*
144 *Lex, ſeu Conſtitutio, utentium more non recepta, nullas habet vices.*
145 *Statutum, ut liget debet eſſe uſu receptum.*
246 *Statuta ſemper habent tacitam conditionem, dummodo uſu recipiantur.*
147 *Et contrarius non uſus probatur eo ipſo, quod non probatur uſus.*
148 *Statuti uſus non probatur, ſi illud fuit receptum per paucas vices, & quare.*
149 *Statutum, ut liget, debet eſſe publicatum, & uſu receptum.*
150 *Statutum imperfectum non ligat.*
151 *Concilii Tridentini decretis, nonnulla noviter ſtatuta, circa beneficialia.*
252 *Statutum, quo Canonicis permittitur abſentia quatuor menſium, non eſt ſublatum, ſi eſt ab Apoſtolica ſede confirmatum.*
253 *Clauſula,* Concilii Tridentini decretis non contraria, *apponitur in confirmationibus Concordiarum.*
254 *Concordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ, non ſunt per* Conc. Trid. *ſublatæ.*
155 *Statutum contra jus commune, & Concilii Trid. decreta, ſi allegetur confirmatum à Sede Apoſtolica, intelligitur de confirmatione ex certa ſcientia.*
156 *Beneficia vacantia à primæva erectione, Apoſtolica authoritate facta, an ſint reſervata.*
157 *Et reſpondetur affirmativè.*
258 *Reſervatio favorabilis includit etiam beneficia noviter erecta.*
159 *Regula reſervatoria ſemper loquitur, ſemperque reſervat.*
160 *Regulæ reſervatoriæ verba loquuntur de quibuſcunque beneficiis.*
161 *Beneficium dicitur vacare per novam illius erectionem.*
162 *Et ita comprehenditur in regula reſervatoria.*
263 *Papa confert beneficia per eum noviter erecta, tanquam reſervata.*
164 *Et Cancellaria dat in bulla de vacanti apud Sedem.*
265 *Beneficium vacat ſtatim, poſt decretum erectionis Ordinarii.*
166 *Erectio beneficii facienda ab Ordinario in ſuo menſe, ut illud poſſit conferre.*
167 *Beneficia noviter erecta à Papa, quæcunque illa ſint, ab eo conferuntur.*
168 *Licèt quandoque ſecus, ex benignitate.*
169 *Quod etiam concedit patronis eccleſiaſticis pro prima vice.*
270 *Beneficiorum erectiones, cum nequeant ob aliquod impedimentum fieri per Ordinarium petuntur à Papa.*
171 *Beneficium vacans à primæva erectione facta per Papã, quomodo ab eodem conferatur, licèt effectus erectionis ſit ſuſpenſus ad certum tempus.*
172 *Opinio Garc. circa collationem faciendam de beneficio vacante a primæva erectione a Papa facta, adverſatur praxi Cancellariæ Apoſtolicæ.*

173 *Beneficii noviter à Papa erecti, collatio ſub qua formula fiat.*
174 *Decretum irritans quid operetur.*
175 *Et quomodo inficiat titulum, & poſſeſſionem.*
176 *Beneficia, à primæva erectione à Papa facta, vacantia, neque à Cardinalibus habentibus indultum conferri poſſunt.*
177 *Beneficiorum vacantium à primæva erectione, proviſiones quomodo dentur per Cancellariam.*

ERigere, & inſtituere, Locus, & materia antiam non exiguam præſtant, nonnulla in frequenti uſu, & praxi, adducendi, quæ ſecundum Romanæ Curiæ illiuſque Datariæ Apoſtolicæ ſtylum, occurrunt circa beneficiorum eccleſiaſticorum erectiones, prout ibi longo annorum curſu obſervavimus: & quidem pro nunc, noſtrum inſtitutum proſequendo, videndum eſt, an ſoli Papæ hanc parochialem in Collegiatam Eccleſiam erigendi facultas competat, an verò eadem ſit Epiſcopo conceſſa?

Et videtur, etiam Epiſcopi hanc fuiſſe attributam facultatem; quod quidem multis DD. authoritatibus comprobatum habemus; quando quidem ita inter cæteros tenet Rebuff. *in ſua praxi tit. de erect. in Collegiat.* ubi dicit, hanc erectionem fieri poſſe etiam per Epiſcopum, ex *cap. nobis de jurepatr.* idem tenet Gamb. *de offic. & pot. leg. à lat. lib. 5. tit. de pot. leg. in erig. nov. benef. numer. ult.* ubi, quod etiam legatus poteſt erigere parochialem in Collegiatam; dummodo habeat dotem competentem; quia etiam Epiſcopus id præſtare poteſt, ex Abb. *in c. quoniam, de vit. & honeſt. cler.* cum nonnullis aliis DD. etiam magnę authoritatis, qui ita tenent per tex. *in d. c. quoniam*, & ibi Io. Andr. *numer. 3.* Butr. *num. 2.* Imol. *qui teſtatur de communi*, cum aliis relatis per Addit. ad Burat. *deciſ. 912. numer. 14.*

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia verior eſt, & in praxi uſque quotidiana recepta; ut omnibus Curialibus, etiam mediocriter in ipſa Curia verſatis, totum eſt; cum omnes hujuſmodi Collegiatarum Eccleſiarum erectiones inde noſcuntur emanare; quarè tam ſupradicti, quàm cęteri DD. etiam ex modernis contrarium ſentientes, toto aberrant cœlo, cum exiſtiment, poſſe Epiſcopum erigere parochialem; aut aliam Eccleſiam in ſæcularem, & Collegiatam, authoritate præſertim ſupradicti tex. *in c. quoniam*, ubi Io. Andr. *d. num. 3.* Butr. *d. n. 2. & 6.* qui atteſtantur de communi *num. 1.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 14. num. 44.* qui *n. ſeq.* non minus eruditiſſimè, quam doctiſſimè docet, eondem text. *in d. c. quoniam*; loqui de Eccleſia regulari; quod quidem ſatis, ſuperque, ex eodem text. deprehenditur, qui non poteſt referri ad Eccleſiam ſæcularem, ut ibi, *& ſtatuere, ut bona eorum veniant in commune, in una domo veſcantur, atque ſub uno tecto dormiant, & quieſcant*, & ibi gloſſ. *in verbo, in una domo*, ubi, qui vult intelligere Capitulum iſtud de regularibus, planum eſſet; quia ibi non apparet; de quibus dicatur, ac etiam ex eo, quod dicitur *qui ſimul in eodem refectorio comedere, & in eodem dormitorio dormire debent*, & plenius ipſa gloſſ. *in verbo, qui ſimul*, quod ex hoc videtur loqui de regularibus, qui ſimul vivunt, & dormiunt; quarè, ut optimè idem Lotter. *d. n. 44.* ait, licèt ſupradicti DD. videantur hunc intellectum reſpuere, conſtat nihilominus, illum eſſe veriſſimum; cum in pro-
1 poſito, Epiſcopum neque erigere novam Dignitatem in Cathedrali, neque in Collegiata Eccleſia poſſe, conſtet, ex notorio tex. *in c. 1.* & ibi gloſs. 22. *diſt. 1. c. cum olim de elect.* ſed tantùm veterem reſtaurare, cum res facile, & jure optimo redeat ad primævum ſtatutum, *leg. ſi unus, verſ. quoties enim ff. de pact. l. filio quem pater*, ibi *non tranſlatus, ſed redditus*, & ibi not. gloſ. *in verbo, ſed redditus, ff. de liber. & poſth. cap. ab exordio, 35. dict. gloſ. in c. ſtatutum, verbo moderandum, de præb. in 6.*

Quarè, ſi Epiſcopo non licet ſimplicem, ac novam
2 Dignitatem creare, quod eſt minus, neque poterit Collegiatam Eccleſiam, quod eſt majus, *c. cum illorum*, §. 1. ibi, *cum majora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora*, & gloſ. *in verbo minora, de ſent. excom. cap. geſta 74. diſt. cap. illud 65. diſt. l. quæ in dignus, ff. de Senat.* & fuit dictum in una Hiſpalen. Theſaurariæ, penes Farinac. *in poſthumis, deciſ. 331. num. 5. tom. 2.* Filiuc. *tr. 41. de benef. cap. 3. num. 112.* Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 5. cap. 29. q. 25. & cap. 30. q. 2.* Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. 1. num. 6.* Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. ad Paroch. prælud. 2. dub. 1.* Nec unquam Romanæ Curiæ uſus admiſit, poſſe aliquando fieri per Epiſcopum hanc Collegiatæ erectionem, teſte Garc. *de benefic. p. 12. cap. 5. num. 4.* quia totum id nedum ſupradictis juribus ad id allegatis repugnat, verum etiam ejuſdem Curiæ ſtylo, conſuetudini, & praxi. Et dato, quod Epiſcopus quandoque erexerit aliquam Col-
legiatam Eccleſiam, prout aliquando vidimus, talis ere- 3
ctio pro invalida habita fuit, ac tanquam nulliter facta, & de facto; ut reſpondit Paulus V. Cardinali Arrigonio illius Prodatario ſuper quadam ſimili erectione facta ab Epiſcopo Aſculan. quæ propterea cum ſit ei interdicta, fuit in omnibus, & per omnia convalidata ab eodem Paulo; quod perindè eſt, ac ſi à principio ab ipſo Papa fuiſſet erecta juxtà illam communem juris concluſionem,
quod in confirmatione actus nulli, conſideratur tempus 4
confirmationis, & ratificatio actus invalidi, nihil aliud
eſt, quam novus actus, *leg. aſſe toto, ff. de verb. ſign.* 5
Soccin. *conſ. 92. numer. 11. lib. 3.* Menoch. *conſ. 80. numer. 66.*

Pro qua quidem confirmatione erectionis, fuit porrecta ſupplicatio ipſi Prodatario, & in ea aſſerebatur, hanc confirmationem peti non ex neceſſitate, ſed ad cautelam; propter quod dicebatur, *Cum autem Pater Sancte, firmiora ſunt ea qua Sedis Apoſtolica munimine roborantur, propterea, &c.* per quæ quidem verba quaſi videretur, fuiſſe validè factam erectionem ab Ordinario, quandoquidem cum diceretur *firmiora ſint, quæ à Sede Apoſtolica confirmantur, &c.* videbatur, quod nihilominus erectio Epiſcopi eſſet jam firma, & à Papa, illa tanquam firmior petebatur; cum comparativum præſupponat ſuum poſitivum, *l. ubi autem, §. 1. ff. de verb. oblig.* Surd. *dec. 65. num. 6.* Bal. *in l. 2. num. 3. Cod. de probat.* Rota *dec. 219. n. 2. diverſ. in recent.* Io. Andr. *in c. duobus, ſub num. 9. verſi. quæ verba de reſcript.* Aocharan. *conſ. 215. ſub num. 8. verſ. 20, quia ex omnibus*, Lotter. *dict. l. 1. qu. 29. nu. 20.* Quarè memini, me vidiſſe ſupradictam ſupplicationem rejectam, ac petitam novam erectionem à Papa, præcedente cauſarum cognitione.

Et aliàs Sacra Rituum Congregatio ſic declaravit, *Parochialem Eccleſiam in Collegiatam non poteſt Epiſcopus erigere, in una Caputaqu. 12. Julii 1628.* teſte Barboſ. *in collectan. bull. verb. Parochialis fol. 552. ver. 7.* Addit. ad Burat. *dec. 912. n. 14. in fin.* ubi, quod ſtante prædicta declaratione Sacræ Congregationis, ab ea non eſt recedendum, & quod ita ſervatur in praxi, ut omnes Collegiatæ ſæculares erigantur authoritate Sedis Apoſtolicæ.

Undè idem Lotter. *d. q. 14. n. 47.* tanquam eximius Curialis, ait, quod à juris regulis omnium recederet, qui admitteret, Epiſcopum poſſe erigere collegiatam, cui interdicta eſt unius, ac ſimplicis novæ Dignitatis erectio; præſertim verò, cum Eccleſia Collegiata ſit propriè, ac verè Dignitas: proindeque non eſſe recedendum ab intellectu gloſ. *in d. c. quoniam*, & ab hac ſententia, ut Epiſcopus, aut etiam quilibet inferior à Papa nequeat erigere collegiatam ſæcularem: nam circumſcripta authoritate delegata Sedis Apoſtolicæ, in quibus terminis poſſet ſuſtineri, quæ de legato à latere pronunciavit Rota *in una Regien. Unionis die 12. Maii 1625.* concluditur etiam in *d. dec.* impoſſibile eſſe, quod Epiſcopus, ſua ordinaria authoritate, talem erectionem facere poſſit, ut etiam *S. Congreg. Concilii Trid. in una Converſan. 27. Jun. 1626.* Vivian. *in praxi juriſpatr. lib. 1. c. 1. num. 209.* ubi licet dixerit, hanc erectionem videri fieri poſſe per Epiſcopum, ſemper tamen fieri ſolet authoritate Papæ, & in praxi vidit ſimilem erectionem in Diœceſi Pergamen. & aliam ſimilem Eccleſiam Iliburni, erectas Apoſtolica authoritate: & prout in dies videmus inconcuſsè obſervari: quæ quidem praxis omnem circa hoc aufert difficultatem, *l. quadam, in fin. ff. de reb. dub. l. cum de interpretatione, ff. de legibus l. ſed*, & Iulianus §. *perinde ff. ad Maced.* cum aliis adductis per Maſcard. *de probat. concluſ. 1300. numer. 19. cum pluribus ſequentibus*, Aym. *conſil. 101. num. 3.* Io. Guttier. *conſ. 2. numero 10.* Mant. *de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 34.* namque declarat
mentem Pontificis, ut dixi in mea *Prax. diſpenſat. Apoſt.* 7
lib. 7. cap. 8. num. 70. & ità fatentur omnes antiquiſſimi Cu-
riales; cum clarum ſit, quod in practica non habetur, quod 8
lege non cavetur, per ea, quæ dixit Bald. *in cap. nihil. numer. 15. de elect.* Tiraquel. *de pæn. temper. cauſa, ca. numer. 87.*

87. aliter enim id non ſervaretur in praxi, niſi ita eſſet de jure, Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 9. §. 2. num. 64.* Et quod Epiſcopus non poſſit erigere Collegiatam Eccleſiam, & ad Summum Pontificem tantum ipſa erectio ſpectet, dixit etiam Rota *in una Vicen. Prioratus penes Rubeum deciſ. 99. numer. 9. tom. 2. ex l. Neratius* 85. *verſ. jus autem, ff. de verb. ſignif.* prout etiam de hac nova erectione tradit Bald. *in d. cap. cum acceſſiſſent, nu. 17. verſ. eſt & nova, & ver. item oportet, de conſtit.* unde de hoc non eſt ulterius quærendum.

Sanè hujuſmodi Eccleſiarum Collegiatarum erectiones, multifariam in ipſa Romana Curia, longo experimento conceſſas, obſervavimus; nempè juxtà locorum qualitatem, Magnarum inſtantiam, & cauſarum: & licèt certa regula, certusque modus nequeant propterea aſſignari, ex diſcurſu nihilominus præſentis materiæ, liquidò quiſquis, etiam parum verſatus, qualitates ad id poterit cernere requiſitas ex iis etiam, quæ ſupra jam diximus.

9 Nec tamen omittere viſum eſt, quod nedum prædictæ Parochiales, aut matrices Eccleſiæ, verùm etiam quantumcumque ſimplices, & ſine cura erigi poſſunt in Collegiatas per Summum Pontificem, quatenus requiſita ad id neceſſaria (ut hic) concurrant, ſeù aliàs cauſa aliqua ad ipſius Pontificis animum inducendum, intercedat: quod ſi prædicta eccleſia fuerit de jurepatronatus, non aliàs, quam ad id patronorum conſenſu accedente, quod teſtatur Archidiac. *in c. Monaſterium, n. 3. 16. q. 7.* quem refert idem Lotter. *d. q. 14. n. 53.* ubi quod ſi id de facto fiat, intelligitur ſine præjudicio patroni, ex Præpoſ. *in cap. ſi ex laicis, ſub num. 7. verſic. quod dico verum, 16. quæſt. 1.* & nos jam alibi diximus.

Cæterum verò, omnes Eccleſiarum erectiones poſſunt à Papa fieri, veluti Eccleſiæ ſæcularis in regularem, & è contra, ſimplicis in Parochialem, Parochialis in collegiata in Epiſcopalem, Epiſcopalis in Archiepiſcopalem, & Archiepiſcopalis in Patriarchalem.

Omnia, & ſingula *prædictæ Eccleſiæ S. Georgii, & illi annexorum membrorum, & pertinentiarum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta univerſa, &c.*

Cum etenim hic nulla alia opportuniori ratione poſſit menſæ Capitulari hujus Eccleſiæ erigendæ, congruęque Dignitates, ac Canonicatus obtinentium ſuſtentationi conſuli, providetur, ut hic per aſſignationem eorundem fructuum, &c. & ſic pro Eccleſiæ hujuſmodi congrua dote, quæ de neceſſitate debet tam illi, quam unicuique beneficio aſſi-
10 gnari ſufficiens, & perpetua in illorum erectione; quod ſi erectio prædicta fiat de alia Eccleſia, ſeù beneficio au-
11 thoritate ordinaria, Epiſcopus antequam præſtet ſuum conſenſum ſuper Eccleſiæ ædificatione, aut cujuſcumque beneficii quantumcumque ſimplicis erectione, debet in primis ex neceſſitate requirere, quod fundans aſſignet cum effectu ſufficientem dotem pro ipſa Eccleſia per publicum inſtrumentum, Vivian. *in praxi iuriſpatron. lib.*
12 *2. cap. 4. n. 15.* qui à *num. 31. cum ſeqq.* oſtendit, quanta debeat eſſe dos pro Collegiata Eccleſia, præſertim *n. 2.* necnon pro unaquaque Eccleſia, etiam ſimplici.

Applicare, & appropriare.

Quæ quidem applicatio, & appropriatio ſupradictorum omnium, ſunt unico contextu, & in ipſo erectionis actu faciendæ; nec aliàs Summus Pontifex erigit, aut erigi mandat non modo Collegiatam, verùm etiam quodcumque beneficium Eccleſiaſticum, niſi eodem tempore adſit redditus annuus, ex quo beneficiati valeant ſe commodè ſuſtentari; ex eo, quod beneficium erigi non debet ſine dote, ut ſupra dictum eſt; ac proindè ipſe Pontifex in litteris erectionis illarum Exequutoribus mandare conſuevit, nè ad beneficii erectionem procedant, niſi prius eidem beneficio ſic erigendo aſſertum annuum redditum tutum, & ſecurum, ac ab omni hypotheca protinus, liberum verè, & realiter, ac validè, & perpetuò fundator aſſignaverit, & non antea, nec alio modo, qui tradi debet in limine fundationis,
13 *cap. nemo, el 1. de conſecr. diſt. 1.* imò prædicta dos quandoque conſtituitur ante conſtructionem Eccleſiæ ut in *d. c. nemo, gloſ. in cap. cum ſicut, verbo conſecranda,* & ibi Abbat. *de conſec. Eccl. vel alt.*

Et quando hujuſmodi erectio in caſibus ſuis, fiet ordinaria authoritate, debet Ordinarius antea qualitates dotan- 14
tis exquirere, & quomodo velit dotem conſtituere, & an ſit dos congrua, & ſufficiens idem Vivian. loc. citato *num. 17.*

Hujuſmodi autem dos pro beneficii erectione conſtitui
etiam poteſt non modò ſuper bonis ſtabilibus, verùm etiam 15
ſuper annuis cenſibus; quandoquidem illa verba, quæ ſolent addi per Dominos Officiales Datariæ, ac etiam Cancellariæ Apoſtolicæ, videlicet, *Mandamus, quatenus ſit, & poſtquam dictus N. redditum annuum hujuſmodi pro dote, tute, & ſecurè, ac validè perpetuo aſſignaverit, & non antea, nec alias, dictam Eccleſiam erigas,* etiam de cenſibus annuis intelligenda ſunt, ac tenuit Rota in *una Melevitana Erectionis Collegiatæ penes Rubeum deciſ. 283. n. 12. & 13. tom. 2.* ubi quod Domini, quoad validitatem bonorum aſſignatorum, non dubitarunt, ſivè in cenſibus; quia & ipſi cenſus inter immobilia computantur, & validè dotes beneficiorum poſſunt ſuper eis conſtitui, *l. ſi quis inquilinos, ff. de leg. 1. l. jubemus nonnulli, ubi gloſ. in verbo annonas,* Bald. Caſtrenſ. & alii, *C. de ſacroſanct. Eccl. l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nup.* Surd. *deciſio.* 204. Seraph. *dec. 224. num. 4.* & alii relati in d. deciſ. Melevitan. in qua fuit etiam reſponſum, quod ſi ipſa dotis conſtitutio fiat in cenſibus, qui ſecundum Bullam Pii V. perpetui non ſunt, ſed redimibiles ex parte venditorum, tunc ſufficit, quod ex pretio redigendo, poſſint emi alii cenſus, vel ſtabilia, ad hoc, ut ipſa dos perpetuetur, & ſuſtineatur, ut *n. 20. & ſeq.*

Illud autem, quod ſupra dictum eſt de applicatione, & appropriatione prædictorum bonorum, tunc procedit, quando Eccleſiæ aſſignantur redditus non beneficiales; at verò aliter ſe habet hæc praxis, quæ magis frequens eſt, ut in ipſa Romana Curia obſervavimus, quando pro Collegiata, ſive alterius cujuſcumque Eccleſiæ dote, fit unio aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſive illis ſuppreſſis, applicatio fructuum eorundem. Et pro hac eadem praxi,
adduco exemplum erectionis ſæcularis, & Collegiatæ Ec- 16
cleſiæ Terræ Rignani Civitatis Caſtellanæ Diœceſis, de qua aliàs mentionem feci, & quam fecit felic. recordat. Paulus V. ad inſtantiam Excellentiſſimi Domini Marci Antonii Burgheſis, ejus ex fratre germano nepotis, ejuſdem Terræ Ducis, pro qua quidem erectione fuit ſupplicatio ita concepta, 23.

Beatiſſime Pater. Cum Terra Rignani Civitatis Caſtellanæ Diœceſis, inſignis, & valdè populoſa exiſtat, &c. ſuperioribuſque annis in Ducatum per S. V. erecta fuerit; & in ea Parochialis Eccleſia, Archipresbyteratus nuncupata Ss. Vincentii, & Anaſtaſii, quam N. illius Rector, & tria perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica Canonicatus nuncupata, quæ Tarquinius Bracci, necnon N. clerici devoti veſtri ad præſens obtinent, fundata, & inſtituta reperiantur, dictique Rector, & ſinguli beneficiati in maſſa communi participanda, & eam inter ſe, Rector videlicet duplicem, ac ſinguli beneficiati prædicti ſimplicem portionem pro quolibet eorum habentes, inter ſe dividant, dictique N. & N. aliqua emolumenta ſibi ipſis, non autem Rectori prædicto communia habent, prædictus verò Tarquinius portionem peculiarem, nihil commune cum dictis Rectore, & aliis duobus beneficiatis, ratione S. Mariæ, & S. Rochi, necnon S. Siſinii, & S. Penzani dicta, ſeù alterius Diœceſis ſine cura Eccleſiarum, ſeù Capellarum dicto beneficio per prædictum Tarquinium obtento, perpetuò, aut aliàs unitarum, ſeù quas ipſe obtinet, habentem, percipiat; ac propterea, ſi nomen, titulus, & denominatio Rectoris dictæ Parochialis Eccleſiæ, ac tria beneficia hujuſmodi ex nunc, prout ex tunc, & è contra, cum primum ea, & eorum quodlibet dictam Eccleſiam parochialem per dictorum N. N. N. ceſſum, vel deceſſum, aut aliàs quomodolibet vacare contigerit, dictorumque beneficiorum nomina, tituli, denominationes, eſſentia, & natura perpetuò ſupprimerentur, & extinguerentur, illiſque ſic ſuppreſſis, & extinctis, dicta eccleſia in ſecularem,

& Collegiatam eccleſiam, cum menſa Capitulari, ſigillo, archa, &c. & in ea unus Archipresbyter, qui inibi Dignitas prima, et principalis eſſet pro uno illius Archipresbytero, qui inibi caput, et Superior exiſteret, ac Canonicis, et Beneficialis infraſcriptis, juxta ejus praeminentiam praecederet, & illorum loco ſex Canonicatus, & totidem prabendę pro ſex Canonicis, & duo perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica Clericatus nuncupata pro duobus Presbyteris, ſeù Clericis, &c. qui omnes in dicta Eccleſia Capitulum conſtituerent, &c. erigerentur, ac menſę Capitulari dictæ Eccleſię omnia, & ſingula Parochialis Eccleſię, ac beneficiorum ſic ſupprimendorum, & extinguendorum hujuſmodi proprietates, res, & bona, necnon dictę Eccleſię, ſeù Capellę, ac Abbatia nuncupata Sanctę Marię loci Lucignani dictę Diœceſis, ac etiam Abbatię nuncupatę Sanctę Marię, & S. Ioannis Terrę Fiani Nepeſin. Diœceſis, quas devota creatura veſtra Franciſcus Sanctę Marię in Via lata, S. R. E. Diaconus Cardinalis Sfortia nuncupatus, in commendam, &c. obtinet, necnon Sancti Sebaſtiani, & Sancti Corradi Hortan. Diœceſis, quas Odoardus Sanctarellus, ac N. Sabinen. Diœceſis, etiam ſine cura Eccleſię, ſeù Capella, quam Bernardinus Lupi, &c. obtinent, ex nunc cum primam, &c. eas, & earum ſingulas quomodolibet vacare contigerit, pariter perpetuò applicarentur, & appropriarentur, ac unirentur, annecterentur, & incorporarentur ex hoc plurimum, &c. conſuleretur, Supplicat igitur humiliter S. V. devotus illius Oratoris nobilis adoleſcens Marcus Antonius Burgheſius dictæ terrę Dux, ac E. S. V. ſecundum carnem, ex fratre germano nepos, quatenus, &c. titulum, & denominationem Rectoris dictæ Parochialis Eccleſiæ, cujus, &c. ad beneficia hujuſmodi, ac Eccleſias, ſeù Capellas, quarum inſimul, etc. cum primum ea, et eorum quodlibet, dictamque Parochialem Eccleſiam per ceſſum, vel deceſſum, etiam ex cauſa permutationis, ſeù quamlibet aliam dimiſſionem, amiſſionem, ſeù privationem, aut aliàs quovis modo, etc.

Et in hac praxi notandum, quod quandoque, donec unio
17 prædictorum beneficiorum fuerit ſortita effectum, ſolent Univerſitas, & homines illius loci, de neceſſariis providere; & ad hoc in forma valida ſe ſe obligare, quando videlicet Epiſcopi etiam ipſi ſupplicant pro erectione, ſeù ſe ultro ad id ſe obligare voluerunt, & tunc tale decretum ipſi erectioni per Datariam abiectum vidimus, videlicet, *Et dum-*
18 *modò Vniverſitas, & homines prædicti ex ſuię redditibus, & facultatibus provideant, ut donec unio hujuſmodi ſuum effectum ſortita fuerit, quilibet ex Archipresbytero, & Canonicis prædictis ſaltem XL. ſcuta in uſum diſtributionum quotidianarum, ut præfertur, convertenda, percipere poſſit.*

Aliam inſuper vidi conceſſam erectionem ſimilis collegiatæ Eccleſiæ, quæ licet antea fuerat collegiata cujuſdam
19 loci, cum tamen ille eſſet deſtructus, illius Dominus in temporalibus, ad locum inſigniorem petiit à Sede Apoſtolica facultatem transferendi eandem Eccleſiam, cum eiſdem redditibus, prævia ſuppreſſione, ex extinctione Dignitatum, & Canonicatuum in ea exiſtentium, cum nova eorundem in ſecundo dicta eccleſiæ inſtitutione, cum clauſula: *Cum primum per ceſſum, vel deceſſum illos vacare contigerit*, &c. & cum reſervatione ejuſdem juriſpatronatus, quod in priori eccleſia habebat.

Quandoque etiam Summus Pontifex ex aliqua itidem,
20 ſibi benè viſa cauſa, ex duabus eccleſiis collegiatis ſæcularibus, unam tantùm efficit: quod non ſemel practicatum vidimus, præſertim verò in Diœceſi Pennen. nam cum pro parte Capitulorum, & Canonicorum Eccleſiarum ſæcularium, & collegiatarum S. Angeli, & S. Nicolai expoſitum fuiſſet fel. record. Papæ VIII. quod cura animarum Parochianorum Terræ ejuſdem S. Nicolai per Archipresbyterum, & Abbatem, necnon Canonicos prædictarum Collegiatarum exerceri conſuevit, & illarum redditus eſſent tenues, ac in illorum diviſionibus magnæ diſcordiæ oriebuntur; necnon cura animarum, præſertim advenarum, quia certam ex prædictis Eccleſiis aſſignatam non haberent: ac inſuper prædicta Eccleſia Sancti Nicolai, etiam ruinam minabatur, ita ut ejus Abbas, & Canonici prædicti, aliique Chriſti fideles illuc accedentes non niſi cum vitæ periculo, ad ſacras functiones, aliaque neceſſaria peragenda, in ea commorari potuiſſent; propterea ad occurrendum ipſis diſcordiis, convenerunt inter ſe, quod videlicet, utriuſque Eccleſiæ Capitula hujuſmodi unum corpus efficiendo, relictaque Eccleſia Sancti Nicolai, tanquam ruinoſa, ad Eccleſiam Sancti Angeli prędicti commodiorem ſeſe conferentes, inibi in choro inſervire, omneſque functiones utrique Capitulo, & Canonicis prædictis, & alia in eorum Eccleſiis debita concorditer, & pariformiter exercere deberent. Et ne prædicta Sancti Nicolai Eccleſia, quæ deinceps ſæcularis, & collegiata habitit, non tamen actu haberetur omninò in divinis detrimentum pateretur, utrumque capitulum duas miſſas quotidianas, & in ſolemnioribus feſtivis diebus, etiam miſſam decantatam celebrarent, ſeù celebrari facerent, atque redditus, utriuſque Eccleſiæ inter ipſos dividerentur in unam maſſam redacti ad modum diſtributionum quotidianarum inter ipſos diſtribuendarum, qui matutinis horis canonicis, aliiſque functionibus interfuiſſent, prout in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis ſub *Datum Romæ apud S. Petrum 1627. Prid. Non. Februar. Anno Quarto Pontificatus ejuſdem Vrbani.* continetur.

Porrò etiam ex prædicta cauſa ſedandæ diſcordiæ, vidi conſimilem ferè conceſſionem, ſeù confirmationem conceſſam à fel. record. Gregorio XIII. Summi namque Pontificis præcipuum munus eſt, occurrere litibus, ac diſpendiis; & pacem inter perſonas, præſertim Eccleſiaſticas conſervare: quod quidem valdè rationabile eſt, *cap. finem litibus, de dol. & contum. cap. diſpendia, de reſcript. in 6. cap. ſicut Sacerdos, 2. quæſt. 7. l. quidam, ff. ſi cert. petat. l. minoribus, ff. de minor. l. item ſi res, §. fin. ff. de alien. jud. mutan. cau. l. litibus imponentes, C. de agric. & cenſ.* cum aliis adductis per Mandoſ. *in proem. reg. de ſubrog. collitig. circa med.* Paril. *de reſign. benefic. lib. 11. q. 1. num. 28. & ſeq.*

Quoniam verò ſuprà diximus, hujuſmodi erectiones crebriores fieri per uniones aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ quidem uniones ex aliis cauſis fieri etiam conſueverunt; propterea quid de aliis praxis doceat, hic adnotare volumus, cum pluries in Cancellaria Apoſtolica inter illius Dominos Abbreviatores Majoris Præſidentiæ de hujuſmodi unionum validitate, vel invaliditate fuiſſet habitus ſermo.

Præmittendum propterea duximus circa hujuſmodi uniones, extare *regulam Cancellariæ* 13. qua Summus Pontifex omnes uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, & extinctiones, applicationes, & diſmembrationes, etiam perpetuas, de quibuſdam Cathedralibus, necnon aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, perſonatibus, Officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, eorumvè Domibus, prædiis, & locis, per ceſſum, vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, qualiacumque fuerint invicem, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, & Menſis, etiam Capitularibus, Dignitatibus, perſonatibus, officiis, beneficiis, ac piis, & aliis locis, Univerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium, & Collegiis, etiam in favorem S.R.E. Cardinalium, ſeù Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis per eos obtentis quomodolibet, Apoſtolica, vel alia quavis (non tamen Concilii Tridentini) authoritate, necnon pro fundatione, ſeù dotatione, augmento, vel conſervatione Collegiorum, &c. quę non ſunt ſortitæ effectum, ac quæcumque conceſſiones, mandata ſuper unionibus, annexionibus, incorporationibus, & aliis præmiſſis taliter faciendis revocavit, & ceſſavit.

Quam quidem regulam optima ratione emanaſſe, certum eſt; quandoquidem per hujuſmodi uniones, diminui- 21
tur cultus divinus, & facultas conferendi: quare procedit nedum in unionibus Apoſtolica, ſed alia quacumque authoritate factis, Pii *dec. 215. lib. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 7. numer. 44.* per illa verba regulæ, *quomodolibet, Apoſtolica, vel quavis authoritate*, per quæ revocantur uniones non ſortitæ effectum, per Pontificem prædeceſſorem, & per ipſam Sedem Apoſtolicam, etiam Conſiſtorialiter, & ex certa ſcientia, & motu proprio conceſſę, & à fortiori videntur revocatæ uniones factæ per Legatos, aut Ordinarios, quæ debiliores cenſeri debent, cum ſint conceſſæ ab habentibus minorem poteſtatem,

Man-

Mandoſ. *ſuper reg.12. quæſt.6. ſub numer. 10. verſ. tertio
facit*.
Poſſet tamen hic in dubium revocari (cum ille tantum-
modò capiantur, quæ factæ ſunt authoritate *Conc. Trid.
ſeſſ.21. cap.5. de reform.*) an videlicet excipiantur etiam
23 uniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmen-
to, vel conſervatione Collegiorum, & aliorum piorum,
& religioſorum locorum ad fidei Catholicæ defenſionem,
& propagationem bonarumque artium cultum, ut dici-
tur in eadem regula unionum revocatoria? & pro negati-
va ſententia concurrit omnium DD opinio, jam in ſua
praxi recepta; ſicut etiam dicendum eſt, ſi fuerit ipſa fa-
cta ex cauſa dotis, & neceſſaria alicujus loci, vel piæ rei,
ut per Ruin. *conſ.54. numer.12. lib.5.* ubi quod diſpoſitio
24 quantumcumque generalis, non videtur tollere privile-
gium ſpecialiter à jure conceſſum; quodque lex, ſeu ſta-
tutum generaliter loquens, non extenditur ad cauſam do-
tis in ejus præjudicium. Hypol. *ſing.442.* Gozad. *conſ.43.
col.2.* Paril. *conſ.81. num.9. lib.3.* Rot. *dec.1143. p.3. diver.*
dicens, non eſſe veriſimile, quod Papa voluit per regulam
revocatoriam unionum, etiam perpetuarum, revocare
unionem factam ad augmentum cultus divini, per not. *in
cap. ex parte, de conſtit. c. fin. de reſcrip in 6. &* fuit dictum
in una *Cæſaraugoſt. Diſmembrationis fructuum 13. Maii
1596. coram Juſto*, quam refert Gonzal. loco citato *n.48.*
ubi etiam aliàs refert deciſiones, *& n.49.* ait, quod ex-
cipitur à prædicta regula unio, quæ fit ad augmentum cul-
tus divini, Caputaquen. *dec.32. part.3.* Mohed. *dec.7. de
privileg.* & adeſt optima deciſ. Cavalerii *in una Auximan.
Unionis, Lunæ 3. Julii 1617.* quæ eſt in ſuis 435. *n.5.* ubi,
quod non intrat ſupradicta regula revocatoria, cum ſit
facta unio in augmentum cultus divini, quod neceſſario
reſultat ex erectione Parochialis in Collegiatam, cum nu-
mero Canonicorum, & præbendarum; per quam qui-
dem deciſionem fuit etiam reſponſum, dum opponebatur
eam Eccleſiam antea habuiſſe dotem; nam licèt fuiſſet il-
la ſufficiens pro Curatis, tunc inſervientibus, non tamen
erat ſufficiens ad numerum Canonicorum, & prębenda-
rum, qui poſtea in erectione illius Collegiatæ aucti ſunt;
pro quorum manutentione, erat neceſſaria talis unio, ut
in *dict. dec. numer.3.* & dicitur, quod fuit declarata vali-
da unio facta propter paupertatem, & neceſſitatem; nam
aderant pauciſſimi Canonici, nempè ſex tantùm, cum
tenuibus redditibus: quarè præmiſſa locum ſibi vendicare
noſcuntur in dote neceſſaria, ut dictum eſt Garc. *de bene-
fic. p.12. cap.2. num.383.* ubi, quod ita dixit Cardinalis
Creſcentius, tunc Auditor, & fuit dictum in una *Medio-
lanen. Diſmembrationis 16. Novembris 1594. coram Ora-
no*, quod unio, quæ eſt ſortita effectum ante regulam Six-
ti V. revocatur, quando non fuit facta ex cauſa neceſſa-
25 ria, ſed tantum voluptatis, aut utilitatis, idem Garc. loc.
cit. *n.285.*
Cæterùm verò, ſemper fuit tentum, & mordicus meo
tempore Lambertus Urſinus Vivarius, ac Ulpianus Vul-
pius, tunc eximii Abbreviatores Majoris Præſidentiæ in
Cancellaria Apoſtolica defendebant, quod in regulis re-
vocatoriis unionum, non comprehenduntur uniones ex
26 cauſa dotis, & ità etiam fuit firmatum coram Buratto
dec.784. n.9. & antea coram Put. *dec. 329 lib.1.* & tradit
idem Garc. loc. cit. *d. n.383. & ſeq.* nam quotieſcumque
27 unio fit pro erectione alicujus beneficii, dicitur facta pro
augmento cultus divini, quo caſu regulariter, nec unio,
28 nec diſmembratio ſubjacet regulæ revocatoriæ unionum.
Seraph. *dec.982. num.1.* Creſcent. *d. c.1. de Paroch.* idem
Cavaler. *d. dec.435. num.3. & dec.449. num.6.* & fuit di-
ctum in *una Tiraſonen. Unionis 12. Novembr. 1593. co-
ram Gypſio, & in una Peruſina Unionis 1. April. 1596. coram
Blanchetto*. Addit. ad Ludoviſ. *dec.419. & in dict. Peruſin.
Unionis*, dicitur, quod ſæpè fuit ita in Rota reſolutum;
dummodò tamen augmentum ſit neceſſarium, non au-
tem voluntarium, ut ſupra dictum eſt, & dixit Rota in
una Tolet. de Villega coram Gypſio apud Garcias *d. c.2. n.282.*
& in terminis diſmembrationis fuit dictum in *una Cæſa-
raugoſt. 21. Junii coram Pirovano*, ut per Addit. ad Buratt.
dec.734. num.12. cum ſeqq. in qua fuit ſublata unio, quæ
dicebatur facta cauſa majoris cultus divini, ob indigen-
tiam; ac proindè ibi non fuit probata neceſſitas, ita ut po-
tuiſſet dici, erectionem fuiſſe neceſſariam, ſed fuit vo-
luntaria, & pro majori commoditate populi & ubi ere-
29 ctio non eſt neceſſaria, ſemper intrat regula revocatoria.

Achill. de Grat. *dec.1. ſuper d. regula*, & Rota declaravit
in *una Tolet. Capellaniæ coram Card. Pamphilio ſeniore*,
relata in eadem *Cæſaraugoſt. Diſmembrationes penes Rub.
dec.7. n.7. tom.1.*
Sicut pari modo dicendum, quod nec unio facta ex cau-
ſa oneroſa, cadit ſub prædicta regula revocatoria unionum,
aut etiam ex cauſa contractus, Mohed. *dec.6. n.1. & 2. de
privileg.* Put. *dec.50. lib.1.* quæ videtur eadem eſſe cum *d.
dec.* Mohedan. & in ipſa *dec.50.* declaratur, quid ſit unio
facta in vim contractus.
Hoc tamen non ommittam, quod cum dicta regula re-
vocatoria loquatur nimis generaliter, omnes caſus in ea ex-
preſſos comprehendere videtur, quando videlicet hujuſ-
modi uniones ſuum effectum minimè ſortitæ ſunt; quia
ex illius lectura, ſupradicti caſus videntur expreſsè com-
prehenſi, non autem excipiuntur; nam in eadem regula
dicitur, *necnon pro fundatione, ſeu dotatione, augmento,
&c. revocavit*; quare cum ego nihil habuiſſem contra di-
ctam regulam circa præmiſſa, ſemper tenui illam, prout
jacet, & ad verbum, accipiendam eſſe, vel ſaltem anceps
diù fui, donec viderim plures deciſiones ſuper intellectu
verborum prædictæ regulæ, præſertim verò *d. dec.1143. p.
3. diverſ.* in qua fuit dubitatum, An per regulam Adriani
Papæ eſſe revocata unio facta in augmentum cultus divini;
& fuit tentum, quod unio non comprehenditur ſub regu-
lis, unionum revocatoriis; ea quidem ratione, quia in
diſpoſitione generali revocatoria, non eſt credendum,
quod diſponens voluerit comprehendere ea, quæ concer-
nunt augmentum divini cultus, ubi in his terminis alię
allegantur deciſiones, idem Garc. *dict. p.12. cap.2.* qui ibi
refert *dec. de* Thaniſ.43. in qua dicitur, quod regula re-
vocatoria unionum, quæ non ſunt ſortitæ effectum,
licèt habeat verba ambigua, etiam de unionibus factis in
favorem Eccleſiarum, & piorum locorum, tamen non
intelligitur revocata unio facta pro conſtitutione dotis,
vel pro augmento cultus divini; quia ſi de eis Papa cogi-
taſſet, vel interrogatus eſſet, ita veriſimiliter reſpondiſ-
ſet, argum. *l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* & ea hac ra-
tione fuit ita ſimiliter tentum in una *Conchen. Erectionis,
quæ eſt d.* Seraph. 982. in qua dictum fuit, unionem non
cadere ſub regula revocatoria unionum, cum applicatio
fuerit facta pro dote neceſſaria beneficii erigendi, & pro
augmento cultus divini, idem Mohed. *deciſ.145.* Creſcent.
dec.116. & 141. Achill. de Graſs. *dec.307.* Caputaq. *deciſ.
389. lib.1.*
Hic tamen incongruum minimè duxi ſubnectere, quo-
modo accipienda ſint prædictæ regulæ verba, *quæ ſuum non* 30
ſunt ſortita effectum. Et quidem ita tunc eſſe intelligenda,
dicendum eſt, quando ipſiùs unionis vigore, fuit capta poſ-
ſeſſio; namque hoc caſu non habet locum prædicta regu-
la, ut fuit reſolutum in una Peruſina Beneficii coram Blan-
chetto, ubi quod unio facta de Eccleſia, ſeu beneficio, de
licentia beneficiati cum fructuum ſibi reſervatione, ſtatim
ſortitur effectum, capta poſſeſſione, ante fructuum per-
ceptionem; ita ut non revocetur per dictam regulam revo-
catoriam ſupervenientem, durante adhuc reſervatione fru-
ctuum; ſecùs verò, ſi unio eſſet ſuſpenſa poſt ceſſum, vel
deceſſum beneficiati.
Eſt tamen hic advertendum cum eodem Garc. *d. c.2. num.
290.* quod licèt Rota in una Toletan. beneficii, quam ipſe
refert *n.284.* videatur velle, quod ut unio dicatur ſortita
effectum, fructus debeant eſſe percepti, id tamen non
exiſtimat neceſſarium; ſed ſtatim, ac poſſeſſio capta eſt, 31
dicitur unio ſortiri effectum; per ea, quę ipſe ibi alle-
gat, ita etiam tenuit Rota penes Cavaler. *deciſ.449.* ubi
cum fuiſſent unita plura beneficia pro erectione aliquo-
rum Canonicatuum; tamen, quia unio in uno tantùm
ex illis beneficiis unitis, erat effectuata in parte, quia
cum eorum beneficiorum valor fuiſſet ſub unica expreſ-
ſione coacervatus, dos etiam cenſebatur unica, & ſic 32
cum unio effectuatur in uno ex beneficiis unitis ſub ea-
dem expreſſione coacervatus, dos etiam cenſebatur uni-
ca, & ſic cum unio effectuatur in uno ex beneficiis unitis 33
ſub eadem expreſſione valoris, cenſetur effectuata, quoad
reliqua beneficia, ut ex pluribus deciſionibus ibidem al-
legatis. Undè etiam parum refert, ſi facta non fuerit
unica unio omnium beneficiorum, ſed plures, ac diſtin-
ctæ, & proindè per effectuationem unius inferri non poſſit
ad effectuationem alterius; quia ſicut ſupra dictum eſt,
unio, talium beneficiorum, unita tantùm dicitur, non autem

plures cum appareat, unicam diſpoſitionem, unica ora-
tione, ac verborum ſtructuram pendentem ab iiſdem ver-
bis, *unimus*, *annectimus*, *& incorporamus* in fine ipſius
orationis, appoſitus, præſertim verò, cum ut pariter di-
ctum eſt, id etiam confirmetur, cum ipſorum beneficio-
rum valor non fuit diſtinctè, ac ſeparatim expreſſus, ſed
inſimul, & ita in confuſo in unam ſummam concervatus;
quod clarè probat unicam tantùm unionem, non tamen
plures, & diſtinctas factas fuiſſe, prout conſideravit aliàs
Rota coram eodem Caval. *dec.408. num.9. & d. dec.449.*
n.7. & dec.300. n.5. relatis in una *Ferreriar. Unionis penes*
Rub. *dec.196. n.9. cum ſeqq. tom.2.*

Licet aliter dicendum ſit, ſi facta fuerit non unica unio be-
neficiorum, ſed plures, & diſtinctè; quia tunc per effectua-
tionem unius inferri non poteſt ad effectuationem alterius;
undè ait Gonz. *ad reg.8. Canc gl.5. §. 9.* quod non eſt incon-
veniens, quod eadem gratia pro una parte ſit valida, & pro
altera invalida; & ſic licèt ceſſet quoad partem invalidam,
ſuſtinetur quoad validam, & dicitur in *d. Ferreria. Unio-*
nis num.9.

Quod quidem in priori caſu propoſito, tanto magis pro-
cedere videbatur; quia intentio Papæ ea fuit, ut unio ſta-
tim valeret, etiam non expectata erectione, ſtante Clau-
ſula, *Ex nunc, prout ex tunc, & è contra*, quæ referenda
eſt, non ad erectionem, ſed ad vacationem beneficiorum
unitorum, ut dicitur in *d. dec.* Cavaler. *449. n. ult.*

Sanè pro hac noſtra praxi dicendum eſt, quod jam non
ſemel obſervatum vidimus, ut præmiſſa locum ſibi vendi-
34 cent, nedum ubi agitur de unione facta beneficio jam ere-
cto, verùm etiam in ipſa erectione; cum videlicet illa pe-
tatur à Romano Pontifice, ut in caſu Creſcent. *deciſ. 6.*
aliàs 138. ſub tit. de præſumpt. in qua fuit dictum, quod ſi
Papa mandaverit Epiſcopo, ut erigat Collegiatam Ec-
cleſiam, & illi erectæ duo beneficia uniat, illaque ſup-
primat; & reperiatur ſuppreſſio, & unio facta certo tem-
pore, & Eccleſia Collegiata, neſciatur tamen tempus e-
rectionis, & dubitetur de validitate ſuppreſſionis, & unio-
nis; ex quo debebat prius erigi Eccleſia in Collegiatam,
de quo non conſtabat, Domini in una *Malacitan. coram*
Domino Ioanne Clerici dixerunt, quod licèt ratione cer-
ti temporis ſuppreſſionis, & unionis, illa deberet præ-
ſumi anteceſſiſſe, ad not. per Socc. *in l.3. in 2. col. verſ.*
tertio limita, ff. ſolut. matr. tamen ad validitatem actus
præſumitur erectionem præceſſiſſe, ad not. per Bald. *in l.*
cum ex teſtamento, de hered. inſtit. &c. ut ſunt formalia
verba *d. dec.*

Cum etenim hujuſmodi ſuppreſſio, & extinctio factæ
fuerint pro dote Eccleſiæ erectæ in Collegiatam, quæ qui-
35 dem dos eſt acceſſoria ad erectionem; & cum erectio va-
leat, nec per aliquam regulam revocetur, congruum eſt,
36 quod etiam acceſſorium, ejus naturam ſequatur, *vulg.*
jur. & ideò revocatoria futurorum non comprehendit fu-
turum, habens dependentiam a præterito; item quia
regula loquitur, quando aliquod corpus beneficii ex-
tinguitur, & alteri applicatur, idem Creſcent. *deciſ. 1.*
de Paroch. Cavaler. *dict. dec. 449. n.7.* ubi quod cum re-
gula non comprehendat erectionem, quæ eſt gratia
principalis, conſequenter neque comprehendit unio-
nem, tanquam acceſſoriam ad erectionem, ut in dict.
Creſcent. *dec.1.* & in *d. deciſ.* Seraph. 983. & in una *Ge-*
runden. Unionis 3. Iunii 1601. coram Cardinale Lancel-
lotto, namque hic ratio regulæ ceſſare videtur, quæ non
37 alia ratione emanavit, niſi quia per tales ſuppreſſiones
minuitur cultus divinus, & poteſtas Ordinarii conferendi,
ut alias dictum eſt.

Quarè accedit pro præmiſſorum corroboratione, quod
38 cum gratia erectionis non expiraverit, conſequens eſt, ut
neque expiraverit unio, quæ fit pro dote omninò neceſſa-
ria, ut in *d. dec.* Cavaler. 449. *num.6.* licet aliter dicen-
dum ſit, ubi in litteris erectionis detur certa forma, puta,
quia fuit dictum, quod erectio fiat, poſtquam fuerit facta
diſmembratio fructuum, &c. ad favorem Collegiatæ;
quia ubi prius non fuerit facta erectio, non ſubſiſtit prædi-
cta diſmembratio; & cum ſit nulla ob non ſervatam præ-
dictam formam, ſubjacet regulæ revocatoriæ, ut dicitur
in una *Cæſaraugustana Diſmembrationis penes* Rub. *dec.7.*
n.7. tom.1.

Unum tamen hic non omittam, quod videlicèt ita de-
mum præmiſſa procedere dignoſcuntur, ſive erectio, &
unio fiant à Papa ex certa ſcientia, ſivè in forma commu-
ni, & commiſſaria, qua Executori committatur, ut A- 39
poſtolica authoritate erigat, & uniat; quandoquidem, ſi-
cut ſubſiſtit ipſa erectio, ſic etiam, & unio; licèt ſuper-
veniente regula revocatoria, prædicta unio non fuerit ſuum 40
effectum ſortita; veluti ſi dilata fuerit ipſa erectio, quam 41
ſequitur ipſa unio, tanquam acceſſorium ad ſuum princi-
pale, ut dictum eſt, *l. cum principalis, & l. nihil doli, §.*
cum principale, ff. de reg. jur. in 6. ac proinde de eo judi-
candum eſt, quod de principale, *l. etiam, C. de jur. dot.*
Surd. *dec.88. num.1.* Marius Antonin. *var. reſol. lib. 1. re-*
ſol.48. num.10.

Quarè ſi fortè erectio, propter quam fuit facta unio,
ex aliqua ſuperveniente cauſa, non poſſit ad effectum de- 42
duci, neque ipſa unio tenebit; quia ſublato principali, ac- 43
ceſſorium etiam cenſetur ſublatum, argument. text. *in*
c. quo jure, verſ. toll. jura 8. diſt. cap. ſi monachus, ad cle-
ricatum, 16. qu.1. cap. præterea, de offic. deleg. ſicut etiam
dicimus de unionum diſſolutionibus, quæ variis cauſis
contingere poſſunt; ceſſantibus etenim cauſis prædictis, pro- 44
pter quas illæ factæ fuerunt, ceſſabunt quoque & unio-
nes. Tiraquell. *in tr. ceſſante cauſ. verſ. promiſſionis cau-*
ſa, & verſic. conceſſionis, & conſtitutionis cauſa, &c. c.
cum ceſſante de appellat. Caſus verò hujuſmodi unionum
diſſolutionum, plures ſunt in jure expreſſi, ut in *c. cum* 45
M. de cenſ. ubi ſi unio fuit facta propter paupertatem
Eccleſiæ, excreſcentibus fructibus, diſſolvitur, & in plu-
ribus aliis caſibus, quorum nonnullos refert Rebuff. *in*
prax. tit. de union. revocat. & generaliter, ex quibus cau- 46
ſis unio fieri poteſt, item & diſſolvi; nihil enim tam na- 47
turale eſt, quàm diſſolvere eo genere quo ligatum eſt, *l.*
nihil tam naturale, ff. de regul. jur. Dec. *conſ.233. colum.3.*
& conſ.275. idem Rebuff. loc. cit. *n.9.* Caccialup. *in tr. de*
union. art.9. Garcias *de beneficiis p. 12. cap.2. n.305.*

Pro quibus unionum diſſolutionibus, tam in caſu præ-
miſſo, quo erectio Eccleſiæ non habuit effectum, quàm
in quibuſcunque aliis caſibus, notandum eſt, quod licet
uniones prædictæ videantur fieri poſſe tantummodo per
eos, qui poſſunt unire, per illam regulam, *quod juſſit, ve-*
tuitque Prætor, contrario Imperio tollere poteſt, l. quod juſ-
ſit, ff. de re jud. & qui poteſt condemnare, poteſt abſol- 48
vere, *l. is, qui poteſt, ff. de acquir. hæred.* & ſicut qui po- 49
teſt inſtituere, poteſt deſtituere, ſic etiam qui poteſt unire,
poteſt etiam unionem diſſolvere, *l. c. cum ex iniuncto de*
hære. Rebuſ. *in d. tit. de unio revoc. nu.15.* 50

Nihilominus idem Rebuff. loco citato *nu. 18.* ait, quod
Epiſcopus non modo poteſt unionem à ſe factam diſſol-
vere, ſed etiam factam à Papa, vel Legato, cauſa ſubſi- 51
ſtente; quia Papa uniendo, noluit tollere poteſtatem diſ-
ſolvendi unionem Ordinario, qui poteſt quamcumque
unionem nulliter factam revocare, per text. *in cap. ſicut*
unire, de exceſſ. prælat. Garc. *dict. cap.2, num. 303. cum*
ſequent.

Verum tamen puto, quod licèt Epiſcopus, per ſupra-
dicta, poſſit hujuſmodi uniones diſſolvere, ultra tamen
cauſæ cognitionem, debere etiam requirere conſenſum
capituli; quod requiritur, quando ab eodem fit unio; 52
nam licèt Papa, quando facit unionem, non egeat dicto
conſenſu pro ſolemnitate, cum illius authoritas excludat 53
omnem aliam ſolemnitatem, Abb. *in cap. 1. de confirm.* 54
util. vel inut. Corn. *conſil.348 n.18. & conſ.96. numer.23.*
lib.1. cum aliis adductis per Ricc. *in praxi fori Eccleſ. dec.*
51. n.6.

Tamen aliud dicendum de Ordinario, in quo, ſivè unien- 55
do, ſive unionem ipſam diſſolvendo, ſemper requiritur
cauſa, & conſenſus Capituli, idem Garc. loc. cit. *n.307.* ſi-
cut etiam requiritur citatio eorum, quorum intereſt, unio- 56
nem non revocari, *c. fin. de elect. in 6.* ac etiam debet au-
diri Prælatus utriuſque Diœceſis, ſi beneficia ſint in diver-
ſis Diœceſibus; cum agatur de eorum præjudicio, idem
Rebuff. loc. cit. *n.26.* idem Garc. *n.308.*

Redeundo tamen unde digreſſus ſum paulliſper, cum ex
ſuperius dictis jam ſatis, ſuperque liqueat, prædictam
regulam unionum revocatoriam nequaquam eas compre-
hendere uniones, ad divini cultus augmentum tenden-
tes, quæ ſuum minimè ſortitæ ſunt effectum tempore ſu-
pervenientis Pontificis, qui in ſuæ aſſumptionis craſti-
num, mandat, novas Cancellariæ Apoſtolicæ regulas pu-
blicari, pluries viſum eſt in hac praxi, adverſus eandem re-
gulam revocatoriam aliquam adhiberi cautelam; ne for-
taſſe in dubium, temporis ſucceſſu, revocari contingat,

num-

numquid illa verè conſervet uniones ſupradictas, nimirum in augmentum divini cultus factas: proindeque, ad
57 omne dubium ſubmovendum, conſuevit, ſicut in ipſa Romana curia obſervavi, peti à Summo Pontifice revalidatio hujuſmodi unionis, quę per dictam regulam prætendi poſſet revocata, & pro ſimili revalidatione, porrectæ fuerunt eidem Pontifici preces, ut ſequitur, videlicet.

Beatiſſime Pater. Dudum felic. recordat. Gregor. Papa Decimo Tertio S. V. prædeceſſor certis ex cauſis tunc expreſſis, perpetuam Capellaniam, &c. cum primum illam, &c. vacare contingeret Parochiali Eccleſia, &c. univit, annexuit, & incorporavit, & aliàs; prout in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis, quorum tenores, &c. plenius continetur. Cum autem Pater Sancte, tempore obitus ejuſdem Gregorii prædeceſſoris, dictæ litteræ nondum erant ſortitę effectum, & eadem S. V. in craſtinum ſuę aſſumptionis ad Summi Apoſtolatus apicem, per ſuas, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, omnes, & ſingulas uniones, annexiones, & incorporationes, etiam perpetuas, de quibuſcunque Eccleſiis, Monaſteriis, & Dignitatibus, Prępoſitatibus, officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis per ceſſum, vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, qualiacumque eſſent, invicem, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, Præpoſitatibus, & officiis, ac beneficiis Eccleſiaſticis; ac piis, & aliis locis, Univerſitatibus, etiam Studiorum generalium, vel aliàs quomodolibet Apoſtolica, vel quavis authoritatę factas, quæ ſuum non erant ſortitæ effectum, ac quæcumque conceſſiones, & mandata ſuper unionibus, &c. & aliis pręmiſſis, prout in dicta regula cujus tenorem, &c. plenius continetur, revocaverit, ceſſaverit, et annullaverit; ac propterea ne gratia per dictum Gregorium prædeceſſorem facta, ſuo fruſtretur effectu. Supplicat, &c. quatenus, &c. litteras prædictas cum unionibus, annexionibus, incorporationibus, decretis, ac omnibus, & ſingulis aliis in eis contentis clauſulis, ac proceſſus forſan habitos per eaſdem, & inde ſequuta quæcumque adverſus eandem regulam, et revocationem, caſſationem, et annullationem hujuſmodi revalidare, eaque omnia in priſtinum robur, et eum, in quo revocationem, caſſationem, et annullationem hujuſmodi erant, ſtatum reſtituere, reponere, et plenariè reintegrare; ac quatenus opus ſit, de novo unire, annectere, & incorporare. Sicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, &c. Irritumque &c. Non obſtantibus, &c.

Quæ quidem cautela neceſſaria fuit ſemper habita ab antiquiſſimis, & practicis Curialibus; quamvis viderim aliàs adnotatum in notabilibus Bernardini Paulini, qui fuit Datarius Clementis VIII. hæc verba, videlicèt, *Sanctiſſimus Dominus Noſter ſignavit hoc mane ſupplicationem porrectam ex parte prioris N. petentis revalidari unionem beneficiorum N. N. & N. illius Monaſterio factam pro divini cultus augmento, quæ non eſt ſortita effectum. Dixitque Sanctitas ſua quod ſecundum narrativam ſupplicationis, præfata revalidatio non erat neceſſaria*; hoc tamen ad tollendum dubium validitatis, vel invaliditatis hujuſmodi unionis.

At verò, ex præmiſſis aliter dicendum eſt, cum videlicet ex unione non ita liquidò appareat, eam fuiſſe factam in divini cultus augmentum, ſed in caſu dotis, aut alterius neceſſitatis, & ſic non ex eadem regula revocatoria expreſſis cauſis; proindeque dubitetur de hujuſmodi unionis validitate; quandoquidem ſi unio ipſa non fuerit ſortita effectum, debet pro illius ſubſiſtentia à novo Pontifice peti illius revalidatio, prout ſatis ipſius Romanæ Curię praxis, omnibus jam nota, docet; licèt quandoque ſimilem petitam revalidationem viderimus ab ipſo novo Pontifice denegari. Quinimmò, etiam quod prædicta unio fuerit facta in augmentum dotis; cum non videatur, quod illa poſſit ſubſiſtere: & cum ex tali augmento non inducatur præciſa cauſa neceſſaria, prout in præfata regula revocatoria exprimitur, non ſuſtinetur ex ſuperius jam dictis.

Hinc, cum fel. rec. Pius Papa Quintus Præceptoriam Sancti Antonii Civitatis Neapol. huic menſę Capitulari univiſſet, ſivè potiùs uniri, annecti, & incorporari mandaſſet, de quo aliàs diximus, nihilominus, quia prædicta unio ſuum non fuerat ſortita effectum, proindè ſupradictę regulæ revocatorię obnoxia remanſit; etiam quod prędicta unio fuiſſet facta Apoſtolica authoritate; quia hujuſmodi regula, expreſsè loquitur de quibuſcumque unionibus, quomodolibet Apoſtolica, vel quavis authoritate factis. Paulus verò Quintus ſimilis record. præmiſſorum intuitu, accepto per eum, quod prædicta Eccleſia Neapolitan. ex inſignioribus totius Italiæ Cathedralibus, Regnique Neapolitan. primaria 59
exiſtit, in eaque triginta Canonicatus, totidemque præbendæ inſtituti reperiantur, eorumque fructus, & proventus tenues exiſtebant, ſuppreſſit Monaſterium Monialium Sanctæ Mariæ Angelorum ejuſdem Civitatis, eo modo, quo ſupra jam dictum eſt, illius introitus Capitulo prædictæ Eccleſiæ applicando; licèt aliter dicendum eſſet, quando unus Ordo ſupprimeretur, & ejus beneficia alteri appli- 60
carentur; regula namque unionum revocatoria in hoc caſu, non habet locum, ut fuit dictum in una *Peruſina, Unionis 1. Aprilis 1596. coram Blanchetto, & in una Gerunden. Unionis 13. Iunii 1611. coram Lancellot.* Prælatus in una *Vicent. Prioratus penes Rubeum dec. 99. n. ult. to. 2.*

Quarè, ex hac praxi, ſatis, ſuperque conſtat, cenſeri d. unionem revocatam, cum non fuiſſet ſortita effectum, juxtà regulam ſupradictam; & proindè prædicti Pii ſucceſſor alteri d. Præceptoriam contulit, cujus fructus, qui ſatis abundè ſunt pingues, & ad ter mille ducatos monetæ hujus Regni aſcendunt, pro eorundem Canonicatuum dotis augmento, erant applicati abſque aliqua expreſſione, quod prædicta Eccleſia ob tenuitatem eorundem fructuum, aliquod ſentiret in divinis detrimentum, aut cultus divinus in ea augeretur; & ſic unio ſupradicta videbatur facta non pro dote neceſſaria, ſed augmentativa, quæ prædictæ regulæ minimè poterat reſiſtere, ut in una *deciſione de Tanis* 43. relata per Gare. *de benefic. d. c. 2. numer.* 283. & fuit dictum in una *Mediolanen. Diſmembrationis* 1594. *coram Orano*, ubi, quod hujuſmodi unio revocatur, ſi non fuerit facta ex cauſa neceſſaria, ſed voluptatis, aut utilitatis, vel pro commodiori ſuſtentatione; quarè eadem regula 62
tuetur tantummodò unionem factam loco pio, quando videlicèt eſſet omninò neceſſaria, ut ſine illa miniſtri, aut pauperes non poſſint ſuſtentari; nam, ut ſatis ſupradictum eſt, in generali revocatione, eam non venire tenuerunt Domini; referentes aliàs fuiſſe bis reſolutum in una Gonehen. pro Collegio, & intelligebant illud, quod in generali diſpoſitione non venit cauſa privilegiata, ut per Jaſ. *in l. 1. ff. ſol. matr.* alioquin, ſi cauſa neceſſaria non eſſet, tenuerunt quacumque ratione factam unionem, cenſeri revocatam; quia uniones regulariter debent præ- 64
ſumi ex juſta cauſa factæ, ut per Achill. de Graſſ. *deciſ.* 388. *ſuper regula revocatoria unionum, & in una Toletan. Cappellaniæ 23. Ianuarii 1608. coram Pamphilio*, quam refert Addit. ad Ludoviſ. *dec. 419. num. 6. circa med.* ubi quod in una *Valentin. ſubſidii 14. Martii 1616.* fuit reſolutum, unionem factam menſæ Capitulari ſubjacere revocationi; quia non cenſetur facta ex cauſa neceſſaria, cum Capitulum per prius, ſine dicta unione ſe ſuſtentaverit, prout erat caſus unionis factæ menſę Capitulari Neapolitan. nam, ſicut dictum eſt, unio ipſa ſalvatur, quando fit abſolutè ex cauſa dotis neceſſaria alicujus loci, vel rei pię, idem Achill. *deciſ. unica, de union.* Rot. *dec.* 1143. *p. 3. div.* Creſc. *d. dec. 1. de Paroch. num.* 3. & alii, quos refert Gonz. *gl. 5. §. 7. n. 48.* & in una *Meten. Unionis penes* Caval. *dec.* 403. cum Clemens VIII. fel. rec. mandaſſet ſupprimi quandam Eccleſiam Parochialem, & uniri Menſę Conventuali Monaſterii, & adveniente obitu d. Clementis, ſupradicta unio non fuiſſet effectuata, ſupervenientibus regulis revocatoriis Leonis XI. & Pauli V. remanſit prędicta unio revocata, & fuit dictum in pręfata deciſione, quod d. unio non probabatur facta pro neceſſaria, ſed tantum pro commodiore ſuſtentatione dicti Conventus, ut ex illius verbis apparebat, quæ talia erant, videlicèt, *Ex hoc ſuſtentationi, & neceſſitatibus Prioris, & Conventus non modicum conſuleretur, exindeque ipſi divinis laudibus commodius, & efficacius inſiſterent*; & in fine *prædictæ deciſionis numer.* 3. concluditur, quod hodiè per modernas regulas ex-

preſsè revocantur uniones factæ, etiam pro augmento dotis, vel pro conſervatione piorum, & religioſorum locorum, ut fuit etiam dictum in d. Tolet. Capellaniæ, & in eadem Valentina Subſidii.

Quarè ſubdit idem Additio. ad Ludoviſ. loco citato, quod unio, ſeù diſmembratio facta, occaſione erectionis alicujus Eccleſiæ, ſeù beneficii, uti pro illius dote, non cadit ſub dicta revocatione, & in una *Auximan. Unionis Luna 3. Julii 1617. coram Cavallerio deciſio.* 435. *numer.* 3. dictum fuit, non obſtare regulas revocatorias unionum editas per ſequentes Pontifices; cum unio fuerit facta pro dote neceſſaria in erectione Collegiatæ Eccleſiæ; quo caſu non intrant regulæ revocatoriæ, præſertim, cum ſit facta in augmentum cultus divini, quod neceſſariò reſultat ex erectione Parochialis in Collegiatam cum numero Canonicorum, & præbendatorum, & ſubditur *dict. numer.* 3. nihil referre, quod opponebatur, Eccleſiam eandem antea habuiſſe dotem; quia licet fuiſſet ſufficiens pro Curatis tunc inſervientibus, non tamen erat ſufficiens ad numerum Canonicorum, & præbendatorum, qui poſtea in erectione novæ Collegiatæ aucti ſunt, pro quorum manutentione erat neceſſaria talis unio, ex dict. Seraph. *deciſ.* 982. *n.* 1. Caputaqu. *dec.* 42. *p.* 3.

Cæterum verò, pro iis unionibus, quæ non ita appareant pro neceſſitate, aut cultus divini augmento factæ, proindeque ſubiacent ordinationi prædictæ regulæ revocatoriæ, vidimus ſæpè numero in Romana Curia à novo Pontifice ſucceſſore peti ſimilium unionum revalidationes, ut ex formula ſupra poſita apparet, ſivè illæ fuerunt Apoſtolica, ſivè ordinaria authoritate in ſuis caſibus, factæ; cum videlicet cauſæ in ipſa unione expreſſæ tamquam debiles, aliquo defectu laborare noſcuntur, deque illarum validitate hæſitari contingit: proindeque ut his tunc opportunè conſulatur, recurritur ad ipſum Pontificem, à quo non aliàs præmiſſis ſuccurritur, quàm per viam novæ unionis, cum opportuna facti narratione, prout ex alia ſequenti formula patebit, quę ſecundum ipſius Curiæ ſtylum, ita concipi poſſe videtur, videlicet.

Beatiſſime Pater. Aliàs devota Creatura veſtra N. Epiſcopus N. in actu viſitationis Eccleſiæ N. reperiens Archidiaconatum dictæ Eccleſiæ, Dignitatem ſecundam poſt Pontificalem, nullam præbendam, nulloſvè fructus habere, cum illi, quos olim habebat, ad nihilum ferè redacti eſſent, nec aliquas in dicta Eccleſia habeat diſtributiones quotidianas, & ob id divinum cultum ex aliqua parte diminui, & ei debitum in omnibus rebus obſequium non præſtari, ſeù certis aliis cauſis adductus, perpetuum ſimplex beneficium ſub invocatione Sancti N. in dicta Eccleſia, ex tunc, prout poſtquam illud vacare contingeret, eidem Archidiaconatui, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, ordinaria ſua authoritate, & aliàs omni meliori modo, quo potuit, perpetuò univit, annexuit, & incorporavit, & aliàs, prout in publico documento, ſeu patentibus litteris ipſius N. Epiſcopi deſuper confectis, plenius continetur. Cum autem (Pater Sancte) à quibuſdam de ſufficienti ipſius Epiſcopi ad præmiſſa peragenda, facultate dubitetur, & proindè, ne ulterius dubitari contingat. Supplicat humiliter S. V. devotus illius Orator N. modernus dictæ Eccleſiæ Archidiaconus, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, cumque ſpeciali gratia favore proſequendo, dictum beneficium, cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c. non excedunt, cum primum illud per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, ſeù deceſſum, vel quamlibet aliam dimiſſionem, vel amiſſionem devoti veſtri N. Clerici, qui illud ad præſens obtinet, aut aliàs quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ſeù etiam in quocumque ex menſibus S. V. & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ac Sedi prædictæ per quaſcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeù Cancellariæ Apoſtolicæ, regulas editas, & edendas, aut litteras Alternativarum, vel quævis alia privilegia, & indulta Apoſtolica, ſeù aliàs quomodolibet per dictam Sedem conceſſa, & in poſterum concedenda, aut etiam de jure communi, vel particulari, ſeù alia quovis modo competentia, & competitura, ac aliàs quomodocumque, quandocumque, & ubicumque, tam in Romana Curia, quàm extra eam vacare contigerit, etiam ſi ad præſens vacet, etiam ſi devolutum, affectum, &c. eidem Archidiaconatui; ita quod liceat etiam ex nunc, prout ex tunc, & è contra dicto Oratori, ac prædictum Archidiaconatum pro tempore obtinentem per ſe, vel alium, ſeu alios, & dicti Archidiaconatus nomine, ſeu nominibus, propria authoritate corporalem, &c. poſſeſſionem dicti beneficii, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis liberè apprehendere, &c. retinere, illiuſque fructus, &c. percipere, &c. ac in ſuos uſus, &c. convertere, Diœceſani loci, &c. minimè requiſita perpetuò unire, annectere, & incorporare; necnon unionem, &c. hujuſmodi, ac præſentes, et deſuper conficiendas litteras, etiam ex eo, quod prædictus N. et quicumque alii in hoc forſan intereſſe habentes, ſeù habere prætendentes ad hoc vocati, et cauſa, ſeù cauſæ propter quam, ſeù quas unio, etc. hujuſmodi fiat, vel facta ſit, aliàs quomodolibet examinata, juſtificata, vel verificata non fuerint, ſeu quibuſvis aliis cauſis de ſubreptionis vitio, aut intentionis S. V. vel quovis alio defectu notari, impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, ſeu ad viam, et terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam vocari, aut, etc. unquam poſſe, ſed eas, &c. & efficaces, &c. Sicquè, & non aliter, &c. judicari debere, Irritum, &c. cum Clauſulis in unionibus apponi conſuetis.

Ex qua quidem praxi notet novus Curialis, quod Cancellaria Apoſtolica ſuper unione non ſortita effectum, ac veriſimiliter revocata per regulam revocatoriam, non conſuevit dare confirmationem, aut gratiam, Perinde valere; nec ita litteræ expedirentur, etiam ſuper ſupplicationibus, manu Papæ ſignatis, ſed tantùm ſecundum ipſius Cancellariæ currentem ſtylum, datur, ſicut dictum eſt, nova unio, ut in *notab. eiuſdem Cancell. fol. mihi* 195. ubi etiam alius notatur caſus, ut infrà.

In alia Cancellaria occurrit talis caſus. Quidam obtinuerat quandam unionem à legato, de vacaturo. Poſtea per Paulum fuit confirmata talis unio; nec fuit ſortita effectum. Modo petitur nova unio, non dico confirmatio, quia non daretur, ex quo unio iam fuit per plures Pontifices revocata, & in tali nova unione narrabatur unio facta per legatum; Et demum confirmatio per Paulum, & petebatur nova unio, & dicebatur, a nonnullis de viribus unionis, annexionis, & incorporationis hæſitetur, & tunc N. Abbreviator dixit, quod illa verba, a nonnullis hæſitetur, non bene ſtabant; quia cum iam eſſet talis unio pluries revocata, non debebat dici, quod hæſitatur, ſed debebant narrari, quæ ſupradicta ſunt, & deinde dici, dicebat. Cum autem unio, annexio, & incorporatio prædicta propter revocationem unionum, &c. effectum non ſortitarum, effectum ſortita non fuerit, pro parte dicti N. nobis fuit, &c. petendo novam unionem, &c. ut in eiſdem notab. d. fol. 195. *a ter.*

Quando autem petitur confirmatio unionis, intelligitur de unione facta ordinaria authoritate, vel Legati; quia tunc benè datur confirmatio. Secùs verò ſi fuerit facta authoritate Apoſtolica; tunc enim non datur confirmatio, ſed gratia in forma, *Etiam valere*, aut ſimiles litteræ, ut notat ſupradicta *Cancell. fol. mihi* 27.

Hoc inſuper in eadem Curia obſervari vidi per peritos, & antiquos Curiales, quod ſcilicet, nè poſt factam unionem, antequam tamen ſuum ſortiatur effectum, in dubium revocetur, num illa ſub regula revocatoria comprehendatur, veluti quando unitur beneficium per ceſſum, vel deceſſum, vacaturum, expediatur unio per Cancellariam (poſtquam conceſſum eſt in ſupplicatione) cum decreto, quod præfata unio non comprehendatur ſub quibuſcumque revocationibus unionum, quæ pro tempore à Summo Pontifice emanarent. Hęc enim cautela videtur invēta, quod Papa etiam ex tunc ſupprimeret beneficium unicum ad effectum, quod

ſub

ſub revocationibus prædictis nequeat comprehendi, ut in
prædictis *notab. Cancell. fol. mihi* 13. & dicam in caſu ſu-
ſpenſionis unionis Seminarii factæ infra ſuo loco; quam-
vis prædicta cautela non ſit nimis tuta; quia Papa ſolet ſu-
ſpendere quaſcumque uniones, ac etiam ſuppreſſiones.
Niſi tamen ipſa unio fiat per Conſiſtorium; tunc enim
non oportet, quod declaretur, prædictam unionem non
comprehendi in dicta regula, aut illi derogare, cum præ-
ſumatur in hujuſmodi unione omnia maturè conſiderata
in eodem Conſiſtorio, cujus proviſiones, aliæque conceſ-
ſiones omnem defectum, ac fraudem, ſive ſiniſtram machi-
nationem excludunt: quinimmò omnem cognitionem in-
cludunt; nec eſt, quid quod contra eas obiici poſſit, nec ul-
teriorem cognitionem, ſeu diſcuſſionem requirunt, ut
eſt videre in *Clem. unica, verſ. præfatis itaque Nuncius,
& verſ. nos eadem mandato, de jurejur.*

Verùm, cum aliqua ſupra dixerimus circa gratias reva-
lidationis unionum, jam per regulam revocatoriam ex-
tinctarum, ſuperfluum minimè exiſtimavimus illud hic
ſubnectere, quod non ſemel in ipſa Curia accidiſſe ſcimus;
nempè in petitione revalidationis earum unionum, quæ
factæ fuerunt extra limites, ac contra mentem Sacri Con-
cilii Tridentini *ſeſſ. 21. cap. 5. de reform.* dum facultatem
tribuit Ordinariis in ſuis caſibus uniendi etiam beneficia
reſervata, prætereàquam, quod licèt unio non teneat, ſi
fiat de beneficio reſervato, nihilominus quando illa ſit vi-
66 vente beneficiato, quo tempore beneficium non erat re-
ſervatum, ſi ipſe poſtmodum obierit in menſe Apoſtolico,
unio valebit, & ſuum ſortietur effectum, ut fuit dictum
in una *Caputaquen. Beneficii* relata per Ludov. *dec. 419. n. 5.*
& ibi Addit. *num. 7.* ubi quod licèt in diſpoſitione prædicti
Concilii, Epiſcopo ſit data facultas uniendi etiam beneficia
reſervata, nihilominus Sacra Congregatio ejuſdem Conci-
lii, & Rota pluries declararunt, id eſſe intelligendum de
beneficiis, quæ non erant reſervata tempore unionis, ſed
ex poſt fuerunt effecta reſervata ex vacatione in menſe re-
ſervato, ut etiam dixerūt Domini Coccinus, Manzanedus,
& Pamphilius, conſulti à Dataria in una *Truden. Unio-
nis* 1620 quod ex eo fundatum aſſerunt, ut fraudes eviten-
tur, quæ aliàs in præjudicium Sedis Apoſtolicæ committi
poſſent ab Ordinariis, ſi poſſent unire reſervata de tempo-
re vacationis, nam poſſunt tantum unire beneficia ſpectan-
tia ad eorum collationem, Garc. *de benef. p. 12. c. 2. nu.* 105.
De his verò fuſius ſuo loco dicemus.

Quoniam vero frequens etiam eſt unio, quæ in ſuis ca-
ſibus fieri conſuevit per Ordinarium ſua ordinaria autho-
ritate, proindè ſæpè accidit, de hujuſmodi unionis validi-
tate dubitari, ſaltem ob defectum alicujus ſolemnitatis;
quandoquidem in tali unione requiritur neceſſariò cōſen-
ſus Capituli, Rebuff. *in prax. reg. d. union. gloſſ.* 11. *num.* 2.
Gambar. *de auth. leg. lib.* 1. *rubr. de poteſt. leg. in uniendo*,
Hojed. *de incompatib. benef. p. 2. c. 3. n. 9. verſ. Tertium quod
requiritur*, ubi, quod in unione facienda per Epiſcopum, de-
67 bet accedere conſenſus capituli cathedralis Eccleſiæ: quia
cum unio ſit alienatio, requiritur dictus conſenſus, ut pro-
bat tex. *in Clem. fin. de reb. Eccleſ. non alien. & in Clem. ne in
agro, §. ad hæc, de ſtat. monach. & in c. ſine exceptione*, 12. q. 1.
68 Garc. *de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 145. licèt ubi adeſſet conſuetudo
in contrarium, videatur, quod poſſit fieri ſine conſenſu ca-
pituli, idem Garc. *d. cap. 2. num.* 152. ubi allegat *Concil. Pro-
vin. Bononien. tit. de union. §. quæ ſervanda ſunt in unionibus*,
ibi, *Deinde cum conſilio, & conſenſu capituli: niſi aliter ex lo-
ci, ſive Eccleſiæ conſuetudine receptum eſſet*: quare ubi non
extat talis conſuetudo, unio non valet ſine dicto conſenſu
capituli, juxta *d. Clem. ſi una*, & ibi Abb. & Imol. id. Garc.
num. 159.

69 Ac proindè cum ſæpè contingat, capitulum in hujuſmodi
unionibus denegare ſuum aſſenſum, qui requiritur pro ſo-
lemnitate actus, ob cauſam minus legitimam, recurritur
ad Summum Pontificem pro impetranda unione: quo ca-
70 ſu non requiritur alius conſenſus; cum Papa ſuppleat om-
nes ſolemnitates, omneſque defectus, *l. 2. Cod. quan. De-
cret. opus non eſt*, Dec. *conſ.* 141. *num.* 1. & *conſ.* 127. *num.* 25.
Abb. *conſil.* 41. *numer.* 3. *volum.* 1. Patil. *conſil.* 26. *numer.* 16.
volum. 2. nam in hujuſmodi unionibus proceditur eo mo-
do, quo in alienationibus rerum Eccleſiæ; quia unio ve-
71 nit appellatione alienationis: ac proindè prohibitus alie-
72 nare rem Eccleſiæ, prohibetur etiam unire, *c. 1. de reb.
Eccl. non alien.* & in dicta unione requiruntur ipſæ ſolem-
nitates, quæ in dicta alienatione, Redo. *in eod. tract. qu.* 2.
cap. 4. num. 1. & 3. & ſic in hujuſmodi unionibus, præter 73
Papæ authoritatem, non requiritur alia ſolemnitas quan- 74
do videlicet ipſius Papæ authoritas legitimè, & validè in-
terponitur: ſecùs verò ſi nulliter, & ſubreptitiè; quia ta-
lis authoritas tunc nihil operatur, idem Dec. *conſ. 142. nu.
5. ver. non obſtat*, Ruin. *conſ.* 157. *num. 4. & num.* 11. ſicut
etiam dicitur, quod quando unio hujuſmodi fiet per Ordi- 75
narium ſine, vel ex falſa cauſa, eſt nulla ipſo jure. Ol-
drad. *conſ. 251. ſub tit. de reb. Eccleſ. non alien. num.* 1. quia
cum requirantur cauſa, & ſolemnitas, ſi aliquid ex his de-
ficiat, prædicta unio nihil operatur, ut in *cap. dudum, eod.
tit. lib.* 6. ac proindè ait id. Oldrad. *conſ. 262. ſub eod. titul.* 76
quod in tali caſu hujuſmodi unio non debet ſervari per ſuc- 77
ceſſorem, Mandos. *in Praxi Signat. Grat. in tit. de union.
verſ. hodie*, Garc. *d. cap. 2. n.* 113. ubi ex Burſat. *conſ. 185. nu.
13. lib.* 2. quòd unio beneficiorum, ut valeret, manifeſta
Eccleſiæ utilitas, ac neceſſitas requiruntur cum cauſæ co-
gnitione, ac omnium, quorum intereſt, citatio, *& nu.* 78
115. ſubdit, quod etiam unio facta authoritate Apoſtolica
ex falſa cauſa, eſt nulla, ut dictum eſt, & tenuit ſemper
Rota, *ut in ſuis practicabilib. adjectis in calce 2. par. diverſ.
ſub tit. de unione, n.* 6. quod in reſcriptis unionum, quæ à Pa-
pa emanant, ſemper ſubintelligitur clauſula, ſi cauſæ ve-
ræ ſint, & quod ita fuit ſemper obſervatum: quod qui- 79
dem procedit etiam ſi unio fiat motu proprio, & Papa cau- 80
ſas unioni inſerat; quia cum ſint de facto alieno, poſſunt 81
redargui de falſo, & ſequitur id. Garc. *loc. cit. num.* 116. ubi
ad id plures authoritates adducit: & declaratur ex novo ju-
re Concil. Trid. *ſeſſ. 7. c. 6. de refor.* quo cavetur, quod unio-
nes perpetuę à quadraginta annis citra factę, examinari poſ-
ſint ab Ordinariis, tamquam à Sede Apoſtolica delegatis: &
quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerunt,
irritæ declarentur, idem Garc. *d. c. 2. n.* 117. & de his unioni-
bus plura videri poſſunt in prædictis practicabilibus Rotæ,
quæ in dies in hac materia occurrunt, & practicantur; prę-
tereà ſupradicta duo *conſ. Oldrad. 261. & ſeq.* quamplurima
continent circa hanc materiam, illiuſque praxim, & ad ea
vidimus, propterea ſæpè recurri.

Requiritur præterea in unione vocatio etiam conſenſus 83
patroni, ſive laici, ſive Eccleſiaſtici, nam ita inter alia cave-
tur, etiam novo jure, *d. Concilii ſeſſ. 24. c. 15. de refor.* id. Re-
buff. *eod. tit. de union. nu. 28. & in reg. de union. gloſ. 11. nu.* 61.
Boer. *dec. 345. n. 4.* non tamen requiritur conſenſus Recto- 84
ris, ſi ei ad ſuam vitam non præjudicetur, Hojed. *p. 2. a. c. 3.
n. 3. verſ. ſed utrum, circa med.* ubi quod nec ei eſt inſinuan-
da unio, poſtquàm ei non præjudicatur, niſi ad hoc, ut igno- 85
rantiam non poſſet prætendere, ſi fortè permutare, vel alias
velit reſignare beneficium unitum, arg. text. *in c. ad hoc, de
poſtul. præl.* id Oldr. *conſ.* 257. Caſtr. *conſ. 437. vol.* 1. Et fuit
aliàs in Cancellaria Apoſtolica dubitatum, utrum dictus
patroni conſenſus requiratur ita in unione temporali, ſi-
cut in perpetua, & inter Dominos Abbreviatores Majoris 86
Præſidentiæ ſupra fuit dictum, quod ſi eſſemus in unione
perpetua, indubitanter requiritur conſenſus, ſeù derogatio,
ut declarat latè Petr. de Peruſ. *in tract. unionum, in 5. art.
princip. col.* 5. ſi verò in unione temporali, & ad vitam, quic-
quid ſecus dicendum eſſet, idem tamen tenendum eſt in
unione temporali, quia per eam etiam alteratur ſtatus bene-
ficii, & patitur capitis diminutionem; cum de beneficio ef-
ficiatur non beneficium, & præjudicetur patrono circa prę-
ſentationem, & alios effectus; & ita ex dictis colligi poteſt
ex identitate rationis, licèt major ratio ſit in perpetua nihi-
lominus militat in temporali, & fuit pariter dictum, quod ſi
fiat unio non de beneficio vacante, ſed ille idem, qui eſt ejus
Rector, petit illud uniri ad vitam alteri beneficio per eum
obtento, & in hoc videtur, quod non requiratur conſenſus
ſeù derogatio; nam patrono non videtur fieri præjudicium 87
in aliquo; ergo non requiritur conſenſus: non circa præ- 88
ſentationem: quia non vacat, nec per unionem inducı-
tur vacatio, ſed extinguitur beneficium. Item circa ali-
menta, & proceſſionem: non, quia Rector Eccleſiæ,
cui fit unio, tenetur ad proceſſionem, & alimenta ra-
tione Eccleſiæ unitæ, & ille idem, qui prius erat Rector,
& qui habuit conſenſum, ſeù derogationem in proviſio-
ne illius, nunc tenebit illud, non tamen in titulum, nec
ut beneficium, ſed ut membrum alterius, cui facta eſt
unio, continuando quodammodò poſſeſſionem, mutata
tamen cauſa. Et licèt ibi nonnulli tenuiſſent contrarium,
nempè, etiam in unione temporali, eo modo, quo di-
ctum eſt requiri conſenſum, tamen id non videtur poſſe de-

fendi

ſendi, ut in dictis *notabil. fol. mihi* 279. Cœterum autem
extra caſum prædictum, nullo adjecto diſcrimine, tam
in unione perpetua, quàm temporali requiritur ſupradi-
ctus conſenſus; cum nullibi reperiatur expreſsum, quod
requiratur in unionibus tantùm perpetuis, ſed omnes abſ-
que aliqua diſtinctione dicunt, hujuſmodi conſenſum
adhibendum eſſe in hujuſmodi unionibus, Felin. *in ca. cum
acceſſiſſent, col. 7. de conſt.* Gem. *in c. nemo de elect. in 6.* gloſ.
Card. & Abb. *in Clem. un. de reb. Eccl. non alien.* Lambert. *de
jurepatr. lib. 3. qu. 6. art. 2.* Pariſ. *de reſig. benef. lib. 2. quæſt.
4. num. 11.*

89 Quandoque fit erectio collegiatæ Eccleſiæ cum reſerva-
tione ejuſdem juriſpatronatus, tàm quoad Canonicatus,
quam quoad omnes dignitates, quæ fieri conſuevit in for-
ma commiſſaria: qua committitur Ordinario loci, &
quandoquè etiam duobus aliis Exequutoribus, qui autho-
ritate Apoſtolica, ipſam Eccleſiam erigant, & poſtquàm
ſi diruta eſt, reſtaurata fuerit, vel à fundamentis conſtructa,
tot bona ſtabilia, quorum fructus ad tot ducatos aſcendant
illi donata fuerint, & aſſignata, juſpatronatus, & præ-
ſentandi Ordinario loci perſonas idoneas, ad dictos
Canonicatus, & Dignitates, tam à primæva erectio-
ne, quam quotiès vacabunt, eidem, qui reſtauravit,
vel fundavit, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus perpe-
tuò reſervent.

Prout etiam in erectione ſæcularis, & collegiatæ Eccle-
ſiæ Terræ Summæ; de qua aliàs mentionem fecimus, il-
90 lius Univerſitati, ex dotatione 150. ducatorum, reſerva-
tur jus patronatus ad dignitates Cantoriæ, & Theſaurariæ
dictæ Eccleſiæ.

Aut etiam, prout aliàs vidimus, cum antiqua Eccleſia
91 collegiata unius Oppidi, ex aliqua gravi cauſa ſupprimi-
tur, etiam unà cum ſuis dignitatibus, & Canonicati-
bus, & in alio commodiori loco, de novo erigitur quod
poteſt contingere etiam cum reſervatione juris patrona-
tus ad favorem noviter conſtruentium, qui petunt vete-
rem collegiatam hujuſmodi, cum ſuis Canonicatibus ſup-
primi, & extingui, illorumque fructus, & proventus
menſæ capitularis novæ Eccleſiæ collegiatæ erigendæ ap-
plicari, & appropriari, ac Dignitates, & Canonica-
tus hujuſmodi, cum primum eos vacare contingeret,
ad novam Eccleſiam collegiatam prædictam transferri.

Omnibus, & ſingulis, *privilegiis, immunitati-*

bus, &c. quibus aliæ Collegiatæ inſignes utuntur, &c. & ſic ad
92 inſtar aliarum collegiatarum; quandoque verò in ipſa ere-
ctione exprimuntur prædicta privilegia, quæ Papa conce-
dere intendit.

Dummodó ſint in uſu, &c.

93 Hoc autem, quia privilegium per illius non uſum
amittitur, *leg. 1. ff. de nund.* & DD. *in cap. cum acceſſiſſent*,
præſertim Felin. *num.* 25. & Dec. *num. 63. de conſtit.* Surd.
94 *conſil.* 419. *num.* 1. quod tamen ita intelligendum, ſi vide-
licèt ſe occaſio utendi obtulerit; quandoquidem privile-
gium non amittitur per non uſum, etiam ſpatio mille an-
norum, quando non venit caſus eo utendi, gl. *in verbo,
ſemel*, & DD. *in cap. ut privilegia, de privil.* & fuit di-
ctum in una *Barchinon. Prioratus coram Cavaler. deciſ.* 80.
num. 6. ſecus verò dicendum eſt, quando habens privile-
96 gium eſt in cauſa privilegii, & per eum ſtat, quominus illo
utatur, gloſ. fin. *in c. Abbate ſanè, de verb. ſign.* ubi Butr. *nu.
vigeſimoquarto verſ.* 2. Abb. *num.* 18. *& alii* Burati. *dec.* 704.
num. 12.

Quid autem dicendum ex aliis juribus, & privilegiis,
quæ ipſamet Eccleſia anteà habebat, numquid videlicèt ex
eo, quod erigitur in collegiatam, ac proinde Papa ſupprti-
mit, & extinguit titulum collativum, ac denominatio-
nem, naturam, & eſſentiam Parochialis Eccleſiæ colla-
tivæ, illamque in alium ſtatum mutat, per hujus ſtatus
97 mutationem, cenſeantur extincta privilegia dictæ Paro-
chialis, quatenus aliqua adſint, quæ ſint cum ſtatu muta-
to compatibilia? Et videtur negative reſpondendum;
quod quidem exemplificari poteſt in caſu *dec. Seraph.* 1444.
in qua quidam Rector habebat ex privilegio Apoſtolico,
jus nominandi ad quoddam beneficium in Eccleſiis, quæ
poſteà fuerunt erectæ in cathedrales: & quamvis plura in
contrarium fuiſſent adducta, ut in prædicta deciſione fuit
nihilominus concluſum pro eodem Rectore, ſcilicèt quòd
poſſet nominare ad beneficia exiſtentia in locis, in quibus
habebat prius jus nominandi, licèt poſteà fuerint in cathe-
drales erectæ; quia nec propterea per hanc mutationem
Eccleſiarum in cathedrales, dici poteſt fuiſſe prædicto Re-
ctori illatum præjudicium, cum in unaquaque diſpoſitio-
ne ſemper cenſeatur præſervatum jus tertii; quarè hinc
evenit, quod ſi aliquo caſu contingeret, Papam jus tolle- 98
re, præſumitur hoc feciſſe per circumventionem potius,
& importunitatem, quàm per voluntatem, ut probat Fe-
lin. *in cap. cum olim in 3. & 4. colum. de re jud.* quod qui- 99
dem in tantum procedere videtur, etiam ſi reſcriptum
emanaret ad favorem piæ cauſæ, ut tradit Sarnen. *ſuper* 100
reg. de non tollend. jur. quæſit. quæſt. 1 num. 4. idem Seraph.
d. dec. 1444. *num.* 8. ſubdens *num.* 9. per illationem, quod 101
penſione conceſſa ſuper collegiata, ſi ea poſteà erigitur in
cathedralem, non ideò penſio ita extinguitur, & ibi alle-
gatur quædam Rotæ deciſio *in una Burgen. Quindennio-
rum*, in qua fuit dictum, quod per mutationem non
extinguitur privilegium, quod eſt compatibile cum ſtatu 102
mutato; ſecùs ſi ſit incompatibile, & ibi arguitur à ſimi-
li, quod Eccleſia juriſpatronatus erigatur in collegia-
tam, patronus retinebit jus præſentandi ad præben- 103
das; quia priora jura hoc modo remanent omninò
intacta.

At verò, ſecùs eſt dicendum, quando videlicet Eccle-
ſia matrix, ut hìc, erigitur in collegiatam; iſto enim ca-
ſu, licèt ad illam, tanquam matricem, & majorem om-
nium Eccleſiarum ſpectent omnia privilegia, prærogati-
væ, & exemptiones, quæ de jure, ſeù conſuetudine com-
petunt Eccleſiis matricibus, & majoribus illius loci, quia
tamen ipſa erigitur in Collegiatam, fuit per hoc præju- 104
dicatum juribus matricitatis, idem Seraphin. *deciſ.* 1445.
numer. 2. ubi in caſu præeminentiarum dicitur, quod 105
ſi una Eccleſia erigatur in Epiſcopatum, ſortitur lo-
cum, qui debetur aliis Eccleſiis Epiſcopalibus *dict. deciſ.
num.* 3.

Dicitur etiam in ſupplicatione hujus erectionis, quod
etiam prædictæ Eccleſiæ collegiatæ res, & bona gau-
deant immunitate, &c. quod eſt conforme juri commu-
ni; namque bona Eccleſiaſtica ſunt immunia; & libera
ab oneribus, gabellis, ac tributis impoſitis per Com-
munitates, & Principes laicos ex certa propoſitione
Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum,
quam nemo ex Catholicis audeat impugnare, ut aliàs dixit
Rota *in una Alben. Gabellæ, ſeu onerum* 28. *Iunii* 1630.
coram D. Merlino, quam refert Addit. ad Buratt. *dec.* 780.
lit. A.

Quarè obiter hìc tres bonorum ſpecies diſtinguendæ 107
ſunt, Quarum Prima eſt illa, quæ habet, & poſſidet Ec-
cleſia, jure ſpirituali, & divino, prout ſunt decimæ,
& oblationes, & hæc ſunt ſemper, & perpetuò immunia
à quibuſcumque oneribus ſæcularibus, tam præteritis,
quam futuris, quia illa immediatè habet à Deo, nec ſunt
commiſcenda cum laicis, ut in *Num. cap.* 18. & notant
Canoniſtæ *in cap. ſi tributum*, 11. *quæſt.* 1. *& in cap. ſecun-
dum canonicam authoritatem* 23. *qu.* 8. Secunda ſpecies, quæ
à privatis habuit Eccleſia, ſed ad cultum divinum, & of-
ficium ſpirituale ſunt deſtinata, veluti ſitus Eccleſiarum,
cœmeterium pro ſepulturis, hortus juxtà Eccleſiam; &
hæc pariter immunia ſunt ſemper ab omnibus tributis, &
oneribus, nedum publicis, ſed etiam privatis, & prius
quam ad Eccleſiam pervenirent, exiſtentibus, ſit habetur
in d. cap. ſecundum canonicam authoritatem, 23. *quæſt.* 8. &
per Bald. *in l. omnes, num.* 12. *Cod. de ſacroſanct. Eccl.* Tur-
recrem. *in cap. ſi tributum*, 11. *qu.* 1. *& in Summ. de Eccl.
lib.* 1. *cap.* 98. *in reſponſ. ad ſeptimum argumentum*, Jo:
Anton. de Nigr. *in repet. Extravag. unica, num.* 242. *de
vit. & honeſt Cler.* Suar. *ad Reg. Ang. de immun. Eccl. lib.
4. cap. 17. num. 6. & 7. & cap. 19. num. 2. & 9.* & latius *cap.
20. num.* 17. Tertia verò ſpecies bonorum eſt illa, quæ ad
Eccleſiam pervenit ex aliquo contractu, vel alia diſpoſitio-
ne, puta venditionis, legati, vel ſimilis, & hoc modo
diſtinxit Rota, ut refert id. Addit. ad Buratt. *d. dec.* 780. *ſub
d. lit. A.*

Capitulariter Congregati, aliàs enim

extrà Capitulum nihil poſſunt Canonici diſponere de per- 108
tinentibus ad illos: quia debet ad id ſurmiter ipſum capi-
tulum congregari; unde in una *Romana Legati coram Ca-
valer.*

valer. dec.193. num.5. ubi dictum quod conſenſus capituli
109 non videtur probatus ex ſubſcriptione aliquorum Canoni-
corum: quia non apparebat interveniſſe conſenſum ipſo-
rum collegialiter, & capitulo ad illud legitimè congrega-
to, ad tradita per Innoc. *in cap. cum te, num.9. de reſcrip.*
110 Feder. de Sen. *conſil.63, num.5.* quia aliud eſt capitulum,
aliud ſinguli de capitulo, Abb. *in cap. cum non liceat col.*
2 poſt num.2. de præſcrip. Bellam. *dec.10.* ubi, quod diver-
111 ſi ſunt actus, capitulum, vel ſingulos concernentes, &
pariunt diverſos effectus, id. Innoc. *in cap. cum dilectus,*
de conſuet. Cald. *conſil.21.* & diſpoſitio loquens de perſo-
nis, niſi aliud exprimatur, nunquam comprehendit Col-
legium, vel capitulum, Roman. *conſil 436.* & alia ſimi-
lia adducit Mandoſ. *ſuper regu.33. quæſt.51. per tot.* Felin.
in cap. audatis, ante num.4. verſ. Secunda reſponſio, di-
cens, quod ſi teſtator dicat, *lego fundum Canonicis*, non
113 dicitur legaſſe capitulo, ſed ſingularibus de capitulo, &
114 ſic Canonici divident inter ſe, & non applicabunt menſæ
capitulari: At ſecus, ſi eſſemus in materia neceſſariò,
expedienda per capitulum; quia tunc appellatione Cano-
115 nicorum, venit capitulum, idem Felin. *loc. cit.* ſubdens
116 ex Hoſt. *in Summ. §. quando verſ. quid ſi Papa*, quod ſi Pa-
pa mandat aliquid expediri per majorem partem capituli,
debent Canonici capitulariter congregari, conſentire,
ſi verò dicat, quod major pars Canonicorum conſentiat,
ſufficit, quod conſentiant ſingulariter extrà capitulum:
quia primo caſu, capitulum refertur ad Collegium, ſe-
cundo verò caſu, ad ſingulares. Unde ſi agatur de mate-
117 ria, quæ actum capitularem concernat, vota data extrà
capitulum non ſuffragantur, quia debent dari uti ab
Univerſis, non uti a ſingulis, Burrat. *deciſ.225. num.*
4. namque generaliter eſt, ut in omnibus, & quibuſcun-
que actibus explicandis per capitulum, & Univerſita-
tem, collegialiter, & ſimul in unum conſenſus, vel diſ-
ſenſus præſtetur, & actus expediatur, idem Burrat.
deciſ.391. num.11. & ibi Addit. *num.13.* quod vota data
extrà capitulum, & poſt factum ſcrutinium, non
augent numerum eligentium: quia non ſunt præſtita,
nec tempore congruo, nempè Scrutinii, nec loco con-
gruo, nempè capitulari: quod ex præmiſſis intelligen-
dum eſt de quibuſcumque actibus, ſic, ut præfertur ex-
plicandis.

Satuta, & ordinationes.

Quod etiam
ad præſcriptum juris intelligitur: namque capitula Eccle-
ſiarum cathedralium, ſivè collegiatarum, necnon alio-
118 rum locorum piorum, poſſunt de jure concedere Statuta,
Felin. *in cap. cum omnes, num.14. verſic. demum de conſt.*
119 quæ tamen univerſum ſtatum Eccleſiæ, vel intereſſe Epi-
ſcopi minimè concernunt, *cap. conſtitutionem*, & ibi gloſ.
in verbo ſtatutum, de verb. ſignif. in 6. ubi quod canoni-
ci poſſunt concedere ſtatuta, etiam ſine conſenſu Epi-
ſcopi, Butr. *in cap. conſtitutus, num.25. de reſcript.* Lot-
ter. *de re benefic. l.1. quæſt.14. num.88.* qui *num.89.* com-
probat, quod ubi accedit conſenſus Epiſcopi, poteſt ſta-
tuere, etiam circa ardua, & concernentia univerſum ſta-
tum Eccleſiæ idem Felin. & alii *in cap. edocere, num.2. &*
4. de reſcript. qui allegat *concord.* & faciunt *not. in c. quan-*
to, de his, quæ fi. a m. ajor. par. cap. quod tamen intelligen-
120 dum eſt, dummodo ſtatuta non ſint contra jus, ut infra
dicetur.

Aliàs verò capitulum ſolum ſine Epiſcopo poteſt ſta-
tuere, etiam quoad modum dividendi fructus, & diſtri-
121 butiones quotidianas, ex eo, quod hoc reſpicit negotium
proprium ipſius capituli, non autem Eccleſiæ, nec cultum
divinum, gloſ. *in cap.2. §. cæterum, in verbo, ſtatutum,*
de verb. ſignif. Abb. *in cap. cum conſuetudinis, num.4. de*
conſuet. idem Felin. *in cap. cum omnes, num.9. circa fin. de*
conſt. ubi, quod quando Canonici faciunt ſtatuta de per-
tinentibus ad capitulum, tenent, per d. gloſ. *in cap.2.* &
facit gloſ. *in cap. cum aliquibus, verſ. ſtatutum, de reſcript.*
in 6. id. Felin. *loc. citat.* qui ſub *num.10.* ait, quod Sede
Epiſcopali vacante, capitulum, cum habeat juriſdictio-
122 nem, in iſto caſu poteſt ſtatuere ſuper ſtatu Eccleſiæ,
ſicut ipſe Epiſcopus, & durabit ſtatutum, etiam in tem-
pus futuri Paſtoris, gloſ. penult. *in Clem. unic verbo, con-*
ferantur, de rer. permut. ubi quod capitulum ſuccedit in
juriſdictione Epiſcopali, & facit, quod poteſt Epiſcopus
cum capitulo; quod procedit, etiam ſi Canonici vellent
123 facere ſtatutum contrarium alteri ſtatuto Epiſcopi, quia
licèt non poſſit capitulum revocare ſtatutum Eccleſiæ,
revocando jura, & bona ſpectantia ad ipſam Eccleſiam,
per hoc non ſequitur, quin poſſit revocare ſtatutum,
quod fortè tendit ad noxa, & facere aliud ſtatutum
rationabile, quia per hoc, eſt uti juriſdictioni ſibi
conceſſa, ex juribus per dict. Felin. *d. numer. 10. al-*
legatis.

Licèt aliud dicendum ſit circa modum dividendi fru-
ctus, & diſtributiones quotidianas, aliaſque lucrandi, veluti
quod etiam non intereſſentibus applicentur; quia cum hoc 124
concernat ſtatum, & ſervitium Eccleſiæ, ac cultum di-
vinum, ſine Epiſcopo nihil poteſt ſtatuere, ut ex pluri-
bus adductis per Mareſcot. *variar. reſolut. lib.2. cap.32.*
num.22. & 23. Quod ſi ſtatutum fuerit juri contrarium,
confirmandum erit à Papa, ut dictum eſt, ac ſæpè vide- 125
mus confirmari.

Quæ quidem confirmatio duplici modo, ſicut aliàs teti- 126
gimus, concedi conſuevit nempè, aut in forma communi,
aut ex certa ſcientia.

Et ut aliqua hic obiter dicamus de confirmationibus
Apoſtolicis, quæ frequentem habent curſum in Curia ſu-
per geſtis ab Inferioribus; notandum eſt, quod illæ ſic
inter ſe diſtinguuntur, ut videlicet, confirmatio vera pro-
pria, & naturalis ſit illa, quæ vocatur in forma commu-
ni, de qua ſemper ſimpliciter loquendo intelligitur, ut
loquitur text. *in cap. porrecta*, & ibi gloſ. *de confir. util. vel*
inut. ubi omnes interpretantur, quod ſub nomine confir-
mationis ibi expreſſo, veniat tantum illa, quæ dicitur
in forma communi, & tanquam ordinariè a Sede Apoſto-
lica impetrari ſolita exprimitur; ac talis confirmatio dicitur,
quando non adeſt cauſæ cognitio, ut docet Barb. *inter conſ.*
Alex. conſ.123. n.18. vol.4. & id. Alex. *conſ.15. n.2. in fin & n.*
3. lib.5. licèt aliter dictum fuerit in una *Veronen. exemptio-*
nis, ut infra *n.155.*

Confirmatio autem ex certa ſcientia, eſt illa, quæ ha-
bet vim novæ conceſſionis, & ampliationis, *cap. ſi*
Apoſtolica, & ibi gloſ. *in verbo confirmamus, de præb.*
in 6. cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præb. Ruin. *conſil.*
31. num.5. lib.1. Rot. *deciſ.165. num.1. diverſor. in rec.*
ubi *num.2.* in caſu ibi propoſito dicitur, confirmationem
fuiſſe factam ex certa ſcientia, dum Summus Pontifex di-
cit, *Sed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalita-*
te, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula
privilegia indulta, facultates, exemptiones, immunita-
tes, libertates, & alias gratias, &c. Apoſtolica authori-
tate, tenore præſentium confirmamus, & approbamus,
illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjici-
mus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti defe-
ctus, ſi qui forſan intervenerint, ſupplemus. Et in narra-
tiva gratiæ confirmationis debent narrari omnia prius
conceſſa, ut Papa intelligat, quæ debeat confirmare ſub
prædicta forma; & regulariter videmus, in hujuſmodi
confirmationibus narrari totum factum, vel inſeri totum
tenorem Statutorum, privilegii, vel ſaltem, quod ex
præcedentibus, & ſequentibus conſtet, Papam fuiſſe in-
formatum, vel quod in ſubſtantia talis tenor exprimatur;
cum ſatis prolixum eſſet, ſi omnium rerum confirmanda-
rum facienda eſſet de verbo ad verbum plena narratio præ-
ter caſus, in quibus talis narratio, de neceſſitate requiri-
tur; quod benè norunt periti Curiales, qui in his ſuppli-
cationibus fabricandis totum factum regulariter in ſub-
ſtantia narrant; ut indè conceſſa confirmatio dicatur ex
certa ſcientia, juxtà gloſ. *in cap. paſtoralis, §. præterea,*
verſ. ex certa ſcientia, de offic. deleg. Dec. *in d. cap. porre-*
cta, num.15. de confir. util. vel inut. quinimmò, etiam
ubi in confirmatione eſt expreſſus totus tenor rei confir-
matæ, hæc ſola expreſſio idem operatur, quod Clauſula, 127
Ex certa ſcientia, ut per Archid. *in c. præſentium, n.1. 7. qu.*
1. Aret. *conſ.15. n.5.* Fel. *in c. cum inter num.1. & 2. de except.*
Mareſcott. *var. reſolut. lib.2. cap.47. num.1.* qui *num. ſequ.*
ſubdit, quod ſtante tali expreſſione, illa clauſula, quam vi-
demus adjici in ſupplicationibus pro hujuſmodi confirma-
tionibus, videlicèt, *quatenus licita, & honeſta, &c.* non
ſtat conditionaliter, ſed cauſativè, nempè, quia ſunt li-
cita, & honeſta, *cap penult. de confirm. util. vel inutil.*
Hoſt. *in Summ. eod. tit. in fin.* & ſic ponitur pro, *quia, ut in l.*
properandum, §.1 C. de jud. Barbol. *de dicto verbo, quatenus,*
num.3. in fin. Ac proindè, ubi tenor rei confirmatæ non
exprimitur, dicta Clauſula non ſtat cauſativè, ſed condi-
tionaliter, ex not. per Dec. & alios *in c. penult. de confirm.*
util.

util. vel inut. Ferrett. *conſ.* 38. *num.* 5. quos refert idem Mareſcot. *loc. cit. n.* 2.

Quare, ut ſupra diximus, optimum ſemper erit in ſupplicatione exprimere totum tenorem rei confirmandæ;
128 alias enim confirmatio erit in forma communi etiam ſi Papa in litteris hujuſmodi confirmationis dicat, ſe omnia habere pro expreſſis, ac ſi tenor illorum eſſet de verbo ad verbum in dictis litteris inſertus; quia, ut inde confirmatio cenſeatur facta ex certa ſcientia, debet eſſe vera, atque explicita, non autem per fictionem, quam
129 importat illa dictio, *ac ſi*, ut probat tex. *in l. ſi alterius*, *ff. de hered. inſtit.* Paul. Mont. *de tut. & cur. cap.* 37. *n.* 54. quos refert idem Barboſ. *dict.* 6. ubi quod dictio denotat ſi-
130 militudinem, ſed non per omnia, *l. ſi deferento*, *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolv.* & fingit factum, quod verè
131 factum non eſt, ut not. gloſ. *in l. quamvis*, *ff. de bon. aut. jud. poſſid.* ac proindè ea, quæ petuntur confirmanda, erunt ſpecialiter exprimenda; undè conſulerem Romanæ Curiæ Pragmaticis, ut quantum fieri poſſit, curent hanc explicitam fieri expreſſionem, ad ea vitanda, quæ aliàs poſſent impugnari; prout non ſemel accidiſſe ſcimus. Pro quo facit optima Rot. *deciſ.* 2. *de confirmat. util. vel inutil. in nov.* Nec refert, quod fuerit in ſupplicatione, ac etiam in litteris adjecta Clauſula, *Quorum tenores, &c.* ut dictum eſt, vel alia Clauſula, *Pro expreſſis habentes, &c.* quia hujuſmodi Clauſulæ operantur, tantummodò
132 ad tollendum ſubreptionem; ita ut pro validitate gratiæ, omnes obſtantiæ tollantur, ut per Butr. *conſil.* 11. quod dicit idem Mareſcott. *loc. citat.* fuiſſe per Rotam canonizatum; non tamen operatur, quod proindè dicatur, Papam habere rei confirmandæ certam notitiam; nam quando tenor habetur pro expreſſo, non ſolum non apparet, Papam habuiſſe illius notitiam, ſed potius illam non ha-
133 buiſſe; quia quod habetur pro tale, non eſt, eſſe tale ve-
134 rè, ſed per fictionem; ſicut quando dicimus, quod abſentes ex juſta cauſa habentur, ſeu cenſetur præſentes, impropriè loquendo, & per fictionem quandam, ſicut etiam
135 verba, *videri, cenſeri, credi*; & ſimilia, quæ ut ſæpiſſimè appoſita videmus in reſcriptis, & diſpoſitionibus Apoſtolicis, denotant fictionem, & impropriet atem, text. *in l.* 1. *§. dejeciſſe, & §. ſeqn.* juncta gloſ. *in verbo videor*, *ff. de vi, & vi arm. l. ſingularia*, *in fin. ff. ſi cert. pet. l. ſi quis in fundum*, *ff. de contrah. empt. l. qui per ſucceſſionem*, & ibi Dec. *num.* 3. *ff. de regul. jur.* Bart. *in l. ſi is*, *qui pro emptore*, *num.* 5. & ibi Jaſ. *num.* 90. *& omnes*, *ff. de uſucap* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 43. *numer.* 20. ubi *num.* 21.
136 quod fictio nunquam convenit cum veritate, Menoch. *de praeſ. lib.* 1. *præſumpt.* 8. *num.* 10. & idem, cum fictio ſit diſpoſitio adverſus veritatem, ut per Bart. & omnes *in d. l. ſi is*, *qui pro emptore*, quando quid habetur pro expreſſo, datur intelligi, non fuiſſe expreſſum, idem Mareſcot. *loc. cit.* concludens *num.* 9. quod licet clauſulis, *pro expreſſis habentes*, ſeu *quorum tenores*, *&c.* ſufficiat ut quoad validitatem actus, perindè ſit, ac ſi Papa rei notitiam habuiſſet, quia non poteſt dari de ſubreptione, ut ſupra dictum eſt, quaſi tacitum ſit, quod ipſe voluit haberi pro expreſſo; tamen per eam non ſolum non poteſt dici, Papam ha-
139 buiſſe rei notitiam, ſed totius ignoraſſe, cum fictio veritatem excludat, Alex. *conſil.* 158. *num.* 7. *lib.* 2. Felin. *in cap. quanto*, *num.* 2. *de præſumpt.* Jaſ. *in d. l. ſi is*, *qui pro emptore*, *num.* 168. Menoch. *ſupra dicto loc. cit. num.* 8. *&* 10. & Princeps veritatem mutare non poteſt, etiam ſi poſſit con-
140 tra eam fingere, Bart. *in d. l. ſi is*, *qui pro emptore*, *num.* 5. *verſ. quod etiam patet*, Caſtren. *conſ.* 340 *num.* 2. *verſic. nec obſtat*, *lib.* 1. prout dicitur de jurepatr. conceſſo, cum clauſula, quod habeatur, ac ſi eſſet ex fundatione, & do-
141 tatione; quæ non operatur, ut non dicatur ex privilegio, & propterea comprehenſum ſub generali diſpoſitione revocatoria patronatuum ex privilegio, ut fuit decîſum in una *Placentin. Parochialis coram Luca*, *relata in una Verdunen. Canonicatus*, penes Farinac. *in poſthumis deciſ.* 398. *num.* 11. *tom.* 2. & ſic de ſingulis; quod eſt apprimè notandum à novis Curialibus; namque in praxi vidimus, quod, ut plurimum in hujuſmodi confirmationibus Apoſtolicis, nedum in ſubſtantia, narratur totum factum, confirmandum, verum etiam inſeritur totus, integerque tenor per extenſum, & de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ut ſupra diximus.

Licita tamen, & honeſta.

Sacriſque Canonibus, *&c.* Porrò ſupradicta Clauſula, ſemper apponitur, quando Papæ non narrantur ſpecificè ſupradicta
ſtatuta; quandoquidem ſi nihil narretur, vel aliquid, & 142
ſic non plenè, vel ſub involucro verborum, contingere poſſet, quod ille confirmaret improba, illicita, & ſimoniaca, præſertim in pactis beneficialibus, ſeù ſpiritualibus, ad tex. *in cap. cum quidem*, *de pact. & cap. ex parte*, *el.* 1. *de off. deleg.* Mandoſ. *in praxi ſignat. Grat. titulo Confirmationes*, *verſ. altero modo*, *quando tenor inſeritur*, ſubdens *verſic. ſeq.* quod in quibuſvis materiis, appoſitis clauſulis quantumvis generalibus, relatio facienda eſt ſolum ad licita, & honeſta, non autem ad ea, quæ quid abſurdum, & inconveniens parere poſſint, ad tradita per Bartol. & alios *in leg. talis ſcriptura*, *ff. de leg.* 1. Abb. *in cap. Eccleſia*, *in* 6. *notabil. de elect. & in cap.* 2. *requiris*, *de appell.*

Quarè, ſi hujuſmodi ſtatuta, & ordinationes, tanquam minus licita, & honeſta, devient à juris communis diſpoſitione, non cenſerentur à Papa confirmata; quia, & ſi verum ſit, quod Canonici quarumcumque Eccleſiarum poſſint facere ſtatuta in ſua Eccleſia, etiam ſine authoritate Superioris, *cap. cum omnes*, *de conſtit. cap. ſtatutum*, *de hered. in* 6. Gemin. *in cap.* 2. *§. cæterum*, *num.* 1. *de verb. ſign.* Ferrett. *conſil.* 286. tamen, ut dictum eſt, non poſſunt ſtatuere contra jus commune, & dixit Rota in una *Illerden.* 3. *Decembris* 1593. impreſſa penes Marcheſ. *part.* 1. *cap.* 6. *fol.* 273. *nu.* 1. quod licet Canonici quarumcumque Eccleſiarum poſſint in Eccleſia ſua facere ſtatuta ſine authoritate Superioris, non tamen poſſunt ſtatuere ſuper reſidentia, vel ſuper ſtatu Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi, & ſubditur *verſ. non obſtat*, non obſtare, quod Capitulum ſit in quaſi poſſeſſione ſtatuendi ſine Epiſcopo circa reſidentiam in his, quæ reſpiciunt chorum, & exercitium muneris uniuſcujuſque, quia hujuſmodi facultas ſtatuendi non trahitur ad caſum in *d. dec.* expreſſum cum ſtatutum ſuper reſidentia ſit contrarium diſpoſitioni Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *§. præterea*, quod inducit etiam formam.

Et cum dicta Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta fuerint licita, & honeſta; mandat Papa illa inviolabiliter obſervari, ut in ſupplicatione prætenſus erectionis, quod quidem ſemper intelligitur, niſi tractu temporis ceſſet illorum obſervantia. Certum eſt etenim, quod catenus ſupradicta ſtatuta per Canonicos, & capitulum facta, 143
ligant quatenus ſunt in uſu; namque clara eſt illa concluſio, quod lex, ſeu conſtitutio, utentium more non recepta, non obſtat, nec illam non ſervantes dicuntur tranſ- 144
greſſores, Alex. *conſil.* 6. *num.* 2. quia ſtatutum uſu non receptum, nullas habet vires, Mandoſ. *reg.* 23. *quæſt.* 1. *numer.* 4. *&* 5. Caputaq. *deciſ.* 203. *part.* 3. namque, ut illud
liget, oportet, quod ſit uſu receptum; quia ſtatuta ſem- 145
per habent tacitam conditionem, dummodo uſu recipiantur ex eo, quod per non uſum tolluntur, & contrarius 146
non uſus probatur eo ipſo quod non probatur uſus; idem 147
Caputaqu. *d. dec. num.* 1. ubi, quod uſus non probatur per 148
paucas vices illum fuiſſe receptum, quia paucas vices probare, eſt exemplo, Bald. *in cap. fin. de conſuetud.* prout in una *Vercellen. Optionis coram Cavaler. deciſ.* 134. *num.* 3. *verſic. dubitavi*, in qua fuit dictum, quod licèt ſtatutum eſſet factum à capitularibus de conſenſu Epiſcopi, non tamen conſtabat, illud fuiſſe publicatum, aut uſu receptum & tamen utrumque erat neceſſarium ad hoc, ut ligaret, per DD. *in capit. in iſtis*, *§. leg.* 4. *diſtinct. & in capit.* 1. ubi Bald. *num.* 3. *& ſeqn. de conſtitut.* & idem eſſet, ſi ſtatutum eſſet imperfectum, veluti, quia ſtatuentes declaraverunt, ſtatuta per ipſos compilata, eſſe revidenda corrigenda, & à Sede Apoſtolica confirmanda, quia tanquam imperfecta, & in uſu non poſita, ante confirmationem prædictam non ligant, [illegible] Cavaler. *dict. dec.* 134. *num.* 4.

Et Concilii Tridentini Decretis, &c.

non contraria. Sunt verba conſequutiva prædictæ Clauſulæ, *licita tamen, & honeſta*, quæ ideò adjiciuntur, quia ex novo jure Concilii Tridentini nonnulla noviter ſtatuta ſunt, præſertim cir-
ca beneficialia, quæ præter alios Canones, ac Conſtitu- 151
tiones Apoſtolicas, obſtare poſſunt, præſertim ſuper reſi-

denua,

dentia, ut d. Concil. *ſeſſ.24.cap.11.§. præterea*, quia cum
non appareat, Papam noluiſſe derogare decretis prædicti
Concilii, quod facere poteſt, etiam abſque illius expreſſa
mentione, proinde per illa verba, *non contraria*, ſupra-
dicta decreta cenſetur præſervata; ac propterea, & ex
hac eadem ratione, id non procedit, quando agitur de
ſtatutis contra prædicta decreta Concilii per Sedem Apo-
ſtolicam confirmatis; & aliàs Sacra Congregatio ejuſdem
Concilii ſic declaravit, *Statutum, quo permiſſum eſt Ca-*
152 *nonicis per quatuor menſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe,*
ſi à Sede Apoſtolica confirmatum eſt, non eſſe ſublatum à
Concilio ſeſſ. vigeſima quarta cap. 12. & ideo obſervari de-
bet. Die 26. Iunii, anno 1576. Et aliàs ſic ait, *Statutum,*
per quod conceditur, abeſſe ultra tres menſes ab Eccleſiis,
Cathedralibus, ſi à Sede Apoſtolica fuit confirmatum, non
cenſetur derogatum per Concilium, quas quidem declaratio-
nes adducit Garc. *de benef.p.3.c.2.n.216.*

Prout etiam hæc eadem clauſula frequenter de ſtylo Cu-
riæ, adjici conſuevit in confirmationibus concordiarum,
quæ in dies ab eadem Curia emanant, quando in forma
communi, ut dici ſolet, expediuntur; namque cum in
illis non narratur tenor rei confirmatæ, ſaltem in ſubſtan-
tia, ut alias diximus, ne Summus Pontifex decipiatur in
ſua confirmatione, ſolent Domini Officiales Datariæ Apo-
ſtolicæ adjicere ſupradictam clauſulam, videlicet, *licita ta-*
men, & honeſta, &c. ut ſupra diximus.

Quare declaravit eadem Sacra Congregatio, quod con-
154 cordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ non cenſentur ſublatæ
per Concil. Trident. *ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 21. cap. 6. de refor-*
mat. ut in ſequenti declaratione, Prima ſuper *dict. cap. 4.*
fuit reſolutum a Rota, *& Congregatione Concilii, de men-*
te Gregorii XIII. hunc tex. non tollere concordias à Sede
Apoſtolica confirmatas, Secunda, *An per Concil. ſeſſ. 4.*
cap. & ſeſſ. 25. cap. 6. derogatum ſit concordiis non confir-
matis per Sedem Apoſtolicam, Congregat. Concil. cen-
ſuit, derogatum eſſe concordiis, præterquam confirma-
tis à Sede Apoſtolica, reliquas ſuos dumtaxat tenere au-
thores; quas declarationes adducit Garc. *d. cap. 2. nu. 216.*
& 217.

Cæterum verò, ſicut paulò ſuperius dictum eſt, ſi agatur
de ſtatutis minimè; ut ſupra confirmatis, nõ poſſunt aliquid
contra ſupradictum Concilium Tridentinum continere, ut
in caſu ſtatuti ſuper non reſidentia fuit dictum in prædicta
Illerd. Statuti.

Quod quidem in tantum procedit, ut ſi ſtatutum con-
155 tra diſpoſitionem juris communis, ac Concilii prædicti
allegetur confirmatum à Sede Apoſtolica, intelligendum
eſt de confirmatione ex certa ſcientia, non autem in for-
ma communi; quarè cenſuit aliàs Rota *in una Veronen.*
Exemptionis coram Pamphilio 27. *Maii* 1594. ut ſequitur
videlicet, *Non obſtat conſuetudo immemorabilis contenta*
in articulis capituli, quia eſt ſublata per Tridentinum, quod
in cap. 6. ſeſſ. 25. expreſſè derogat conſuetudini immemorabi-
li. & procedit etiam, quod ſimul concurrant conſuetudo
immemorabilis, concordia, & confirmatio Papæ in forma
communi, quam quidem deciſionem refert idem Garc. *d.*
c. 2. n. 224.

Et nihilominus Præpoſituram,

cujus Luna verò cum diſtributionibus quotidianis LXVIII.
Vincentio, Decanatum Paulo, ac Cantoriam Thomæ, &
Theſaurariam, quorum cujuslibet xxvii computatis vero,
&c. XXXVIII. &c. Et ſic in eadem ſupplicatione, pro
erectione hujuſmodi collegiatæ, Oratores inſimul ſuppli-
cant pro ſingulis ſibi, collationibus faciendis de Dignitati-
bus, & Canonicatibus; pro quibus poſtmodum expediun-
tur ſeparatim litteræ ſuper proviſione cujuslibet Dignita-
tis, ac Canonicatus, juxta conſuetum ſtylum Cancellar.
Apoſtol.

Conferre Dignemini.

Iam aliàs vidi-
mus, an bene-
ficia à primæva erectione vacantia, Apoſtolica authorita-
156 te facta, ſint reſervata. Et concluſimus affirmativè, non-
nullis diſtinctionibus, ſecundum uſum Cancellariæ Apo-
157 ſtolicæ adjectis, ac etiam, ut infrà *num. ſeq.* quæ regula-
riter tenet pro dicta reſervatione, prout concludit etiam
Gaſpar. de Perus. *d. tractat. de reſervat. in verbo, quæ au-*
tem beneficia reſervantur, num. 8. ubi, quod quando re-
158 ſervatio eſt favorabilis, & non ambitioſa, includit etiam
beneficia de novo creata; undè cum in hoc caſu nulla ca-
dat ambitio, conſequenter dicitur favorabilis, idem Ae-
neas de Falcon. *eod. tractat. 3. qu. princip. num. 8. verſic. be-*
neficia poſt reſervationem noviter creata, necnon poteſt
conſiderari nova creatio beneficii poſt ipſam reſervatio-
nem; nam tàm ante creationem, quam poſt, prædicta 159
regula ſemper loquitur, ſemperque reſervat, ut aliàs dixi-
mus, & tradit idem Aeneas de Falcon. relatus per d. Gonz.
gloſ. 9. §. 5. nu. 45. qui ait ita intelligendum eſſe Gemin. *conſ.*
69. num. 9. dum diſtinguit, an verba reſervationis extenda-
tur in futurum, quoad ſubſtantiam, & quoad accidentalia,
vel non, ut in primo caſu comprehendantur, in ſecundo
verò non.

Nec refert, quod in quibuſdam notabilibus cujuſdam
Henrici Morsburg, qui habebatur pro peritiſſimo Curia-
li, quæ meo tempore circumferebantur in Urbe, contra-
rium dicebatur: nam nullis fundamentis hoc firmabatur;
& cum illa fuiſſent allata in Parco Dominorum Abbrevia-
torum Majoris Præſidentiæ in Cancellaria Apoſtolica, fuit
hoc omninò rejectum præſertim a Lamberto Urſino Vi-
vatio, & Ulpiano Vulpio inter cæteros tunc eximiis Ab-
breviatoribus, qui dixerunt, totum oppoſitum eſſet ve-
rius, attentis verbis prædictæ regulæ, quæ ampliſſima ſunt, 160
& loquuntur de quibuſcunque beneficiis, ut idem Gonz.
probat *num.* 48. rejectis ab eo omnibus pro contraria ſen-
tentia adductis.

Qui quidem Gonz. tanquam practicus, ac peritiſſimus,
ſuo tempore Curialis, ait *d. nu.* 50 quod ſi de novo erigere-
tur, & crearetur aliquod beneficium, quod non eſſet de ju-
repatronatus laicorum, ſed aliàs includeretur in prædicta
regula reſervatoria, quando poſt promulgationem factam
vacaret, veluti per obitum, vel alio modo, ſi dicta nova ere-
ctio facta eſſet in menſe Apoſtolico, etiam ſi nunquam
fuiſſet collatum, veniret nihilominus, ut diximus, ſub reſer-
vatione prædictæ regulæ; quia per novam creationem be- 161
neficii, illud dicitur vacare, antequam feratur, per tex. *in d.*
Clem. ſi. de reſcript. & cum regula reſervet omnia beneficia,
quocunque modo vacatura, præterquam per reſignationẽ,
comprehenditur beneficium vacans per novam creatio- 162
nem, & erectionem, ac propterea Papa ſemper prædicta be-
neficia per ipſum erecta, confert, ſeu conferri mandat, tan- 163
quam reſervata, & Cancellaria Apoſtolica in bulla dat de 164
vacanti apud Sedem.

Quarè id ita intelligendum eſt, ut licèt ipſe Gonzal. ibi
non explicet, an id intelligatur de erectione facta ab Or-
dinario in partibus, an verò a Summo Pontifice, eſt ta-
men intelligendum de beneficiis erectis authoritate ordi-
naria, quæ ſicut alibi diximus, poſt interpoſitionem de-
creti erectionis ſtatim incipit beneficium vacare; & ſi ip- 165
ſa vacatio contingit in menſe Apoſtolico, collatio ſpecta-
bit ad Papam, ut dictum eſt; ac proinde iidem Ordinarii
nimis cauti ſunt in erectionibus beneficiorum liberæ colla- 166
tionis, aut juriſpatronatus clericorum, ut illorum vaca-
tiones à primæva erectione, cadant in menſibus ſuis or-
dinariis.

Namque aliter dicendum eſt, quando erectio fit à Pa-
pa de quibuſcunque beneficiis, etiam juriſpatronatus lai-
corum; quia tunc, cum illa vacent in Curia, tàm re-
ſervata, quàm non reſervata conferuntur ab eodem;
etiam quod in ea non vacent per obitum, quia illa nihi- 167
lominus confert gratiosè, quatenus adſit fides idoneitatis
Oratoris; aliàs mandat conferre, ut dictum eſt; in aliis
verò beneficiis liberæ collationis, vel juriſpatronatus Ec-
cleſiaſtici, ſic, ut dicitur, vacantibus, datur de reſerva-
to, ut patet ex proœmio, quod ponitur per Cancellariam
in reſervatis. niſi tamen idem Pontifex ex ſua benignita- 168
te, ad inſtantiam fundatoris, concedat, prout quando-
que conceſſum vidimus, beneficia hujuſmodi ſic noviter
erecta, & in Curia vacantia, conferri ad præſentatio-
nem patroni per hæc verba, quæ in ſupplicatione pro hu-
juſmodi erectione adjici conſueverunt, videlicet, *Cæterũ di-*
ctam parochialem, (aut aliam Eccleſiam) cujus fructus, &c.
non excedunt à primæva illius erectione, & inſtitutione, ante
alias quovis modo vacantem, eidem N. ad præſentationem
dicti M. conferre, &c.

Sicut etiam concedere conſuevit idem Pontifex, etiam
patronis Eccleſiaſticis, ut tam pro prima vice, quàm dein- 169
ceps perpetuis futuris temporibus, valeant ad eadem benefi-
cia, Apoſtolica authoritate erecta, & a primæva erectione
vacantia, præſentare: ceſſantibus tamen aliquis reſervatio-
nibus, & affectionibus Apoſtolicis.

Hoc

Hoc enim ita evenire ſcimus, cum videlicet hujuſmo-
di beneficii erectio non poſſit fieri ordinaria authoritate in
170 partibus ob aliquam cauſam, eundem Ordinarium impe-
dientem: veluti ſi beneficium petitur erigi à Summo Pon-
tifice ex aliquo legato pio, vel introitibus relictis pro cele-
brandis tot miſſis pro anima teſtatoris; quia cum fortaſſe
tale legatum nequeat adimpleri, nullaque alia opportu-
niore ratione teſtatoris voluntati conſuli poſſit, & Ordi-
narius nequeat illam commutare: proindè recurri-
tur ad Sedem Apoſtolicam, ex qua in dies hujuſmo-
di erectiones emanare videmus, cum conſueta clau-
ſula derogatoria, videlicet, *Non obſtantibus volun-
tate dicti teſtatoris, quam in, & quoad hoc ſufficien-
ter, & expreſsè commutamus, aliiſque conſtitutioni-
bus, &c.*

In propoſito autem, hic diſtinguit poſteà idem Gonzal.
loc. citat. ſub num. 50. *verſic. & conſequenter*, quod ſi ere-
ctio fieret in menſe Ordinarii, collatio prima ſpectat
ad illum: ſi verò fieret à Papa, ſemper prima collatio ad
eundem Papam pertinet: quia tale beneficium, ut dictum
eſt, vacat in Curia à primæva erectione, & quod ità ſer-
vatur; quinimmò ſubdit ibidem, id procedere, quamvis
171 effectus erectionis Papæ ſit ſuſpenſus uſque ad certum ca-
ſum, & caſus ille non contingat in Curia, ſed in partibus;
quia nihilominus idem beneficium dicitur vacare in Cu-
ria, ſivè apud Sedem, ut declaravit Cancellaria Apoſto-
lica in una *Conchen. Portionis* 22. *Aprilis* 1606. nam Cle-
mēs VIII ſuppreſſerat Canonicatum primò vacaturum, &
ea tertia parte fructuum illius ereait unam Portionem in
Eccleſia Conchen. & cum vacaret in partibus dictus Cano-
nicatus, & ea ſuppreſſione illius reſultaret erectio Por-
tionis, & dubitaretur, an dicta Portio vacaret in parti-
bus, vel in Curia, declaravit Cancellaria, quod vaca-
verat in Curia. Si verò ipſa erectio non fieret à Papa in
forma gratioſa, ſed ille daret alicui de partibus facultatem
erigendi, tunc ſecus eſſet; quia vacatio contingeret in
partibus, non autem in Curia, idem Gonz. *verſic. & con-
ſequenter.*

At verò ego, nullo prorſus circa id diſcrimine conſti-
tuto, aliud ſervatim videri in hujuſmodi beneficiorum ere-
ctionibus, Apoſtolica authoritate factis, ſive Papa eri-
gat, ſivè erectionem mandet, ab Ordinario, Apoſtoli-
ca authoritate fieri beneficium; nam ſic erectum, tanquam
in Curia vacans, ſemper confertur à Papa uti reſervatum,
& bulla ſemper concipitur de reſervato, ſivè collatio fiat in
forma gratioſa, ſivè in forma *Dignum*, ſeù commiſſaria,
ut dictum eſt.

Quarè ex præmiſſis, parum ad rem conducit illa opi-
nio Garc. *de benefic. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 570. qui licèt
anteà tenuerit, ex juribus, & rationibus deſuper illatis,
beneficia Apoſtolica authoritate erecta, à primæva ere-
ctione, debere conferri à Papa, tanquam in Curia va-
cantia, tamen ſubdit, ipſum putare, quod quamvis be-
neficia poſteà creata, & erecta cadant ſub reſervatione re-
gulæ, id non procedit in ipſa prima vacatione per crea-
tionem, & erectionem, ſed in vacationibus ſucceden-
tibus poſt primam proviſionem; ex eo, quod durum vi-
detur, & à mente Papæ longè alienum, quod ſi in men-
ſe Apoſtolico crearetur, ſeu erigeretur beneficium per
Ordinarium, quod non eſſet de jurepatronatus laico-
rum, ipſe Ordinarius non poſſet illud conferre pro il-
la prima vice, nec patronus Eccleſiaſticus præſentare,
non obſtantibus illis, quæ idem Gonzal. *loc. citat.* dicit
num. 49. *&* 50.

Hoc enim non eſt aliquo modo admittendum, nam ex
diametro adverſatur, nedum prædictis omnibus ex adver-
ſo adductis, verùm etiam praxi Cancellariæ Apoſtolicæ,
quæ adamuſſim ſervat ea, quæ pro contraria opinione
ſunt allata, & omninò tenet, tale beneficium ſic noviter
erectum venire ſub reſervatione, etiam in prima vacatio-
ne poſt novam creationem, & erectionem, prout ejuſ-
dem Cancellariæ praxis, etiam in ea mediocriter verſatis
nota, comprobat, quandoquidem in ſimilibus erectioni-
bus, & proviſionibus Cancellaria concipit ſuam proviſio-
nem Apoſtolicam per hæc verba, videlicèt, *Beneficium
173 prædictum, cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c.
ducatorum tot auri de Camera non excedunt, à primæva in-
ſtitutione, & erectione hujuſmodi apud Sedem Apoſtolicam
vacans, de quo, pro eo, quod Nos etiam dudum omnia be-
neficia Eccleſiaſtica apud Sedem eadem tunc vacantia,
& in anteà vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtræ
reſervavimus. Decernentes ex tunc irritum, & ina-
ne ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcien-
ter, vel ignoranter contingeret attentari: nulluſque
de illo præter Nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſ-
ſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupra dictis,
&c.*

Quarè ex hac praxi deſumitur enixa voluntas ipſius
Summi Pontificis reſervantis, etiam beneficia, ſic, ut
præfertur, à primæva erectione vacantia, cum adjectio-
ne prædicti decreti irritantis, quod, ſicut ait Gonz. *gloſ.*
67. *num.* 13. habet oculos retro, & operatur nullitatem ab
initio, Caſſad. *dec.* 12. *num.* 4. 5. *&* 6. *ſuper reg. Cancell.* 174
Achill. de Graſſ. *dec.* 385. Rota *dec.* 24. *num.* 5. *par.* 2. *diverſ.*
ac inficit titulum, & poſſeſſionem; ita ut prætenſo poſſeſ-
ſori nullum remedium poſſeſſorium competere valeat:
cum talis poſſeſſio careat omni juris adminiculo, *vulg.* 175
jur.

Quod quidem procedit, etiam in beneficiis erectis in
Diœceſibus, in quibus Cardinales habent indultum confe-
rendi in omnibus menſibus; quia adhuc beneficia noviter 176
erecta, Apoſtolica authoritate, remanent Sedi Apoſtolicæ
reſervata, quatenus vacent ab illorum primæva erectione,
cum ſint reſervata tanquam vacantia in Curia, ad quæ non
ſe extendit hujuſmodi indultum, niſi aliter in eo caveatur;
& ita ſervatur in praxi.

Hinc notat Cancellaria Apoſtolica, pro præmiſſæ pra-
xis corroboratione, quod ſi alicui provideatur, vel man-
detur provideri de beneficio hodie erecto, non datur, *Si-
vè præmiſſo, ſeù, ut præmittitur, ſivè aliàs quovis modo
&c.* ſed dicitur, *Decanatum prædictum, ſic, ut præmit-
titur, ſeu ab ejus primæva erectione hujuſmodi vacantem
cum omnibus juribus, &c.* nec ponitur Clauſula, *dummo-
dò ejus diſpoſitio, &c.* quia alii modi non ponuntur, nec
Clauſula, *Dummodò tempore data, &c.* nec Clauſula,
Aut ſi aliquis ſuper proviſionibus, &c. nec Clauſula, *Ipſo-
que Decanatus diſpoſitioni Apoſtolicæ, &c.* & hoc ideò eſt,
quia cum hodie erectum fuerit, & hodie provideatur,
videtur, quod alius non potuit jus habere, ſeù literas im-
petrare, & ideò Clauſula, *Dummodò tempore data*, &
Clauſula, *Aut ſi aliquis*, non ſunt neceſſariæ, &c. Si au-
tem beneficium eſſet erectum primo per aliqua tempora,
vel ſaltem non eo die, quo fit proviſio, tunc ponendæ eſ-
ſent Clauſulæ conſuetæ poni in vacantibus; quia alius po-
tuit prævenire. Sed ſi beneficium mandatur erigi, & con-
ferri, tunc Clauſula, *Dummodò*, & Clauſula, *Aut ſi
aliquis*, & Clauſula de reſervatione ſpeciali, vel genera-
li, nec clauſula, *Sive, ut præmittitur, &c.* non ſunt po-
nendæ; quia alius non potuit prævenire, cum in inſtan-
ti, quod illud erectum ſit, provideatur iſti, *ut in notabi-
libus ejuſdem Cancellariæ fol. mihi* 107. *verſ. ſi hodie.* Et
de his omnibus videndus eſt Rebuff. *in praxi in form.
Signatur. verſic. Sivè præmiſſo à num.* 10. *uſque ad nu-
mer.* 14.

CAPUT XVI.

Praxis Secundæ Partis Supplicationis pro Erectione Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ, cum Clauſulis Exequutivis.

SUMMARIUM.

1 C*Lauſula*, Et cum abſolutione à cenſuris ad effe-
ctum, &c. *virtus.*
2 *Fidei Catholicæ profeſſio, à quibus emittenda, juxtà
Conc. Trid.*
3 *Emittitur etiam à proviſis de Dignitate principali in
Collegiata Eccleſia, ſecundum ſtylum Datariæ Apo-
ſtolicæ.*
4 *Supplicatio ſignata ſuper Dignitate obtenta retinetur in
Dataria, donec ibi exhibeatur teſtimonium emiſſio-
nis profeſſionis fidei.*
5 *Necnon fides idoneitatis, ac de vita, & moribus Ora-
toris.*
6 *Fidei profeſſionis emiſſio non requiritur in Dignitati-
bus pro principales, in Collegiatis Eccleſiis, contra*
Ugolin.

7 Requi-

7 Requiritur in Canonicatibus, etiam Regularibus Cathedralium Eccleſiarum, ex declaratione Sac. Congregat.
8 Et quomodò in eis computetur tempus duorum menſium, ad illam emittendam.
9 Fidei profeſſionem emittunt proviſi de Monaſteriis, & quibuſcunque locis regularibus.
10 Fidei profeſſio juxtà Concil. emittenda tantùm per Canonicos Cathedralis, non autem Collegiatæ Eccleſiæ.
11 Fidei profeſſionem, qui ſemel emiſit, illam denuò emittet in nova aſſequutione Canonicatus, vel Dignitatis, aut Parochialis.
12 Promoti ad Cathedrales, præſtant juramentum fidei, & fidelitatis, ſicut alii Dignitates obtinentes.
13 Et quarè.
14 Fidei profeſſionem emittere ſponte tenentur proviſi, abſque monitione.
15 Fidei profeſſio poteſt emitti coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito.
16 Sicut dicendum eſt de concurſu ad Parochiales, etiam Epiſcopo non impedito.
17 Fidei profeſſio emiſſa in capitulo, præſente Epiſcopo, ſeu eius Vicario ſufficit.
18 Sede Epiſcopali vacante, coram quo emittenda.
19 Non emiſſa infra duos menſes, eſt nihilominùs poſtmodum emittenda.
20 Non tamen proderit ad faciendos fructus ſuos, proviſo.
21 Canonicus abſens pro ſervitio capituli, ſi non emiſit profeſſionem fidei, non facit fructus ſuos.
22 Semel ipſo jure perdita, non quæruntur ipſo jure.
23 Canonicus, qui non emiſit fieri profeſſionem, abſens ex indulto Papæ, an faciat fructus ſuos.
24 Et an abſens de licentia Capituli, non emiſſa dicta profeſſione lucretur fructus.
25 Verba Concilii Tridentini, quod non emittenti profeſſionem fidei poſſeſſio non ſuffragetur, quomodo intelligenda.
26 Fructus perceptos non poteſt Ordinarius condonare ei, qui non emiſit fidei profeſſionem.
27 Illos tamen ſolet condonare Sacra Pœnitentiaria Apoſtolica.
28 Et quandoque Sacra Congregatio Cõcilii, & ſub qua formula.
29 Concilii Tridentini decretum, circa fructuum amiſſionem, ob non factam fidei profeſſionem non capit diſtributiones quotidianas.
30 Secus verò, ſi omnes fructus conſiſtant in diſtributionibus quotidianis.
31 Diſtributiones quotidianæ veniunt in condemnationem fructuum, ubi non ſunt alii fructus.
32 Et de ſtylo Rotæ, ſub verbo fructus, comprehenduntur diſtributiones.
33 Fructus ſuos qui non fecit, ob non factã fidei profeſſionem tenetur illos reſtituere.
34 Et cuinam applicandi.
35 Fidei profeſſionem intra tempus, ſciẽter emittentes peccant mortaliter.
36 Verbum tenea tur, eſt neceſſitatis, & præcepti.
37 Fructus indebitè percipiens ob non emiſſam fidei profeſſionem, quando excuſetur à reſtitutione.
38 Lex pœnalis, ſi pœnam contineat ipſo jure, non ligat in foro conſcientiæ.
39 Fidei profeſſionem, qui per inadvertentiam omiſit, poteſt id fateri Epiſcopo, à quo petat ad id admitti.
40 Coadjutor Canonici durante Coadjutoria, non tenetur emittere fidei profeſſionem.
41 Fidei profeſſio, ſub qua forma emittitur, ex Conſtitutione Pii IV.
42 Fidei profeſſionis juramentum corporaliter, & tactis evangeliis præſtandum.
43 Et quomodò ex communi uſu præſtetur.
44 Et quid, ſi contingat opponi de inobſervantia illius formæ.
45 Romana Curia, omnium Curiarum Magiſtra.
46 Fidei profeſſionis juramentum perſonaliter, non autem per procuratorem, præſtandum. Ex declaratione Sac. Congr. & num. 50.
47 Auctor proviſus de Canonicatu Metropolit. Eccleſiæ Neapol. emiſit fidei profeſſionem in Urbe, ex gratia S. Congr.
48 Et ſub qua forma, fuit id ſibi indultum.
49 Et quid ſi Orator in aliena Diœceſi reperiatur.
51 Fidei profeſſionis juramenti formula inſtrumenti ſubiicitur.
52 Iuramentum fidelitatis per proviſos de primis Dignitatibus, ſub qua forma præſtandum. Et quomodo per proviſos de Dignitatibus regularibus, num. 54.
53 Et quanam ratione expediatur in Cancellaria Apoſtolica.
55 Iuramentum profeſſionis fidei, & alia præſtanda per promotos ad Cathedrales, & Monaſteria.
56 Conſtitutio Gregorii XIV. de hac re edita.
57 Iuramentum profeſſionis fidei præſtatur, etiam per Doctores Cardinales ante pilei rubei receptionem.
58 Notariatus officium erectum à Gregorio XV. pro formandis proceſſibus, ſuper qualitatibus promovendorum ad Cathedrales Eccleſias, & Monaſteria.
59 Archivium ab Urbano Octavo in Vaticano, pro conſervandis ſcripturis Sacri Collegii, & proceſſibus promovendorum ad cathedrales erectum.
60 Proceſſus, circa qualitates promovendorum ad Cathedrales, quomodo conficiendi ex inſtitutione Urbani Octavi.
61 Proceſſus promovendorum ad Cathedrales, ab Urbe abſentium ſi quid deſit, ſuppletur in curia.
62 Iuramenti fidelitatis per Epiſcopum promotum præſtandi formula, quæ.
63 Et unde ſit extracta hæc formula.
64 Cathedralis Eccleſia, quomodo à Cardinali proponatur in Conſiſtorio.
65 Examen Epiſcoporum introductum à Clemente Octavo.
66 Pro abſentibus promotis, coram quibus faciendum.
67 Apoſtolorum limina, etiam ex Conſtitutione Sixti V. viſitanda.
68 Illiuſque tenor ſubiicitur.
69 Apoſtolorum limina non poſſunt nomine Epiſcopi viſitari per eum, qui commoratur in Urbe, cum ſpecialiter ad illam debeat mitti.
70 Neque per presbyterum Diœceſanum, qui non ſit de Capitulo.
71 Neque per Regularem Epiſcopi familiarem, etiam ſi alium non inveniſſe diceret.
72 Apoſtolorum limina viſitant Epiſcopi, in partibus fidelium exiſtentes, per eorum procuratores in Curia reſidentes.
73 Apoſtolorum limina, cum Epiſcopus neque per ſe, neque per alium viſitare poſſit, prorogatur ſibi tempus ſecundum loc. diſtantiam.
74 Apoſtolorum limina, quænam dicantur.
75 Papa fungitur authoritate Apoſtolorum.
76 Epiſcopus, qui acceſſit ad limina Apoſtolorum, tenetur Pontifici referre ſtatum ſuæ Eccleſiæ.
77 Et hujuſmodi ſtatum in ſcriptis eſſe dandum, ſive per ſe ipſum, ſive per Nuntium viſitet. Illiuſque ampliſſima formula proponitur.
78 Hic ſtatus examinatur in Sac. Congregat. Concil. & quare.
79 Apoſtolorum limina viſitare cur dicatur.
80 Quid hodie ſervetur in viſitatione prædicta.
81 Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi de Medina Cali, Seguntin. Diœceſis erectio, illiuſque Abbatis, ampliſſima privilegia, & indulta.
82 Et tanquam celebris circumfertur, & adducitur quandoque in exemplum.

ET cum abſolutione *à cenſuris ad effectum, &c.* Hæc Clauſula extenditur in ſingulis litteris deſuper expediendis; & per eam Papa abſolvit Oratores, quatenus egeant, à ſententia excommunicationis, etiam majoris, ac ſuſpenſionis, & interdicti; eos habilitando, ad effectum tantum reddendi capaces gratiæ ſibi factæ; non tamen hæc Clauſula tollit irregularitatem; quia Papa per eam non cenſetur diſpenſare, niſi hoc dicat expreſsè, de qua quidem

Clau-

Clauſula vide Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. q. 7. n. 120. cum pluribus ſeqq.*

Fidei Catholicæ, nam in calce ſupplicationis pro erectione
hujus collegiatæ Eccleſiæ, adjicitur decretum, per quod
proviſus de Præpoſitura, principali Dignitate, antequàm
illius poſſeſſionem adipiſcatur, profeſſionem fidei Catholicæ, &c.

Nam licèt Concilium Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12. de refor-*
2 *mat.* loquitur de proviſis de quibuſcumque beneficiis curam animarum habentibus, qui à die adeptæ poſſeſſionis,
ad minus intra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi,
vel eo impedito, coram generali ejus Vicario, ſeu Officiali, orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem,
ac proviſi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis
Cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeù ejus Officiali, ſed etiam in capitulo, idem facere teneantur; alioquin
prædicti omnes proviſi fructus non faciant ſuos, nec illis
poſſeſſio ſuffragetur.

Datariæ tamen Apoſtolicæ ſtylus eſt, ut proviſus de quacumque prima Dignitate, ſivè poſt pontificalem in Cathe-
3 drali, ſivè principali in collegiata, teneatur prædictam fidei profeſſionem, ſic, ut præfertur, emittere; illamque ſic
emiſſam, ad Sedem Apoſtolicam, in publicam, & authenticam formam, cum Ordinarii, & Oratoris prædictorum ſubſcriptione, ſine mendis tranſmittere teneatur: alioquin talis proviſio nulla erit eo ipſo.

Quarè, ſignata ſupplicatione ſuper proviſiones alicujus
ex prædictis Dignitatibus, illa retinetur in Officio parvæ
Datæ nuncupato in ipſa Dataria; indèque non relaxanda,
4 donec ibi exhibeatur teſtimonium prædictæ fidei emiſſionis, ut infrà patebit.

Quinimmò in collatione prædictarum Dignitatum, ſu-
5 prædicta ſupplicatio non relaxatur, niſi etiam exhibeatur
fides idoneitatis, ac de vita, & moribus Oratoris abſentis, ad effectum expediendi litteras in forma gratioſa,
cum rarò expediantur pro prædictis Dignitatibus, in forma *Dignum*.

In cæteris autem Dignitatibus, præter primam in cathe-
6 drali, ac principalem in collegiata, illarumque Canonicatibus, non requiritur emiſſio profeſſionis fidei; quia prædictũ
Concilium loquitur tantummodò de proviſis de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis cathedralibus, & de beneficiis curatis; prout aliàs Sacra Congregatio declaravit,
his verbis, *Congregatio cenſuit, non extendi ad Canonicatus in Collegiatis*.

7 Habet tamen locum prædictum Concilium, etiam in canonicatibus Regularibus cathedralium Eccleſiarum, prout
declaravit prædicta Congregatio, ut in ſequenti declaratione videlicet, *Comprehenduntur, etiam ſi fuerint regulares, & computandi ſunt duo menſes à die electionis, vel quo admit-*
8 *tuntur ad participationem maſſæ capitularis.* Et illam tenentur emittere quicunque de Monaſteriis, Conventibus, Do-
9 mibus, & aliis quibuſcumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militarium, quamcumque nomine, vel titulo, proviſi fuerint, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 61. num. 2.*

Advertendum tamen eſt in propoſito Eccleſiæ collegiatæ, quòd licèt Ugolin. *de offic. Epiſc. cap. 50. §. 16. num. 2.* dicat quòd quamvis Canonici collegiatę Eccleſiæ non teneãtur facere profeſſionem fidei in capitulo, eam tamen facere
debent coram Epiſcopo, vel ejus Officiali, nihilominus
contrarium verius eſt, illumque improbat, Garc. *in add. ad tract. de benef. par. 3. cap. 3. ſub num.* 14. ex eo, quòd aliter de-
10 claraverit prædicta Sacra Congregatio; quæ abſolutè vult,
canonicos in collegiatis, non teneri ad fidei profeſſionem:
quia Concilium ſolum loquitur de Canonicis in cathedralibus

11 Nec eſt in praxi omittendum, quòd qui ſemel emiſit fidei profeſſionem in adeptione Canonicatus, Dignitatis,
vel Parochialis, tenetur illam denuò emittere in aſſequutione alterius Canonicatus, Dignitatis, vel Parochialis, quia Concilium prædictum, dum dicit, *proviſi quoque, &c.* generaliter loquitur, & ita eſt intelligendum,
& ſine aliqua diſtinctione, *l. de pretio, ff. de publiciana in rem act. l. 2. §. convenire, in fin. ff. de jud. l. quos prohibet, ff. de poſtul.* Roman. *in l. ſi vero, §. de viro, num. 19. ff. ſolut. matrim.* quarè quoties quomodolibet cadit proviſio,
cadit nova emiſſio profeſſionis fidei; quòd non ſolum procedit in diverſis proviſionibus diverſorum Canonicatuum
ac dignitatum, & beneficiorum curatorum, verum
etiam ſi fuerit quis proviſus de illis, quæ anteà habuerat,
& dimiſit, Barboſ. *dicta alleg. 61. num. 9.* & ita paſſim ſervatur in praxi.

Quòd quidem etiam videmus in dies practicari in pro- 12
motis ad cathedrales Eccleſias, qui quoties ad aliam ſimilem Eccleſiam transferuntur, in qualibet promotione, & proviſione, debent præſtare, prout præſtant
juramentum fidei, & fidelitatis, ſicut alii Dignitates obtinentes.

Concilium etenim ſupradictum conſiderat proviſio- 13
nem, & poſſeſſionem, ut in *verſ. Proviſi*, & ſic quandocumque quis fuerit de novo proviſus de Parochiali, Dignitate, vel præbenda, & ejus poſſeſſionem acceperit,
debet facere profeſſionem fidei, Garc. *in addit. ad d. cap. 3. num. 18.*

Ad quam quidem fidei profeſſionem emittendam, ta- 14
liter proviſi tenentur ſpontè, & abſque monitione ſe offerre, quia Concilium dum loquitur de ſupradictis proviſis,
eos obligat abſolutè ad dictam profeſſionem emittendam:
Et aliàs conſulta deſuper Sacra Congregatio, nempe,
An proviſus de Parochiali teneatur ſponte ſe offerre ad profeſſionem emittendam, vel admonendus ſit ab Epiſcopo, vel ejus generali Vicario, aut alioqui fructus ſuos non faciat. Congregatio reſpondit, teneri ſe offerre, nec ulla admonitione opus eſſe; quam declarationem affert Garc. *d. par. 3. c. 3. num. 20.*

Et quatenus ſupradictum Concilium ait, profeſſionem
prædictam eſſe emittendam in manibus Epiſcopi, vel eo
impedito, coram generali ejus Vicario, ſeu Officiali, ac
proptereà poſſet in dubium revocari, an illa poſſit fieri coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito, dicendum
eſt, quòd ſatisfit ſupradicto decreto Concilii, ſi illa fiat 15
coram eodem Vicario, etiam Epiſcopo non impedito;
namque ſupradicta verba ipſius Concilii ſolùm ponuntur
ad admonitionem, & denotandum, convenientius eſſe,
quòd illa fieret coram ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento; ſicut etiam dicimus, quòd in concurſu ad Parochiales
Eccleſias prædictum Conc. *ſeſſ. 24. c. 18. de refor.* loquitur 16
eodem modo, nempè *tranſacto conſtituto tempore, &c. examinetur ab Epiſcopo, ſivè eo impedito, ab ejus Vicario Generali:* quia per hæc verba non tollitur, quin examen poſſit
fieri coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito: cum
ſint poſita ad denotandum convenire, quòd ab ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento, fiat examen.

Quòd ſi taliter proviſi emiſerint profeſſionem in capitu- 17
lo, præſente Epiſcopo, ſeù ejus Vicario, qui fortè ſit
Canonicus, profectò ſatisfacient, abſque eo, quòd illam emittant iterum coram Epiſcopo, ve ejus Vicario:
cum iſti dicantur illam emiſiſſe coram Epiſcopo, vel ejus
Vicario: & ſic ſatis implent præceptum Concilii, id. Garc.
loc. cit. n. 24. Barboſ. *d. alleg. 61. nu. 17.* & ita vidimus pluries
practicari.

Sede verò Epiſcopali vacante, non ſufficit, dictam 18
profeſſionem emittere in capitulo, ſi ibi non adſit Vicarius capitularis: nam licèt prædictum capitulum, tunc
ſuccedat in juriſdictione Epiſcopi, & illius vice fungatur,
ac proindè videatur idem eſſe, ac ſi fieret coram Epiſcopo, & capitulo, præſertim cum Vicarius, ſit Vicarius
ipſius capituli, & ab eo deputatus: & ideò facta profeſſione coram capitulo, non ſit opus illam facere coram ſuo
Vicario, nihilominus contrarium verius eſt: nam cum
juriſdictio Epiſcopalis adminiſtretur per Vicarium, magis per eum repræſentatur Epiſcopus, quàm per capitulum: maximè cum Concilium omninò velit, juriſdictionem adminiſtrari per Vicarium, & non per ipſum capitulum, & ſic coram ipſo Vicario erit facienda, idem Garc. *loc. citato num. 27.*

Porrò, qui intra dictos duos menſes à die per eum adeptę poſſeſſionis, profeſſionem non emiſit, tenetur nihilomi- 19
nus poſteà illam emittere: quia iſte terminus duorum menſium non ponitur ad finiendam obligationem, ſed ad differendam exequutionem, & ſic non finitur per lapſum illius;
namque qui jubetur facere aliquid intra certum tempus, videtur ad duo obligari, nempè ad faciendum illud intra dictum tempus, ſi poteſt, & ad faciendum poſt lapſum temporis prę̃ſtituti, quam citò commodè facere poterit ità Navar.
conſ. 11. num. 1. de jurejur

Quamvis profeſſio hęc facta poſt prędictos duos menſes 20
non procedit proviſo ad quęrendos fructus temporis prętériti:

riti : quia cum ſemel ipſe illos amiſerit, & non fecerit ſuos, licèt poſteà emittat profeſſionem, eos non acquirit : qui tamen fructus decurſos intra prædictos duos menſes, facit ſuos, Garc. *loco citato numer.* 30. ubi improbat nonnullos authores dicentes, non facere fructus ſuos, neque per dictos duos menſes, nec ad id profeſſionem poſteà factam prodeſſe : quòd tamen omninò falſum eſſe ait : nam ſivè faciat profeſſionem poſtea, ſive nunquam eam faciat, Concilium non privat fructibus decurſis illis duobus menſibus, ſed ſolum in poſterum decurrendis, maximè cum odia, & pœnæ ſint reſtringendæ, *vulg. jur.*

21 Quantum verò ad prædictos fructus, ſeù diſtributiones, ità intelligendum eſt, ut proviſus non faciat ſuos ante dictam profeſſionem, etiam ſi fuerit abſens pro ſervitio Capituli : nam in una *Oveten. Mercedis*, *quæ eſt* Coccin. *deciſ.* 256. *numer.* 1. Domini dixerunt, illas non eſſe debitas, cum talis abſentia fuerit antequàm emitteret profeſſionem fidei ; qua propter non potuit haberi pro præſente, ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. verſic. Proviſi autem de Canonicatibus*, quòd ità interpretata eſt Sacra Congregatio ; nam fidei profeſſio proficit tantùm in futurum : & ſic fructus præteriti non debentur, ſed poſtquàm illam proviſus emiſerit, debentur in futurum : namque regulariter ſemel ipſo jure perdita, non
22 quæruntur, ipſo jure, *l. qui res §. aream*, *ff. de ſolut. c. quàm periculoſum 7. quæſt.* 1. Navarr. *d. conſil.* 15. *de jurejur.* qua ratione ſic ſtante, non eſt quærendum, an haberet talem cauſam abſentiæ, propter quam etiam abſenti debitæ fuiſſent diſtributiones : cum non adimpleverit mentem Concilii, idem Coccin. *d. deciſ.* 56. *numer.* 1. ſubdens ibi, quòd proindè nullum intereſſe poteſt prætendere, neque ratione damni emergentis, neque lucri ceſſantis, reſpectu dictorum fructuum, & diſtributionum.

23 Sed cum aliàs dubitaretur, an proviſus, abſens ex indulto Summi Pontificis, deberet gaudere fructibus Theſaurariæ, ante profeſſionis hujuſmodi emiſſionem, vel potius ſic jam perceptos reſtituere, fuit tentum, ipſum non teneri ; quia, cum Papa hujuſmodi indultum conceſſiſſet paulò poſt proviſionem dictæ Theſaurariæ, & sciret, tàm tempore proviſionis, quàm tempore indulti, proviſum in Romana Curia extitiſſe, & coactum etiam eſſe in ea reſidere propter litem, ut in dicto indulto exprimebatur, fatendum eſt, etiam Papam voluiſſe ipſi remittere per illud tempus, obligationem profeſſionis, fidei faciendæ ; nec potuit dici, quòd Papa crediderit, profeſſionem fidei factam fuiſſe ante dictum indultum, ob temporis brevitatem, cujus non fuit ignarus, cum aliis adductis in una *Carthaginen. Fructuum* relata per extenſum à Garc. *d. par.* 3. *cap.* 3. *numer.* 75. qua cauſa iterum propoſita, idem tenuit Rota, & Domini ſteterunt in deciſis : hac potiſſimùm ratione, nempè, quod proviſus non fecit fructus ſuos vigore poſſeſſionis, ſed vigore indulti : ac propterea ſumus extra caſum Concilii, auferentis fructus ab illo, qui intrà dictos profeſſionem non emiſit : quæ quidem deciſio ſimiliter eſt adducta ab eodem Garc. *loco citato numer.* 76. In cujus tamen calce ait hanc rationem non videri bonam : nam Concilium abſolutè arctat ad profeſſionem fidei, proviſus, ut ſuprà, ſivè faciant fructus ſuos ratione reſidentiæ, ſivè vigore indulti : quòd ſupplet reſidentiam, & non poſſeſſionem. Et ego plurimùm adhæreo huic opinioni, tamquàm pluries ad praxim deductæ, ac rationibus ſuffultæ : quandoquidem diſtributiones non poſſunt aliis dari, quàm perſonaliter divinis officiis intereſſentibus, *c. un. §. ſtatuimus*, *de cleric. non reſid. in* 6. quòd quidem lo tantum ſibi locum dignoſcitur vendicare, etiam ſi quis eſſet privilegiatus circa præſentiam, etiam ex juris privilegio : quia ad hunc effectum, requiritur ipſa intereſſentia, & perſonale ſervitium, quòd eſt quid amplius præſentia : & ideò ſuffragatur privilegium ſuper intereſſentia, quale eſt conceſſum à jure infirmis, & indebitè expulſis, vel carceratis, aut aliter juſtè impeditis, ut in *d. cap. un. de Cler. non reſid.* cum aliis adductis per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 38. *cum pluribus ſeqq.* & proderit privilegium, ſeù indultum ſuper non reſidentiæ, ut videlicet, per illud non poſſit is beneficio privari, ob non reſidentiam, ut per Hojed. *de incomp. benefic. par.* 2. *cap.* 50. *num.* 10. *in fin.*

Sicut etiam Canonici, qui non fecerunt fidei profeſ- 24
ſionem, nec poſſunt, etiam de licentia Capituli, haberi, pro præſentibus, & fructus percipere, ex declaratione prædictæ Sacr. Congregationis, quæ ſic conſulta eſt, *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini, Decreto Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. ſtatutum eſt, quod proviſi de Parochialibus, intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis, teneantur coram Epiſcopo, vel ejus Vicario, Orthodoxa fidei publicam profeſſionem facere, & proviſi de Dignitatibus, vel Canonicatibus in Cathedralibus, illam non ſolum coram Epiſcopo, vel ejus Officiali, verum etiam in Capitulo facere debeant, alioquin, quod fructus non faciant ſuos, nec eis poſſeſſio ſuffragetur. Quare Epiſcopus Seguntinus ſupplicat pro declaratione dubiorum infraſcriptorum. Primum, An proviſi de Dignitatibus, vel Canonicatibus in Cathedrali, vel de Parochialibus in Civitate, aut diœceſi, teneantur prædicta fidei profeſſionem, juxtà ſupradictum dicti Concilii decretum, perſonaliter facere, vel ſatisfaciant Concilio, ſi illam faciant per procuratorem? Secundum, An proviſi de dignitatibus, vel de Canonicatibus in Cathedrali, debeant, hujuſmodi profeſſionem facere, prius coram Epiſcopo, vel eo impedito, coram Vicario, & poſteà in Capitulo eandem reiterare, vel ſufficiat ſemel tantùm in Capitulo, præſente Epiſcopo, vel ejus Officiali, illam facere, & jurare. Tertium, An Capitulum poſſit habere pro præſentibus, & reſidentibus Canonicos, vel dignitates, qui nunquam in Eccleſia reſiderunt, fideique profeſſionem, juxtà prædictum Concilii decretum, non fecerunt, ſi fructus, etiam de licentia Capituli, perceperint, teneantur illos reſtituere? Sacra Congregatio cenſuit, Ad primum, teneri eos, de quibus in libello habetur, per ſe ipſos, non per procuratorem profeſſionem fidei emittere. Ad ſecundum, non eſſe neceſſarium, ut profeſsio hujuſmodi prius coram Epiſcopo, vel ejus Vicario, & poſtmodum coram Capitulo ſeparatim fiat, ſed ſi Epiſcopus adſit in Capitulo ſatis eſſe, ut Epiſcopo præſente, ſemel fiat in Capitulo. Ad tertium, non poſſe Capitulum habere pro præſentibus Canonicos, vel dignitates, qui nunquam in Eccleſia reſiderunt, & fidei profeſsionem, juxtà Concilii decretum cap. 12. ſeſſ. 24. nondum emiſerunt. Ad quartum, eos, qui prædictam profeſſionem non fecerunt, utique teneri perceptos fructus reſtituere. Romæ die 18. Aprilis* 1590.

Quas quidem declarationes habeo authenticas, & reperies etiam penes Garc. *d. p.* 3 *cap.* 3. *nu.* 51.

Quò verò ad intellectum illorum verborum ſupradicti *Concil. loco citato* nempè, *alioquin prædicti omnes proviſi fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſsio ſuffragetur*, dicimus, 25
quòd ſatis, ſuperque omnibus eſt notum, fuiſſe pluries per Sacr. Congregationem dicti Concilii, ac Rotæ Rom. deciſiones, id declaratum, & reſolutum : nam dum quæſitum eſt, an per dicta verba voluerit Concilium, quòd dicta poſſeſſio non ſuffragetur, etiam ad effectum regulæ de triennali, & alios effectus, an verò quòd proviſis non ſuffragetur ad effectum acquirendi fructus dumtaxat, in ſpecie dicta Congregatio cenſuit, nec longiſſimam, nedum triennalem poſſeſſionem prodeſſe ei, qui non emiſit profeſſionem fidei, quoad fructus percipiendos, quandiù dictam profeſſionem non emiſerit : & proindè proviſus non poterit ſe tueri triennali, aut longiſſima poſſeſſione ad faciendum fructus ſuos, Paſil. *de reſignat. benefic. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 122. Garc. *d. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 33. & ſic dictum Concilium non inficit poſſeſſionem.

Et aliàs dicta *Sacra Congregatio cenſuit, reſcribendum eſſe ad Nuncium Hiſpaniarum, ei, qui profeſſionem fidei non emiſit, poſſeſsionem non ſuffragari, quoad faciendum fructus ſuos tantùm, quoad cæteros autem effectus, commodo poſſeſsionis, & cæteris juribus, ſi quæ habet non privari*, & alias eadem *Sacra Congregatio declaravit, omiſsionem profeſsionis fidei non privare Canonicum aliis poſſeſsionis effectibus, ſed ipſum, & vocem in Capitulo, & jus præcedendi habere à die adeptæ poſſeſsionis, ut in addit. ejuſdem* Garc. *ad d. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 34. & ſic ſupradicta verba Concilii excludunt proviſos, quoad fructuum perceptionem, non autem quoad titulum, & proprietatem, Proſp. de Auguſt. *in add. ad Quaran. in Summ. Bull. verb. Beneficiorum poſſeſsio, verſic. inter alia, & ſequen.* ubi teſtatur de ſupradicto reſcripto Sacr. Congregat. prout etiam per Barbol. *de poteſt. Epiſcop. dicta alleg.* 61. *num.* 26.

26 Fructus autem amiſſos, ob non factam fidei profeſſionem, non poteſt Ordinarius amittenti condonare, ut ex Navarr. concludit Garc. *d. cap. 3. numer. 63.* ubi quòd pro illorum condonatione recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicam, & quòd Sacr. Congregatio ita cenſuit ſuper *d. cap. 12. his verbis, fructus amiſſos ob fidei profeſſionem non factam, juxtà hoc decretum, remittere non poteſt Ordinarius, ſed recurrendum eſt ad Papam, qui ſolet eos condonare.*

27 Et in hoc caſu ferè ſemper vidimus haberi recurſum ad Sacram Pœnitentiariam Apoſtolicam, quæ mandare conſuevit Confeſſario, per proviſum eligendo, ut eumdem, audita prius ipſius Sacramentali confeſſione, à præmiſſis abſolvat, injuncta pœnitentia ſalutari, ac cum eodem, ut profeſſionem hujuſmodi ſecretè emittere licitè valeat, miſericorditer diſpenſet: ſibique fructus prædictos per eum perceptos, dummodò de alterius præjudicio non agatur, condonet in foro conſcientiæ tantùm; ità quòd abſolutio, & condonatio hujuſmodi in foro judiciario nullatenus ſuffragentur, & quandoque injungitur, ut faciat aliquam eleemoſynam arbitrio ejuſdem Confeſſarii.

28 Pro utroque autem foro, recurritur ad Sacram Congregationem ejuſdem Concilii, quæ Oratori, ſub hæc forma conſulere conſuevit, nempè, *Die, &c. Sacra Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, authoritate ſibi attributa, benignè condonavit Oratori omnes fructus, quos, ob non emiſſam fidei profeſſionem, ſuos non fecit, eique impertita eſt facultatem eamdem profeſſionem emittendi coram ſuo Ordinario ad Sacri Tridentini Concilii præſcriptum, dummodò aliquid eleemoſynæ, arbitrio Ordinarii prædicti, pauperibus Chriſti elargiatur.* Horatius Card. Lancellottus.

29 Et in terminis ſupradicti decreti Concilii, illud non habet locum in diſtributionibus quotidianis; quæ dantur ratione miniſterii, & operæ perſonalis, & laboris; nam proviſus, illas percipiens, facit ſuas; quia iſtæ non dicuntur proventus Eccleſiaſtici iſtius, vel illius beneficii, ſed acquiruntur ex labore, & intereſſentia in divinis, ut *cap. 1. de cler. non reſid. in 6.* Hojed. *de incompat. benef. p. 1. c. 2. n. 8. & alii, quos ad id refert* Garc. *d. p. 3. n. 59.*

Quod jam non ſemel declaravit Sacra Congregatio his verbis, *Concilium gravat non profitentes, ut non faciant fructus ſuos, quorum fructuum appellatione, diſtributiones quotidianæ non veniunt; ita Congregatio cenſuit non comprehendi in hoc caſu verbis Concilii cap. 12. ſeſſ. 24.* Et alia ſic ait, *Diſtributiones quotidianæ non comprehenduntur ſub hoc verſ. quas ſerviens facit ſuas, licet profeſſionem fidei non emiſerit.*

30 Verum tamen eſt; quod ſi fructus conſiſtant omnes in diſtributionibus quotidianis, quæ alioqui lucrantur, & non ſunt obnoxiæ reſtitutioni, hoc caſu ſuccedunt loco præbendæ, propterea qui non emiſit profeſſionem, illos non faceret ſuos; aliàs enim fruſtraretur diſpoſitio Sacri Concilii; prout paſſim ſervatur in praxi, & teſtatur Ricciull. *de jure perſ. intra grem. lib. 1. c. 13. nu. 55.* dum ibi exemplificat in condemnatione facta in fructibus perceptis, quibus ſi beneficio careat; verificatur in diſtributionibus quotidianis; ſubdens per illationem, quòd cum omnes ferè Canonicatus, in Hiſpania conſiſtant tantùm in diſtributionibus quotidianis, meritò proviſi ibi de Canonicatu, non emittentes profeſſionem fidei, mulctantur in diſtributionibus, Mohed. *deciſ. 6. de præb.* dicens, quòd in condemnatione fructuum, veniunt diſtributiones quotidianæ, quia ſic eſt ſtylus, & communis practica Rotæ, quòd in cauſis beneficialibus ſuper beneficiis Capitularibus, non fit alia condemnatio, niſi in
32 fructibus perceptis, & ſub verbo, *fructibus*, ſemper comprehendantur diſtributiones quotidianæ; quia licèt in impetrationibus beneficiorum, in valore non computentur diſtributiones quotidianæ, illæ tamen comprehenduntur ſub fructibus; cum aliud ſit dicere, quòd in valore fructuum non computentur, & aliud quòd ſint de fructibus, & cum aliàs eveniſſet caſus, quo quidem Canonicus, cujus Canonicatus præbenda caret, & ſic illius fructus in ſolis diſtributionibus quotidianis conſiſtunt, ſupplicavit Sacræ Congregationi pro condonatione eorundem fructuum, narrando, quòd ob inadvertentiam omiſit fidei profeſſionem, nihilominus illa remiſit ſupplicem libellum, ſibi porrectum, ad Datariam Apoſtolicam pro gratia condonationis, prævia eorundem fructuum tranſlatione, ſeù ex eo, quòd ita Papa mandaverat eidem Congregationi ad fructuum condonatione prædicta, de cætero ſervari; licèt poſtmodum viderim ſimiles gratias ab eadem Congregatione emanaſſe.

Ubi autem proviſus non fecerit fructus ſuos, nec ei, ut 33
ſupra illi condonentur, tenetur ad illorum reſtitutionem, & licèt *Concilium loco citato*, nihil dicat, cuinam illi ſint reſtituendi, cum clarum ſit, quòd ad hujuſmodi reſtitutionem teneatur, etiam in foro conſcientiæ, etiam non interveniente aliqua ſententia; cum prædictum Concilium impediat illorum acquiſitionem, & ſic obligat in foro conſcientiæ; propterea dicendum eſt, illos applicandos eſſe fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus, quoad fructus Parochialis Eccleſiæ: ſi de ea agitur, ſicut igitur de fructibus, 34
ob non reſidentiam, amiſſis, Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. d. quæſt. nu. 123.*

Si verò agatur de Dignitatibus, habentibus fructus diſtinctos, & ſeparatos à menſa Capitulari, tales fructus ſunt applicandi fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarii. In Canonicis autem, & Dignitatibus habentibus fructus, ſic, ut profertus amiſſi ſpectare ad Capitulum videntur.

At verò, ex ſupra poſita praxi, circa recurſum ad Summum Pontificem pro illorum condonatione in quocumque ex caſibus prædictis, certum eſt hodie ad Cameram Apoſtolicam illos ſpectare, & eſt declaratio, quæ ſic ait, *Gregor. XIII. ſolebat remittere fructus male perceptos ob non factam fidei profeſſionem, ſi verè nulla malitia intervenit, & dummodo quam primum emittant, ſtatuitque, quod nullus ad poſſeſſionem beneficii admitteretur ante profeſſionem fidei*, ut refert Garc. *d. p. 3. cap. 3. num. 55.* qui tamen *numer. ſeq.* ſubdit, hoc ultimum non eſſe uſu receptum, cum ad capiendam poſſeſſionem, non ſoleat attendi, an fecerit profeſſionem fidei.

Hoc tamen omittendum minimè duxi, quòd qui non faciunt profeſſionem fidei infra dictum tempus à Concilio prædicto præſcriptum, ſi ſcienter id egerint, & notabiliter neglexerint, peccant mortaliter, per illud verbum præ- 35
dicti Concilii, *teneantur*, quod eſt neceſſitatis, & præce- 36
pti, ex authoritatibus, & juribus adductis per d. Garc. *loco num. 64. & 65.*

Et quid per ignorantiam, vel inadvertentiam, prout ſæpè
evenire ſolet, non emiſit dictam profeſſionem, licèt non 37
excuſetur in foro exteriori, cum ſit ignorantia juris clari, quæ non excuſat, tamen excuſetur in foro conſcientiæ: quare duo capita ad hoc ſtatuit, idem Pariſ. *d. lib. 10. q. 9. num. 8. & 9.* nempè, primum erit in foro exteriori, ut hic, ex *cap. ignorantia, de reg. jur. in 6.* Navarr. *conſ. 1. numer. 2. de ſum. Trin. & fid. cath.* undè præſumitur, proviſum mala fide percepiſſe fructus: ſecundum verò caput, in foro interiori, in quo concludendum eſt, excuſari, & non peccaſſe mortaliter, quo ad forum conſcientiæ, nec eſſe obligatum ad reſtituendum fructus ex eodem Navarr. *d. conſ. 1. nu. 3. & conſ. 3. eod. tit.* quia ignorantia, incogitantia, & inadvertentia illum excuſant: nam, etiam lex pœnalis, ſi pœnam, ipſo ju- 38
re contineat, non ligat in foro conſcientiæ, gloſ. *in cap. fraternitatis 12. q. 2.* Felin. *in cap. fin. num. 7. de re jud.* quare admonet idem Navarr. tacendum eſſe hanc negligentiam coram hominibus, ac poterit, & debebit profeſſionem prædictam tunc facere, ut in *conſ. eodem tit.* ex eo, quòd ille, qui jubetur aliquid facere intra certum tempus; obligatur ad duo, ſcilicèt ad faciendum illud, intra illud tempus, ſi poteſt, & ad faciendum illud idem poſt lapſum temporis præſtituti quàm citò facere poterit, prout dictum eſt ſupra *num. 19. cap. cum dilecti, de dol. & contum. l. Celſus, ff. de recept. arbitr.* Undè cum excuſetur in foro conſcientiæ, & quoad Deum à peccato mortali, conſequenter excuſatur à reſtitutione fructuum, ſi ex pura ignorantia, vel inadvertentia præcepti dicti Concilii ſincerè, & abſque malitia, & mala fide deſiit facere prædictam fidei profeſſionem, ex congeſtis per Garc. *loc. cit. nu. 68.*

Quibus ſic ſtantibus, cum proviſus, poſt lapſum tempo- 39
ris prædicti animadvertat, ſe non emiſiſſe dictam profeſſionem, ſtante ſua bona fide, accedat ad Epiſcopum, fatendo purè, & ſincerè dictam inadvertentiam; ab eoque petere poteſt, ut ad ſic profitendum illum admittat, quòd ſibi denegari non debet; prout plures in facti contingentia eveniſſe non ignoramus: & per Epiſcopos, etiam peritiſſimos, & timoratos non fuiſſe denegatum, quòd quidem fuit ſemper ab antiquiſſimis Curialibus, & Primariis Advocatis ipſius Urbis, tentum.

Quòd autem dicitur de profeſſione emittenda per Canonicos,

nicos, ita demum intelligas de Canonicis verè, & non fictè, qui adepti ſunt poſſeſſionem Canonicatus, & proindè infra dictos duos menſes, à die prædictæ poſſeſſionis, tenentur ad emittendam dictam profeſſionem; quare aliter dicendum de Coadiutoribus Canonicorum cum futura ſucceſſione,
40 quia Coadiutor, durante Coadiutoria, non eſt in poſſeſſione Canonicatus Caputaq. *deciſ.64.lib.*3. Garc.p.4.c.5.*nu.*76. & ſic ratione dictę Coadiutorię non tenetur ad dictam profeſſionem emittendam. Quamvis multos hujuſmodi Coadiutorum, in adeptione poſſeſſionis Coadiutoriæ illam emiſiſſe non ſemel viderimus: quòd quidem factum eſt ſine aliqua neceſſitate: qui poſtmodum facto loco futuræ ſucceſſioni, prædictam profeſſionem non emiſerunt, & ratione primodictæ profeſſionis, tempore Coadiutoriæ, contendebat, illam eſſe validam, quàm poſt denuò emiſerunt, cum reſtitutione fructuum perceptorum prætextu primæ profeſſionis: non animadvertentes, quoad Coadiutores Canonicorum, ſeù Dignitatum, licèt ſint perpetui, & cum futura ſucceſſione, non tenentur, niſi cum factus fuerit locus futuræ ſucceſſioni, hanc fidei profeſſionem emittere, Barb.*d.alleg.*61.*n.*13

Iuxtà articulos, *jam pridem à Sede Apoſtolica propoſitos*. Quomodò autem, & ſub qua forma ſit hæc fidei profeſſio emitt ex præſcripto *Sacri Concil.Trid.ſeſſ.*24.*c.*12.*de ref.* ubi, quòd omnes, quos Cathedralibus, & Superioribus Eccleſiis præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, provideri contigerit, hujuſmodi fidei profeſſio emittere te-
41 neantur, nec non ex Conſtitutione Pii IV. emittenda eſt per quoſcumq;, quibus de Monaſteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuſcumque locis regularium, quorumcumque Ordinum, & militiarum providebitur, ut in dicta Conſtitutione, quæ incipit *Iniunctum nobis*, ſub *Dat. Romæ apud S. Petrum* 1564. *Id. Novemb. Pontificatus ſui Anno Quinto*.

Nec non ex alia *Conſtitutione ejuſdem Pii IV.* ſub eadem Data, quæ incipit, *In Sacroſancta Beati Petri*, in forma *Motus Proprii*, qua voluit, quòd nullus Doctor, Magiſter, Regens, vel alius cujuſcumque artis, & facultatis profeſſor, ſivè Clericus, ſivè Laicus, ac Sæcularis, vel cujuſvis Ordinis regularis ſit, in quibus ſtudiorum generaliū Univerſitatibus, aut Gymnaſiis publicis, aut alibi ordinariā, vel extraordinariam Lectoris cathedram, aſſequi, vel jam obtentam retinere, ſeù aliàs Theologiam, canonicam, vel civilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberas artes in quibuſcumq; Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, etiam in Eccleſiis Monaſteriis, aut Conventibus Regulariū, quorumcumque publicè, vel privatim, quoquomodò profiteri, ſeù lectiones aliquas in facultatibus hujuſmodi habere, vel exercere, neque Doctores ipſi; aut Univerſitatum, ſeù Gymnaſiorum eorundem, Rectores, Cancellarii, vel alii Superiores, ſed nec etiam Palatini Comites, aut alii particulares facultatem, eruditos viros ad eoſdem gradus promovendi, habentes, Scholares, tàm laicos, quàm clericos, & cujuſvis Ordinis regulares, vel alios quoſcumque, quantalibet eruditione præditos, ad ullum gradum in eiſdem facultatibus ſuſcipiendum, recipere: neque Doctores, Magiſtri, & Scholares ad electionem alicujus in Rectorem, vel Cancellarium Univerſitatis, aut Gymnaſii procedere, nec ipſi Schulares, vel alii quantumlibet docti, & alioqui habiles, gradus hujuſmodi, palam, vel privatim recipere valeant, &c. ſub pœnis in dicta conſtitutione contentis, nempè, quoad Antiſtites, facultatem doctorandi habentes, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: quò verò ad alios, excommunicationis latæ ſententiæ, ac privatione beneficiorum, & nullitatis receptionis, ac promotionis, &c. quas Conſtitutiones habes etiam penes Quarant. *in Summ. Bull. verb. Fidei profeſſio*.

Hic verò ſubnectitur, ſub qua forma ipſa fidei profeſſio ſit emittenda, & eſt videlicèt.

FORMA IURAMENTI
PROFESSIONIS FIDEI.

EGO . . . . firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet.

CREDO in unum DEUM Patrem omnipotentem factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum IESUM CHRISTUM Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio, ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſione peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen.



Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum admitto; nec eam unquam, niſi juxtà unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtitura, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pęnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſię Catholicę ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de Peccato originali, & dè Iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis: atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, Sanguinem, unà cum anima, & Divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſan-

guinem; quàm converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, Animaſque ibi detentas, fidelium ſuffragiis juvari: Similiter & Sanctos, unà cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe: eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero, Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe; atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum, etiam poteſtate à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illatumque uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extrà quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſimè, (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me, in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

42 Porrò, ex ſupradicta forma habetur, inter cætera, quòd hoc juramentum debet corporaliter præſtari, & tactis Evangeliis, aliàs non erit illi ſatisfactum; nam cum defertur à jure, requiritur neceſſariò in actu jurandi, corporalis tactus ſcripturarum; ac propterea ſcriptum, quòd tangitur, ſint Evangelia, ſeù aliquòd Evangelium, de quatuor Evangeliſtis, ut per Boniſac. *in Clem. 1. de heret. num.* 114. quem ad id refert Garc. *d. par. 3. cap.*
43 3.73. Undè uſus communis eſt, ut poſtquàm proviſus legerit flexis genibus formam juramenti prædictam, ille, coram quo illud præſtatur, offerat ei Miſſale Romanum apertum, & eum in fine dicit, *Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia*, junctis manibus apertis tangat prædictum Miſſale: aliàs enim non eſſet formæ prædicti juramenti ſatisfactum, ut dictum eſt, Garc. *loc. cit. num.* 71.

44 Verùm, ſi poſteà contingat opponi, vel dici de nullitate prædicti juramenti, prætextu inobſervantiæ illius formæ prædictæ, ſeù alias, ſufficit tunc quòd Notarius, qui deſuper confecit inſtrumentum, teſtetur, prædictam fidei profeſſionem fuiſſe factam juxtà formam prædictæ Conſtitutionis Pii Quarti, licèt illius tenor non fuerit in inſtrumento inſertus, ut ex illius infraſcripta formula patebit: & ſufficit, quòd dicta atteſtatio fuerit relativa ad dictam Conſtitutionem, prout fuit pronunciatum in Rota, in una *Aſten. Fructuum, & Diſtributionum coram Buratt. deciſ. 594. num.* 7.

Quibus ſic ſtantibus, poterit non abs re, in dubium revocari, An videlicèt hujuſmodi fidei profeſſio ſit neceſſariò facienda per ipſummet proviſum dumtaxat, an verò etiam per procuratorem.

Et quidem, nunquàm defuerunt, qui tenuerint, illam poſſe fieri, etiam per procuratorem, prout ſunt, Navarr. *conſil. 11. numer. 2. de jurejur.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 2. q. 6.* Ricciuli. *de jure perſ. lib. 1 cap. 13. numer. 12. cum plurib. ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 61. num.* 20. ubi ait, quòd ſi ſpectemus rigorem juris, tenendum eſt, quòd prædicta profeſſio poſſit fieri etiam per procuratorem: cum regulariter quicumque poteſt aliquid facere per ſemetipſum, poteſt illud facere per procuratorem, niſi lex, vel Canon aliter conſtituat, ex juribus ibidem per eum allegatis; quod tamen ita declarat Addit. ad Buratt. *deciſ. 522. numer. 16. circa med.* nempè dummodò procurator habeat ad id ſpeciale mandatum, & admittatur per illum, in cujus manibus profeſſio emittenda eſt: quia ſi is recularet, obligatus ad eam emittendam, tenetur perſonaliter accedere, ex eodem Ricciuli. *d. cap. 13. num. 20. & alii*, qui idem affirmat.

At verò ego nunquàm circa hoc, prædictorum ſententiam amplecti potui, cum ex diametro repugnet ſtylo, &
45 uſui Curiæ Romanæ, quæ eſt omnium aliarum Curiarum Magiſtra, & mater, ut ait text. *in l. 1. §. ſed & ſi qua leges Cod. de vet. jur. enucl.* & ut talis ab omnibus ſequenda, Specul. *in tit. de appell. §. de officio quoque, ſub numer.* 14. Gig. *de penſ. quæſt. 58. ante num.* 3. Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 6. num.* 211. *& gloſ. 13. §. 1. num.* 22.

Norunt namque Curiales, etiam mediocriter verſatis, fuiſſe non ſemel declaratum per Sacram Congregationem Concilii, & in Sacro Rotæ Auditorio firmatum, quòd proviſi de ſupradictis beneficiis non faciunt fructus ſuos, donec juramentum fidei perſonaliter, & non per procuratorem præſtiterint, Gonz. *ad dicta reg. 8. §. 7. proœm. num.* 169. Grat. *diſcept. for. cap. 166. num.* 22. & teſtatur Garz. peritiſſimus etiam Curialis *dicta par. 3. cap. 3. num.* 74. ubi, quòd prædicta profeſſio debet fieri perſonaliter, & refert declarationem prædictæ Congregationis, dicentem, quòd proviſus tenetur facere dictam profeſſionem per ſe ipſum, & ſi eſt abſens, accedat ad Eccleſiam, Rota *in una Carthaginen. Fructuum*, ibi *Nec dicatur, potuiſſe eum per procuratorem emittere hujuſmodi profeſſionem, at illam in Curia facere, & publicum inſtrumentum ad partes tranſmittere; quia certum eſt, hujuſmodi juramentum debere corporaliter præſtari, ut tradunt DD. in cap. ego N. de jurejur.* ubi Abbas *numer. 6. quo ſtante; cum decretum Concilii velit, ut coram Capitulo, & Epiſcopo, aut eo impedito, coram Vicario, neceſſarium eſt, eum, qui profitetur, præſentem eſſe; alioquin dici non poterit, quod corporaliter juraverit, & profeſſionem emiſerit coram Capitulo, & Epiſcopo, &c.* Et in alia deciſione in eadem cauſa ſic habetur *Secunda ratio fuit, quia cum, ut per Illuſtriſſimos Cardinales Interpretes Sac. Concilii Tridentini reſolutum fuit, & alias coram me in hac cauſa firmatum, quod profeſſio fidei per procuratorem fieri nequeat, &c.* quas quidem declarationes refert idem Garz. *loc. cit. nu. 75. & 76.*

Et cum ego eſſem Romæ, proviſus de Canonicatu hu- 47
jus Metropolitanæ Eccleſiæ, conſului bon. mem. Horatium Cardinalem Lancellottum virum ſapientiſſimum, tunc Præfectum Sacræ Congregationis prædicti Concilii, an potuiſſem prædictam fidei profeſſionem, per procuratorem à me, ad id ſpecialiter deputandum, emittere, & negativè reſpondit, ſed voluit; quod ad dictam profeſſionem emittendam, aliquam peterem prorogationem, donec ad eandem Eccleſiam acceſſiſſem. Quare fuit per me ſupplex ad id libellus eidem Sacræ Congregationi oblatus, tenoris ſequentis, videlicet, à tergo. *Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, pro Pyrrho Corrado Presbytero Roſſanen. Diœceſis, Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ à Secretis.* Intus verò, *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini, De menſe Septembris proximè præterito Pyrrhus Corradus presbyter*
Roſſanen. Diœceſis DD. VV. Illuſtriſſimarum humillimus 48
Orator, fuit ordinaria authoritate proviſus de Canonicatu Eccleſiæ Neapolitan. tunc vacantem per obitum quondam Alvari de Luna. Verum quia ipſe Orator in Rom. Curia, negotiis Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ præpeditus reperitur, cæteriſque aliis de cauſis, profeſſionem, infra tempus à Sacro Concilio Tridentino præfixum, emittere perſonaliter non valet. Supplicat propterea DD. VV. Illuſtriſſimis, quatenus dignentur eidem Oratori concedere prorogationem trium menſium ad illam emittendam. Et Deus, &c. Quæ

&c. Quæ quidem Sacra Congregatio ſic reſcripſit, videlicet, *Die decima Novembris* 1618. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum conceſſit Oratori, ut hic Romæ fidei profeſſionem coram Illuſtriſſimo Vrbis Vicario, vel coram Reverendiſſimo Datario emittere poſſit; Itatamen, ut quamprimum ad reſidentiam ſe conferat, atque iterum eandem fidei profeſſionem coram Illuſtriſsimo Ordinario, vel ejus Vicario, & Capitulo emittere debeat.*

Horatius Cardinalis Lancellotus.

Locus † Sigilli.

49 Quòd ſi alibi fortaſſe reperiatur Orator, & in aliena Diœceſi, prout pluries eveniſſe ſcimus, ab eadem Sacra Congregat. impartitur facultas, ut ipſam fidei profeſſionem emittat coram Ordinario loci, in quo reperitur. Et dummodò quamprimum ei licuerit, ad ſuam Eccleſiam ſe conferat, & coram ſuo Ordinario, ad præſcriptum prædicti Concilii iterum eandem fidei profeſſionem emittat.

Et ſignanter declaravit prædicta S. Congregatio in cauſa Seguntina, prout ſuperius retulimus, videlicèt. *Primum. An proviſi de Dignitatibus, vel Canonicatibus in Cathedrali, vel de Parochialibus in Civitate, aut Diœceſi, teneantur prædictam fidei profeſſionem, juxta ſupradictum Concilii decretum perſonaliter facere, vel ſatisfaciant Concilio, ſi illam faciant per procuratorem, &c. Congregatio cenſuit. Ad Pri-*
50 *mum, teneri eos, de quibus libello habetur, per ſe ipſos, non per procuratorem, profeſſionem fidei emittere.* Et de ann. 1620. 12. Septemb. ſic declaravit eadem S. Congreg. *Profeſſionem fidei non poſſe emitti per procuratorem.*

Hoc autem quoad formam juramenti, profeſſionis fidei, qua emiſſa conficitur de ea publicum inſtrumentum à publico Notario, tenoris ſequentis, videlicet.

51 *In Dei nomine Amen. Per hoc publicum inſtrumentum, cunctis pateat evidenter, quod Anno à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, &c. Indictione, &c. Die vero, &c. menſis, &c. Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Innocentii divina providentia Papæ Decimi, Anno ejus Octavo, Intus Majorem Eccleſiam N. & in eius loco Capitulari, Perilluſtris, & Admodum Rever. Dominus N. Canonicus dictæ Eccleſiæ, flexis genibus coram Perilluſtri, & Admod. Rever. Domino N. Canonico, & primo Diacono dictæ Eccleſiæ præſentibus cæteris Dominis Canonicis, ad id ſpecialiter convocatis, & congregatis, flexis genibus, fidei Orthodoxæ profeſſionem, ad præſcriptum decreti S. Concil. Trid. necnon Conſtitutionis fælicis recordationis Pii Quarti emiſit, Præſentibus N.N. pro teſtibus ad prædicta vocatis, atque rogatis.*

Necnon Die vigeſima ſecunda einſdem menſis, &c. continuatis actibus præfatus Perilluſtris, & Adm. Rev. D. N. Canonicus ſupradictæ Eccleſiæ in Camera ſolita audientiæ Perilluſtris, & Adm. R. D. Vicarii Generalis N. flexis genibus in manibus ejuſdem Domini Vicarii prædictam fidei Orthodoxæ profeſſionem ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini, ac Conſtitutionis fælicis recordationis Pii IV. ut ſupra emiſit, Præſentibus ibidem N.N. pro teſtibus, &c.

N. pro Notario interfui.

Quod quidem Inſtrumentum extendi conſuevit in calce formæ juramenti impreſſæ, prout ubique ferè ſervatur.

Aliud quoque juramentum, quod fidelitatis nuncupatur, ſub diverſa forma præſtatur, etiam per proviſos de primis Dignitatibus in Cathedralibus, quandoque etiam de principalibus in Collegiatis tenoris ſequentis, videlicèt.

52 *Ego N. Archidiaconus Cathedralis Eccleſiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ, & D. N. D. Innocentio Papæ Octavo, ac eius ſucceſſoribus canonicè intrantibus; non ero in conſilio, conſenſu, tractatu, vel facto, ut vitam, vel membrum perdant, ſeu quod contrà alicuius eorum perſonam, vel in ipſorum, aut Eccleſiæ ejuſdem, ſive Sedis Apoſtolicæ authoritatis, honoris, vel privilegiorum, jurium, vel Apoſtolicorum Statutorum, ordinationum, reſervationum, diſpoſitionum, ſeu mandatorum derogationem, vel præjudicium, machinationes, aut conſpirationes fiant; & ſi. ac quoties aliquod horum tractari ſcivero, id pro poſſe, ne fiat, impediam, & quantocitius commodè potero, eid:m D. N. vel alteri, per quem ad ipſius notitiam pervenire poſſit, ſignificabo. Conſilium vero, quod mihi per ſe, aut per nuncios, ſeu litteras credituri ſunt, ad eorum dandum, me ſciente, nemini pandam. Ad retinendum, & defendendum Papatum Romanum, & Regalia S. Petri contra omnem hominem adiutor ero. Authoritatem, honorem, privilegia. ac jura, quantum in me fuerit, potius adaugere, & promovere, ſtatuta, ordinationes, reſervationes, diſpoſitiones, & mandata hujuſmodi obſervare. ac eis intendere curabo. Legatos Sedis ejuſdem honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Hæreticos, Schiſmaticos, & qui alicui ex D. N. ſucceſſoribuſque prædictis rebelles fuerint, pro viribus perſequar, & impugnabo. Poſſeſſiones vero ad Archidiaconatum meum pertinentes, non vendam, neque donabo, neque pignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli dictæ Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvat, & hæc ſancta Dei Evangelia.*

Hæc quidem forma juramenti expeditur in Cancellaria 53
Apoſtolica, unàcum litteris proviſionis Dignitatis, & benè complicata clauditur ſub plumbo, quæ ſic à parte exteriori prænotatur, *Forma juramenti*, & tranſmittitur ad Oratorem.

Idem juramentum præſtatur per proviſos de Digni- 54
tatibus, etiam regolaribus, nempè Prioratibus Conventualibus, & Præceptoriis generalibus, & ſimilibus, nonnullis mutatis, vel deletis, dicendo, *Ego N. Abbas, vel Prior, aut Præceptor, aut perpetuus Commendatarius Monaſterii N.* vel ſi fuerit Commendatarius ad tempus, & poſtmodum titularis, *Ego N. Commendatarius, & futurus Abbas Monaſterii N.* & ibi dicetur, *Poſſeſſiones verò ad meum Monaſterium, &c. etiam cum conſenſu dicti Monaſterii, &c.*

Ex præmiſſis verò occaſionem nactus, ſubnectere hic viſum eſt, quid circa antedictam fidei profeſſionem emittendam per promovendos ad Cathedrales Eccleſias, necnon 55
ad Dignitates Abbatiales, Prioratus, & Monaſteriorum regimina, ſervetur; cum hoc à noſtra praxi deviare minimè agnoverimus, ac etiam Epiſcopatus dicatur beneficium, & inter beneficia Eccleſiaſtica (de quorum Praxi agimus) computetur, Selv. *de benef. p. 1. q. 2. nu. 42.* Hojed. *in præfat. de incompat. benef. numer. 7.* Patii. *de reſign. benef. lib. 2. p. 1. num. 54.*

Et tam quoad formam juramenti profeſſionis fidei, quàm quoad alia particularia extat hodie *Conſtitutio fel. record. Gregorii XIV.* quæ incipit, *Onus Apoſtolicæ ſervitutis. ſub Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno* 1591. *Id. Maii, Pontificatus Anno primo.*

Et inter cætera, quæ per promovendos ad Cathedrales, præſtanda ſint, eſt juramentum profeſſionis fidei, ut in dicta Bulla Pii IV. quæ eſt omnibus communis; & quando promovendus eſt in Curia, confecto proceſſu, qui deſuper à Notario deputando per Cardinalem, qui facturus eſt relationem in Conſiſtorio ſecreto conſuevit, poſtmodum promovendus prædictus emittit prædictam fidei profeſſionem coram Cardinale relatore; à quo proceſſus ſubſcribitur, ac etiam à Capitibus Ordinum, ſcilicèt à primo Cardinali Epiſcopo, à primo Cardinali Presbytero, & à primo Cardinali Diacono.

Et juramentum hujuſmodi præſtatur, & ab Eminen- 57
tiſſimis Dominis Cardinalibus ante pilei rubri receptionem, de ſervando quicquid in Conſtitutione Pii IV. continetur, prout fieri ſolet in Capella Palatii Vaticani, quæ Sixti nuncupatur, quia fuit à Sixto Quarto ædificata, ac egregiis picturis, & emblematibus exornata. Quod ſi plures ſint Cardinales, unus eorum pro omnibus, Conſtitutionem prædictam legit, qua lecta, omnes, ſecundùm ſuæ promotionis locum, tactis ſacroſanctis Dei Evangeliis, jurant coràm Cardinalibus; præſertim Ordinum Capitibus, quorum præcipuum tunc munus eſt, hoc juramentum accipere, Papæ, ſeù Collegii nomine, teſte Germon. *de indul. Card. §. Quo in Romanam, numer. 45.*

Sed ne aliquid, quoad hanc praxim, intactum relinquatur, circa illud, quod dictum eſt de Notario à prædicto Domino Cardinale deputando, ſciendum eſt, quod hujuſmodi proceſſus ante Pontificatum Gregorii XV. conficiebantur, & inſtruebantur à diverſis Notariis, quorum imperitia, quandoque nonnulla inconvenientia oriebantur;

58 tur; quare idem Gregorius erexit unum officium pro uno tantum Notario, qui privativè quoad alios quoſcumque Notarios, informandis, & inſtruendis proceſſibus, quos ſuper qualitatibus promovendorum per Summum Pontificem ad quarumcumque Cathedralium Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, quorumcumque Conſiſtorialium, pro tempore vacantium, regimina, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi ſtatu in Romana Curia, coram S. R. E. Cardinalibus, aut eorum Auditoribus aſſiſtere, & teſtium dicta, & depoſitiones in ſcriptis per ſe, vel ſubſtitutum idoneum redigere teneatur; eidemque officio applicavit pro illius dote, omnia, & ſingula emolumenta, per alios Notarios, qui antea informandis hujuſmodi proceſſibus aſtiterunt, ac prædictorum teſtium depoſitiones redegerunt, percipi conſueta, ut in literis dictæ erectionis in forma brevis expeditæ ſub *Dat. Romæ apud S. Petrum 16. Julii* 1621.

Præterea, cum eidem Gregorio poſtmodum innotuiſſet, ſimiles proceſſus, qui extra dictam Curiam, in Germania, Gallia, Hiſpania, aliiſque Chriſtiani Orbis, Provinciis, & Regionibus, ſuper qualitatibus promovendorum, ad illarum partium Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum ſtatu in partibus ipſis formantur, & ad eandem Curiam, pro litterarum Apoſtolicarum expeditione tranſmittuntur, expeditione facta, nullam protſus rationem haberi, quinimmò diſtrahi, & deperdi ſolere, propterea ſtatuit, quod de cætero hujuſmodi proceſſus, poſtquàm ab eiſdem S. R. E. Cardinalibus ipſarum Nationum Protectoribus, Comprotectoribus, ſeu Viceprotectoribus, aut qui Eccleſias, & Monaſteria hujuſmodi in Conſiſtorio propoſuerint, & ab Ordinum Capitibus viſi, recogniti, & approbati fuerint ab ipſis Cardinalibus, ſeù eorum Auditoribus, & iis, ad quos ſpectaverit, ante Cedulæ Conſiſtorialis ſubſcriptionem, ſeù ſaltem illius partibus conſignationem, eidem Notario, ad effectum illos conſervandi, conſignari, ipſeque Notarius illos fideliter cuſtodire, & ad effectum illorum faciliotis perquiſitionis, rubricellam facere debeat, & ad id obligatus exiſtat, hujuſmodi curam eidem Notario demandavit; ac pro illius ſalario pro hujuſmodi conſervatione, & cuſtodia, ducatos duos auri de Camera pro ſingulo proceſſu ad dictam Curam, ut præfertur, tranſmittendo, eidem Notario, à quolibet ex promovendis ad Eccleſias, & Monaſteria hujuſmodi, ſeù ſollicitatoribus in dicta Curia, tales expeditiones proſequentibus, ſolvendos abſque mora aſſignavit. Ipſique Notario, ut quamdiù officium prædictum obtinuerit, veſtem, ſeù togam violaceam induere poſſit, indulſit; prout in litteris in ſimili forma Brevis, expeditis ſub *Dat. apud S. Petrum die 7. Decembr.* 1621. plenius continetur.

Poſtmodum verò Urbanus VIII. fel. record. inſtituendo 59
Archivium Sacr. Colleg. S. R. E. Cardinalium in Palatio Vaticano, in quo conſervari debent Scripturæ, & alia acta ad dictum Collegium quomodolibet pertinentia, necnon proceſſus ſuper qualitatibus promovendorum ad Cathedrales Eccleſias, & Monaſteria Conſiſtorialia, moderatus eſt ſupradictam Conſtitutionem Gregorii quoad ſolutionem prædictorum ducatorum duorum de Camera pro conſervatione cujuslibet proceſſus, ut in ſua Conſtitutione ſuper dicta erectione, ſub *Dat. apud Sanctum Petrum 1625. Decimooctavo Kal. Januarii, Pontificatus ſui Anno tertio.*

Circà vero formam hujuſmodi proceſſus conficiendi pro ſupradictis promovendis, adeſt hodie inſtructio ſupradicti Urbani VIII. quæ inconcuſſè, & adamuſſim ſervatur, niſi tamen ipſe Summus Pontifex referat, prout referre conſuevit pro perſonis ſibi notis, gratis, & dilectis etiam quod non ſint S. R. E. Cardinales, nam fit expeditio Eccleſiæ ſine proceſſu, & tunc referendo, concedit, approbantibus DD. Cardinalibus, teſte Patil. *de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 6. *num.* 18. ſupradictæ verò inſtructionis forma talis eſt; videlicèt.

INSTRVCTIO PARTICVLARIS

CIRCA CONFICIENDOS PROCESSVS INQVISITIONIS

In qualitates eorum, qui promovendi ſunt ad regimina Cathedralium, aut aliarum Superiorum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum.

Adhoc, ut in dictis proceſſibus conficiendis ſerventur Sacri Canones, & Concilia Generalia, præſertim Tridentinum, & Conſtitutio fel. record. Gregorii Papæ XIV. ſuper forma hujuſmodi proceſſuum conficiendorum, ſub Dat. Idib. Maii 1591. Pontificatus ſui Anno primo.

Juſſu Sanctiſſimi D. N. VRBANI PP. VIII. edita.

Circa perſonas, ad quas ſpectat dictos Proceſſus conficere.

SI Proceſſus Inquiſitionis conficiendus ſit extrà Romanam Curiam, hoc munus ſpectat ad Legatos Sedis Apoſtolicæ, vel ad Nuncios Provinciarum in locis, in quibus commorantur: Si non adſint Legati, neque Nuncii, ſpectat ad Ordinarios viciniores, qui ordo gradatim ſervandus eſt; nec quiſquam debet ſibi hoc munus arrogare, præter ordinem ſupradictum, niſi Romano Pontifici, per ſpeciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo caſu apparere debet de mandato ſpeciali in principio proceſſus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine ſupradicto ſpectat proceſſum conficere, conſanguinitate, vel affinitate uſque ad tertium gradum incluſivè promovendum contingat, ille excludatur ab hoc munere, quod eo caſu deferatur ad illum, qui proximè ſequitur, ſervato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam ſit legitimè impeditus, ut per ſe ipſum Proceſſum conficere non poſſit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferius ſcripto, qui incipit, *Quicumque confecturus eſt*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem, Prælato impedito.

Si Proceſſus ſit conficiendus in Romana Curia, videndum eſt, an Eccleſia, vel Monaſterium, cui eſt providendum, ſit ad nominationem, vel præſentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, aut Principis, quo caſu munus conficiendi Proceſſum in Curia ſpectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apoſtolicam eſt Protector illius Provinciæ, in qua ſita eſt Eccleſia, vel Monaſterium.

Quod ſi Eccleſia, vel Monaſterium non ſit ad nominationem, aut præſentationem, ut præmittitur, Proceſſus conficiendus erit per Cardinalem, a Romano Pontifice deligendum, qui de hujuſmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel ſaltem vigore ſuæ aſſertionis, aliquid narrari à Notario in principio Proceſſus.

Quan-

Quando contingat, Proceſſum confici debere de qualitatibus Archiepiſcopi, vel Epiſcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab una ad alteram Eccleſiam ſit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuncio Apoſtolico illius Provinciæ, vel Regni, ubi ſita eſt Eccleſia, à qua aliquis transferendus erit, ſpectat ad Metropolitanum; ſi perſona transferenda, eſt Epiſcopus, ſi verò eſt Metropolitanus, ſpectat ad Epiſcopum ſuum ſuffraganeum antiquiorem reſidentem.

Si Prælatus inquirens, ob locorum diſtantiam non poſſet commodè per ſe ipſum teſtes examinare ſuper aliquo articulo, ut puta, ſuper legitimis natalibus, ætate, aut aliquo ejuſmodi, licebit ei partem illam alteri perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſubdelegare, non autem univerſam inquiſitionem.

Quoad Proceſſus conficiendos, pro habenda informatione ſtatus Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, quibus providendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui Proceſſum de qualitatibus promovendorum confecturi ſunt. Si verò contingat in alia Provincia, vel Regno eſſe Eccleſiam, & in alia promovendum, tunc Prælatus inquirens poterit ſubdelegare Epiſcopo, qui erit vicinior ipſi Eccleſiæ, vel Monaſterio, munus conficiendi Proceſſum ſuper ſtatu dictæ Eccleſiæ, vel Monaſterii.

Quo modo conficiendi ſint Proceſſus, ut dici poſſint, & videantur confecti per viam Inquiſitionis.

QUicunque confecturus eſt Proceſſum Inquiſitionis in qualitates promovendi, etiam ſi ſit Legatus, non per ſuos Vicarios, Auditores, vel alios Miniſtros, ſed per ſe ipſum id munus exercere debet, licèt poſſit ab hujuſmodi perſonis, vel aliis viris peritis adjuvari: Hæc autem in ſpecie ſervanda ſunt.

Non recipiantur teſtes à promovendo, vel pro parte ſua inducti, neque articuli ab ipſo, vel nomine ſuo producti, ſed Prælatus inquirens interrogatoria, ſeu articulos per ſe ipſum formatos habeat, & ſuper eis examinet teſtes, quos de rebus inquirendis ſincerum, & fidele teſtimonium daturos eſſe exiſtimet: ipſe ex officio ſuo ſecretò vocari mandet, & ſecretò examinet, ipſemet recipiat in manibus ſuis ſingulorum teſtium juramentum, quod ab Epiſcopis præſtetur tacto pectore; à cæteris verò inferioribus cujuſcunque qualitatis ſint, tactis ſacris ſcripturis, & ità reſpectivè referat Notarius Proceſſum ſcripturis, qui etiam aſſerat, teſtem fuiſſe ex officio vocatum, & examinatum à Prælato inquirente: inſuper Prælatus ipſe teſtes interroget ſuper unoquoque articulo: Ipſorum autem teſtium dicta unà cum reliquis hoc negocium tangentibus ſcribat aliquis Notarius publicus, qui debebit etiam tàm dicta teſtium, quàm ſcripturas, & documenta producenda, ut inferius dicetur in proceſſum, & publicum inſtrumentum reducere. Articuli autem, & interrogatoria inferiùs deſcribentur.

Circa qualitates teſtium vocandorum, & examinandorum quoad perſonam promovendi.

TEſtes ſint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, ſincerumque, ac fidei teſtimonium veriſimiliter ſint daturi, præſertim verò hujuſmodi qualitates eſſe debent in teſtibus, qui interrogandi erunt de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, & aptitudine promovendi ad regendam Eccleſiam: Scire enim debent ipſi teſtes, quæ requirantur in eo, qui recturus eſt Eccleſiam Cathedralem, ad hoc, ut ſit idoneus ad alios docen. aptus ad illam gubernandam, & dignus, qui ad eam promoveatur.

Non ſunt recipiendi in teſtes Cognati, vel nimium familiares, aut inimici, ſivè æmuli perſonæ promovendæ.

In inveſtigandis teſtium qualitatibus, adhibenda eſt diligentia per Prælatum inquirentem, ut cognoſcere poſſit, quàm ſint erga promovendum affecti, exindèque conjicere, utrum ex affectu, an ex veritate teſtimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur, teſtibus ad memoriam reducet vim juramenti, & gravitatem perjurii; admonebitque ipſos reos futuros apud Deum eorum omnium, quorum vel committendo, vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur, ſi vel falſa narrando, vel reticendo vera, cauſa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei Eccleſiis præficiantur.

Quo modo Prælatus inquirens procedere poſſit per viam inquiſitionis, quando non habet notitiam perſonæ promovendæ.

SI contingat Prelatum inquirentem non habere ſufficientem notitiam perſonæ promovendæ, ad hoc, ut poſſit deligere, & vocare teſtes ex officio, abſque ſcientia ipſius promovendi, & ſecretò, poterit curare, ut ipſemet promovendus, vel aliquis alius det ei ſchedulam, in qua ſint ordine deſcripta nomen dicti promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, profeſſio, functio, ſi quam is fortè exercuit, loca, in quibus Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore verſatus fuerit, amici, & familiares, aliæve perſonæ, quæ tam ipſum, quàm parentes ejus intimè norint.

Cum autem hujuſmodi ſchedula petenda ſit tantummodò ad habendam quandam extrajudicialem notitiam eorum, quæ Prælatum inquirentem ſcire oportet pro inquiſitione facienda, non debebit ipſa ſchedula inſeri proceſſui, neque de ea aliqua mentio in dicto proceſſu fieri, ſed ad partem ſervari, donec inquiſitio perficiatur, & ea perfecta, poterit lacerari, ſi Prælato videbitur.

Interrogatoria, quæ neceſſaria ſunt ad inquirendum omnes qualitates, quæ in promovendis requiruntur.

PRimò. An teſtis cognoſcat promovendum, quomodo à quo tèmpore citra, an ſit ipſius conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odioſus.

2. An ſciat in qua Civitate, vel loco, & Diœceſi promovendus ſit natus, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

3. An ſciat ipſum natum eſſe ex legitimo matrimonio, atque honeſtis, & Catholicis parentibus, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

4. An ſciat, cujus ætatis ſit, præſertim, an expleverit annum 30. & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

5. An ſciat eum eſſe in ſacris Ordinibus conſtitutum, quibus à quo tempore citra, præſertim an ante ſex menſes, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

6. An ſciat eum eſſe in Eccleſiaſticis functionibus, & in exercitio Ordinum ſuſceptorum diù verſatum, in ſuſceptione Sacramentorum frequentem, & devotum, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

7. An ſciat, eum ſemper Catholicè vixiſſe, & in fidei puritate permanſiſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

8. An ſciat, eum præditum eſſe innocentia vitæ, boniſque moribus, & an ſit bonæ converſationis, & famæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

9. An ſciat eum eſſe virum gravem, prudentem, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

10. An ſciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in ſacra Theologia inſignitum eſſe, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu ipſi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, & an verè ea doctrina polleat, quæ in Epiſcopo requiritur, ad hoc, ut poſſit alios docere, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

11. An ſciat, eum aliquo munere aliquando functum eſſe, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Eccleſiæ exercuiſſe, & quomodò in eis ſe geſſerit, tam quoad doctrinam, quàm quoad prudentiam, integritatem, & mores, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

12. An ſciat, eum aliquando publicum aliquod ſcandalum dediſſe circa fidem, mores, ſivè doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove Canonico impedimento teneri, quominus poſſit ad Eccleſiam Cathedralem promoveri, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

13. An eum idoneum exiſtimet ad benè regendam Eccle-

ſiam Cathedralem, & præſertim ea ad quam ipſe eſt promovendus, an dignum, qui ad illam promoveatur, & an ipſius promotionem eidem Eccleſiæ utilem, & proficuam futuram eſſe cenſeat, & quarè ità exiſtimet. Depoſitiones teſtium ſeriatim, & per extenſum ſcribantur: neque præcisè affirmationes, ſeù negationes tantummodò admittantur.

Quæ requiruntur ad perfectam inquiſitionem præter ea, quæ ex teſtibus habebuntur.

QUoad ſacros Ordines, petendæ ſunt à promovendo, & proceſſui inſerendæ, originales Bullæ, vel litteræ teſtimoniales collationum ipſorum ordinum, vel ſaltem earum ſe non modo vidiſſe cantantem Epiſtolam, & Evangelium, vel celebrantem, ſed etiam legiſſe dictas bullas, vel litteras teſtimoniales, vel interfuiſſe collationibus Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum ſimiliter inferendum eſt proceſſui Privilegium originale, vel ejus exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti, vel promovendo videbitur, proceſſui etiam adjungantur aliqua Brevia, Litteræ patentes, vel aliæ ſcripturæ, aut publica documenta, quibus major, aut melior probatio habeatur de natalibus, & functionibus promovendi, vel aliud ejuſmodi, præſertim ſi teſtes circa ea ſufficienter, & plenè non depoſuerint, recipiantur, & adjunganinr.

Si fortè promovendus nullum habet gradum in ſacra Theologia, vel in Jure Canonico, neceſſe eſt, ut præter probationem aliundè habendam circa ejus doctrinam, juxtà præinſertum decimum interrogatorium, pro parte promovendi exhibeatur publicum alicujus Academiæ teſtimonium, quo idoneus eſſe declaratur ad alios docendos, quæ populum Chriſtianum ſcire oportet. Perſona promovenda enunti etur hac nota, videlicèt ſi ſit Prælatus, Admodum R.P. ſi verò non ſit R.N.N. promovendus, nunquam vocetur Electus, neque ipſe ſe talem vel nominet, vel ſcribat, niſi ubi præceſſerit Electio Capituli, aut Conventus.

Qui ſervandum quoad probationem doctrinæ, quando promovendi orti ſunt in Provinciis, in quibus non ſunt Univerſitates Studiorum, neque conſuetum eſt ſuſcipi gradum aliquem.

IN hujuſmodi locis, & perſonis ſufficiet, ſi teſtimonio virorum gravium, & Sacræ Theologię, vel Juris Canonici peritorum conſtet, promovendos ea ſcientia Theologiæ, vel Canonum verè pollere, ut idonei ſint ad ea docenda, quæ populum Chriſtianum ſcire oportet; ac muneris ſibi injungendi neceſſitati valeant ſatisfacere: Ideò formandum erit interrogatorium ad hunc ſenſum, juxtà quod ſi teſtes depoſuerint ſe de ſcientia promovendorum certos redditos eſſe, ex eo, quod prædictos promovendos ſpecimen ſuæ doctrinæ publicè, vel privatim dediſſe cognuverint: hoc modo ſufficiens cauſa ſcientiæ dici poterit, aliàs non plenè probabunt doctrinam ad mentem ſupradictæ Conſtitut. Gregor. XIV.

Quid ſervandum, ſi promovendus ſit Regularis.

OMnia, quæ ſervari debent in promovendo ad Eccleſiam Cathedralem, ſi ſit ſecularis, ſervanda etiam ſunt, ſi ſit Regularis.

Sed quia Regulares non ſolent, ut plurimum ſuſcipere inſignia doctoratus in Univerſitatibus Studiorum, neceſſe eſt, juxtà decretum Concilii Tridentini, ut promovendus Regularis, à ſuis Superioribus regularibus teſtimonium habeat ſufficientis doctrinæ, & quod ſit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi ſunt dumtaxat, qui nullum ſui Ordinis Superiorem agnoſcunt, ſive ii cujuſvis Ordinis Abbates, Magiſtri, Miniſtri, aut Præpoſiti generales, vel quarumlibet Congregationum Præſidentes, ſive Definitores, aut Viſitatores, Capitulum generale repræſentantes, ſivè alii quocumque vocabulo nuncupentur, & in eorum abſentia ipſorum Vicarii, ſeu Commiſſarii Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales Ordinum, aut Congregationum ſuccedunt.

Animadvertendum tamen, quod præter ſupraſcriptum Superiorum teſtimonium, eſt etiam aliundè inquirendum in hujuſmodi Regularium doctrinam, quemadmodum dictum eſt de ſeculari, qui habet ſuæ doctrinæ teſtimonium à publica aliqua Academia.

Quid ſervandum in tranſlatione alicujus Epiſcopi ad alteram Eccleſiam.

SErvanda eſt eadem forma inquirendi ex officio, quæ ſuperius dicta eſt.

Si Epiſcopus transferendus promotus fuit poſt publicationem Concilii Tridentini, & conſtat in proceſſu tunc temporis confecto, plenè probata eſſe omnia requiſita, ſufficiet inquirere, & teſtes examinare ſuper infraſcriptis articulis: Si verò non conſtet de hujuſmodi probatione in totum, vel in partem expediens erit teſtes examinare ſuper omnibus articulis ſuperiùs deſcriptis, vel ſaltem ſuper illis, de quorum probatione non conſtiterit; & præterea ſuper articulis ſequentibus erunt utroque caſu omninò examinandi teſtes, & de contentis in eis facienda inquiſitio ex officio, videlicèt.

1. An teſtis cognoſcat Epiſcopum transferendum, quomodo, à quo tempore citrà, an ſit ipſius conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odioſus.

2. An ſciat, ipſum conſecrationis munus ſuſcepiſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

3. An ſciat, per quot annos fuerit Epiſcopus illius Eccleſiæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

4. An ſciat, cum in ſua Eccleſia, & Diœceſi aſſiduè reſediſſe.

5. An ſciat, eum diligenter, & ſæpè dictam ſuam Eccleſiam, & Diœceſim viſitaſſe, opportunè omnibus neceſſitatibus occurriſſe, & providiſſe, ejuſque decreta, & mandata debitæ executioni demandari curaſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

6. An ſciat, eum ſæpè ſolemniter celebraſſe, Ordinationes juxtà neceſſitatum exigentiam habuiſſe, Confirmationis Sacramentum miniſtraſſe, cæteraque Pontificalia exercuiſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

7. An ſciat, eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando ſpecimen dediſſe, ac verbo, & exemplo profeciſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

8. An ſciat, eum prudenter ubilibet, & diligenter ſe geſſiſſe in defendendis, conſervandis, & augendis juriſdictionibus ſpirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus ſuæ Eccleſiæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

9. An ſciat, verè ea doctrina ipſum ad præſens pollere, quæ in Epiſcopo requiritur, ad hoc, ut poſſit alios docere, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

10. An dignum eum exiſtimet, qui transferatur ad Eccleſiam N. & an cenſeat ejus translationèm fore ipſi Eccleſiæ N. utilem, & proficuam, & quare ita exiſtimet, & cenſeat.

Quid ſervandum circa inquiſitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Conſiſtorio promovendi ſunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, ac regimina Monaſteriorum, vel alias Regularium Præfecturas.

EAdem omnia ſervanda ſunt, quæ dictum eſt, ſervari debere in promovendis ad Eccleſias Cathedrales, præſertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa eſt Monaſterio juriſdictio ſpiritualis, vel temporalis in populum.

Ideò ſuper ejuſdem interrogatoriis examinandi ſunt teſtes, mutatis tamen mutandis, reſpectu Eccleſiæ Cathedralis, & reſpectu Monaſterii, vel dignitatis regularis.

Addatur interrogatorium circa profeſſionem Ordinis, & tempus, à quo eam emiſit: Circa verò ætatem, ſufficiat interrogare, & ſcire cujus ætatis ſit, non reſtringendo ſe ad trigeſimum annum expletum; poſtea enim videbitur, an in hujuſmodi promovendo ſit ætas legitima reſpectu dignitatis, ad quam promoveri debet.

Quoad doctrinam, cum promovendi ad hujuſmodi dignitates regulares non ſint per Concilia generalia adſtricti ad gradum Doctoratus, ſive Licentiæ, vel ad publicæ Academiæ teſtimonium, & nihilominus æquum ſit, ut ea doctrina polleant, quia onus ſibi imponendum ſuſtineri valeant. Prælati inquirentes ſtudioſè, ac diligenter inquirere debe-

debebunt ſuper doctrina ejuſmodi perſonarum, juxta modum, & formam ſuperius notatam, ut Romanus Pontifex, habita informatione, quænam ſit promovendi doctrina, judicare poſſit, an ſit talis, qualem dignitas illa exigit, & requirit.

Circa fidei profeſſionem emittendam à promovendis tàm ad Eccleſias Cathedrales, quàm ad dignitates Regulares.

Fidei Profeſſio debet emitti in manibus Prælati, ad quem inquiſitio (ſervato ordine ſuperius dicto) pertinet, à quo ſi promovendus longè diſtet, poterit idem Prælatus ſubdelegare receptionem dictæ profeſſionis Ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Prælatus recipiet profeſſionem fidei à promovendo, præſente Notario publico, ac teſtibus; ipſe autem promovendus eam emittet genibus flexis ante Prælatum, & in fine, tangendo ambabus manibus ſacroſancta Evangelia, & ſpondendo, vovendo, ac jurando, prout in forma, ea deoſculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen ſuum exprimendum erit ea dumtaxat ſua propria manu adſcribet.

Prælatus propriæ etiam manus ſubſcriptione in fine exemplaris dictæ profeſſionis reſtabitur eam à ſe receptam fuiſſe ſub hac forma, ego N, fidei profeſſionem juxtà ſupraſcriptam formam à R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emiſſam recepi; & ità teſtor manu propria.

Demum Notarius, qui præſens fuit publico inſtrumento in calce ejuſdem exemplaris immediatè poſt ſubſcriptionem Prælati inquirentis extensè fidem faciet de prædictæ profeſſionis emiſſione, ac receptione præſentibus teſtibus, quorum nomina, & cognomina exprimet.

Maximè curandum eſt, ut exemplaria profeſſionis fidei tranſmittantur abſque mendis, nè levibus quidem; cum nec in minimis liceat immutare formam à Sede Apoſtolica præſcriptam, nimiſque non modo Notarii ſcribentis, ſed etiam præcipuè Prælati inquirentis in curia: circa hoc notetur in Sacro Conſiſtorio, quando in eo fit relatio proceſſus, & mendorum in profeſſione fidei repertorum; cum neceſſe ſit ea etiam nominatim referre; ideò expediens erit ad tollendam occaſionem errorum provenientium ex incuria ſcribentis, ut ubique imprimantur exemplaria, juxta formam Romæ impreſſam, & maxima diligentia adhibeatur, nè mendosè imprimantur. Cum verò tranſmittenda ſunt inſtrumenta profeſſionis fidei, hæc ipſa ſubſcribantur à profitente, & à Prælato inquirente, & in eiſdem Notarius extendat inſtrumentum, prout dictum eſt.

Interrogatoria pro habenda informatione ſtatus Eccleſiæ.

PRimo. An teſtis ſciat, in qua Provincia ſita ſit Civitas N. cujus ſitus, qualitatis, & magnitudinis ſit, quot conſtetur domibus, & à quo Chriſti fidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus ſubjaceat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

2. An ſciat, in illa Civitate eſſe Eccleſiam cathedralem, vel Metropolitanam, ſub qua invocatione, cujus ſtructuræ, & qualitatis, aut aliqua reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

3. Si eſt Eccleſia Archiepiſcopalis, an ſciat, quot Epiſcopos ſuffraganeos habeat, & qui ſint, ſi eſt Epiſcopalis, an ſciat, cui Archiepiſcopo ſit ſuffraganea, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

4. Quot, & quales ſint in dicta Eccleſia dignitates, Canonicatus, & alia beneficia Eccleſiaſtica, quis ſit numerus omnium Presbyterorum, & Clericorum inibi in divinis inſervientium quæ ſit dignitas major poſt Pontificalem, quales ſint redditus dignitatum Canonicatuum, & aliorum beneficiorum, & an adſint præbendæ Theologalis, & Pœnitentiariæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

5. An in ea, cura animarum exerceatur per quem, an ſit in ea fons Baptiſmalis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

6. An habeat Sacrarium ſufficienter inſtructum ſacra ſupellectili, cæteriſque rebus ad divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda neceſſariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & cæmeterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

7. An ſint in ea corpora, vel aliquæ inſignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo aſſerventur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

8. An habet domum pro Archiepiſcopi, vel Epiſcopi habitatione, ubi, & qualem, quantum diſtet ab Eccleſia, & an reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

9. An ſciat verum valorem redditnum menſæ Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, ad quam ſummam annuatim aſcendant, in quibus conſiſtant, an ſint aliqua penſione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta penſio ſit reſervata, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

10. Quot exiſtant in illa Civitate Eccleſiæ Parochiales, & an unaquæque habeat fontem Baptiſmalem, quot item in illa exiſtant Collegiatæ, quot Monaſteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hoſpitalia, & an ibi ſit Mons Pietatis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

11. Quantum ſit ampla Diœceſis, quot, & quæ loca complectatur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

12. An in ea erectum ſit Seminarium, quot in eo pueri alantur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

13. An ipſa Eccleſia vacet, quomodo, & à quo tempore citra, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

De ſtatu Eccleſiarum, quæ ſunt in partibus infidelium, quantum fieri poterit, diligens examen inſtituatur, neque admittantur Tituli in Provinciali non deſcripti, vel qui in Scripturis Sacri Collegii non reperiuntur.

Interrogatoria pro habenda informatione Status alicujus Monaſterii.

PRimo. In qua Provincia, & Diœceſi ſit Monaſterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

2. Cujus ordinis ſit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

3. Quis ſit numerus Monachorum, & quis eos tanquàm caput regere conſueverit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

4. Sub qua invocatione ſit Eccleſia ipſius Monaſterii, cujus ſtructuræ, & qualitatis. An indigeat reparatione, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

5. Qui ſint redditus menſæ Conventualis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

6. An Monaſterium habeat aliquam juriſdictionem temporalem, aut ſpiritualem, quam, & in quos, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

7. An habeat curam animarum per quem hæc exerceatur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

8. An vacet, quomodò, & à quo tempore citrà, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

Quid agendum, perfecta Inquiſitione.

CUm totum examen, ſeù Inquiſitio de perſona promovenda, & informatio de ſtatu Eccleſiæ, ſeù Monaſterii perfectæ fuerint, Notarius eas unà cum ſcripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Profeſſione Fidei in inſtrumentum publicum rediget.

Si Proceſſus Inquiſitionis confectus fuerit extrà Rom. Cur. Prælatus, qui eum confecerit, ad Pontificem, clauſum, & obſignatum tranſmittet, ſi Eccleſia, vel Monaſteria non ſint ad nominationem, vel præſentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, ſi verò de hujuſmodi nominatione, vel præſentatione, tranſmittet proceſſum ad Cardinalem illius Regni, vel Provinciæ Protectorem, in qua eſt Eccleſia, vel Monaſterium providendum.

Ipſe autem Prælatus, vel per litteras ſeparatas, ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel per ſubſcriptionem hujuſmodi proceſſus, ſignificabit, quanta fides teſtibus examinatis, eorumque dictis, & ſcripturis productis, ſuo judicio habenda ſit, ſimul etiam quid de promovendo ipſe ſentiat.

Proceſſus ſic formatus, & tranſmiſſus, primum à Cardinale, cui illum in Conſiſtorio referendi munus incumbet; deindè à tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum ſubſcribetur, & poſteà fiet relatio in Conſiſtorio.

Cardinalis relator monere debet promovendum, ſi præſens in Curia ſit, ut juxtà Concilium Lateranen. noviſſimè celebratum, omnes Cardinales, vel majorem partem Collegii adeat, antequam Eccleſia, vel Monaſterium proponatur, ut quæ à referente Collega ſunt audituri, occulata fide, quantum ad perſonam ipſius promovendi attinet, cognoſcere poſſint.

Quæ quidem omnia, ſicut jam diximus, ſunt exactiſſimè ſervanda. Verùm, ſi forte contingat, quoad promovendos à Romana Curia abſentes, aliquid ex his, aliquo modo omitti, nihil eſt, quin ipſa Curia ſuppleri poſſit, quod deeſſe dignoſcatur ad perfectam præmiſſorum inquiſitionem; prout 61

altàs

aliàs eveniſſe, Inter cætera, non ignoramus; namque de anno 1571. pro expeditione unionis perpetuæ Eccleſiæ Hierapetren. Eccleſiæ Sythien. vacante ſupradicta Eccleſia Hierapetren. per obitum bo. mem. Nicolai Bertoldi Epiſcopi, Archiepiſcopus Creten. & alii Epiſcopi ejus ſuffraganei ſcripſerunt ad Summum Pontificem, rogantes Sanctitatem ſuam, ut dignaretur illam unire Eccleſiæ Sythien. attentis pluribus rationabilibus cauſis per eos allegatis; commendantes etiam D. Gaſparem Vivianum, Epiſcopum Sythien. ob ejus virtutes, & alias qualitates à Sacris Canonibus in Epiſcopo requiſitas, tanquam dignum, qui præficiatur ipſi Eccleſiæ Hierapetren. poſtquàm illa unita fuerit, ut præfertur. Et præterea miſſus fuit proceſſus factus coram prædicto Archiepiſcopo Creten. ſuper informationibus per eum ſumptis de qualitatibus prædicti Gaſparis.

Quibus de rebus informatus fuit Cardinalis Alciatus, qui facto verbo cum Sanctiſſimo in Conſiſtorio, præconizavit, de ordine ejuſdem Sanctiſſimi, dictam unionem, & proviſionem. Poſtmodum, petita venia à cæteris DD. Cardinalibus Protectoribus Reipublicæ Venetæ, in cujus Dominio ſitæ ſunt ipſæ Eccleſiæ Hierapetren. & Sythien. illi contenti fuerunt, quod ipſe D. Cardinalis dictam unionem proponeret. Ac diligenter inſpecto dicto proceſſu, cum defectivum eſſe reperit, nempè quia de natalibus, & an eſſet in ſacris ſufficienter non concludebat: Ideò ſumptæ fuerunt informationes ſuper his in Urbe per ipſummet D. Cardinalem, qui examinavit teſtes deſuper inductos, & per Secretarium ſuum, examen hujuſmodi notari, & in publicam formam redigi fecit; ac demùm proceſſu à ſe facto hujuſmodi, cum proceſſu de partibus connecti juſſit, ac in fine talem atteſtationem manu propria ſubſcripſit, videlicèt.

Ego F. Cardinalis Alciatus ſupraſcriptas probationes de Statu dictarum Eccleſiarum Sythien. & Hierepetren. & rationibus unionis earum, ac de qualitatibus dicti Rever. Gaſparis Viviani Epiſcopi Sythien. diligenter examinavi, & accurata adhibita diligentia, inveni adeſſe ſufficientes cauſas unionis, & ipſum R. Gaſparem, licèt non probetur Doctorem eſſe, doctum tamen, & in jure dicendo diu exercitatum, omnibuſq; aliis qualitatibus à Sacris Canonibus, & Tridentina Synodo requiſitis, præditum eſſe. Ideoq; affirmo, me certò exiſtimare, eum idoneum eſſe, qui etiam dictæ Eccleſiæ Hieropetren. poſtquàm ea unita fuerit dictæ Eccleſiæ Sythien. præficiatur. Anteguam tamen dictæ Eccleſiæ Hierepetren. poſſeſſionem adipiſcatur, emittat profeſſionem fidei, juxta formulam à Sancta Sede Apoſtolica præſcriptam, in manibus Reverendiſſimi Archiepiſcopi Creten. In cujus rei fidem ſcripſi, & ſubſcripſi.

F. Cardinalis Alciatus Relator.

Poſtmodùm idem proceſſus fuit allatus ad tres alios Cardinales, nempè ad Cardinalem Tridentinum, Vicedecanum, quoniam aberat Cardinalis Moronus, ad Cardinalem de Puteis primum presbyterum Cardinalem, & ad Cardinalem Simoncellum primum Diaconum Cardinalem, qui ſinguli ſubſcripſerunt poſt Cardinalem Relatorem in ejus conformitatem, prout adnotatum reperi in quibuſdam notabilibus manuſcriptis in Romana Curia.

Ad rem modò redeundo, undè digreſſus ſum, circa videlicèt profeſſionem fidei per ſupradictos promovendos emittendam, dicendum eſt, quod aliud juramentum, etiam fidelitatis illi præſtare tenentur, ſicut promoti ad ſupradictas Dignitates inferiores, ſub diverſa tamen forma, quod præſtare regulariter conſuevit à præſentibus in Curia, coram Illuſtriſſimo Domino Cancellariæ Apoſtolicæ Regente, tenoris ſequentis, videlicèt.

62 *Ego N. Electus Eccleſiæ N. Ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, ac Domino Noſtro Innocentio Papæ Decimo, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus; non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, ſeu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet injiciantur, ſeu injuriæ aliquæ inferantur quovis quæſito colore. Conſilium verò, quod mihi credituri ſunt, per ſe, aut nuncios, ſeu litteras ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri adjutor eis eſſe ad retinendum, & defendendum, contra omnem hominem; Legatum Apoſtolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo; jura, honores, privilegia, & authoritatem Romanæ Eccleſiæ, Domini Noſtri Papæ, & ſucceſſorum prædictorum conſervare, defendere, augere, & promovere curabo; nec ero in conſilio, facto, vel tractatu, in quibus contra ipſum Dominum Noſtrum, vel eamdem Romanam Eccleſiam aliqua ſiniſtra, vel præjudicialia perſonarum juris, ſtatus, & poteſtatis eorum machinentur, & ſi talia à quibuſcumq; procurari novero, vel tractari, impediam hoc prò poſſe, & quanto citius potero commodè, ſignificabo eidem Domino Noſtro, vel alteri, per quem ad ipſius notitiam poterit pervenire, Regulas Sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, ſententias, diſpoſitiones, reſervationes, proviſiones, & mandata Apoſtolica totis virib. obſervabo, & faciam ab aliis obſervari, Hæreticos, Schiſmaticos, & Rebelles eidem Domino Noſtro, & ſucceſſoribus prædictis pro poſſe perſequar, & impugnabo. Vocatus ad Synodum, veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apoſtolorum limina ſingulis trienniis perſonaliter, & per me ipſum viſitabo, & Domino Noſtro, ac ſucceſſoribus prædictis rationem reddam de toto meo Paſtorali officio, ac de rebus omnibus ad meæ Eccleſiæ Statum ad Cleri, & populi diſciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei credita ſunt, ſalutem quovis modo pertinentibus, & viciſſim mandata Apoſtolica recipiam, & quàm diligentiſſimè exequar; quod ſi legitimo impedimento detentus fuero, prædicta omnia per certum nuncium, ad hoc ſpeciale mandatum habentem, de gremio Capituli mei, aut alium in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeu aliàs perſonatum habentem, aut iis mihi deficientibus, per Diœceſanum Sacerdotem, & Clero deficiente, omninò per aliquem alium presbyterum ſæcularem, vel regularem ſpectatæ probitatis, & religionis de ſupradictis omnibus plenè inſtructum; de hujuſmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconum Cardinalem, Ordinum Priorem per ſupradictum nuncium tranſmittendas. Poſſeſſiones verò ad menſam meam pertinentes, non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque denovo infeudabo, vel aliquo modo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ, inconſulto Romano Pontifice; & ſi ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam ſuper hoc edita Conſtitutione, contentas eo ipſo incurrere volo. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

63 Quæ quidem forma juramenti, ut ex ſe patet extracta eſt ex c. ego N. Epiſcopus, de jurejur. necnon ex infraſcripta Conſtitutione fel. record. Sixti Papæ Quinti de viſitandis liminibus Apoſtolorum, & compoſita de ordine Clementis Papæ Octavi ſimilis record.

Confecto igitur, ad præmiſſorum præſcriptum, proceſſu, emiſſaque fidei profeſſione, Cardinalis, qui proceſſum confecit, in uno Conſiſtorio præconizat Eccleſiam de cujus proviſione agitur; petitque licentiam à Papa, ut poſſit in proximo conſiſtorio referre prædictam Eccleſiam, & in alio proponere; & Summus Pontifex concedit cum conſenſu Cardinalium; antequam tamen proponat, in vigilia conſiſtorii, vel per aliquot dies antea, Cardinalis Relator mittit ſchedulam omnibus Cardinalibus, tenoris ſequentis; videlicet. *Ego Cardinalis N. in proximo Conſiſtorio proponam Eccleſiam N. vacantem per obitum N. pro perſona N.*

Sic etenim ſervatur in Eccleſiarum Cathedralium, aliorumque conſiſtorialium proviſionibus, ex notorio ſtylo introducto à tempore Pontificatus Pauli IV. fel. record. qui voluit, quòd dictæ proviſiones non eodem conſiſtorio, prout antea fiebat, ſed ſequenti abſolverentur; ut interim omnes Cardinales poſſent, & debeant de qualitatibus perficiendi, ſeu promovendi, certiores reddi, & plenè inſtrui, teſte Mand. *reg. 24. q. 3. nu. 12. circa med.*

Et in ipſo Conſiſtorio ſecreto idem Cardinalis proponendo Eccleſiam, dicit *Beatiſſime Pater Vacat Eccleſia Metropolitana Lancianen. per tranſlationem R.D. Marii Bologni-* 64

ni ad

ni ad Eccleſiam Crotonien. Promovendus eſt Paulus Taſſus à Sereniſſimo Rege Catholico præſentatus.

Civitas Lancianen. eſt in Provincia Aprutina citeriori, ſub ditione ejuſdem Regis; ejus Metropolitana Eccleſia ſub invocatione Annunciationis Glorioſiſſimæ Virginis; habet duas Dignitates, Duodecim Canonicatus, & duas Capellanias, ac omnia neceſſaria: nullos tamen habeat ſuffraganeos. Domus Archiepiſcopi diſtat ab Eccleſia fere 400. paſſibus, quæ tamen ſatis commoda exiſtit. Sunt in Civitate Lancianenſi Parochiales octo, Monaſteria ſex Regularium diverſorum Ordinum, & unum Monialium; anguſtam tamen habet Diœceſim, quæ quinque tantùm Oppida, & totidem Villas continet.

Ejus fructus taxantur in libris Cameræ ad florenos 200. Valor annuus aſcendit ad ducatos 700. moneta Regni Neapolitani.

R.P.D. Paulus promovendus, eſt Neapoli, ex legitimo matrimonio Catholicis parentibus procreatus, 50. ætatis ſuæ annum excedit, à multis annis Sacerdos, Doctor in utroque jure, Eccleſiæ Metropolitanæ Canonicus, per triennium fuit Vicarius Archiepiſcopi Neapolitani; eſt ex Iudicibus cauſarum appellationum, & idoneus, qui Eccleſiæ Lancianen. præficiatur. Emiſit fidei profeſſionem in manibus Nuncii Neapolitani, coram quo fuit formatus proceſſus à Reverendiſs. DD. meis Capitibus Ordinum, & à me approbatus, & ſubſcriptus. Supplicatur pro expeditione, cum retentione, compatibilium, & Canonicatus ad duos menſes.

Quam quidem Eccleſiam propoſuit bo. mem. Cardinalis Geſualdus. Et hanc formulam propoſitionis, cum aliis ſimilibus pro expeditione prædictarum Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, ponit Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. q. 5. per tot.*

Supradictæ verò Eccleſiæ Lancianen. proviſio fuit facta, antequam introductum eſſet examen Epiſcoporum; pro quo hodiè promovendus tenetur accedere ad Urbem pro illo ſubeundo; nam cum anteà etiam Doctores ea privilegio tantùm aſpirabant, & quandoq; promovebãtur ad Cathedrales Eccleſias; proindè cum privilegium non faciat Doctorem, Clemens Papa VIII. fel. recor. non immeritò in exequutio-
65 nem, *c. qui Epiſcopus 21. diſt.* non aliàs ad Epiſcopatum promoveri decrevit, ac voluit, niſi idoneos ſuper litteris repertos, prævio prædicto examine, ipſo, ac pro tempore exiſtente Summo Pontifice eidem examini aſſiſtente; nam ſi cæteri Inferiores, ad animarum curam aſſumendi, & ſignanter Parochi, non niſi prævio examine admittendi ſunt ex Sacrorum Canonum, præſertim Concil. Trident. diſpoſitione *seſſ. 24. cap. 18. de refor.* multò magis Epiſcopi, qui eis præſunt, ut Vicarii Jeſu Chriſti, ex *c. mulier, 33. qu. 5.* ut per Marcheſ. *de commiſ. p. 3 §. 1. n. 31. & 32. fol. 313.* proptereà idem Clemens ſtatuit, quod non ſolum habentes privilegium, ſed etiam docti viri ad cathedrales Eccleſias aſſumerentur; voluitque ad Epiſcopatus in Italia aſſumendos, in Urbe coram ipſo, & Sacra Congregatione DD. Cardinalium, aliorumq; graviorum, & peritorũ Prælatorum, & virorum examinari. Quòd ſi fortè contingat, ut Pontifex, adverſa valetudine, aut alia cauſa impeditus, examini intereſſe non poſſit, differtur illud, donec ceſſet impedimentum; licèt nuperrimè aliter uſu evenerit; nam ne quid ſubirent incommodi plures Eccleſiæ cathedrales, paſtoribus deſtitutæ, felicis record. Innocentius X. laborans gravi illo morbo, qui eum tandem oculis ſubtraxit mortalium, voluit Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Vicarium, ſuo nomine, præeſſe, prout re ipſa præfuit examini promovendorum ad prædictas Eccleſias vacantes; quorum unus fuit Illuſtriſs., & Reverendiſſimus Dominus meus Paulus Squillante Neapolitanus, hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, Miniſtri Generalis Supremæ Univerſalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis de Urbe, contra hæreticam pravitatem, in hoc Regno fiſci patronus, qui ob eximiã doctrinam, fidem, prudentiam, & juſtitiam, vitæque integritatem, cæteraſque virtutes, quibus clareſcere dignoſcitur, ad Eccleſiam Theanenſem jure optimo, fuit ab eodem Innocẽtio vocatus, atque promotus. In Gallia verò, & Hiſpania coram S.R.E. Cardinalibus Legatis ibi exiſtentibus, & Legatis deficientibus, coram Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, de ſpeciali Papæ mandato, aſſiſtentibus aliis Prælatis, ac peritis viris, ut hujuſmodi negotii gravitas requirit, ſe examini ſubiiciant; qui approbati, & non aliàs, ad Eccleſiarum regimina admittantur, ita Leo *in theſ. for. Eccleſ. p. 1. cap. 3. num. 11.*

Porrò, inter cætera, in hac ſecunda forma juramenti contenta, jurat promovendus ad Cathedralem Eccleſiam, ſe temporibus præſtitutis, Apoſtolorum limina viſitaturum; circa quod non ſemel vidimus in praxi de aliquibus dubitari; & cum de hac re adſit Conſtitutio fel. record. Sixti PP. V. 67
quæ eſt in viridi obſervantia, illius tenorem hic prius duximus inſerendum, qui talis eſt, videlicèt.

68 *Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, &c. Hac perpetua Conſtitutione ſancimus, decernimus, & mandamus, ut omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi per Univerſum Orbem Terrarum conſtituti à nobis deinceps ordinandi, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, antequam munus conſecrationis ſuſcipiant, ſeù eis conſecratis, Pallium de Beati Petri corpore ſumptum, eis tradatur, aut ſi ad aliam Eccleſiam transferantur, antequam illius regimini, & adminiſtrationi ſe immiſceant, ſi quidem præſentes in Curia fuerint, in manibus S.R.E. Diaconi Cardinalis, ordine prioris; ſi verò abſentes, in manibus Antiſtitis, qui ad impendendum munus traditum, aut ad tradendum Pallium hujuſmodi à Sede Apoſtolica delegabitur, jurent, juxtà formulam in libro Cancellariæ Apoſtolicæ, Quinterno appellato, nuper deſcriptum, ſe Beatiſſimorum Petri, & Pauli limina, ſtatutis in hac noſtra Conſtitutione temporibus, perſonaliter, ac per ſe ipſos viſitaturos, ac nobis, & ſucceſſoribus noſtris, pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus, rationem reddituros de toto eorum Paſtorali officio, deque rebus omnibus ad ipſarum, quibus præſunt, Eccleſiarum Statum, ad Cleri, & populi diſciplinam animarum, denique quæ illorum fidei credita ſunt, ſalutem quovis modo pertinentibus, & viciſſim mandata Apoſtolica humiliter recepturos, & quam diligentiſſimè exequuturos.*

Quod ſi legitimo impedimento detenti fuerint, jurent, ſe prædicta omnia adimpleturos per certum nuncium ad illa ſpeciale mandatum habentem, de gremio ſuorum Capitulorum, aut alium in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeù aliàs perſonatum habentem, aut ſi hujuſmodi hominem Eccleſiaſtica Dignitate, & perſonatu præditum non habeant, per Diœceſanum Sacerdotem; & ſi clero careant omninò, per aliquem alium presbyterum ſæcularem, vel regularem ſpectatæ probitatis, & religionis de ſupradictis omnibus plenè inſtructum. De hujuſmodi autem impedimento docere debeant per legitimas probationes, ad dictum primum Diaconum Cardinalem per ſupradictum nuncium tranſmittendas.

Quin etiam Principes temporales, ſi quid pro eorum pietate, & erga hanc Apoſtolicam Sedem obſervantia, Romano Pontifici voluerint ſignificare, eoſdem, ſivè Epiſcopos, ſivè alios, qui ab eis mittentur, fides habebunt nuncios, ac relatores, quorum opera ab eadem Sede pro illorum Dominiis, Ditionibus, & rebus firmandis, ac ſtabiliendis, & cum Dei, & Sanctæ Religionis cauſa, ſine qua tutò conſiſtere, haud poſſint conjungendis, opportuna ſinceræ charitatis officia, conſilia, atque ſubſidia expectare certò poterunt.

Ad hoc autem debitum viſitationis officium commodè explendum, ſupradicti omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Itali videlicèt, vel ex Italicis Inſulis, undè in Italiam commodiùs traiici poteſt, veluti Siculi, Sardi, Corſi, & alii adjacentium Provinciarum Italiæ, ac etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ è regione ipſis Italiæ, & Siciliæ oris ſunt, tertio anno, Germani verò, Galli, Hiſpani, Belgæ, Bohemi, Ungari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, & cæteri omnes, qui in Europa ſunt citra mare Germanicum, & Balthicum, ac omnium Inſularum Maris Mediterranei, quarto anno, & qui intra Europæ fines ſunt his Provinciis remotiores; ac etiam Africani littoribus noſtris adverſi, ac Inſularum Maris Oceani Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ citrà continentem novi Orbis, tàm qui nunc ſunt, quam qui ad Catholicam fidem per miſericordiam Dei aliquando redierint, quinto anno, Aſiatici verò, & qui extrà Aſiam,

Aſiam, & in aliis novis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tàm in Inſulis, quàm in continentibus, & denique in quibuslibet Mundi partibus, decimo anno iter ſuſcipiant, & Deo concedente, perficiant; idemque inſtitutum tertio quoque, quinto, & decimo anno repetant, & obſervent. Hæc autem annorum ſpatia à tempore ſuſcepti muneris conſecrationis, vel Pallii traditionis, aut translationis, ut præfertur, incipiant. Quæ nè longiùs differantur, volumus, quod tempus qualecumque excurſum alicui, ex ſupraſcriptis Præſulibus, qui ſivè morte præventus, ſive aliqua quacumque de cauſa ob non finitum tempus ei præſcriptum, dicta limina non viſitaverint, ità illius ſucceſſori effluxiſſe, & excurriſſe intelligantur, ut termino ipſo juxtà prædeceſſoris ſuis jusjurandum completo, debitam tunc viſitationem quamprimum conficere teneatur.

Hi verò ex ſupradictis Antiſtitibus, qui hactenus ab hac Sancta Sede ordinati ſunt, aut dictum Pallium ab ea ſuſceperunt, aut ad aliam Eccleſiam translati ſunt, prout cuique diſtantia locorum, & temporum intervalla præſcripta ſunt, ad ſupradicta omnia obſervanda à die publicationis præſentis Conſtitutionis omninò teneantur.

Iubemus igitur in virtute ſanctæ obedientiæ ſupradictis omnibus Antiſtitibus præſentibus, & futuris, ut viſitationem prædictam ſibi, ſuiſque Eccleſijs adeò utilem, ac neceſſariam, juxtà præſcriptam formulam, omninò conficiant. Si verò (quod abſit) non egerint, eos ab ingreſſu Eccleſiæ, ac etiam ab adminiſtratione tam ſpiritualium, quàm temporalium, necnon à perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum, à Capitulis eorum omni exceptione, & mora ceſſante, interim liberè exigendorum, & in opus fabricæ, ſeù ornamentorum Eccleſiæ emptionem, prout major exegerit neceſſitas inſumendorum ipſo facto tandiù ſuſpenſos eſſe volumus, donec à contumacia reſipiſcentes, relaxationem ſuſpenſionis hujuſmodi a Sede prædicta meruerint obtinere. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, &c. Quintodecimo Kal. Ianuarii 1585. Pontificatus noſtri anno primo.

Quare, circa perſonam in præinſertis literis qualificatam,
ab Epiſcopo impedito, deputandam ad prædicta limina viſitanda, quatenus dicitur. *per certum nuncium, &c. de gremio ſuorum Capitularium, aut alium*, &c. non poteſt idem Epiſcopus aliquo modo excedere limites ſupradictæ Conſtitutionis, ſub pœnis in ea contentis, ac geſtorum nullitatis; qua-
69 re ſi prædicta limina, nomine Epiſcopi viſitentur per eum,
qui manet, ſeù commoratur in Curia, abſque eo, quod ad
hunc effectum ſpecialiter ad ipſam Curiam mittatur, non
ſatisfacit Conſtitutioni prædictæ; quod quidem Sacra Congregatio Concilii nunquàm licèt ex graviſſima cauſa, etiam
ſi Epiſcopus fuerit S. R. E. Cardinalis in ſua Diœceſi reſidens, admiſit, prout declaravit in una *Fulginate. 11. Iulii*
1626. teſte Barboſ. *in collect. Bull. verbo limina Apoſtolorum, fol. mihi 433. verſ. 1.*

Præterea in una *Elboren.* cum Archiepiſcopus petiiſſet
70 admitti ad viſitanda limina ejus nomine, Presbyterum Diœceſanum, non tamen de Capitulo, neque in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, & jam ad Urbem tranſmiſſum, Sacra Congregatio Concilii Die 4. Decembris 1627. pro ea vice fecit gratiam, ſed cenſuit, ſcribendum eſſe Collectori Portugalliæ, qui omnes Epiſcopos in poſterum de hoc admoneret, idem Barboſ. *loc. cit. verſ. 2.*

Et aliàs ipſa Sacra Congregatio noluit admittere Regu-
71 larem, Epiſcopi familiarem, & commenſalem ad prædicta
limina viſitanda, etiam ſi alium non inveniſſe diceret, &
prædictus Regularis jam eſſet in Urbe, ſub die 13. Novembris 1627. idem Barboſ. *loc. cit. verſ. 3.* Licèt aliter dicendum ſit de Epiſcopis reſidentibus in partibus infidelium, pro quibus per Sacram Congregationem de propaganda fide coram Urbano VIII. 28. Julii 1626. fuit declaratum, ſufficienter impleri prædictam Conſtitutionem Sixti Quinti per
Epiſcopos in partibus infidelium reſidentes, ſi id præſtite-
72 rint, medio ipſorum procuratorum, in Curia reſidentium,
ità eruditiſs. Dom. meus *Paulus Squillante* in ſuo celebri
tract. de privileg. Epiſc. p. 1. cap. 9. n. 9.

Præterea ſciendum eſt, quod Sacr. Congregat. Concilii,
Epiſcopo impedito, qui neque per ſe ipſum, neque per certum nuncium accedere valet ad Urbem pro prædictis limi-
73 nibus viſitandis, ſolet illi prorogare tempus ad tres, aut
quatuor, vel quinque menſes, aut alias, juxtà diſtantiam ab Epiſcopatu ad Urbem, ad effectum prædictum; qui poſtmodum elapſo tempore prorogationis, tenetur ad id omninò ſub eiſdem pœnis; niſi fortè ex novo ſuperveniente impedimento, obtineat ſecundam, & quandoque ulteriorem prorogationem; quod quidem tempus ſic prorogatum, computabitur Epiſcopo in proximo futuro triennio, aut alio ex temporibus ſupradictis.

Limina autem Apoſtolorum, quæ Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ viſitare juramento promittunt, licèt nunnulli exiſtiment ea, eſſe Baſilicas SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, alii verò SS. Petri, & Joannis Lateranenſis, in quibus condita ſunt eorum corpora.

74 At verius eſt intelligi de Curia Romana; nam ubi eſt Pa-
pa, ibi intelliguntur eſſe limina Apoſtolorum; quia ipſe fun-
75 guntur authoritate ipſorum Apoſtolorum, ac propterea non
poteſt intelligi de Apoſtolis mortuis, ut ait Felin. *in cap. ego N. de jurejur.* & ibi Abb. *nu. 6. verſ. quæro quid intelligitur hic appellatione liminum*, & Gonz. *ad reg. 9. Cancel. gl. 13. §. 1. nu. 9.* Et ſic omnes dicunt, eſſe Pontificem Maximum, qui illis liminibus præeſt.

Porrò, Epiſcopi cum per ſe ipſos viſitant, tenentur, facta
prius Summi Pontificis pedum deoſculatione, ſtatum ſua- 76
rum Eccleſiarum ipſi Pontifici referre; & quamvis videatur
ſufficere, quod oretenus fiat iſta relatio, ut patet ex ſupradicta Conſtitutione Sixti Quinti quatenus ibi dicitur, *jurent, &c.* cum tamen id clarè non conſtet, an vel oretenus, vel in ſcriptis teneantur, DD. Cardinales, qui pro interpretatione, & exequutione Concilii Tridentini delecti ſunt, decreve-
runt prædictum Statum eſſe in ſcriptis dandum, ſivè per ſe 77
ipſos, ſivè per Nuncium viſitant; ex eo, quod prædicta rela-
tio legitur in eorum Congregatione, ibique exactiſſimè 78
examinatur, ut ſi aliquid pro recto regimine, & adminiſtratione Eccleſiarum, quibus ipſi Epiſcopi præſunt, anteà omiſerint, attentius deinceps invigilent; & ibi prædictæ relationes retinentur pro conſervatione prædictarum Eccleſiarum ſtatus; & ſi quæ emendanda, aut corrigenda noverint, diligenter curent, ut emendentur, & corrigantur, ut ait Germon. *in dict. ſuo tractat. de indult. Cardin. §. nulli, num. 30.*

Et licèt communiter dicatur, quod viſitatio liminum 79
Apoſtolorum, fit honoris cauſa, & ob honorem, & reverentiam, quam Beatiſſimis illis Apoſtolis, cujus vices tenetur Papa, præſtare debemus, & ut evitetur ille faſtus verborum de viſitando Papa; tamen nullus Epiſcoporum eſt, qui ex eadem, vel alia cauſa Romam accedit, non viſitet, non modò prædictas Baſilicas prædictorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſed etiam aliàs quinque, vel ſeptem Baſilicas ob antiquitatem, & excellentiam Sanctitatis, idem Germon. *loc. cit. num. 31.*

Licèt hodiè paſſim ſervetur, ut nuncius, qui nomine Epi- 80
ſcopi, viſitat limina Apoſtolorum, ſecum deferat ad id illius ſpeciale mandatum, cum publico documento legitimas probationes ſuper impedimento Epiſcopi continentes, ac relationem Status Eccleſiæ cum literis ejuſdem Epiſcopi; quæ omnia ex forma prædictæ Conſtitutionis, omninò requiruntur ſub pœnis in ea contentis; & ſufficit præſentari Illuſtriſs. Domino Secretario Sacræ Congregationis Concilii; ac Baſilicas Sancti Petri, & Pauli viſitare, ac de hujuſmodi viſitatione, prædictæ Sacræ Congregationi fidem in ſcriptis factam à Deputatis ad id in dictis Baſilicis, exhibere, quæ eidem D. Secretario, ab ipſo viſitante conſignatur, qui poteſt ab ipſa Curia poſtmodum diſcedere, etiam non expectato reſponſo ejuſdem Congregationis, quia poſtmodum examinato ſtatu prædictæ Eccleſiæ eidem Epiſcopo reſcribitur, & reſpondetur, etiam pro reſolutione negociorum, pro quibus ſupplicari conſuevit in calce ejuſdem Status, ut ex infraſcripta formula, quam tamquam copioſam, & amplam hic ſubnectere placuit, quæ eſt tenoris ſequentis, videlicet.

Eminen-

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini.

CVm Sanctiſſimo D.N. ob ſummam poteſtatem ſibi traditam à Chriſto Domino, ſollicitudo incumberet omnium Eccleſiarum, jure, ac meritò ſtatutum eſt, ut cuncti Chriſtiani Orbis Antiſtites, præfinito quodam tempore, ad Sedem Apoſtolicam accederent, regiminis ſui rationem reddituri, & monita, ac præcepta ſalutaria indè recepturi: Id verò hoc tempore, præſens præſtare omninò conſtitueram, ut tam ſanctæ peregrinationis uberes fructus, non tam animo, quàm oculis, & auribus haurirem; ſed gravia, & multiplicis generis impedimenta de repente ſuborta, me detinuerunt, & adhuc detinent, quominus hoc iter arripere poſſim. Eſt igitur, quod gratias agam, & habeam immortales Sanctitati ſuæ, quæ mihi indulgere dignata eſt, ut ad peragendam Sacrorum liminum Viſitationem, Nuntium deſtinare, facultas mihi eſſet. Delegi propterea ad id muneris Reverendum Angelum Roſettum, Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ Clararum hujus Brixien. Diœceſis, probatæ vitæ, & bonæ converſationis Sacerdotem, qui meam vicem gerat, & de univerſo ſtatu hujus meæ Eccleſiæ, Amplitudines veſtras Eminentiſſimas reddat certiores; & ne in re tam gravi, à veritate, vel minimum aberrare poſſit, omnia, quæ cognitu digna ſunt, ſcriptis exarata eidem perferenda tradidi.

Inter alias Galliæ Ciſalpinæ Civitates, ſemper habita eſt magni nominis, Brixia, quippè quæ, & originis antiquitate, & divitiarum copia, & agrorum longè, latèque patentium ubertate, valdè excellit; Ea verò Sereniſſimæ, & excelſæ Reipublicæ Venetæ Imperio paret fæliciter; & quemadmodum fide, & in obſequio in ſuum Principem nulli cedit, ità erga Deum pietate, ac religione floret; cujus rei tùm vetuſta, tùm recentia exempla, & monumenta ſuppetunt.

Chriſtianam fidem à B. Barnaba Apoſtolo accepiſſe traditur. Cum enim ipſe Lyguriam, atque Æmiliam peragraſſet, Mediolanum, & Brixiam ſe contulit, atque utrique Civitati Divum Anathalonem Diſcipulum ſuum præfecit; ſic enim illa ferebant tempora, ut ob ſacrorum Antiſtitum penuriam, unus multiplicis gregis curam ſuſciperet; effecit autem Apoſtolica inſtitutio, ut ſemper Catholica fides culta, & ſervata fuerit; ut propterea magnus Sanctorum Epiſcoporum numerus, poſt Anathalonem ſucceſſerit; nec unquam hæreſum labes, etiam quo tempore Mediolanum pervaſerat, ipſam inficere (Deo favente) potuerit.

Fuit etiam plurimorum Sanctorum Martyrum perfuſa, atque irrigata ſanguine, inter quos principalem locum tenent Sancti Fauſtinus, & Iovita Cives ſui, qui & patroni, ac titulares ejuſdem ſunt; & illorum auxilium in graviſſimis periculis, non ſemel experta eſt.

Eccleſia Cathedralis aliàs bipartita fuit, ſed modo nova ejuſdem ædificio, una eſſe capit; immò magnæ hujuſmodi progreſſiones factæ ſunt, me opus urgente, & Civitate ipſa opem, & opes exhibente; illi enim onus fabricæ incumbit, cui Clerus univerſus pro ſumma aureorum mille quotannis, perſolvendorum ſubſidio eſt.

Titulus ejuſdem Eccleſiæ eſt B. Virginis Aſſumptæ, cujus imago cum effigie Sanctorum Fauſtini, & Iovitæ in publico, Cancellariæ Epiſcopalis ſigillo impreſſa eſt.

Ædes Epiſcopales ſunt ſatis amplæ, & magnificæ, quas ego ornatiores, & pulchriores reddidi, multa extruens, ac reficiens, & præſertim inferiorem aream, ſchalas, ac aulam ipſam magnam, non modò laqueari auro, ac picturis conſpicuo, ſed omnium Epiſcoporum imaginibus ibidem collocatis, honorificentiſſimam reddidi.

Proventus menſæ Epiſcopalis, licèt pro Eccleſiæ ſplendore non ſint ità pingues, non tamen tenues dici poſſunt; & ſuper ipſis impoſita eſt una penſio aureorum mille, quæ ſolvitur Rever. D. Abbati N.

Extant in Eccleſia Cathedrali ſex Dignitates, videlicet Archidiaconatus, quæ primum locum obtinet poſt Pontificalem, Archipresbyteratus, cui etiam adnexum eſt onus curæ animarum pro definita quadam parte, & Parochiæ, Præpoſituræ, Vicedominatus, Cantoriæ, & Decanatus; ex iis duæ Priores, & poſtrema certos habent redditus, reliquæ nullos; non admittuntur autem in Capitulo, prout juris eſt, & vetus conſuetudo obtinuit.

Canonicatus ſunt ſeptemdecim, & eorum major pars Sacerdotium annexum habet; reliqui ſuis ordinibus adſcripti ſunt.

Præbenda pro Theologo, & Pœnitentiario, fuerunt erectæ, & ut juris, ad ſua munera obeunda, idoneis collatæ.

Extant præterea Manſionariæ ſex, quorum tres vocantur Honorabiles; duæ tamen ſunt participes diſtributionum Canonicalium; itaut earum ſingulis competat dimidia portio Canonica.

Non deeſt competens numerus Sacerdotum, quorum aliqui ſunt Titulares Capellani numero undecim; aliqui amovibiles, qui ſtatis diebus miſſas celebrant, & choro etiam inſerviunt.

Manutenentur expenſis Capituli, Magiſtri Grammaticæ, & Muſicæ, ac inſuper Acholyti, & alii Clerici, qui Eccleſiæ miniſtrant.

Præter alias Reliquias, aſſervatur in quadam Capella honorificentiſſimè extructa in Eccleſia ipſa Cathedrali, Sanctiſſima Crux, quæ aurea, & flammea nuncupatur, quam aliqui à Conſtantino Magno, aliqui à Carolo Magno Civitati dono datam exiſtimant; & cum ea, Chriſtiano more, circumfertur, tùm aeris ſerenitas, tùm pluvia, prout neceſſitas exigit, impetrari creditur, prout etiam longiſſimo uſu, atque experimento compertum eſt.

Præter Cathedralem, quæ, ut diximus, etiam Parochialis eſt, extant undecim aliæ Parochiæ, quarum ſex à Rectoribus ſæcularibus, reliquæ à Regularibus gubernantur.

Fuit ſemper antiqua Eccleſiæ Cathedralis prærogativa, ut in quibuſcumque funeribus, etiam ſi extrà illius Parochiam eſſent, tùm Regulares, tum Rectores aliarum Parochialium ad ipſam accedere ſolerent, Clerumque deducerent, & primas deferrent tàm in levando cadavere, quàm in officio, etiam in ipſorum Eccleſiis faciendo: hanc tamen laudabilem conſuetudinem Regulares quidam perturbare auſi ſunt, ac nonnulli eorum quædam fortaſſe ſuffragia per ſubreptionem obtinuerunt; & maxime certè expediret, ut Eccleſia ipſa Cathedralis, adverſus quoſcumque actus contumaciales reſtituta, in antiqua jurium ſuorum poſſeſſione conſervaretur; ac totum negotium alicui in partibus terminandum committeretur.

Inter Parochiales verò primum locum obtinet Eccleſia Sancti Nazarii, quæ etiam Collegiata exiſtit inſignis; nam præter Præpoſituram, primam Dignitatem, habet etiam Primiceriatum, aliquos Canonicatus, & Capellanias novem, & cum illius Præpoſitus hunc ſtatum Eccleſiæ Collegiatæ ſubvertere vellet, ego tandem poſt multas expenſas, obtinui declarari à Sacra Rota omnium Dominorum ſuffragiis, Eccleſiam eſſe Collegiatam, ut patet ex deciſione, etiam impreſſa, quæ facta fuit die 17. Iunii 1605. & ex alia ejuſdem Rotæ, in qua mandatum de manutenendo pro ſtatu Eccleſiæ decretum fuit.

Monaſte-

Monaſteria Monialium in Civitate numerantur quatuordecim, in Diœceſi autem ſex; quibus præficitur Vicarius, qui eorum curam habet; graviora tamen negotia ad me defert; eorumdem viſitationem egomet obire ſoleo.

Eorum Monaſteriorum, quæ in Vrbe ſunt octo, & quæ in Diœceſi, quatuor regimini Ordinarii ſubduntur, reliqua à Regularibus gubernantur.

Silentio præterire non poſſum, Monaſterium Capuccinarum, quæ ſtrictioris vitæ rigorem, quem Capuccini ſervant, ad unguem imitantur; atque ea vitæ Sanctitate fulgent, ut extraneas, etiam ad ſe trahant, numeruſque illarum in immenſum creſceret, niſi puellæ, quæ ingredi capiunt, diuturni temporis experientia à me probarentur.

Extant præterea pia loca, ut convertitarum, ſuccurſus, zitellarum, Orphanorum, Domus Dei, in quibus mulieres, puellæ, pueri, reſpectivè aluntur.

Reperiuntur Hoſpitalia duo: alterum, quod vocatur magnum, proventibus ampliſſimis locupletatum, quod erga omnes infirmos hoſpitalitatem egregiè exercet; & duos præterea Doctores conducit Sacræ Scripturæ alterum, & alterum grammatices, aureis centenis nummis, ſingulis annuatim attributis.

Alterum hoſpitale eſt, quod Incurabilium vocatur, non ità quidem locuples, ſed pari tamen pietate regitur.

Sunt duo Montes Pietatis, quorum prior, etiam divitibus dat mutuum, poſterior verò, non niſi pauperibus.

Inſignis eſt ſodalitas Virginum, quæ ſub auſpiciis Sanctæ Vrſulæ, Deo præſtant famulatum, hæ quidem ſub parentum cura in propriis domibus degunt habitu quodam, licèt non Regulari, à communi tamen diſtincto, utuntur, Superiorem ex eorum Collegio deligunt, Sacramenta frequentant; & in piis Chriſtianæ vitæ officiis ſe exercent; caſtitatis propoſitum præſeferunt, non tamen votum emittunt à piis viris, ſolo juſſu reguntur; & per varia etiam Diœceſis loca hoc inſtitutum propagatur; cum plures ex illis, quæ in Civitate degunt, ſint ex Nobilibus familiis.

Seminarium Clericorum, ad præſcriptum Sacri Tridentini Concilii inſtitutum, honeſtos proventus habet. Regitur magna cura, itàut in moribus, & literis juvenes proficiant, adhibitis optimis præceptoribus, & graviſſimis viris, qui in hoc opus aſſiduè incumbunt; illius ædes hoc tempore, commodiores, & laxiores reddidi, additis porticu, & xiſto, ac cubiculis nonnullis, ſacello, & diverſorio pro infirmis.

Confratriæ laicorum virorum, quæ vulgò Diſciplinæ vocantur, ſunt quatuordecim in Civitate, & totidem per Diœceſim proceſſiones publicas comitantur, & aliquando funera; habentque ſuas Eccleſias, & diebus feſtis pſallunt, miſſas audiunt in eiſdem, & alia præterea pietatis opera exercent.

Congregatio præterea quædam eſt piorum virorum, qui neceſſitates pauperum familiarum ſcrutantur, ipſiſque tùm ex piis legatis, tùm ex collata pecunia providere ſtudent; & orationis quadraginta horarum peculiarem curam gerunt.

Diœceſis Brixiana, univerſæ Italiæ ampliſſima eſt; nam protenditur à Ponteligni, qui eſt unicus in extrema ora Vallicelliſca uſque ad Ponteuicum, in longitudinem centum milliarium, ejus verò latitudo alicubi patet milliarium circiter quinquaginta; ſunt in ea aliqua Oppida, & Villæ ditionis Sereniſſimi Ducis Mantuæ, & aliorum Baronum, & Dominorum de Gonzaga, quæ ab immemorabili tempore regimini Epiſcoporum Brixien. aſſueta magnum commodum reportant.

Quæ ad numerum Eccleſiarum Parochialium, & Monaſteriorum Regularium, Abbatiarum, Conſiſtorialium, & Prioratuum, ac Commendarum pertinent, ea in aliis præcedentibus ſtatibus fuerunt expoſita, ut propterea illis denuò recenſendis ſuperſederi poſſit.

Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutio tum in Civitate, tum in Diœceſi ità floret, ut exteris exemplo eſſe poſſit; & licèt in hoc ſanctæ memoriæ Caroli Cardinalis Viſitatoris Apoſtolici, ac meorum prædeceſſorum labores grato animo agnoſcam, mea tamen qualiſcumque opera, & vigilantia pro illius incremento nunquam defuit, neque defutura eſt in poſterum.

Verbi Dei prædicatio non modò in Cathedrali, tempore quadrageſimæ, Adventus, & per annum, ſed etiam in ſingulis Oppidis, & Villis frequentiſſimè habetur; atque hoc munus à Parochis ipſis, & Curatis, qui, ut plurimum multa doctrina, & eruditione ſunt, cum laude exercetur.

Viſitationi Diœceſis quotannis incumbitur, eamque egomet perluſtrare non deſiſto, adhibitis doctiſſimis viris in partem operis, & ſollicitudinis, præter Vicarios foraneos, qui ſunt numero quinquaginta, & viſitationem à me peractam pro ſua quæque regione urgent in ſingulos menſes.

Conventus etiam Clericorum ab iiſdem habentur menſtrui, in quibus de Sacramentis, & variis conſcientiæ caſibus diſputatur.

Forum Epiſcopale, ſumma Dei benignitate ità regitur, ut abſit, & à Vicario Generali, & ab omnibus Miniſtris quæcumque ſordida ſuſpicio, juſtitia autem, rectè quidem, & pro modo culpæ adminiſtratur, ſed omnia Chriſtiana, & Eccleſiaſtica charitate leniuntur.

Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officium ſua munera exercere, liberè, me in primis, non modò adjuvante, ſed etiam promovente; nec deeſt Illuſtriſſimorum DD. Protectorum protectio, & favor, quando illi requiruntur.

Sacerdotes ſunt in magno numero, & ferè omnes honeſtis vitæ alimentis proviſi; nam præter patrimonia illis aſſignata, quando beneficia deſunt, ex piorum etiam legatis, & ſcholarum oneribus, vel liberis conductionibus ſuſtinentur; Doctrina autem, Summo Dei beneficio quamplurimi eorum excellunt, & gradibus Doctoratus inſigniti ſunt. Reliqui mediocri cognitione pollent, & in his, quæ ad ſua munera ſpectant, abundè verſati ſunt; id verò oritur ex duplici capite. Primum, quòd ad Sacros Ordines, non niſi exquiſito examine, & magno adhibito ſcrutinio promoventur. Secundo, ex eo, quòd ut ſuperius dixi, ſingulis menſibus conventus Sacerdotales habentur, in quibus poſt Catechiſmi, ſeù Concilii Tridentini lectionem, quæſtiones variæ rerum Sacrarum proponuntur, & diſcutiuntur; Quę poſteà ad virum à me deſtinatum, mittuntur, ut de iis judicium ferre poſſit; & quę minus tutam, aut non communem deciſionem habuerunt, emendentur, & corrigantur.

Rituale Sacramentorum, licèt à prędeceſſoribus Epiſcopis compoſitum, & in lucem emiſſum, fuit tamen meo juſſu recuſum, & multis opportunè additis, cumulatius redditum, itaut eo, Parmenſes, Placentini, Cremonenſes, & Cremenſes uterentur; cum verò nuper prodierit Rituale Romanum, illud etiam imprimi curavi, utroque enim Parochi cum magno fructu uti poterunt.

Extabat etiam volumen quoddam Conſtitutionum, quę certè suo tempore editę ſunt, magnam utilitatem attulerunt univerſo Clero, ſed illud penè interciderat; & cùm poſtmodùm quatuor Concilia Provincialia celebrata fuerint, & complures Conſtitutiones Pontificię promulgatę, viſum eſt mihi neceſſarium longè locupletius Conſtitutio-

numopus

num opus emittere, in quo decreta complura in variis Synodis à me habitis, facta, multæ literæ paſtorales, atque edicta ad mores, ac diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia, addita ſunt.

Diutius immorari in recenſendo Eccleſiæ meæ ſtatu, neceſſarium non arbitror; cum id à me pluries fuſius, & uberius factum fuerit: quædam dumtaxat ſubiiciam, pro quibus obtinendis Amplitudinum veſtrarum Sapientiam, atque eximiam auctoritatem imploro, atque exopto.

Negotia, pro quorum expeditione ſupplicatur.

PRimum, Cùm Sanctorum Fauſtini, & Iovitæ patronorum Brixien. celebretur officium cum octava, & nihil de proprio habeatur, niſi unica lectio, quæ extat in Breviario; Reverendus Pater Abbas Sanctæ Apræ Canonicorum Regularium, cujus Eccleſia aliàs vocabatur Sancti Fauſtini ad ſanguinem devotione permotus, integrum officium proprium compoſuit, recitandum in ſolemnitatibus horum Sanctorum, illud verò, meo juſſu lectum à viris doctis, viſum eſt, cohærere antiquitati, & probatis hiſtoriis. Cùm verò Sacræ Congregationis Rituum oblatum fuerit videndum, ego ſummi beneficii loco ducam, ſi amplitudines Veſtræ Eminentiſſimæ dignabuntur pro illius celeri recognitione authoritatis ſuæ pondus addere, & benignitatis teſtimonium ad eam rem præſtare.

Secundum, Mea Diœceſis, ratione Valliſtelliſca, finitima eſt Vallitellina; propterea accidit, ut tùm in ea parte, tum alibi, multi extent, qui incidunt in hæreſim exteriorem illam, ſed aliàs occultam, & ad forum judiciale non deductum. Pro hujuſmodi hominibus, ſi ad cor revertantur, nullum præſens remedium in foro conſcientiæ ſupereſſe videtur; nam cum facultas conceſſa à Sacro Tridentino Concilio Epiſcopis abſolvendi à crimine hæreſis, ſit ſublata per Bullam Cœnæ Domini, ut Sacra Congregatio cenſuit, difficillimum erit, inducere pœnitentes ad ſe ipſos prodendos Inquiſitori, qui illos non abſolvet, niſi prævia abjuratione. Mihi igitur videretur non ſolum opportunum, ſed planè neceſſarium petere Amplitudinum Veſtrarum interventu à S. D. N. indultum abſolvendi in foro Animæ ab hæreſi occulta, cum clauſulis tamen efficacibus, nè annua Bullæ Cœnæ repetitione indultum ipſum irritum redderetur.

Tertium Clarum eſt, ex Concilio Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. *beneficia, quibus imminet cura animarum, conferri debent per concurſum; poſtmodum Sacra Congregatio ejuſdem Concilii interpretum declaravit, illud decretum non habere locum in Dignitatibus, & Canonicatibus, Curatis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, idque ex* cap. Statuimus, de elect. in 6.

Nunc verò hujuſmodi declaratio extenditur ad Capellanias coadiutorales ſimplicium Parochialium, quòd adverſatur laudabili conſuetudini hujus Provinciæ, & præſertim meæ Diœceſis, vergitque in maximum animarum præjudicium.

Quartum, in Valletrumpina, & aliis locis meæ Diœceſis, ſunt complures ferrifodinæ, in quibus magna hominum multitudo ferro eruendo incumbit. Cum verò tempore Quadrageſimæ, oleo, & piſcibus ob paupertatem uti non poſſunt, lac farinæ paſſim admiſcent, & placentas efficiunt, quibus aluntur, exiſtimantes, niſi hoc facerent, vires ſibi ad opus defuturas. Neſciunt Parochi, qua ratione conſulant hujuſmodi hominibus; nec quomodò cum illis ſe gerere debeant, neque ego hucuſque aliquid certi Parochis ipſis præſcribere potui; hinc enim jus naturæ quodammodò vigere, hinc præceptum Eccleſiæ de cavendo àcibis vetitis, quòd ab omnibus ſanis violari non poſſe, certum eſt. Remedium igitur aliquod imploratur. Confido autem, Amplitudines Veſtras Eminentiſſimas in his propoſitis capitibus, Dei gloriæ, & animarum ſaluti conſulturos, meque earundem protectioni, & gratiæ commendo quàm humillimè, &c.

Eminentiarum VV. Reverendiſſimarum

Servus Addictiſſimus N.

Epiſcopus Brixien.

Hæc autem, circa erectiones Sæcularium, & Collegiatarum Eccleſiarum, de quibus hactenus loquuti ſumus. Aliàs, etiam vidimus ſimiles erectiones, cum amplioribus indoltis, conceſſionibus, gratiis, & facultatibus, juxtà loci, & petentium qualitates; ac inter cæteras, erectionem factam per ſel. record. Pium IV. in Oppido de Medina Cœli Seguntin. Diœceſis, ad inſtantiam illius Ducis, quæ continet ampliſſi-
81 ma privilegia, & indulta, & tanquàm plurimùm celebris,
82 circumfertur in Romana Curia, etiam inter Officiales Datariæ Apoſtolicæ, & in caſibus contingentibus petendi hujuſmodi gratias, adducitur in exemplum.

Nam in dicta Eccleſia, quæ eſt ſub invocatione Sanctæ Mariæ, inſtituit unam Abbatiam, quæ principalis, pro uno Abbate, ad quem juriſdictio in Capitulares, & alias ipſius Eccleſiæ perſonas, ac exercitium curæ animarum Parochialium dictæ Eccleſiæ pertineant, & unum Prioratum, qui ſecunda, & unam Scholaſtriam, quæ Tertia, ac unam Cantoriam, quę Quarta, necnon unam Theſaurariam, quę Quinta inibi Dignitates exiſtant, ac Archipresbyteratum ex alia Eccleſia, in dictam Collegiatam tranſferendo, illum ibi in Sextam Dignitatem, qui eaſdem curam, & adminiſtrationem, quas Archipresbyter de Medina Cęli habuit, habere debeat. Necnon Sexdecim Canonicatus, ac totidem præbẽdas, quorum unus, & una Theologales, pro una Magiſtro in Theologia, cujus electio ſpectet ad Capitulum; ita quòd in hujuſmodi electione, nullus præter Abbatem, qui Dignitatem obtineat, niſi etiam Canonicus ipſius Eccleſiæ exiſtat intervenire, vocemque activam habere poſſit, ac Quatuor integras, pro totidem integris Portionariis, quorum unus Magiſter Capellę, & alius Organiſta, ac alius Sacriſta, & reliquus Scepttifer ibi ſint, & nuncupentur, ac Duas dimidias Portiones, quarum una Portionario, dimidio Campanario nuncupato, reliquæ verò dimidiæ portiones hujuſmodi ſex pueris, ſeù Miniſtris Chori dictæ Collegiatæ aſſignari debeant.

Eidemque Duci, ejuſque ſucceſſoribus Medinæ Cęli Ducibus, ex cauſa dotationis, conceſſit juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas, & in dicta erectione, qualificatas, ad ſupradictas omnes Dignitates, ſinguloſque, demptis Theologalibus, Canonicatus, & præbendas, portiones, & alia beneficia, tàm à primæva erectione, quàm deinceps vacare contigerit, Ordinario loci, qui illas præſentatas infra triduum, ad inſtar privilegii patronis Eccleſiarum ſæcularium, & Collegiatarum de Berlanga, aut de Aquilar, Seguntin. & Burgen. Diœceſum, per Sedem Apoſtolicam conceſſi, inſtituere debeat. Ità quod ipſe Ordinarius, infra triduum hujuſmodi perſonas prædictas inſtituere indebitè recuſaverit, tunc, & eo caſu, Ordinarium viciniorem, aut aliam perſonam, in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutam, adire valeant, qui, vel quæ præſentatas perſonas hujuſmodi, in illis, Apoſtolica authoritate inſtituere, liberè, & licitè poſſit.

Necnon eidem Eccleſiæ, illiuſque Dignitatibus, ſingulis Canonicis, Portionariis, Beneficiatis, & perſonis pro tempore exiſtentibus, ut omnibus privilegiis, &c. etiam quoad delationem Almutiarum, & Capparum, quibus aliæ Collegiatæ Eccleſiæ illarum partium, quarum perſonæ Capitula conſtituunt, ac earum, necnon Cathedralium, & Metropolitanarum eccleſiarum Canonici, Portionarii, & Dignitates in illis obtinentes, &c. utuntur, uti poſſint.

Ac etiam immunitate à ſolutione annatæ, ſeù dimidiorum, vel aliorum fructuum Dignitatum, Canonicatuum, & præben-

bendarum, ac portionum, aliorumque ſuorum beneficiorum, occurrente eorum vacatione, Eccleſiæ Seguntin. & cujuſvis privilegii Apoſtolici, illi, etiam Regum, Reginarum, & aliorum Principum contemplatione conceſſi, prætextu facienda, uti, potiri, & gaudere.

Ipſique Canonici dictæ erectæ Eccleſiæ in Judices Apoſtolicos, & Conſervatores delegari.

Et tam ipſi, quàm Dignitates obtinentes, Portionarii, & alii beneficiati, ex eo, quòd Oppidum prædictum, hyemali tempore, frigoribus valdè eſt expoſitum, horas matutinas, non media nocte, ſed prima nobis hora, omnibus diebus, cantare, & recitare, necnon eiſdem, ne perpetuam ibi reſidentiam faciendo, propter loci frigiditatem, & intemperiem, in ægritudines incidant, tres menſes continuos, ſivè interpolatos ſingulos annis, per quos continuo, ſeù interpolatis vicibus, prout ſibi reſpectivè viſum fuerit, de ipſorum Abbatis, & Capituli licentia, & prout illis expedire videbitur, ſe ab Eccleſia abſentare, & quò voluerint, proficiſci, ac interim fructus, &c. ac diſtributiones quotidianas Dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, ac portionum ſuatū, ac ſi præſentes dictæ Eccleſię deſervirent, percipere poſſint.

Necnon eiſdem Duci, & Abbati, quòd inſimul quæcunque ſtatuta, &c. numerum præbendarum, augendarum, vel minuendarum, condere, &c. limitare, corrigere, &c. ac de novo edere, ad inſtar aliarum Collegiatarum Eccleſiarum Hiſpaniæ, &c. ac quaſcunque pœnas, &c. apponere, &c. ac debitæ exequutioni demandare.

Necnon eidem Abbati, quòd ſtallum in Choro ipſius Eccleſiæ Seguntin. ac quàm Rector dictæ Eccleſiæ S. Mariæ hactenus inibi habuit, Dignitatem retinere, eiſque, ut prius, necnon Rochetto, ad Epiſcoporum inſtar, ac mitra, annulo, baculo paſtorali, aliiſque Pontificalibus inſignitis uti, & tam in dicta Collegiata, quàm aliis Eccleſiis, & locis Eccleſiaſticis, in quibus in pontificalibus pro tempore celebrabit, benedictionem ſolemnem, poſt miſſarum, Veſperorum, aliorumque divinorum officiorum ſolemnia, ſuper populum inibi intereſſentem; dummodò aliquis Antiſtes, &c. elargiri.

Ac Cruces, Imagines, Campanas, Vaſa, Tabernacula etiam pro conſervatione Sacramenti Euchariſtiæ, ac Reliquiarum Sanctorum, Corporalia, Veſtimenta, etiam Sacerdotalia paramenta, & ornamenta quæcunque dictæ Eccleſiæ, ejuſque Altarium, citrà tamen calices, & patenas, benedicere valeat.

Necnon erectam Eccleſiam prædictam, illiuſque Cœmeterium, ſanguinis, vel ſeminis effuſione, aut aliàs quovis modo pollutam, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem benedicta, aſperſa, reconciliare.

Ac perſonas dicti Oppidi, & illius diſtrictus, ad hoc idoneas, clericali charactere inſignire, & ad minores ordines, ſtatutis à jure temporibus, promovere; ac in caſibus Ordinariis locorum reſervatis, abſolvere.

Necnon omnes, & ſingulas cauſas, inter perſonas Eccleſiaſticas dicti Oppidi tantùm, beneficialibus, titulum beneficii concernentibus, matrimonialibus, & decimalibus, ac criminibus, in quibus mors, aut mutilatio membri ſequatur cauſis dumtaxat exceptis, quas, necnon cauſas appellationum ab ipſius Abbatis definitiva ſententia, quę totum negotium principale definiat Epiſcopus Seguntin. ſive ejus Vicarius Generalis cognoſcat, & circa eas omnimodam ordinariam juriſdictionem habeat, & exerceat, cognoſcere valeat: cauſæque prædictæ ante definitivam ſententiam, ex quavis cauſa per Epiſcopum, ſivè illius Vicarium prædictum, ab eodem Abbate avocari non poſſint.

Quodque prædictus Epiſcopus, ſeù Vicarius, perſonas, ad Dignitates prædictas, per dictum Ducem præſentatas, inſtituere, ac jura propterea ſibi debita, prout ex aliis beneficiis, juxtà Conſtitutiones Synodales Seguntin. citrà tamen annatam prædictam percipere valeat: ipſarumque perſonarum præſentatarum inſtitutio ad eum pertineat.

Necnon idem Abbas omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, benedictioni, per eum, ut præfertur, largiendæ pro tempore aſſiſtentibus, verè pęnitentibus, & confeſſis, ſeù confitendi propoſitum habentibus, pro qualibet vice, qua intervenerint, indulgentiam, quam Antiſtites in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus, Chriſti fidelibus, benedictioni eorum intereſſentibus, concedere poſſunt, & concedere conſueverunt, concedere, & elargiri, illamque dicti Chriſti fideles conſequi.

Inſuper Abbas, & Canonici prædicti, tempore interdicti, ordinaria authoritate appoſiti, miſſas, & alia divina officia, etiam januis apertis, & alta voce (excommunicatis, & interdictis excluſis) dummodò ipſi cauſam non dederint hujuſmodi interdicto, celebrare: ac perſonis infrà limites Parochiæ dictæ Collegiatæ Eccleſiæ commorantibus, tempore interdicti hujuſmodi Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, ſeù miniſtrari facere.

Ipſeq; Abbas, in quoſcumque contradictores, & rebelles, ſibique ſubjectas perſonas, & excommunicationi, & aliàs ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas promulgare, & quaſcumque per eum latas ſententias exequutioni demandare, ac alia circa hoc neceſſaria facere, licentiam conceſſit.

Præterea, Abbatem, ac Dignitates obtinentes, Canonicos, ac Portionarios, aliaſque perſonas dictæ Eccleſiæ, ab omni juriſdictione Epiſcopi Seguntin. ac etiam aliorum quorumcumque ordinariorum locorum, ac illorum Vicariorum, & Officialium: ità tamen, quòd dictus Epiſcopus Seguntin. ſi illo verò abſente, per ejus Vicarium Generalem, Proviſorem nuncupatum pro tempore reſidentem, Eccleſiam prædictam, & illius Capitulum, Abbatem, necnon omnes Dignitates obtinentes, ſinguloſque Canonicos, Portionarios, & beneficiatos, ac perſonas, & Presbyteros, illorumque beneficia, & bona viſitare, corrigere, ac omnimodam juriſdictionem in illos, & ea, jure viſitationis tantùm, exercere, &c. valeat, exemit: ac ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit, & Eccleſiam, alioſque omnes ſupradictos, eorumque beneficia eſſe exempta, etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, juriſdictionem exercere, aut alias pœnas Eccleſiaſticas promulgare non poſſint, & alias in contrarium irrita eſſe declaravit.

De hac erectione meminit Rota in una *Seguntina Dimidiæ Annatæ, quæ eſt deciſ. 136. num. 7. par. 1. recent. &* Garc. *de benef. par. 6. cap. 3. num. 99.*

Finis Libri Secundi.

PRAXIS ERECTIONIS, ET COLLATIONIS

Parochialium Eccleſiarum

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Praxis Erectionis Parochialium Eccleſiarum, Apoſtolica authoritate factæ, cum Reſervatione Juriſpatronatus, ac proviſione.

SUMMARIUM.

1 *PArochialis Eccleſiæ Rector, ad nutum amovibilis, quomodo ex nova Papæ erectione fiat perpetuus.*
2 *Manualitas in Rectore Parochialis Eccleſiæ, non admittenda, & quarè.*
3 *Fundator Parochialis Eccleſiæ non poteſt apponere conditionem, quòd illius Rector ſit amovibilis.*
4 *Formula ſupplicationis proponitur circa erectionem Parochialis Eccleſiæ, cum mutatione Rectoris amovibilis in perpetuum.*
5 *Parochialitas non arguitur ex fonte baptiſmali, neque ex Cæmeterio, num. 6. & quarè, num. 7.*

ACtum eſt ſuperiori libro de iis, quæ ad praxim pertinent erectionis Parochialium Eccleſiarum in Sæculares, & Collegiatas; quæ, cum, ſicut in principio ejuſdem libri diximus, plures illa in beneficialibus, tàm circa ſubſtantialia, quàm accidentalia, contineat partes, licèt, & ſequentibus, ordo retrogradus exiſtimetur, indè tamen materia ſuaſit exordiri. Quarè, cum etiam ſimplex Eccleſia, nedum Apoſtolica, verum etiam ordinaria authoritate in Parochialem erigatur, proindè ſequitur hic videre, quid in his ipſa praxis ſervet; ex eo quòd per diverſa jura, id etiam Ordinariis competere, certum eſt, potiſſimum verò ex notorio tex. *in cap. ad audientiam, 1. de eccl. ædific. ac Sacri Concilii Tridentini*, ut infrà idcircò Conſtitutionem Alexandri III. in *d. cap. relatam*, tanquàm gubernaculum, ſolidamque baſim hujus materiæ, ſubnectere viſum eſt, ut ſequitur videlicèt.

Audientiam noſtram noveris perveniſſe, quòd villa, quæ dicitur Hytantum, perhibetur ab eccleſia Parochiali diſtare, ut tempore hyemali, cum pluvia inundant, non poſſint Parochiani ſine magna difficultate ipſam adire: unde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officiis intereſſe. Quia igitur dicta eccleſia ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius Villæ proventus, miniſter illius convenienter valeat ſuſtentationem habere, mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, eccleſiam ibi ædifices, & in ea Sacerdotem, ſublato appellationis obſtaculo, ad præſentationem Rectoris eccleſiæ majoris, cum canonico fundatoris aſſenſu, inſtituas ad ſuſtentationem ſuam ejuſdem Villæ obventiones eccleſiaſticas percepturum: providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci, matrici eccleſiæ ſervetur; quod quidem fieri poſſe videtur: cum ejuſdem Villæ dominus viginti acras terræ frugiferæ velit ad uſus Sacerdotis conferre: Si verò perſona matricis eccleſiæ virum idoneum præſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum, appellationis ceſſante diffugio, inſtituere non omittas.

Poſtmodùm verò ſupervenit *d. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. de reform.* quo cavetur, ut Epiſcopi, etiam tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegati, in omnibus Eccleſiis Parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis verò, in quibus, ob locorum diſtantiam, ſivè difficultatem, Parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non poſſunt, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, juxtà formam Alexandri III. quæ incipit *Ad audientiam*, conſtituere poſſint. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Eccleſiis noviter erectis, præficiendi, competens, aſſignetur portio, arbitrio Epiſcopi, ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocumque pertinentibus, & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam, quacumque reſervatione generali, vel ſpeciali, vel affectione ſuper dictis Eccleſiis, non obſtantibus. Neque hujuſmodi ordinationes, & erectiones poſſint impediri ex quibuſcunque proviſiones, etiam vigore reſignationis, vel quibuſvis aliis derogationibus, aut ſuſpenſionis.

Ex his igitur liquidò conſtat, Ordinarios poſſe authoritate ſibi deſuper impertita, Parochiales Eccleſias erigere, prout etiam docet Rebuff. *in prax. tit. de erectione in Curatam, & Parochialem, per tot.* Mandoſ. *in praxi Signaturæ gratiæ, tit. erectionis*, Leo *in theſ. for. eccl. p. 2. cap. 2. num. 68.*

Inter cæteros autem caſus, in quibus à Sede Apoſtolica hujuſmodi Parochialium Eccleſiarum erectiones emanare conſueverunt, ille eſt, cum videlicèt, adeſt jam Parochialis Eccleſia erecta, habet tamen illius Rectorem ad nutum amovibilem, quòd quidem poteſt contingere ex fundatione ſtatuto, aut conſuetudine; proindeque à Summo Pontifice, petitur ejuſdem Eccleſiæ ſtatus mutatio, ut pluries in ipſa Romana Curia obſervavimus; idque cum illius fundationis derogatione; ut exindè Rector amovibilis, fiat perpetuus, ideſt ad ſui vitam: quandoquidem in earundem Parochialium Eccleſiarum erectione nô debet admitti iſta manualitas, ſeù ad nutum remotio: cum illæ debeant conferri 1
in perpetuum, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, teſte Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 6. nu. 6.* ubi ait, ita fuiſſe per Sac. Congregationem Concilii declaratum ſuper *ſeſſ. 24. c. 18. de ref.* necnon in præſentatione cujuſdam communitatis, quę allegabat antiquam conſuetudinem amovendi Rectorem ad libitum: quod quidem fieri non poſſe, optima ratione probat tex. *in c. 4. de capell. Monac. in 6.* ubi gl. *in verbo perpetui*, dicit, quòd beneficia non debent eſſe ad tempus: quia ſicut matrimonium carnale non contrahitur ad tempus, ſic neque ſpirituale *c. fin. de cond. appoſ. c. actus legitimi, de reg. jur. in 6. l. ſi tibi, ff. de adop.* & fuit dictum in una *Ulixbonen. Juris providendi 2. Decemb. 1605. coram Litta*, id. Gonzal. *d. n. 60.* ubi *n. ſeq.* quòd ex tali mutatione Rectorum, Eccleſia recipit maximum detrimentum.

Undè Rota *in una Toletan. juris nominandi 29. Novem. 1589. coram Blanchetto* dubitavit, an laicus fundator Parochialis Eccleſiæ poſſit in fundatione apponere conditionem 2

quòd Rector ſit ammovibilis ad nutum patroni, & in partem negativam inclinavit.

Pro cujus Praxis majori dilucidatione, hujuſmodi erectionis, ſupplicationis formulam de more Curiæ concipi conſuetam, hic adjicere viſum eſt, tenoris ſequentis, videlicet.

Beatiſſime Pater: Cùm devotus S.V. Orator N. laicus, N. Diœceſis, provide conſiderans, ſe, ejuſque anteceſſores; tanquàm patronos Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ loci N. Diœceſis, juxtà formam illius fundationis ab octuaginta circiter annis factâ, & à loci Ordinario obſervatæ ab inde citrà in poſſeſſione Presbyterum, qui eidem Eccleſiæ in divinis deſerviret, illiuſque Parochianorum animarum curam exerceret, unoquoquè anno ad dictam Parochialem Eccleſiam præſentandi, adeſſe; nihilominus ſi annuale ſervitium hujuſmodi in perpetuum mutaretur, dictaque Eccleſia in perpetuam Parochialem, pro uno Presbytero perpetuò futuro illius Rectore, per S.V. erigeretur & inſtitueretur, illius Parochianorum animarum cura potius per Presbyterum perpetuum, quàm annualem hujuſmodi, majori ſolicitudine, & diligentia exercetur, idque in divini cultus in dicta Eccleſia, cum illius decore, & venuſtate: maximè cum eadem Eccleſia in certis Quinquaginta, & incertis emolumentis Centum ducatos auri de Camera habeat, vergeret augmentum, Supplicant igitur humiliter E.S.V. tàm dictus N. quàm devotus, etiam illius Orator G. Presbyter dictæ Diœceſis, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, eoſque ſpecialis gratiæ favore proſequendo, dictam Eccleſiam in Parochialem perpetuam, cum eiſdem inſigniis Parochialibus quibus ad præſens decorata exiſtit, pro uno Presbytero perpetuò futuro illius Rectore, qui eidem Eccleſiæ in divinis deſervire, illiuſque Parochianorum curam animarum exercere, ac ei Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, aliaque omnia, quæ ad ſimilem Rectorem, de jure, uſu, conſuetudine, & alias quomodolibet ſpectant, & pertinent, facere, dicere, gerere, exercere, & exequi debeat, & teneatur perpetuò, erigere, & inſtituere; illique ſic erectæ, & inſtitutæ pro illius dote, illamque pro tempore obtinentium ſuſtentatione, & onerum hujuſmodi ſupportatione, omnia, & ſingula illius proprietates, res, cenſus; & bona, quæcumque cujuſcumque quantitatis, qualitatis, & ſpeciei exiſtentia, ita quod liceat illius Rectori, pro tempore exiſtenti, per ſe, vel alium, ſeù alios ejus, & dictæ Parochialis Eccleſiæ nomine, ſeù nominibus, propria authoritate, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem proprietatum, rerum, cenſuum, ac bonorum hujuſmodi, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, liberè apprehendere, perpetuò retinere, illiuſque fructus, &c. jura obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita, etiam perpetuò applicare, & appropriare. Et inſuper eidem N. ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ac poſteris, necnon ab eo, & eis deſcendentibus in perpetuum, & in infinitum juriſpatronatus; & præſentandi perſonam idoneam ad dictam Parochialem Eccleſiam, etiam hac prima vice, & quoties illam de cætero perpetuis futuris temporibus, per ceſſum, & ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeù quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, aut privationem, illam pro tempore obtinentium, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ſeù etiam in quocumque ex menſibus S.V. & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ac Sedi prædictæ per quaſcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeù Cancellariæ Apoſtolicæ regulas editas, & edendas, ſeù aliàs quomodolibet reſervatas, & reſervandas, aut locorum Ordinariis, vel aliis Collatoribus per eaſdem, vel aliàs Conſtitutiones Apoſtol. ſeù aliàs quomodolibet hactenus per d. Sedem conceſſa, & in poſterum concedenda, aut etiam de jure communi, vel particulari, ſeù alias quovis modo competentibus, & competituris, aut aliàs quomodocunque quandocunque, & ubicumque tàm in Romana Curia, quàm extra eam vacare contigerit, loci Ordinario, ſeù illius Vicario in ſpiritualibus generali, ad præſentationem eandem in dicta Eccleſia inſtituendam, itidem perpetuò reſervare, concedere, & aſſignare; necnon juſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi laicorum futuris patronis prædictis, non ex privilegio Apoſtolico, ſed ex veris primæva, reali, actuali, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione laicali ex bonis merè patrimonialibus, & laicalibus dumtaxat competere, & ad illos pertinere; ac uti tale ſub derogatione juriſpatronatus ex privilegio Apoſtolico nullatenùs comprehendi, nec illi ullo unquam tempore, etiam cujuſvis litis pendentia, ſeù vacationis ejuſdem Parochialis Eccleſiæ apud Sedem prædictam, etiam ex cauſa permutationis, vel quocumque alio prætextu, & ex quavis cauſa quantumvis urgenti, & neceſſaria per quoſcumque Romanos Pontifices, etiam pro tempore exiſtente, ac S.V. & Sedem prædictam, aut illius Legatos, etiam de latere, Nuncios, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu cujuſvis intuitu, & contemplatione derogari, aut derogatum cenſeri poſſe, neque debere; ac quaſcumque collationes, proviſiones, commendas, præſentationes, inſtitutiones, & alias diſpoſitiones de dicta Parochiali Eccleſia, ut præfertur vacante, quibuſvis perſonis aliàs, quàm ad præſentationem dictorum patronorum, etiam cum ſpeciali, & expreſſa derogatione juriſpatronatus hujuſmodi pro tempore factas, proceſſuſque deſuper informatos, ac indè ſequuta, & ſequenda, & quæcumque nulla, & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe, ac pro nullis, & infectis haberi, & cenſeri debere, nec jus, aut coloratum titulum poſſidendi, cuique tribuere, vel per illa acquiri, neque præſentes, & deſuper conficiendas literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis S.V. vel quopiam alio defectu notari, ſeù impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, aut invalidari, ſeù ad viam, & terminos juris reduci, aut in jus, & controverſiam vocari, aut adverſus eas quodcumque juris, & facti, vel juſtitiæ, aut gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi poſſe, ſed eas ab omnibus, & ſingulis, quos concernunt, & concernet quomodolibet in futurum inviolabiliter obſervari debere, ſicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices, &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, Sublata, &c. judicari, &c. debere irritumque, &c. decernere. Et nihilominus dictam Parochialem Eccleſiam cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c. L. una verò cum incertis CL. ducat. aur. de Cam. &c. non excedunt à primæva illius erectione, & inſtitutione hujuſmodi, aut aliàs quomodolibet vacantem, eidem G. ad præſentationem dicti N. patroni conferre, & de illa etiam providere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus dictæ Eccleſiæ fundatione, quatenus in aliquo obſtet, aliiſque præmiſſis, ac quatenus opus ſit, S.V. & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis de unionibus, &c. committendis ad partes, vocatis, &c. ac de exprimendo verò valore, nec non generalis, & Lateranen. etiam noviſſimè celebrati Conciliorum, uniones perpetuas non niſi in caſibus à jure expreſſo fieri prohibentis, aliiſque Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionib. & ordinationibus, cæteriſq; contrariis quibuſcumq; cũ clauſulis opportunis.

Fiat, ut petitur I.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c.

Nullus etenim, præter Papam, poteſt mutare conditiones in limine fundationis adjectas per patronos, de conſenſu Ordinarii, ut alibi diximus, quare hic non eſt mirandum, cum reſpectu hujuſmodi fundationis, talis erectio ſpectet ad Papam; cum nihil in hoc poſſit Epiſcopus, ut docet Monet. *de commut. ult. vol. c. 10. n. 348. & ſeq.* Ugolin. *de offic. epiſc. c. 32. §. 10.* Marc. Ant. Genuen. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. c. 24. num. 10.*

Pari modo, ad eandem Sedem Apoſtolicam recurſum videmus haberi, ubi de ſimilium parochialium Eccleſiarum erectionibus, Ordinaria authoritate factis dubitari poſſe contingat, cum firmiora ſatis eſſe noſcantur, quæ ejuſdem Sedis minimè roborantur; proindè ſepè evenire ſolet, ut parochialis Eccleſiæ, ordinaria jam authoritate erectæ, confirmatio ſivè nova erectio ab ipſa Apoſtolica Sede impetretur.

Et quoties Summus Pontifex concedit ſimiles erectiones, in quibus pro cauſa allegatur, parochianus ob loci diſtantiam nō poſſe congruis temporibus adeſſe in priori parochiali Eccleſia, &c. ſemper reſcribit Ordinario, ut authoritate Apoſtolica erigat ſervata forma *dicto cap. ad audientiam 1. de Eccl. ædif.* per hujuſmodi commiſſionem videlicèt, *Et committatur Ordinario, ad cujus diſpoſitionem, ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, in concurſu juxtà Concilii Trident. diſpoſitionem dicta Eccleſia erigenda poſtquam erecta fuerit, pertineat. Et de hujuſmodi erectione juxta Conſtitutionem Alexandri Papæ III. quæ incipit, Ad audientiam, & d. Concilii ſuper hoc diſponentis duntaxat. Et ſine alicujus præjudicio.*

Necnon pro erectione fontis baptiſmalis conſuevit Summus Pontifex etiam diſquirere, an eædem cauſæ interveniant, quæ in *d. c. ad audientiam, de Eccl. ædif.* ac propterea fuit aliàs ſimilis erectio petita, & conceſſa cum allegatione hujuſmodi cauſarum, videlicet, propter diſtantiam loci ut *in d. c. ad audientiam*, itineris periculum, præſertim propè flumen, & inundationem aquarum, & alias, ut in ſupplicatione eodem Summo Pontifici porrecta, & ab eodem ſignata, quam apponit Mandoſ. *in tract. Signat. Grat. tit. erectiones ſub verſ. erectio non ſolet, fol. mihi 94.*

Similes gratias erectionis fontis baptiſmalis ſæpè vidi-
5 mus à Summo Pontifice conceſſas; ita tamen, ut ex actu ba-
ptizandi, necnon ſepeliendi, quinimmò, etiam ex decima-
rum, & oblationum, ac primitiarum perceptione non poſ-
ſit hujuſmodi Eccleſia dici parochialis, neque inferri exinde
ad ſtatum parochialitatis; nam ſine Eccleſia parochiali po-
6 teſt etiam cœmeterium, ſivè ex conſuetudine, ſivè Epiſcopi
conceſſione haberi, Archid. in *cap. 1. de ſepult.* Hoſt. in *cap.*
quia nonnulli, de cler. non reſid. Sarnen. *ſuper reg. idiom. q. 11,*
n. 8. & fuit dictum in una *Recanaten. Parochialis, dec. 52. p.*
2. diverſ. nu. 19. & 29. quòd ex actu baptizandi non colligi-
tur cura, cum baptiſma poſſit etiam à laico exerceri, *cap. ad*
limina 30. *qu. 1.* quia actus baptizandi non ſpectat ad curam
neque pœnitentialem, neque judicialem, *d. dec. num. 29.* ta-
metſi actus ipſe baptizandi, & ſepeliendi, item perceptio de-
cimarum, oblationum, & primitiarum ſint jura parochiali,
ut in *d. dec. num. 35.* Ludov. *dec.* 387. *num.* 11. ubi in caſu
probandæ parochialitatis, fuit dictum, non obſtare, quòd
teſtes deponant, in Eccleſia S. Cypriani fuiſſe fontem baptiſ-
malem, & cœmeterium; quia nec fons baptiſmalis probat pa-
rochialitatem, Card. in *Clement. 1. num. 4. quæſt. 7.* Anchar.
in a. *notab.* Imol. *num. 7. de bapt.* Feder. de Sen. *conſ. 80. nu.*
3. Dec. in *cap. ad aures num. 10. de reſcr.* prout neque cœme-
terium; cum etiam Eccleſia non parochialis nec curata, poſ-
7 ſit illud habere ex conſuetudine, ut ſupra jam dictum eſt Jo.
Andr. in *cap. nonnulli, col. fin. verſic. ſed per talem receptio-*
nem, & ibi Butr. *num.* 10. & fuit dictum in una *Oriolen.*
Beneficii penes Seraphin. *dec.* 1026. *nu.* 5. & in una *Civita-*
ten. Decimarum 16. *Junii* 1597. *coram Gypſio*, quod non
ſufficit habere uſum ſepeliendi, & baptizandi, niſi data di-
ſtinctione limitum, quam deciſionem refert Addit. ad eun-
dem Ludovic. *d. dec. 387. litera E.* cum Parochia nihil aliud
ſit, quàm locus ipſe, in quo degit Populus alicui Eccleſiæ
deputatus, & Parochus dicitur, qui ejus Populi intra certos
limites congregati, curam habet, ita ut ad hunc effectum ſit
neceſſaria certorum limitum conſtitutio, ita Lotter. *de re*
benef. lib. 1. qu. 20. num. 58.

CAPUT II.

Praxis Erectionis Parochialium Eccleſiarum ordinaria authoritate factæ, cum proviſione.

SUMMARIUM.

1 *Parochialibus Eccleſiis quomodo occurrendū, ſi unus Rector non ſufficiat Sacramentis miniſtrandis, etiam ex declarationibus Sacræ Congr.*
2 *Diſmembratio fructuum requirit ſolemnitatem, prout alienatio rei Eccleſiæ.*
3 *Parochialis Eccleſia non dividenda ab Epiſcopo, ſi unus Rector non ſufficiat pro adminiſtratione Sacramentorum, & referuntur deciſiones Rotæ.*
4 *Parochialis, ſeu alterius Eccleſiæ diſmembratio, non fit per Ordinarium, niſi concurrentibus cauſa, & ſolemnitatibus. Secus per Papam.*
5 *Et circa id plura notantur in praxi.*
6 *Decimæ, quando aſſignanda Eccleſia Parochiali.*
7 Cap. ad audientiam, 1. de Eccl. ædif. *diſpoſitio, an habeat locum etiam in caſibus æquipollentibus. Et proponitur exemplum.*
8 *Diſmembrationis Eccleſiæ cauſa quomodo debeant probari.*
9 *Diſmembratio, juxtà terminos* Concil. Trident. cap. ad audientiam, *quomodo petenda ab Ordinario.*
10 *Epiſcopus, quomodo ex una, plures Eccleſias faciat.*
11 *Parochialis eccleſiæ erectionis ordinaria authoritate factæ formula.*
12 *Parochialem Eccleſiam Epiſcopus, nedum à fundamentis, verùm etiam ſimplicem eccleſiam ita erigere poteſt.*
13 *Parochialis, an poſſit per Epiſcopum reduci ad ſimplicem eccleſiam, ſive ſimplex beneficium. Et reſponſio eſt negativa.*
14 *Nam Papæ tantum competit iſta facultas; Cum exemplis in praxi.*

Frequentiores verò Parochialium Eccleſiarum erectiones, ordinaria authoritate, ad præſcriptum jurium ſuperiùs allegatorum, nempè in *cap. ad audientiam, 1. de eccleſ. ædif.* ac Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 4. de reform.* fieri conſueverunt: nec tamen iſta Ordinariis impartita facultas, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ut in *d. cap. 4.* ſimpliciter adeò capienda eſt, quin quandoque propter dubia, quæ circa eaſdem erectiones evenire ſolent, ut ſupra diximus, ſaltem ſit deſuper Sedes Apoſtolica conſulenda, pro dubiorum eorundem dilucidatione. Proindè operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi poſt praxim erectionis ipſarum Parochialium Eccleſiarum Apoſtolica authoritate factæ, eam conſequenter etiam aggrediar, quæ circa Ordinarii erectiones prædictas, cum declarationibus dubiorum eorundem, ac Sacræ Congregationis prædicti Concilii, necnon Sacræ Rotæ deciſionibus, verſatur. Et quidem duo potiſſimum ſunt in hac re conſideranda, ac exactiſſimè perſcrutanda; quorum alterum, quòd ſi populus, numeruſque Parochianorum adeò numeroſus exiſtat, ut unicus tantùm Parochialis Eccleſiæ Rector, minimè ad Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtranda ſufficiat. Alterum verò, quòd ſi propter aliquod legitimum impedimentum, veluti ſi tempore hyemali, cum videlicet, aut pluviæ inundant, aut nives urgeant, ac proindè illius Parochiani ad illam, ſine maxima difficultate, congruis nequeant adire temporibus, ibique Eccleſiaſticis intereſſe officiis, ac Sacramenta recipere, juxtà ea, quæ jam ſupra tetigimus.

Et quoad primum ſatis, ſuperque eodem Concil. Trid.
d. cap. 5. cautum eſt, ut ſcilicet in omnibus Eccleſiis Paro-
chialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ſit ita
numeroſus, &c. cogant Epiſcopi Rectores, vel alios, ad
quos ſpectat, ſibi tot Sacerdotes adjungere, quot ſufficiant, 1
&c. non etenim iſta populi numeroſitas cauſa eſt ſufficiens,
novas erigendi Parochias; cum per miniſtrorum adjun-
ctionem poſſit eidē numeroſitati ſatisfieri; & ſic regulariter

tenendum, quando ſolus curatus uno, eodemque tempore, pluribus nequeat providere infirmis; quare Sacra Congregatio ejuſdem Concilii aliàs cenſuit, *Epiſcopum, in vim Concilii Tridentini capit. 4. ſeſſ. 21. non poſſe erigere Coadjutoriam, ſed utique cogere Rectorem ad adjungendum ſibi tot Sacerdotes, quot ſufficiant Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis.* Et aliàs eadem *Sacra Congregatio cenſuit, ex ea ſola cauſa, quod populus alicuius Parochialis Eccleſia adeo ſit numeroſus, ut unus Rector non poſſit ſufficere Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, minime quidem licere Ordinario, novam Parochialem erigere: niſi alia concurrant, qua exprimuntur in Conſtitutione felic. recerd. Alexandri III. qua incipit: Ad audientiam, & innovatur decreto Concilii cap. 4. ſeſſ. 21. verſic. In iis verò: ſed ob hujuſmodi magnam multitudinem, debere Ordinarium uti remedio dict. cap. 4. in princ. ſcilicet cogendo Rectores, ut tot ſibi Sacerdotes adjungant, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum.*

Quarè, ubi talis non urgeat neceſſitas, non poteſt deveniri ad alterius Eccleſiæ erectionem, ac diſmembrationem fructuum, quæ nullo modo fieri debet, niſi adhibitis conſuetis requiſitis, & ſolemnitatibus ad illius validitatem una cum juſta cauſa ad augendum ſervitium dictæ Eccleſię; cum ipſæ cauſæ requirantur, ac ſolemnitates in hujuſmodi
2 fructuum diſmembratione, quæ adhiberi debent in alienatione rerum Eccleſiæ, ita Franc. *in cap. 1. num. 5. de rebus Eccl. non alien. in 6.* ubi quod talis diſmembratio fieri nequaquam poteſt, non vocato Rectore, vel dato defenſore, & intervenientibus tractatibus, & juſtis cauſis, aliiſque requiſitis in alienatione; ſubdens ibi exemplum, quod Abbas major, etiam in Concilio generali, & juſta cauſa ſubſiſtente, non poteſt Sacriſtiam, ſeù cuſtodiam à ſuo Monaſterio dependentem erigere in aliquo Prioratu, deputando illi de bonis dicti Prioratus, niſi vocato poſſeſſore, ac ſervatis aliis ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus rerum Eccleſiæ.

Et fuit dictum in una *Syracuſan. Diſmembrationis fructuum 14. Februarii 1594. coram Pamphilio, & in una Hiſpalen. Diſmembrationis 11. Decembris 1615.* coram eodem, quas refert Beltram. ad Ludoviſ. *deciſion. 498. ſub numero* 8. ubi, quod non reputatur pro juſta cauſa ad hujuſmodi diſmembrationem faciendam, ſola numeroſitas populi; quia poteſt provideri per adjunctionem aliorum Sacerdotum, qui coadjuvent Rectorem; & ultra dictam numeroſitatem requiritur magna loci diſtantia Rota *deciſion.* 288. *tom. 3. recent.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 78. *numero* 1. qui ibi *in ſuis Addit.* ait, quod quando ſolus curatus eodem tempore, pluribus infirmis providere non poteſt, non datur juſta cauſa dividendi Parochiam, ſed tantùm ad-
3 hibendi miniſtros Coadjutores, ut cenſuit Rota *deciſion.* 484. *tom. 1. num. 5. in fin. in recent.* & Epiſcopus in vim decreti *Concilii ſeſſ. 21. cap. 4.* non poteſt erigere Coadjutoriam, ſed utique cogere Rectorem ad adjungendos tot ſibi Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſiis in Sacramentis miniſtrandis, ut etiam refert deciſum Armend. *in add. ad recopil. leg.* Navar. *lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num.* 43. Sicut etiam pluries declaravit Sacra Congregatio ejuſdem Concilii.

Et aliàs in una *Aquilan. Nullitatis erectionis*, emanarunt duæ deciſiones in quibus latè definitur, quænam requirantur ad validitatem diſmembrationis alicujus Eccleſiæ, quas cum ſint in præſenti materia celeberrimæ, & quotidiè allegentur, hic inſerere viſum eſt, quæ ſunt tenoris ſequentis, videlicet.

Aquilan. Nullitatis erectionis Lunæ 24. Maii 1610. coram D. Pirovano.

PLacuit Dominis per deducta per informantes pro Archipresbytero, & Capitulo de Paganica, quod erectio Eccleſiæ ſub invocatione B. Mariæ ad Præſepe intra fines Eccleſiæ antiquæ Parochialis, & Baptiſmalis, & diſmembratio partis curæ animarum ejuſdem nulla ſit; quia in ea non intervenit ſolemnitas, & juſta cauſa, quæ ſunt neceſſaria in hujuſmodi diſmembratione, cum ſapiant alienationem, Lap. *alleg. 66. n. 3. & 5.* & ſuit ſæpiſſimè reſolutum & præſertim *in una Elboren. Diſmembrationis, coram R. P. bo. me. Iuſto 17. Novemb. 1610. & in Toletana Parochialis de Madrid coram R. P. Corduba 29. Novemb. 1601.* & ſignanter not. Abb. *in c. ad Audientiam il 1. n. 1. de Eccl. ædif.* Deficit enim juſta cauſa; quia non conſtat, quod propter difficilem acceſſum ad antiquam Parochialem, aliquis ex Parochianis defecerit abſque Sacramentis, vel propter impedimentum, periculum ſit parens, ut in caſu Lap. *allegat. 66.* & prout requiritur ad hunc effectum, ut fuit conſideratum in allegatis deciſionibus.

Cauſæ autem enumeratæ in ipſa erectione, non videntur ſufficientes; nam ſola numeroſitas Populi aucti non tribuit authoritatem Ordinariis erigendi novas Parochias, cum huic objecto ſatisfacit *Conc. Trid. ſeſſ. 21. de ref. c. 4.* dum ait, cogendos eſſe Rectores, vel alios, ad quos ſpectat cura animarum, ut ſibi tot Sacerdotes adjungant, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum, & quamvis inter cauſas ædificandi novas Eccleſias, cenſeatur etiam incrementum populi, *c. præcipimus*, 16. q. 1. tamen *Conc. Trid.* deſideravit majorem neceſſitatem, ſcilicet diſtantiam loci, & difficultatem Parochianorum accedendi ad percipienda Sacramenta, prout Sacra Congregatio Concilii declaravit, & eam ſequitur Rota in una *Elboren. Diſmembrationis*, & quæ in præſenti caſu non juſtificantur, ſed potius contrarium apparet ex diſpoſitione teſtium, qui dantur in *Summario n. 2.* dum affirmant, novam Eccleſiam non longè ab antiqua matrice diſtare.

Poſtrema cauſa neque ad diſmembrationem ſuffragari videtur, quia ſcilicet Eccleſia non ſit capax totius Populi, & 4
ſit difformis, tùm quia idem *in Conc. Trid.* non conſideratur nec in *c. ad audientiam de Eccl. ædif.* & ſatis provideri poteſt per erectionem novæ Capellę, quæ ſit in proprietate parochialis antiquæ, juxtà ejuſdem Sacræ Congreg. declarationem, quæ datur *in Summario.* Quod maximè ſuadetur, nè ad beneficiorum diviſionem de facili deveniatur, quæ regulariter prohibetur, *c. majoribus, c. vacante, de præb. cap.* 1. ubi gloſ. *de reb. Eccl. non alien.* & fuit deciſum in *Elboren.* ſupra allegata.

Solemnitas etiam non fuit adhibita, quæ requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ Rot. *dec. 1. rebus Eccl. non alien. in nov.* Franc. *in cap. 1. colum. 1. eod. titul.* & fuit dictum in una *Marſicana coram Illuſtriſſimo Pamphilio 14. Februarii* 1594. In hac enim diſmembratione deficit conſenſus capituli, ad quod pertinet antiqua Eccleſia Parochialis. & illius redditus, *cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. & cap. ad audientiam, 1. de Eccl. ædif.* Gabr. *concluſ. 1. num.* 216. *ampliat.* 57. Nec ſuffragatur conſenſus Vicarii; quia cura non eſt penes ipſum, ſed tantum exercitium, nec percipit fructus Parochialis, ſed percipit ſuam congruam de manu capituli, & ideò defenſio Eccleſiæ non ſpectat ad Vicarium, ſed ad capitulum, cujus citatio propterea omittenda non erat, Abb. *in c. extirpandæ, §. qui vero, in repet. num.* 15. *poſt princ. de præb.* & eò magis videbatur annullanda etiam diſmembratio prædicta, quia Epiſcopus reſervaverat juſpatronatus ſuper Eccleſia erecta, ad favorem ſuorum conſanguineorum, quod propriè ſpectabat ad capitulum *d. c. ad audientiam il 1. de Eccl. ædif.* Et ex his ita fuit reſolutum una tantùm parte informante.

In eadem coram eodem Veneris 10. Maii 1613.

HÆc cauſa fuit aliàs reſoluta pro Archipresbytero, & Canonicis Terræ Paganicæ, ſcilicet conſtare de nullitate erectionis Eccleſiæ B. Marię ad Præſepe in Parochialem, & juxta Rotæ reſolutionem pronunciavi. Nunc verò in gradu reſtitutionis in integrum, cauſa iterum mihi commiſſa, Dubitavi: An conſtet de cauſis, & Domini reſponderunt negativè. Retentis namque terminis primæ reſolutionis dicebant. Primò non obſtare numeroſitatem populi, quàmvis aucta probaretur ad numerum quinque millium, quia non eſt juſta cauſa diſmembrandi, & erigendi novas Parochiales; cum huic incommodo poſſit provideri abſque diſmembratione, ſecundum modum, per Sacrum Concilium præſcriptum, adjungendo ſibi Rectores alios Sacerdotes, qui ſufficiant ad exhibenda Sacramenta, & cultum divinum celebrandum.

Et quàmvis diſtantia locorum, & magna incommoditas populi ad recipienda Sacramenta, & audienda divina, videatur præbere juſtam cauſam erigendi novas parochiales, & utrum-

& utrumque cauſatum dicatur propter populi numeroſitatem; cum omnes Parochiali Eccleſiæ adhærentes eſſe non poſſint, ut ideò idemmet Sacrum Concilium *dict. cap.* 4. *ſeſſ.* 21. *verſic. In iis verò*, *&c.* prædictis occurrentibus, declaraverit, licere Ordinariis locorum, etiam invitis Rectoribus, novas Parochiales erigere quod etiam prius fuerat diſpoſitum in *capit. ad audientiam*, *de Eccleſ. ædif.*

Tamen non quælibet diſtantia ſuffragatur diſmembrationi, ſed ea dumtaxat, quæ præbet difficultatem Parochianis accedendi cum magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda, qualis non eſt hæc, quæ deducitur in Terra Paganicæ; cum omnes habitatores non diſtent ab eodem Oppido, nec impetu currentis, & perennis fluminis, aut torrentis, illis impediatur aditus ad ipſam Eccleſiam, prout contingeret in caſu deciſionis *Lucanæ Diſmembrationis* 9. *Maii* 1611. *coram Reverendiſſimo Attrebaten.*

Secundò, non obſtare quæ pertinebant ad anguſtiam, & difformitatem Eccleſiæ antiquæ, & ad incommoditatem, uti poſitam in pede ipſius Terræ, non autem in medio, quæ propterea inundationibus ſæpiſſimè ſubjiciebatur. Hæc enim via ſunt Dominis non poſſe deſervire pro juſta cauſa diſmembrationis; cum illis incommoditatibus ſatis poſſit provideri, nempè anguſtiæ, & difformitati per ampliationem, vel novam Eccleſiæ ædificationem, diſtantiæ, & inundationi ex nova ſituatione intrà idem Caſtrum in loco eminentiori à periculo aquarum remoto: ultrà quod inundatio prædicta non videbatur concludenter probata; & ex qualitate rivuli potiùs, quàm fluminis, aut torrentis contrarium apparebat; & ubicunque poteſt aliundè provideri, deficit neceſſitas, quæ eſt cauſa diſmembrationis, & alienationis partis beneficii, c. 1. *de reb. Eccl. non alien.* & fuit dictum in *Elboren. Diſmembrationis* 17. *Novemb.* 1600. *coram bo. me. Juſto.*

Quod autem aliquando contigerit, aliquos Parochianos obiiſſe ſine Sacramentis, prout teſtes videntur deponere, multum moviſſet Dominos, ſi eorum teſtimonium ad effectum, de quo quæritur, fuiſſet concludens; ſed dixerunt, hoc non probati, eveniſſe propter difficultatem accedendi ad infirmos ex diſtantia, vel aquarum inundatione, ſed potius, quia ſolus Curatus eodem tẽpore pluribus infirmis providere non poterat; quod non convenit cauſæ dividendi Parochiam, ſed adhibendi Miniſtros Coadjutores, juxtà diſpoſitionem *Sacri concilii Tridentini in d. cap.* 4. *in princip.*

Poſtremò, non obſtare, quod quoad ſolemnitatem, concurrat conſenſus capituli, dum Archipresbyter, & Canonici interfuerunt projectioni primi lapidis hujus novę Eccleſiæ, illamque laudarent, & alter Canonicus declaraverit, & proteſtatus fuerit, quod hæc vocatur Eccleſia nova Parochialis; nam quidquid ſit quoad denominationem, & particularem aliquorum Canonicorum conſenſum, ad præjudicium tamen diſmembrationis, ille conſenſus non capitulariter concluſus, & firmatus, ſufficiens non eſt in hac parte, quę reſpicit capitulum in univerſum, non autem Canonicos, ut ſingulos, Felin. *in c. cum omnes*, *n.* 24. *&* 28. *de conſtit.* Rota *in Calaguritana Canonicatus* 28. *Junii* 1605. *coram Cardinale Lancelloeto*, & ita ſubſiſtente juſtitia primæ ſententiæ, de cauſis reſtitutionis in integrum non conſtare, fuit reſolutum, utraque parte informante; quia ceſſat læſio pręhens cauſam reſtitutionis, Rot. *dec.* 1 *in nov. & dec.* 5 *in antiq. de reſt. in integr.*

Placebat tamen Dominis, quod iſta moderna Eccleſia remaneret in adjutorium Matricis, juxtà declarationem Sacrę Congregationis; cum negari non poſſit, quin ex teſtibus datis pro parte Univerſitatis appareat, quod cura animarum uſque ad ædificationem dictæ novæ Eccleſiæ paſſa fuerit aliquod detrimentum propter anguſtiam antiquæ Eccleſiæ, & populi numeroſitatem.

Id ipſum tenuit etiam Rota in una *Marſicana Diſmembrationis fructuum*, ubi nulla fuit probata cauſa, ſeu neceſſitas augendi numerum Miniſtrorum in Parochiali Eccleſia, intra cujus fines non conſtabat, ſine Sacramentis defeciſſe aliquos Parochianos ob incolarum multitudinem, & miniſtrorum paucitatem, ut requiritur ad augendum ſervitium; maximè cum non fuiſſet probatum, quod in quodam Oppido populus ita eſſet numeroſus, ut Rector cum uno Clerico Coadjutore non poſſet ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis adminiſtrandis, & ad cultum divinum peragendum; & in terminis hujuſmodi erectionis adeſt Caputaq. *dec.* 240. *part.* 2. in qua fuit dictum, quod cum omnia narrata in gratia ſuper quibus Papa ſe fundavit, ad illam concedendam; ſunt verificanda, maximè quando copulativè ſunt narrata, & quælibet de per ſe non ſufficiebat, ut inquit Felin. *in cap. conſtitutus in princip. de reſcript.* ubi Dec. *in* 4. *not.* & per Ægid. *dec.* 76. proindè in caſu erectionis fuit tentum in una *Tiraſonen. Prætenſæ erectionis coram D. Montisflaſconen.* quod in nova erectione, in qua fuit narratum, quod populus erat auctus, & quod infantes ſine baptiſmo, & homines ſine Sacramentis decedebant, quod omnia iſta erant verificanda; tum quia copulativè narrata fuerunt, tum etiam quia conceſſionem novæ erectionis, Papa videtur fundaſſe intentionem ſuam ſuper omnibus iſtis narratis, quæ ſunt neceſſaria ad novam erectionem faciendam, *cap. ad audientiam*, *cl.* 1. *§.* 1. *de Eccl. ædif.* & ibi per DD. Mariſ. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 6.

Et quia dicta deciſ. Marſican. eſt etiam optima in hac materia, ubique eam vidi, & audivi allegatam, propterea eam ad verbum referre viſum eſt, ut ſequitur videlicet.

Marſicana Diſmembrationis fructuum 14. Februarii 1594.

PRo informante videlicet, diſmembrationem fructuum Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai non ſuſtineri, quia dicitur alienatio Achilles *dec. unica de rebus Eccl. non alienan.* & requirit omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ, Rot. *dec.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in novis*, Franc. *c.* 1 *col.* 1 *eod. tit. lib.* 6. Rebuff. *in compend. alien. rer. Eccl. num.* 68. & conſequenter duo copulativè, nempè ſolemnitatem, & juſtam cauſam, nec unum ſine alio ſufficit, *cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. *Clem.* 1. *eod. tit.* DD. *in cap. ſine exceptione*, 12. *qu.* 2. ubi latiſſimè Laurent. de Rodulphis *in* 3. *qu.* Bertran. *conſil.* 363. *num.* 2. *in* 2. *primi*, Dec. *conſil.* 142. *num.* 4. Covar. qui alios citat *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. ubi teſtatur de communi, & ſæpius fuit deciſum; hic autem utrumque deficit, nam de ſolemnitate aliquam non conſtat; immò potius de contrario; cum diſmembratio ſit facta, Eccleſia vacante, & non conſtituto ei defenſore, prout requiritur, *cap.* 2. ubi gloſ. *in verbo*, *defenſor.* Franch. & alii *de reb. Eccl. non alien. in* 6. & tradunt DD. Card. Vital. *num.* 35. *& alii in Clem. fin. eod. tit.* De cauſa, quæ debet eſſe, vel neceſſitatis, vel evidentis utilitatis, minus conſtat, quod aliqua vigeat, ut potuerit fieri diſmembratio pro erigendis iſtis novis Canonicatibus; cum numerus Parochianorum non ſit talis, quod Rector cum uno clerico in adminiſtratione Sacramentorum, non poſſit ſupplere, *cap. ut quiſque*, ubi Card. Imol. & alii, *de vit. & honeſt. Cler.* Caſſad. *dec.* 29. *de præb.* Rebuff. *de congrua*, *num.* 65. præſertim cum non probetur defectus ſervitii, ita quod propter paucitatem miniſtrorum, & multitudinem incolarum, ſeu Parochianorum, aliqui deceſſerint ſine Sacramentis, ut requiritur ad augendum ſervitium, per ea, quæ aliàs deducta fuerunt in pluribus cauſis, & ultimo loco in cauſa *Tiraſonen. Congrui ſervitii de menſe Maii præteriti coram me.* Et tantò magis, quod iſtis Canonicis, ſeù coadjutoribus noviter erectis, non fuit impoſitum aliquod onus adjuvandi Rectorem in adminiſtratione Sacramentorum; & aliàs non ſunt neceſſarii, cum miniſtri pro cantandis miſſis, & horis canonicis in Eccleſia Parochiali, ſint tantùm ad benè eſſe, ut aliàs fuit reſolutum in cauſa *Legion. Congrua ſub die* 11. *Octobr.* 1557. *coram bo. me. Lauretano*, nec iſta diſmembratio poteſt ſuſtinere vigore Conc. Trid. quia per Illuſtriſs. Dominos Card. d. Conc. Interpretes, fuit reſolutum Epiſcopum non potuiſſe ex fructibus hujus Parochialis erigere Canonicatus.

Quoties ergo hujuſmodi diſmembratio fit per Ordinarium utrumq; omninò requiritur, ſcilicet ſolẽnitas, & cauſa; 4
licèt ſecùs dicendum ſit, quando fit à Papa; quia quoad ſolẽnitates ad id requiſitas, ſupplẽtur ejus authoritate. Ratio autem cur in his requirantur iſtæ ſolemnitates, & cauſa, declaratur in una *Toletana Parochialis de Madrid*, 1. *Februarii* 1602. nempè, quod requiritur conſenſus Rectoris, non ſolũ pro ejus intereſſe, ſed pro forma inducta ad rigurẽ juris obſervandum in favorem publicum, nè Eccleſię depauperarẽtur, ut dicitur ibi latè deductũ *in una Senogallien. Spolii* 10. *Decemb.* 1568. *coram Fincto*, ubi fuit dictum, quod conſen-

ſus ſubſequens Rectoris non convalidat alienationem nullam, ſed operatur, quod ipſe Rector non poſſit contradicere ea juribus in *d. dec. alleg.*

Sanè, ex deciſionibus ſuperius relatis, rota elicitur praxis hujuſmodi Parochialium Eccleſiarum erectionum, quarum permultas vidimus in dies, ob defectum tùm cauſæ, tum ſolemnitatem, cœterorumque requiſitorum, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris declaratas fuiſſe ad hanc verò praxim plurimum conferunt ſequentia, videlicet.

5 Primùm, quod Epiſcopus debet inquirere, an prima Parochialis, tam ampla exiſtat, ut tempore hyemali, cum pluviæ inundant, aut ubi nives, non poſſint Parochiani cōgruis temporibus ipſam Parochialem adire, ut plorica ſupra dictum eſt; ac proindè oportet, ut hujuſmodi inquiſitio fiat per Epiſcopum, & de ea conſtet, ſicut conſtare debet, quando agitur de alienatione rerum Eccleſię, antequam rea alienetur, per text. *in c. ſine exceptione* 12. *q.* 2.

Secundom, quod, hac inquiſitione facta, Epiſcopus conſentiat ejuſdem novæ Parochialis Eccleſiæ conſtructioni; quia alias nemo poteſt Eccleſiam ædificare, antequam Epiſcopus conſentiat, ibique crucem figat *cap. nemo, de conſecrat. diſt.* 1.

Tertium, curatus Prioris Parochialis Eccleſiæ debet conſentire ædificationi ſecundæ; alioquin eo invito, ſine cauſa, ſi illi præjudicetur, non poſſet ſecunda Eccleſia ædificari, Panorm. *in dict. cap. ad audientiam, col.* 3. *in fin.*

Quartum, debet Curato Prioris Parochialis Eccleſiæ compenſari id, quod illi detrahitur, ut commodè valeat ſuſtentationem in prima Eccleſia habere, *d. cap. ad audientiam*..

Quintum, quod Curatus Prioris Eccleſiæ habeat juſpatronatus ſecundæ, juxta terminos *d. cap. ad audientiam*, quia quotiea Eccleſia Parochialis ædificat in ſuo fundo, vel intra corpus ipſius Eccleſiæ, unam Capellam, vel altare, aut aliam Eccleſiam, tunc Prælatus Prioris Eccleſiæ, erit patronus utriuſque ita Rocch. de Curte *de jurepatron. verb. conſtruxit, qu.* 7. *verſ. ſi autem Eccleſia, ſub num.* 9. ubi *circa fin.* ſubdit, hanc concluſionem procedere, dummodò Eccleſia ædificaverit ſibi aliam Eccleſiam, vel Capellam in ſui adjutorium, propter numeroſitatem populi; ſecùs autem ſi ædificaverit, ut eſſet beneficium per ſe ſtans; quia tunc de neceſſitate debebit ibi præſentari perpetuus Rector, ut per Rebuff. *in prax. tit. de erect. in curatam, n.* 5. *cum ſeqq. fol. mihi* 230.

Et ſic, ſervatur jus præſentandi Rectorem novæ Eccleſię ipſi Rectori Eccleſiæ matricis, à qua fit diſmembratio, quaſi in recompenſam; quod autem intelligitur, ubi Eccleſia antiqua contulit de ſuo pro dote Eccleſiæ noviter conſtructæ: nec proindè acquiritur juſpatronatus conſanguineis Rectoris, ſed ipſi Eccleſiæ; ac propterea ſecundum opinionem Abb. *in d. c. ad audientiam*, peccant illi Clerici, qui cum redditibus Eccleſiæ ædificant Capellas, illas attribuentes conſanguineis, & vendicantes ſibi, ut privatis, juſpatronatus illarum, ut determinavit Rota in præinſerta deciſione *Aquilana Nullitatis Erectionis*.

Necnon, ut ejuſdem novæ Eccleſiæ Rectori aſſignentur pro illius ſuſtentatione, oblationes pro modo Parochiæ diſmembratæ, quo nomine veniunt, etiam decimæ: ita ut Eccleſia filialis ſic noviter erecta, habeat fundatam intentionem ſuper perceptione decimarum contra matricem Abb. *in cap. cum contingat, ſub num.* 8 *verſ. quartus caſus, de decim.* Rota *in una Comen. Decimarum* 28. *Junii* 1602. *&* 27. *Novembris* 1606. *&* 1. *Februarii* 1608. *coram Cardinali Sacrato, & in una Mediolanen. Decimarum* 9. *Martii* 1609. *coram Lugdunen.* impreſſa penes Farin. *deciſ.* 178. *part.* 1. ubi *num.* 5. fuit dictum, quod decimæ prædiorum exiſtentium in territoriis Capellarum Parochialium, pertinent ad Rectores illarum, non autem ad Eccleſiam matricem, ex pluribus juribus, ac deciſionibus ibidem allegatis.

Verum eſt tamen, hanc neceſſitatem aſſignandi decimas, non eſſe præciſam, ſed cauſativam, videlicet in defectum aliorum redditum Eccleſiaſticorum: namque ſi aliàs Eccleſia eſſet ſufficienter dotata, prædictæ decimæ deberentur matrici, concurrente maximè obſervantia, ut fuit dictum in una *Mediolanen. Decimarum* penes eundem Farin. *deciſ.* 419. *num.* 4. *par.* 1. ibi enim viſum fuit non deberi decimas novo Rectori Parochialis Eccleſiæ; quia in diſmembratione fuerunt aſſignata bona ſtabilia, conſtituentia annuum redditum ſcutorum ſexaginta; quare videbatur veriſimile, quod diſmembrans noluerit decimas locorum diſmembratorum auferre ab Eccleſia matrici, & dari Parochiali de novo erectæ; ex quo decimæ ſolent da- 6
ri in defectum redditum Eccleſiaſticorum, ut dictum eſt, & dicitur, etiam in eadem *Mediolanen. Decimarum*, pęnes eundem Farin. *d. p.* 1. *dec.* 448. *n.* 2. ubi quod in diſmembratione videbantur exceptuatæ decimæ, ſtante prædicta aſſignatione ſcutorum ſexaginta, Rectori novæ Parochialis, præter emolumenta incerta funeralium, matrimoniorum, & alia Eccleſiis Parochialibus debita; & certum eſt, quod decimæ non transferuntur ipſo jure in novam Parochialem, ſed remaneut penes matricem.

Inſuper pro facultate loci, competens honor matrici Eccleſiæ reſervetur, juxtà diſpoſita *in d. cap. ad audientiam*, nempè aliqua penſitatio, arbitrio Epiſcopi moderanda, prout etiam eidem matrici in ſignum ſubjectionis ea reſervari poſſent, quæ aliàs jure Parochiæ in filialem transfunderentur, ut ſunt non ſolùm ipſæ decimæ, ſed etiam jura ſepulturæ, & baptizandi, prout hæc, & ſimilia circa id congerit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 28. *num.* 46. *cum plurib. ſeqq.*

Nec tamen pro hac noſtra praxi, omittere libuit, quod pluries ab Ordinariis in dubium revocatur, num videlicet
præſcripta forma in *d. cap. ad audientiam*, ita tenaciter ſer- 7
vanda foret, quod in cœteris æquipollentibus caſibus, haud adimpleta cenſeatur. Namque Lap. *alleg.* 66. docet, quod ſi intra mœnia Civitatis includatur antiqua Parochia, ad quam ſaltem noctis tempore non pateat acceſſus Comitatenſium, qui illi priùs ſuberant, habeatur hæc pro juſta cauſa diſmembrandi hujuſmodi Parochiam, & aliam extrà Civitatem erigendi, ut notat etiam Lotter. *d. quæſt.* 28. *num.* 26.

Et quidem inter cœteros DD. quos hucuſque me revolviſſe contigit, ſatis, ſuperque celebrem exiſtimavi, d. Lap. *alleg.* 66. Ibi etenim, cum quodam Monaſterium Monialium eſſet poſitum extrà Civitatem Florentiæ, haberetque latam Parochiam; & contigit, quod ipſa Civitas Florentina crevit, & antiquum circulum ſui ambitus ampliavit, & veteribus mœnibus ſolo æquatis, nova conſtruxit mœnia, novumque, & ampliorem circulum, & ambitum formavit infrà quæ nova mœnia incluſit dictum Monaſterium, & certam partem ipſius Parochiæ; certam verò partem magis remotam ab extra dimiſerunt: & demùm pars ipſius Parochiæ, quæ, ut præfertur, incluſa remanſit, repleta fuit domibus, & habitationibus Civium dictæ Civitatis Florentiæ, & uſque adeò ibidem excreverunt habitatores, ut factus ſit maximus numerus Parochianorum audientium in dicto Monaſterio divina officia, & à Capellano cum miniſtris deputatis per Abbatiſſam, & moniales dicti Monaſterii recipant Eccleſiaſtica Sacramenta; quorum occaſionibus Parochiani, qui ab extra remanſerunt, ſine maxima difficultate, divina officia audire nequiverunt, & recipere Sacramenta Eccleſiaſtica in dicta Civitate Florentina, & ſæpiſſimè patiebantur maxima pericula animarum, & maximè cum portæ Civitatis Florentiæ, ſingulis diebus, ante noctis tenebras, claudantur uſque ad claram lucem ſequentis diei; quo tempore nemini eſt poſſibile exire, vel intrare prædictam Civitatem Florentinam: propter quod per miniſtrum, ſeù Capellanum dicti Monaſterii non poteſt repentini caſibus infirmitatis, vel mortis, & maximè parturientibus mulieribus opportunè ſuccurri, ſicut nec diurnè, propter diffuſam Parochiam in dicta Civitate Florentina, poteſt idem miniſter, prout expediret, vacare curæ ipſorum Parochianorum ab extra, & in remotis conſtitutorum; nec etiam ipſi Parochiani extra conſtituti cum ſuis mulieribus, & familia ruſticis, & vilibus, ac abiectis veſtibus, inducti, diebus feſtivis ad prædictam Civitatem venire poſſunt, & in dicto Monaſterio, cum Parochianis Civibus, divitibus, & pretioſis veſtibus ornatis, ſe immiſcere: ſed potius riſui, & deluſioni patent, ob diſparitatem conditionis; propter quod ſæpiſſimè retrahuntur ab auditione divinorum officiorum. Propterea idem Lap. omnibus prædictis perpenſis, ea ad novam Parochialem erigendam eſſe ſufficientia, judicavit; unde ait, quod ſi Eccleſia major, & Parochialis prædicta habet in dicta villa aliquas obventiones, & ſine eis eſt adeò potens, quod poteſt ſe commodè ſuſtentare, & reperitur aliquis, qui velit fundare de novo Eccleſiam in dicta villa, &

etiam

etiam addere dictis obventionibus, quas matrix Eccleſia habet in dicta villa tantùm, quod omnia ſimul juncta ſufficiant ad dotem dictæ Eccleſiæ, eam Epiſcopus faciat erigere in dicta villa, aſſignando ei dictas obventiones, quas dicta matrix Eccleſia habet in dicta villa, & inſtituet in dicta nova Eccleſia Rectorem de per ſe, qui gerat curam dictæ villæ, & habitantium in ea, juſtà formam *capit. ad audientiam 1. de Eccleſ. ædif.* ſubdens idem Lapus, ſupradictas cauſas eſſe ſufficientes; cum ſint plures, & majores, quàm cauſæ, quæ noverunt Papam in *d. cap. ad audientiam*, in quo pro cauſa adducitur tantùm diſtantia Parochianorum, & difficultas accedendi ad Parochialem Eccleſiam; in caſu autem prædictæ allegationis adducuntur plures cauſæ, præſertim verò, quia omni tempore nocturno, propter portas Civitatis Florentiæ, quæ clauduntur, non poſſunt Parochiani adire ad miniſtrum Eccleſiæ, nec miniſter ad eos; & hoc ſtante, non poteſt Rector prædictæ matricis Eccleſiæ contradicere; immò poteſt ad id cogi ab Epiſcopo, ut in *dict. cap. ad audientiam*, dictus Rector debeat prius requiri. Præſentatio autem Rectoris ad dictam novam Eccleſiam ſpectabit ad Rectorem matricis Eccleſiæ, cum aſſenſu illius, qui fundavit novam Eccleſiam. Ratio autem cur ad dictum Rectorem ſpectet dicta præſentatio, ea eſt, quia in præjudicium dicti Rectoris fundata eſt nova Eccleſia, ſeù Capella; unde fit quaſi quædam mutua compenſatio; ſicut jam ſuprà diximus, & ſic ambo erunt patroni novæ Eccleſiæ, ſcilicet Fundator, & Rector matricis Eccleſiæ; quia de bonis utriuſque dotata eſt Eccleſia, & ambo præſentabunt Ordinario Rectorem; niſi Epiſcopus in fundatione prædictæ concederet, quod ipſa major Eccleſia liberè poneret ibi Rectorem, quod æquum eſſe ait idem Lap. *ſub num. 6.* vel etiam melius pro Rectore majoris Eccleſiæ, qui erigat novam Capellam in dicta villa, quæ non ſit Eccleſia de per ſe, ut in caſu *d. cap. ad audientiam*, nec ſit manualis, ſed in proprietate, & de menſa dictæ majoris Eccleſiæ; & tunc non inſtituetur ibi Rector de per ſe, immò mittet nunc iſtum miniſtrum, nunc illum, qui nomine Rectoris majoris Eccleſiæ ibi divina celebret, & hominibus dicti loci Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtret, & reſideat, expenſis majoris Eccleſiæ, & ille miniſter non erit Rector, ſed quaſi cuſtos temporalis Vicarius ſub *d. num. 6.* Hæc placuit ferè ad verbum tranſcribere, quia plurimum ad hanc praxim conferunt, licèt caſus videatur de raro contingentibus.

Ex prædictis igitur patet, quod ſi pro juſta cauſa diſmembrationis, atque erectionis novæ Parochiæ numeroſitas tantummodò populi allegetur, cui ſuccurri poteſt per miniſtrorum multiplicationem ex prædicto *Concilio Tridentino d. ſeſſ. 21. cap. 4. de reformat.* talis diſmembratio ſubſiſtere nullo poteſt, idem Lotter. *dict. quæſt. 28. num. 28.* ſicut nec juſta cauſa reputabitur loci diſtantia, vel etiam anguſtia Eccleſiæ, ſi per novam ædificationem, aut ampliationem illius in loco acceſſibili, poſſit his difficultatibus occurri; ſtante quod Canon non quamlibet neceſſitatem, ſed neceſſitatem evidentem admitit, *cap. 1. de reb. Eccl. non alien.* id. Lotter. *loc. cit. num. 29.* qui *num. 33.* ſubdit, quod hujuſmodi cauſæ veritas non debet dependere ex aſſertione partium, vel etiam ipſius Epiſcopi, aut alterius diſmembratione au-
8 thorizantis, ſed de ea debet poſitivè conſtare ex proceſſo deſuper facto, ut fuit dictum in una *Toletan. Parochialis de Madrid. 19. Novembris* 1601. ubi quod legitima cauſa erat juſtificanda per proceſſum, non tamen ſcrupuloſum & ſecundum juris ſubtilitatem, & ſic ſufficit ſimplex proceſſus.

Et pro hujus rei praxi, nempè in terminis *d. Concil. Trident. & cap. ad audientiam*, non eſt diſcedendum ab eodem Lap. *d. alleg. 66.* qui ſub *num. 1. verſic. quæritur*, ait, quod in ſimilibus caſibus poſſunt Parochiani adire Epiſco- 9
pum loci Ordinarium, & prædicta exponere, & petere, ac etiam ſuum officium implorare, ut prædictis provideat prout expedire cognoverit: qui quidem Epiſcopus, habita fide de prædictis, ſuum officium requiſitus, impendet, & providebit, prout expedire videbitur; ſuper quibus, tanquam ſpiritualibus, non requiritur libelli ſolemnitas, ſed ſimpliciter exponere, & implorare officium Superioris, quod provideat, & quoad ipſam cauſam, ſufficit pro ejus verificatione, acceſſus Ordinarii ad locum, & illius inſpectio, Lotter. *loc. cit. n. 36.* ex eod. Lap. *d. alleg. 66.* qui ſub *num. 7.* ait, quod per unicam, & ſimplicem ſpectationem Judicis accedentis ad locum, apparebit veritas: quandoquidem ſunt quædam, quæ melius oſtenſione facta percipiuntur, quàm ex loquutione, *cap. Apoſtolica, de donat.* & probatio ad oculum aliam vincit, *§. agnationis, inſtit. de grad. cogn.* quibus ſic peractis, omnia debent in actis publicis reduci, aliàs non eſſet ſtandum Judicis aſſertioni, quod videlicet locum vidiſſet, & negotium in tali ſtatu repetiſſet, ut in terminis hujuſmodi inſpectionis dixit Rota *in una Sabinen. Aquæ 29. Martii* 1604. relata per eundem Lotter. *loc. cit. n. 36.*

Eſt etiam hic notandum, quod cum Epiſcopus ex una 10
Eccleſia, plures facere poteſt, ut in *d. cap. ad audientiam*, Abb. *in cap. extirpandæ, §. qui verò, col. 2. de præb.* ubi ex uno pingui beneficio poteſt facere duo, idem Abb. *in cap. conquerente, de cler. non reſid.* ubi quod Epiſcopus poteſt ponere miniſtrum in Eccleſia Parochiali, & ex illius redditibus conſtituere penſionem miniſtro, ut ex pluribus cumulatis per Gamb. *de auth. leg. à lat. lib. 5. tit. de diſmembrat. num. 7. cum plurib. ſeqq.* undè probat idem Lotter. *loc. cit. num. 25.* quod aliquando, ſola pinguedo reddituum unius, & exilitas fructuum alterius, reputatur juſta cauſa pro diſmembrationes ut in caſu, quo Epiſcopus conſtituit miniſtrum in Eccleſia Parochiali, qui adjuvet Rectorem, aſſignando illi ad hunc effectum penſionem ex redditibus Eccleſiæ loco beneficii, quod poſſe fieri, ait ex eod. Abb. *in d. conquerente, ſub num. 1. in 1. not.* Seraph. *dec. 428. num. 1.*

Cum verò, *Concilii Tridentini decreto ſeſſ. 21. cap. 5.* cautum adhuc reperiatur, quod poſſint Epiſcopi, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, juxtà formam juris, ſine tamen præjudicio obtinentium, uniones perpetuas quarumcumque Eccleſiarum Parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à jure permiſſis, etiam ſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſervata, aut qualitercumque affecta, &c. proindè, cum ſæpè fiant hujuſmodi erectiones ab eiſdem Ordinariis, non modò per viam unionis poſt jam factam erectionem, ſed unico contextu fiat erectio cum applicatione aliorũ introituum, necnon unione ſimplicium beneficiorum, ut in *d. Concil.* diſponitur, ideò hujuſmodi erectionis formulam hic, etiam ſubjicere viſum eſt, quæ talis eſſe poteſt, videlicet.

N. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Univerſis, & ſingulis, has præſentes noſtras literas inſpecturis, viſuris, lecturis, pariterque audituris ſalutem in Domino. Notum in facimus, qualiter in generali Viſitatione per nos facta in dicta noſtra Civitate, & Diœceſi N. reperimus, quod in loco N. ejuſdem Diœceſis, non aderat Eccleſia Parochialis, ubi Populus, & Chriſti fideles ibi commorantes, ſanctiſſima Sacramenta, juxtà temporis opportunitatem, recipere potuiſſent, quando ipſa Sacramenta erant miniſtranda tempore indigentiæ, ab Eccleſia N. per unum milliare diſtanti, recipiebant per Presbyterum non certum, nec proprium Parochum pro Rectore Eccleſiæ N. longius diſtante, cujus erant Parochiani, non ſine ipſarum animarum periculo; ac proindè, ob carentiam Eccleſiæ Parochialis, Parochi, & Curati in dicto loco N. qui continuò apud eos perſiſteret, eiſque Sacramenta omnia opportunis temporibus miniſtraret, miſſaſque, ac alia divina officia, Dominicis, & feſtivis diebus celebraret, aliquando accedebant ad Eccleſiam prædictam N. & non ad propriam, & multoties occurrebat omitti præceptum de audienda miſſa in dictis diebus Dominicis, & feſtivis; non ſemel dicti loci habitatores, abſq; Eccleſiæ Sacramentis, ob prædictam cauſam, & loci diſtantiam moriebantur. Propterea attendentes nos ſaluti animarum, prout poſſumus, conſulere, & ſcandalis occurrere, quæ pro dictis cauſis oriri in dies potuiſſent, accedente etiam conſenſu, & beneplacito habitatorum dicti loci, qui etiam nos humiliter ſupplicarunt, & ma-

xima cum inſtantia requiſierunt pro erectione, & deputatione Eccleſiæ Parochialis in dicto loco pro eorum ſalute, & commoditate, cum deputatione alicujus Sacerdotis Parochi; obligantes ſe etiam penes acta Curiæ noſtræ Civitatis N. unuſquiſque ipſorum ad dandam, & conſignandam quandam pecuniarum ſummam, & certam vini, & frumenti quantitatem dicto Parocho, ut commodè ſuſtentari poſſit: Ideò, invocato ad hoc Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine, ejuſque Matris Virginis ſemper Mariæ, & Sanctorum N. & N. Patronorum Civitatis, & Diœceſis noſtræ auxilia, tenore præſentium erigimus, ſtatuimus, eligendum, & deputamus in Parochiam, Eccleſiam Sancti N. exiſtentem in medio dicti loci N. in qua cum fuerit accommodata, & benè apta, & reſervata, volumus, & mandamus reponi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, fontem baptiſmalem, & alia, quæ ad Eccleſiam Parochialem pertinent. Quæ omnia Sacramenta, juxtà opportunitatem temporis, miniſtrari volumus, & mandamus ipſis dicti loci N. habitatoribus Sacerdotem, & Parochum, per nos, & ſucceſſores noſtros pro tempore exiſtentes, eligendum, & deputandum, qui etiam Miſſas in Eccleſia prædicta diebus Dominicis, & feſtivis, celebrare debeat, & teneatur. Declarantes, etiam ex tunc in anteà, & in perpetuum, dictam Eccleſiam S. N. in medio dicti loci N. exiſtentem, eſſe Eccleſiam Parochialem, & curatam, electionemque, & deputationem Parochi, & ſucceſſorum in futurum, pro cura animarum fidelium in dicto loco exiſtentium, ſpectare, & pertinere ad nos, & ſucceſſores noſtros pro tempore exiſtentes, & ad meram collationem, & proviſionem noſtram ordinariam; nulli juriſpatronatus ſervituti ſubjectam, ad ipſoſque Parochos ſpectare, & pertinere omne id totum, & quicquid per homines dicti loci N. ut ſupra Parochianos, promiſſum extitit; & ſic prænominatas obventiones, ac omnes alias eleemoſynas, pro tempore in dicta Parochiali Eccleſia S. N. provenientes; Quoniam verò obventiones, & eleemoſynæ ſupradictæ neque ſufficere poſſunt ad congruam Parochi pro tempore exiſtentis ſuſtentationem, proinde vigore facultatis nobis per Sacros Canones, ac Concilii Trid. decreta, attributa, perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione Sancti N. intus ſine cura Eccleſiam N. loci N. hujus noſtræ Diœceſis conſiſtens, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ex nunc, prout ex tunc, quocumque modo illud vacare contigerit, vigore ſupradictæ facultatis, ac omni alio meliori modo, quo poſſumus, eidem Parochiali Eccleſiæ per nos, ut præfertur erectæ, unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat Parocho ejuſdem Eccleſiæ, nunc, & pro tempore exiſtenti, illius corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, ejuſdemque beneficii fructus, redditus, & proventus exigere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita. Quam quidem unionem, annexionem, & incorporationem ut ſupra factam, ratam, gratam, & firmam habentes, et tenentes, ipſam omni tempore promittimus non revocare, nec ei contravenire quoquo modo de jure, vel de facto. Vt autem prædictam Parochialem Eccleſiam S. N. ſic de novo erectam de idoneo Rectore quamprimum, ut decet, provideamus, nos pro exercitio curæ in populum, & utriuſque ſexus homines in dicto loco habitantes, nominamus, et deputamus dilectum nobis in Chriſto N. Presbyterum, qui populo, et Eccleſiæ prædictis in divinis, et animarum cura regenda præſit, et tanquam habilem, et idoneum, per RR. Patres examinatores in Synodo Diœceſana deputatos repertum, præficimus, illique curam regimen, et adminiſtrationem Sacramentorum pro populo, et inhabitatoribus dicti loci committimus, ac eidem de præfata Eccleſia ſic noviter erecta providemus, Mandantes &c. In quorum fidem, et teſtimonium, etc. Datum, etc.

Similem formulam habes penes Barboſ. *in calce ſuarum add. de pot. Epiſc f. l.* 23.

Porrò juxta terminos *d. cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædif.* nedum poterit Epiſcopus erigere novas Eccleſias
12 Parochiales à fundamentis, verùm etiam ſimplicem Eccleſiam jam conſtructam, erigere in Parochialem, & curatam; quod quidem facere poteſt propter augmentum cultus divini, Rebuff. *in praxi, tit. de erectione in Curat. & Paroch. num.* 1. & licèt videatur obſtare Sacræ Congregationis Concilii declaratio, attamen ipſa non excludit, id fieri poſſe, legitima ſubſiſtente cauſa, ut tenet etiam Azor. 2. *par. lib.* 5. *cap.* 29. *qu.* 25. & *cap.* 30. *qu.* 3 & 4. Quacè in dicta declaratione, quam refert Garc. *de benefic. p.* 12 *c.* 5. *num.* 3. ſic dicitur, *Nec beneficia ſimplicia in curata converti ab Ordinario poſſunt,* ſubdit tamen idem Garc. ibi, id intelligi poſſe, ceſſante cauſa, & neceſſitate, Barboſ. *de pot. Epiſcop. alleg.* 68. *per tot.*

Hic verò ſaltem obiter videndum, utrum quemadmodum Epiſcopus poteſt per jura ſuperius allegata erigere ſimplices Eccleſias in Parochiales, ita poſſit ipſas Parochia-
13 les reducere ad ſimplicē Eccleſiam, ſeu beneficium ſimplex? Et quidem negativa eſt reſponſio; quandoquidem id cavetur potiſſimùm decreto Concilii Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de refor.* ubi ſtatuit Sancta Synodus, ut Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario perpetuò congrua portione, non convertantur, non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non fuerint conſecutæ &c. Ac proindè in una *Capuan. Rectoria* penes Far. *in poſth. dec.* 684. *num.* 5. dicitur, quod curata beneficia non poſſunt converti in ſimplicia; quia, quicquid ſit in aliis materiis, in materia curæ non poteſt per ſimplicem collationem, tanquam de ſimplici imprimi novus ſtatus, obſtante d. Concil. *loc. cit.* quo cavetur, nè beneficia curata in ſimplicia convertantur; & quatenus ipſa Parochialis Eccleſia per Epiſcopum convertatur in ſimplex beneficium, ipſa converſio erit prorſus nulla; quia id per dict. Concil. *loc. cit.* expreſsè prohibetur, Marius Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 69. & alias Sacra Congregatio ejuſdem Concilii ſuper *d. cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* ſic cenſuit, Prima, *Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium converti non poſſunt, quod intelligendum eſt, etiam in aliqua parte fructuum ipſius Parochialis.* Secunda, *Nec Ordinarius diſmembrare poteſt beneficia curata, ac unire beneficiis ſimplicibus.* Tertia, ibi, *Non converti antur, etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum Parochialis conſtituere beneficium ſimplex,* Quarta, *Non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus beneficia ſimplicia, ſive Oratoria, ſi illis unita eſſent, etiam ſi illis ſeparatis, Parochiales non egeant.* Quas quidem declarationes refert etiam penès eundem Garc. *d. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 87.

Summus verò Pontifex amplam habet poteſtatem redu- 14
cendi Parochiales Eccleſias in ſimplicia beneficia, præſertim verò, ubi cauſa aliqua intercedit; prout etiam in ipſa Urbe vidimus practicari, nam cum aliàs adeſſet Parochialis Eccleſia S. Nicolai in Agone nuncupata de Urbe, quæ ab Eccleſia S. Laurentii in Damaſo dedicta Urbe, tanquam ejus matrice dependet, & illi eſt immediatè ſubjecta, ejuſque collatio, ad ejuſdem S. Laurentii Diaconum, ſeù Presbyterum Cardinalem ſpectat, & eidem Summo Pontifici fuiſſet ſupplicatum pro parte Rectoris, & Confratrum Confraternitatis ejuſdem S. Nicolai Lotharingorum, attento, quod prædicta Parochialis Eccleſia ſeptuaginta domos, ſeù familias, vel circa dumtaxat, ſub ſua cura, & Parochia haberet, illaque pro exercitio curæ animarum valdè anguſta, & obſcura exiſtebat, illiuſque Parochiani, qui numerum quadringentorum, & nonaginta, vel circa non excedebant, pro divinis officiis audiendis, ad alias vicinas Eccleſias accedere conſueverant; eidem Pontifici expediens viſum eſt, ipſam animarum curam, indè ad aliquam, ſeù aliquas ex vicinioribus
Paro-

rochialibus Eccleſiis transferre, prædictamque Eccleſiam S. Nicolai alicui Congregationi, ſeu Confraternitati, cujus cura in decenti ſtatu conſtitueretur, & divinus in ea cultus manuteneretur, concedere decrevit, quarè conſiderans idem Pontifex, quod à longo tempore, quamplurimi ex Lotharingiæ, & Barri Ducatibus oriundi, in Romana Curia, cum multa, tum fidei, & probitatis, tum etiam pietatis, ac propensæ, erga Sedem Apoſtolicam devotionis laude, verſati fuerint, & eorum multi, diverſis Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ muneribus, & officiis ſecundariæ peritiæ, fidelitatis, & integritatis famæ præfuerint, ipſe Pontifex ex dicta Parochiali Eccleſia, omnimodam curam animarum, ac onera Parochialia abdicavit, & ad aliquas Parochiales Eccleſias circumvicinas, arbitrio bon. mem. Cardinalis de Montealto, cujus titulus prædicta Eccleſia S. Laurentii erat; perpetuò tranſtulit, & in ipſa Eccleſia S. Nicolai denominationem, ac eſſentia Parochialis Eccleſiæ, illiuſque Rectoris perpetuò ſuppreſſit, & extinxit. Eandemque Eccleſiam S. Nicolai ab omni cura, & oneribus Parochialibus, liberam, & exemptam, & de cætero non collativam effectam, prædictæ Confraternitati conceſſit. Quiquidem Alexander Cardinalis ità deſuper conſenſit, dummodò bona, ac proprietates, & fructus, &c. ejuſdem Eccleſiæ S. Nicolai, duobus Canonicatibus, & totidem præbendis, paulò ante in dicta Eccleſia S. Laurentii Apoſtolica authoritate erectis, applicarentur, prout ex literis fel. rec. Gregor. XV. ſub Dat. Tuſculi, Anno 1620 Tertio Non. Octobris, Pontificatus ſui Anno Secundo.

Pariterque cum Parochialis Eccleſia S. Andreę de Funariis nuncupata de Urbe, quæ ab Eccleſia S. Marci de eadem Urbe, tanquam ejus matrice dependet, per liberam reſignationem D. Pompilii Sylveſtri primodictæ Eccleſiæ Rectoris vacaſſet, illaque fonte baptiſmali careret, & in ſuis ſtructuris, & ædificiis ſatis anguſta, curaque animarum illi incombens exigua erat, & ad circumvicinas Eccleſias transferri, & ab illarum Rectoribus commodè exerceri potuiſſet, pro parte Gubernatoris, & Confratrum SS. Quatuor Coronatorum de ipſa Urbe Sculptorum, & Lapicidarum, fuit eidem Gregor. XV. ſupplicatum, quatenus primodictam Eccleſiam eidem Confraternitati concedere, ac unum perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum in ea erigere dignaretur. Quarè idem Pontifex dictam Eccleſiam, &c. omnimodamque illius Parochianorum curam, &c. ab eadem Eccleſia perpetuò abdicavit, & ad Eccleſiam S. Nicolai de Funariis, primodictæ viciniorem, quatenus verò modernus Rector S. Nicolai acceptare nolit, ad aliam ſimiliter prædictæ Eccleſiæ S. Andreę viciniorem, cujus Rector curam hujuſmodi acceptare contentus eſſet, tranſtulit; & in primodicta Eccleſia unum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, ſub invocatione ejuſdem S. Andreæ erexit, prout in literis ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Anno 1623. Decimotertio Kal. April. Pontificatus ejuſdem Gregorii Anno Tertio.

CAPUT III.

Praxis Proviſionis Parochialium Eccleſiarum per Concurſum.

SUMMARIUM.

1 *CUra animarum maximum in ſe periculum continet.*

2 *Et eſt tanto pretioſior, quanto periculoſior.*

3 *Et quid circa id ſtatuerit Concil. Trident.*

4 *Constitutionis Pii V. ſuper proviſionibus Parochialium Eccleſiarum tenor proponitur.*

5 *Concurſus in Parochialibus Eccleſiis in multis caſibus ibi enumeratis, ceſſat.*

6 *Edictum pro concurſu ad Parochiales, an & quando neceſſario proponendum.*

7 *Concurſus ad Parochiales eccleſias, an & quando fiat fiat per Inferiorem Episcopo.*

8 *Synodus congregandi, eſt jus Epiſcopale.*

9 *Inferior, licet habeat jus congregandi Synodum, ſi tamen illam nondum congregavit, concurſus ſpectat ad Epiſcopum.*

10 *Concurſus per edictum ad Parochiales, qua formula uteatur Sanctus Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanen.*

11 *Alia etiam formula proponitur.*

12 *Vicarii deputatio ad Parochialem eccleſiam vacantem, non eſt de forma, quando collatio ſpectat ad Papam.*

13 *Secus ſi ad Epiſcopum, ſeu alium Inferiorem collatorem.*

14 *Vicarii deputationis formula, ad Parochialem eccleſiam vacantem.*

15 *Et quonam congrua portio eidem Vicario aſſignanda.*

16 *Non poſſunt aſſignari omnes fructus eccleſiæ vacantis.*

17 *Vicarius, conſtituendus Parochiali eccleſiæ, quocumque modo illa vacet.*

18 *Et ſemel conſtitutus, non poteſt removeri, & quarè.*

19 *Parochialis eccleſia vacans, an commendetur per Ordinarium.*

20 *Et reſolvitur negativè ex Sacra Congreg.*

21 *Vicarius deputatus ad Parochialem eccleſiam vacantem ſi concurrat, quomodo ante collationem poſſit bona prædicta eccleſiæ adminiſtrare.*

22 *Edictum pro concurſu ad Parochiales, ubi apponendum.*

23 *Edicti terminum non tenetur Epiſcopus prorogare.*

24 *Et prædicto termino durante, non poteſt fieri examen.*

25 *Sed quomodo illud ſuſtineatur ante lapſum termini.*

26 *Examen per concurſum ad Parochiales, quid requirat in praxi.*

27 *Et quot examinatores.*

28 *Et an eorum approbatio, vel reprobatio fiet ſeparatim, vel ſimul.*

29 *Examinatores Synodales, non minus, quam ſex deputandi.*

30 *Et in Synodo vera, & formali.*

31 *Examinatores Synodales, cujus qualitatis eſſe debeant.*

32 *Examen per concurſum, an validum, ſi etiam adhibeantur Examinatores non Synodales cum Synodalibus.*

33 *Examinatoribus Synodalibus, ſingulis annis non deputatis, aliis jam alias deputatis, munus ſuum exercebunt.*

34 *Et quid ſi ex deputatis, aliqui moriantur, vel ſint abſentes.*

35 *Examinatorum Synodalium defectus non nocet patrono, qui legitimè præſentavit.*

QUantum animarum cura, cæteras omnes ſuperat, atque excellit, eò impenſius Summus Pontifex movere conſuevit eis, ea, qua par eſt ſedulitate, providere; quatenùs id officii genus omni ubique adhibita induſtria excolatur; cum curæ hujuſmodi exercitium, maximum in ſe periculum contineat; eo, quod ſit ars artium, ut in *cap. penultim. de ætat. & qualit.* & dixit Vival. *in Clem. 1. numer. 29. de præb.* quod cura tantò eſt pretioſior, quantò periculoſior; ut ex pluribus tradit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 5. numer. 7. & gloſ. 6. numer. 8. & 9.*

Quamobrem poſt praxim erectionum Parochialium Eccleſiarum, ſatis rationi conſonum eſt, quid praxis ipſa ſervet circa earundem Eccleſiarum collationes, ſubnectere: quandoquidem, licèt huic rei ſatis conſuitum noſcatur, ex iis, quæ potiſſimùm ſancita ſunt per decreta *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 18. ac fel. record. Pii V. Conſtitutionem*, qua declaravit, quid circa id, ad ejuſdem Concilii mentem, ſervandum foret: nihilominus verò, quia temporibus ſuccedentibus, ſecum dubia deſuper, & ambiguitates afferentibus, quæ non niſi ipſius Romanæ Curię, ejuſdemque Sacrarum Congregationum Eminentiſſimorum Cardinalium, quinimmò ipſiuſmet Summi Pontificis oraculo aperiri, & dilucidari nequeunt: proindè Sedes Apoſtolica, non rarò conſuli ſuper hoc conſuevit; quibus omnibus, etiam recentiſſimus, tum Datariæ, tùm Cancellariæ Apoſtolicæ aſtipulatur ſtylus: Quarè, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi ea hic annectam, de quibus ipſam Sedem Apoſtolicam in dies conſultam reſpondiſſe, non ignoramus.

Et quidem, ut ordinata ſeriè procedatur, verba prius ejuſdem *Concilii*; mox prædicta *Pii V. Conſtitutionis* tenorem, de more ſubiiciam, videlicet.

Expe-

3 *Expedit maximè animarum ſaluti à dignis, atque idoneis Parochis gubernari id, ut diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit Sancta Synodus, ut Parochialis Eccleſiæ vacatio, etiam ſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures adminiſtretur, etiam in eccleſiis patrimonialibus, ſeu receptitiis nuncupatis, in quibus conſuevit Epiſcopus uni, vel pluribus curam animarum dare; quos omnes ad infraſcriptum examen teneri mandat, per obitum, vel reſignationem, etiam in Curia, ſeu aliter quomodocumque contigerit, etiam ſi ipſa Parochialis eccleſia reſervata, vel affecta fuerit generaliter, vel ſpecialiter etiam vigore indulti, ſeu privilegii in favorem S. R. E. Cardinalium, ſeu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Epiſcopus ſtatim habita notitia vacationis eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua ejus arbitrio, fructuum portionis aſſignatione, conſtituere qui onera ipſius eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur. Porro Epiſcopus, & qui juſpatronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam eccleſiam, coram deputandis Examinatoribus nominet. Liberum ſit tamen, etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut poſſit poſtea de cujuslibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio. Et ſi Epiſcopo, aut Synodo Provinciali, pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum, etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Tranſacto conſtituto tempore, omnes, qui deſcripti fuerint, examinentur ab Epiſcopo, ſive, eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis Examinatoribus, non paucioribus, quàm tribus quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem ſingulis annis in Diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel ejus Vicario, ad minus ſex proponantur, qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. Adveniente vacatione cujuslibet eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant: indeque ſuccedente alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis ſex, eligat. Sint vero hi Examinatores Magiſtri, ſeu Doctores aut Licentiati in Theologia, aut jure Canonico, vel alii Clerici, ſeu Regulares, etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam ſæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, ſe quacumque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus exequuturos, &c. Peracto deindè examine, renuncientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem eccleſiam gubernandam, opportunis: ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit: atque illi, & non alteri collatio eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. Si vero juriſpatronatus eccleſiaſtici erit, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, ut ab eo inſtituatur. Cum vero inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. Quod ſi juſpatronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, ut ſuprà examinari, & non niſi idoneus repertus fuerit, admitti; In omnibuſque ex ſupradictis caſibus non cuique alteri, quam uni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, juxtà ſupradictam regulam de eccleſia provideatur: nec prædictorum examinatorum relationem, quominus exequutionem habeat ulla devolutio, aut appellatio ad Sedem Apoſtolicam, ſive ejuſdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, ſeu Epiſcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interpoſita, impediat, aut ſuſpendat: alioquin Vicarius, quem eccleſiæ vacanti anteà Epiſcopus arbitrio ſuo ad tempus deputavit, vel forſan poſteà deputabit, ab eius eccleſiæ cuſtodia, & adminiſtratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus, & electus fuerit, ut ſupra ſit proviſum: alias proviſiones omnes, ſeu inſtitutiones, præter ſupradictam formam factæ, ſubreptitiæ eſſe cenſeantur: non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis proviſionibus, indultis conceſſis quibuſcumque Univerſitatibus, etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcumque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ Parochialis fuerint, ut totius hujus examinationis operam non ferat, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubiicere, aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè graviores rixæ, ac tumultus poſſint excitari, poterit Ordinarius, ſi pro ſua conſcientia, cum Deputatorum conſilio, ità expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, privatum aliud examen, cæteris tamen, ut ſuprà ſervatis, adhibere. Licebit etiam Synodo Provinciali, ſi quæ ex ſupradictis circa examinationis formam addenda, remittendavè eſſe cenſuerit, providere.*

Hæc autem ita ſanctè, & ſalubriter fuerunt per dictum Concilium ſancita, per quæ illud voluit tollere abuſum inductum conferendi Parochiales Eccleſias minus idoneis, omiſſis magis idoneis: undè, & collatorum conſcientia gravabatur, & populus propter ignorantiam Rectorum, maximum damnum patiebatur, ut dicitur in una *Abulen. Parochialis*, impreſſa penes Garc. *de benef. p. 5. cap. 5. num. 93. circa med.*

Poſtmodum verò cum ſupradictus *Pius V.* accepiſſet formam, ut ſupra ab eodem Concilio Tridentino traditam, minus rectè ſervari; ex eo, quod collatores earundem Parochialium Eccleſiarum, circa modum faciendi examen, nimis delinquebant, Parochialeſque Eccleſias hujuſmodi Clericis minus idoneis conferebant: indèque ſequebantur nullitates, & invaliditates ipſarum collationum, proindè huic malo occurrens, ſuam edidit Conſtitutionem, qua omnes collationes factas, & faciendas contra prædictam formam, annullavit. Ipſius autem Conſtitutionis tenor talis eſt, videlicet.

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. In conferendis beneficiis Eccleſiaſticis, & præſertim Parochialibus Eccleſiis perſonis dignis, & habilibus, quæ in loco reſidere, & per ſeipſos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat. Alexandri III in Lateranen. Gregorii X. in Lugdun. generalibus Conciliis, ac Innocentii ſimiliter III. & aliorum Roman. Pont. prædeceſſorum noſtrorum editæ conſtitutiones teſtantur. Quod ut diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit etiam Synodus Tridentina, ut occurrente vacatione Parochialis Eccleſiæ, etiam generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti in favorem S. R. E. Cardinalium, aut aliàs quomodolibet reſervatæ, vel affectatæ, debeat Epiſcopus, habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua ejus arbitrio, fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur. Et deindè Epiſcopus, & qui juſpatronatus habet, intra decem dies aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, aliquot Clericos ad regendam Eccleſiam idoneos Examinatoribus juxtà formam ejuſdem Synodi deputatis, nominet, & non niſi ab eiſdem Examinatoribus per concurſum aliorum examinatorum, etiam tanquàm magis idoneo ab Epiſcopo judicato, & electo, de Eccleſia provideatur; aliàs proviſiones, ſeù inſtitutiones omnes præter formam prædictam factæ, ſubreptitiæ cenſeantur. Sed quoniam res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi ſit, qui eas retineat, ac debitæ exequutioni demandet, & verendum ſit, ne propter conſtitutionem hujuſmodi transgreſſionem, maximi abuſus oriantur; Nos, ad quorum notitiam non ſine gravi noſtra moleſtia, pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, occurrente vacatione Parochialium Eccleſiarum, eas nullo, aut minus ritè ſervato examine, præſertim illo, quod per concurſum fieri debet, ex Concilio Tridentino, vel etiam examine ritè ſervato, perſonis minus dignis, carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis judicium ſequentes, contuliſſe, & de eis providiſſe, volentes, quantum cum Deo poſſumus hujuſmodi, ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones præfatas etiam innovando, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium omnes, & ſingulas collationes, proviſiones, inſtitutiones, & quaſvis diſpoſitiones Paro-

chia-

chialium Eccleſiarum ab eiſdem Epiſcopis, & Archiepiſcopis; ac quibuſvis aliis collatoribus, tàm ordinariis, quàm delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apoſtolicæ Legatis, vel Nunciis, præter, & contra formam ab eodem Concilio Trident. præſertim in examine per concurſum faciendo, præſcriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, nullamque proviſi jus, aut titulum, etiam coloratum poſſidendi præbere, & Parochiales Eccleſias hujuſmodi, ut prius ante collationes hujuſmodi, vacabant, ex nunc vacare ſtatuimus, decernimus, & declaramus; eaſque omnes pro tempore ſic vacantes, noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ, ſeu eorum, quibus jus conferendi eas; præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui curam dicti examinis juxtà decretum Concilii habere debent, competet, diſpoſitioni reſervamus. Inſuper, nè Parochiales Eccleſiæ diù in ſuſpenſo maneant, in maximum animarum periculum, quarumcunque Parochialium Eccleſiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas, & quoviſ alios ordinarios collatores in menſibus ordinariis collatoribus, etiam per noſtras regulas aſſignatis, proviſio, & collatio ſpectat, & pertinet de quibus iidem Epiſcopi, & Ordinarii prædicti intrà ſex menſium ſpatium à die vacationis earundem, perfecto examine juxtà formam Concilii Tridentini præfati, non providerint, ac illarum etiam quarum collationes nobis, & dictæ Sedi generaliter, vel ſpecialiter, & ex quavis cauſa reſervatæ, ſeù affectæ exiſtunt, aut aliàs ex indulto Sedis Apoſtolicæ competunt, ad quas, occurrens illarum vacatione, Epiſcopi, & Archiepiſcopi præfati, perſonas per examen concurſu mutuo habito, juxtà dicti Concilii Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut iis, ad quos collatio ſpectabit, pro collatione obtinenda, intra quatuor menſium ſpatium à die illius vacationis non ſignificaverint; necnon Parochialium Eccleſiarum ſimilium, quæ Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel aliorum, ſeù Clericorum, & Laicorum ſimul fuerint, ſi præſentatus, intra tempus eiſdem patronis à jure præfixum, prævio examine, juxtà formam dicti Concilii approbatus, petatur inſtitui, inſtitutioque ipſa per duos menſes à die præſentationis dilata fuerit, collationem, proviſionem, inſtitutionem, ac omnimodam diſpoſitionem nobis, & ipſi ſedi, ac perſonis indulta hujuſmodi conferendi, providendi, ſeu inſtituendi obtinentibus reſpectivè reſervamus data tamen in Parochialibus Iuriſpatronatus, optione ipſis patronis, ut ſi inſtitutio ad ordinarios ſpectabit, ipſis ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menſes differentibus, poſſint pro hujuſmodi inſtitutione obtinenda habere recurſum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apoſtolicam. Prohibentes etiam eiſdem Ordinarii, nè tempus decem dierum eiſdem Ordinariis, & Patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, ultrà alios decem dies prorogare audeant, vel præſumant. Diſtrictius inhibentes, ne quis, præter Romanos Pontifices, aut alios indulta hujuſmodi obtinentes, ut præfertur, quacumque ſit ſuper hoc authoritate munitus, de hujuſmodi beneficiis ſic reſervatis (ut præfertur) diſponere, vel, circa illa, etiam per viam permutationis, vel aliàs innovare quoquo modo præſumat. Vt autem non ſolum dignis ſed magis idoneis repertis, juxtà ejuſdem Concilii decretum, Parochiales Eccleſiæ conferantur, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod ſi Epiſcopus, minus habilem, poſthabitis magis idoneis, elegerit, poſſint ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujuſmodi ad Metropolitanum, vel ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium, uti noſtrum, & Sedis hujuſmodi delegatum, aut aliàs ad ipſam Sedem Apoſtolicam appellare, ac prælectum ad novum examen coram ipſo appellationis Iudice, & ejus Examinatoribus provocare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis, magis idoneò per eundem Iudicem appellationis, authoritate noſtra (quatenùs collatio ad Epiſcopum, a quo appellatum fuit, ſpectares) conferatur, aliàs eidem magis idoneò per Iudicem appellationis approbatio conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, proviſio, vel inſtitutio ſpectabit. Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpendat, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & proviſus ab eadem Eccleſia cauſa appellationis hujuſmodi pendente non amoveatur. Et ſi quis à ſententia per Iudicem appellationis lata, duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipſam Apoſtolicam appellabit. Si ſecùs in præmiſſis omnibus, & ſingulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque litteræ ipſæ, Cameræ, & Cancellariæ Apoſtolicarum, & Audientiæ cauſarum Palatii Apoſtolici valvis, & in acie campi Floræ, dimiſſis inibi copiis, publicatæ, & affixæ, omnes ità afficiant, & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, decreti, reſervationis, prohibitionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſenoverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, quintodecimo Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Caſ. Glorierius.

Viſa de Curia M. de Enciſo.

H. Camya.

His igitur ſic præmiſſis, cum prædicti Concilii decretum, ac Pii Conſtitutio ſupradicta eò tendant, ut per ea providè hujuſmodi examini per concurſum conſulatur; quia tamen nonnulli adſunt caſus, in quibus ipſæ Parochiales Eccleſiæ abſque prævio concurſu rectè conferuntur, eoſdem caſus prius enumerare placuit, ut poſtea ulteriora magis expeditè proſequar. Caſus igitur ſunt, videlicet.

5 Primus, quando Parochialis Eccleſia reſignatur ad alicujus favorem coram Summo Pontifice, namque ita quotidie practicatur, & reſpondit *Sacra Congregatio Concilii in Illerden. 2. Octobris 1566. & in una Imolen. de menſe Maii 1569. & in una Aurien. Tertio Kal. Februarii 1565.* teſte *Paris. de reſignat. benefic. lib. 10. quæſt. 7. num. 15.* ubi quod aliàs è prædicta Congregatione fuit ſic reſponſum videlicet, *Decretum hoc Concilii Trid. quod dicis, vacationem omnem de Eccleſiis Parochialibus, etiam per reſignationem, examine per concurſum prævio, ab Ordinario debere conferri ei, quem aptiorem judicaverit, locum non habere in reſignationibus factis in manibus Papæ in favorem;* Et alia declaratio, *Concilium Tridentinum loquens de examine per concurſum faciendo, non habet locum in vacatione Parochialis per reſignationem factam in manibus Papæ, in favorem, quam idem Pontifex admiſerit, & mandaverit expediri in forma*

forma Dignum. Et alia, *Scribantur littera ad Epiſcopum N. in reſignatione facta in favorem certa perſona, non eſſe neceſſarium examen per concurſum; ſed ſatis eſſe reſignatarium ab Examinatoribus in Synodo deputatis, ſimul cum Ordinario probat idoneum.* Et aliàs ſic, *Reſignatione facta in manibus Papa in favorem certa perſona, & ab eo admiſſa, ille, in cujus favorem reſignatum eſt, non eſt examinandus per concurſum, ſed ſufficis, ſi examinetur eo genere examinis, quod vocatur in forma Dignum*: & iſte eſt notorius ſtylus, de quo teſtatur id Pariſ. *loc. cit.* & Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 6. num.* 121. ubi *num. ſeq.* idem eſſe ait in ceſſione jurium pro extinctione litis, ex declaratione ejuſdem Sacræ Congregationis, quæ ſic ſe habet, *In ceſſione jurium in favorem ejus, qui pratendit habere jus, nec examen, nec expreſſio beneficiorum, aut valoris eſt neceſſaria, ſi vera lis fuerit.* Secùs verò ubi beneficium vacet per reſignationem, etiam in Curia, ſi reſignatio ſit ſimplex, & ad nullius favorem, vel ſi Eccleſia ſit patrimonialis, vel receptitia, in quibus conſueverit Epiſcopus uni, vel pluribus curam animarum demandare, ut in *d. Conc. ſeſſ. 24. ca. 18.* Mareſcot. *var. reſ. lib. 1. c. 52. n. 6.*

In ſupradictis terminis reſignationis ad favorem, aliæ præterea emanarunt declarationes, ut infra, Prima, *Cum Parochialis Eccleſia reſignatio fit in manibus Sanctiſſimi, quia tunc non dicitur vacare, antequam alteri acquiratur, nec in ea poteſt ſtatim deputari Vicarius, nec eſt neceſſarium examen per concurſum, & aptiorem eſſe eligendum per Ordinarium: ſed ſatis eſt, reſignatarium ab Examinatoribus in Synodo deputatis, ſimul cum Ordinario probari idoneum.* Alia, *In Parochialibus per reſignationem in favorem, quam appellant, concurſus fieri non debet: cum propriè non dicantur vacare; proviſiones tamen iſtarum Ordinariis committuntur, qui examinatis proviſis, ſive reſignatariis, & idoneis repertis, iis Parochiales hujuſmodi conferant; & in una Giennen. In proviſionibus à Sede Apoſtolica factis, non eſt neceſſaria, nec de jure fieri debet examinatio, qua fit per concurſum, quia dum ex Papa commiſſione, quis examinatus, & approbatus fuerit Roma, debet haberi, tamquam ſi fuiſſet examinatus, & approbatus per concurſum*, refert idem Garc. *d. par. 9. cap. 2. num.* 160. Proſp. de Auguſtino in addit. ad Quarant. *in ſumm. bull. tit. benefic. Paroch. coll. quaſt. 3.* Zerol. *in praxi Epiſc. verbo parochia, §. 2. dub. 5. par. 5.* Ricc. *in praxi fori Eccl. verb. concurſus ad Parochiales, dec. 416. num. 2.* Et paſſim etiam videmus præſentibus in Romana Curia Parochiales Eccleſias in partibus vacante, Sedi tamen Apoſtolicæ reſervatas, etiam abſque concurſu conferri: nec refert, quod Concil. Trid. *d. cap 18. de refor.* mandet fieri examen per concurſum circa Parochiales Eccleſias vacantes per obitum, vel per reſignationem, etiam in Curia, necnon ſi ipſa Parochialis Eccleſia ſit reſervata, vel affecta; quia nihilominus ſufficere diù obſervavimus, ſi præſens in ipſa Romana Curia, cui Parochialis Eccleſia prædicta confertur, examinentur ab Examinatoribus in Urbe deputatis, & idoneus reperiatur, prout de hoc teſtatur etiam Germon. de indult. Card. *§. quibuſvis, num. 9.* nec quidem id contemnendum videtur ſed potius Summi Pontificis clementiæ non modicum conſonum quandoquidem ſi Curiales beneficia Parochialia, non niſi per concurſum examinis obtinere queant, facilè eveniret, ut ipſi quantumvis eſſent doctrinæ eximiæ, boniſque moribus præditi, numquam ferè talia beneficia aſſequi valerent, præſertim ob locorum diſtantiam, ſi ad locum Parochialis Eccleſiæ eundum eſſet examinis cauſa; quod fieri non poſſet ſine magno incommodo, magnaque impenſa, ac forſan ob hujuſmodi diſtantiam, ac moram, collatum forſan jam reperirent beneficium, vel quatenus non collatum, alios forſan deſcriptos, & examinatos præſtantiores intervenirent, qui eſſent anteponendi; ſicque, qui tantùm itineris confeciſſent, ſua ſpe fraudarentur, nam tanta ab Examinatoribus ipſius Urbis adhibetur diligentia, cum ſint, ut plurimum viri in Theologia, & in Pontificio jure eminentiſſimi, item religioſi, & integri, ut qui ab eiſdem approbantur, & admittuntur, digni ſint non ſolum beneficio Parochiali, ſed quovis Epiſcopatu, ut id. Germon. ſubdit *loc. cit. n.* 10.

Et quoad prædictum caſum reſignationis, addi poteſt, quod reſignatio ad favorem, non inducit vacationem propriè, Caſſad. *dec. 3. de renunc.* Put. *dec. 357. num. 1. lib 5. & dec. 314. num. 2. lib. 2.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 60. num. 21.* ubi *num. ſeq.* quod illa verba Concilii, videlicet, *per reſignationem, etiam in Curia*, intelligi debent de reſignatione ſimpliciter facta ad nullius favorem, id. Mareſc. *d. cap. 52. num. 9.* ubi, quod in hoc caſu ceſſat concurſus, ſive reſignatarius ſit proviſus in Curia, ſive in partibus, ut declaravit prædicta Sacra Congr. Vivian. *in prax. juriſpat. lib. 10. cap. 1. num. 54.* Quando enim reſignatarius neque eſt in Romana Curia præſens, neque ad eandem tranſmiſit teſtimonium ſuæ idoneitatis, tunc expediuntur litteræ ſuæ proviſionis in forma *Dignum*, quas poſteà ſuo Ordinario præſentabit, ut examinetur non per concurſum, ſed tantum ab Examinatoribus ſynodalibus ſimul cum Ordinario, & ſi reperiatur idoneus, conſequitur poſſeſſionem Parochialis Eccleſiæ.

Secundus caſus, in quo ceſſat concurſus Parochialis Eccleſiæ, eſt in proviſione facienda ex cauſa permutationis, id. Pariſ. *lib. 8. quaſt. 9. num. 95.* quia in hujuſmodi permutatione militat eadem cauſa reſignationis, quæ profectò continet in ſe reſignationem ad favorem, ut per Boer. *dec. 2. nu. 16.* idem Pariſ. *lib. 12. quaſt. 5. num. 19.* & juxta ſtylum Curiæ nunquam admittitur permutatio, niſi in ſupplicatione dicatur, quod compermutantes prius reſignarunt in manibus Papæ, ad effectum, ut de beneficiis ſic reſignatis utrique reſignanti reſpectivè provideatur, ut notum eſt omnibus Curialibus, idem Proſp. de Auguſt. *loc. citat.* Garc. *dict. part. 9. capit. 2. num. 161.* idem Barboſ. *d. alleg. 60. num. 23.*

Hic verò dubitat, id. Garc. *num. 162.* an videlicet quatenus in hoc caſu non requiritur examen per concurſum, requiratur nihilominus novum examen ipſorum, compermutantium coram Examinatoribus ſynodalibus: & rejecta opinione contraria ait, quod licèt non ſit faciendum examen in beneficiorum permutatione, id procedit, quatenus beneficia ſint ambo curata, & paria, ſecùs verò de ſimplici ad curatum, inæquali, ex declaratione d. Congregationis, ſubdens *num. 163.* ex Zecch. *de repub. eccleſ. cap. 8. de Parocho, num. 6.* quod debent permutantes examinari circa ſcientiam, & inquiri de eorum ordine, moribus, & ætate; & ſi Eccleſiæ ſint Parochiales, iidenuò debent examinari coram Epiſcopo, vel ejus Vicario, eo impedito, & tribus Examinatoribus in ſynodo conſtitutis; & quod ita ſervatur, & ſequitur Ricc. *in d. praxi for. Eccl. deciſ. 419. num. 2.* ubi ex eodem Leſſ. *loc. citat.* quod non debet fieri examen per concurſum, quando permutatio fieret cum aliqua Parochiali ferè paris conditionis; ſubdens ibi rationem, nempè, quia per antiquum examen uterque cenſetur idoneus, & ita refert cenſuiſſe Sacram Congregationem; cum aliàs fieret injuria prioribus Examinatoribus.

Circa quod optimè advertit id. Garc. *p. 9. cap. 2. num. 166.* quod expediret, quando aliqui vellent permutare beneficia, in quibus requiritur concurſus, præſertim ad curatum, quod ante renunciationem ex eadem cauſa permutationis, fieret examen ad illud, prout fieri rectè poteſt: ne fortè poſtmodum non reperiatur idoneus; Et certè eſt bona praxis, pluries practicata.

Cum verò permutationes fiunt coram Summo Pontifice de hujuſmodi Parochialibus, illarum litteræ ſemper committuntur Ordinario in forma *Dignum*, niſi mittatur ejuſdem Ordinarii approbatio cum Examinatoribus Synodalibus ad Parochiales, quæ permutantur, aut niſi permutantes ſint in Romana Curia examinati, ut docet notoria praxis.

Tertius caſus, providetur Parochialis ſine concurſu, quando in illius collatione non fuit ſervata forma, vel prædicti *Concilii ſeſſ. 24. cap. 18.* vel prædictæ *Conſtitut. Pii V.* per quam irritantur omnes collationes Parochialium, factæ contra formam prædictorum jurium, quæ proindè remanent Sedi Apoſtolicæ reſervatæ; & paſſim videmus ab eadem Sede fieri hujuſmodi proviſiones. Et licèt ob inobſervantiam formæ traditæ à dicto *Concilio, & Conſtit. Pii V.* diverſimodè poſſet contingere vacatio, nihilominus ſtylus Datariæ Apoſtolicæ admittit expreſſionem in genere, & ſic ſufficit narrare in hujuſmodi impetrationibus, prædictam formam minimè fuiſſe ſervatam; quod profectò elicitur ex ipſa Conſtitutione, dum ibi dicitur, *Omnes, & ſingulas collationes, & quaſvis diſpoſitiones Parochialium Eccleſiarum, &c. prater, vel contra formam ab eodem Concilio Tridentino, &c. factas, &c. nullas, irritas, ac nullius roboris, & momenti fore, & eſſe, &c eaſque omnes pro tempore ſic vacantes noſtra, & Sedi*

Apo-

Apoſtolica, &c. diſpoſitioni reſervamus, prout etiam infra dicetur.

Quod tamen ita demum intelligendum eſt, quando videlicet hujuſmodi Parochialium Eccleſiarum inſtitutio, ſi fuerint de jurepatronatus, non ſpectet ad inferiorem; nam cum eo caſu jam dixerit prædictum Conc. *d. cap.* 18. quod quando inſtitutio ab alio facienda ſit, quàm ab Epiſcopo, tunc Epiſcopus ſolus eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, & ad quem inſtitutio ſpectat; ac etiam, ut habetur in eadem *Conſtitutione Pii V.* qua præſervatur in caſibus dictæ Conſtitutionis prædictis inferioribus jus conferendi, ibi, *ſeu eorum, quibus jus conferendi eas præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui curam dicti examinis juxta decretum ejuſdem Concilii habere debent, competat, &c.* Propterea eiſdem inferioribus libera relinquitur conferendi facultas in caſibus inobſervantiæ prædictæ formæ; namque poſſunt providere, & diſponere de prædictis Parochialibus in dictis caſibus abſque aliquo concurſu; quandoquidem ipſi, ob culpam Archiepiſcopi, ſeù Epiſcopi, qui tenebatur eam ſervare, & non ſervavit, non debet ſuper hoc præjudicium aliquod inferri, ut pluribus comprobat Gonzal. *gloſ. ſexta numer.* 126. & infra dicetur.

Quartus caſus, etiam ex jam dictis in caſu præcedenti, non requiritur concurſus, quando collatores fuerunt in mora conferendi dictas Parochiales, propter quam labitur tempus ſex menſium; quia etiam ex eadem *Conſtitutione Pii V.* vacaret, earumque collatio eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata, ibi, *Inſuper, ut Parochiales Eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant in maximum animarum periculum, &c. de quibus Epiſcopi, & Ordinarii intra ſex menſium ſpatium à die vacationis earumdem, &c. non providerunt, &c.* & ita docet notoria praxis, prout etiam ait Gonzal. *d. gloſ. 6. num.* 130. Vivian. *in praxi juriſpatron. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 56. & porrigitur ſupplicatio juxta ea, quæ ſupra diximus, quatenus Orator voluerit in ipſa ſupplicatione exprimere iſtum, ſeu alium peculiarem modum vacationis, ut in præcedenti caſu dictum eſt, poterit id ad ſui libitum narrare.

Quando verò Parochialis Eccleſia juriſpatronatus laicorum, quæ ab Epiſcopo jure devoluto, ob præſentationem in tempore non factam, confertur, ſubjacet concurſui, prout declaravit *Sacra Congregatio Concilii 29. Novembr.* 1600. teſte Barboſ. *in coll. bull. verbo, Parochialis, fol.* 523. *verſ.* 9.

Quintus caſus. Non requiritur concurſus, quando in eo approbatur, ſi Eccleſia fuerit reſervata, vel illius collatio pertineat ad alium collatorem, intra quadrimeſtre à die notæ vacationis, atteſtationem ſuæ approbationis non tranſmiſerit ad D. Datarium, ut ex *ſupradicta Conſtitutione*, ibi, *aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut iis, ad quos collatio ſpectabit pro collatione obtinenda, intra quatuor menſium ſpatium, à die illius vacationis, non ſignificaverint, &c.* idem Gonz. *loc. cit. num.* 131. Vivian. *d. cap.* 1. *num.* 57. Sed notandum eſt pro hac praxi, quod ſi infra dictos quatuor menſes, perſona electa per Ordinarium non fuerit Sedi Apoſtolicæ ſignificata; ac proindè ob dictam formam non ſervatam, collatio poſſit alteri fieri, quàm perſonæ in tempore non ſignificatæ. Nihilominus pluries viſum eſt, collationem ipſam non obſtante dicto lapſu temporis, fieri eidem perſonæ jam electæ, modo ſequuti, videlicet, *Nos tibi, qui per dilectos filios Examinatores, &c. in concurſu aliorum examinatus, & idoneus repertus, teſtimonio Ordinarii, nobis tamen poſt lapſum temporis, ad id in Conſtitutione fel. record. Pii Papæ V. prædeceſſoris noſtri ſuper modo, & forma providendi Parochialibus Eccleſiis, pro tempore vacaturis, edita, præfixum, exhibito, de vita, moribus, &c. commendatus*: prout aliàs ſcimus eveniſſe caſum in vacatione Parochialis Eccleſiæ S. Euſebii Aſculan. Diœceſis, quo approbatus tranſmiſit ſuam approbationem ad Curiam, quæ tamen fuit deperdita, & ſic non exhibita in tempore; & poſtquam Datario innotuit concurſum fuiſſe legitimè factum, prout teſtabatur Ordinarius per ſuas litteras privatas, & approbationem expeditam in tempore, fuit hoc modo facta eidem collatio dictæ Parochialis, & in ſimili atteſtatur Maſſobr. *in prax. hab. concurſ. ad Paroch. requiſ.* 6. *num.* 1. *ſub num.* 2.

Ceterùm verò, quando talis Parochialis Eccleſia impetratur à tertio, & certo modo, nempè ob non ſignificationé perſonæ electæ intra quatuor menſes, dantur litteræ ſub iſta narrativa, nempè, *Cum itaque Parochialis Eccleſia N. &c. vacet ad præſens, nulluſque, &c. & perſona aliqua mutuo concurſu, juxtà formam Concilii Tridentini, pro dicta Eccleſia ſic vacante, & reſervata conſequenda, juxta Conſtitutionem Pii Quinti nobis hactenus ſignificata non fuerit: Nos tibi, qui alias per dilectos filios examinatores, &c. examinatus, &c. conferimus, &c.*

Sextus caſus. Non requiritur concurſus, quando Parochialis Eccleſia eſt unita Dignitati, vel Canonicatui; quia tùc non dicitur Parochialis; nam beneficium unitum amittit nomen, ac naturam beneficii, Rota *dec.* 11. *de reb. Eccl. non alien. in antiq.* Menoch. *de arb. jud. lib.* 2. *caſu* 205. *num.* 97. & obtinens Canonicatum, cui unita eſt Eccleſia Parochialis, debet reſidere in Canonicatu, non autem in Parochiali, ut ex pluribus, etiam probat Ricc. *in d. praxi for. Eccleſ. dec.* 417. ubi quod ita declaravit Sacra Congregatio; quodque attenditur qualitas, & natura beneficii principalis non autem uniti, ſeu annexi, Rot. penes Farin. *dec.* 323. *n.* 8. *tom.* 3. ubi quod *in una Vicen. Parochialis coram Dom. Manzanedo*, ubi fuit dictum, quod cum Parochialis, & Præpoſitura, ſit unum tantùm beneficium, aut alterum alteri unitum intrare dicebant Domini aliam concluſionem, nempè, quod Parochialis unita Dignitati non ſubſit diſpoſitioni *Concilii Tridentini ſeſſ.* 24. *c.* 18. neque concurſui, ut cenſuit S. Congr. prout refert idem Gonz. *glo.* 5. § 7. *n.* 13. qui *nu.* 14. docet, quod beneficium unitum, ſe habet erga rem, cui unitur, ſicut filia erga matrem; quia ſortitur naturam, & privilegia matris, *cap. cum dilectus, de his, quæ vi met.* adeò, quod ſi Parochialis ſit unita alicui Canonicatui Eccleſiæ cathedralis acceſſoriè, non requiritur ætas requiſita ad Parochialem Eccleſiam obtinendam, ſed ſufficit illa ætas, quæ requiritur ad Canonicatum, videlicet viginti duorum annorum, prout cenſuit Congregatio ejuſdem Concilii, idem Gonz. *gloſſ.* 9. *in princ. num.* 4. Barboſ. *d. nu.* 26. Et aliàs eadem Sacra Congregatio ſic cenſuit, *Examen concurſus non eſt neceſſarium in Dignitate, quæ Parochialem perpetuo, & acceſſoriè unitam habet. Et Epiſcopo Conchen. ac Nuntio Hiſpaniæ ſic fuit reſponſum 22. Iunii 1575. S. D. N. ex ſcientia Congregationis Concilii declaravit, examen, quod ex decreto Concilii ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *faciendum eſt per concurſum in collatione Parochialium, non debere fieri in proviſione Dignitatis Abbatiæ; tametſi unita ſit ei Parochialis Eccleſia, dummodò hæc unio, authoritate Sedis Apoſtolicæ, ac perpetuo, & acceſſoriè facta ſit*, Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 52. *nu.* 16. Vivian. *in prax. juriſpatr. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 65. At verò ubi cura animarum pertinet ad unum Canonicum, ratione ſui Canonicatus, cui eſt annexa, tunc in proviſione talis Canonicatus eſſet faciendus concurſus, ex *d. Concil. cap.* 18. ut cenſuit *Sacra Congregatio in una Segobien.* his verbis, *Quando cura animarum pertinet ad Canonicum, & præſentationem Capituli, ad quod collatio hujuſmodi Canonicatus ſpectat, Epiſcopus debet ponere examen concurſus, & ſi hoc examen ab alio fieret, collatio eſſet nulla*, ut refert Garc. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 184.

Quarè, cùm id locum ſibi vendicare dignoſcatur in Parochialibus acceſſoriè unitis, proindè, ut ait Garc *loc. cit. nu.* 194. ſi Parochialis ſit Dignitati æquè principaliter unita, eſſet faciendus de ea concurſus.

Ac proptereà obiter noverint Romanæ Curiæ Tyrones, quod unio perpetua tribus modis fieri conſuevit, quorum Primus eſt, quando fit per viam ſubjectionis, ita quod una Eccleſia, vel unum beneficium alteri ſubjiciatur; quod quidem fieri contingit pro augmento illius dotis, & patrimonii: tunc enim illa Eccleſia, ſeù illud beneficium, cui fit talis unio acceſſoriè, remanet ſuperior, & principalior, unitum verò beneficium erit inferius, ſubjectum, & acceſſorium, adhærens, & dependens ab Eccleſia, ſeù beneficio, cui facta eſt unio. Secundo modo fit unio æquè principaliter, nempè, quando duo beneficia ad invicem uniuntur, & connectuntur: ita ut ex duobus fiat unum duntaxat, nihilominus verò mutuo privilegia, & bona ſua communicant.

Tertius modus unionis eſt, cum duæ Diœceſes uniuntur quoad caput, & Gubernatorem, ut utraque remaneat cum ſuis propriis bonis, & juribus diſtinctis, ſeparatis, & non communicatis, ut prius, ſed habent duntaxat unum tantùm Paſtorem, & Rectorem, & quælibet retinet ſua privilegia, jura, & ſtatuta, ut per eundem Gonz. *d. gloſ.* 5. §. 7. *n.* 27. *cum duob. ſeqq.*

Septi-

Septimus caſus, in quo Parochialis Eccleſia non requirit concurſum, eſt, quando illa eſt de jurepatronatus laicorum: namque præſentatus à patrono, ſimpliciter examinatur ab Examinatoribus deputatis, & quatenus idoneus repertus fuerit, inſtituitur, ut diſpoſitum eſt dicto *Concilio Tridentino*, *verſ. quod ſi juſpatronatus*, & declaravit etiam Sacra Congregatio ejuſdem Concilii his verbis: *Speciale eſt in jurepatronatus laicorum, ut non requiratur concurſus in collatione Eccleſiæ Parochialis*, & alia declaratio: *Examẽ per concurſum fieri non debet in vacatione Parochialis, in qua ſit juriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit, quod deputatus à patronis examinetur ab Examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis, & idoneus judicetur, prout ſtatuit Conc. Trid. in §. quod ſi juſpatronatus*, Ricc. *in d. praxi for. Eccl. dec.* 420. Marescott. *var. reſ. lib.* 1. *c.* 52. *n.* 11. Vivian. *in praxi juriſpatron. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 58. & alia declaratio ſic ſe habet, *Congregatio jam dudum cenſuit, hoc cap. non requirere examen per concurſum ad Parochialem, quæ ſit juriſpatronatus Laicorum validè; ideo admittendum ad eam illum, qui intra tempus, quod à jure patronis laicis præfixum Epiſcopo præſentatus, & à deputatis examinatus, & idoneus repertus fuit.*

Id tamen locum ſibi minimè vendicare intelligas in Parochiali Eccleſia juriſpatronatus laicorum, quæ beneficio liberæ collationis fuit unita, ut fuit tentum in una *Ulixbonen. Concurſus* 1. *Iulii* 1611. *coram D. Coccino*, impreſſa penes Farinac. *tomo* 4. *dec.* 579. *num.* 4. & 5. ubi dicitur, fuiſſe neceſſarium concurſum Parochiali unitæ Canonicatui, de conſenſu patroni; quia talis Eccleſia remanſit libera, & non amplius de jurepatronatus, ita ut non ſit faciendus concurſus.

Et cum prædicta Sacra Congregatio cenſuerit, id eſſe intelligendum de jurepatronatus laicorum ex fundatione, conſtructione, & dotatione, aut donatione; ſecùs eſt ſi competat ex privilegio, vel præſcriptione, aut alio quovis modo; quandoquidem iſta jura patronatus, cum quaſi poſſeſſione indè ſequuta, ſunt omninò ſublata, & abrogata per dictum *Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *c.* 9. *§. denique* Gonzal. *gloſ.* 6. *num.* 137.

Eſt quidem hìc adnotandum, quod ubi patronus laicus præſentat ad Parochialem ſine prævio concurſu, id intelligendum, quatenus ad illam unus ſit tantummodò præſentatus; quarè, ſecùs dicendum eſt, ubi fuerint duo, aut plures præſentati: tunc enim inter ipſos præſentatos, omninò examen requiritur per concurſum. Unde Sacra Congregatio ejuſdem Concilii ſic cenſuit: *Veniente vacatione Parochialium de jurepatronatus laicorum, quando plures ſunt præſentati, requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos tantum, & ex his, qui facto examine, idonei ab Examinatoribus renunciati fuerint, Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alterum inſtituat, juxta hoc decretum*, Gonz. *d. gloſ.* 6. *num.* 138. *vers. ſic tertio declaratur*, Garz. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 256. Marescott. *var. reſol. lib* 1. *cap* 52. *num.* 11. Vivian. *in praxi juriſpatron. lib.* 10. *cap.* 1. *ſub num.* 59. Buratt. *dec.* 942. *num.* 2. in qua fuit dictum, quod concurſus in Parochialibus juriſpatronatus laicorum requiritur, quando ſunt plures æqualiter præſentati, non autem quando unus eſt præſentatus à majori parte; quia tunc ſufficit nudum examen abſque concurſu, ubi præter alios per nos etiam allegatos, allegat *dec. Pampilonen. Parochialis de Guembe* 27. *Ian.* 1614. & 26. *Novembr.* 1615. *coram D. Coccino Decano.*

Quarè ſic intelligendum eſt, quando videlicet ſinguli præſentati à patronis laicis habent æqualem vocem: namque ſi aliquis habeat plures voces, ille ſolus erit examinandus; & quatenus idoneus repertus, inſtituendus, ex pluribus juribus ibi allegatis, & in una *Bononien. Iuriſpatronatus coram Ludoviſ.* quæ in ſuis eſt 494. ubi, quod licèt ſpeciale ſit in jurepatronatus laicorum, ut non requiratur concurſus in examine, prout pluries reſolvit Sacra Congregatio Concilii Tridentini, attamen, ut eadem declaravit, id non procedit, quando ſunt plures præſentati; quia inter ipſos debet fieri concurſus, ut eligatur magis idoneus: & ait ibi Addit. *num.* 3. *circa fin.* ita admiſiſſe Rotam in *d. Pampilonen. Parochialis*, in qua etiam fuit reſolutum, quod ſi habens majorem partem vocum, ſe ſubjiciat examini, & concurſui, ſibi præjudicat; quia facit ſe parem: & perindè haberi debet, ac ſi haberet pares voces.

Circa verò electionem magis idonei præſentati, cum duo concurrunt ad Parochialem Eccleſiam juriſpatronatus, quorum unus à majori parte inhabilis, alter verò à minori parte habilis declaratur, hoc caſu præſentatus ab ipſa minori parte, præfertur inhabili præſentato à majori parte, per text. *in d. cap. dudum* 1. *de elect.* & ibi Abb. *ult. not.* & fuit dictum in una *Pampilonen. Parochialis de Munva in coram Bubalo* 13. *Ianuarii* 1591. ubi ratio adducitur, nempè, quia præſentatio facta de inhabili eſt nulla, ſicut alibi dicemus in materia præſentationis ad beneficia ſimplicia de jurepatronatus.

Hic verò notandum eſt, quod quoties patroni laici non præſentarunt in tempore Rectorem ad Parochialem Eccleſiam vacantem, & in hoc caſo, eo elapſo, devolvitur collatio ad Ordinarium, qui conferre debet, prout confert beneficia ad illius liberam collationem ſpectantia: proptereà Parochialem Eccleſiam prædictam, etiam jure devoluto tenetur conferre per concurſum. Quarè aliàs Sacra Congregatio Concilii ſic declaravit, *Parochiales juriſpatronatus laicorum, quæ ab Epiſcopo ob præſentationem in tempore non ſequutam, jure devoluto confert, ſubjacent concurſui*, teſte Barboſ. *in collect. bull. verb. Parochialis, fol.* 523. *verſic.* 9. Et ſic pariter declaravit, *Devolutum beneficium Iuriſpatronatus laicalis ad Ordinarium confertur per concurſum pro illa vice* idem Barboſ. *in d. coll. verbo, Beneficium Iuriſpatronatus fol.* 75. *verſic.* 4. & *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 60. *num* 20. & Dominus meus Paulus Squillante *in tract. de privileg. & obligat. Epiſcop. part.* 3. *cap.* 16. *numer.* 11.

Hoc autem quoad juriſpatronatus laicale: quo verò ad mixtum, nempè partim Eccleſiaſticum, & partim laicale, ſecus dicendum eſt; cum tunc fieri debeat concurſus; nam ſic aliàs declaravit eadem Sacra Congregatio, videlicet, *Si Eccleſia Parochialis ſit juriſpatronatus partim Eccleſiæ, partim laici, ſervanda eſt forma examinis per concurſum hic poſita, quam Concilium præſcribit in conferenda Parochiali, quæ ſit juriſpatronatus meri Eccleſiaſtici, & idem dicendum eſt, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Eccleſiaſticum*, quam quidem declarationem refert Ricc. *in d. prax. fori eccleſ. dec.* 420. *num.* 2. & alias declarationes refert idem Garc. *d. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 70. qui *num. ſeq.* ait, rationem eſſe ob favorẽ Eccleſiarum, ut illis melius provideatur, & quod qualitas clericalis attenditur, cum Eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticæ proſit; undè talis qualitas debet prædominari, quando ex hoc reſultat decus, ſeù commodum Eccleſiæ, & tunc in actu mixto fit denominatio à qualitate clericali, non autem à qualitate laicali mixta, ut optimè tradit Felin. *in tit. quan. litera Apoſt. noc. patr. Eccleſ. num.* 6. *ampl.* 6 *verſ. nihilominus*, ubi etiam ait, ita procedere *cap.* 1. *de jurepatr. in* 6. ubi juſpatronatus competens ſimul Eccleſiæ, & laicu, cenſetur Eccleſiaſticum; quia ſi cenſetur laicale, deterior arctur conditio Eccleſiæ, habentis ſequi naturam laicalis patronatus. Ac proindè à S. Congregatione nonnullæ circa id emanarunt declarationes, quas refert idem Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 278. licèt quoad reſervationem hujuſmodi Parochialium Eccleſiarum de jurepatronatus mixto aliud concludat *n.* 284. nempè, quod quamvis ad effectum concurſus, juſpatronatus mixtum cenſeatur Eccleſiaſticum ob favorem Eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt, attamen ad effectum reſervationis earundem Parochialium, cenſendum eſt laicale.

Eſt tamen advertendum, quòd poſtquàm emanarunt prædictæ declarationes Sacræ Congregationis, alia contraria noviſſimè indè emanavit ſub die 5. Februarii 1628. per hæc verba videlicèt, *Sac. Congr. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, in collatione Parochialis Eccleſiæ juriſpatronatus mixti non requiri formam examinis per concurſum*, quam declarationem refert Barboſ. *inter Conſtitut. & decret. poſt ſuas addit. ad tractat. de poteſt. Epiſcop. folio mihi* 60. ubi ait corrigendum, & emendandum, quòd ipſe prius dixerat, & tenuerat in *allegat.* 60. *num.* 17. *cum ibi per eum allegatis*: Et ſecundum hanc poſteriorem declarationem dicti Concilii, vidi, & audivi pluries practicari, & teſtatur Vivian. *in fin. ſua prax. juriſpatron. in addit. ad cap.* 1. *lib.* 10. *num.* 34. quòd ſtante dicta declaratione, fuit facta inſtitutio ab Ordinario ſinè concurſu, de præſentato à monialibus Sancti Laurentii, & populo ejuſdem Parochiæ, cujus Eccleſiæ juſpatronatus, pro una medietate ad moniales, pro altera verò ad populum pertinet.

tinet. Quod tamen certum eſt, procedere, ubi mixtura ſupradicta fuerit æqualis; nam ſi pars Clericorum eſſet major, tunc utique tanquàm potentior præponderat vocibus laicorum; & ſic attenditur major pars prædominans: nam ſemper à potentiori fit denominatio, Buratt. *deciſion.* 103. *num.* 9. eò magis, quia in ſupradicta Ricc. *deciſion* 420. in fine illius declarationis Sacr. Congregat. dicitur, quòd quando juſpatronatus pro duabus partibus ſpectat ad laicum, & pro una parte ad Eccleſiaſticum requiritur concurſus; igitur eo magis ubi Clericus habet majorem partem.

Quo verò ad juſpatronatus merè Eccleſiaſticum, circà illud, quòd pertinet ad inſtitutionem, ſatis cautum eſt eodem Concil. Tridentin. *cap.* 18. *verſ. ſi vero juſpatronatus Eccleſiaſtici* Garc. *dicto capit.* 2. *num.* 261. dicens, quòd ubi inſtitutio ad Epiſcopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatus ab Examinatoribus judicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, ut ab eo inſtituatur: cum verò inſtitutio ab alio, quàm Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat, quòd etiam probatur ex pluribus declarationibus ejuſdem Sacræ Congregationis, quarum Prima, *Cum nominatis à patrono Eccleſiæ poteſt Epiſcopus, etiam Clericos ad concurſum admittere*. Secunda, *Epiſcopus inſtituere debet in beneficio præſentatum ab Eccleſiaſtico patrono, ſi digniorem elegerit ex approbatis ab Examinatoribus*. Tertia, *Si inſtitutio iſtarum Parochialium de jurepatronatus Eccleſiaſtici ad Inferiores pertinet, licet exemptos, & Abbates, nihilominus Epiſcopus Ordinarius debet edicta concurſus proponere, & Inferior inſtituat magis idoneum approbatum ab Epiſcopo: quod ſi ſecus actum fuerit, collatio erit nulla*, quas declarationes refert etiam idem Garc. *dicto numer.* 261.

Hìc verò, & pro hac noſtra praxi dubitari contingit, an concurrentibus duobus presbyteris ad beneficium curatum de jurepatronatus Clericorum, ſi ambo reperiantur idonei, ſpectet ad Epiſcopum jus gratificandi, an verò ad patronos, ſtante diſpoſitione Concil. *dict. ſeſſ.* 24. *capit.* 8. in quo dubio Garc. *loco citato num.* 265. reſpondet, patronum eccleſiaſticum poſſe gratificare, & præſentare unum ex illis, quem maluerit: nam cum ad eum ſpectet præſentatio, & electio dignioris, ad eum etiam videtur ſpectare gratificatio, ubi ſunt plures æquè idonei præſentati, pro quo adeſt optimum Navarr. *conſil.* 5. *de jurepatron.* in cujus calce ait, advertendum, fuiſſe reſolutum, ad Examinatores non ſpectare judicare quis ſit magis idoneus; undè patronus eccleſiaſticus ex approbatis pro idoneis, eliget eum, qui ſibi magis videtur idoneus, quem præſentabit Epiſcopo, ad quem ſpectat jus inſtituendi. At ſi inſtitutio ad alium pertineat, Epiſcopus ipſe ex approbatis eliget magis idoneum, quem patronus præſentabit ei, qui debet inſtituere, Zerola *in prax. Epiſcop. verb. juſpatronatus, par.* 2. *verſic. Decimo, an concurrentibus*, ubi quòd ex verbis ejuſdem Concilii §. *ſi vero*, ibi, *quem patronus digniorem inter probatos, &c.* hoc tunc ità intelligitur, quando vidèlicet patronus eſſet Clericus, idest juſpatronatus eſſet eccleſiaſticum: namque ſi eſſet laicale, tunc Epiſcopus ex dignis eligit digniorem: & alias ipſa Congregatio Concilii ſuper *dicto cap.* 8. *verſic. ſi verò*, ibi, *is, quem patronus, &c.* pluries de hac re conſulta, ſemper in facti contingentia ſic reſpondit, videlicet. *Et ad eundem patronum eccleſiaſticum ſpectabit, quando duo æquè idonei ab Examinatoribus fuerint judicati, quia electio dignioris ſpectat ad patronum, inſtitutio ad Epiſcopum pertinet*.

Præmiſſa tamen procedunt, niſi fortaſſe aliud in talis beneficii fundatione caveatur; cum per Concil. Tridentin. non ſit derogatum fundationi, ut in *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de refor.* ibi, *quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt injuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione eis non derogetur*, quare ſuper *dicto verſic. ſi vero*, alias cenſuit Sacra Congregatio, ut hic videlicet, *Non habet locum hoc decretum contra inſtitutionem, & fundationem, ſed ſervanda eſt lex in ipſa inſtitutione poſita, & tantum præſentatus eſt examinandus ab Ordinario circa concurſum, ſi repugnaret inſtitutioni, ſive fundationi*, quòd tamen procedit, niſi inſtitutio juriſpatronatus eccleſiaſtici, ſit facienda à Summo Pontifice, quia fortaſſe beneficium vacabit in menſibus Apoſtolicis; quandoquidem regulæ reſervatoriæ comprehendunt beneficia juriſpatronatus eccleſiaſtici, Gonz. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 18. *num.* 6.

Undè in propoſito, nonnullæ ab eadem Sacra Congregatione emanarunt declarationes quarum Prima, *Si inſtitutio ad Parochiales Eccleſias, quæ juſpatronatus eccleſiaſtici ſint, facienda erit à Summo Pontifice, quia fortaſſe in menſibus reſervatis vacaverit, jus eligendi digniorem ad ſolum Epiſcopum pertinet, qui tranſmittere debet atteſtationem examinis facti, & converſus, quot in eo approbati, & quem ex approbatis uti digniorem, cui Sanctitas Sua gratiam faciat, nominarit, ita Congregatio cenſuit, & Sanctiſſimus voluit, quia Epiſcopus melius cognoſcit perſonas*. Secunda, *Barchinon. Electio dignioris ad Epiſcopum ſpectat, licet inſtitutio à Papa facienda ſit*. Tertia, *Si beneficium curatum juriſpatronatus eccleſiaſtici in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis vacaverit, Epiſcopus ipſe Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concurſus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarii à Summo Pontifice inſtituendum, ſicut in aliis curatis, quæ non ſunt de jurepatronatus*, idem Garc. *d. c.* 2. *num.* 273.

Octavus caſus eſt in Parochialibus litigioſis vacantibus; tunc enim ſi alter colligantium cedat, vel decedat, ſivè ſit in poſſeſſione Parochialis, ſivè non, eo quòd ab Ordinario nequeat alius ſubrogari, ne colligantes multiplicentur, aut colliganti ſupervenienti præjudicium inferatur, ceſſat concurſus, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 60. *nu.* 37. quod tamen limitat Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 170. ea declaratione Sacræ Congregationis, quæ ſic ait; *Congregatio Concilii cenſuit, decretum Concilii Tridentini cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform. ubi de concurſu faciendo ſuper Parochialibus agitur, habere locum, etiam quod Parochiales litigioſæ ſint, quando in illis Summus Pontifex noluerit colligantem ſubrogare, vel jus demortui in alium transferre, niſi conſtat Sanctitatem Suam voluiſſe dicto Decreto Concilii derogare* Hieron. Card. Matthæus, Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *nu.* 142. *cum ſequen.* qui *nu.* 144. teſtatur quòd à Sede Apoſtolica ſolet alius gratioſè ſubrogari abſque aliquo concurſu, & ut plurimum ſubrogatur ipſemet colligans ſuperveniens, juxta regulam Cancellariæ *de ſubrogandis colligantibus*, prout ait tota die ſervari: quodque ſi uterque colligans obierit, tunc providebitur Parochialis Eccleſia per concurſum: quia per obitum utriuſque colligantis in beneficialibus extinguitur lis, Put. *deciſ.* 353. *num.* 1. nam ſicut quando lis eſt inter duos ſuper beneficio, mortuis ambobus colligantibus, lis extinguat, & beneficium remanet liberum, *Clement.* 1. *in princip. ut lit. pend.* ita videtur, quando eſt lis pro parte unius introducta, quòd per ceſſionem ejus, lis dicatur extincta, cum mors naturalis, & civilis æquiparentur, *ad Clem. fin. de procur.* Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 3a *num.* 17.

Etiam idem Gonz. *loco citato nu.* 152. quòd ſi is, qui obiit in poſſeſſione Parochialis, deceſſit in Curia, vel in menſe reſervato extra illam, collatio ſpectabit ad Papam; ſi verò poſſeſſor deceſſerit extra Curiam, & in menſe ordinario, collatio pertinebit ad Ordinarium, ex *dicta Clement.* 1. *ut lit. pend.*

Nonus caſus, quando Dignitas habet curam animarum in Collegiatis Eccleſiis; quia tunc requiritur examen per concurſum, ea declaratione Sacræ Congregationis, quæ ſic ait, *Congregatio cenſuit, in Dignitatibus habentibus curam animarum in Eccleſiis Collegiatis, non eſſe neceſſarium examen per concurſum, quale requiritur in Parochialibus Eccleſiis, per hoc cap.* 18. Gonz. *d. gloſ.* 6. *num.* 162. Barboſ. *alleg.* 60. *num.* 29.

Decimus caſus, quando cura animarum exercetur in Eccleſia Collegiata per Canonicos, vel Hebdomadarios; nam hujuſmodi examen per concurſum non requiritur, ut alias Sacra Congregatio Concilio declaravit, & prius a fel. record. Paulo V. decìſum fuit Pariſius *de reſignat. benefic. lib.* 8. *quæſt.* 6. *num.* 93. *cum aliis ibi* abundè allegatis; nam licèt Eccleſia Collegiata dicatur etiam Parochialis, quando tamen cura eſt penes Collegium, tunc, quia non dicitur Collegiata, curata, ſeù Parochialis, non erit locus concurſui, ut cenſuit Sacra Congreg. in una *Neapolitan. Hebdomadaria S. Ioannis Majoris* 15. *Kalen. Auguſti* 1569. ex eo quod, cum cura non ſit expreſſe alicui in particulari commiſſa quilibet in eadem eccleſia illam exercet: nam arguendo à matrimonio carnali ad ſpirituale, quia in carnali una ſponſa

duos

duos ſponſos habere non poteſt eodem tempore, ergo ſic erit in ſpirituali, quo una Eccleſia, quæ ſponſa meritò appellatur, plures ſponſos Clericos, qui ejuſdem curæ pariter eodem tempore habeant, habere non poteſt, Oldrad. *conſil.67. ex cap. cum non ignores, de præb.* & *cap. ſicut in una, 21. quæſt. 2.* alias enim in una Eccleſia eſſent plura capita, quòd eſſet monſtruoſum, concludens ibi idem Oldrad. quòd cura remanet penes Collegium, & non penes ſingulos, idem Pariſ. *dicto num. 93.* Garc. *dicto cap.5. num.* 18. ubi refert declarationem ejuſdem Congregationis, tenoris hujuſmodi *Sanctiſſimus ſtatuit, in Dignitatibus, & manſionariis, ſeu Hebdomadariis habentibus curam animarum in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis non eſſe neceſſarium examen per concurſum: quia Concilium non fecit expreſſam mentionem Dignitatum. In Parochialibus autem, quæ non ſunt neque Cathedralibus, nec in Collegiatis, in quibus adſunt tres, vel quatuor exercentes curam animarum alternis vicibus, nihil deciſum eſt: licèt Congregatio abſque dubio ſenſerit faciendum eſſe examen per concurſum.*

Nam comprehenduntur in decreto *prædicti Concilii d. cap. 18. & in Conſuetudine Pii Quinti;* prout dicendum eſt, exempli gratia, de Parochiali Eccleſia, in qua ſunt plures portiones, in quarum impetratione, quando earum collatio ſpectat ad Papam, conſuevit in ſupplicatione ita exprimi, nempè, *Cum altera, ex duabus, ſeù una ex pluribus portionibus Parochialis Eccleſiæ N. per unum, ſeu plures Rectores, portionarios nuncupatus, dum viveret, obtinebat, &c.* & ſic hujuſmodi portiones per concurſum providentur. Verum nihilominus eſt, poſſe aliàs Epiſcopum Canonicos, ſeù Capellanos ad exercendum curam animarum deputatos à Capitulo, vel aliis ad id authoritatem habentibus, examinare: neque eis permittere abſque ejus approbatione, curam exercere: licèt ab immemorabili tempore per eos illa exerceatur abſque examine, ut ait idem Garc. *d.p.2.c.2.n.*182.

Nec refert, quòd Canonici, ſeù Capellani, eo ipſo, quòd ſunt Canonici, & Capellani, habent annexam facultatem exercendi curam animarum, ac proindè non poſſit Epiſcopus de eorum inhabilitate ad illam curā exercendam cognoſcere, & ita etiam videatur tenere Navar. *conſil.8. de privileg. num.9.* namque in fine *dicto conſil.* additur quòd Congregatio cenſuit, Epiſcopum poſſe examinare dictos Canonicos, & capellanos, ac Dignitates volentes exercere curam, & eiſdem inhibere, nec exerceant; Et circa hoc nonnulla adſunt declarationes ſupradicti Concilii quarum Prima, *Licet Epiſcopis Capellanos, ſeù adjutores ad exercendam curam animarum deputatos à Capitulo, ſivè à quacumque ad id authoritatem habente examinare, nec permittere illis abſque ejus approbatione, curam exercere, nec Sacramenta adminiſtrare.* Secunda, *Etiam in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, in quibus exerceretur cura animarum per Capellanos amovibiles ad nutum Capitulorum, aut per ipſoſmet Canonicos, abſque examine ab immemorabili tempore, hoc non obſtante, omnes tenentur ſe ſubjicere examini Epiſcoporum.* Tertia, *An in juriſdictione, & quaſi poſſeſſione, immemorabili tempore præſcripta à Capitulo exercendi curam in Civitate, & deputandi ad id Capellanos adjutores, ad nutum amovibiles, poſſint ſe tueri poſt Concilium, quod non liceat Epiſcopo eos examinare, & approbare? Congregatio cenſuit Ordinario licere,* quas declarationes refert etiam idem Garc. *d.c.3.num.*182. *cum plurib. ſeqq.*

Undecimus caſus, in quo non requiritur concurſus eſt in beneficiis regularibus, quæ Regularibus conferri conſueverunt, Zerol. *in prax. Epiſc. par.1. in verbo, Parochialis, §.5. num.18. verſic. hoc decretum,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ.6. num.162. verſic. duodecimo, & ultimo ceſſat in beneficiis regularibus,* & fuit dictum in una *Vicen. Parochialis Caſtri Tertioli* impreſſa penes Farinac. *tom. 3. dec.323. num.6.* ubi quòd Parochialis, regularis non comprehenditur ſub *Conſtitutione Pii V.* nec in illa habet locum concurſus Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.50. §. 3. verſic.4.* & alii, quos refert Barboſ. *allegat. 60. num. 33.* & probatur ex ejuſdem Congregationis declaratione videlicet, *Hoc decretum de concurſu, non habet locum in beneficiis regularibus, quæ Regularibus conferri conſueverunt,* & alias in una *Ferrarien. Parochialis 8. Novembris 1596. coram Corduba,* fuit dictum, non conferantur ſine examine per concurſum, quia non habet locum in beneficiis regularibus, quæ Regularibus conferri conſueverunt, licèt ſecùs dicendum ſit, ſi ſæcularibus conferantur, &c. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. dec.421. num.1.* & ex eadem ratione Sacra Congregatio, ſic etiam declaravit, *In Prioratibus regularibus habentibus curam animarum ſolitis commendari ſæcularibus, non requiri concurſum,* Barboſ. *Allegat. 60. numer. 34.*

Duodecimus caſus, in quo non requiritur concurſus eſt, quando Parochialis Eccleſia, ſubjecta eſt Monaſterio, aut annexa, vel de ejus menſa; tunc enim Monaſterium nominat Rectorem, Epiſcopus verò confirmat, ut fuit deciſum in una *Ulixbonen. Iuris conferendi* penes Farinac. *tom.1. dec.102. num.1.* in qua ita fuit judicatum, juxtà tradita *in c.1. de capell. monach. in cap. Monachus, de præb.* & reſolutum in una *Tiraſonen. Iuris præſentand. 13. Maii 1588. coram Bubalo, & 13. Octobris 1595. coram Litta* Barb. *d. alleg.60. n.*31.

Decimus tertius caſus eſt, In Vicariis perpetuis Parochialium Eccleſiarum unitarum, quæ non conferuntur per concurſum, ſed ſolum ad nominationem, ſeu præſentationem illorum, quorum Dignitati, vel Eccleſia Parochialis eſt unita, & annexa, deputandi ſunt Vicarii; prout in una *Barchinon. Vicariæ 17. Maji 1624. coram Domino Merlino,* ubi fuit dictum, non intrare concurſum: nam attenta validitate unionis, apertè ſequitur, non eſſe locum hujuſmodi concurſui; quia cum Eccleſia unita omninò ſuppreſſa remaneat, & efficiatur prædium ipſius Eccleſiæ, cui facta eſt unio, utique ejuſdem Eccleſiæ Prælatus eſt etiam Rector, & Prælatus Eccleſiæ unitæ: ideòque ad illius nominationem, ſeù præſentationem deputari, & inſtitui debet Vicarius abſque alio concurſu, juxta Conſtitutionem Pii V. & ſubditur ibi, neque obſtare, quòd concluſio prædicta ſolum procedat, quando cura actualis tantùm, ſivè ipſius curæ exercitium fuit translatum in Vicarium: ſecùs autem quando in illum totalis utriuſque curæ actualis nimirum, & habitualis tranſlatio facta fuit, juxtà diſtinctionem, quam ex mente S. Congregationis Concilii amplexa eſt, Rota *dec.579. num.1. par. 2. recent.* quoniam in unione facta, de qua in *dicta Barchinonen. Vicaria* fuit apertè diſpoſitum, quòd Vicarius præſentari deberet ab Archidiacono, & inſtitui ab ordinario: quòd manifeſtè concurſum excludit, & apertiſſimè arguit, curam ipſam, quoad exercitium, fuiſſe tantum tranſlatam, quoad habitum verò remanſiſſe penes Archidiaconum, cujus Dignitati unio ipſa facta fuit, ut per Barboſ. *in add. ad ſuum tract. de pot. Epiſcop. gloſ.6. num.*38.

Præterea id ſatis declaratum in *Conſtitut. Pii V.* ſuper declaratione portionum aſſignandarum Vicariis perpetuis Parochialium unitarum, ubi idem Pius *in §. Volumus,* ſtatuit, quòd dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis ponentur cum ipſorum Ordinariorum, ſeù eorum Vicariorum, prævio examine, approbatione deputentur, undè Concilium loquitur de ipſis Parochialibus, non autem de Vicariis ipſarum Parochialium unitarum, in hujuſmodi Vicariis non ſolùm non requiritur concurſus, immò nec examen nominati cum Examinatoribus Synodalibus: ſed ſufficit examen, & approbatio Ordinarii circà quòd plures adſunt Sacræ Congregationis declarationes, quarum Prima, *Congregatio cenſuit, nominationem Vicariorum ab beneficiatos pertinere, hoc eſt ad eos, ad quos beneficia ſpectant, ſic Pius Quintus in dicta bulla, addens, Ordinarii, vel ejus Vicarii prævio examine, approbationem neceſſariam eſſe.* Secunda, *Ex dicta Bulla Pii Quinti Kalen. Novembris, Anno ſecundo, Nominatio Vicariorum perpetuorum ſpectat ad eccleſias, ſeu loca, quibus dictæ Parochiales ſunt unitæ; Et ad dictam nominationem poterit Epiſcopus præfigere terminum decem dierum.* Tertia, *Nominationem Vicarii perpetui Sanctiſſimus Dom. N. Gregorius Decimus tertius audita relatione Congregationis, reſpondit, ſpectare non ad Ordinarium, ſed ad eum, cujus eſt beneficium, in quo erigitur Vicaria, & aliàs in Ulixbonen. Iuris conferendi 2. Decembr. 1605. coram Litta,* fuit concluſum hoc procedere, quamvis Vicarii non eſſent ad nutum amovibiles, ſed perpetui, & titulares: ex quo tales Vicarii non habent, niſi exercitium curæ animarum, ut per Gonzal. *gloſ.6. numer.*161.

Quoniam verò præmiſſa non ita ſimpliciter, & de plano procedunt, proindeque plurius in factis contingentia occur-

occurrit dubitare de hujuſmodi concurſus neceſſitate in hoc caſu, ideò non erit pro hac noſtra praxi tenuendum, tutum id eadem limitationem admittere, ut nimirum in iis Parochialibus unitis non excludatur concurſus, quando in Vicarium perpetuum, nedum ſolius curæ exercitium, ſed etiam cura habitualis tranſlata fuit, ſuprà dictum eſt, & tenuit Rota *in Ulixbonen. Concurſus coram D. Coccino* penes Farinac. *tom. 4. deciſ.* 579. in qua fuit reſolutum, quòd quotieſcunque in Vicarium transfertur cura, non autem ſolum exercitium, intrat *Conſtitutio Pii Quinti*, necnon diſpoſitio *Concil. Tridentini ſeſſion. 24. capit.* 18. quæ loquuntur de concurſibus faciendis in collatione Parochialium, & quòd ità declaravit Sacra Congregatio.

Idem quoque declarat intelligendum de Vicariis erectis in Eccleſiis unitis alicui beneficio, vel loco, abdicando, & ſeparando curam animarum ab ipſis Eccleſiis, & transferendo eam in Vicarium; nam etiam hoc modo, videlicet tranſlata cura in ipſum Vicarium, adhuc Vicariæ appellantur, eo modò, quo dicitur de quibuſdam beneficiis curatis, quæ dicuntur Vicariæ, & tamen non ſunt Vicariæ Parochialium, alicui beneficio, aut locum unitarum, ſed ſunt de per ſe, & propterea illæ conferuntur in concurſu, ſicut aliæ Parochiales, ex decreto ſupradicti Concil. *cap.* 18. quandoquidem, quoad hoc, Vicarius, & Rector ſunt ſynonyma, & unus pro alio accipitur; quia ſæpè videmus Vicarium, Rectori nominari, & è contra, gloſ. *in Clem. 1. §. nonnulli, verb. Rectoribus*, & ibi Vitalin. *num. 5. de exceſſ. præl.* gloſ. *in capit. 1. verbor. ſubject. de verborum ſignificat. in* 6. & in propriis terminis tenuit Rota penes Farinac. *tom. 3. deciſ. 204. num. 6. & in una Cæſaraugustana fructuum* 10. *Novembris* 1595. *coram D. Juſto* fuit dictum, quòd cum non oſtendantur illi duo tituli, Rectoris, & Vicarii ſeparati, ſed videbatur ipſe Vicarius ſinè Rectore, Vicarius reputatur verus Rector, & talis dici poteſt.

Decimuſquartus caſus, Non requiritur concurſus, quando Eccleſia Parochialis eſt exigui redditus, ut examinis per concurſum operam non ferret, aut nemo eſſet, qui vellet ſe hujuſmodi examini ſubiicere; aut ob apertas factiones, ſeù diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur facilè graviores rixæ, aut tumultus poſſent excitari; prout cautum eſt decreto ejuſdem Concilii *dict. cap.* 18. *§. ſi tamen*, ubi Ordinarii conſcientiæ remittitur, omiſſa forma concurſus, ſed privatum examen adhibeat, Gonzal. *gloſ. 6. num.* 139. Barboſ. *allegat. 60. num.* 38. ubi quòd in proviſionibus hujuſmodi Parochialium Eccleſiarum, etiam modici valoris, tres ſunt Examinatores nihilominus adhibendi, Mariſcott. *variar. reſolut. libr. 1. cap. 52. numer.* 15. & alias Sacra Congregatio ſic declaravit, videlicet, Prima, *Epiſcopo Vercellenſ. Sanctiſs. Dom. Noſtri Gregorii XIII. audita relatione Congregationis, cenſuit, ut in collatione Parochialium, quæ ſunt tenues, quarum fructus 24. ducatos auri de Camera non excedunt, ſi propoſito primo edicto examinis per concurſum; nemo comparuerit, fiat ſecundum edictum examinis, ſed ſine concurſu, ſi Epiſcopus Vercellenſ. pro ſua conſcientia cum deputatorum conſilio, ita expedire arbitrabitur, ſervatis tamen temporibus præſcriptis à Pio Quinto in ſua bulla ſuper collatione Parochialium.* Secunda, *Beneficia curata, cujus redditus adeo exigui ſunt, ut eam nullus idoneus requirat, vel comparent in concurſu Presbyteri, ita rudes, ut neque vulgarem linguam calleant, an melius ſit non idoneis conferre, vel ea diu vacare permitti, Sanctiſs. D. N. ex ſententia Congregationis dixit, eſſe conferenda illis, quos inter omnes majores literatura eſſe cognoverit Epiſcopus, eoſdemque amplius erudiri curabit; ubi vero ob Dominos temporales, vel aliam juſtam cauſam concurſus non eſſet liber & fructus Parochialis eſſent pingues, dixit, ponendos Vicarios, donec conferri potuerit magis idoneis ſervata forma Concilii.* Tertia. *Quod ſi nullus ſit idoneus, Sanctiſſimus mandavit, Parochialem conferri ex comparentibus minus inſufficienti; quem poſteà inſtrui curare debeat Epiſcopus, ut idoneus evadat:* quas declarationes affert etiam Garc. *par. 9. c. 2. num.* 220.

Decimus quintus caſus, Quando approbatus per concurſum, & electus non vult conſentire reſervationi penſionis annuæ moderatæ, quam tunc Summus Pontifex reſervat ad favorem alterius ſuper fructibus vacantis Parochialis Eccleſiæ; tunc enim etiam ipſo nominato recuſante, idem Pontifex alteri conferre conſuevit eamdem Parochialem Eccleſiam, ſivè cum penſione, ſivè in illa, etiam nullo habito concurſu, ſed tantummodo prævio ſimplici examine ad curam animarum; neque illo caſu refert, quòd prædicto nominato ſit quæſitum jus ad talem Parochialem vigore ejuſdem Concil. *cap.* 18. ibi, *atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre*; quòd poteſt facere, etiam abſque derogatione dicti Concilii, cum Summus Pontifex habeat pleniſſimam in beneficialibus diſpoſitionem, ac ſit Dominus abſolutus omnium beneficiorum, qui proindè poteſt etiam abſque cauſa beneficium Eccleſiaſticum uni auferre, & dare alteri, Gemin. *conſ. l. 99. num* 7. Simonet. *de reſervat. quæſt. 2. num.* 6. Mohed. *deciſ. 4. num. 2. de reſtit. ſpol.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 1. proœm. num. 31. cum pluribus ſeqq.* præterea, quia non obſtat, quòd approbato per concurſum, ſit acquiſitum jus ad rem vigore dicti Concilii, quia quando collatio ſpectat ad ſolum Papam, tanquam de beneficio reſervato, non dicitur acquiſitum jus ad rem conſiderabile, Mariſcott. *variar. reſolut. lib. 1. capit. 52. num.* 14. & idem Gonzal. *d. gloſ. 6. num.* 116. refert, ſe plures vidiſſe in Romana Curia in prædicto caſu fuiſſe à Papa Parochiales Eccleſias, ut præfertur, vacantes, abſque concurſu collatas.

Decimus ſextus caſus, In Parochialibus, quas quis acquirit per regreſſum; quia neque requiritur concurſus; tunc enim dari hujuſmodi regreſſus conſuevit, præſertim ubi reſignanti fuit reſervatus in eventum non ſolutionis penſionis, videlicet, ut poſſit ad eandem Parochialem Eccleſiam reſignatam, liberos habere regreſſum, acceſſum & ingreſſum; perindè, ac ſi nunquàm reſignaſſet; prout de ſtylo Curiæ hujuſmodi regreſſus datur. Et aliàs Sacra Congregatio in hoc caſu ſic cenſuit. *Qui Parochialem obtinuit poſt Concilium, ex regreſſu verò ante Concilium acquiſitio; non eſt examinandus.* Alia. *In Parochialibus, quas quis acquirit per regreſſum, non eſt neceſſarium examen, quod intelligendum eſt, ſi eam poſſederit, ſecus, ſi eam nunquam poſſederit.*

Decimus ſeptimus caſus, quando quis per alterius generis regreſſum, ſcilicet per obitum reſignantis, acquirit parochialem, nempè cum ille eſt reſervatus, ut reſignatario cedente, vel decedente, aut parochialem dimittente, liceat reſignanti ad illam habere regreſſum; quia militat eadem ratio; cum jam ipſe illam habuerit per concurſum, ſeù aliàs fuerit approbatus, & ſic non requiritur concurſus, quia idem jus conſtitui debet, *vulg. lege illud, ff. ad l. Aquiliam, cap. cum dilecta, de confirm. util. vel inutil.* licèt hujuſmodi regreſſus per obitum, ſint ſublati per Concil. Tridentin. *ſeſſ. 25. capit. ſeptimo de reformat.* ſed tantum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus aliiſque perſonis qualificatis, ac Summo Pontifici gratis, & acceptis, prout ſuo loco dicetur, conceduntur.

Decimus octavus caſus, In Parochialibus curatis habitu, non tamen actu non requiritur concurſus; quia, ex eo, quod populus, ideſt Parochiani receſſerunt, remanſit prædicta Eccleſia tanquam ſimplex beneficium, nec in ea habet locum text. *in cap. licet canon. de elect. in* 6. Reperiuntur etenim multæ Eccleſiæ, quæ antiquitus fuerunt curatæ, & habuerunt populum, & nunc illo carent, & ſunt deſertæ, ac habent bonos redditus, nec de illis providetur per concurſum, ita Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo, beneficia part. 1. §. Ad quartum, §. ſecundum dubium*, ubi, ait, ſe ita vidiſſe obſervari Beneventi. Quòd ſi tractu temporis dicta Parochialis reducatur ad actum, tunc habebit locum diſpoſitio *dicto capit. licet canon*, & de ea providebitur per concurſum, juxtà diſpoſitionem Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. cap. 18. & Conſtitutionem Pii V.*

Decimus nonus caſus, quando Parochialis Eccleſia vacat in Curia, ſeù apud Sedem, ſivè per obitum, ſivè per ſimplicem reſignationem, aut ceſſionem, ſivè dimiſſionem, juxtà decretum appoſitum in proviſione Apoſtolica de dimittendo primum beneficium incompatibile, nempè curatum; prout ſervatur in Dataria Apoſtolica, quæ ſine concurſu talia beneficia conferre; ſeù de illis providere conſuevit, præmiſſo ſolo examine ſuper ſufficientia, prout quotidie practicari vidimus, & teſtatur

Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 6. num.* 116 Garc. *in ſuis annot. ad par. 9. cap. 2. num.* 153. Pialec. *in praxi Epiſc. par. 2. cap. 5. num. 9.*

Vigeſimus caſus, Præſuppoſito, quòd alicubi à tempore, cujus initii non eſt memoria, Parochi Eccleſiarum, Eccleſias Parochiales, pro tempore vacantes, optare conſueverunt, nam declaravit Sacra Congregatio, non eſſe ſublatam per Concilium hujuſmodi conſuetudinem, & in illis Parochialibus, quæ optantur, non eſſe neceſſarium examen per concurſum: quia omnes fuerunt examinati per concurſum, cum ultimis, & qui de novo admittitur, erit examinandus per concurſum, prout reſpondit ſupradicta Congregatio, teſte Garc. *dict. capit. 2. ſub num* 165.

Cæterùm verò, ac præter caſus deſuper expreſſos, In beneficiis curatis ex præſcripto ejuſdem *Concilii ſeſſ. 14. cap. 18. de reformat. & conſtitut. Pii V.* fieri debet proviſio per concurſum: quamvis conſtet de reſignatione, vel quòd beneficium vacet, etiam in menſibus Apoſtolicis: nam adhuc proponi debent edicta.

Sed quid dicendum circa propoſitionem edicti, an videlicet ſit illud de neceſſitate ad validitatem concurſus, & collationis hujuſmodi Parochialium Eccleſiarum, ſtante diſpoſitione prædicti Concilii.

6 Et quòd illud non ſit de neceſſitate proponendum, liquet ex textu ejuſdem Concilii *d. cap.* 18. ubi, poſtquàm mandavit fieri diligentem inquiſitionem de concurrentium ætate, moribus, & ſufficientia, ſubdit, *Et ſi Epiſcopo, aut Synodo Provinciali, pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari*; quòd quidem intelligendum proinde eſt, ubi Concilium provinciale id ſtatuerit: cum dictum *Concilium Tridentinum*, id ex prædictis verbis, reliquit arbitrio Epiſcopi, vel Synodi Provincialis, & idem probat Navarr. *conſil. 4. de preb.* ubi, quòd licèt plurimum deceat, non tamen cogitur Epiſcopus proponere edictum publicum per prædictum Concilium: quia id non præcipitur in illo, niſi per Synodum Provincialem fuerit poſt illud ſtatutum, ut in pleriſque locis factum eſt, & tenetur nominare plures; nec poteſt impedire, nec alius, vel alii poſſint nominare intra decem dies examinandos. Quarè in una *Nicien. Parochialis coram Dunozetto, impreſſa inter diverſ. in rec. part. 5.* quæ eſt *deciſ. 260. num. 2.* fuit dictum, quòd durante termino, N. intendit, M. ejus filium admitti ad concurſum Parochialis, ac hujuſmodi inſtantiam ſuffragari, quia de jure pater poteſt comparere pro filio, *leg. ultim. Cod. de impub. & al. ſubſtit.* & dixit Alexand. *in l. exigendi, Cod. de procurat.* & aliàs Sacra Congregatio ſic reſcripſit *Congregatio Concilii cenſuit, propoſitionem edictorum publicorum, relictam eſſe arbitrio Epiſcopi, vel Synodi Provincialis*, ut refert idem Garc. *dict. part. 9. cap. ſecundo num. 37. & 38.* quicquid nonnulli in contrarium dixerint.

Porrò, hæc neceſſitas proponendi edictum, tunc demum locum habet, quando ita ſtatutum eſt in Concilio Provinciali, ut ſuprà dictum eſt; & habetur in eodem Concil. Tridentin. undè juxta illius terminos, circa præfixionem temporis decem dierum, & aliorum decem prorogationem, ita accipiendum eſt decretum Concilii Provincialis Compoſtellani, ubi ſtatuitur, quòd Epiſcopus intra quindecim dies à tempore notitiæ vacationis, per publicum & neceſſarium edictum convocet omnes quotquot voluerint examinari.

Proindeque in Concilio primo Provinciali Mediolan. ita eſt videlicet, *Quia Sacrum Concilium Tridentinum ad Provinciales Synodos illam cognitionem rejecit, an expediat, ut ii, qui præficiendi ſunt Parochialibus Eccleſiis, ad examen vocandi ſint per edictum, re diligenter conſiderata ſtatuimus ut cum primum Epiſcopus Parochialem Eccleſiam vacare cognoverit, intra triduum ad Cathedralis, & vacantis Eccleſiæ januam publicum edictum per unos decem dies, vel aliud longius tempus ejuſdem Epiſcopi arbitrio propoſitum eſſe jubeat; quo omnes invitentur, qui volent examinari: vel alios examinandos nominare, ut tranſacto præſtituto tempore examen confici poſſit, ac deinde orbato gregi ex ea formula, quæ in dicto Concilio præſcripta eſt, idoneus Rector præficiatur*, prout in *act. Eccleſ. Mediolanen. dict. concil. 1. ſub titul. de edicto proponendo, &c. fol.* mihi 15.

Quarè ſecundum hoc intelligendi ſunt, qui dicunt, concurſum vitiari, ſi non proponatur edictum, cum in hoc caſu illud eſſet de forma, quæ niſi ſervaretur, corrueret actus, *vulg. jur.* Undè ſi prædictum Concilium Provinciale nihil circa hoc ſtatuerit, videtur tale edictum relinqui arbitrio Epiſcopi, ut benè advertit Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. requiſ. 3. nu. 5. 6. & 7.* ubi ad id affert quamdam declarationem Sacr. Congreg. quæ ſic ait, *Congregatio cenſuit faciendum examen pro concurſu, quoties contigerit vacare Parochialem Eccleſiam: nec ideò à decreto Concilii recedendum erit, quod rixæ, & tumultus oriantur, & alia forſan pejora ſequantur. Quod verò ad propoſitionem edicti attinet, hoc totum poſitum eſſe arbitrio ipſius Epiſcopi, faciat, nec ne niſi Provincialis Synodus aliquid circa hoc præcisè ſtatuerit, quod obſervandum erit.*

Neque (ni fallor) circa neceſſitatem proponendi publicum edictum erit aliàs intelligenda *deciſion. Seraph. 1148. num. 4.* quatenus ait, quòd, ut examen valeat juxtà diſpoſita per Concil. Tridentin. *loco citat.* debet conſtare de die propoſiti edicti, quaſi velit inducere neceſſitatem hujuſmodi propoſitionis, cum in Dataria Apoſtolica fuiſſet præſentatus quidam concurſus, & inter cætera Domini cenſuerunt, illum eſſe defectivum; quia non fuit appoſitus dies præpoſiti edicti, adeò ut ſciri non potuerit, an intra terminum, vel poſt terminum fuerit N. examinatus, cum id videatur neceſſarium ad examinis validitatem, & terminus ille qui præfigitur juxtà diſpoſitionem Concilii, ſit ad convocandum eos; qui concurrere voluerint, & eo tranſacto, non prius debeant examinari.

Hic verò reſtat videre, num Inferiores Epiſcopo facere 7
poſſint concurſum ad hujuſmodi Parochiales Eccleſias? Et quidem ſi ſimpliciter Inferioribus quæramus, profectò negativa eſt reſponſio; quòd quidem ſatis liquet ex decreto ipſius Concilii *dicto cap.* 18. quòd id præcipitur Epiſcopis tantùm, ſine eorum Vicariis, non autem aliis collatoribus: ac proinde alii excluduntur: Undè etiam Abbas, qui ab immemorabili tempore exercuit juriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos privativè ad Ordinarium loci, non poterit hoc examen per concurſum ad Parochiales Eccleſias facere: prout aliàs cenſuit Sacra Congregatio, ut per Paril. *de reſignat. benefic. lib. 8. quæſt. 9. num. 97.* Et aliàs in eadem Sacra Congregatione fuit reſolutum, *Quod vacante Parochiali Eccleſia, cujus collatio pertinet ad Archidiaconum, jus examinandi, vel eligendi virum idoneum, atque edictorum proponendorum ad Ordinarium pertinet, non autem ad Archidiaconum.* Et aliàs in eadem reſolutum fuit, ut hic videlicèt, *Capitula, & Inferiores collatores qui provident Parochialibus ſine examine concurſus facto ab Examinatoribus ordinariis in Synodo Diœceſana deputatis, reprehendantur, eorumque collationes nullæ ſunt, debentque hoc caſu Epiſcopi locorum edicta concurſus proponere prædictis Parochialibus, approbatoſque ab illis Romam mittere pro litterarum expeditione, cum proviſio ſtatuū Parochialium ad Sedem Apoſtolicam ſpectet per bullam Pii Quinti de collatione Parochialium, quæ incipit, In conferendis*, Et aliàs eadem Sacra Congregatio ſic cenſuit, *Quoties aliqua Eccleſia Parochialis vacaverit, ad quam Abbas aliquis habet jus nominandi, quamcumque Abbas nominaverit, eum ad examen Ordinarius admittere debet illo examinis genere, quod vocatur per concurſum: neque Abbas eam ob cauſam ullum examinis edictum proponere poteſt, neque illius officii partem aliquam attingere, ſed id pertinet ad Ordinarium, qui debet ipſe proponere edicta, examinatores ex Concilio Tridentini præſcripto deputatos, adhibere, à quibus omnes examinantur; quo examine confecto, ex iis, quos vita integritas, & doctrina commendabat, Ordinarius debet eligere magis idoneos; & poſteà Abbati relinquere, ut ex electis, maluerit, conferat curam.* Prætereà alia declaratio ſic ait: *Licèt aliqui Patriarchæ, habeant collationem Parochialium in aliena Diœceſi, Ordinarius tamen illius Diœceſis debet edicta proponere, & collatio poſtea fiet à Patriarchis ipſis approbatis ab Epiſcopo, vel ejus Examinatoribus*; quas quidem declarationes cum ſimilibus refert Paril. *d. q. 9. n. 99. cum pluribus ſeqq.*

Necnon ipſa Congregatio pluries conſulta reſpondit, *Capituli, & alios inferiores collatores: veluti Archidiaconos, Priores, Abbates, & his ſimiles, habentes jus conferendi, non poſſe conferre curata beneficia, niſi eos, qui hujuſmodi curam ſuſci-*

ſuſcipere volunt, Ordinarius probaverit illo examinis genere, quod vocatur, per concurſum, ac proinde neque Archidiaconus, neque Prior, neque Abbas, neque alius quivis collator ob hanc cauſam, ullum examinis edictum proponere poterit, neque illius officii partem aliquam attingere; cum id pertineat ad Ordinarium, qui debet proponere edicta, & Examinatores, ex Concilii præſcripto deputatos, adhibere, à quibus in hujuſmodi concurſu examinentur, prædictoque examine confecto, Ordinarius eliget magis idoneos, ac poſtea Abbati, vel alii collatori relinquere, ut ex electis cui maluerit, Parochialem Eccleſiam conferat, ut refert Germon. *de indul. Cardin. §. quibuſvis, n.* 13.

Qui etiam ſubdit *num. ſeq.* quòd etiam prædicta Sacra Congregat. aliàs conſulta reſpondit, *Patriarcham habentem jus conferendi aliquas parochiales in Diœceſi Epiſcopi ſuæ Provinciæ ſitas, non poſſe eas conferre, niſi approbatis, & examinatis ab examinatoribus deputatis per Epiſcopum ejus Diœceſis, in qua ipſæ parochiales ſitæ ſunt, & interim, dum parochiales illæ vacant, Epiſcopus illius Diœceſis, in qua ſunt, jus habet conſtituendi in ejus Vicarium cum congrua arbitrio ſuo, fructuum portionis aſſignatione, qui parochiæ inſerviat, donec ei fuerit de Rectore proviſum.*

Quarè idem Germon. *loco citato num.* 16. miratur, quoſdam Inferiores collatores tantæ eſſe petulantiæ, ut Epiſcopus ſuus, eorumque authoritatem ita parvifaciant, ac Sacroſancti Concilii Tridentini decreta negligant, & quaſi contemptui habeant, cum tamen meminiſſe deberent, Romanos Pontifices, licèt Concilio non ſubſint, Conciliorum tamen eorumdem ſanctionibus plurimam impartiri reverentiam: ita ut illis quovis reſcripto, & conſtitutione non derogare velle profiteantur, ſed tantummodò cum de illis expreſſam fecerint mentionem.

Abbates tamen, & alii exempti ab hoc decreto excipiuntur: quatenus jus habeant congregandi Synodum, prout aliàs diximus, quia Concilium prædictum hoc commiſit ſolis Epiſcopis, vel eorum Vicariis, non autem aliis Collatoribus, ut ex illius verbis, ibi *atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ, ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre*, Niſi Inferior Epiſcopo ſit nullius Diœceſis, habens proprium, & diſtinctum territorium, ac omnimodam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, & jus congregandi Synodum, prout declaravit Sacra Cong. ſupradicti Concilii ſuper *d. cap.* 18. *ſeſſ.* 24. ibi *Poterit Ordinarius, ſi pro ſua conſcientia, &c. Ex hoc verbo, Ordinarius, colligitur hoc decretum locum habere inferioribus Prælatis, unde inferior Epiſcopo, qui omnimodam habet juriſdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubditur, ſed eſt immediatè ſubjectus Sedi Apoſtolicæ, Nullius Diœceſis, proprium territorium habens, ſi habet jus congregandi Synodum, & legitimè conſtat illam congregaſſe, & elegiſſe Examinatores, poterit concurſum inſtituere, examinare, & approbare, ac Oeconomos, & Vicarios deputare: denique omnia illa, quæ per hoc decretum permittuntur, præſtare*, & aliàs eadem Sacra Congregatio ſic declaravit, *Abbati habenti jura quaſi Epiſcopalia, licèt dare dimiſſorias ſubditis, intellige regularibus, ut in d. cap.* 10. *Concurſum facere non licet, niſi probetur habere jus congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregaſſe, ut in cap.* 18. *ſeſſ.* 24. Pariſ. *d. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 97. Proſp. de Auguſt. in add. ad Quarant. *in Sum. Bull. tit. Benefic. Paroch. collat. verſic. Secundo quæro.*

Et aliàs Epiſcopo Palentin. data fuit ſequens declaratio. *Reverendiſſime Domine. Actum fuit in Sacr. Congr. Cardinalium Concil. Trid. interpretum de his, quæ in libello, his litteris adjuncto, continentur, & matura conſideratione decretum eſt, ex Concilio Trid. non licuiſſe Abbati Oppidi Valliſoleti, nec in poſterum licere Parochiales ſæculares conferre, niſi his, qui ab Epiſcopo Palent. conſtituti idonei fuerint judicati, & ab Amplitudine tua, ut Ordinario tanquam magis idonei electi, collationeſque ab ipſo Abbate, poſt Concilium, non ſervata hac forma, factas, nulla eſſe, jaſque Parochiales ipſas conferendi ex Bulla Sanctæ memoriæ Pii Quinti ad Sedem Apoſtolicam devolutam eſſe, ideòque Amplitudinem tuam debere è poſſeſſione deiicere eos, qui ab Abbate ſic immiſſi fuerint, & edictis propoſitis, examen per concurſum indicere, & nomina eorum, quos Examinatores judicaverint idoneos, quique abs te tanquam magis idonei electi fuerint, ad Sanctiſſ. D. N. mittere, ut Parochiales eis conferri poſſint, quæ omnia, ut quamprimum efficiantur, Amplitudo tua, quantum in ſe eſt, curabit, cui bonam valetudinem, & perpetuum divina gratia præſidium opto. Rom. 24. Octobris* 1573. *Amplitudinis Tuæ tamquam frater Phil. Boncomp. Card. S. Sixti.*

Verum non eſt hìc ad rem noſtræ praxis omittendum, quòd ſi fortè contingat inter inferiorem, & Ordinarium adeſſe præventionem, prout eſt in quibuſdam locis circa collationes hujuſmodi Parochialium, ex Conc. Trident. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* præventio competens prædictis inferioribus in jure conferendi aliqua beneficia curata non aufertur: quamvis diſponatur quod provideri non poſſit, niſi per edictum concurſus ab ordinario apponendum: Et ad præſervandam præventionem, Sacra Congregatio ejuſdem Concilii dedit Inferiori cautelam hujuſmodi, *Si inferior haberet præventionem cum Ordinario, debet habita notitia vacationis Parochialis, coram Notario declarare, ſe velle dictam parochialem conferre, & ideo rogare Epiſcopum, ut proponat edicta, & hac ratione tuebitur jus ſuæ præventionis*; quod quidem exemplificat Gonzal. §. 3. *proœm. num.* 18. in habentibus pares gratias: quia ille præfertur, qui prævenit in præſentatione ſuæ gratiæ coram Exequutore, juxtà text. *in c. Capitulum, in fin. de reſcript. & in cap. duobus, eod. titul. in* 6. & in eo, qui prævenit in occupatione molendini, juxtà illud vulgare, *Chi primo arriva al molino, primo macina*, Bartul. *in l. quominus, ff. de flum.* & ibi Jaſ. & Ripa *num.* 25. *cum ſeqq.* eidem Gonz. *loc. cit. n.* 21.

Et aliàs Sac. Congregat. prædicta ſic declaravit, *Quoties vacaverit Eccleſia parochialis, cujus collatio ſpectat ad præpoſitum alicujus Collegiatæ, debet idem Præpoſitus curare, ut fiat inſtrumentum publicum, in quo ſit aſſumptus certus dies, &c. ejus tenoris videlicet, quod proteſtatur, ſe in ea ipſa Eccleſia conferenda, Ordinarium Epiſcopum prævenire, ipſamque conferre illi, quem Epiſcopus idoneum elegerit ex iis, quos Examinatores approbaverint: ac ideo ſe ei denunciare, ut edicta, proponat, & curet, ut examen fiat ſuo tempore*: quam declarationem refert Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 112. & ita vidi, & audivi pluries practicari.

Et in caſu propoſitionis edicti per Ordinarium, quando collatio Parochialis ſpectat ad Inferiorem in una *Foroſempronien. Parochialis coram Mantica deciſ.* 201. *in fais, ſub num.* 5. *verſ. item vacatio.* fuit dictum, quod vacatio, juxtà Conſtitutionem Pii V. probabatur ex eo, quòd Abbas, de quo ibi agitur, non habet omnimodam, quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, ſicut Sac. Concilium diſponit & à S. Congregatione fuit ſæpiſſimè declaratum, & à Rota deciſum in una *Legionen. S. Facundi, & in una Marſican. Exemptionis*, quòd neque Abbas docet, ſe eſſe ſolitum convocare Synodum, & in ea deputare examinatores. Quinimmò Epiſcopus Foroſempronien. tanquàm vicinior, eſt in quaſi poſſeſſione convocandi Synodum, & à S. Congr. obtinuit mandatum de manutenendo in ſua quaſi poſſeſſione juſtificandi concurſum, donec Abbas legitimè probaverit, ſe jus cogendi Synodum habere, aut aliàs coegiſſe, & in ea Examinatores, ad præſcriptum Concilii deputaſſe. Et idem in eadem cauſa fuit reſolutum coram eodem Mantic. *dec.* 228.

Benè tamen hìc notandum eſt, ſicut etiam ex pluribus jam dictis, quòd licèt eo ipſo, quòd quis habet juriſdictionem Epiſcopalem, videatur habere jus congregandi Syno- 8
dum, cum ſit jus Epiſcopale, ut *in cap. conquerente, de offic. Ord.* ſi tamen eam nondum congregavit, aut Examinatores non deputavit, ſpectabit concurſus ad Epiſcopum, 9
intra cujus fines, ſeu Diœceſim Parochialis exiſtit, ſeu ad viciniorem: quòd ſi ſemel ipſa Synodum congregavit, & in ea Examinatores deputavit, qui poſteà extincti fuerint, fiet devolutio ad Papam ex eadem *Conſtit. Pii V.* id. Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 139. *cum duob. ſeqq.* quia, ut patet ex ſupradictis Rotæ deciſionibus, & Sacr. Congregationis declarationibus, non ſufficit Inferiorem probare, quòd habeat jus congregandi Synodum, & alia præmiſſa faciendi, niſi ſit in illorum quaſi poſſeſſione.

Deſcendendo nunc ad praxim præponendi eadem edicta, cum illorum partium declarationibus, ſecundum ea, quæ in facti contingentia frequenter eveniſſe ſcimus, placuit in primis ejuſdem edicti formulam hìc de more ſubjicere, qua utebatur glorioſæ memoriæ S. Carolus Cardinalis Borromæus Archiepiſcop. Mediol. ut in actis Eccleſiæ Mediolanen. p. 8. fol. mihi 1256. eamque video à pluribus

primariis Prælatis, ſervatam, tamquàm omnes ſui partes neceſſaria, perfectè continentem, tenoris ſequentis, videlicet.

Carolus S. R. E. Præsbyter Cardin. tituli S. Praxedis, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſc. S. Eccleſiæ Mediolanen.

10 *Vacante Eccleſia Parochiali N. Diœceſis noſtræ Mediol. nos cum unive examen, quod ex Tridentina ſanctione, provincialique decreto noſtro præſtari plane debet à die promulgationis hujus edicti uſque ad diem decimum proximè ſequentem confecturi ſumus, ac deinceps etiam ex authoritate Apoſtolica nobis conceſſa, quiſque eidem vacanti Eccleſiæ proviſum fuerit. Quare omnes, & ſingulos, qui, vel examinari, vel alios examinandos nominare voluerint, præſcripto illo tempore, ad R. N. Canonicum Ordinarium, & Cancellarium noſtræ Eccleſiæ Mediolanenſis, qui nomina deſcribat, convenire, tum conſtituta examinis die coram nobis, atque Examinatoribus Synodalibus per nos eo nomine delectis, adeſſe hoc edicto ſignificamus, atque edicimus, ut quos confecto examine, moribus, ætate, doctrina, prudentia, aliiſque rebus ad cura animarum bene gerenda rationem opportunis, idoneos eſſe compertum erit, ex iis nos, quem cæteris magis idoneum cenſuerimus, illum Eccleſiæ vacantis Rectorem, Parochumvè eligamus, ac præficiamus. Quod ſanè ſicut nos pro eo, quod debemus, integrè, ſanctèque in Domino præſtare cupimus; ita omnes, præcipueque illos, quorum Eccleſiæ, & curæ ſpirituali per nos conſulendum, ac providendum eſt, magnopere hortamur, ac requirimus, ut hanc noſtram ſollicitudinem, paſtoraleque ſtudium, omni ſupplicatione, omnique intima pietate, ac religioſis precibus continenter adjuvet. Dat. Mediolani ex Ædibus Archiepiſcopalibus, &c.*

Verùm pro more regionis, poterit Epiſcopus uti alia formula mutatis mutandis, ac paucis additis, vel deletis: pro quo puto deſervire poſſe ſequentem formulam, qua etiam quàm plurimi utuntur, licèt utraq; formulam unam, eandemque rem in ſubſtantia contineat, tenoris ſequentis, videlicet.

11 *N. N. &c. Epiſcopus N. Vacante Parochiali Eccleſia Sancti N. noſtræ Diœceſis, cupientes eidem de idoneo providere Rectore, atque Sacri Concilii Tridentini decreta pro viribus (Deo adjuvante) exequi, tenore præſentium requirimus, & monemus, primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè omnes, & ſingulos Præsbyteros, & Clericos volentes ad examen per concurſum faciendum ſe præſentare, ac omnes volentes Clericos ad id aptos nominare, quatenus infra decem dies proximè futuros à die affixionis præſentis edicti computandos debeant in actis Notarii infraſcripti N. noſtræ Curiæ deſcribi facere eorum nomina, ætatem, & patriam, ac de eorum natalibus vita, & moribus, ac aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam, opportunis, juxtà decreta dicti Sac. Concilii inquiri, & tranſacto conſtituto tempore, examinari poſſint coram nobis, ac Examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis: ut ex iis, quos confecto examine, ætate, doctrina, prudentia, aliiſque rebus, ad cura animarum bene gerenda, rationem opportunis idoneos eſſe compertum erit, nos, quem cæteris magis idoneum cenſuerimus, illum Eccleſiæ vacantis Rectorem Parochumvè eligamus, ac præficiamus. Quod ſane ſicut nos pro eo, quod debemus integrè, ſanctèque in Domino præſtare cupimus, ita omnes, præcipueque illos, quorum Eccleſiæ, & curæ ſpirituali per nos conſcribendum, ac providendum eſt, magnopere hortamur, ac requirimus, ut hanc noſtram ſolicitudinem paſtoraleque ſtudium, omni ſupplicatione, omnique intima pietate, ac religioſis precibus adjuvent. In quorum fidem, &c. Datum &c.*

Quam quidem formulam habes penes Barboſam *in fin. ſuarum add. fol. mihi 26.*

Hujuſmodi verò edictum proponi quandoque conſuevit, etiam abſque eo, quod anteà, & ſtatim, habita notitia vacationis, deputetur Vicarius, qui juxtà diſpoſitionem prædicti Concilii *ait l. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.* onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore providеatur: namque ſi tempore vacationis hujuſmodi alius fortaſſe reperiatur, qui Rectorem in exercitio curæ animarum adjuvabat, vel alius Parochus vice nos poſſit utique Parochiæ commodè deſervire, vel alii etiam Hebdomadarii, non videtur neceſſaria prædicti Vicarii deputatio, quam idem Concilium relinquit arbitrio Ordinarii, ut ibi, *ſi opus fuerit*: aliàs enim debet ſtatim fieri ipſius Vicarii deputatio.

Verùm circa id non improbarem diſtinctionem Lotter. *lib. ſecundo quæſtion. 31. de re benefic.* quatenus *numer. 15. 16.* ait, quòd ubi proviſio Parochialis pertinet
ad Papam, de forma ejus proviſionis eſt tantum con-
curſus, ſed deputatio Vicarii eſt actus extrinſecus, & 12
ſeparatus, non autem de forma intrinſeca, ac proindè
accidentaria, nam per illius omiſſionem non vitiatur
actus proviſionis. At verò ubi proviſio ſpectat ad Epi- 13
ſcopum, vel alium inferiorem collatorem, non ſolum
concurſus, ſed etiam ipſa deputatio Vicarii eſt de forma intrinſeca: quia licèt talis deputatio ſit actus ſeparatus ab actu proviſionis, non tamen eſt ſeparatus à poteſtate providendi in ipſo Inferiore, quatenus reſpicit ordinem eidem in ſpecie per dict. Concil. præſcriptum: cum etiam ex ordine conſtituatur forma, ex juribus ibi allegatis, ac propetereà *numer. 14.* circa finem improbat Garc. *dict. cap. 2. numer. 19.* quatenus ſimpliciter deputationem Vicariæ ait, non eſſe de forma concurſus, & proviſionis. Formula autem hæc prædictæ deputationis, de more Curiarum Epiſcopalium ita concipi conſuevit videlicet.

N. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. 14
Dilecto nobis in Chriſto N. Presbytero noſtræ Diœceſis ſalutem in Domino. Parochialis Eccleſiæ S. N. loci N. vacante, ne ubi id anima dicti loci in ſuſceptione, & cæteris ſpiritualibus adjumenti, detrimenti ſentiant, illi de Sacerdote providere volentes, qui hac omnia miniſtret, agatque, cognita per examen, coram nobis ab examinatoribus facto ſufficientia tua te Vicarium ipſius Eccleſiæ S. N. conſtituimus, & deputamus cum authoritate Miſſas, & alia divina officia celebrandi Sacramenta miniſtrandi, & alias Eccleſiaſticas functiones obeundi, ad quæ tenetur, & quæ animarum cura quilibet præſtare, & obire ſolet; cum congrua portione fructuum dictæ Parochialis tibi debito tempore aſſignanda, præſentibus uſque eo duraturis, quouſque de perpetuo Rectore à nobis (vel à Sede Apoſtolica, ſi menſis ſit Apoſtolicus) proviſum fuerit. In quorum teſtimonium, &c. Datum, &c. Quam quidem formulam habes etiam penes Barboſ. *in dictis Addit. d. fol. 23.*
Quo verò ad congruam portionem eidem Vicario aſſignandam, dum ipſum Concilium eam relinquit arbitrio
Ordinarii, nihilominus non ſemel Sacra Congregatio,
declaravit, ut ſequitur, *Duorum aureorum pro ſingulis* 15
menſibus viſa fuit congrua portio. Secunda, *Hoc ipſum poteſt Capitulum Sede vacante: quod ſi portionis aſſignatio gravamen intulerit, poterit novus Epiſcopus corrigere.* Tertia, *Fructuum portio conſtituenda Parochialium Eccleſiarum vacantium Vicarium curam exercenti, quouſque ad novam inſtitutionem deveniatur, an referri debeat ad ſolam ipſius ſuſtentationem, aut ad ipſarum vacantium annuum valorem, vel ad ipſius Vicarii qualitatem, & quid ab Ordinario ſuper præmiſſis erit agendum: & portio hæc unde ſumenda ſit, quando conſtet, fructus eſſe conſumptus, aut ſtantes ita tenues ſint, ut Vicarii ſuſtentationi non ſufficiant, Congregatio reſpondit ad hæc, omnia referenda ad congruam portionem, & ſtipendium arbitrio Ordinarii, & ſumendam ex fructibus percipiendis, niſi aliqua perſona ſint jure obligata ad ſupplendum aliunde.*

Stantibus igitur prædicto Concilii decreto, ac declara-
tionibus ſupradictis, clarè conſtat, non poſſe in vim præ-
dicti decreti aſſignari omnes fructus vacantis Eccleſiæ ipſi 16
Vicario: quandoquidem id videtur etiam ex eodem Concilio prohibitum: nam facultas concedendi prædictam congruam, ſive prædictum ſtipendium, ab eodem Concilio reſtringitur ad certam portionem fructuum: nam licet Ordinarius poſſet dicere, quòd omnes fructus poſſet eidem Vicario aſſignare, ſi omnes conjunctim non excederent congruam, ut ſupra dictum eſt, tamen id non militat ubi ipſi fructus longè plus excederent congruam portionem ut rectè ait Navarr. *conſil. 5. de offic. Ordin. num. 2.* quamvis poſſit idem Ordinarius majorem portionem ea, quæ, ut ſupra declaratur ab ipſa Sacra Congregatione, ſcilicet duorum aureorum pro quolibet menſe: cum circa id non poſſit dari certa regula, ſed attenditur locus, & tempus, necnon reſpectu laborum, cum ultra curam animarum, deberet cuſtodiam, & adminiſtrationem bonorum ipſius Parochialis.

Et notandum eſt, quod Vicarius cum congrua eſt, conſtituendus in qualibet Parochiali Eccleſia vacante, ſivè de

jure,

jure, & de facto, ſivè de facto tantùm, & ſivè per obi-
17 tum, ſivè per ſimplicem reſignationem, ſivè privationem; & hujuſmodi Vicarius ſit deputandus, dummodò ſit idoneus, non eſt neceſſario examinandus; & cum Concil. Tridentinum dicat, ſtatim, poteſt tamen Epiſcopus conſtitutionem prædicti Vicarii uſque ad tres dies à die notitiæ vacationis, non autem ulterius differre, ac
18 ſemel ſecùs conſtitutus Vicarius cum prædicta congrua, non poteſt removeri ſine cauſa; quia Epiſcopus non retractat quod ſemel pro exequutione Concilii, ita Barboſ. *in add. ad alleg. 60. num. 2.* ex Maſſobr. *in praxi habea. concurſ. ad Paroch.*

Hìc verò, ex eo, quod agitur de hujuſmodi Vicarii deputatione, vacante Eccleſia Parochiali, videndum breviter eſt, An ipſa Parochialis ſic vacans, donec de illius Rectore provideatur, poſſit interim ab Ordinario in commendam alicui dari. Et quidem, cum ſæpius de
19 hac re audiverim dubitari, videtur poſſe affirmativè reſponderi; nempè commendari poſſe uſque ad ſex menſes per Ordinarium, ut probatur *in cap. nemo deinceps, de elect. in 6.* licèt illis finitis non poſſit idem Epiſcopus commendam ipſam ad alios ſex menſes prorogare, ſeù renovare; ne inde fiat aliqua fraus, ut eſt tex. *in cap. commiſſa eod. tit. & lib. & in cap. quanto, de divot.* Pavin. *in tr. de off. Vicar. Sed. vac. 2. p. quæſt. 3.* Rebuff. *in praxi, tit. de commenda, num. 65.* Hojed. *de incompat. benef. par. 1. cap. 14. num. 3.* ubi hoc ita declarat, nempè quando commenda fuit facta, ex eo quod Rector Eccleſiæ curatæ, ſit mente captus, vel abſens, non relicto Vicario; tunc enim poterit Ordinarius commendare Eccleſiam, donec furor, ſeù abſentia ceſſet, neq; prius, etiam lapſo ſemeſtri, finitur hujuſmodi commenda, & prius reſolvit Mandoſ. *reg. 30. q. 3. num. 8.*

At verò contrarium verius eſt, cum hodie ſupradicta jura ſint correcta per Conc. Trid. ut ipſa Sacra Congregatio
20 declaravit his verbis, *Commenda, quæ ad ſex menſes in Eccleſiis curatis fieri poterant ab Ordinariis, ca. nemo de elect. lib. 6. ampliùs poſt Concilium locum non habeat; cum debeat in iis deputari Vicarius ad formam c. 18 ſeſſ. 24.* id. Garc. *p. 4. cap. 4. num. 15.*

Nec incongruè, quoad hanc praxim videndum eſt, An videlicet, ſi etiam prædictus Vicarius, ſic ad præſcriptum ſupradicti Concilii deputatus, ſubiiciat ſe examini, poterit ex vi tantùm prædictæ electionis, illius, Eccleſiæ curæ exercitium proſequi, ac ſicut antea, tempore prædicti Vicariat. bona adminiſtrare, donec literas ſivè Ordinario
21 ſivè Apoſtol. ſuæ proviſionis expedierit; Et ita diſtinguitur videlicet, vel dictus Vicarius antequam talis conſtitueretur, erat procurator, vel Oeconomus ad cuſtodiam fructuum Eccleſiæ pro tempore vacantis, aut fuerat ſimpliciter conſtitutus Vicarius, vigore d. Concilii, aut aliàs propter diſcordiam patronorum. Nam primo caſu non intrat tex. *in cap. avaritia de elect. in 6.* & ſic proſequitur exercitium curæ. Secundo autem caſu non poteſt: nam ante collationem, nemo poteſt percipere fructus beneficii, etiam tanquam Oeconomus, prout comprobat ex pluribus, Maſſobr. *in ſupradicta prax. requiſ. 1. dub. 27.* Super quibus, & aliis, nonnullæ etiam adſunt declarationes Sacræ Congregationis, quas hìc de more ſubjiciam, tenoris ſequentis videlicet.

Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini. Vacante Parochiali Eccleſia in menſe ad Summum Pontificem reſervate, Epiſcopus Placent. habito concurſu, ex dignis digniorem elegit, Supplicatur pro parte ejuſdem Epiſcopi ſequentia declarari. Primo, ſi poteſt in dicta Parochiali conſtitui Vicarius, qui uti dignior ad Parochialem nominatus eſt. Secundo, ſi poteſt magis idoneus in commendam temporalem dictam Parochialem habere. Tertio, ſi virtute mandati Epiſcopi, poteſt antequam ſit facta eis à Papa collatio, capere poſſeſſionem Parochialis. Quarto, ſi dignior ante confirmationem poteſt fructibus Parochialis gaudere ſub prætextu Rectoris, commendatarii, ſeu Vicarii. Quinto, ſi facit contra formam Concilii, agendo aliquid ex ſupradictis, tam Epiſcopus mandans, quàm dignior obediens. Sexto, faciendo contra Concilium, an ammittat aliquod jus, ſi fortè ei competat ex nominatione, ex eo quod ante confirmationem ſe immiſcuit in adminiſtratione Parochialis. Ad primam Congr. Conc. cenſuit, ſtatim habita notitia vacationis Parochialis, debere Epiſcopum conſtit uere Vicarium idoneum, & ſic non eſſe expectandum tempus, quo dignior ad ipſi Parochiali proficiendum nominatus ſit. Ad ſecundum, minimè poſſe. Ad tertium pariter non poſſe. Ad quartum ante collationem non poſſe fructus percipere, niſi uti adminiſtratorem. Ad quintum, facere contra Concilii decretum. Ad ſextum, Proviſum Apoſtolicum apprehendentem poſſeſſionem beneficii literis non expeditis, ex Julii III. conſtitutione, amittere beneficium, ſive jus ad illud habendum, ac ad aliud obtinendum de cætero inhabilem effici. Quam declarationem vidi in forma authentica, manu bo. me. Card. Matthæi ſubſcriptam, ejuſque ſigillo munitam.

Redeundo tamen ad materiam propoſitionis edicti, undè paululùm digreſſus ſum, ſervat praxis, quæ etiam ex contextu ejuſdem Concilii oritur, ut hujuſmodi edictum
proponatur ad valvas Cathedralis, ac vacantis Parochia- 22
lis, ac etiam ſi ita videbitur, in aliis publicis locis intra triduum à die vacationis, ſive aliud tempus Epiſcopo beneviſum; cum id non fuerit præfinitum per dictum Concilium, Zerola *in praxi Epiſcop. part. 1. in verbo, Parochia, verſic. ad ſecundum*: & eſt apponendum ad ſummum cum termino viginti dierum: namque ex eodem Concilio præfigitur idem terminus decem dierum, ex Conſtitutione verò Pii V. aliorum decem, ultra quos ulterius prorogari nequaquam poteſt, Barboſ. *de poteſt. epiſc. alleg. 60. num. 45.*

Quinimmò, quatenus ſupradicto Concilio cavetur, quod intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, qui ad vacantem Parochialem concurrere voluerint, nominentur, & in prædicta Conſtitutione Pii Quinti prohibetur Ordinarius, ne ipſi dictum tempus ultra alios decem dies prorogent, inde Sacra Congregatio dict. Concilii declaravit concurſus terminum non
teneri Epiſcopum prorogare, licèt benè faciat, protogan- 23
do, 17. *Martii* 1619. teſte Barboſ. *in coll. bull. verbo, concurſus, verſ. 4.*

Quo quidem termino durante, fieri non poteſt tamen 24
per concurſum, ſed poſt illius lapſum. Et Sacra Congregatio Concilii aliàs ſic declaravit, *Concurſum eſſe nullum, non expectato lapſu termini, in una Potentia. 4. Maii* 1619. ut refert idem Barboſ. *in add. collect. verbo, Concurſus, fol. 216. verſ. 6.* Verum eſt tamen, quomodo hujuſmodi examen, necnon proviſio facta ante lapſum ter-
mini in edicto expreſſi, nullo tamen poſtmodum compa- 25
rente, ſuſtinetur, ut fuit deciſum in una *Carthaginen. Parochialis de Iorquera 9. Decemb.* 1638 *coram Orane*, relata per eundem Garc. *d. c. 2. n. 327.*

Quanam praxi uti debeat Ordinarius in hujuſmodi exa- 26
mine per concurſum habendo, dicendum eſt, quod inſtante die præfixa, conveniunt Examinatores coram Ordinario, & ipſi examinandi, unà cum Notario ſolùm in loco ſecreto, & ibi examinantur, factis interrogationibus ſedulò ſuper ſacramentorum adminiſtratione, & ex majori parte ſuper practica, propoſitis, etiam aliquot caſibus conſcientiæ: quibus ſic peractis, omnia ſcribantur, quæ acta ſunt ſeriatim, & examinatis excluſis, fit ſcrutinium inter Examinatores, & Ordinarium, utrum ſint omnes æqualiter idonei, vel unus magis: quia ſi primum, Epiſcopus eliget, quem voluerit, & hic capere poteſt gratificatio: ſi verò ſecundum, illum eliget, qui eſt magis idoneus: ſed ubi eſſet tanta penuria presbyterorum, qui non pollerent tanta idoneitate, in tali re, id aget, quod commodius, & melius agere poterit Epiſcopus, ut S. Congregatio declaravit: ex eo quod plus in uno, quàm in altero loco requiritur ſufficientia, ſivè idoneitas. Poſt modum proceditur ad capiendam informationem, ubi talis praxis reſervatur, quando collatio pertinet, vel ad Ordinarium, vel ad Summum Pontificem, & alia, de quibus idem Zerola *loc. cit. dub. 10.*

Hoc autem, quoad concurſum faciendum per Epiſcopum: cum Inferiori nullum jus circa id competat, niſi in caſibus ſupra poſitis, attenta diſpoſitione prædicti *Concilii d. c. 18.* quod, ut dictum eſt, ſolum Epiſcopis, vel eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus committit: ac nedum id locum habet in Parochialibus ſpecialiter, aut generaliter reſervatis, vel affectis, ſed etiam vigore indulti, ſeù privilegii conceſſi in favorem S.R.E. Cardinalium, ſeù Abbatum, vel capitulorum, etiam per obitum, vel reſignationé in Curia, ſeù quocunque alio modo vacaverint, etiam ſi ad Patriarcham pertineat collatio, & Parochialis Eccleſia vacaret in Diœceſi Epiſcopi, qui eſt Provinciæ ipſius Patriarcha, Zerola *d. §. Ad ſecundum, dubio 4.*

Circa verò qualitatem, ac numerum Examinatorum modò videndum eſt, juxtà ea, quæ ſæpè ſæpius in facto contingere ſolent; nam licèt prima facie, levia videantur, nihilominus verò quam plures non ſemel obſervavimus excitatas ſuper hoc fuiſſe difficultates; ac proinde dicendum, juxtà idem Concilium, hujuſmodi examen fieri debere cum Examinatoribus, ſaltem tribus, ibi, *atque ab aliis Examinatoribus, non paucioribus,*
27 *quam tribus*; Super quo Sacra Congregatio ejuſdem Concilii declaravit, quod illud non ſtatuit præcisè, ut Examinatores ſint tres, ſed quod non poſſint adeſſe pauciores tribus; ita quod ſi tres ſunt tantùm Examinatores, vota non poſſunt eſſe paria, ſed ſingularia, quando ſinguli ſingulos approbant. Ac inſuper declaravit, quod tres Examinatores, etiam adhiberi debeat in Parochialibus modici valoris. Necnon, quod ſatisfactum erit huic decreto, ſi tertius Examinator examinaverit, & ſit præſens in approbatione, licèt votum ſuum non explicaverit. Quod ſi vota examinatorum paria, aut ſingularia fuerint, poteſt accedere Epiſcopus, vel ejus Vicarius, quibus magis ei videbitur. Et aliàs ipſa Sacra Congregatio cenſuit, *Examen eſſe faciendum coram Epiſcopo, vel ejus Vicario abſque eorum voto deciſivo, & tantùm eos poſſe accedere, ubi vota ſunt paria, vel ſingularia*; & inſuper in ipſa facti contingentia, etiam ſic declaravit, *An ſi exiſtentibus quatuor Examinatoribus, ſinguli examinati dimidiam tantum ſuffragiorum reportarunt, ex non approbatis Epiſcopus aliquem poſſit facere approbatum, Congregatio cenſuit, poſſe*, & iſta acceſſio Epiſcopi, ſeù Vicarii debet fieri in ipſo examine, ſeù coram ipſis Examinatoribus ſimul congregatis, & non ſeparatim, quia approbatio, vel reprobatio eorum, qui examinantur non poteſt fieri ſeparatim; ſed Examinatoribus ſimul cum Ordinario congregatis; quamvis electio ſit facienda ab Epiſcopo; cum ad ipſum ſolum tantummodò ſpectet, idem Garc. *d. par.9. cap.* 2. *num.* 57. *& ſeq.*

Eſt præterea hic notandum, quod licèt hujuſmodi concurſus fieri nequeat, niſi ſaltem cum tribus Examinatoribus, nihilominus pro ſervanda forma prædicti Concilii, debent Examinatores Synodales deputari non minus,
29 quam ſex; quia ſi pauciores, videlicèt quatuor, vel quinque Examinatores in Synodo deputentur, hujuſmodi deputatio erit nulla; ac examen inde ſequutum nihil operabitur, tanquam factum contra formam ipſius Concilii, idem Garc. *d. cap.* 2. *num* 66. Nec tamen hujuſmodi Examinatorum in Synodo electorum numerus debet eſſe nimis exceſſivus; cum ex declaratione Sacræ Congregationis ejuſdem Concilii in una *Cæſaraugustana de anno* 1627. habeatur, quod licèt debeant proponi ad minus ſex, non tamen eſſe debent plus viginti, teſte Barboſ. *in add. ad alleg.* 60. *num.* 47.

30 Quæ quidem deputatio fieri debet in Synodo vera, & formali, nempè, quam facere debet Epiſcopus cum Clericis ſibi ſubditis in ſua Diœceſi ad tractandum de his, quæ curæ paſtorali incumbunt, & de ſpectantibus ad reformationem, & bonum regimen Epiſcopatus, quarè non ſufficit congregari Clerum, ad effectum ſolum deputandi Examinatores, & Judices Synodales; quod quidem improbat idem Garc. *d. c.* 2. *num.* 67. ubi ait, ita fuiſſe factum in Epiſcopatu Abulen. illius ſede vacante, ac tale examen concludit eſſe nullum.

Quo verò ab eorundem Examinatorum qualitates, quatenùs *d. Concil. d. cap.* 18. dicit, quod debeant illi neceſſariò Magiſtri, ſeu Doctores, vel licentiati in Theologia, aut jure Canonico, id intelligendum eſt, quatenùs adſint, qui hujuſmodi qualitatibus præditi fuerint; alioquin ſufficit, alios Clericos eligere, qui ad id videbuntur magis idonei; quod ſatis deſumitur ex eodem Concilio, ibi, *vel alii Clerici, &c.* namque prædicta dictio, *vel*, ampliat diſpoſitionem, etiam ad diverſa, & eſt ampliativa præcedentis diſpoſitionis, Barboſ. *de dict. ead. dict. vel*, & ſic hujuſmodi dictio tunc ſibi locum dignoſcitur vendicare quando alii, ut ſupra qualificati non extent, Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. ad Paroch. requiſ.* 11. *dub.* x. Ugolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 50. §. 5. *num.* 1. quos refert Barboſ. *in add. ad d. allegat.* 60. *num.* 49.

Quid autem modò, ſi hujuſmodi examen per concurſum fuerit, exempli gratia, factum, adhibitis tribus Examinatoribus Synodalibus, alio, vel aliis adhibitis non Syno- 32
dalibus, an illud ſubſiſtat, ſtante, quod dum fuerint exhibiti tres Examinatores Synodales, videtur jam formæ *Concil. d. ſeſſ.* 24. *c.* 18. ſatisfactum.

Et quidem affirmativè reſpondi poſſe videtur, prout jam fuit per Rotam reſolutum in una *Dertuſen. Parochialis de Villafranca* 18. *Decembr.* 1581. in qua viſum fuit non obſtare, quod ex quinque Examinatoribus Metropolitanis, duo non erant Synodales, quia cum tres ex diſpoſitione Concilii ſufficerent, alii, qui ad majorem cautelam fuerant adhibiti, non poſſunt vitiare, *l. teſtamentum, Cod. de teſtam.* Modernus *in l. qua dubitationes, ff. de reg. jur.* ſed potius tenuit ad illius augmentum; nec Concilium id prohibet in *d. cap.* 18. prout neque utitur aliqua taxativa; ac proptereà licuit Metropolitano, ultra Synodales, duos alios Examinatores eligere, & ità concluſum fuit, non obſtantibus aliis ex adverſo adductis; cujus quidem rei potiſſima ratio deſumi poſſe videtur, ex *dec. Cæſar. de Graſ.* 169. *in una Legionen. Capellania S. Vincentii, ſub tit. de jurepatron.* ubi, quod præſentatio non dicitur nulla, cum Rector ex forma fundationis, teneretur adhibere unum Parochianum, & adhibuit duos, per text. *in cap. cum eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propr.* namque licèt admiſceatur cum electoribus perſona extranea, tantùm abeſt, quod electio ſit nulla, ut immò ille alius acquirat jus eligendi; quarè in hoc caſu non poteſt dici violata forma, ſicut non eſſet violata, ſi in teſtamento adhiberentur novem teſtes.

At verò, præmiſſis non obſtantibus, contrarium verius eſt, prout fuit ſæpè in Sacro Rotæ Auditorio reſolutum, & in Sacra Congregatione Concilii declaratum; quandoquidem hic agitur de ſervanda forma Concilii, nec tantummodò vitiatur, ſeù potius annullatur actus, quando ille ſit contra formam, verum etiam ſi præter formam, Ioan. Andr. *in cap. prudentiam, ſuper verbo, citra, de off. deleg.* dicens, per illum text. æquiparari hic, contra, citra, & præter, & in *cap. ſicut*, ubi gloſ. *de elect. in* 6. ubi allegat illud Deuteronom. ibi. *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito, nec addas quicquam, nec minuas*, idem Ioan. Andr. *in cap. cum Martha ſuper gloſ.* 2. *de celebrat. miſſ.* per tex. *Apocalypſis cap. ultim.* ubi dicitur, *Si quis appoſuerit aliquid ſuper hoc, apponet Deus ſuper ipſum plagas; & ſi quis diminuerit, auferet Deus ejus partem de ligno vitæ*, & ait *Apoſt. ad Timoth. cap.* 6. *Præcipio tibi coram Deo, ut ſerves mandatum ſine macula*, & Ambroſ. *in lib. de Paradiſo, ſi quid addas, vel detrahas, prævaricatio videtur eſſe quædam mandati, cum purè, ac ſimpliciter forma mandati ſit tenenda*, & alia multa circa id congerit Felin. *in cap. cum dilecta, num.* 6. *verſ. amplia primò*, ac proindè ſatis explorati juris eſt, nedum formæ defectum vitiare actum, quando agitur contra formam, ſed etiam quando citrà, vel præter formam; ut ſi quid aliud addatur, vel minuatur, Abb. *in cap. fin. colum.* 3. *de reſtitut. ſpol.* Bald. *in l.* 2. *Cod. de ſerv. fugit. & in l. fin. Cod. de ſuis, & legit.* Iaſon. *in l.* 3 *num.* 41. *ff. de leg.* 1. quod quidem procedit ſive forma inducta ſit a lege, ſive ab homine, Mandoſ. *regul.* 27. *quæſt.* 24. *num.* 16. *cum ſequentibus*, & in iſtis terminis fuit deciſum in una *Panormitan. Archipresbyteratus coram Buratto, dec.* 479. ubi, quod de illo Archipresbyteratu fuit N. nulliter proviſus; cum concurſus fuerit factus coram Examinatoribus extrà Synodum confirmatis, & notat ibi Addit. *numer.* 19. quod concurſus dicitur nullus, nedum quando fuit habitus coram Examinatoribus, qui non fuerant in Synodo electi, ſed etiam ſi inter deputatos in Synodo interveniret alter, qui non ſit Examinator Synodalis, ut etiam declaravit Sacra Congregatio in *Toletan. Sarſinaten. & Meſſanen. Parochialis* 15. *Decembris* 1629. *& in una Boſſanen. Parochialis* 18. *Februarii* 1628. *coram Cardinale Virili, & in una Nicien. Parochialis* 25. *Iunii* 1629. *coram eodem*, in qua etiam fuit dictum, negativam illam, quod quis non eſſet Examinator Synodalis, debere plenè, & concludenter probari, uti fundamentum intentionis, & non ſufficere, quod in regiſtris Curiæ Epiſcopalis non reperiatur nominatus, aut deſcriptus in Synodo ille, quem prætendatur, non eſſe Examinatorem Synodalem; quia poſſibile erat, quod fuerit deputatus Examinator Synodalis ab Epiſcopo in Synodo, & non fuerit deſcriptus, prout dixit Rota *in una Vicent. Parochialis Caſtri Tertioli coram Manzanedo*, impreſſa penes Fari-

nac.

*nac. deciſio.*123. *num.*4. *par.*3. ubi quod pro concurſu repetiendo in dictis regiſtris, pars eſſet citanda, & à Notario referente præſtandum juramentum; quæ cum fuerint omiſſa, videtur, quod dicti Notarii relationi non ſit ſtandum, ultra quod videbatur, non eſſe neceſſariò deſcribendam in dictis libris adnotationem concurſus: & cum potuerit non adnotari, iſta fides non probat per neceſſe: nam ſufficit, aliquid eſſe poſſibile, ut probatio non concludat, Caſtrenſ. *in leg. penult.* §. *decero, numero* 4. *ff. ne quis eum, qui in jus vocatus*, Dec. *conſil.* 37. *num.* 9. *verſic. præterea, etiam ſi de dominio*, Barboſ. *in Collect.* DD. *ad var. loc. Concil. ſeſſ.*24. *de reformat. cap.* 18. *num.*109.

Cum igitur in propoſito decreto prædicti Concil. *loc. cit.* ſatis cautum eſſe dignoſcatur, examen per concurſum fieri debere coram Examinatoribus, ſaltem tribus, profectò, ſi illud fiat coram quinque Examinatoribus, quorum duo non ſunt Synodales, non ſervatur forma prędicti Concilii præcipientis, omnes Examinatores debere adeſſe Synodales: undè illi duo nō poſſunt dici adhibiti ad majorē cautelam, & abundantiam, & ita cenſuit S. Congregatio, ut in ſequenti, videlicet, *Exponitur in Diœceſi Toletan. ab annis quatuordecim circà, nullam celebratam fuiſſe Synodum Diœceſanam; in ultima verò quæ fuit celebrata de anno* 1580. *fuiſſe deputatos certos Examinatores Synodales, ex quibus aliqui diverſis occupationibus detinentur, & alii verò promoti, & aliqui mortui ſunt, & ultra præfatos, fuerunt deputati in genere Auditores Concilii ipſius Archiepiſcopi abſque certa expreſſione perſonarum. Quæritur nunc, An iſta deputatio Auditorum, ſic genericè facta, valeat, vel non; & dato, quod valeat, an comprehendantur deputati Examinatores Synodales, illi tantùm Auditores, qui tempore Synodi erant, an verò cæteri, qui fuerunt in locum illorum ſubrogati? Et præſuppoſito, quod comprehendat etiam Auditores ſubrogatos, an concurſus factus cum tribus ex iſtis Auditoribus unà cum aliis nominatis ab Archiepiſcopo Toletano, abſque eo, quod in Synodo approbati fuerint, valeat? Et omnia prædicta quæruntur ad effectum videndi ſi collationes factæ de Parochialibus prævoris talibus concurſibus, teneant, vel potius ad Sedem Apoſtolicam ſint devolutæ.* Ad Primum, *Congregatio cenſuit, valere, ſi tamen in Synodo ab Archiepiſcopo Auditores propoſiti fuerint, & ab ea probati.* Ad Secundum, *Minimè comprehendi ſubrogatos.* Ad Tertium, *non valere, & ideò collationes factas, invalidas eſſe, eaſque ad Sedem Apoſtolicam eſſe devolutas. Hier. Card. Matthæus.*

Eſt, tamen hic advertendum, quod ad hoc, ut hujuſmodi concurſus ſit invalidus, ex eo, quod fuerint in eo adhibiti, etiam Examinatores non Synodales, requiritur quod iſti ſic adhibiti, examinaverint unà cum aliis Examinatoribus Synodalibus: aliàs autem non erit nullus concurſus. Quarè aliàs Sacra Congregatio Concilii declaravit, concurſum eſſe nullum, ubi cum quatuor Examinatoribus Synodalibus alius intervenit, qui non erat Synodalis, iſque examinavit, ut in una *Meſſanen.* 9. *Septembr.*1628. & 15. *Decembr.*1629. teſte Barboſ. *in Collect. Bull. verb. Concurſus.*

Quid autem nunc, ſi ex ſex Examinatoribus, aliqui
34 intra annum mortui ſint, aut aliàs abſentes, An tota facultas examinandi unà cum Epiſcopo, & Vicario ſpectabit ad ſuperſtites eo anno durante? Et affirmativè reſpondetur, & idem eſt, etiam ſi unus tantummodò ſupereſſet, ob eam rationem, quia Synodus Diœceſana non debet, niſi ſingulis annis congregari: quod jam patet ex eodem Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. ibi, *Synodi quoque Diœceſanæ quotannis celebrentur, &c.* idem Garc. *d. cap.*2. *num.*69.

Ad hæc, licèt Examinatores debeant quotannis in Synodo Diœceſana deputari, nihilominus, ſi ipſa Sy-
35 nodus non celebretur, Examinatores ſemel deputati, munus ſuum exercent, donec Synodus ipſa habeatur: quod tamen intelligendum eſt, ſi ſex remaneant ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii, quæ ſic ſe habet in una *Seanen.* 3. *Februar.* 1593. *Congregatio Concilii cenſuit, Examinatores Synodales durare, donec alii in Synodo deputati fuerint; Verùm ſi elapſo anno, aliqui ex eis mortui fuerint, officium expirare, intelligendum eſt, ubi ſex tantum deputati fuerant, ſeu elapſo anno aliqui mortui fuerint, ita ut ſex non remaneant*, Barboſ. *in ad Corradi Prax. Beneſic.* *dit. ad alleg.* 60. *num.*49. ubi, quod Epiſcopus non excuſatur, ſi poſt annum adhibeat Examinatores ſuperſtites, non extantibus ſex, etiam ſi caperet prætextum, quod ipſe de novo adeptus eſſet poſſeſſionem Epiſcopatus: cum annus celebrandi Synodum non incipiat currere à die captæ poſſeſſionis, ſed à die Synodi ultimo loco celebratæ: quare ſi elapſo anno defectus Examinatorum contingit culpa ipſius Epiſcopi, non facientis Synodum, in qua illi deputentur, non excuſatur ab obſervatione formæ, idem Garc. *d. par.*9. *cap.*2. *num.*92. & ſic factus concurſus non tenet.

Sicut etiam nullus eſt, ubi fuerint adhibiti Examinatores deputati in Synodis præcedentibus: ſi tamen ipſi non fuerint confirmati in Synodo poſteriori: prout declaravit dicta Sacra Congregatio in una *Monopolit.* 13. *Junii* 1639. idem Barboſ. *in Collect. verbo, Concurſus, fol.* 216. *verſ. nona.*

Quod ſi infra annum omnes Examinatores Synodales fuerint mortui, vel abſentes, poterit nunc Epiſcopus, per ſe ipſum Examinatores deputare, ac nominare abſque celebratione Synodi, quæ non debet, niſi ſingulis annis celebrari: & ſic in hujuſmodi caſu parum refert, quod forma deſuper tradita per d. Concil. non ſervetur: quia, cum his ſic ſtantibus, ſervari non poteſt, ſufficit, quod actus fiat eo modo, quo fieri poteſt: juris namque rigor relaxatur, ubi propter impoſſibilitatem ſervari non poteſt, *arg. cap. indemnitatibus*, §. *penult.* & *cap. licet, de vitanda, in fin. de elect. in* 6. *l. proximè, ff. de his, quæ in teſtam. delen.* ac per conſequens ejus omiſſio non vitiat, Pariſ. *de reſig. benef. lib.*7. *q.*5. *num.*17. ubi ad alios allegat.

Præterea, eidem Sacræ Congregationi, anno 1593. porrectum eſt memoriale pro parte Epiſcopi Civitat. tenoris ſequentis videlicet, *In Epiſcopatu Civitaten. fuerunt deputati Examinatores Synodales, juxtà Sacri Concilii formam, & intra annum faciendi aliam Synodum, omnes mortui ſunt, & ante finem anni, quaſi in medio, vacavit Parochialis. Supplicatur declarari, An Epiſcopus ſolus illi providere poſſit præcedente publico edicto cum Examinatoribus ab eo nominatis, qui tamen non ſint pauciores tribus.* Cui fuit ſic reſponſum, *Sanctiſſimus Domin.* N. *Clemens VIII. decrevit, hoc in futurum obſervari, quando omnes Examinatores Synodales intra annum eorum deputationis mortui fuerint; nempè, ut Epiſcopus, ex Examinatoribus antiquis Synodalibus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores numero ſex: & ſi non extiterint tot Examinatores Synodales antiqui, qui ad hunc numerum aſcendant, tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, ac alios ſuppleat de novo, approbatos tamen à Capitulo uſque ad numeri prædicti complementum: Verùm ſi nulli antiqui Examinatores Synodales ſuperſtites fuerint, tunc Epiſcopus novos Examinatores probitate, ac ſcientia idoneos, qui à Capitulo probati ſint, non pauciores præfato numero ſubſtituat; & veniente vacatione cujuslibet Parochialis Eccleſiæ, Epiſcopus debebit ex præfatis Examinatoribus eligere tres, qui cum eo examen, juxtà decretum Concilii capit.* 18. *ſeſſ.* 24. *perficiant; officium autem omnium prædictorum Examinatorum Synodalium ſubrogatorum expiret, cum primum advenerit tempus novæ Synodi, juxtà capit.*2. *ſeſſ.*24. *celebrandæ.* Hier. Card. Matthæus, quod quidem decretum refert Leo *in theſaur. for. Eccleſ. part.*2. *cap.* 3. *num.*25 *necnon* Maſſobr. in *prax. haben. concurſ. ad Paroch. Eccleſ. requiſ.*12. *dub.*3. *fol. mihi* 481.

Nec aliàs, aut præter formam hujus decreti, poterit Epiſcopus prædictis Parochialibus per concurſum providere, prætextu alicujus impedimenti; ex quo prætendat forſan, non potuiſſe congregare Synodum; quia tale impedimentum de facili removeri poteſt, petendo licentiam à Summo Pontifice, vel à Sacra Congregatione deputandi Examinatores extrà Synodum; prout faciunt Ordinarii occurrentibus caſibus; præſertim cum non urgeret temporis anguſtia, ſed haberet ſex menſes ad providendum, juxtà prædictam *Conſtitutionē Pii V. ſuper modo, & forma provid. Paroch. eccleſ.* & impedimenta, quæ removeri poſſunt, non attenduntur, prout dictum fuit in prædicta Bonatt. *dec.* 479. *num.* 12. 13. & 14. ubi quod adverſus prædicta non ſuffragabitur Epiſcopo bona fides, ſeù probabilis ignorantia, ſtante decreto irritante, quod ligat etiam ignorantes, præſertim quando diſpoſitio non eſt dubia, ſed cer-

ta, qualis eſt iſta Sacræ Congregationis, & Conſtitutionis Pii V.

Omittendum tamen hic minimè viſum eſt, quod quatenùs ex præmiſſis omnibus, circa examen habendum, cum Examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis, Sacrum Concilium Tridentinum irritas habeat collationes Parochialium, ſi aliter illæ fiant, ſicut ſupra dictum eſt, ſi ipſi Examinatores, etiam culpa Epiſcopi non fuerint debito tempore deputati, vacante Parochiali Eccleſia de jurepatronatus laicorum, nullum patronis indè præjudicium noſcitur parari, qui ad Parochialem Eccleſiam vacantem
15 legitimè Rectorem præſentarunt; cum præmiſſis non obſtantibus, & ipſis ſic præſentare, & Ordinario præſentatum inſtituere ſit libera tributa facultas; quandoquidem in Parochialibus juriſpatronatus laicalis, à patronis præſentati, ſi non adſint Examinatores Synodales, poterunt examinari coram aliis Examinatoribus ab Ordinario deputatis; quia ubi forma à lege inducta præcisè ſervari, & adimpleri non poteſt, ſufficit actum facere eo modo, quo fieri poteſt, ut ſupra dictum eſt; & culpa, ac negligentia Epiſcopi, qui Synodum non fecit, non debet nocere patronis, & præſentatis ab eis, prout in una *Litteren. Archipresbyteratus 6. Junii* 1582. in qua fuit dubitatum, An inſtitutio Ferdinandi ſit ritè, & rectè facta, & fuit dictum, non obſtare, quod fuerat examinatus ab Examinatoribus non deputatis in Synodo Diœceſana, quæ cum non fuerit facta, non vitiat inſtitutionem.

Verùm, quoad prædictam inſtitutionem, illiuſque nullitatem, emanavit poſtmodum alia deciſio in una *Caſalen. Parochialis 9. Novemb.* 1597 *coram Seraphino*, in qua inſtitutio habetur pro nulla; ſed tantum præſervatur præſentatio patronorum; ibi enim dicitur, fuiſſe reſolutum, quod licèt inſtitutio Parochialis fuit nulla ob non ſervatam formam Concilii Tridentini *ſeſſ.24. cap* 18. tamen præſentatio fuit valida; ac proindè Rota inſtituit præſentatum per *Clem. Auditor, de reſcript.* quia dicta præſentatio non annullatur per *Conſtitutionem Pii V. ſuper collatione Parochialium*, quæ non loquitur de patronis præſentantibus; quod quidem videtur confirmare, Paril. *de reſign. benef. lib.7. q.5. num.20. & 21.* ubi quod alias in Rota fuit tentum *die 6. Junii* 1582. *coram Blanchetto*, quod inſtitutio facta abſque examine confecto à deputatis in Synodo juxtà decretum Concilii, valeat, ubi Synodus non fuit celebrata; dummodò taliter inſtituti ſe iterum ſubiiciant examini, ut cenſuit *Sacra Congreg. Concil.* & fuit tentum in Rota *die 30. Junii* 1587. *coram eodem Blanchetto*.

Cæterum, in omnibus aliis proviſionibus Parochialium Eccleſiarum, ſeù potiùs mandatis de providendo in forma *Dignum* proviſum eſt per *Conſtitutionem fel. record. Pii V.* in forma *Motus proprii* quæ incipit, *Cogit nos neceſſitas*, qua Cancellaria Apoſtolica utitur, & eſt in viridi obſervantia, in qua præſcribuntur diverſæ formæ expeditionum, ſeù mandatorum de providendo, & quoad Parochiales Eccleſias, ſic habetur, *Ac per diligentem examinationem per eo adhibitis Examinatoribus ad hoc à Concilio Tridentino deſignatis, ſi iſtic ſint, ut eſſe debent in Diœceſana Synodo deputati, ſin autem abſque illis faciendam dictum N. ad hoc idoneum eſſe reperieris, ſuperque quam conſcientiam oneramus, &c.* & ſic eadem formalia verba apponuntur in prædictis literis, ad præſcriptum prædictæ Conſtitutionis, à nobis ſuo loco inſerendæ.

CAPUT IV.

Praxis Relationis Examinatorum, circa idoneitatem concurrentium ad Parochiales Eccleſias, & Appellationis à mala Epiſcopi electione.

SUMMARIUM.

1 *Parochialis eccleſia, neque Vicario Epiſcopi confertur, niſi per concurſum.*
2 *Neque Doctori, ſive Licentiato in Theologia, ſivè in jure Canonico.*
3 *Nec iis, qui teſtimonium habent ab Epiſcopo idoneitate adminiſtrandis Sacramentis.*
4 *Concurſus quomodò in beneficio ſimplici requiratur.*
5 *Parochialem Eccleſiam aſſecutus, quam poſteà dimiſit, non poteſt eandem aſſequi ſine novo concurſu.*
6 *Examinatores tenentur facere Epiſcopis relationem non ſolum circa doctrinam, ſed de aliis, ut hic, Aliter peccant mortaliter, etiam ſi Epiſcopus ita velit, num.7.*
8 *Examinatores non debent eligere magis idoneum, ſed Epiſcopi.*
9 *Nec tenetur explicitè referre omnes qualitates, eorum, qui ſe examini ſubjecerunt, & quarè, numer. 10.*
11 *Conſanguinei, & familiares Epiſcopi admittuntur ad concurſum Parochialis Eccleſiæ vacantis per obitum tantum.*
12 *Parochialis Eccleſiæ Rector poteſt ad aliam Parochialem vacantem concurrere.*
13 *Examinatorum vota, ubi ſunt paria, vel ſingularia, quod poſſit Epiſcopus accedere, quando non habeat locum.*
14 *Epiſcopi dolo ubi opponatur circa habilitatem magis idonei ad Parochialem, quid ſervetur.*
15 *Ordinarius præſumitur inſtructus de requiſitis concurrentium ad Parochiales, & num.20.*
16 *Appellare quando poſſit magis idoneus ad Parochialem, à mala electione Epiſcopi.*
17 *Epiſcopi gravamen quomodo remaneat juſtificabile circa idoneitatem concurrentium ad Parochiales, quomodo verò ſecùs.*
18 *Appellatio à ſententia Metropolitani ſuper electione ab Ordinario in concurſu ad Parochiales, datur adutrunque affectum.*
19 *Et quanam ſit ratio:*
21 *Appellatio, quoad effectum ſuſpenſivum non habet locum in Parochialibus de jurepatronatus laicorum.*
22 *Examinatus, & magis idoneus in concurſu ad parochialem, ſi poſteà non amplius ad illam aſpiret, quomodo de alio providendum.*
23 *Edicti concurſus, termino elapſo, an ſi quis compareat, ſit admittendus.*
24 *Edicti termino durante, ſi nullus compareat pro aſſequenda Parochiali, aut ex deſcriptis, nullus reperiatur idoneus, quid ſervandum.*
25 *Examen pro concurſu ad Parochialem, tranſacto conſtituto tempore, intra quot dies faciendum.*
26 *Examinatores pro concurſu ad Parochiales, tenentur ex forma præſtare juramentum, & ſub quo formula illud præſtent, & quando.*
27 *Parochialis collatio ſpectans ad inferiorem collatorem non devolvitur ad Sedem Apoſtolicam, ob non ſervatam formam Concilii, & Conſtitutionis Pii V.*
28 *Parochialis eccleſia vacans ob non ſervatam formam Concil. ac Conſtitutionis Pii V. ſub qua formula impetretur à Sede Apoſtolica.*
29 *Et quomodo narrativa literarum verificanda.*
30 *Et quid verificandum.*

EXpletis iis, quæ ad praxim pertinent proponendi edicta pro prædicto concurſu habendo, nec non deputandi Examinatores, ſequitur videre, quid ſervandum circa concurrentium, ac eligendorum qualitates, cum eodem Concil. *d. cap.* 18. habeatur, quod peracto examine renuncietur quotcumque idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus; ad vacantem Eccleſiam gubernandam, opportuniis; atque ex his Epiſcopus eum eliget, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illi, & non alteri, collatio Eccleſiæ ab eo fiet, ad quem ſpectabit eam conferre.

Quibus ſic ſtantibus, ac etiam cum Concilium Tridentinum *loco citato* pro forma requirat, ut omnia in *d. cap.* 18. ſervetur, proindè *Sacra Congregatio cenſuit, quod* 1
vacante eccleſia Parochiali, Epiſcopus debet ſervare formam 2
examinis per concurſum, licet velit eam Vicario conferre. Et alias declaravit, quod Doctor, ſive Licentiatus in Theologia, ſive in jure Canonico, etiam in publica Univerſitate graduatus, non excuſatur ab examine, quando petit ſibi provideri de aliqua Parochiali. Quam quidem formam ſatis conſtat fuiſſe inductam per dictum Concil. quod, poſt-

quàm

quàm præſcripſit ea, quæ ſervanda ſunt pro validitate collationis Parochialis Eccleſiæ, ulterius progreditur, videlicet annullando prædictas collationes ob inobſervantiam formæ, illis verbis, *alias proviſiones omnes, ſeu inſtitutiones, præter ſupradictam formam facta, ſubreptitia eſſe cenſeantur, non obſtantibus huic decreto, exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis proviſionibus, indultis conceſſis quibuſcunque Univerſitatibus, etiam ad dictam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcumque*. Ex quibus verbis ſatis inducta eſt forma, quæ tunc inducitur, quando conſtitutio non ſolum diſponit ſuper aliquo actu faciendo, ſed ultra procedit, ſcilicet, annullando actum, ut ſcripſit notanter Bald. *in l. 1. verſ. in contrarium*, & ibi Alex. *num. 6. & 7. verſ. niſi ſtatutum ulterius procederet, ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſ. 455. numer. 7.* & ex aliis adductis per Mandoſ. *reg. 24. quæſt. 3. num. 8. qui num. 12.* affert exemplum de Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ, qui licet conſtituantur, atque creentur ex excellentioribus Doctoribus totius Orbis, debet priùs nihilominus examinari, antequam ad Rotam admittantur; quod quidem durum videbatur Felino Sandæo; qui cum eſſet ad Sacræ Rotæ Auditorium admittendus, licet ægrè ferret examen, nihilominus, quando audivit, illud requiri pro forma, libenter ſe eidem examini ſubjecit, ut ipſemet ait in *cap. cum venerabilis, ſub num. 49. de except.* ibi, *quod ſemel examinatus debet iterum examinari, ſi tranſit ad altiora, & ideo Doctorati in jure, ſi aſſumantur in Auditores Sacri Palatii, debent iterum examinari, ſubdens, & in me ſervatam fuit ad unguem; quamvis ordinariam juris Pontificii ſellam annis 20. per publica occupaſſem gymnaſia.*

Igitur, tanto magis, ut Eccleſiæ curatæ, & animarum curæ committantur perſonis dignis, juxtà decretum *Innocentii III. & Alexandri etiam III. in Concilio Lateran. ac Gregorii X. in Concilio Lugdunen.* ut per Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. quæſt. 9. num. 78.* & dicitur in ſupradicta *Conſtitutione Pii V.* debent provideri prævio examine per concurſum, ac ſervata forma prædicta; etiam ſi Epiſcopus vellet hujuſmodi Parochialem vacantem conferre perſonæ idoneæ vita, moribus, & ſcientia, de qua idoneitate omnibus conſtet: nam hujuſmodi notorietas perſonæ qualificatæ non ſupplebit defectum prædictæ formæ, ut videlicet remittatur hujuſmodi examen; quod nullo modo fieri poteſt, Bald. *in cap. conſtitutas, de jud.* Dec. *conſ. 99. numer. 6. & conſ. 162. num. 4.* id. Bald. *in l. Iulianus, in fine*. Et hæc forma nedum inducta eſt per *d. Concil.* verùm etiam per ſupradictam *Conſtitutionem Pii V.* qui annullat collationes hujuſmodi aliter factas, ut dictum eſt, id. Pariſ. *loc. cit. numer. 84.* qui *num. 88.* infert, non poſſe Epiſcopum conferre Parochialem vacantem, non modo ejus Vicario in ſpiritualibus, & temporalibus generali, ſed neque Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & aliis perſonis in dignitate conſtitutis, aut famoſiſſimo Doctori juris Canonici, vel Theologiæ, qui per plures annos legit cum maximo applauſu.

3 Quinimmò, etiam ii, qui ab Epiſcopo teſtimonium ſcriptum habuerunt, quod ſint idonei moribus ſcientia, & ætate pro adminiſtrandis Parochiis, ſunt denuò per concurſum examinandi, ex declaratione ejuſdem Sacræ Congregationis, id. Pariſ. *loc. cit. num. 89. cum plurib. ſeqq.*

Quæ quidem formæ obſervantia eò uſque procedere dignoſcitur, ut etiam ubi in beneficio ſimplici requiritur pro
4 forma hujuſmodi examen, prout ſæpè contingere ſolet, quod hæc qualitas adjiciatur in illius fundatione, aut requiratur ità ex Statuto, aut conſuetudine, illud non poſſit remitti.

Idem quoque ſervatur in nonnullis beneficiis non curatis, quæ etiam ex particulari ratione, vel privilegio, ſolent itidem per concurſum provideri, ut ſunt Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales, ex *Conſtitution. Sixti IV. & Leonis X.* quoad Regna Caſtellæ, & in Diœceſibus Burgen. Calaguritan. & Palentin. beneficia patrimonialia, quamvis ſimplicia provideantur per concurſum ſolis filiis patrimonialibus, & dixit Rota *penes Ludoviſ. deciſ. 387. num. fin.* quod laudabiliter provideretur beneficiis ſimplicibus per concurſum, ſicut videtur fieri in Curia, coram Eminentiſſimo Vicario Urbis.

5 Idemque eſſet in propoſito, ſi ſemel approbatus ad eandem Parochialem, quam poſtea dimiſit, vel reſignavit, vellit poſtmodum ad eandem concurrere; quia licet ſemel approbatus ad eandem Eccleſiam, amplius examinari non debeat: ex eo, quod jam illius ſufficientia eſſet nota, puta, quia aliàs eandem Eccleſiam gubernavit, illiuſque curam mirificè, ac ſolerter exercuit, nihilominus, propter hoc non efficitur immunis ab hujuſmodi examine per concurſum; cum oporteat formam prædicti Concilii omninò ſervari; quia ex hoc non deducitur, quod cenſeatur dignior, ex eo, quod aliàs exercuerit curam animarum; cum hoc ſolùm probet ejus ſcientiam, non autem, quod in concurſu veniat præferendus, ut fuit dictum in una *Beneventan. Parochialis*, quam ad id refert idem Ludoviſ. *deciſ. 11. num. 7.*

Hic verò, an proviſio Parochialis Eccleſiæ ſit nulla, ſi Examinatores relationem fecerint ſolùm quoad litteraturam; examen verò circa mores, ætatem, & reliqua Epiſcopo relinquatur, vel ſi non fecerint relationem Epiſcopo de omnibus idoneis repertis, ſed tantum de eo, qui ipſis magis idoneus videtur, fuit per Sacram Congregationem ſic reſponſum, *Examinatores teneri facere relationem, etiam
circa mores, ætatem, & reliqua, necnon eoſdem Examina- 6
tores debere renuntiare quotquot idonei judicati fuerint, Epiſcopum verò debere ex his, qui renunciati fuerint, magis idoneum eligere*. Probatur etenim id ex eod. Concilio in *verſ. peracto examine*, his verbis, *Peracto deindè examine, renuncientur quot ab his idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis.*

Quarè ex his deducit Garc. *d. p. 2. nu. 108.* peccare morta- 7
liter Examinatores, facientes relationem, & approbationem, ſolùm quoad litteraturam, etiam ſi Epiſcopus ità velit, quia non adimplent, nec faciunt ſuum officium, ut debent; nam in hujuſmodi concurſu non ſolum debet haberi præ oculis, ſcientia, ſed etiam mores, & prudentia, tam de jure communi, ut in *cap. cum in cunctis, de elect.* quam ex diſpoſitione Sacri Concil. Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 18.* & dixit Rota penes Ludoviſ. *d. dec. 11. nu. 5.*

Et ex approbatis, ſolus Epiſcopus, vel Vicarius, non au-
tem ipſi Examinatores debent eligere magis idoneum, nam 8
aliàs *Sacra Congregat. cenſuit, non ſpectare ad Examinatores, ſed ad Epiſcopum eligere ex approbatis magis idoneum.* & alia declaratio ſic ait, *Sciendum, quod aliqui Examinatores prætendebant, ad eos ſpectare magis idoneum eligere, & ità de facto plures fuerant proviſi, quibus ex gratia, Sanctiſſimus mandavit, ut expedirent novas proviſiones*. Et alias in una *Paduana* ſic extitit declaratum, videlicet, *Per hoc decretum nulla unquam facultas data eſt Examinatoribus in electione magis idonei ad ei beneficium conferendum, ſed ea ſolum ad Epiſcopum ſpectat.*

Hoc tamen non omittam, circa qualitates concurrentium prædictorum, quod licet pluries prædicta Sacra Congregatio declaraverit, quod pro forma requiritur, prout diſponit ipſum Concilium *d. ſeſſ. 24. cap. 18.* quod omnes Examinatores diligenter ſe informent de ſingulis qualitatibus cujuſcumque concurrentium, nempè ætatis, morum honeſtatis, prudentiæ, & ſcientiæ, cæterarumque rerum, quæ ad vacantem Eccleſiam gubernandam ſunt neceſſaria, nihilominus quamvis verum ſit, quod omnes Examinatores teneantur referre prædictas qualitates, & aliàs relatio erit nulla, per tex. *in cap. prudentiam*, & ibi gl. *in verb. circa formam, de offic. deleg.* attamen non requiritur, quod Examinatores prædicti explicitè referant qualitates eorum, qui ſe examini ſubjecerunt, nempè, quod talis ſit idoneus quoad mores, quoad ætatem, quoad doctrinam, & reliquas qualitates requiſitas; cum ſufficiat implicitè referre, omnes
examinatos fuiſſe idoneos; quia certum eſt, quod dum re- 9
fertur, aliquem eſſe idoneum, intelligitur, illum ita eſſe cum illis qualitatibus, quæ de jure requiruntur, ut eſt tex. *in cap. ſuper inordinata, de preb. & in cap. 2. de inſtit.* ubi gloſ. *in verbo, idonei, & in cap. relatum, de conceſſ. preben.* ac proindè,
cum hoc verbum, *idoneus*, in hac materia habeat certam 10
juris interpretationem, eo ipſo, quod quis refertur idoneus, videtur ſatisfactum legi requirenti talem relationem; prout ex præmiſſis, in propriis terminis firmavit Rota penes Cavaler. in *una Albinganen. Concurſus, dec. 299. num. 1. 2. & 3.*

Nec tamen, quoad habilitatem perſonæ ad concurrendum, omittendum eſt, quod licèt ex *Conſtitut. Pii V.* edita ſuper reſignatione beneficiorum, inter cætera caveatur, ne beneficia in manibus Ordinarii reſignata, poſſint conferri conſanguineis, affinibus, aut familiaribus ipſorum collatorum,

torum, aut reſignantium, ut in §. *ceterum præcipimus, &c.* & hujuſmodi perſonæ non poſſint ad concurſum admitti, ac proinde huic prohibitioni videantur includi etiam Parochiales Eccleſiæ juriſpatronatus laicorum, ut aliàs Sacr. Congreg. declaravit per hæc verba, videlicet *Epiſcopus non poteſt admittere in Parochialibus in ſuis manibus reſignati, conſanguineos, vel familiares tam ſuos, quàm reſignantium ex bulla Pii V. anno ejus tertio, Kal. Aprilis: ità S. D. N. Gregor. XIII. ex ſententia Congregationis declaravit, & ideò admovendum Epiſcopum, nè hujuſmodi conſanguineos, vel familiares admittat ad concurſum.*

Nihilominus, id locum ſi quidem vendicare certum eſt, in Parochialibus vacantibus per reſignationem in manibus Ordinarii, non autem quando illæ vacant per
11 obitum, ſivè in menſe ordinario, ſivè Apoſtolico; ſuper quo vidi literas bo. me. Cardinalis Lancellotti tunc Præfecti Sacr. Congreg. Concilii, ſub die 3. Junii 1617. directas Epiſcopo Caſtren. & aliàs in una *Fanen. Parochialis* 28. *Junii* 1596. *coram D. Corduba.* ut in ſequenti deciſione, videlicet.

Minus placuit ſecundum objectum, quod fuerit approbatus familiaris Reverendiſſimi Epiſcopi; quia licet in vacatione per reſignationem, poſſet hoc procedere, non tamen habet locum in vacatione per obitum; quo caſu familiaris Epiſcopi admittitur ad concurſum, & ità fuit intellecta quædam reſolutio Congregationis Concilii, quæ indiſtinctè loquitur, ne familiares Epiſcopi admittantur ad concurſum; illam enim in quadam cauſa Civitatis Caſtelli Parochialis 26. *Junii* 1589. *coram R. P. D. Orano, Domini intellexerunt in vacatione per reſignationem, non per obitum, ex mente bonæ memoriæ Cardin. Carrafæ, qui de hac re allocutus eſt Pontificem illius temporis.*

Hic verò, quia contingere ſolet, ut Rector unius Eccleſiæ Parochialis, ad aliam vacantem aſpiret, dubitari poteſt, an talis Rector poſſit ad ipſam vacantem concurrere; ut poſt aſſequutionem ſecundæ, vacet prima? Et quidem non ſemel eveniſſe ſcimus in Civitate, & Diœceſi Neapolitana,
12 quod Rector unius Parochialis Eccleſiæ peteret ad concurſum alterius; & affirmativè proculdubio poteſt reſponderi; quandoquidem indubitati juris eſt, id fieri poſſe, ſicut dicendum eſt de beneficiato, qui poteſt præſentari ad aliud beneficium, etiam ſi illud, quod quidem ſit curatum, vel Dignitas; quod quidem ſatis, ſuperque probatur in *c. de multa, de præb.* ubi dicitur, quod habens unum beneficium curatum, vel Dignitatem, poteſt aliud, vel aliam acceptare, licèt vacet primum, vel prima, ut in terminis decidit Card. *in Clem. & ſi Apoſtolica, q. 5. de off. ordin.* Rocch. de Curte *de jurepatr. verbo, honorificum num.* 18. quod aliàs fuit per Sacram Congregationem Concilii declaratum ſequentibus verbis, videlicet, *Epiſcopus poteſt, occurrente vacatione beneficii curati, vocare, & admittere ad concurſum, habentem aliud beneficium curatum, ſed non poteſt ſine concurſu, licèt obtinuerit beneficium quod poſſidet per concurſum, & poſtquam vacaverit, adepta pacifica poſſeſſione alterius beneficii curati, poterit Epiſcopus ponere eadem per concurſum.* Et cum ex hujuſmodi declaratione ſatis conſtet, quod habens beneficium curatum, non impeditur de jure, quominus poſſit admitti ad concurſum alterius; non erit in poteſtate Epiſcopi, illum non admittere, nec videtur valere conſtitutio Synodi Diœceſanæ, vel Provincialis, qua ſtatuitur, ne habens beneficium curatum, admittatur ad concurſum alterius intra tres, vel quatuor annos, Garc. *d. cap. 2. num.* 207. *cum ſeqq.*

Quid autem ſervandum ſit circa vota Examinatorum, illud eſt potiſſimùm conſiderandum, quod cum Concilium Tridentinum *d. cap.* 18. non ſtatuerit præcisè, ut Examinatores ſint tres, ſed quod non poſſint eſſe pauciores tribus, ſi vota Examinatorum paria, aut ſingularia fuerint, accedere poteſt Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius, quibus magis ei videbitur; ſicut jam per Sacram Congregationem ejuſdem Concilii declaratum extitit, quod Epiſcopus, vel ejus Vicarius in hoc caſu non habet votum deciſivum, Paris. *de reſign. benef. lib. 8. q. 9. num.* 106. ubi quod prædictum examen faciendum eſt ab Epiſcopo, vel ejus Vicario abſque ipſorum voto deciſivo, & tantum eos poſſe accedere, ubi vota ſunt paria, vel ſingularia, ut dictum eſt circa hujuſmodi vota ſin-
13 gularia; Quod autem Epiſcopus poſſit accedere quibus magis videbitur, id non habet locum, quando ſinguli Examinatores approbant unum, quem alii reprobarunt, tunc enim non poſſunt dici vota ſingularia; ſuper quo plures ab eadem Sacra Congregatione emanarunt declarationes, quarum Prima, *Utrum ſtantibus verbis Concilii, ibi quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, &c. & ſi ex tribus Examinatoribus, quilibet eorum unum approbaverit, & alii duo approbatum ab altero reprobaverint, accedente Epiſcopo uni, vincat alios duos reprobantes; ex quo ſunt numero pares probantes, & reprobantes, Congregatio reſpondit, non vincere, & neminem iſtorum videri approbatum.* Secunda. *Item an idem dicendum ſit, quando ſunt quinque Examinatores, & quilibet eorum approbat unum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero, Epiſcopo uni illorum accedente, ex quo vota ſunt ſingularia an iſte, cui accedit Epiſcopus, ſit præferendus; & ſic unus examinatoribus cum Epiſcopo vincat alios quatuor reprobantes. Idem reſpondit Congregatio.* Tertia, *Similiter ſi unum tantùm comparet ad ſe examinandum coram tribus Examinatoribus, uno illorum approbante, cæteris reprobantibus, an illi accedere poſſit Epiſcopus, Reſpondit Congregatio, non poſſe, & examinatum dici reprobatum.*

Porrò ſucceſſivè hic videndum erit, cum Parochialis Eccleſia debeat conferri approbato ab Examinatoribus, quid ſervandum ſit, ubi opponatur de Epiſcopi dolo, circa idoneitatem magis idonei; & nonnullis conſultò omiſſis, placuit hic inſerere deciſionem in hoc caſu factam coram Boratto, quæ eſt 635. *in ſuis in una Regien. Concurſus* 30. *Junii* 1622. tenoris ſequentis, videlicet.

Contra Federicum informantem Domini reſponderunt, non conſtare de irrationabili judicio bon. mem. Reverendiſſimi Rangoni, Epiſcopi Regien. qui, poſtponendo dictum Federicum, contulit Camillo Parochialem Eccleſiam, de qua agitur, moti ſunt autem: Primò, quia cum in concurſu deſuper facto, fuerit per Examinatores Synodales approbatus Camillus, & rejectus Federicus, ut in fine dicti Epiſcopi *in Summario n.* 1. & ut fatetur idem Federicus in appellatione coram eodem Epiſcopo interpoſita *d. Summ. num.* 2. non poterat propterea dictus Epiſcopus ferre aliquod judicium pro Federico, nec alium eligere, quàm Camillum à dictis Examinatoribus approbatum, juxta præſcriptum Sacri Concilii Tridentini *de reform. cap.* 18. *verſic. peractö*, ac etiam formam *Conſtitut. Sanctæ memoriæ Pii V.* ſuper collatione Parochialium ſub die 14. *Kal. April.* 1566. & conſequenter illius judicium non poteſt de aliqua irrationabilitate redargui, & prætenſa appellatio Federici dicitur frivola, & a nullo gravamine interpoſita, & ideò rejicienda, *cap. ut debitus, de appellat. cap. quamvis, de appellat. in* 6. Rot. *dec.* 58. *num.* 3. *verſ. & in caſu, de appellat. in novis. cum vulgar.* Secundò, moti fuerunt Domini, quia de dicta irrationabilitate dici non poteſt conſtare, niſi quando concurrit, & clarè apparet dolus ipſius Epiſcopi, ut colligitur ex dicta *Conſtitut. Pii V.* tum in proœmio, ibi, *carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum non rationis ſequentes,* Tum etiam in diſpoſitiva, ibi, *conſtito de prioris eligentis irrationabili judicio,* & tenuit Rota in *Ravennaten. Parochialis* 2. *Decemb.* 1592. *coram bon. mem. Cardinali Arrigonio, impreſſa apud* Garc. *de benef. par. 9. cap. 2. num.* 250. *& coram S. D. N. in Nullius Parochialis, ſeu Concurſus* 4. *Decembr.* 1600. *quæ eſt deciſ. 40. par. 1. in recent. & duplicata dec. 27. p. 2. in eiſdem, & in Aquen. Parochialis* 6. *April.* 1612. *coram Rev. P. D. meo Ubaldo, in Barchinonen. Parochialis* 29. *Novemb.* 1613. *coram me, & in Cremonen. Concurſus* 15. *Januar. anni præteriti coram Rev. P. D. meo Manzanedo,* & in aliis paſſim. Hic autem nullus videtur poſſe conſiderari dolus in dicto Epiſcopo, cum non probetur aliqua inhabilitas Camilli, nec, quod ille pateretur aliquam exceptionem. Et quamvis Federicus eſſet major natu, Doctor in Sacra Theologia, Diœceſanus, & de nullo proviſus beneficio, quæ qualitates ſunt valdè conſiderabiles, ut ex traditis per Abb. *in cap. 1. de major. & obed. & per* Dec. *conſil.* 542. *numer.* 12. *&* 13. *& in Panormitan. Archipresbyteratus* 3. *Decemb. coram me*, non tamen dici poteſt, illum debuiſſe præferri, cum in iſtis electionibus ad Parochiales ex ſupradicta diſpoſitione *Concil. in d. § peractö*, ultrà doctrinam, ſint quoque conſiderandi mores, prudentia, & alia pro regimine Eccleſiæ neceſſaria; ità ut dignior ſimpliciter non dicatur, nec veniat præferendus is, qui ſit doctior, vel ſanctior, ſed qui juxtà munus, cui præficiendus eſt, aptior illius miniſterio appareat, ut ex pluribus tenuit Rota in *d. Ravenaten. coram Arrigonio, & in d. Nullius Parochialis coram Sanctiſſimo, cum aliis in eadem Barchinonen. coram me, & in Pamplonen. Beneficii, de los Arches* 9. *Decemb.* 1619. *coram R. P. D.*

meo

meo Vbaldo. Undè, cum Epiſcopus, pro cujus judicio præſumitur, *c. in præſentia, de renunc.* elegerit dictum Camillum, dicendum eſt, majores qualitates cognoviſſe in eo præponderare, quàm in Federico circa mores, & prudentiam, & alia pro gubernanda Eccleſia Parochiali opportuna, ut dixit Rota *in prædictis deciſionibus, &c.*

Inſuper deducitur, quod pro judicio Epiſcopo multum præſumitur, quoad electiones per ipſum factas ad Parochiales Eccleſias; quandoquidem ipſe Ordinarius cenſetur 15 benè inſtructus de vita, moribus, aliiſque concurrentium requiſitis; ac proindè in ſupradicta *Ravennaten. Parochialis* fuit reſolutum, quod ex duobus approbatis per examinatores pro æquè idoneis in ſcientia, electio unius facta per Ordinarium erat bona, & legitima; quamvis non eſſet Sacerdos, nec Doctor, nec pauper, ſicut erat alter approbatus ab examinatoribus, qui fuit ab Epiſcopo rejectus; quia quamvis dictæ qualitates Doctoratus, Sacerdotii, & paupertatis, ſint conſideratione dignæ, nihilominus iſta ſola non faciunt aliquem digniorem pro gubernanda Parochia, ut per Covarr. *in reg. peccatum, p. 2. §. 7. num. 4. verbo, dignior vero*, & infra dicetur, & fuit tentum in *Beneventana Parochialis* 13. *Junii* 1590. *coram Orano*, nam cum Archiepiſcopus, unum de æquè idoneis ab examinatoribus approbatis, elegerit dicendum erat, majores qualitates cognoviſſe concurrere, in M. circa mores, & prudentiam, & alia, quæ ſunt neceſſaria pro gubernanda Eccleſia Parochiali, quàm in N. cum pro judicio Epiſcopi ſit præſumendum, ut dictum eſt *d. cap. in præſentia, de renunc.* prout etiam colligitur ex *Conſtitut. Pii V.* quæ permittit tantùm appellationem, quando appellans docet de doloſo, & irrationabili judicio Epiſcopi, ut apparet in narrativa, & diſpoſitiva ejuſdem conſtitutionis, & dicitur in prædicta *Ravennat. Parochialis*. Quare cum Ordinarius alterum ex æquè idoneis in ſcientia elegerit, præſumitur in illo cognoviſſe majores qualitates circa mores, prudentiam, & alia neceſſaria, præſertim verò, quando vita mores, conditiones, & aliæ qualitates electi, erant Ordinario prius notæ, ut per Gonzal. *ad reg. 8. gl. 4. num.* 115. *cum plurib. ſeqq.* & fuit dictum in *d. Ravennaten. Parochialis, num. 4.* in qua fuit electus ab Ordinario ille, qui erat Cives, & Canonicus ejuſdem Civitatis, & ſemper ibidem permanſerat; ac propterea Archiepiſcopus plenam habebat de eo notitiam; & quod licèt alter ex ipſis approbatis, eſſet ejuſdem Diœceſis, tamen cum diu moratus eſſet extrà Diœceſim, & in diverſis locis, Archiepiſcopus non potuit ita de facili habere notitiam de ejus vita, moribus, & aliis qualitatibus, ſicut de alio, ac proindè Ordinarius debuit præferre illum, de quo eſt melius informatus, ex Caputaq. *deciſ.* 406. *par.* 2. ubi, quod contra Ordinarii proviſionem non poteſt opponi de ſubreptione, quia præſumitur habere notitiam perſonarum ſuæ Diœceſis, & non poteſt dari de intentionis defectu, & ait idem Gonz. *loc. cit. num.* 119. *cum ſeqq.* quod non ſolum intereſt, habere notitiam priſtinam de vita, moribus, aliiſque requiſitis qualitatibus, ſed etiam de ſcientia, & litteratura; quia poteſt quis in uno examine apparere magis doctus ex fortuna puncti aſſignati, vel quæſtionis propoſitæ; cum re vera ſit minus, & è converſo.

Et in una *Faventin. Parochialis penès* Farinac. *in poſthum. dec.* 521. *num.* 1. *tom.* 1. fuit deciſum, poſſe Ordinarium cum Examinatoribus præferre ei, qui magis ſcientia præcellit eum, qui prudentia, moribus, & integritate aptior videtur ad gubernandam Eccleſiam, ut tenuit Rota *in prædictis deciſionibus Beneventan. Parochialis, ac etiam Recanaten. ſimilis, ac Sabinen. concurſus, & in d. deciſ.* 521. tenuit, prælatum Doctori, Auditori, nobili, & diviti eum, qui erat antiquior Sacerdos, Alumnus Societatis Jeſu, & verſatus in regimine animarum fuerat per multum tempus, & Præfectus Collegio juvenum; cum alter reperiebatur condemnatus ob delationem armorum prohibitorum de nocte, ac pro ſuſpicione aſſociationis cum bannitis, fuit diffamatus de homicidio; & quod ſola diffamatio ob ſcandalum, quod poſſet oriri inter Parochianos, ſufficit pro excluſione.

Ex quibus non immeritò concluditur, quod appellantes ab injuſta electione Epiſcopi, non poſſunt facilè docere de gravamine, collationemque jam factam evertere; cum prædictum Concilium Tridentinum multum deferat judicio Ordinarii; qui ex variis animi ſui moribus penſatis, & conſideratis omnibus in prædictis, ſe informare potuit; ut in *dict. cap. in præſentia de renunc.* facit *doctr.* Alex. *in apoſtil. ad Bar. ſuper 2. lect. ſ. 1. de excuſ. tutor.* idem Gonz. *d. gloſ. 4. num.* 124. *cum duobus ſeqq.*

Si tamen Epiſcopi, minus habilem, poſthabitis magis idoneis elegerint, poſſunt ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujuſmodi ad Metropolitanum, vel ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium appellare, &c. ut in dicta Conſtitutione latius patet; quæ nihilominus locum tantummodo habet, quando appellans docet de dolo, & irrationabili judicio Epiſcopi, 16 in quo ſatis conſideratur injuſtitia electionis, ſi electus ſit familiaris, vel conſanguineus Epiſcopi eligentis; quia tunc illius electio redditur ſuſpecta, ut fuit dictum in una *Civitatis Caſtelli*, relata in dicta *Ravennaten. Parochialis*, ubi docebatur de gravamine, oſtendendo irrationabile, & doloſum judicium Ordinarii, præſertim, cum electus eſſet ejus familiaris, & forenſis, non electus autem eſſet ejuſdem Diœceſis, & repertus magis idoneus ab Examinatoribus, de quibus per Gonzal. *d. gloſ. 4.* ubi *numer.* 140. *cum pluribus ſeqq.* multa in propoſito hujus irrationabilis judicii Ordinarii, adducit.

Verùm, circa hanc praxim admonendum duxi, non poſſe ſuſtineri, quod nonnulli tradunt, nempè, quod appellans à mala electione Epiſcopi, ut poſſit in ſecunda inſtantia provocare ad novum examen, debet prius docere de fumo læſionis, aut gravaminis, & quod aliàs audiri non debeat; hoc enim non videtur aliquo modo convenire diſpoſitioni prædictæ *Conſtitutionis Pii V.* & jam fuit per Sacram Congregationem declaratum in una *Piſtorien.* cum aliter eſſet ligare manus appellanti, ut non poſſit docere de gravamine; cum ſæpè acta examinis primæ inſtantiæ tali modo componantur, & fabricentur, ut ex illo de læſione apparere non poſſit, prædictaque Conſtitutio redderetur eluſoria; cum diſponit, ut in ſecunda inſtantia appellans ad novum examen poſſit provocare, ut ex illo liqueat de rationabili, vel irrationabili judicio Ordinarii, ut optimè ait idem Gonzal. *d. gloſ. 4. num.* 144. qui *num.* 146. *verſic. nec omittendum*, advertit, quod ad hoc, ut poſſit cognoſci quis ſit idoneus in litteratura, non debet tranſire multum tempus inter primum examen, & ſecundum; namque illo medio tempore poſſet appellans laborioſè ſtudere, & doctior fieri; & ſic provocatio ad ſecundum examen debet fieri intra breve tempus, arbitrio judicis regulandum, proindèque ad hujuſmodi novum examen debet ſtatim deveniri, ſaltim intra annum; aliàs enim gravamen, quod prætenditur, remaneret juſtificabile, ut rectè ait Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt.* 17 31. *ſub num.* 155. *verſ. ad quod quidem examen*, ubi ità ait fuiſſe tentum in una *Calaguritana beneficii de Cervera* 8 *Februar.* 1591. *coram Penia*, quam ſequuta eſt Rota *deciſ.* 505. *num. 4. par. 2. in recent.* ex eo, quia ex doctrina, & litteratura de præſenti, tanquam habitu acquiſito, non autem innato, non infertur ad eandem litteraturam de præterito; nam fuit in eadem deciſione dictum, quod cum poſt examen, & relationem, erant elapſi quatuor anni, quo temporis ſpatio poterat rejectus fieri habilis, licèt tunc non eſſet, non poterat ex novo examine conſtare de injuſtitia, & conſequenter non erat admittendum, ut ſæpè in Rota deciſum fuit, & ſignanter in *d. Calaguritana de Cervera*, niſi tamen conſtaret, provocantem, etiam ultra annum fuiſſe aliis ità negotiis præpeditum, ut non potuerit litterarum ſtudiis incumbere, idem Lotter. *loc. cit. ſub d. num.* 155. *verſ. præterquam ſi liqueret*; qui id ſervari in Urbe teſtatur, quod quando ibi proponitur, detectum eſſe gravamen per novum examen habitum in partibus, adhuc ob gravitatem materiæ nimirum, curæ animarum, Rota ex abundanti adhoc inquirit de ſufficientia, ubi non aliter canonizatur jus provocantis, quam ſi de novo examinetur, & (ſimpliciter tamen) approbetur ab Examinatoribus Urbis ſub *d. num.* 155. *verſ. & ubi agitur de proviſione Parochialis*, & quod ita ſervatum fuit in una *Pampilonen. Parochialis, ſen 21. Junii* 1627. *coram Durano*. Quando tamen appellatur a dicta mala electione ad Urbem, datur ibi novus concurſus, & ibi vocandus eſt prælectus, prout declaravit *Sacra Congregatio dicti Concilii in cauſa Reatin. 26. Martii, & in Piſan. 17. Julii* 1619. prout teſtatur Barboſ. *in Collect. Bullar. verbo, Concurſus, verſ. 7. fol.* 217. cum non ſit attendenda litteratura, niſi de tempore primi examinis, quando appellans prætendit gravatum fuiſſe, prout in ſimili dicit Franc. *in cap. ſi eo tempore, numer.* 3. *de reſcript. in 6.* quod ubi certo tempore requiritur ætas determinata, ſi tunc deficiat, non confirmatus actus, licèt ex

cèt ex poſt facto ſuperveniat ætas, & antcà *num.* 2. quod ſi Papa mandet alicui provideri de beneficio juxtà merita, & probitates, alicujus, debet inſpici tempus vacationis, non autem impetrationis, quoad merita, & virtutes beneficiandi; undè ſufficit, quod talis reperiatur idoneus, dum examinatur; licèt non fuiſſet tempore impetrationis, cum Papa ibi reſcribat, quod ſecundum merita ſibi provideatur; quod tamen procedit in reſcriptis gratioſis, in quibus attenditur tempus Datæ.

Sanè, pro hac noſtra praxi, non incongruum hìc ſubnectere viſum eſt, quod ſæpè occurriſſe vidimus: An attentis verbis prædicti Concilii *d.c.* 18. videlicet, quod *nulla devolutio, aut appellatio impediat, aut ſuſpendat, quominus relatio Examinatorum, ac Epiſcopi electio, & approbatio executionem habeat*, id locum habeat, ſi in ſecunda inſtantia provocato, & facto examine, fuerit per Metropolitanum, vel alium Superiorem, revocata prima ſententia, ſit etiam iſta ſecunda ſententia eaequutioni demandanda, ac in poſſeſſionem Parochialis immittendus appellans, cui in ſecunda inſtantia fuit uti magis idoneo facta collatio, non obſtante appellatione interpoſita per adverſarium, vigore primæ ſententiæ, poſſeſſorem.

Hanc quæſtionem movet idem Gonz. *gl.* 6. *num.* 163. qui licèt pro parte affirmativa multa adducat exempla, multaſque rationes, tamen poſtmodum pro negativa concludit: & plura, ultra adducta per eumdem *loc. cit.* deduci poſſent, paro tamen celebrem in puncto deciſionem etiam Buratti *in Barchinonen. Parochialis* 29. *Novembris* 1613. quæ in ſuis eſt 22. *num.* 1. ubi concluditur, dari appellationem à ſententia Metropolitani ſuper electione facta ab Ordinario
18 in concurſu ad beneficia, juxta *Conſtitutionem Pii V.* ad utrumque effectum devolutivum ſcilicèt, & ſuſpenſivum, & ſecundum eandem deciſionem pluries de hac re conſultus, reſpondi, quippè quæ multis ſuffulta eſt validis fundamentis.

Non tranſmiſſo dubio, meo tempore per Dominum Datarium eidem D. Buratto, ac in Rota plenè diſcuſſo, fuit reſolutum, quod verba prædictæ *Conſtitutionis*, videlicèt, *& ſi quis à ſententia*, *&c.* intelliguntur, tam quoad effectum devolutivum, quàm ſuſpenſivum, ut etiam ibi notat Addit. *litera A.* ac proinde ſecunda ſententia non eſt exequutioni demandanda, pendente appellatione, ut per Gutier. *lib.* 2. *canon. quæſt. cap.* 11. *num.* 25. *& pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 146. Quare poſſeſſor parochialis non eſt a poſſeſſione removendus, donec appellans obtinuerit tres ſententias conformes, ſeù rem judicatam, Garc. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 247. Ubi hoc factum æquiparat, quando conceditur gratia per Papam de parochiali, & adeſt certus poſſeſſor, nam tunc datur appellatio ſuſpenſiva à ſententia Exequutoris; & non procedit dicta *Conſtitutio Pii V.* ut fuit reſolutum in una *Agrigentina Beneficii* 1. *Novembr.* 1601.

19 Ratio autem eſt, quia ſi prædicta *Pii V. Conſtitutio* voluiſſet tollere appellationem ſuſpenſivam à ſententia Metropolitani, id expreſſiſſet; prout fecit in appellatione ab electione Ordinarii, in *verſic. hæc appellatio*, ut dicitur *dict. dec. Barchinonen. num.* 4. undè, cum id dictum non ſit in prædicta Conſtitutione, ergo nec nos dicere debemus, vulg. *leg. ſi ſervum*, *§. non dixit Prætor*, *ff. de acquir. hæred.* & dicitur in eadem *Barchinonen. Parochialis d. num.* 5.

Nec quidem contemnendæ ſunt aliæ rationes deſuper allatæ per d. Gonz. *d. gloſ.* 6. *num.* 189 *& ſeq.* nempè, quia poſtquàm ſemel exequutio habuit effectum, jam videtur extincta via eaequutiva, & conſequenter erit via ordinaria procedendum, text. *in l.* 1. *Divo Pio*, *§. ſi poſt de re judic.* cum jam fuerit extincta virtus, & effectus exequutionis: Præterea, quia cauſa, quæ ſemel effecta fuit ordinaria, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis, Lancellot. *de attent.* 2. *p. cap.* 4. *in præfat. num.* 572. ſicut in ſimili dicimus, non eſſe locum viæ exequutivæ, quando obligatio Cameralis eſt per ſententiam vulnerata, prout ſuo loco dicemus: quia cum non liceat actori appellare, debet etiam reo à contraria ſententia revocatoria prioris ſententiæ vulnerantis, licita eſſe appellatio, & ſic, ut dictum eſt, cauſa remanet ſemper appellabilis, *reg. non debet actori, de reg. jur. in* 6. *cum ſimil.* & fuit dictum in una *Romana Cenſus coram Cantuccio, quæ eſt dec.* 232. *n.* 1. *p.* 2. *div.* id. Gonz. *loc. cit. num.* 101. ubi *plurib. ſeqq.* quamplura ad id exempla adducit.

Ac propterea in *Barchinon. Parochialis d. num.* 4. dicitur quod ad hoc non obſtant illa verba prædictæ *Conſtit. Pii V.* ibi, *Conſtito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis per eundem Judicem appellationis conferatur, ſeu conferenda remittatur*; quandoquidem dicta Clauſula *Conſtito*, non refertur ad cognitionem, & revocationem faciendam à Metropolitano, neque illi dirigitur; ac propterea concluditur ibi, non poſſe dici, conſtare de irrationabili judicio, niſi per rem judicatam, & *num.* 11. quod non eſt inconveniens, appellationem ſuſpenſivam eſſe denegatam ab electione Ordinarii, & tamen conceſſam à ſententia Metropolitani, ſeù Judicis appellationis revocatoria; cum electio Ordinarii celeritatem deſideret; & ſic vigeat in ea ratio tollendi appellationem ſuſpenſivam, ut in *leg. fin. ff. de appellation. recip.*

Undè ſi quælibet ſententia eſſet exequutioni mandanda, daretur maximum inconveniens, quod lites fierent immortales; nam ſequeretur, quod priuſquam lis terminaretur, quatuor, vel plures Eaequutores fieri, contingeret; cum ex unaquaque ſententia reſultaret immiſſio unius, & remotio alterius, & ea tali mutatione Rectorum, Eccleſia non modicum præjudicium reciperet, Rota *dec.* 24. *num.* 1. *verſic. modo Eccleſia, de præbend. in noviſs.* id. Gonz. *loc. cit. nu.* 205.

Et ut clarius liqueat, cur nam Pius V. ſuſtulit ſuſpenſionem eaequutionis Ordinarii, declaratur in eadem deciſione *Barchinonen. Parochialis*, *num.* 21. ubi ratio aſſignatur, videlicet, ne Parochiales diu maneant in ſuſpenſo, in maximum animarum periculum, ut dictum eſt. Undè, cum appellatio à mala Ordinarii electione admittitur ad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum, interim proviſus, appellatione pendente, non debet amoveri à Parochiali, ut dicitur in *d. Conſt. Pii V. verſ. hæc tamen*, quia ſemper præſumendum eſt pro electione Ordinarii; cujus præſumptio eſt adeò vehemens, ut non tollatur ex ſententia Metropolitani, revocatoria; nam cum in electione ad Parochiales, ad diſpoſitionem dicti Concilii, ultrà doctrinam, ſint etiam conſiderandi mores, prudentia, & alia ad Eccleſiam gubernandam opportuna; hac ratione dignior non ſimpliciter dicitur ille, qui doctior ſit, vel ſanctior, ſed is, qui juxta munus, cui præficiendus eſt, aptior ejus miniſterio apparet; & hic eſt præferendus, & Ordinarius præſumitur inſtructus, de vita, 20
& moribus concurrentium, & aliis, ultra doctrinam, requiſitis tanquam ejus Diœceſanorum; undè ex ſola ſcientia majori, non redarguitur electio Epiſcopi de irrationabilitate: quia ſunt inſpiciendi etiam mores, ac prudentia, & cætera, ut dictum eſt. Metropolitanus verò, per novum concurſum, non poteſt certior fieri, niſi de doctrina: & ſic ceſſat in eo præſumptio, vel ſaltem non æquè viget: & adeò præſumitur de judicio Ordinarii, ut debeat clarè doceri de dolo, & irrationabilitate illius, ut tenuit Rota *in una Camerinen. Concurſus* 19. *Decembris* 1605. *coram Atrebaten. & in una Sabinen. ſimilis* 6. *Aprilis* 1609. *coram Damaſceno*, ut habetur in *d. Barchinonen. Parochialis num.* 28. 29. *&* 30. Quarè ex his ſatis apparet, majorem eſſe præſumptionem pro electione Ordinarii, à qua non datur appellatio ſuſpenſiva, quàm pro ſententia Metropolitani, à qua datur quoad utrumque effectum: ac proindè ſententia, quæ habet majorem præſumptionem, habet aliquem effectum exequutivum, noo obſtante alia contraria: prout dicitur in eadem *dec. num.* 36.

Quæ quidem omnia, certum eſt, ſibi locum vendicare, etiam ſi contra proviſum ſit lata ſententia per Judicem appellationis, à qua ipſe appellavit: quia ſecundum ſententia non eſt exequutioni demandanda, pendente appellatione, quæ habet utrumque effectum devolutivum, ſcilicet, & ſuſpenſivum, ut aliàs dictum eſt: quòd ſatis, ſuperque declaratum cautum in eadem Conſtitutione, per illa verba, *Et proviſus ab Eccleſia, cauſa appellationis hujuſmodi pendente, non amoveatur*, & caindè ſequitur, quòd ſivè cauſa appellationis pendeat in ſecunda, ſivè tertia, aut ulterioribus inſtantiis, nullatenus exequutioni locus erit, donec primus appellans, rem judicatam reportavit, idem Gonaal. *d. gloſ.* 6. *num.* 216. quòd certum eſt, procedere, licèt Judex ad quem declaraverit, primam ſententiam, eſſe notoriè nullam, & attentatam: cum ob id non à poſſeſſione removendus, immiſſus ab

Ordi-

Ordinario, donec de dicta nullitate, vel attentatis adſint tres ſententiæ conformes, vel res judicata; nam ſi aliter tenendum eſſet, quilibet Judex Superior de facili diceret, primam ſententiam eſſe manifeſtè nullam, & injuſtam, ut ſuam ſententiam poſſet exequutioni demandare; item, quia pendente appellatione à ſecunda inſtantia, declarante primam nullam, & attentatam, nihil debet innovari, cum à tali pronunciatione detur appellatio, idem Gonz. *loc. cit. n.* 220. *& ſeq.* ac etiam quia ratio diutinæ vacationis tollendæ, fuit maximè præ oculis habita ab eodem *Pio V. in d. Conſtitutione*, dum voluit, concurſum hujuſmodi, & alia, juxta formam præſcriptam ab Ordinario, intra ſex menſes expediri: aliàs enim collationes ad Sedem Apoſtolicam devolvendas; & ex hac ratione, ab electione celeritatem requirente, non datur appellatio ſuſpenſiva, ut in *dicta decis. Barchinonen. Parochialis nu.* 22.

Illud autem pro hac noſtra praxi notandum eſt, quod ubi Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 18. verſic. in omnibus*, necnon prædicta *Conſtitut. Pii V. de conferendis Parochialibus*, loquuntur de hujuſmodi appellatione non admittenda ad effectum ſuſpenſivum, habent locum tantummodò in Parochialibus liberæ collationis, quæ providentur per concurſum, non autem in illis, de jurepatronatus laicorum, quæ non ita providentur, ſicut aliàs diximus: quandoquidem, ubi agitur inter præſentatos, vel patronos laicos ſuper pertinentia juriſpatronatus, & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem alicujus ex patronis, tunc quidem benè datur appellatio ſuſpenſiva; quia nimirum agitur inter dictos præſentatos, vel patronos laicos ſuper pertinentia juriſpatronatus: & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem alicujus ex compatronis: hoc enim caſu poſſeſſio per appellationem ſuſpendi debet: & hæc diſtinctio fuit admiſſa in Rota *in una Placentin. Archipresbyteratus, impreſſa penes* Farinac. *tom. 2. decis. 656. nu. 2.* ubi dicitur, ita etiam tentum fuiſſe in caſu appellationis interpoſitæ à præſentato habente plures voces patronorum, in una *Compoſtellana Parochialis 3. Iunii* 1588. *coram Card. Plato, & aliis*, & ita etiam in una *Florentina Iuriſpatronatus de Ianfigliaccis, coram Durano*, quæ in ſuis eſt *decis.* 160. *numer.* 2. & in utraque deciſione fuit propterea dictum, poſſeſſionem Parochialis, vigore mandati de immittendo ex inſtitutione Ordinarii, fuiſſe attentatam, per text. *in cap. non ſolum de appellat. in 6. cap. 2. ut lit. pendent. eod. lib. cum ſimilibus.*

Ad hæc, pro complemento hujus praxis, proponendi edicta, eligendique ex approbatis, digniorem ad Parochialem Eccleſiam regendum, non eſt omittendum, quod (ſicut ſæpè contingere ſolet) ſi magis idoneus ex oppoſitoribus, deſiſtat, nec amplius ad hujuſmodi Parochialem Ec-
22 cleſiam adequendam aſpirat, poterit Ordinarius ex reliquis oppoſitoribus; magis idoneum eligere, ſi tamen id eveniat ante factam per eundem Ordinarium electionem, ſeù nominationem; tunc enim nondum primus concurſus dicitur finitus, & ipſum magis idoneum, intra eundem terminum nominet. Quòd ſi id eveniat poſt factam ab ipſo Ordinario electionem, ſeu nominationem de magis idoneo, & iſte deſiſtat, ſeu cedat, vel decedat, non poterit idem Ordinarius alium eligere ex oppoſitoribus ejuſdem concurſus, qui per electionem ſemel factam, finitus eſt; ac proindè eſt neceſſario faciendus novus concurſus per novae edicti appoſitionem; in quo Ordinarius prædictus habebit novum terminum, qui incipiet currere à die deſiſtentiæ, ſeu ceſſionis, vel mortis electi, quod quidem probat text. *in cap. ſi electio, de elect. in 6* ibi, *quod ſi electio, ex eo non ſortitur effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum renunciat juri ſuo, aut diem claudit extremum, ſeu ob occultum ejus vitium irritatur, electores, qui jam fecerant, quod ſpectabat ad ipſos, intra juris terminum, eligendo, habebunt, à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac ſi vacatio nova eſſet, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam; dummodo nil fraudulenter egerint in præmiſſis*, ut ſunt formalia verba ejuſdem text. ſicut ſervatur, etiam in caſu præſentationis ad beneficium juriſpatronatus de novo tempore, quod currit patrono ad præſentandum in caſibus præmiſſis, ut alias diximus, idemque probat Navarr. *conſ. 51. num. 3. de reſcript.* ubi ita intelligendum eſt, etiam de Eccleſia Parochiali per concurſum, juxta formam Concilii Tridentini; quia in eiſdem caſibus poteſtas novi concurſus redit ad Epiſcopum; qui poterit iterum eligere digniorem; quia quoties concurſus non ſortitur effectum, pertinet ad eumdem Epiſcopum alterum indicere concurſus, nam ut ait Zerol. *in praxi Epiſc. verbo concurſus. §. 5.* negligentia impetrantium non debet nocere diligentiæ Epiſcopi.

23 Item, quid ſervandum in praxi, ſi elapſo termino edicti, quis compareat, putaque admitti ad concurſum Parochialis Eccleſiæ vacantis. Id quidem non ſemel accidiſſe ſcimus; ac proindè, juxta ea, quæ vidimus ſervari, dicendum eſt, ſic comparentem non debere admitti; quia licèt concurſus non ſit adhuc factus, nihilominus ex hujuſmodi admiſſione ſatis præjudicium, jam intra legitimum tempus deſcriptis, inferretur, qui jus acquiſiverunt, ne aliqui, poſt prædictum temporis lapſum deſcribantur, ſicut etiam idem eſſet, ſi non apponeretur edictum, ſed examinandi eſſent coram Examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, juxta formam Concilii; quia ipſis ſic deſcriptis, eſt etiam jus quæſitum, ne alii extrà tempus deſcribantur, ità optimè deducit Garc. *d. par. 9. cap. 2. num.* 200. *& ſeq.* ubi *numer.* 202. affert declarationem Sacr. Congregat. quæ ſic ait, *Alius non deſcriptus, petens admitti ad examen jam peractum, ſed beneficii nondum facta collatione, non eſt audiendus, nec ſi non eſt factum examen, ſed terminus tantum lapſus, eſt admittendus cum deſcriptis, unde conſuetudo contraria videtur eſſe contra jus, & rationem.*

At verò contrarium tenendum eſt, prout in dies practicatur; nam omiſſo, quod quandoque in hujuſmodi edicto ſolet apponi, quod etiam illius termino elapſo, poſſint admitti, qui velint examinari, & hoc, ut Parochialibus ſic vacantibus ſalubrius conſulatur, abſolutè tenendum eſt, opponentem ſe poſt terminum edicti re integra, ideſt ante peractum examen, poſſe, & debere admitti, ut cenſuit Sacr. Congregatio in ſequenti declaratione, *An occurrente vacatione beneficii in concurſu providendi, ad quod intra terminum in edicto præfixum, plures ſunt oppoſiti, ſi dicto termino elapſo, alter ſuperveniat re integra, debeat admitti. Congregatio cenſuit, re integra, eſſe utique admittendum. Hieronymus Cardinalis Matthæus*; & juxtà eamdem declarationem fuit per Rotam reſolutum, quod Proviſor potuit admittere ad concurſum, venientem elapſo termino ab eo præfixo, licèt contradicat adverſarius in tempore deſcriptus; cum ita ſuadeat æquitas, & favor Eccleſiæ, cujus intereſt plures oppoſitores concurrere, Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 9. §. 1. verſic. ſuperaddo*, ubi loquitur in terminis concurſus filiorum patrimonialium ad effectum obtinendi beneficia patrimonialia; nam qui ſe opponit poſt terminum, per edictum aſſignatum, ante factum examen, debet admitti, etiam ſi non doceret de impedimento, vel ignorantia, ut idem Gonz. *loc. cit.* qui ità cenſuiſſe, ait Sac. Congreg. Concilii, etiam in terminis Parochialium; imò, quod ſi is non admitteretur, poſſet à tali denegatione appellare; idemque probat *in annot. contra nullit. & attent. num.* 183. *verſ. ſicut etiam*, ac ex his tollitur ratio contraria de jure oppoſitorum; quia, cum principaliter agatur de utilitate Eccleſiæ, ea attendenda eſt; & terminus non præfigitur, ut poſtea nequeant alii admitti, ſed, ut ſciatur, non eſſe amplius expectandum. id. Garc. *d. cap. 2. nu. 206. in fin.* Alia item ratio eſt, quia in proviſionibus beneficiorum, edictum non circumducitur, ſicut in judicialibus, juxta terminos *dec. Franch.* 400. *gloſ. in cap. Eccleſia, 2. de elect.* cum aliis allegatis per Ric. *in prax. for. Eccleſ. decis.* 423.

24 Quid autem, ſi durante termino edicti, aut nullus compareat, aut ex concurrentibus deſcriptis, nullus repertus fuerit idoneus ad Parochialem Eccleſiam ſequentibus.

Et quidem hanc praxim jam declaravit Sacr. Congregatio Concilii, quæ ſic cenſuit ſuper *d. cap.* 18. videlicet, *Item ſi Epiſcopus ſemel edictum propoſuit per concurſum, & ex multis examinatis, nullus repertus ſit idoneus, licet Concilium non videatur neceſſario requirere edictum per concurſum, fuit tamen tutius judicatum, aliud edictum proponi, ut ſupra; & ſi nemo comparuerit idoneus, tunc alicui, prævio examine ſine concurſu beneficium conferetur.* Et Epiſcopo Vicen. ſic reſponſum fuit, *Perilluſtri, & Reverendiſſimo Domino uti fratri, Domino Epiſcopo Vicen. Reverendiſſime Domine uti frater. Vacante aliqua Parochiali Eccleſia, ſi intra terminum edicti, unus ſolum comparuerit, & nolit ſe examini ſubjicere, nec Parochialem curet obtinere, cenſuerunt Illuſtriſſimi Patres; qui Tridentini Concilii decretis interpretandis Sanctiſſimi D. N. authoritate præfecti ſunt, ab Amplitudine tua aſſignandum eſſe aliud edictum rurſuſque* vocan-

vocandos oppoſitores. Ita igitur obſervavit Amplitudo tua, cui optimam valetudinem, & cæleſtis gratia dona à Domino exoptamus. Romæ 4. Martii 1592. Amplitudinis tuæ Perilluſtris, & Reverendiſſimæ uti frater, Hieronymus Cardinalis Matthæus. Non autem tunc erit aliud edictum neceſſarium proponere, aut propoſitum prorogare, ſi infra terminum unus tantùm ſe exhibuerit; nam de eo ſolo periculum erit faciendum, Proſp. de Auguſt. in add. ad Quaran. *titulo Benef. Paroch. coll. poſt 4. verſ. deinque quæritur*, ubi ait ita haberi in *Concilio Provinciali Bononien.*

Tranſacto autem conſtituto tempore, in edicto hujuſmodi præfixo, cum non ſit determinatum per d. Concilium *loc.*
25 *cit.* intra quot dies debeat fieri prædictum examen, videtur hoc relictum eſſe arbitrio Epiſcopi; qui ſi ita expediens videbitur, poterit illud ad tres, vel quatuor, aut ſex dies illud differre; cum per hanc dilationem, Parochialis Eccleſia vacans, nullum patiatur circa curam animarum, detrimentum, cui jam de idoneo Vicario proviſum eſt, ut aliàs dixi.

Eſt prætereà in præmiſſis advertendum, circa obſervantiam prædicti concurſus, omnia in eodem Concilio contenta *d. cap.* 18. inducere formam, etiam in qualiber minima parte: quandoquidem, etiam longo rerum Romanæ Curiæ experimento, edocti ſumus quotidiè, ut aliàs diximus, ad eandem Curiam recurſum haberi pro impetrationibus Parochialium vacantium ob non ſervatam formam d. Concilii, necnon Conſtitutionis Pii V. deſuper editæ, per quam tales Parochialium Eccleſiarum collationes ad Sedem Apoſtolicam remanent reſervatæ, ac devolvuntur.

26 Quarè certum eſt adhuc vitiari concurſum, ſi etiam Examinatores prædicti non jurarunt, juxta formam Concil. *d. cap.* 18. ibi, *jurentque omnes ad ſancta Dei Evangelia, ſe, quacumque affectione poſtpoſita, fideliter munus ſuum executuros, &c.* cum ſit de forma, ut hujuſmodi Examinatores præſtent juramentum, tactis ſacroſanctis Dei Evangeliis; alioquin examen, & concurſus coram eis perperam fient, ut fuit dictum in una *Foroſempronien. Parochialis coram Mantica* 15. *Januar.* 1593. ubi fuit annullata collatio Parochialis propter duo, nempè, quia examinatores deputati juxta formam prædicti Concilii, non jurarunt; necnon, cum in Synodo Diœceſana, ſex ad minus debuiſſent eligi ex forma ejuſdem Concilii, fuerunt quatuor tantùm deputati, ut etiam apparet ex ſupradictis S. Congregationis declarationibus.

Quod quidem juramentum præſtari conſuevit publicè in Synodo, ſtatim poſt eorum electionem; tunc enim, qui denunciati ſunt Examinatores, & præſentes adſunt, ſinguli vocati à Magiſtro cæremoniarum, & deducti in manibus Epiſcopi, juramentum in hunc, qui ſequitur modum, præſtabunt, videlicèt. *Ego N. deputatus in præſenti Synodo examinator eorum, qui eligentur ad Parochiales Eccleſias, juro, me fideliter hoc examinandi munus perfuncturum, rejecto omni humano reſpectu. Ita me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.* Quæ formula juramenti deſumpta videtur ex Synodo Provinciali Bononien. Et quod non præſtito prædicto juramento, dictus concurſus ſit nullus, ut dictum eſt, fuit pluries declaratum per Sacram Congregationem dicti Concilii, præſertim in una *Biſignanen.* 2. *Decemb.* 1628. teſte Barbos. *in Coll. bull. verbo, Concurſus fol.* 215. *verſ.* 7.

Nec tamen, ſicut nonnulli faciunt, tenentur, aut debent hujuſmodi juramentum præſtare in quolibet examine, & concurſu; ſed ſatis eſt, illud ſemel generaliter in ipſa Synodo præſtitum de fideliter exercendo munus examinaturis, ſicut regulariter practicatur; nec tamen tempus, quo illud præſtari debet eſt de forma; cum ſufficiat præſtari antequam fiat concurſus: ac etiam extra Synodum, & in manibus Notarii, per cujus atteſtationem ſufficit, illud probari: quia prædictum Concilium tantummodò dicit, quod examinatores jurent, &c. nec aliquid aliud, in cujus manibus hujuſmodi juramentum præſtari debeant.

Porrò, pro prædictæ formæ obſervantia, tum ad præſcriptum *Concilii*, tum etiam prædictæ *Conſtitutionis Pii V.* paucula hæc adnotare non piguit, nempè, quod ex illis verbis ejuſdem Conſtitutionis, volentis, quod omnes, & ſingulæ collationes, &c. ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, ac quibuſvis aliis collatoribus, &c. factæ, & in futurum faciendæ contra formam juriium prædictorum, nullæ, & irritæ eſſe debeant, &c. & Parochiales Eccleſiæ hujuſmodi, ut prius vacent; eaſque omnes pro tempore ſic vacantes, Sedi Apoſtolicæ, ſeù eorum, quibus jus conferendi eas, præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui curam dicti examinis, juxtà decretum Concilii habere debent, competit, diſpoſitioni reſervavit, ut in §. 3. ejuſdem Conſtitutionis, & per illa verba, videlicet, *ſeu eorum quibus jus conferendi, &c.* clarè patet, quod in omnibus caſibus, in quibus non ſervatur forma prædicti Concilii, nec non hujuſmodi Conſtitutionis, jus conferendi ſupradictas Parochiales devolvitur ad Sedem Apoſtolicam, in pœnam Epiſcoporum, & aliorum collatorum circa id negligentium.

In Parochialibus verò; quarum collatio pertinet ad Inferiores Collatores, licèt non ſervetur forma prædicta, non propterea illarum collationes devolvuntur ad eandem Se- 27
dem, ſicut aliæ Parochiales in caſibus præmiſſis; quia poſſunt iidem Inferiores eaſdem Parochiales abſque concurſu conferre perſonis idoneis, ac benemeritis; ut optimè inde probat Gonz. *gloſ.* 6. *nu.* 126. *cum duobus ſeqq. verſ.* & ſic non erit locus Apoſtolicæ reſervationi, quando à principio talis Parochialis Eccleſia reſervata non erat, nec Inferior collator fuit in mora conferendi; quia per eum non ſtetit, obſtante dilatione Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, aut dilatione concurſus; quia talis Inferior ſine culpa puniri non debet, ex eodem Gonzal. *loc. cit. nu.* 129.

Poſtremò, & pro complemento præmiſſorum, ac praxis expreſſionis modi vacationis, ob non ſervatam formam Concilii, ac Conſtitutionis Pii V. ſuper earundem Parochialium collatione, parum refert, in ſupplicatione Summo Pontifici porrigenda, per earundem Eccleſiarum impetratione, diſtinctè, ac præcisè peculiarem cauſam, propter quam forma prædictæ minimè ſervata fuerit, exprimere; cum ſufficiat, ipſum Pontificem in genere intellexiſſe ipſius formæ inobſervantiam, ut Parochialem ſic vacantem Oratori conferat, aut eidem mandet conferri; licèt ſi Orator ipſe velit exprimere ipſam peculiarem cauſam, non eſt cur ſibi prohibeatur, ſi fortaſſe magis ſibi conſultum foret, cauſam hujuſmodi, ſive vacationis modum aperire.

Quarè, ſtilus ipſius Datariæ Apoſtolicæ, ſic ſe habet, ut hujuſmodi ſupplicationes modo, quo ſequitur admittat, videlicet.

Beatiſſime Pater. Cum Parochialis Eccleſia S. Tryphonis 28
loci N. Diœceſis N. per obitum quondam N. illius, dum viveret ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam, de menſe N. proximè præterito defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præſens, illiuſque omnimoda diſpoſitio, juxtà formam Conſtitutionis fel. rec. Pii Papæ V. S. V. prædeceſſoris ſuper modo, & forma providendi de Parochialibus Eccleſiis editam, eidem S. V. & Sedi Apoſtolicæ, hac vice, reſervata exiſtat. Supplicat igitur humiliter E. S. V. devotus illius Orator N. &c. vel etiam dici poteſt, *Et quia forma Conſtitutionis, &c. in concurſu deſuper habito, ſervata non fuit, omnimoda illius diſpoſitio Sedi Apoſtolicæ reſervata exiſtit*, & hic eſt notorius Curiæ ſtylus circa ſimiles impetrationes, & collationes; cum tantummodò ſufficiat poſtmodum coram Judice exequutore verificare defectum prædictæ formæ, quæ omninò, & adamuſſim erit verificanda per impetrantem, ut fuit ſæpè reſolutum, & ſignanter in una *Salamantin. Parochialis* 21. *Januarii* 1593. *coram Orano, & in una Cæſaraugustan. Parochialis de Maella* 8. *Novembris* 1599. *coram Card. Pamphilio*, quas in propoſito refert Duran. *deciſ.* 278. *& in una Vicen. Parochialis* 14. *Januarii* 1611. *coram Manzanedo*, impreſſa penes Farinac. *to.* 3. *deciſ.* 323. in qua fuit dictum, quod quoad narrativam reſervationis, ob non ſervatam formam *Conſtitut. Pii V.* in
qua ipſa narrativa conſiſtit, illa eſt concludenter per impe- 29
trantem probanda; cum in ea ſe fundet, ſive agendo, ſive excipiendo: quod abſque dubio procedit, ſive ſit negativa juris, ſive facti, gloſ. *in l.* 2. *ff. de probat.* Bart. *in l. in illa, ff. de verb. oblig.* Innoc. *in cap. ſuper his, de accuſat.* Alexan. *conſ.* 42. *col.* 2. *lib.* 6. Anchar. *conſ.* 254. *nu.* 3. & alii relati per Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 11. *q.* 14. *num.* 9. ubi teſtatur de communi, quod ad hujuſmodi gratiæ verificationem duo impetrans
probare debet; alterum, videlicet, quod tempore hujuſmo- 30
di impetrationis Parochialis; adhuc illa vacaret, cum narratum fuerit, etiam de præſenti vacare, alterum verò non obſervantiam dictæ Conſtitutionis, ut habetur penès eundem Duran. *deciſ.* 323. *nu.* 1.

C A-

CAPUT V.

Praxis Narrativæ Supplicationis pro impetratione Parochialis Eccleſiæ, Sedi Apoſtolicæ reſervatæ.

SUMMARIUM.

1 *Fidei approbationis Ordinarii ad Parochialem Eccleſiam, duplex formula.*
2 *Parochialis Eccleſia reſervata, quomodo ſupplicationis formula concipiatur pro illius impetratione.*
3 *Parochialis Eccleſia, etiam ſecundum ſenſum Cancellaria Apoſtolica, quanam dicatur.*
4 *Curia juriſdictionalis mentio, quomodo ceſſet in impetrationibus Apoſtolicis.*
5 *Archidiaconus dicitur oculus Epiſcopi.*
6 *Curata beneficia habitu, non actu, quomodo à Papa impetranda.*
7 *Parochialis Eccleſia habitu tantum, impetratur à Papa tamquam beneficium ſimplex.*
8 *Et quid ſervet Cancellaria Apoſtolica in litteris illius proviſionis.*
9 *Parochialis Eccleſia habitu tantum, requirit nihilominus expreſſionem hujuſmodi Parochialitatis in ſupplicatione, & quare.*
10 *Parochia conſtituitur ex decem perſonis.*
11 *Parochialitas non excluditur ex non reſidentia Rectoris.*
12 *Collegialitas Eccleſia non amittitur, niſi authoritate Summi Pontificis.*
13 *Parochialis Eccleſia habitu tantum, non amittit ſua privilegia.*
14 *Archipresbyteratus, habens juriſdictionem contentioſam; non dicitur beneficium curatum.*
15 *Curatum beneficium, intus Cathedralem, non requirit expreſſionem nominis Sancti.*
16 *Vacationis modus præcipuus eſt, per obitum beneficiati.*
17 *Vacatio beneficii non datur in Eccleſia non numerata, & quare.*
18 *Eccleſia non numerata, ſeu receptiva, quanam dicatur.*
19 *Et qua Eccleſia numerata.*
20 *Beneficium de menſa, quodnam dicatur.*
21 *Non vacat per obitum beneficiati.*
22 *Beneficium unitum, neque vacat, neque impetrari poteſt.*
23 *Vacat beneficium per obitum beneficiati, etiam non adepta illius poſſeſſione.*
24 *Et quare.*
25 *Supplicatio ſignata, non tamen regiſtrata, poteſt lacerari.*
26 *Supplicatione ſignata, cum commiſſione in forma Dignum, non vacat beneficium per obitum Oratoris.*
27 *Vacatione prima durante beneficii, fit impetratio adhuc per obitum.*
28 *Et illius ſupplicationis formula duplex proponitur.*
29 *Supplicationem habens, & regiſtratam, non tamen in forma gratioſa, non dicitur habere jus in re, ſed tantummodo ad rem.*
30 *Vacatio beneficii non datur, niſi per obitum habentis jus in re.*
31 *Cancellaria Apoſtolica tenet beneficium non vacare per obitum habentis ſupplicationem, etiam in forma gratioſa expeditam.*

Ut autem conſuetus noſtræ praxis ordo ſervetur, poſtquàm de iis, quæ concurſum ad Parochiales Eccleſias in habendum, concernunt, capite præcedenti egimus; videndum eſt, quid ſervandum, quando Parochialis Eccleſiæ collatio ſpectat ad Papam, qui de ea providet Oratori, prævia Ordinarii atteſtatione de illius idoneitate. Et quidem, cum indè oporteat exordiri, non incongruum duximus, ejuſdem atteſtationis formulam, hic de more ſubnectere, qua glorioſæ memoriæ S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanen. uti conſuevit, cujus uſum quamplurimi Epiſcopi retinent, quæ eſt tenoris ſequentis, videlicèt.

Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis, Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Archiepiſcopus Sancta Eccleſia Mediolanen. 1

Univerſis, & ſingulis, ad quos præſentes litteræ noſtræ pervenerint, fidem indubiam facimus, & atteſtamur, quod cum Parochialis Eccleſia S. N. noſtra Mediolanen. Diœceſis, quam N. de N. dum viveret, obtinebat, per ipſius obitum, qui de menſe N. extra Romanam Curiam diem ſuum clauſit extremum, vacaverit, & vacet ad præſens; cumque occaſione vacationis hujuſmodi per publica edicta vocati ſint, qui examinari vellent, juxta formam Sacroſancti Concilii Tridentini, Nos una cum Examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis, & electis, D. Presbyterum N. Diœceſis Mediolanen. tranſacto tempore, per concurſum examinavimus, ipſumque ad præfatam Eccleſiam regendam, gubernandam, & obtinendam, moribus, ætate, doctrina, & aliis rebus ad id opportunis, magis idoneum judicavimus, & approbavimus. In quorum fidem præſentes manu noſtra, ſubſcriptas, & noſtro Sigillo obſignatas fieri juſſimus, & ab aliis Examinatoribus ſubſcribi curavimus. Dat. &c.

Quæ quidem formula deſumpta eſt ex *actis Eccleſiæ Mediolanen. tom. 2. par. 8. fol. mihi 1256.*

Vel ſi magis placuerit, alia quis uti poterit formula, quæ pariter paſſim, eo quo ſequitur modo fieri, & admitti conſuevit, tenoris ſequentis, videlicèt.

Nos N. N. Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus N. Omnibus, & ſingulis, præſentes noſtras litteras viſuris, lecturis, pariter, & audituris fidem facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter Parochialis Eccleſia S. N. Terra N. noſtra Diœceſis N. per obitum quondam N. illius, dum viveret ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam de Menſe Martii proximè præterito defuncti, vacante, & edictis, ut moris eſt, juxta Sacroſancti Concilii Tridentini diſpoſitionem affixis, & Examinatoribus in Synodo noſtra Diœceſana deputatis pro mutuo deſuper habendo concurſu, adhibitis, ac omnibus ad dictam Parochialem Eccleſiam obtinendam per eoſdem Examinatores coram nobis examinatis, peractoque dicto examine, quatuor ex concurrentibus æquo idonei reperti fuerunt, Nos autem præ cæteris concurrentibus dilectum nobis in Chriſto N. tanquam magis idoneum elegimus, & judicavimus, ac uti talem, ætate, vita, moribus, & doctrina omnibuſque ad curam dicta Eccleſia neceſſariis, approbavimus. In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes manu noſtra ſubſcriptas fieri fecimus, Sigillique noſtri, quo in ſimilibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Dat. &c. in Palatio noſtra ſolita reſidentia, ſub anno à Nativitate Domini, &c. Die verò, &c. Pontificatus S. D. N. Urbani divina providentia Papa VIII. Anno vigeſimoprimo.

N. Epiſcopus N.

N. Cancellarius.

Supplicationis verò formula pro impetranda à Summo Pontifice Parochiali Eccleſia, quæ ſecundum uſum *Per obitum extra Curiam pro approbato in concurſu* prænotatur, & cum prædicta Ordinarii atteſtatione idoneitatis, inſimul, Officiali ad id in Dataria deputato, porrigitur, talis eſt videlicet.

2 *Beatiſſime Pater. Cùm Parochialis Eccleſia, Archipresbyteratus nuncupata, Aſſumptionis B. Mariæ Virg. Terræ N. Zamoren. Diœceſis, per obitum quondam Hieronymi Sanchez illius, dum viveret, ultimi poſſeſſoris, de menſe Iunii proximè præterito, extra Romanam Curiam, Sede Epiſcopali Zamoren. vacante, defuncti, vacaverit, & vacet ad præſens. Supplicat igitur humiliter S. V. devotus illius Orator N. presbyter dictæ Terræ, quatenus ſpecialem ſibi gratiam faciendo, Parochialem Eccleſiam prædictam, cujus, & illi forſan annexorum fructus. &c. ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, ſivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo, aut ex alterius, cujuſcumque perſona, ſeù per liberam reſi-*

ram reſi-

ram reſignationem dicti defuncti, vel cujuſvis alterius de illa in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem Execrabilis, &c. vel aſſequutionem, &c. vacet, etiam ſi devoluta, affecta ſpecialiter, vel alias ex quavis cauſa in litteris, etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervata, litigioſa, cujus litis ſtatum, &c. exiſtat, eidem Oratori conferre, & de illa etiam providere dignemini de gratia ſpeciali, Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Fiat, ut petitur I.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & quod Oratoris diſpenſationes, veruſque, & ultimus dictæ Parochialis Eccleſiæ vacationis modus, etiam ſi ex illo quavis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, reſultet, necnon lites, & cauſæ, ſi quæ ſint, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium, eorumque, ac dicti defuncti, aliorumque, quorumcumque conceſſiones, proviſiones, aliaque jura, & tituli, etiam nulli, & infectivi, etiam proprii tituli, ac lites habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint in litteris, & cum clauſula, generalem reſervationem importante ex quavis cauſa in litteris, etiam diſpoſitivè exprimenda. Et de proviſione dictæ Parochialis Eccleſiæ pro eodem Oratore, qui per Examinatores in Synodo Diæceſana, juxtà formam Concilii Tridentini deputatos, ſervata forma Concilii hujuſmodi in concurſu aliorum examinatus, & magis idoneus repertus, teſtimonio Vicarii Generalis, à Capitulo Eccleſiæ Zamoren. illius Sede Epiſcopali vacante, legitimè deputati, de vita, moribus, & idoneitate commendatur, cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus ſit. Ita quod litteræ deſuper in forma ſimplicis proviſionis, gratioſæ ſubrogationis, etiam quoad poſſeſſionem gratiæ, ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri, perinde, & etiam valere, aut alias ſimul, vel ad partem expediri poſſint; & cum derogatione regulæ, de annali poſſeſſore, quoad primam ejus partem, necnon juriſpatronatus, quatenùs de illo exiſtat, citrà tamen illius approbationem, quod diſpoſitivè in litteris exprimi poſſit, videlicet ſi laicorum tantum, etiam Nobilium, & Illuſtrium, eiſque ex fundatione, vel dotatione competat pro medietate; alias, ſeu ſi litigioſa, vel devoluta ſit, in totum, latiſſimè extendenda. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupatum, invocationum, annexorum, fructuum, &c. etiam augendo, vel minuendo, aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris. — Fiat I.

Dat. Romæ Kal. Novembr. Anno Septimo.

Hic verò, non omnes clauſulas præinſertæ ſupplicationis viſum eſt explanare, ſed eas tantummodo, quæ praxim impetrandi à Sede Apoſtolica Parochiales Eccleſias hujuſmodi concernunt; cum reliquæ clauſulæ, etiam aliis impetrationibus beneficialibus conveniant; proindèque de illis, ſuis opportunioribus locis opportunius differetur; ſicque, ut à principio ejuſdem ſupplicationis exordiar, dicendum eſt, videlicet.

Beatiſs Pater. Cum Parochialis

Eccleſia B. Mariæ, &c. Hic etiam juxta Cancellariæ Apoſtolicæ ſenſum, declaratur, qualiter accipienda ſit Parochialis Eccleſia; quandoquidem ipſa, aut eſt habitu, & actu curata, ut hic, aut habitu tantùm, non autem actu curata: & de utraque frequentiſſimus eſt ſermo, tam in Dataria, quam in d. Cancellaria, præſertim inter illius Illuſtriſſimos Abbreviatores litterarum Majoris Præſidentiæ, qui ita hanc ſimplicem expreſſionem admittunt, cum nimirum eſt
3 verè Parochialis Eccleſiæ: quia non idem erit ſi diceretur: *Cum Eccleſia curata*, ex eo, quod licèt omnis Eccleſia Parochialis dicatur habere curam, non tamen è converſo, omnis Eccleſia habens curam, dicitur Parochialis, ut infra dicetur; ſed requiritur ad effectum Parochialitatis, quod de neceſſitate adminiſtret Sacramenta, & quod illa populus ab eadem de neceſſitate recipiat, Coccin. *deciſ.* 434. *nu.* 7. & ſic debet adeſſe illa reciproca, & viciſſitudinaria neceſſitas miniſtrandi, & recipiendi Sacramenta, quæ requiritur inter Curatum, & ejus populum, Ludoviſ. *deciſ.* 287. *nu.* 7. proindeque quatuor ſunt, eſſentialia Parochialis Eccleſiæ, quorum Primum, eſt poteſtas fori pœnitentialis, nempè ligandi, & ſolvendi in foro pœnitentiali, quę non cadit, niſi in Sacerdotem, *cap in novo*, 21. *diſt. cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.* nec tamen omnis Sacerdos dicitur hanc curam habere, ſed is tantùm, qui de neceſſitate adſtringitur Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, & fideles proinde ad eum accedere coguntur. Secundum requiſitum, quod ſit certa Parochia, idest certus locus, certis finibus, & limitibus conſtitutus, ac deſignatus, in quo Populus prædictæ Eccleſiæ deputatus degit. Tertium requiſitum, ut obtinens Eccleſiam Parochialem, dicatur curatus, exerceat curam nomine ſuo, non autem alieno. Quartum requiſitum eſt, ut non ſolum ſuo nomine curam animarum exerceat, ſed etiam ſolus, non autem cum aliis, ad regimen Parochialis Eccleſiæ aſſumatur; ita ut ſi eidem Eccleſiæ duo præficiantur, qui confeſſionem audiant, vel baptizent, & alia ad curam ſpectantia faciant, non dicuntur Curati, Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *num.* 25. *cum pluriſ. ſeqq.* Rot. *deciſ.* 380. *num.* 11. *diverſ. in recent. & nu. ſeq.* ubi conſiderans ſtatum Parochialis Eccleſiæ, dixit, non ſufficere, quod Rector adminiſtret Sacramenta, niſi etiam oſtendat, quod de neceſſitate adminiſtret, & populus ab eodem ipſa Sacramenta de neceſſitate recipiat: ut dictum eſt, gloſ. *in Clement. Dudum, de ſepult.* Abb. *in cap. de multa, num.* 24. *verſic. ſed adde, de præb.* & fuit dictum *in una Sabinen. Decimarum*, 30. *Aprilis* 1589. *coram Cardinale Pamphilio Seniore, & in eadem coram Coccino Decano* 16. *Martii* 1609. Vivian. *in praxi, juriſpatron. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 39.

Quibus ſic præmiſſis, dicendum eſt, quod Datariæ, & Cancellariæ ſtylus docet, ut melius, conſultiuſque ſit Oratori, exprimere in ſupplicatione, quod Eccleſia ſit Parochialis, quàm beneficium curatum, ſi tamen ita ſit; quia qualitas Parochialis neceſſariò implicat curam; undè non immeritò in jure Canonico, præſertim verò in decretis Concilii Tridentini, paſſim ſit mentio ſimpliciter de Eccleſiis Parochialibus, abſque expreſſione qualitatis curæ, ut dicitur in una *Recanaten. Parochialis*, quæ eſt 52. *par.* 2. *diverſ.* & tradit Vivian. *in d. prax. juriſpatron. lib.* 8. *cap.* 7. *numer.* 40.

Verùm, quando cura animarum exercetur per Parochum in Eccleſia Cathedrali, quæ etiam Parochialis exiſtit, tunc neceſſario dicitur, *Cum beneficium curatum Cathedralis Eccleſiæ N. quæ etiam Parochialis exiſtit, &c.* prout de ſtylo ſervatur.

Hoc autem, quoad Parochiales Eccleſias, quæ, ut ex præmiſſis patet, ſunt tales habitu, & actu; quarum expreſſio ſemper neceſſaria eſt quibuſcumque earum impetrationibus: hoc etenim cautum eſt regula 57. ipſius Cancellariæ, qua Summus Pontifex voluit, quod in beneficiis Eccleſiaſticis, de qualitatibus illorum, videlicet, an Dignitates, perſonatus, vel officia ſint, ejuſ-

que

que immineat cura animarum, & ad illa conſuceverint qui per electionem aſſumi, mentio fiat, juxta text. *in c. cum in illis*, ibi, *intentionis noſtræ nequaquam exiſtit, ut cum aliquibus de Eccleſiis, perſonatibus, dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuſcunque de animarum cura mentione non habita, provideri mandamus, ipſi de iis, quibus hujuſmodi cura imminet, poſſit, aut debeat provideri, de præb. in 6.*

Quod tamen locum non habet, ut videlicet, hæc
4 expreſſio requiratur, ſi fuerit cura juriſdictionalis: quia tunc, ſine hujuſmodi expreſſione; impetratio non vitiatur: veluti ſi impetretur Archidiaconatus: nam non requiritur expreſſio curæ fori contentioſi, cum eam de jure habeat Archidiaconus, ut *in cap. 1. & in cap. ad hæc, de offic. Archid.* Felin. *in cap. ſuper litteris, num. 8. de reſcript.* ubi, quod illud non indiget expreſſione, quod à jure certum eſt: cum Summus Pontifex habeat omnia jura in ſcrinio pectoris ſui, ut in *cap. 1. de conſtitut. in 6.* ſicut, nec talis cura inducit incompatibilitatem cum alio curato in terminis *Extravag. Execrabilis, de præben.* ita Rebuf. *in praxi in 3. part. Signaturæ, verſ. etiam ſituationis, nu. 4. & 5.*

Sicut etiam verum eſt, quod non ſit facienda mentio de cura juriſdictionali, quam Archidiaconus de jure habet; ut ſatis apertè patet in *d. c. 1. de offic. Archid.* ubi habetur, quod Archidiaconus, poſt Epiſcopum, & ejus Vicarium, in omnibus, & in omnem curam in Clero, tam in Urbe poſitorum, quàm eorum, qui per Parochias habitare noſcuntur, ad ſe pertinere, &c. & *in d. c. ad hæc eod. tit.* ubi, quod per ipſum Archidiaconum cura Epiſcopalis ſollicitudinis debet relevari. Undè non immeritò Archidiaconus
5 dicitur oculus Epiſcopi in epiſtola Beati Clementis, ibi *Diaconi Eccleſiæ tanquam oculi ſint Epiſcopi, ut in c. Diaconi, diſt. 93. & ibi gloſ. in verbo, oculi*, ubi, quod loco Diaconorum ſucceſſerunt Archidiaconi, qui dicuntur oculi Epiſcopi *d. cap. ad hæc*, §. 2. Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de refor.* & ideò oculus Epiſcopi appellatur, ut loco Epiſcopi, per Epiſcopatum proſpiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendet, *& gloſ. in d. verbo, oculi*, ibi *oberrantes, & circumluſtrantes*, & in verbo, *oberrantes*, quod ſunt etiam alii circumluſtrantes, qui ſunt propriè teſtes Synodales, quorum munus eſt ea exercendi, quæ continentur *in c. Epiſcopi*, 55. *q.* 6. ubi ponitur forma juramenti per eoſdem teſtes præſtandi.

Hìc verò poſtulat noſtra praxis exprimi, quid ſentiendum de iis Parochialibus Eccleſiis, quæ habitu, non tamen actu dicuntur, prout paulò antè tetigimus; quarum impetrationes frequentes ſunt in Romana Curia. Et quidem, in Cancellaria Apoſtolica, propoſita quæſtione inter illius eximios Abbreviatores Majoris Præſidentię, Utrū
6 beneficia habitu tantùm curata in illorum impetrationibus, debeant regulariter conferri, ut curata, an verò, ut ſimplicia, & viſum fuit prima facie, quod deberent dici curata ex Innoc. *in cap. de multa, de præb. numer. 1. & aliis*, quos refert Garc. *p. 5. cap. 3. num.* 100. qui tenet, Eccleſiam eſſe curatam ex ordinatione, ſeu deſtinatione Epiſcopi; non autem ex accidentia facti, id eſt acceſſu, ſeù receſſu Parochianorum, prout tenet etiam Alex. *conſ. 58. p. 4.* Gomeſ. *ſuper reg. de idiom. q. 11. verſ. & hoc*, & ſic ſolus habitus ſufficit primò per tex. *in l. foramen, ff. de ſervit. urban. præd.* ubi habetur, quod licet aqua cadens de cœlo, non cadat aſſiduè, quia tamen eſt apta cadere, exiſtimatur perpetuò cadere, ad idem, quod not. Io: Andr. *in c. per venerabilem, qui fil. ſint legitim.* dicens, quod ſi cauſa delegatur uni Epiſcopo, & unus habet habitu Epiſcopatum, alius habet exercitium, & poſſeſſionem, ille erit judex, qui habet habitu Epiſcopatum. Præterea, quia ad hoc, ut Eccleſia cenſeatur Parochialis, attenditur authoritas Superioris, qui eam conſtituit Parochialem, ut in *c. nullus*, 16. *q.* 7. ac proindè ſi homines reverterentur ad Eccleſiam, non eſſet opus nova authoritate Superioris, ut efficeretur Parochialis, ſed potentia reducta ad actum reponit rem in priſtino ſtatu, *l. ſi unus, §. pactus, ne peteret*, ibi, *in priſtinam naturam redit, ff. de pact.* & ita notat Bald. *in l. cunctos populos, in lectur. col. 2. C. de ſum. Trin. verſ. tertio, quod ſecus dicimus in Eccleſia curata*. Necnon, quia ex variatione facti, non debet immutari jus curæ, quod non cauſatur à facto, ſed ab ipſo Superiore tribuente tale jus; & licèt de facto Rector non exerceat curam, tamen dicitur habere jus curæ.

His tamen non obſtantibus, per eoſdem DD. Abbreviatores contrarium firmatum fuit ex nonnullis rationibus, per eos adductis, ut ex pluribus ejuſdem *Cancellariæ Apoſtolicæ notabilibus fol. mihi 73. cum pluribus ſeqq.*

Verùm, licèt prædicta notabilia, in propoſito noſtræ praxis, ſint plurimum notanda, non tamen ab iis abſtinere viſum eſt, quæ hodie circa eandem materiam in Dataria, ac Cancellaria Apoſtolica, & in Sacro Rotæ Auditorio practicantur; ex quibus docemur, quod talia beneficia regulantur in omnibus, ut ſimplicia, nempè quando ſunt Parochiales Eccleſiæ habitu tantùm, & non actu, nec eſt opus in illorum impetratione facere mentionem de cura, ex Felin. *in c. poſtulaſti, ſub num. 1. de reſcript.* quia propter rationes deſuper allatas, cura animarum propriè quis habere dicitur, ad quem pro adminiſtratione Sacramentorum, Parochiani coguntur accedere; & ipſe curam exercet ex neceſſitate, Abb. *in c. dudum, 2. in 6. not. de elect.* Dec. *in c. ad aures, poſt num. 6. verſ. & curatum beneficium, de reſcript.*

Et propterea cum ſimiles Eccleſiæ impetrantur à Summo Pontifice, non tenetur Orator in ſupplicatione facere mentionem, quod talis Eccleſia ſit curata; quod optimè decla- 7
ratum fuit per Felin. *loc. cit.* qui tenet, gratiam talis Eccleſiæ curatæ, habitu non eſſe ſubreptitiam, ſi de cura mentio facta non fuerit, vel eſt narratum, quod eſt ſine cura: maximè cum per plures annos, Eccleſia Parochianis caruit, & veriſimiliter nulla ſpes adeſt, ut ad actum revocetur; quicquid dicendum ſit, cum eccleſia paulò ante Parochianos amiſit, & adeſt probabilis ſpes recuperationis actus, id. Garc. *d. p. 5. c. 3. nu.* 111.

Hinc ipſa praxis docet, quod in ſupplicatione nullum apponitur decretum, quod reſpiciat actum Parochialitatis, ſed eccleſia tractatur, ut beneficium ſimplex, & eſt compatibilis cum aliis beneficiis, perſonalem reſidentiam requirentibus, Marius Antonin. *variar. reſol. lib. 1. reſol. 53. num. 4.* ubi quod beneficium curatum habitu tantùm, eſt compatibile cum Canonicatu, requirente reſidentiam, vel alio beneficio curato habitu, & actu ſimul, *per gloſ. & DD. in c. licet de elect. in 6.* Burſat. *conſ.* 152. ac proindè, quando quis obtineret primum beneficium habitu, & actu curatum, ſi obtinet ſecundum habitu tantùm, & non actu, non vacabit primum ipſo jure: quia, ut infert diſpoſitio text. *in c. de multa, de præb.* requiritur, quod ſecundum ſit etiam habitu, & actu curatum, ut probat Hojed. *de incompat. benef. p. 1. c. 13. num.* 58.

Et ex eadem ratione notat Cancellaria prædicta, quod ſi Eccleſia eſt curata habitu, licet non actu, ſi provideatur alicui, aliud curatum habenti, vel minori de aliquo beneficio curato, non habet locum *d. c. de multa, nec cap. in cunctis, c. licet canon, de elect.* & propterea concludit, quod dicta jura non habent locum in Eccleſia habitu, non autem actu curata, ut in illius *notab. fol. mihi* 87. & quando ipſa Cancel-
laria dat litteras hujuſmodi proviſionis in forma *Dignum*, 8
non apponitur clauſula, *Adhibitis Examinatoribus*, prout in Parochialibus actu, ſed ſimpliciter dicitur: *Si per diligentem examinationem dictum N. ad hoc idoneum eſſe repereris, &c.* In Parochialibus autem actu, apponitur clauſula, *Si per diligentem examinationem, adhibitis per te Examinatoribus ad id à Concil. Trid. deſignatis, &c. idoneum eſſe repereris, &c.* ut omnes norunt Curiales.

Verùm tamen eſt, quod in ſupplicatione Summo Ponti-
fici deſuper porrigenda, debet exprimi, quod prædicta 9
Eccleſia Parochialis ſit habitu, & non actu; quia licèt habeatur tanquam ſimplex; tamen etiam ſecundum ſenſum Datariæ Apoſtolicæ, in hoc caſu non amittit nomen Parochialis; quia illa ſemper firma remanet, Gonzal. *gloſ. 6. numer.* 89. undè non poteſt in ſupplicatione dici: *Cum perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, aut cum ſine cura eccleſia N.* ſed ſic exorditur, videlicet, *Beatiſſime Pater. Cum Parochialis eccleſia habitu, non tamen actu, Beata Maria, &c.* quia licèt habeatur tanquàm ſimplex, exprimenda eſt nihilominùs illius qualitas; nam etſi nunc ſit beneficium ſimplex, nihilominus poſſet dari caſus recuperationis actus, ſi revertantur Parochiani; & tunc tenebitur illius Rector promoveri, eidemque eccleſiæ providetur per concurſum, ſervata forma Concilii Tridentini *ſeſſion. 24. cap.* 18. etiam à primo die, quo revertuntur; cum tunc incipiat actu Parochialis eſſe; ac proindè, licèt fel. record. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilii, declaraſſet, Parochialem,

quæ habitu tantùm, & non actu curam habet, comprehendi verbis *d. cap. de multa, de præb.* nihilominùs talis declaratio videtur intelligenda, quando eſt ſpes probabilis recuperationis actus, nec lapſi ſunt quadraginta anni ſine Parochianis; non autem quando nulla adeſt ſpes, Garc. *d. par. 5. cap. 3. num. 121. & in add. ad d. num.* ait, quod ratio, quæ movit Papam, fuit, quoniam de die in diem, ſeù in horas ſingulas, Parochialis habitu, poteſt fieri actu, ſi revertantur Parochiani, ut etiam ſentit Cancellaria prædicta: & etiam adeſt alia declaratio. *Nullius* 20. *Aprilis* 1593. quæ ſic ait, *Congregatio Concilii cap. 13. ſeſſ. 24. dum Parochiales uniri Monaſteriis prohibet, ſunt intelligenda de Parochialibus, quæ actu, non autem de illis, quæ habitu tantum ſupra hominum memoriam, Parochiales exiſtunt*; alias enim per reditum Parochianorum ipſa Eccleſia recuperat ſtatum ſuum, quaſi jure poſtliminii, Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. c. 95. num. 2.* niſi interim Ordinarius illi limites ſubtraxerit, eoſque alteri Parochiæ attribuendo, *Hoſt. in c. quia nonnulli, ſub num 5. verſ. tu vero dicas, & verſ. quod ſi omnes Parochiani, de cler. non reſid.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 20. num. 153.*

Puttò ex ſupradicta ratione, nempè, propter ſpem reductionis de habitu ad actum, numquam Dataria, ſeu Cancellaria Apoſtolica admittit diſpenſationem ad unum curatum habitu, alterum verò actu; quia licèt habitu tantum, nihilominus poſſet etiam brevi temporis intervallo, reduci ad actum, ut ſuprà dictum eſt.

Undè in una *Firman. Parochialis* 16. *Decembr.* 1558. *coram Domino Quiroga*, fuit reſolutum, quod ſi in ſupplicatione impetrationis Parochialis, quæ curam habebat animarum habitu, & non actu, dictum ſit, quod Eccleſia erat ſine cura, gratia eſt ſubreptitia, ſi probabilis eſt ſpes, Parochianos reverti poſſe; cum non ſit facta mentio curæ, *cap. 1. de verb. ſignif.* ſi verò nulla eſt ſpes redeundi, gratia erit valida; quod ſi lapſi eſſent quadraginta anni ſine Parochianis, tunc ſtatus beneficii eſſet immutatus, & beneficium erit ſimplex, *c. cum de beneficio, de præb. in 6.*

Ex qua quidem deciſione *Firmana Parochialis*, quam refert id. Garc. *p. 5. cap. 3. num.* 112. concludit ipſe *num. ſeq.* quod prædicta deciſio intelligenda eſt, prout alia *Theleſin. Beneficii* 13. *Januar. coram Seraphin. dec.* 1064. ubi fuit præcipuè narratum, beneficium eſſe ſine cura, quod tamen non erat verum; quia Parochiani receſſerunt propter incurſiones latronum, & de hujuſmodi cura habitu debebat fieri mentio, ut per Card. *conſ.* 48. id. Felin. *in d. cap. poſtulaſti, col. 1. de reſcript.* Staphil. *de ſtat. & qualit. benef. num.* 22. Rebuff. *de litter. diſpenſ. ratione ætatis, in verbo, etiam ſine cura*; quo caſu ſi beneficium narratur ſine cura, gratia non ſuſtinetur; quia dum cauſa receſſus Parochianorum, fuit incurſio latronum, adhibito remedio huic malo per Superiores, & Poteſtates, probabile eſt, prædictos Parochianos reverſuros in patriam ſuam, & locum, id. Garc. *d. num.* 131.

Ejuſdem quoque expreſſionis ratio militat circa beneficia obtenta, de quibus ſuo loco dicetur, quandoquidem tenetur Orator exprimere Parochialis Eccleſiæ qualitatem, ſivè ſtatum, an videlicet illa ſit actu, vel habitu; prout diu in ipſa Cancellaria Apoſtolica obſervavimus, & tenent omnes periti Curiales, ac firmavit Rota *in d. Firman. Parochialis*, ubi talis fuit adhibita diſtinctio, prout ſuperius, etiam dictum eſt, nempè, quod aut adeſt ſpes, Parochianos poſſe reverti, & hoc caſu, ſi narretur beneficium eſſe ſine cura, impetratio erit ſubreptitia; aut nulla adeſt ſpes, ut quia per annos 40. Eccleſia non habuerit Parochianos, & tunc valet impetratio; nam ſtatus beneficii curati videtur permutatus in ſimplex per ſpatium quadraginta annorum, ut per Parıſ. *de reſign. benef. lib. 10. q. 2. nu.* 87.

Ex quibus igitur neceſſariò infertur, quod illa expreſſio facienda in ſupplicatione, videlicet, *Cum Parochialis Eccleſia habitu, non tamen actu*, ut dictum eſt, quando ipſa Eccleſia deſtituta eſt ſpe recuperandi Parochianos cum curſu quadraginta annorum, poteſt in ſupplicatione omitti, & ſic ſimpliciter exprimi, nimirum, *Cum ſine cura Eccleſia, aut ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, &c.* abſque eo, quod dicatur *Parochialis habitu tantum, & non actu*; quia cum veriſimiliter nulla adeſt ſpes recuperandi Parochialitatem, maximè cum lapſu quadraginta annorum ſine Parochianis, cenſetur abſolutè, & in omnibus beneficium ſimplex; quare, licèt non narretur talis cura habitu, vel narretur ſine cura, gratia non erit ſubreptitia; nec in eis habebit locum diſpoſitio *d. cap. de multa de præb. & cap. licèt canon, de elect.* nec diſpoſitio Concilii Trid. de faciendo concurſu, ut ſuprà dictum eſt, & ſic in hujuſmodi beneficiis ſufficit ætas requiſita ad beneficia ſimplicia, id. Garc. *d. cap. 3. num.* 115. Et dixit Rota *in una Avellin. Beneficii* 22. *Junii* 1031. *coram Cavaler. decij.* 164. quod cum homines Caſtri Serpici ſe contuliſſent in alienam Parochiam loci Sorbi, fuerunt exempti à prima Parochia, & effecti Parochiæ, intra cujus limites ſe tranſtulerunt; quare, cum Eccleſia loci Serpici, quæ antea actu erat curata, per receſſum Parochianorum remanſit curata habitu tantum, proptereà Domini dicebant, illam per omnia regulari ad inſtar beneficii ſimplicis; nèque in hoc caſu facienda erat mentio de cura habitu, ſic etiam in una *Peruſina Beneficii* 16. *Januarii* 1608. *coram D. Concino Decano*. Verum eſt tamen, quod Cancellaria, & Dataria requirunt hanc mentionem.

Præterea, cum ex eodem Concilio Trid. *ſeſſ. 24. cap.* 12. proviſi de quibuſcumque beneficiis curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes, in manibus Epiſcopi, vel ejus Vicarii generali, emittere fidei profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros, ſpondeant, ac jurent, id intelligitur de cura actuali, non autem habituali; ac proviſus de Parochiali Eccleſia, quæ olim habebat Parochianos, qui jam non extant, non tenetur emittere dictã fidei profeſſionem quamvis ſi contingat poſtmodum, ipſam Parochialem habitu, ad actum revocari, videlicet, quia Parochiani redeunt ad habitandum, teneatur ipſam fidei profeſſionem emittere, ut ex pluribus comprobat Ricciull. *de jure perſon. lib. 1. cap.* 14. relatos a Barboſ. *in addit. ad alleg. 60. num. 18. verſ. ſexto amplia*. Cum etenim hoc modo Parochialis Eccleſia, jam amiſerit ſuam primævam naturam, mutavit ſuum ſtatum: & in ſimili notat *Cancellaria Apoſtolica*, quod in ſupplicatione pro impetratione Monaſterii dicatur, quod illud Conventu caret, in litteris exprimendum eſt eo modo, quod Conventu caret, nec aliquid dici de obedientia præſtanda à Conventu, ſi ad Conventualitatem reducatur; quia videtur intentio Papæ eſſe, dare in commendam, quatenus Conventu careat; ſecùs autem ſi daretur in titulum; quia tunc illa verba de obedientia, *ſi ad Conventualitatem reducatur*, poſſunt apponi, ut in *notab. fol.* 10. *à tergo*.

Ipſa quoque Cancellaria, nos non ſemel in propoſito, docuit, quod narrativa Presbyteratus per errorem, ſive partis, ſive Sollicitatoris in impetratione beneficii habitu, non tamen actu curati, expreſſi, ſive in ſupplicatione, ſive in litteris ſuper ea expeditis, nullo modo vitiat gratiam, tamquam ſuperflua, & à Papa non habita in conſideratione, qui nihilominus ſub expreſſione ſimplicis Clericatus Oratoris, fuiſſet conceſſurus: cum prædicta qualitas in hoc caſu non eſſet neceſſaria, tam de jure communi, quam de ſtylo Curiæ, ſi talis expreſſio non eſſet doloſa, ſed procederet ex errore, ut ſuprà dictum eſt; & ſecundùm hanc praxim, pronunciavit Rota *in una Conchen. Beneficii* 11. *Maii* 1609. *coram Sacrato*.

Notandum tamen ex præmiſſis, quod Parochialis non deſinit eſſe Eccleſia in actu, ſi Parochiani, qui in Parochia habitant, ex aliqua cauſa, vel culpa, ibi non percipiant divina; ità ut Curatus nullum laborem ſuſtineat; quia ad effectum, ut Curatus conſequatur jura Parochialia, ſufficit, quod per eum non ſtet, quin miniſtret Eccleſiaſtica Sacramenta, Abb. *in ca. extirpanda, §. qui vero, nu.* 11. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. ſtatuimus in verbo Parochialis, verſ. qui dicatur Parochianus*; etiamſi Parochiani audiant divina, & Sacramenta percipiant in aliena Parochia; quia non propterea efficiuntur de illa Parochia, niſi animo perpetuæ habitationis cum rerum ſubſtantia, ubi fiant incolæ, & Parochiani, *Clem. Dudum, §. hujuſmodi, de ſepult.* Idemque erit, ſi Curatus neglexerit adminiſtrare Sacramenta Parochianis; qui ea de cauſa fuerint coacti accedere ad alia loca, ad ea percipienda; quia hæc culpa, & negligentia Curati non poteſt mutare ſtatum Eccleſiæ, id. Rebuff. *loc. cit.* cum aliis relatis per Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. c. 95. n. 2. cum plurib. ſeqq.* qui ſub *num.* 6. ait, id præſertim procedere, ſi conſtet, Eccleſiam habere limites, intra quos adſint habitatores, ex ibi allegatis, nec probetur, hujuſmodi habitatores receſſiſſe, vel ſaltem remanſiſſe decem perſonæ, quæ ſufficiunt 10
ad conſtituendam Parochiam, ut per Specul. *in tit. de not. crim. §. 8. verſ. quidam tenent*, prout Rota canonizavit in

una

una *Toletan. Parochialis 15. Maii 1587. coram Cardin. Platto, & in una Florent. Parochialis 22. Maii 1630. coram Coccino Decano*, quæ eſt *dec.380. num.8. part.5. rec.* in qua fuit dictum, quod cum in territorio ibi expreſſo, adeſſent tres, vel quatuor domus, non ſufficiebant ad conſtituendum populum, ex *c. unio, 10. qu.5. & num. 28. in fin.* fuit conſideratum, quod in Eccleſia continebantur tres domus & animæ aptæ ad Communionem, quindecim; in ſecunda viſitatione domus quinque, & viginti animæ aptæ ad communionem: & in tertia viſitatione, quatuor domus, & duodecim animæ aptæ ad communionem: quæ paucitas animarum, & domorum vix ſufficit, ut Parochia poſſit erigi, *d. cap. unio*, & ibi gloſ. & DD.

11 Sicut etiam ex ſuperius dictis, non excluditur Parochialitas, aut Eccleſia deſinit eſſe actu Parochialis, ex eo quod de illa pro tempore proviſi, non reſederint penes dictam Eccleſiam; cum id ſonet potius in abuſum, quam ad excludendam Parochialitatem: nam ex illius Rectoris non reſidentia, & culpa, non deſinit Eccleſia eſſe Parochialis, ut fuit dictum in una *Capuan. Rectoria 27. Maii 1612. coram Penia*, impreſſa penes Farinac. *tom. 3. deciſ. 368. num. 7.* Buratt. *deciſ. 455. num. 7.* ubi *num.* antecedenti, loquendo de Eccleſia Collegiata, ait, quod aliter de ea dicendum eſt; quia, ut Eccleſia cenſeri debeat Collegiata, & qualitas hujuſmodi non dicatur mutata, ſufficit, illam eſſe talem habitu tantùm, licèt non actu; quando collegialitatem non amiſit authoritate Summi Pontificis, ex pluribus juribus ibi allegatis, & ſignanter fuit dictum in una *Cremonen. Præpoſitura 25. Februarii 1622. coram Remboldo*, & notatur in *d. Capuan. Rectoria ſub d. num. 7.* quod Eccleſia dicitur actu Collegiata; quando in ea adſunt Canonici, licèt non reſideant; quia eorum culpa, ſeù abuſus, non operatur, quod Eccleſia deſinat eſſe Collegiata, ut alibi diximus.

Eſt inſuper hic notandum, quod ubi Parochialis Eccleſia eſſet habitu tantùm, non amittit ſua privilegia, ſuaque
13 jura; ſed illa omnia retinet; undè, etſi ceſſet exercitium parochialitatis, nihilominus non ceſſant ſua jura, quæ ſemper conſervantur cum illius priſtino, & antiquo ſtatu; licèt Eccleſia ipſa fuerit tanquam beneficium ſimplex, ita Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt. 20. num. 157. cum pluribus ſeqq.*

Quod præſertim hodie videmus in nonnullis beneficiis ſimplicibus, quæ antea fuerunt Eccleſiæ Parochialis, nunc verò, licèt ſint habitu tantummodo, adhuc illorum Rectores habent jus decimandi, quod antea competebat Rectori Parochialis; non enim ex ſola ſolutione decimarum, concluditur neceſſariò ad Parochialitatem; cum ipſæ decimæ poſſint etiam acquiri Eccleſiæ Parochiali ex alio titulo, quàm de jure divino, quo Parochiali Eccleſiæ debentur cum aliis Eccleſiis, poſſint etiam decimæ acquiri ex præſcriptione, *c.1. de præſcript. in 6. cum contingat*, juncta gloſ. *& cap. cum in tua de decim. d. Florentin. Parochialis, n.24.*

Hanc ſanè puto rationem eſſe; cur plerumque in Dataria Apoſtolica crebras viderimus fieri quorumdem ſimplicium beneficiorum Eccleſiaſticorum impetrationes, quæ tamen ſonant in nomen Rectoris curati; pro quibus ſupplicatio deſuper Summo Pontifici porrigenda ſic exordiri conſuevit videlicet, *Beatiſſime Pater. Cum perpetuum ſimplex beneficiũ eccleſiaſticum Archipresbyteratus, aut Plebania nuncupatum S. N.* prout de quibuſdam aliis ſimilibus beneficiis eveniſſe ſcimus, licèt ſimplicibus, nomen tamen habent Dignitatis, Canonicatus Perſonatus, vel Officii, & ſimilium: nam quamvis talia de præſenti cum effectu non ſint, credendum tamen eſt, aliàs ita extitiſſe, quæ curſu temporis, variis ex cauſis eſſe deſierunt; niſi fortaſſe ex illorum primæva erectione fuerint ſic denominata.

Ac proinde, ut ait Garc. *de benefic. par.7. cap.1. num.40.* adſunt aliqua beneficia ſacerdotalia, quæ de jure requirunt, ut ea obtinentes, ordinentur in presbyteros, ut eſt Parochialis, Abbatia, Decanatus, Præpoſitura, & Archipresbyteratus, ut in *cap.1. de ætat. & qualit. & in cap. cum in cunctis, §. inferiora de elect.* attamen poteſt eſſe, quod ex cauſis ſupradictis hodie non ſint talia, quæ requirant, nec aliquem ſacrum ordinem annexum; undè præmiſſa, præſertim quoad Archipresbyterum, non procedunt in Archipresbyteris ruralibus, ſuppoſito, quod ſint beneficia ſimplicia, nec perſonalem reſidentiam requirant; quod quidem uſque adeò locum ſibi etiã dignoſcitur vendicare, ut data Nuntio facultate conferendi beneficia ſimplicia, poſſet nedum conferre ſupradicta beneficia curata habitu tantùm, juxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, verum etiam hujuſmodi Archipresbyteratus, qui non ſunt in Eccleſiis Cathedralibus, ſed dicuntur rurales; quamvis habeant aliquam juriſdictionem; prout declaravit aliàs Sacra Congregatio ad inſtantiam Epiſcopi Burgen. circa nonnullos Archipresbyteratus, qui Dignitates rurales reputantur ſeù exiſtunt, nec tamen Sedem in Cathedrali, nec Collegiatis Eccleſiis habent, nec cura animarum illis imminet, nec perſonalem reſidentiam requirunt; ſed eorum munus eſt, revidendi computa Oeconomorum Eccleſiarum ſub diſtrictu ſui Archipresbyteratus exiſtentium, ac debitores compellendi, &c. cum ſimilibus, ut in d. declaratione S. C. quam refert idem Garc. *part. 4. cap. 3. num. 96.* quæ declaravit, hujuſmodi Archipresbyteratus eſſe compatibiles cum Dignitatibus, Canonicatibus, & aliis beneficiis, perſonalem reſidentiam requirentibus, ſicut aliud beneficium ſimplex, nec prædictos Archipresbyteros teneri per ſeipſos munus prædictum ſibi incumbens, exercere; ſed per alios ab ipſis deputandos exequi poſſe, & in una *Conchen. Archipresbyteratus 29. Januarii 1594. coram Penia* fuit tentum, quendam Archipresbyteratum, juriſ-
dictionem contentioſam habentem, non beneficium 14
curatum, ad effectum, ut vacet per aſſequutionem alterius beneficii incompatibilis, ut per Gonz. *gloſ. 6. num. 64.* & proindè habendum eſſe tanquam ſimplex beneficium.

Aſſumptionis Beatæ Mariæ;

Exprimendum eſt nomen Sancti ſub cujus invocatione eſt ipſa Parochialis Eccleſia, ſicut etiam ſervatur de quocunque alio beneficio, niſi illud curatum eſſet intus Cathedralem Eccleſiam, prout aliàs diximus: nempè cum animarum cura incumberet ipſi Cathedrali Eccleſiæ: tunc
enim non eſt neceſſaria iſta expreſſio nominis Sancti invo- 15
cationis ipſius Cathedralis, & Parochialis: ac etiam quando prædicta Parochialis in aliquo loco unica eſt; tunc enim ſufficit dicere, *Cum Parochialis Eccleſia loci, ſeù Oppidi, ſivè Terræ N.* ſic etiam ſi ipſa Parochialis fuerit matrix illius loci, &c.

Per obitum *quondam Hieronymi Sanchez.*

Inter modos vacationis beneficiorum Eccleſiaſticorum, præcipuus, & principalis eſt ille,
quando nimirum beneficium vacat de jure, & facto, 16
nempè per obitum beneficiati, ut hic: nam dicitur tunc verè, & propriè vacare, & ſic per mortem naturalem, Gonzal. *gloſ. 15. num. 3.* per text. *in cap. ſuſceptum*, & ibi gl. *in verbo, non morte, de reſcript. in 6.* quia mors omnia ſolvit, *§. deinceps, auth. de nupt. coll. 4.* nam ſicut uſusfructus finitur morte uſufructuarii, text. *in l. 3. §. fin. ff. quib. ex cauſ. uſufr. amitt.* ita etiam beneficium vacat morte beneficiati: cum beneficiarius uſuario, & uſufructuario comparetur; *cap. fin.* & ibi gloſ. *verbo, reſervari, de off. ordin. in 6.* id. Gonzal. *loc. cit. num. 4. & 5.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. gloſ. 72. num. 7.* Vivian. *in praxi juriſpatr. lib. 3. cap. 5. num. 6.* Et ſicut iſte modus eſt præcipuus inter alios, ſic etiam frequentiſſimus in Romana Curia: adeò ut inter Officiales Dataria Apoſtolicæ, unus quidem ſit, cujus ſibi proprium munus demandatur recipiendi omnes ſupplicationes beneficiorum vacantium per obitum, qui proinde de officio *Per obitum* vulgariter nuncupatur.

Eſt nihilominus pro hac noſtra praxi notandum, quod licèt beneficium vacet per obitum beneficiati, ut hic, fallit tamen primò in beneficiis conſiſtentibus in Eccleſia non nu-
merata, in qua non adeſt certus numerus Canonicorum, ſeù 17
aliorum beneficiatorum: ſed ſecundum fructuum ſuperexcreſcentiam; vel decreſcentiam, beneficiati creſcunt, vel decreſcunt: ac proindè in illa jus novum creatur, quod cum perſona extinguitur: & ſic beneficium per obitum beneficiati, ibi non vacat, ſed tantùm eſſe deſinit, *c. ex parte*, & ibi Hoſt. *col. 2. verbo nullatenus, de conceſſ. præb.* & ibi notat Imol. *n. 2. & probatur in c. dilecto, verſ. præterea, de præb.* ubi etiam not. Innoc. *n. 3. in gloſ. verb. deſinit*, Abb. *n. 9.* & fuit decitum in una *Calagurit. Benefic. de Ormillos die 23. Maii 1588.* teſte Mant. *dec. 229. nu. 1.* & ideò nunquam vacat, ſed ſtatim ac titularis decedit, ſupprimitur, expirat, ac ceſſat, tex. *in d. c. dilecto, nu. 9.* & ibi communiter omnes, Vivian. *in d. praxi juriſp. lib. 1. ca.*
1. n. 518. Et dicitur Eccleſia non numerata, quæ etiam re- 18
ceptiva nuncupatur, ad differentiam Eccleſiæ numeratæ, quæ
ita dicitur, quando in ea adeſt certus, & definitus numerus 19
Canonicorum, ſeù aliorum beneficiatorum, in qua, aliquo

beneficio vacante, fit præſentatio per alios beneficiatos, &
inſtitutio per Epiſcopum, Seraph. *deciſ.*942. *num.*1. ut aliàs
dixit.

Fallit ſecundò, quando beneficium eſt de menſa, nempè
20 incorporatum menſæ Epiſcupali, ſeù Capitulari, vel Abba-
21 tiali: quia tale beneficium per obitum illius Rectoris non
vacat, ſed remanet, ut ſupra incorporatum, & conſolidatur
in menſa, mortuo Prælato, Gemin. *in c. ſi propter, ſub nu.*3. *in
fin.* Vivian. *loc. cit. n.*110. ac proinde dicit id. Gonz. *gloſ.*5. §. 6.
*nu.*64. quod cum tale beneficium de menſa, non ſit verè be-
neficium, nec in eo detur vacatio, reſultat proinde, quod
non comprehendatur in regula reſervatoria menſium, lo-
quente de beneficiis vacaturis, ut fuit deciſum in una *Tar-
viſin. Parochialis* 10. *Decemb.*1603. *coram Litta.*

Fallit tertiò, quando beneficium eſt unitum, quod cum
22 neque vacet, impetrari non poteſt, ſtante illius unione, Selv.
de benef. 3. *p. q.*15. *n.*76. Rebuff. *in prax. tit. de union. nu.*14. Vi-
vian. *d. c.*1. *nu.*111. ex Felin, *in c. in noſtra, nu.*23. *verſ. corolla-
rium.* 27. *de reſcript.* id. Selv. *d. n.*76. Rot. *dec.*46. *de reſcript. in
antiq.* Rebuff. *in prax. tit. de union. nu.*14. Put. *dec.*247. *à nu.*7.
*lib.*2. Gonz. *d. gloſ.*5. §. 7. *nu.*22.

Circa tamen hujuſmodi vacationem per obitum, adno-
tandum duxi, quod ſæpè in Romana Curia evenire contin-
git, ut nedum beneficium vacet per obitum beneficiati, il-
liuſque poſſeſſoris, verùm etiam, ſi poſt ſupplicationem ſi-
gnatam, & regiſtratam, ille litteras nondum expediverit,
ſed ante adeptam hujuſmodi beneficii poſſeſſionem, diem
clauſerit extremum, beneficium dicitur vacare per obi-
tum ejuſdem beneficiati: prout in facti contingentia re-
ſpondit Rebuff. *conſ.* 48. quem citat Pacil. *de reſignat. be-
nef. lib.*10. *quæſt.* 7. *num.*54. dicens, quod ſi reſignatarius
expedivit litteras reſignationis in Urbe, & poſteà in itine-
re, cum proficiſceretur ad capiendam poſſeſſionem, moria-
tur, ex eod. Rebuff. ait, tale beneficium vacare per obitum;
quamvis illius poſſeſſionem non fuerit adeptus; nam ex
23 collatione, jam dominium, & omne jus conſequutus fuit;
quia nihil refert poſſeſſio ad titulum Covar. *var. reſol. lib.*3.
24 *cap.*16. *col.*1. *&* 2. Undè etiam id procedit, quamvis colla-
tio ſit facta à Papa, & litteræ non ſint expeditæ; quia ex ſo-
la ſupplicatione ſignata, & regiſtrata, ut dictum eſt, vacat
per illius obitum cum per ipſam ſolam ſupplicationem, ut
præfertur regiſtratam, gratia ſit perfecta ante litterarum
expeditionem, Caſſad. *dec.*2. *num.*10. *de penſion.* Put. *deciſ.*
275. *num.*2. *lib.*3. & alii quos refert Gonz. *gloſ.*15 §. 2. *num.*
32. & noviſſimè Rota *in una Cæſaraugustan. Canonicatus*
10. *Iunii* 1630. *coram Durano dec.* 385. *num.* 11. ubi quod
vacatio per obitum N. fuit conſumpta per proviſionem
cum ſupplicatione regiſtrata, etiam non apprehenſa poſ-
ſeſſione.

Verùm id intelligendum eſt, quando ſupplicatio regiſtra-
ta, eſt tradita parti; quia antea non dicitur jus aliquod con-
ſiderabile ipſi parti quæſitum; cum de facili talis ſupplica-
25 tio, quæ non ſit regiſtrata, poſſit lacerari, Sarnen. *in reg. de
non toll. jur. quæſ. q.*20. *in fin.* & fuit dictum in una *Oxomen.
Archipresbyteratus* 6. *Aprilis* 1576. *coram Robuſterio*, &
pluries obſervavimus in Dataria Apoſtolica.

At verò, ex præmiſſis addo, neque ſufficere, quod ad
effectum prædictum, ſupplicatio regiſtrata ſit parti tradi-
ta, ut poſtea per illius obitum vacet beneficium, ſed omnia
hæc intelligenda eſſe, quando in ſupplicatione ſic regiſtra-
ta, eſt extenſa forma gratioſa, quæ extendi conſuevit in
Officio Parvæ Datæ, quando videlicet eſt Orator præſens
in Curia, in eaque examinatus, & approbatus, aut teſtimo-
nium Ordinarii de ſua idoneitate in eodem Officio produ-
xit; ſicut jam diximus quandoquidem, ſi aliàs Orator ha-
26 beret ſuam ſupplicationem ſignatam, ac regiſtratam cum
commiſſione in forma *Dignum*, utique dici non poteſt
beneficium per illius obitum vacare; cum vigore dictæ ſup-
plicationis, cum hujuſmodi commiſſione, non ſit facta ip-
ſi Oratori collatio, ſed ſibi detur mandatum de conferendo;
& ita juxtà hanc praxim docet, etiam Garc. *de benef. par.* 4.
cap. 2. *num.* 17. quod tunc præmiſſa procedunt, quod be-
neficium vacat per obitum illius, qui habuit ſupplicationem
ſignatam, & regiſtratam, quando ipſa ſupplicatio eſt in for-
ma gratioſa, ut dictum eſt, ſecus verò ſi in forma *Dignum*,
aut alias commiſſaria; quia cum tunc non dicatur provi-
ſio, ſed mandatum de providendo, beneficium non vacat
per obitum illius, ſed ut prius; ac proinde eodem vacatio-
nis modo vacat beneficium, quod à Summo Pontifice im-
petratur, & porrigitur ſibi ſupplicatio, quæ prænotatur de
ſtylo Curiæ, *Adhuc per obitum*; quod quidem ſervatur, ut
patet ad ſenſum, etiam ſi poſt primam hujuſmodi vacatio-
nem, beneficium fuerit alteri, licet nulliter, collatum;
quia adhuc durat prima vacatio; quod exemplificari po- 27
terit in eo, qui impetravit adhuc per obitum, & non
expreſſit ejuſdem beneficii verum valorem; ſeù ex alia cau-
ſa fuerit nulliter collatum, ut dictum eſt; Tunc enim,
de more Curiæ concipitur ſupplicatio tenoris ſequentis,
videlicet.

Beatiſſime Pater. Cum perpetuum ſimplex beneficium 28
*Eccleſiaſticum ſub invocatione S. N. in Parochiali Eccleſia
S. N. Corduben. de quo aliàs per obitum quondam N. illius
dum viveret ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam de
menſe Iulii Anni proximè præteriti M. DC. XLIV. defun-
cti, vel aliàs certo alio modo vacans, cuidam N. pro cleri-
co ſe gerenti, authoritate Apoſtolica proviſum, ſeu provi-
deri mandatum, aut conceſſum extitit, & deinde ipſe N. lit-
teris Apoſtolicis deſuper non expeditis, poſſeſſioneque dicti be-
neficii minimè habita deceſſit, de eodem, ut præfertur, uti
adhuc per obitum dicti N. ſeu alias certo alio modo vacante,
cuidam P. aſſerto Clerico dictæ Diœceſis, eadem authoritate
proviſum, ſeu provideri mandatum fuit, proviſione, ſeu
mandato ad illam hujuſmodi, ex eo quod dictus P. in litteris
Apoſtolicis deſuper expeditis, verum annuum valorem dicti
beneficii non expreſſit, illum XXIV. ducatorum auri de Ca-
mera, &c. annuatim non excedere, aſſerendo, cum tamen il-
lorum fructus longe plus valerent, & valeant de præſenti
ob non expreſſionem hujuſmodi, nulla, & invalida, ſeu nul-
lo, & invalido exiſtente, adhuc, ut prius, vel aliàs certo
alio modo vacaverit, & vacet ad præſens. Supplicat igitur,
&c. N. quatenus, &c. cujus fructus, &c. XXXIV. ducat.
auri, &c.*

Vel etiam exempli gratia, quia proviſus de tali benefi-
cio non expreſſit, illud eſſe ex ſui fundatione, ſacerdotale,
quo caſu, ſic concipi poterit ſupplicatio pro illius nova im-
petratione, nempè.

*Beatiſſime Pater. Cum perpetua Capellania ad altare
S. N. ſita in Eccleſia S. N. Corduben. quæ ex ſui funda-
tione Sacerdotalis exiſtit, & de qua alias tunc per obitum
illius ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam de men-
ſe N. defuncti, vacante, cuidam N. &c. Apoſtolica au-
thoritate proviſum fuit, prout in litteris Apoſtolicis deſu-
per confectis plenius continetur, poſſeſſione ſubſequuta, pro-
viſione, & litteris Apoſtolicis hujuſmodi nullis, & invali-
dis exiſtentibus, ex eo, quia ipſe N. tunc Clericali characte-
re dumtaxat inſignitus erat, nec expreſſit, quod dicta Ca-
pellania ſacerdotalis ex hujuſmodi fundatione exiſteret, ad-
huc, ut præfertur, vacaverit, & vacet ad præſens. Suppli-
cat, &c. quatenus, &c.*

Ratio enim in propoſito eſt, quia habens ſupplicationem
ſignatam, & regiſtratam, non tamen in forma gratioſa, ſed
in forma *Dignum*, non dicitur habere jus in re, ſed tantùm 29
ad rem, & clarum eſt, beneficium non vacare, niſi per obi-
tum obtinentis jus in re, non autem ad rem, etiam ex cauſa 30
de præterito; & hæc eſt notoria obſervantia Datariæ, &
Cancellariæ Apoſtolicæ; quamvis Cancellaria teneat bene-
ficium non vacare per obitum illius, qui habuit ſupplicatio-
nem ſignatam, & regiſtratam; imò etiam in forma gratio-
ſa expeditam, ſed ut prius, & ita teſtatur etiam *d. par.*4. *cap.*
2. *num.*18. dicens, quod cum Cancellaria, & Camera ſem-
per teneant, beneficium non vacare per obitum habentis
ſupplicationem, etiam in forma gratioſa, ſed ut prius, ut
quotidiè videmus, et erit ſtandum, licèt Rota contrarium
teneat, cum Cancellaria, & Camera ſint organum Papæ,
ut per Caſſador. *deciſ.*2. *num.*7. *de union.* ac propterea ſtylo
Datariæ, & Cancellariæ eſt magis ſtandum tanquam Pa-
pæ magis propinquo, & ejus organo, & de hoc fuſiùs ſuo
loco dicetur.

CAPUT VI.

Praxis Acceptationis, & Recognitionis Gratiæ Alternativæ Menſium, juxtà Regulam Cancellariæ Apoſtolicæ.

SUMMARIUM.

1 *SEde Epiſcopali vacante, beneficiorum collatio ſpectat
ad Papam, & n.*50.

2 *Vacatione beneficii contingente in menſibus Iunii, &
Decem-*

Decembris, collatio ſemper ſpectat ad Ordinarium.
3 *Sive gratiam Alternativæ acceptaverit, ſive non.*
4 *Et in illis nulla poteſt conſiderari reſervatio, & quare.*
5 *Menſes Martii, & Septembris, quomodo ſint reſervati.*
6 *Regulæ reſervatoriæ menſium Apoſtolicorum, & Alternativæ pro Epiſcopis, tenor proponitur.*
7 *Alternativæ gratia, quomodo olim concedebatur Epiſcopis per ſupplicationem, manu propria Summi Pontificis ſignatum, cum litteris ſub plumbo.*
8 *Alternativæ menſium uſus, quando incepit.*
9 *Quibus conceditur, & nu.13.*
10 *Alternativa acceptata, non eſt locus pœnitentiæ.*
11 *Et quantum duret.*
12 *Alternativa acceptata non poteſt voluntariè per Epiſcopum renunciari.*
14 *Alternativa, antiquitus concedebatur etiam Inferioribus collatoribus, hodie verò aliter ſervatur.*
15 *Non conceditur in beneficiis ſimultaneæ collationis.*
16 *Alternativa acceptanda ab Epiſcopo, manente in Civitate, vel Diœceſi.*
17 *Alternativa utitur Epiſcopus in loco exempto ſuæ Diœceſis.*
18 *Alternativæ acceptationis formula duplex proponitur.*
19 *Forma alia ſubſtantialis, alia accidentalis.*
20 *Forma, ex decreto irritante inducta, poteſt à Papa tantum alterari.*
21 *Datarius eſt organum mentis, & vocis Papæ.*
22 *Et quicquid ipſe facit, ipſemet Papa facere cenſetur.*
23 *Illiuſque perſonam ſemper ſequitur.*
24 *Alternativa, quomodo acceptata per inſtrumentum.*
25 *Forma remittitur propter neceſſitatem.*
26 *Alternativæ acceptationis litteras non valens Epiſcopus ſubſcribere ob infirmitatem, vel trementem manum, id poterit adjutus aliena manu.*
27 *Alternativæ recognitio, ſub qua formula datur per Datarium, ſeu Prodatarium.*
28 *Alternativa prodeſt Epiſcopo, etiam ante ſcientiam recognitionis.*
29 *Et quomodo id intelligatur.*
30 *Alternativa incipit currere à die acceptationis.*
31 *Privilegium amittit, qui permiſſa poteſtate abutitur.*
32 *Alternativæ uſu quomodo Epiſcopus privetur, ſi ea abutatur.*
33 *Et illius privatio inducitur ipſo jure.*
34 *Privatio, quæ fit ipſo jure, non requirit hominis miniſterium.*
35 *Epiſcopus, quomodo excuſandus à mala collatione beneficiorum reſervatorum, & nu.38.*
36 *Beneficium, an vacaverit in menſe ordinario, vel Apoſtolico, ſi ignoratur tempus, vel hora obitus beneficiati, & quid juris.*
37 *Beneficio vacante per obitum beneficiati in mare, quomodo illius mors probanda.*
39 *Beneficia quomodocumque reſervata, ſi Epiſcopus ſcienter conferat, quid agendum, & quid ſi ignoranter.*
40 *Alternativa contravenienda, Epiſcopus non privatur ſuis quatuor menſibus.*
41 *Alternativa menſium non gaudet Epiſcopus, niſi verè, & perſonaliter reſideat.*
42 *Etiam ſi abſit ex cauſa à Concilio Tridentino approbata.*
43 *Aut ex neceſſitate ſuæ Eccleſiæ, vel etiam Reipublicæ, aut alia legitima cauſa abſentiæ, etiam ex mandato Papæ.*
44 *Menſis expreſſio neceſſaria in quacumque vacatione beneficii.*
45 *Etiam in gratiis, Motuproprio conceſſis.*
46 *Motus proprius excludit defectum ſubreptionis, non tamen defectum intentionis.*
47 *Menſis expreſſio, in impetratione beneficii, diſpoſitivè facienda.*
48 *Vacatio beneficii reſervati, quando ſemiplenè, aut plenè probanda.*
49 *Alternativæ effectus, an incipiat ab ipſa die recognitionis.*
51 *Parochialis Eccleſia, Sede Epiſcopali vacante, non confertur à Capitulo.*
52 *Sedis Epiſcopalis vacatio, quouſque duret.*
53 *Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, non poteſt Parochiali vacanti apponere Oeconomum.*
54 *Pœnitentiarium non poteſt Capitulum eligere Sede Epiſcopali vacante.*
Corrad. Prax. Benefic.
55 *Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, quando poſſit beneficia conferre.*
56 *Sede Apoſtolica vacante, beneficia reſervata conferuntur ab Ordinario, donec Papa faciat novas regulas Cancellariæ.*
57 *Et quomodo hoc intelligendum.*
58 *Parochiales Eccleſiæ reſervatæ vacantes, Sede Apoſtolica vacante, rectè per Ordinarios conferuntur.*
59 Cap. ſi à Apoſtolica, de præb. in 6. *de quibus Parochialibus intelligendum.*
60 *Vacatio beneficii, contingens ante obitum Papæ, in menſe reſervato, ſi ille, tunc de eo non providerit, an provideat Ordinarius.*
61 *Iuriſdictionis exercitium, quando acquirat novus Prælatus, ut beneficia conferre poſſit.*
62 Extravag. Injunctæ, de elect. *tenor proponitur.*
63 *Hac* Extravag. *non comprehendit Eminentiſſimos Cardinales, & quare.*
64 *Beneficia quando conferat Epiſcopus ante expeditionem litterarum ſuæ præfectionis, & illarum præſentationem Capitulo.*
65 *Breve de capienda poſſeſſione Epiſcopatus, non excluditur ab* Extravag. injunctæ.
66 *Epiſcopus ad aliam Eccleſiam translatus, uſquequo conferat beneficia prioris Eccleſiæ.*
67 *Abſolutio Epiſcopi à vinculo prioris Eccleſiæ, & translatio ad ſecundam, quando incipiant.*
68 *Capitulum, quando poſſit conſtituere Vicarium Eccleſiæ vacanti per translationem Epiſcopi.*
69 *Epiſcopi ſunt cæci erga nepotes.*
70 *Collatio beneficiorum, eſt actus juriſdictionis.*
71 *Capitulum, Sede vacante, poteſt beneficium ſimultaneæ collationis in menſe Ordinarii vacans, conferre.*
72 *Collatio, licet ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, competit tamen cuilibet eorum inſolidum, & quid ubi Cardinalis Epiſcopus, confert ex indulto, beneficia reſervata; Proponitur declarationis Urbani VIII. tenor, nu.78.*
73 *Capitulum, deficiente Epiſcopo, confert jure proprio beneficia ſimultaneæ collationis.*
74 *Capitulo non præjudicat Papa in ſua collatione, Sede Epiſcopali vacante.*
75 *Cancellaria Apoſtolica, quomodo concipiat litteras de beneficio reſervato Sede Epiſcopali vacante.*
76 *Quomodo dicatur organum Papæ.*
77 *Cancellaria Apoſtolica, quæ faciet, dicuntur fieri in Conſiſtorio Papæ.*
79 *Verba,* vacaverit, & vacet ad præſens, *quare appoſita in ſupplicatione beneficii vacantis per obitum.*
80 *Beneficium vacans in menſe ordinario, ab eo confertur, etiam in menſe Apoſtolico, & è contra.*
81 *Initium attendi, & ſpectari debet.*
82 *Vacationis beneficii, non autem durationis tempus attenditur, ut illud dicatur reſervatum, vel non.*
83 *Regula reſervatoria loquitur de tempore vacationis beneficii.*

DE Menſe Junii *proximè præterito.* Ex eo, quod beneficiorum collatio, Sede Epiſcopali vacante, prout in præinſerta ſupplicationis formula pro impetratione Parochialis eccleſiæ, narratur, ad ſolum Summum Pontificem ſpectat, ut etiam infra dicetur.

At verò, quia non rarò in dubium revocari contingit, utrum etiam plena Sede prædicta, vigore gratiæ alternativæ, etiam non reſidens Epiſcopus, poſſit ſemper beneficia in menſibus Junii, & Decembris vacantia conferre.

Quarè negativè videtur reſpondendum; quandoquidem Papa concedit Epiſcopis alternativę gratiam acceptantibus, ut valeant omnia beneficia vacantia in menſibus Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris, conferre, quamdiu apud eccleſias, & Diœceſes ſuas reſederint dumtaxat: undè ſi non reſideant in menſibus Junii, & Decembris, conferre non poterunt: ac per conſequens intrat reſervatio; quia conceſſum ſub conditione reſidentiæ, cenſetur denegatum ſub contraria conditione, videlicet abſentiæ, ſeù non reſidentiæ, ad text. *in l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. l. item quia, ff. de p. ct.* cum aliis adductis per Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 43. ſub nu. 32. verſ. ex adverſo.*

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia verior

2 eſt, tamquam in notoria praxi recepta: quia menſes Junii, & Decembris ſemper ſunt Ordinarii, etiam ſine alternativa: quos proindè menſes fixos pro Ordinario appellamus: quarè non poſſumus dicere, quod concedantur à Papa per alternativam Epiſcopis; & quamvis in ea fiat mentio, etiam de his duobus menſibus cauſa demonſtrationis, conditio tamen, & onus reſidentiæ, non cenſetur appoſitum reſpectu illorum, ſed aliorum quatuor, qui per alternativam de novo conceduntur, dictique autem duo menſes ſunt Ordinarii, ſive alternativa ſit acceptata, 3 ſive non, etiam ſi poſt illius acceptationem non reſederit: nec ſicut nonnulli perperam tenuerunt, eum prædictis duobus menſibus ſit aliqua permutatio cum Papa, cum jam fuerint proprii Epiſcoporum ſine alternativa: idem Gonz. *gloſ.*43. *num.*118. & ſic præfati menſes Iunii, & Decembris, tanquam fixi pro Ordinariis ſemper ſpectant ad illos, & nunquam jus competere poteſt Papæ, etiam Ordinario, nunquam in ſua Diœceſi reſidere, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 73. *num.*34. & 44. & fuit dictum in una *Papien. Beneficii* 10. *Aprilis* 1617. *num.* 59. relata per eundem Barboſ. *d. alleg.*73. *num.*59. & ita illos fixos etiam appellat Rota *in una Giennen. Canonicatus*, penès Buratt. *dec.*242. *num.*1. ibi, *Nam Canonicatus, de quo agitur, non eſt reſervatus ratione menſis, cum vacaverit de menſe Iunii, qui ſemper eſt ordinarius, & fixus, & in d. Papien. Beneficii d. num.* 59. *circa fin.* ubi reſponſum fuiſſe dicitur, quoad dictos duos menſes fixos, quod nulla poteſt conſiderari reſervatio: ex eo, quod 4 Papa, neque in prima parte regulæ, neque in ſecunda, eos reſervat: & ita tenent, & ſervant Dataria, & Cancellaria, ut omnibus Curialibus notum eſt: niſi beneficia vacantia in iſtis duobus menſibus, fuerint alia reſervatione Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſeu affecta.

Idem quoque firmat Garc. *par.* 5. *cap.* 1. *ſub num.* 56. *circa fin.* ubi quod prima opinio videtur ſibi falſa, ac propterea contrarium circa id tenendum exiſtimat, nempe, quod menſes Iunii, & Decembris ſemper ſint Ordinarii, ſivè alternativa ſit acceptate ſivè non.

Quapropter non eſt recedendum à ſupradictis deciſionibus Rotalibus, plurimùm ſenſui, & praxi Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ conformibus, quæ ſimpliciter tenent, ſupradictos menſes Iunii, & Decembris; tanquam fixos, firmos, & ſtabiles eſſe ſemper Ordinarii, ſivè ſine alternativa, ſivè cum ea, ſivè reſiderat, ſivè non, ut ſupra dictum eſt.

Aliud verò dicendum eſt de aliis duobus ex quatuor menſibus nempè Martii, & Septembris, qui poſt acceptatum ab 5 Epiſcopo gratiam alternativæ, ſunt Papæ reſervati, etiam ipſo Epiſcopo non reſidente, Rota *dec.*361. *n.*1. *p.* 3. *rec.* Barbol. *alleg.*53. *n.*36. & alias meo tempore de anno 1610. 14. Maii coram Cardinale Lancelloto, propoſito dubio in Rota de ordine bo. mem. Cardinalis Nazareni, tunc Prodatarii fel. recor. Pauli V. fuit reſolutum, collationes beneficiorum vacantium in menſibus Martii, & Septembris, nunquam ſpectare ad Epiſcopum abſentem, qui acceptavit gratiam Alternativæ, Garc. *in addit. ad p.*5. *cap.* 1. *num.* 691. qui licèt poſtmodum ſatagat contrarium probare, nihilominus ea, quę ipſe pro contraria ſententia adducit, non ſunt in conſideratione, imò ea rejicit Barboſ. *loc. cit.* ſed ſequitur opinionem Ricc. *in prax. for. Eccl. dec.*684 qui in propoſito affert *dec. Rot. in una Sulmonen. Alternativæ*, ſecundum quam nunquam Dataria, & Cancellaria Apoſtolica ab hoc receduni; prout ſemper vidimus practicari; & quomodocunque vacet beneficium in altero ex prędictis duobus menſibus, ſive Epiſcopus reſideat, ſive non, ſemper per dictam Cancellariam datur de reſervato, & concipit ſuas litteras ſub illa forma, videlicet.

Dudum ſiquidem per Conſtitutionem noſtram beneficiorum Eccleſiaſticorum in octo menſibus tunc expreſſis, extra Romanam Curiam, aliaſque per reſignationem vacaturorum uſque ad voluntatis noſtræ beneplacitum reſervatoriam, nec non conceſſionem facultatis diſponendi de beneficiis eiſdem ad liberam Epiſcoporum duntaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem pertinentibus, quæ in antea in ſex alternis menſibus ex tunc expreſſis, extra dictam Curiam vacare contingeret, per nos eiſdem Epiſcopi, quandiù ipſi apud Eccleſias, aut Diœceſes ſuas verè, & perſonaliter reſiderent duntaxat factam, omnia beneficia Eccleſiaſtica ex tunc uſque omnia beneplacitum prædictum in Septembris, & reliquis quinque alternis menſibus, extra Curiam prædictam, alias, quam per reſignationem vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus. Decernentes, &c. attentari. Cum itaque poſtmodum perpetuum ſimplex, &c. quod q. N. obtinebat, per obitum ejuſdem N. qui beneplacito prædicto adhuc durante, & gratia Alternativæ menſium hujuſmodi à Venerabili fratri noſtro moderno Epiſcopo Muſcan. iuxtà Conſtitutionem prædictam, acceptata, ipſeque ea, litteris acceptationis hujuſmodi ab dilecto filio Datario noſtro receptis, & recognitis, mente, extra dictam Curiam de menſe Septembris proximè præterito vacaverit, &c. Nulluſque præter nos, &c.

Vel etiam alio modo, prout in ſupplicatione id narrari conſuevit, nempe, *Cum tale beneficium, &c. per obitum quondam N. extra Romanam Curiam de Menſe Martii proximè præterito defuncti, Epiſcopo N. gratia Alternativæ menſium Epiſcopis apud ſuos Eccleſias, vel Diœceſes verè, & perſonaliter reſidentibus conceſſa, gaudente, vacaverit, &c.*

Hic verò occaſionem nactus ex expreſſione prædicti menſis Julii in ſuptapoſita formula ſupplicationis, nonnulla poſſem annectere circa alios menſes, tum Apoſtolicos, tum ordinarios, necnon eorumdem menſium alternativa Epiſcopis conceſſam; attamen, cum de hac re copioſiſſimum tractatum ediderit diſertiſſimus vir Hieronymus Gonzalez, ad illum lectorem remitto; paucula tamen adnotandu, quæ in facti contingentia eveniſſe non ignoramus, & ad hanc noſtram praxim apprimè conducunt. Cumque omnia ad hujuſmodi menſium alternatorum pertinentia à regula octava, Cancellariæ, Apoſtolicæ, quæ hodie eſt nona, promanare noſcantur, quæ continet reſervationem menſium Apoſtolicorum, necnon prædictam Alternativam pro Epiſcopis reſidentibus, viſum eſt prius integrum ejuſdem regulæ tenorem ſubnectere, poſtmodum verò formulas litterarum gratiæ Alternativæ hujuſmodi. Prædictæ igitur regulæ tenor talis eſt, videlicet.

Item cupiens idem D. N. Papa pauperibus Clericis, & aliis 6 *benemeritis perſonis providere, omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque exiſtentia in ſingulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris menſibus, uſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, alias quam per reſignationem, quocumque modo vacatura, ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem quorumcumque Collatorum, & Collatricum ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium aut aliorum ſub Concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcumque alios initis & per eos, qui illa acceptare, & obſervare debuerant, acceptatis, & obſervatis, quæ lædere non intendit, comprehenſorum) quomodolibet pertinentia, diſpoſitioni ſuæ generaliter reſervavit. Volens in ſupplicationibus, ſeu conceſſionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de menſe, in quo vacaverint, diſpoſitivæ mentionem fieri, alioquin gratias nullas eſſe. Ac conſuetudines, etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores præbendas, necnon privilegia, etiam in limine erectionis conceſſa, & indulta Apoſtolica circa ea, ac etiam diſponendi de huiuſmodi beneficiis, aut quod illa ſub huiuſmodi reſervationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, & fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores pro expreſſis haberi, & latiſſimè extendi voluit, quibuſvis perſonis, & Collegiis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, quomodolibet conceſſa, adverſus reſervationem huiuſmodi minimè ſuffragari.*

Inſuper Sanctitas Sua, ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta, ipſis, quandiù apud Eccleſias, aut Diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint duntaxat, ac omnibus, & quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & regularibus, (ad liberam ipſorum duntaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeù præſentationem, vel electionem nec etiam cum conſilio, vel conſenſu, ſeù interventu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentibus) quæ in anteà in menſibus Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipſam vacare contigerit, (dummodo alias diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, vel affecta non fuerint) liberè diſponendi facultatem conceſſit. Ac etiam voluit,

ut ſi

ut ſi ipſi in collatione, aut alia diſpoſitione beneficiorum in aliis ſex menſibus, videlicet Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris, & Novembris vacaturorum, (quæ etiam diſpoſitioni ſuæ, ut præfertur, reſervavit) ſeu etiam aliorum diſpoſitioni ſuæ, & dictæ Sedis aliàs quomodolibet reſervatorum, vel affectorum ſeſe intromiſerint, aut quominus proviſiones, & gratiæ Sanctitatis Suæ de illis, debitum effectum conſequantur, impedimentum quoquomodo præſtiterint, uſu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipſo privatus exiſtant, ac collationes, & aliæ diſpoſitiones de beneficiis, illius prætextu deinceps faciendæ, nullius ſint roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam Alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujuſmodi per patentes litteras, manu propria ſubſcriptas, ſuoque ſigillo munitas, in ſua quiſque Civitate, vel Diœceſi datas, declarare, & litteras ipſas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ tranſmittere teneantur; quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, uti incipiant gratia ſupradicta. Decernens ſic in præmiſſis omnibus per quoſcunque, &c. Iudicari debere, ac irritum &c.

Deſcendendo nunc ad praxim acceptationis ſupradictæ gratiæ Alternativæ, ſciendum eſt, quod olim illa concedebatur per ſupplicationem, manu Summi Pontificis ſignatam, ſicut ſervatur in conceſſione cæterarum gratiarum; & ſic ſuper ipſa ſupplicatione poſtmodum litteræ ſub plumbo expediebantur, juxtà curſum, & ſtylum Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ; quarè aliàs in una *Placentin. Parochialis coram Put. deciſ.* 387. *lib.* 3. *num.* 1. fuit reſolutum, quod Alternativa conceſſa Epiſcopo Placentio. non ſuffragaretur ei ante expeditionem litterarum, & ideò collatio facta ante dictam expeditionem in menſe reſervato, non valeret, & adiiciebatur clauſula, quod Ordinarius renunciaret quatuor menſibus ſibi per dictam regulam conceſſis, & ex Gonz. *gloſ.* 31. *num.* 15. quod non concedebatur Epiſcopis Alternativa per regulam Cancellariæ, ſicut hodie; quia ſolebat concedi per gratias, & brevia particularia, indultum ad gaudendum hujuſmodi gratia, ut ex Pavin. *de pot. cap. Sed. vac. p.* 1. *qu.* 10. *num* 23. Burſa. *conſ.* 126. *nu.* 101. *lib.* 2.

Hodie verò nulla requiritur expeditio litterarum, ſed ſufficit, quod illa acceptetur per litteras patentes, recognoſcendas per D. Datarium, ſervata forma prædictæ regulæ 9. deciſiones verò nonnullæ loquentes de expeditione litterarum, fuerunt factæ de tempore, quo non concedebantur Alternativæ per dictam regulam, nec per legem generalem, ſed per gratias particulares ad Epiſcoporum ſupplicationes; ac proinde neceſſaria erat litterarum expeditio, obſtante regula de *non jud. jux. form. ſuppl.* Et ſic hodie certa forma hujuſmodi Alternativam acceptandi, conſtituta eſt, ut etiam infra patebit, nec eſt neceſſaria aliqua ſupplicatio, aut litterarum expeditio, aut alia conceſſio, teſte Gonz. *d. gloſ.* 62. *nu.* 30. *cum ſeqq.*

Sanè hic, & quoad hanc praxim, plura notanda exiſtimavimus circa hujuſmodi acceptationem gratiæ Alternativæ, &

8 Primum. Hujus Alternativæ uſum, ortum duxiſſe à fel.
record. Nicolao V. de anno 1447. & ſic etiam nonnulli illius
ſucceſſores Pontifices continuarunt, ut tradit Burſat.
conſ. 126. *num.* 102. *lib.* 2. ipſeque Nicolaus Ordinariis conceſſit quatuor menſes, nempè Martium, Junium, Septembrem, & Decembrem; poſteà verò, fuit conceſſa pro ſex menſibus, ut Epiſcopi faciliùs ad reſidentiam invitarentur, æqualiter dictos menſes dividendo Gonz. *ſuper reg.* 8. §. 1. *proœm. num.* 53. *&* 56.

Secundum: Quod Summus Pontifex concedit hujuſmo-
9 di Alternativam omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, &
Epiſcopis, ita volentibus; ac propterea, poſtquam illa fue-
10 rit acceptata, non eſt locus pœnitentiæ: & ab hujuſmodi ac-
ceptatione recedi non poteſt: cum hæc acceptatio ſit, quaſi
contractus à principio inter Papam, & Epiſcopum initus: &
ſicut fuit voluntarius, poſteà efficitur neceſſarius, *vulg. jur.*
11 quare illa durabit uſque ad obitum Papæ, illam concedentis,
vel Epiſcopi acceptantis Navar. *conſ.* 31. *d. nu.* 1. *&* 2. *de præb.*
quia conceditur uſque ad illius beneplacitum, ut ex prædicta regula nona ibi, *uſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, c. ſi gratioſè* 5. *de reſcript. cum ſimil.*

Idem quoque erit, ſi Epiſcopus, qui Alternativam acceptavit, ad aliam Eccleſiam transferatur, ſicut etiam Archiepiſcopus, vel Patriarcha; nam talis Alternativæ acceptatio ceſſat per hujuſmodi translationem, ac prorſus extinguitur: quare, ſi velint uti gratia Alternativæ, opus eſt, quod in novo Epiſcopatu debeant eam de novo acceptare; cum prima gratia ſit limitata pro illo Epiſcopatu, in quo dictam Alternativam acceptavit: quinimmò à tempore Sixti Quinti prædictæ regulæ reſervatio fieri cæpit uſque ad Papæ beneplacitum: & ſic durat toto tempore Pontificis, qui fecit prædictam regulam: nam antea ſolebat fieri uſque ad quinquennium; quo elapſo renovabatur, ut habetur in regula Pii V. & Gregorii XIII. ac completo eodem quinquennio, fiebat nova regula, & requirebatur nova acceptatio Alternativæ, Rota *coram fel. record. Clemente VIII. in una Egitanien. Beneficiorum* 19. *Iannarii* 1579. teſte Garc. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 446. *& ſeq.*

Verum eſt tamen, nonnullos quandoque Epiſcopos, neque in illius translatione ad aliam Eccleſiam, neque alio tempore voluiſſe, ut vidimus, acceptare hujuſmodi Alternativam: cum poſſit contingere, illius acceptationem, quoad unam Diœceſim, illis prodeſſe, quo verò ad aliam, ad quam transfertur obeſſe, ex variis cauſis, quæ evenire ſolent: & idem ſi primo Epiſcopatu non curent hanc gratiam acceptare, ſicut alios vidimus Epiſcopos, ſuis tantùm quatuor menſibus contentos eſſe, abſque aliqua Alternativæ acceptatione; quare monendi ſunt Epiſcopi, ut priuſquàm acceptent Alternativam, conſiderent, an illis potius ſit frui ſuis quatuor menſibus ordinariis, ſive præſentes, ſive abſentes, quàm ſex menſibus alternatis cum doloribus, oneribus, iiſdemque anfractibus evenire ſolitis circa obſervantiam, vel inobſervantiam conditionum, & qualitatum regulæ reſervatoriæ menſium, ac Alternativæ; & viſum eſt plures Epiſcopos noluiſſe acceptare Alternativam, & alios, qui poſtquam acceptaverant, & inconvenientia experti ſunt, obtinuiſſe à Papa, ut ſuas acceptationes de medio tolleret, eoſque ad quatuor menſes ordinarios reſtitueret, teſte Gonz. *gloſ.* 43. *num.* 179. & ita, me inſtante obtinuit Epiſcopus Aſculan. de anno 1614. qui ſupplicavit pro diſſolutione ſuæ acceptationis, & fuit repoſitus ad ſuos quatuor menſes; & hujus rei praxim tradit id. Gonz. *gloſ.* 58. *num.* 23. ubi, quod poſtquam Summo Pontifici porrectus eſt ſupplex libellus, illum ad ſuum Datarium tranſmittit, qui illius nomine, aut concedere, aut reiicere ſolet; prout ſibi bene viſum fuerit, juxta cauſas in ipſo li-
bello expreſſas: aliàs enim Alternativæ acceptatæ non po-
teſt voluntariè per Epiſcopum renunciari, Put. *deciſ.* 88. *nu-* 12
mer. 1. *lib.* 3. & fuit reſolutum in una *Sulmonen. Alternativæ* 14. *Maii* 1610. *coram Lancellotto*, teſte Farinac. *in poſthum. deciſ.* 289. *num.* 7. *par.* 1. nam ſtante conſenſu Papæ, Epiſcopus ab hujuſmodi acceptatione recedere poteſt, *l. ſicut*, *C. de action. & oblig.* Et tunc nihil aliud agitur, niſi acceptationem ſemel factam, cancellare, & caſſare de libro ad id in Dataria deputato, qui per Dominum Officialem de *Per obitum* nuncupatum, teneri, & aſſervari conſuevit, ubi Epiſcopi, qui Alternativam acceptarunt, deſcripti reperiuntur; & in margine caſſatio acceptationis cum die, anno, & menſe adnotatur, ad inſtar caſſationis inſtrumenti obligatorii, & manu propria ipſius D. Datarii dicitur, qualiter talis Epiſcopus Alternativæ renunciavit, &c.

Tertium. Patet ex eadem regula, hujuſmodi Alternati-
vam concedi tantummodò Patriarchis, Archiepiſcopis, & 13
Epiſcopis, ſicut ſupra tetigimus, non autem Capitulis, Ar-
chidiaconis, aut aliis Inferioribus Collatoribus, qui fortaſſe
ex ſtatuto, conſuetudine, aut privilegio, habent jus confe-
rendi; quicquid antea ſervatum fuerit; antiquitus enim con-
cedebatur etiam ipſis Inferioribus Collatoribus, ut per Put. 14
deciſ. 88 *lib.* 3. ubi in una *Tirauoſin Canonicatus coram Proſpero, die* 19. *Ianuar.* 1548. fuit dictum, quod Alternativa conceſſa Epiſcopo, prodeſſet, & Capitulo in beneficiis ſpectantibus ad collationem utriuſque, ex Calder. *conſ.* 22. ac etiam, quod poſtquàm Epiſcopus eligit Alternativam, Capitulum non poteſt dicere, *ego nolo eam*, *& volo habere menſes ordinarios*, ex *d. conſ. Calder.* Antiqua etenim Alternativa non erat reſtricta ad ſoles Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ſicut hodie, ſed omnibus Collatoribus indifferenter concedebatur.

Quare, his ſic ſtantibus, non eſt audiendus Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verbo*, *Alternativa*, *verſ.* 4. *an in Prælatis*, ubi quod prædicta Alternativa habet locum etiam in Prælatis, Epiſcopo, Inferioribus, habentibus poteſtatem conferendi beneficia; ex eo, quod ſi ligat majores, etiam minores ligare debeat: cum valeat argumentum a majore ad minus.

Hoc etenim omninò negatur, cum hujuſmodi Alternativa concedatur ſupradictis majoribus Collatoribus tantùm, Garc. *de beneſ. par. 5. cap. 1. ſub num.* 683. & cum de hoc olim dubitatum fuiſſet in una *Barchinonen. Infirmaria* 18. *Martii* 1558. in qua Domini dixerunt, conſulendum eſſe Papam ſuper intentione regulæ, ipſe reſpondit, mentem ſuam eſſe, ut regula pertineat tantùm ad majores Collatores, cum ipſi perpetuò reſideant, non autem ad Inferiores, & ibi id. Garc. acriter reprehendit prædictum Zerolam, contrarium tenentem.

Quartum, Hæc Alternativa conceditur in beneficiis dumtaxat, quæ ſunt ad liberam collationem, videlicet faciendam à ſolo Epiſcopo, abſque alterius diſpoſitione, præſentatione, vel electione, conſenſu, ſeù interventu, vel aliàs, ut ex verbis ejuſdem regulæ; idem Gonzal. *gloſ.* 45. *à num.* 10. Garc. *d. p. 5. cap. 1. num.* 475. non autem in benefi-
15 ciis, quæ Epiſcopi conferunt inſimul cum Capitulo, vel aliis, ut patet ex textu ipſius regulæ ubi expreſsè dicitur, quod intelligatur de beneficiis ad liberam ipſorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem, nec etiam cum conſilio, vel conſenſu, ſeu interventu Capitulorum, vel aliorum, quia in illis beneficiis non intrat.

Quintum, Quod Patriarcha, Archiepiſcopus, aut Epiſcopus volens acceptare Alternativam, tempore hujuſmodi
16 acceptationis, debet manere in propria Civitate, vel Diœceſi; aliàs enim talis acceptatio nihil prodeſt; quia locus hujuſmodi acceptationis eſt etiam de forma; qua non ſervata, corruit actus, *vulg. jur.* quod quidem ſatis expreſſum eſt in eadem regula de Alternativa, dum in fine dicitur, *In ſua quiſque Civitate, vel Diœceſi datas declarare, &c.* Ratio namque ea eſt, quod cum conceſſio hujuſmodi Alternativæ fiat ad hoc, ut Epiſcopi invitentur ad reſidendum in ſuis Civitatibus, vel Diœceſibus, proinde vult Summus Pontifex, quod hujuſmodi reſidentia incipiat ab acceptatione Alternativæ: & quod litteræ prædictæ acceptationis dentur in propria Civitate, vel Diœceſi; aliàs autem nihil fiat, Gonz. *gl. 62. nu.* 20.

Unde etiam ſi Epiſcopus fuerit in Romana Curia præſens, veluti examinandus, ac pro expeditione ſuæ Eccleſiæ, vel pro liminibus Apoſtolorum viſitandis, aut ex alia quacunque cauſa, non poterit exhibere ſuas litteras patentes acceptationis gratiæ Alternativæ, inſtando pro illius recognitione, & conceſſione dictæ gratiæ; ſed oportet, quod prius vadat, vel redeat ad ſuam Diœceſim, indèque prædictas litteras ad D. Datarium tranſmittat; quæ quidem gratia non ſemel viſa eſt Epiſcopis, ſic præſentibus, denegari.

Eſt tamen notandum, quod Epiſcopus poterit dictam
17 Alternativam acceptare, necnon illa uti, etiam in loco exempto ſuæ Diœceſis; nam adhuc dicitur in propria Diœceſi reſidere: cum talis locus dicatur ſuæ Diœceſis, ut per DD. *in cap. cum Epiſcopus, de off. ordin. in* 6. quia locus exemptus dicitur de Diœceſi, & in una *Volaterran. Iuriſdictionis, quæ eſt deciſ.* 207. *num.* 2. *par.* 2. *diverſ.* fuit dictum, quod quando locus eſt exemptus, licèt non ſit de Diœceſi, adhuc tamen eſt in Diœceſi, ut per Abb. *in cap. Apoſtolicæ, nu.* 2. *de donat.* Felin. *in cap. quam gravi, colum.* 5. *de privileg.* ac proinde, cum locus exemptus ſit de Diœceſi, ſi tempore vacationis beneficii, Epiſcopus reperiatur in dicto loco dicitur in propria Diœceſi reſidere, ac uti valet gratia Alternativæ; quia etiam ibi non deſinit præeſſe ovibus ſuis, ob cujus rationem conceditur dicta Alternativa, ut ex pluribus probat Gonz. *gloſ.* 43. *à nu.* 187. *ad* 199.

Quibus ſic præpoſitis, non alienum à noſtra praxi duximus, aliquam hujuſmodi Alternativæ acceptationis formulam, quæ plerumque à nonnullis Epiſcopis, ad præſcriptum ſupradictæ *regulæ* 9. concipi conſuevit, proponere, illius ferè totum tenorem in litteris patentibus hujuſmodi acceptationis inſerendo, ut per illius verborum inſertionem omne dubium removeatur; concipi igitur poterit tenoris ſequentis, videlicet.

18 *Nos N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. quibus nuper innotuit, quod Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter, Dominus Alexander divina providentia Papa VII. ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quandiu ipſi apud ſuas Eccleſias, aut Diœceſes verè, & perſonaliter reſederint dumtaxat, de omnibus, & quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & regularibus, ad liberam ipſorum dumtaxat, & non aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeù præſentationem, vel electionem, nec etiam cum conſilio, vel conſenſu, ſeu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentibus, quæ antea in menſibus Iunii, Auguſti, Octobris, Decembris, Februarii, & Aprilis extra Romanam Curiam vacare contigerit, dummodo aliàs diſpoſitione Apoſtolica reſervata, vel affecta non forent, liberam diſponendi facultatem conceſſit, ac etiam voluit, ut illi, qui gratiam Alternativæ prædictæ acceptare vellent, acceptationem hujuſmodi per patentes litteras, manu propria ſignatas, ſuoque ſigillo munitas, & in ſua quiſque Civitate, vel Diœceſi datas declarare, litteraſque ipſas ad Datarium Sanctitatis Suæ tranſmittere tenerentur; quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, uti inciperent gratia ſupradicta. Quapropter Nos volentes gratiam Alternativæ hujuſmodi, juxtà formam præſcriptam acceptare, illaque uti de cætero, modo, & forma præmiſſis, per has præſentes noſtras litteras patentes, propria noſtra manu ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas, eandem gratiam Alternativæ acceptare, eaque in futurum uti velle declaramus. In cujus rei fidem, & teſtimonium has præſentes fieri, noſtraque manu propria, ut præfertur, ſubſcriptas, & ſigillo noſtro muniri fecimus.*

Data in Palatio noſtro Epiſcopali N. ſub Anno à Nativitate Domini, &c. Indictione, &c. Die, &c.

Et in hac forma vidi quamplures acceptationes factas à nonnullis Epiſcopis, in partibus Ultramontanis exiſtentibus.

Quòd ſi fortaſsè nimis prolixa formula prædicta videatur, aliam hìc ſubnectere placuit, quæ communiter, & ferè ubique eſt in uſu, eo quo ſequitur modo, videlicet.

Nos N. Archiepiſcopus N. Intendentes, & volentes obſervare regulam reſervatoriam menſium Apoſtolicorum S. D. N. Alexandri divina providentia Papæ Septimi; necnon frui gratia, & beneficio Alternativæ Epiſcopis, apud Eccleſias, vel Diœceſes ſuas verè, & perſonaliter reſidentibus per eandem regulam conceſſa. Propterea humiliter, & debita cum reverentia, ac omni meliori modo, quo poſſumus, & debemus, libenter prædictam Alternativæ gratiam acceptamus, eaque uti velle declaramus, in cujus voluntatis, acceptationis, & declarationis fidem, præſentes patentes litteras, per noſtrum Secretarium ſcriptas, propria noſtra manu ſubſignamus, ſigillique noſtri ſoliti impreſſione muniri fecimus, eaſque ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum ejuſdem D. N. Papæ Datarium tranſmitti curavimus juxta formam, & ad effectum de quibus in prædicta regula. Dat. in Ædibus noſtris hujus noſtræ Civitatis, (vel in tali loco noſtræ Diœceſis) Anno, &c. Die, &c. Menſe, &c.

N. Archiepiſcopus N.

N. Secretarius.

Supradictam formulam habes etiam penes Gonz. *ad d. reg. 8. gloſ. 62. ſub nu.* 33.

His igitur formulis ſic præinſertis, plurimùm circa obſervantiam formæ acceptationis hujuſmodi Alternativæ, eſt invigilandum; ex eo, quod illius regula ſecum affert decretum irritans in fine, ibi, *Decernentes ſic in prædictis omnibus per quoſcumque &c. judicari debere, ac irritum, &c.* quod quidem decretum, quoad omnes ipſius regulæ partes, formam inducit, gloſ. *in Clem. 2. verbo, nullo modo, de ætat. & qualit.* Felin. in *cap. ex parte, num. 7. de conſtit.* Ludov. *dec.* 384. *nu.* 9. licèt non deſint, qui dicunt, nonnulla in dicta regula expreſſa, importare formam tantùm accidentariam; quod quidem huc uſque dignoſcere non potui; cum potius aliter indè conſtet; nam licèt non poſſit negari, formam, hanc admittere diſtinctionem, cum illa ſit duplex, nempè 19
alia ſubſtantialis, cui nihil addi, aut ex ea detrahi poteſt, Bald. *in l. 2. C. de ſer. fugit. &* Iaſ. *in l. 3. ff. de leg. 1. nu.* 41. ut eſt illa, quæ dat eſſe rei; alia verò accidentaria, quæ dat eſſe materiæ, circa quam res ipſa verſatur, quæ introducta eſt ad benè, & firmius eſſe, reddendo actum magis ornatum, & ſpecioſum, ut ex pluribus comprobat eruditiſſimus Lotter. *de re beneſ. lib. 1. q. 4. nu. 47. &* 58. undè, forma mutata in accidentalibus, ſeu acceſſoriis, non mutatur, aut perit ſubſtantia, text. *in l. fundi*, & ibi Bald. *ff. ſi quib. mod. uſusfruct. amitt. l. ſervitutes, § modo, ff. de ſervit.*

Notandum tamen eſt pro hac praxi, quòd licèt nemo, 20

præter

præter Papam, poſſit quicquam adverſus hujuſmodi decretum irritans, attentare, ac proptereà formam ex eo inductam in aliquo etiam minimo immutare, vel indè detrahere: cum illius alteratio ad Papam ipſum ſpectet; prout etiam relaxatio decreti irritantis, *cap. cum inferior, de major. & obed. Clem. Ne Romani, de elect.* Rot. *dec.72. num.5. in fin. par.1. diverſ. rec.* id. Lotter. *lib.2. qu.15. num.*88. attamen in hoc caſu, nempe acceptationis, & recognitionis literarum patentium prædictæ Alternativæ, nihil eſt, quin poſſit Illuſtriſſimus Datarius, ſeu Eminentiſſimus Prodatarius, ad quem ſpectat, nomine Summi Pontificis, hanc litterarum acceptationem recognoſcere, aliquid ex dicta forma remittere; nam, exempli gratia, licèt in dicta regula ſit expreſsè cantum, quod illi, qui noluerint acceptare gratiam Alternativæ prædictæ, acceptationem hujuſmodi per patentes litteras, manu propria ſubſignatas ſuoque ſigillo munitas, & in ſua quiſque Civitate, vel Diœceſi datas declarare, &c. ſi tamen aliquid ex his, ſeù aliis requiſitis defecerit, poterit nihilominus Datarius, ſi velit, dictas literas recognoſcere, illaſque deſcribi mandare in libro, & acceptatio, ac recognitio hujuſmodi valebunt.

Nec de hoc mirandum videtur; ex eo, quod ſupradictus Datarius ad hoc concedendum, non cenſetur moveri, niſi
21 ex voluntate Papæ, cujus eſt ipſe organum mentis, & vocis, prout de Cancellaria tradit Caſſad. *dec. 2. num. 7. de amon* Cæſar. de Graſ. *dec.1. num.8. de prob.* ac proindè repræſentat perſonam ipſius Papæ, cujus vices in his beneficialibus
22 ampliſſimè gerit: unde quicquid facit ipſe Datarius, ipſemet Papa facere cenſetur, ex illa regula, *omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur*, idem Mandoſ. *reg.33. quæſt. 2. num.1.* Nam ſi Prælatus habens Signaturam, quæ per *Conceſſum* vocatur, ſupplicationes, etiam gratiæ ſignat in propria Domo, & ſignando dicit, *Conceſſum, ut petitur in præſentia Domini Noſtri Papæ*, & ſic cenſetur ſupplicationes prædictas ſignare in præſentia Papæ, eo quidem magis Datarius, qui ſemper manet, & aſſiſtit in ipſo Palatio Papæ, cujus
23 perſonam ſemper ſequitur, cenſetur omnia, quæ ad Datarii munus ſpectat, facere in præſentia Papæ: qui eidem Datariorem totam commiſit, nedum quoad concernentia gratias beneficiales, verùm etiam quaſcumque alias concedendas, ſive denegandas; qui moveri proinde ſolet ſecundum intentionem ipſius Datarii.

Sic etiam, quatenus in propoſito prædictæ regulæ de Alternativa voluit Papa, quod illius acceptatio fieri debeat per litteras patentes, ibi *acceptionem hujuſmodi per litteras patentes; &c.* prout eſt de forma ipſius regulæ, ſi tamen dicta acceptatio facta fuerit per publicum inſtrumentum,
24 illudque idem Datarius admiſerit, & recognoverit, valebunt utique acceptatio, & recognitio hujuſmodi; illarumque vigore poterit Epiſcopus gaudere dicta gratia Alternativæ, ut per Garc. *dict. par. 5. cap.1. num.*596. ubi, quod ſi ipſe Datarius admitteret acceptationem Alternativæ factam, non ſervata omninò dicta forma, utique valeret: & tenuit Rota *in una Salamantin. Fructus Archidiaconatus, de Monleon 3. Ianuarii 1587. coram Gypſia*, Datarium, qui eſt organum Papæ, non obſtante forma acceptationis, & decreto irritante, potuiſſe admittere inſtrumentum acceptationis Alternativæ; licèt non eſſet Sigillo munitum, nec recognitum, ut requirit regula, nec dubitari debuiſſe de illius facultate, Rota penes Buratt. *deciſ.*833. *in fin.*

Quarè, hac praxi ſic ſtante, perperam contendunt Epiſcopi, qui ea gratia ipſius Datarii, Alternativam ipſam acceptant, non ſervata in omnibus forma dictæ regulæ; ac poſteà, occurrente vacatione beneficii in menſe, vigore prædictæ Alternativæ alternato, ac Papæ reſervato, qui alias ſine illa, eſſet unus ex quatuor menſibus, ordinarius, idem beneficium conferunt, prætextu nullitatis acceptationis, & recognitionis prædictæ gratiæ Alternativæ, quaſi dubitando, an idem Datarius eſſet ad id ſufficienti facultate ſoffultus, toto cœlo proindè aberrantes; prout eveniſſe adnotatum reperio, quod de anno 1616. Epiſcopus Aſculanus ita contulit beneficium, & fuit ſibi reſcriptum a bon. memor. Marco Aurelio Maraldo tunc Dataria Pauli V. quod curaret ſic ab ipſo nulliter proviſum, renunciare poſſeſſioni prædicti beneficii, tanquam Sedi Apoſtolicæ reſervati.

His inſuper accedit, quod ſi ex gratia, poteſt ex forma in dicta regula præſcripta aliquid omitti, eò magis quandoque id admitti debet, quando forma ipſa vix, aut omninò ſervari non poteſt; quandoquidem, clarum ſatis
eſt, quod cauſa neceſſitatis poteſt aliquid de forma omitti, 25
vel immutari, Felin. *in cap. cum dilecta, num. 13. de reſcript.* Cæſar. de Graſſ. *deciſion. 6. num. 8. de præben.* Menoch. *de arbitr. judic. centur. 2. caſu* 82. quia in caſu neceſſitatis multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, ut per Rom. *in l. ſi vero, §. de jure, in 4. fal. ff. ſolut. matrim.*

Undè, cum inter requiſita, tradita per dictam regu-
lam, requiratur, quod Epiſcopus manu propria ſubſcri- 26
bat prædictas literas patentes, ſi tamen ille, propter infirmitatem, vel trementem manum, non poterit ſubſcribere, id nihilominus poterit, adjutus cum aliena manu, ut ex *Peralta*, loquente de Notario, in *rubr. ff. de leg. 2.* ait item Gonz. *gloſ.60. num.*43. ſubdens *num.*2. quod ſi Epiſcopus eſt omninò impeditus infirmitate, vel alia occaſione, ita ut neque cum adjutorio alterius manus ſubſcribere valeat, & minus ſcribere, ſufficit in hoc caſu, quod alius ſubſcribat pro eo, per text. *in l. Divus, ff. de in integr. reſtit. & in l. in ambiguis, §. quoties, ff. de reg. jur. cum ſimil.* & in terminis tenuit Bald. *in rubr. C. de fid. inſtrum.* ubi quod quando pro forma requiritur ſubſcriptio cum propria manu, imminente neceſſitate, tenet ſubſcriptio facta aliena manu.

Et cum de anno 1608. eveniſſet caſus acceptationis hujuſmodi Alternativæ pro parte Epiſcopi Placentini, qui tunc Chyragra affligebatur, ut hujuſmodi litteras, neque cum adjutorio alienæ manus ſubſcribere valeret, pro eo ſubſcripſit ejus Vicarius generalis, cujus ſubſcriptio talis erat, videlicèt, *Honoratus Lameza Vicarius Generalis Placentinus, de mandato Reverendiſſimi Domini mei Fabritii Epiſcopi Placentini, impedimenta Chyragra ſubſcribere nequeuntis.* Quas quidem litteras patentes ego vidi admiſſas per bon. mem. Pompejum Cardinalem Arrigonium, tunc Prodatarium fel. recordat. Pauli V. Rigor enim juris relaxatur, ubi propter impoſſibilitatem ſervari non poteſt, *argum. cap. indemnitatibus, §. penultim. & cap. licèt, de vitanda, in fin. de elect. in 6. l. proximè, ff. de his, quæ in teſtam. delent.* Unde licèt forma dictæ regulæ eſſet aliàs omninò ſervanda, attamen ubi ſervari non poteſt, ſufficit actum facere quoquo modo fieri poteſt, & per conſequens ejus omiſſio non vitiat, Paril. *de reſignat. benefic. lib. 7. quæſt. 5. num.17. 18 & 19.* & in his terminis Gonzal. *dict. gloſ. 60. num.*47. ubi comprobat ex pluribus, prædictam regulam non obligare Epiſcopum ad ſubſcriptionem impoſſibilem: cum impoſſibilium nulla ſit obligatio, *l. impoſſibilium ff. de reg. jur.* unde nedum dicta regula, verùm etiam quævis alia obligatio intelligitur, ut non obliget ad impoſſibile, *l. fin. qui ſatiſd. cog.* Burat. *dec. 5. n.4.*

Denique, ipſe D. Datarius, ſeù alius Officialis Datariæ Apoſtolicæ, ab eo deputatus accuratiſſimè legit, & recognoſcit ſupradictas litteras patentes, an videlicet in illis ſit in reliquis ſervata forma, per dictam regulam tradita, an ſint integræ, ſolidæ, & omni parte perfectæ; non cancellatæ, non abolitæ, non vitiatæ, & abſque aliqua raſura, aut falſi ſuſpicione. Et ad majorem cautelam, licèt in caſu acceptationis hujus Alternativæ, non adſit pars, quæ debeat citari, penes quandoque, ex aliqua cauſa contingere ſolet, conſuevit tamen de mandato ipſius Datarii, examinari ſummariè duos teſtes ſuper recognitione ſubſcriptionis, & ſigilli literarum patentium acceptationis prædictæ Alternativæ, id. Gonz. *gloſ.64. n.6.* Quibus ſic peractis, datur ab eodem Datario fides hujuſmodi recognitionis, tenoris ſequentis, videlicet.

Nos Ægidius Urſinus Vicarius Sanctiſſimi Domini No- 27
ſtri D. Urbani Divina providentia Papæ VIII. Datarius, & utriuſque Signaturæ Referendarius notum facimus omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, qualiter Die, &c. Menſis, &c. Anni, &c. pro parte Reverendiſſimi Domini N. Epiſcopi N. præſentatæ, & recognitæ fuerunt litteræ acceptationis gratiæ Alternativæ menſium, Præſulibus apud Eccleſias, & Diœceſes ſuas vere, & perſonaliter reſidentibus, ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa conceſſæ. In quorum fidem præſentes literas manu noſtra propria ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro muniri fecimus.

Datum Romæ, Die, & Anno ſupradictis.

Ægid. Datarius.

Locus † *Sigilli.*

Con-

Conſimilem formulam habes penes eumdem Gonz. *d. gloſ.64.num.30.*

Si verò id Datarii munus fuerit per Summum Pontificem alicui ex S. Rom. Eccleſ. Cardinalibus demandatum, datur ipſa fides recognitionis, ſimilis tenoris, paucis tantùm mutatis, quæ tamen in ſubſtantia idem continet, ut ſequitur.

Dominicus Tituli S. Sixti Sacræ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Cecchinus nuncupatus, & Sanctiſſimi Domini noſtri D. Innocentii, divina providentia Papæ Decimi Prodatarius notum facimus omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, qualiter pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini N. Epiſcopi N. præſentatæ, & recognitæ fuerunt litteræ acceptationis gratiæ Alternativæ menſium Præſulibus, apud Eccleſias ſuas verè, & perſonaliter reſidentibus, ab eodem SS. D. Noſtro conceſſæ. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præſentes litteras manu propria ſubſcripſimus, ſigillique, quo in talibus utimur, impreſſione muniri fecimus.

Datum Romæ, Die Septimo Menſis N. Anno, &c.

D. Card. Prodatarius.

Locus † Sigilli.

De mandato Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Prodatarii N. pro Secretario.

Hic verò ſe offert occaſio dubitandi, utrum ad hoc, quod Epiſcopus poſſit gaudere effectu Alternativæ, ſtante illius acceptione, necnon recognitione per D. Datarium facta, requiratur ejuſdem acceptationis ſcientia, ut validè conferre poſſit beneficium, quod in ſuo alternato menſe vacavit?

Et negativè reſpondetur, nempè, quod talis ſcientia
28 non eſt neceſſaria, prout neque neceſſarium eſt, ut tantùm temporis effluxerit, quod talis recognitio Alternativæ potuerit ad Epiſcopum veriſimiliter pervenire; ut ex pluribus probat Gonzal. *gloſ. 65. num.*20. ubi, quod ſtatim ad litterarum patentium recognitio ſequuta eſt, incipit uſus Alternativæ. Quod tamen intelligendum, quatenus recognitio non fuerit facta in aliqua parte menſis, qui jam
29 erat Apoſtolicus; nam aliàs, cum fuerit jus quæſitum Papæ in illo menſe, non poterit Ordinarius beneficium tunc vacans, conferre, etiam ſi ſciviſſet acceptionem prædictam fuiſſe recognitam, ut aliàs diximus.

30 Et dicta Alternativa favore reſervationis incipit currere à die acceptationis, ita ut ſi acceptetur in medio menſis, qui ceſſante Alternativa, ſolet eſſe menſis Ordinarii, ſtatim ille menſis deſinit eſſe ordinarius, & efficitur Apoſtolicus, prout fuit dictum in una *Tarentina Canonicatus* impreſſa penes Farinac. *in poſthumis deciſio. 349. numer. 1. tom. 1.* ubi quod ſtante prædicta acceptatione 6. Martii, à dicta die 6. fuit idem menſis effectus Apoſtolicus, & reſervatus; non obſtante, quod ab initio eſſet Ordinarii, ut in una *Segobien. Beneficii 26. Maii 1604. coram Juſto*, & dictum eſt ſupra.

Porrò, ſunt adamuſſim, quæ in prædicta regula de Alternativa continentur, obſervanda; proindèque permaximè advertendum eſt, ne quicquam contra illius formam omittatur, poſtquam ea fuerit acceptata, & recognita, ut ſupra: ne fortaſſe Epiſcopus, ea abutendo, delinquat; ſi videlicet in beneficiorum reſervatorum collatione ſe ingerat, juxtà tritam regulam, quod qui permiſſa ſibi abutitur
31 poteſtate, meretur privilegium amittere, *l. nullos, & l. Judæos C. de Jud.* Surd. *dec.307.n.9.* Lotter. *de re benef. lib.2. quæſtio. 41. num.33.*

Quæ quidem concluſio ita ampliatur, & Primò ut pro-
32 cedat non ſolum quando Epiſcopus abuſus fuit Alternativa, conferendo beneficia vacantia in menſibus reſervatis, verùm etiam ſi ſe intromiſerit in proviſione quorumcumque beneficiorum, aliàs, quam ex prædicta regula reſervatorum, vel affectorum; aut quominus proviſiones Apoſtolicæ debitum conſequantur effectum, impedimentum præſtiterit; prout in prædicta regula declaratur, ibi, *ſeu etiam aliorum, diſpoſitioni ſuæ, &c. aut quominus proviſiones, & gratiæ Sanctitatis Suæ de illis, debitum effectum conſequantur, &c.*

Secundò, ut ob hujuſmodi abuſum, nulla ſit neceſſaria
33 ſententia privationis, ſed ipſo jure, ſtatim poſt contraventionem, inducitur privatio Alternativæ, propter verba ejuſdem regulæ, ibi, *uſu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipſo privati exiſtant*; undè cum privatio fiat à lege ipſo ju- 34
re, non requiritur aliquando hominis miniſterium: quia ob contraventionem lex eſt, quæ revocat, ad not. per DD. in *cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut.* non homo, Creſcent. *dec.13. incip. privilegium Alternativæ, num.3. ſub tit. de privileg.* quinimmò, etiam illa ſola verba, *privati exiſtant*, in eadem regula appoſita, operantur, ut Epiſcopus contraveniendo, abſque aliqua privationis ſententia, remaneat privatus, glo. *in verb. privatus, in l. ſi quis major. C. de tranſact.* Garc. *p.5.c.5.num.746.*

Quinimmò, nedum privatus ipſo facto remanet Epiſcopus jure conferendi ſtatim, quod contravenit, in ſex menſibus vigore Alternativæ, ſed etiam quaſi poſſeſſione conferendi, ut amplius dicta quaſi poſſeſſione uti non valeat, idem Gonzal. *d. gloſ.56. num.37. cum plurib. ſeqq.* ubi, quod illud verbum, *uſu*, poſitum in regula, nil aliud ſignificat, niſi quaſi poſſeſſionem, per Bartol. *in l. de quibus, num.10. ff. de legibus*, Butr. *in cap. cum conſuetudinis, nu. 2. de conſuetud.*

Et licèt id intelligendum eſſet, Papa volente, & declarante, & quod taciturnitas Papæ conſervare videatur in ſuo uſu, & quaſi poſſeſſione conferendi vigore Alternativæ.

Nihilominus contrarium verius eſt: nam prædicta pœna ſimpliciter incurritur, abſque alia Papæ declaratione; cum jam id fuerit per dictam regulam declaratum; dum voluit, quod eo ipſo, quod Epiſcopus contravenit, ſit Alternativæ beneficio privatus: quod ſufficit pro clara, & expreſſa declaratione. Præſertim verò, quia, ut ait idem Gonzal. *loco cit. num.120.* numquam viſum eſt, nec auditum, talem denunciationem, ſeù declarationem, aliter factam fuiſſe, quàm per ſupradictam regulam: niſi tamen ipſe Epiſcopus, qui amiſit dictam Alternativam per contraventionem, & violationem, eam iterum habere vellet; tunc enim debet recurrere ad Papam, narrando qualiter cum haberet Alternativam acceptatam, eam amiſit per contraventionem, ac propterea petit eam iterum ſibi concedi ex gratia ſpeciali, ita Garc. *d. par.5. cap. 1. numer. 571.*

Et tunc taliter proviſis datur nova proviſio, ſi ita Papæ placuerit cum annullatione poſſeſſoris captæ, attento decreto irritante in *d. reg. 9.* quod inficit titulum, & poſſeſſionem: adeò ut ſupradicti ſic nulliter poſſidentes non poſſint uti aliquo ex remediis poſſeſſoriis, nec etiam ſummariiſſimo manutentionis, in quo ſolent exceptiones admitti, Rotæ *dec.2. de reſtit. ſpol. & dec. 11. & 12. de cauſ. poſſeſ. & propr. in antiq.*

Et ex ſimilibus reſcriptis beneficialibus in ipſa Dataria Apoſtolica, quæ ſuper prædictis novis proviſionibus conceduntur, tum in ſupplicationibus, tum etiam in litteris, quæ ſuper illis expediuntur, quælibet reſervatio cum decreto irritante, nulla diſtinctione adjecta, an ſit in corpore juris clauſa, an notoria, vel non, afficit indiſtinctè poſſeſſionem, adeò, quod quis reſtituendus non veniat, Bellam. *deciſ. 535.* Rebuſ. *in prax. tit. de reſervat. tam generali, quam ſpeciali.* Menoch. *de recuperan. remed. 16. quæſt.35. num.443. cum plurib. ſeqq.* Mohed. *dec.15. num. 1. de cauſ. poſſ. & propr. & dec. 13. num.2. de reſtit. ſpol.* Caputaq. *dec. 324. par.1. num.2. & alii*, Gonzal. *gloſ.31. num.7. qui num.9.* probat idem dicendum eſſe de beneficiis vacantibus in menſibus Martii, & Septembris, ſtante acceptatione Alternativæ, per quam ex menſibus Ordinariis efficiuntur Apoſtolici, ut ſupra dictum eſt; namque hujuſmodi decretum æqualiter comprehendit hic hanc reſervationem, cauſatam ex dictis duobus menſibus ratione dictæ Alternativæ acceptatæ: & eo ipſo, quod conſtet de acceptatione, & vacatione in aliquo ex dictis menſibus, reſervatio inficit poſſeſſionem.

Hinc eſt, quod licèt ipſum decretum irritans, ex ſui natura inficiat titulum, & poſſeſſionem, ex ſupradictis, & aliis juribus, & ſic prætenſo poſſeſſori nullum competat remedium poſſeſſorium; cum talis poſſeſſio careat omni juris adminiculo, & fomento, Felin. *in cap. noſtra, n.12. de reſcrip.* Mohed. *d. n.1.* Lancellot. *de attent. par.3. c.24. q.9. nu.5. cum plur. ſeqq.*

Nihilominus verò, pro potiori præmiſſorum cautela, ac ne de nullitate poſſeſſionis aliquo modo dubitari contingat, non ignoramus, ſtylum eſſe introductum in Dataria Apoſtolica à tempore Clementis VIII. felic. record. ut in ſimili-

bus

bus proviſionibus beneficiorum, in calce ſupplicationis, ac ſubinde in litteris adiicitur tale decretum, videlicet. *Et cum decreto, quod Orator teneatur coram Notario, & teſtibus declarare, ſe deinceps poſſidere vigore hujus novæ proviſionis ſibi factæ, tanquam de beneficio libero, non autem vigore præſentationis, & inſtitutionis, & propterea ſe omnino mutare cauſam poſſeſſionis*, vel aliud ſimile decretum, juxtà facti, ac reſervationis contingentiam; quod quidem decretum fuit primò appoſitum in ſimili ſupplicatione ſuper nova proviſione, propria manu ipſius Clementis, qui etiam in rebus Datariæ erat ante illius Pontificatum, apprimè verſatus, cum fuiſſet Datarius Sixti V. & ab inde citrà, nunquam in ſimilibus proviſionibus beneficiorum, omittitur per Dominos Officiales Datariæ Apoſtolicæ.

Præterea; licèt ex ſuperius dictis, ſatis appareat, non requiri ſpecialem declarationem incurſus pœnæ ob contraventionem prædictæ Alternativæ, attamen negari non poteſt, quin collationes factæ contra formam ſupradictæ regulæ, aut quovis alio modo, fuerint quandoque per Summum Pontificem invalidæ, & irritæ declaratæ; Nam aliàs tempore Pontificatus fel. recordat. Gregorii XIII. cum quidam Chriſtophorus Archiepiſcopus Iſpalen. eidem Gregorio narraſſet, quod ipſe, defunctis quibuſdam ſuis conſanguineis, ut illorum res domeſticas, & familiares componere poſſet, neceſſe habebat, ut per aliquod tempus è ſua Eccleſia diſcederet, idem Gregorius eidem Chriſtophoro, ut præter abſentiæ tempus à Concilio Tridentino permiſſum, ſex menſes ſive continuos, ſive interruptos, arbitrio ſuo, ab Eccleſia Iſpalen. cui tunc præerat, ejuſque Diœceſi univerſa abeſſe, ac interim gratia Alternativæ menſium Epiſcopis apud Eccleſias, & Diœceſes ſuas reſidentibus conceſſa, & qua eo uſque uſus fuerat, uti valeret, indulſit; prout in litteris deſuper in forma Brevis ſub *Dat. 28. Martii 1573. Pontificatus ſui Anno Secundo*, continetur. Quarum quidem litterarum obtentu, ſicut idem Gregorio acceperat, ipſe Chriſtophorus Archiepiſcopus, etiam per ſuos Vicarios contulit Dignitates, præbendas, beneficia, & officia Eccleſiaſtica, etiam in menſibus reſervatis, necnon ultra tempus dictæ abſentiæ conceſſum, quam in longitudinem annorum captioſè diſtulit; ac proindè licentiam ipſam pio, & honeſto velamine extortam, ſubrepticiam judicavit; cum non eo animo illam impetraſſet, ut dicta negotia explicaret, quæ infra dictum ſibi conceſſum tempus explicare potuiſſet; & dicta licentia ita ſibi conceſſa exiſtit, ut ſi quando alias veniret uſus abeundi illo pro ſuo libito uteretur. Proinde ipſe Gregorius ad evitandas lites, quæ ſuper collationibus, ut præfertur factis, potuiſſent exoriri inter proviſos Ordinarios, ac proviſos Apoſtolicos de eiſdem beneficiis, declaravit, omnes, & quaſcumque diſpoſitiones, ſive ab ipſo Chriſtophoro Archiepiſcopo, ſive à Vicariis ſuis ab egreſſu ſuo è Diœceſi Iſpalen. prætextu gratiæ Alternativæ, quomodolibet factas Dignitatibus, præbendis, beneficiis, & officiis prædictis, quæ inde ad obitum dicti Archiepiſcopi, qui in itinere obiit evacaverunt, litteraſque deſuper confectas, proceſſuſque habitos cum inde ſequutis omnibus vires, & effectum non habere. Sicque in omnibus cauſis, tunc pendentibus forſan, & futuris per quoſcumque Judices, &c. ac irritum, & ſub *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Junii M. D. L X X X I. Pontificatus ſui Anno Decimo*.

Porrò ex his habetur, quod licet Papa potuiſſet declarare prædictum Archiepiſcopum privatum uſu gratiæ Alternativæ nihilominus, ex eo quod ille obierat, irritavit tantummodo collationes, ut ſupra factas; quod videtur ſatis ſuperque ſufficere pro hujuſmodi contraventionis declaratione.

Illud tamen eſt circa hanc noſtram praxim, advertendum, quod ſi Epiſcopus habuerit juſtam, ſeù coloratam cauſam providendi de beneficiis reſervatis, quod contingere poteſt, ſicut non ſemel contigiſſe ſcimus, nempè quando quis per cujus obitum vacavit beneficium, decederet in partibus longinquis, & Ordinarius veriſimiliter crederet, quod deceſſit in ſuo menſe, quia de hoc aderat fama, cum re vera vacatio non contigerit, niſi in menſe Apoſtolico, &
35 reſervato, tunc enim Epiſcopus excuſatur à pœna contraventionis prædictæ.

Ad hanc quoque praxim reducitur illud, quod dicit Garc. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 527.* nempè, quid juris, quando vacat beneficium circa mediam noctem ultimi diei menſis, ita ut minimè conſtare poſſit, an fuerit finitus unus menſis, & alius cæptus, & ſic an vacaverit in menſe Apoſtolico, an verò in menſe Ordinario, vel quando beneficium vacat per obitum illius, cujus mors ignoratur, in 36
quo die, & menſe fuerit, an in Ordinario, an in Apoſtolico; veluti cum quis invenitur mortuus in fluvio, puteo, aut in deſerto, & neſcitur quo die, & menſe obiit; cum nemo illum viderit mori; vel mane, prima Januarii repertus eſt mortuus in lecto, & neſcitur, an obierit poſt mediam noctem, an verò ante: ac proindè, an beneficium cenſeatur vacaſſe in menſe Ordinario, an Apoſtolico, ut indè ipſe Ordinarius illud conferendo, cenſeatur contraveniſſe gratiæ Alternativæ, & hic comprobat idem Garc. *loc. cit.* quod ſi facta diligentia, & indagatione, ſciri non poteſt, in quo menſe beneficium vacaverit, Epiſcopus hoc caſu, antequam provideat de beneficio vacante, inquirere debet in quo menſe illud vacaverit, ut ſciat, an verò ad Papam illius collatio ſpectet: aliàs enim præmiſſa non adhibita diligentia, malè faceret; quia ſi fortè vacaſſet in menſe Apoſtolico violaret alternativam; ſicut etiam ſi id contingeret ex mala computatione temporis, quo vacavit beneficium veluti, quia beneficiatus obiit ultima menſis Julii, circa mediam horam noctis, & Epiſcopus die prima Auguſti ſequentis de illo beneficio providit, ut in caſu deciſionis in una *Piſtorien. Alternativæ 16. Octobris 1558. coram Quiroga*; in qua fuit reſolutum, quod cum beneficiatus obiiſſet circa mediam horam noctis ultimæ diei Julii, dicebatur obiiſſe in menſe Julio: quia totum illud tempus, quod eſt ante dimidiam noctem, attribuitur dicto diei ultimo, ad *l. more* Romano, & ibi Jaſon. & alios allegatos, *num. 14. ff. de ſerv. & cap. 1. & 2. extra eodem tit.* quia quod à veſpera in veſperam Sabbata ſanctificantur, intelligitur quoad feſtivitatem Sanctorum, non autem, quod à veſpera diei incipiat currere menſis. In qua deciſione, licèt pro Epiſcopo fuerit adductum, quod ille veniret excuſandus, non autem privandus gratia alternativæ ex illa unica collatione, nihilominus fuit dictum, quod etiã per dictam unicam collationem, Epiſcopus perdiderat alternativam: quia non fuit illius formæ ſatisfactum; ac proinde etiam illa modica contraventio ſufficit pro amiſſione prædictæ alternativæ, quam deciſionem affert idem Garc. *d. p. 5. cap. 1. n. 739.*

Verùm tamen eſt, quod in caſu dubio, quando, ulmirum, per Epiſcopum adhibita diligentia, conſtare non poteſt, in quo menſe obierit beneficiatus, tunc viderur, ipſum Epiſcopum illum beneficium ſic vacans, conferre poſſe: nam in caſu dubii, præſumendum eſt pro Epiſcopo; quia ad eum ſpectat proviſio omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis de jure communi, in quolibet menſem vacantium: cum Epiſcopi in cõferendis beneficiis fundatam habeant intentionem, juxtà text. *in cap. omnes baſilica, cap. nullus, 16. quæſt. 7. cap. cum ex injuncto, in fin. de hæred.* Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 1. quæſt. 10. num. 49.* Bellam. *deciſio. 17. num. 3.* Put. *deciſ. 492. num. 3. lib. 2.* Caputaqu. *deciſ. 214. num. 5. par. 2. & 307. lib. 1.* licèt eorum poteſtas conferendi ſit coarctata per reſervationes. Quare in prædicto caſu dubio, adhibita per eum diligentia, ut præfertur, nec conſtando de tempore, & ſic de reſervatione, prædicto jure privari non debet: cum illa interpretatio ſit favorabilis, per quam fit reditus ad jus commune, *l. ſi unus, §. pactus ne peteret ff. de pact.* & ibi Jaſon. *n. 6.* & in dubio, facienda eſt interpretatio pro non reſervatione: cum ſit favendum ordinariæ collationi, & juriſdictioni, quæ eſt favorabilis, Gonz. *gloſ. 43. n. 153. & gloſ. 56. nu. 130.* ubi ait Epiſcopum, ne illa privationis pœnam incurrat, ob contraventionem Alternativæ, excuſari, etiam poſſe, ſi nimirum articulus erat intricatus, & valdè dubius, utrum tale beneficium eſſet liberæ collationis, vel non.

Aut ſi contingat, beneficium vacare per obitum beneficiati, de cujus tempore non ita prorſus notitia haberi po- 37
teſt, veluti ſi obitus hujuſmodi contingat in mari, ut reperio eveniſſe tempore bon. me. Annibalis de Capua tunc Archiepiſcopi Neapolitani, quo vacavit ſine cura Eccleſiæ S. Euphemiæ per obitum qu. Tryphonis de Avena, qui prope Lyburnium miſerrimè cum ſeptem aliis, & parva navi, fregata nuncupata, ſubmerſus eſt: unde ipſe Ordinarius, probato per famam, quod in ſuo menſe caſus hujuſmodi obitus evenerat, prædictam Eccleſiam cuidam ſuo familiari contulit, innixus *dec. Rot. in una Pampilonen. Beneficii*,

quæ

quæſt 53. par. 2. diverſ. ubi quod licèt ad effectum reſervationis provenientis ex vacatione beneficii in menſe Apoſtolico obitus ſit plenè, & concludenter probandus, nec ſufficiat ſemiplena probatio per famam; quia agitur de præjudicio Ordinarii, ut per Put. *dec.* 266. tamen ſi obitus contigerit in mari, probatio per famam ſatis erit; quia in his, quæ ſunt difficilis probationis, fama ſola plenam facit probationem, ut poſt Butr. *in cap. tranſmiſſæ num.* 10. *verſic. quandoque, qui fil. ſint leg. & in cap. veniens, il* 1. *ſub num.* 10. *de teſtam.* Dec. *in cap.* 1. *num.* 16. *in* 5. *caſu, de appellat.* Jaſon. *in l. cum ea, num.* 6. *de tranſact.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.* 39. *caſu* 89. *num.* 88. & mors in mari contingens, non videtur poſſe negari, quin ſit difficilis probationis, quæ etiam per eos, qui non interfuerunt, probari poteſt, per text. *in l. quoties, Cod. de naufrag. lib.* 12. tradit Ang. *in l.* 2. §. *ſi dubitetur, num.* 4. & ibi Imol. *nu.* 12. *poſt med. ff. quem adm. teſtam. aper.* idem Ang. *in l. ſi quidem, numer.* 3. *verſ. ſi vero mors, Cod. ſolut. matrim.* Luc. de Pen. *in d. l. quoties, prope fin.* Boer. *dec.* 288. *colum.* 3. *verſic. & idem ſi agatur de morte*; & certum eſt, mortem in navi ac mari ſubmerſa, evenientem, difficilis eſſe probationis, & propterea admitti leves probationes, quę alias non ſufficerent, volunt Corn. *conſ.* 204. *num.* 4. *lib.* 3. per not. per DD. *in dict.* §. *ſi dubitetur, & in d. l. ſi quidem.* Et quod ita dixerunt Domini in *d. Pampilonen Beneficii*, in qua plures teſtes obitum ultimi poſſeſſoris d. beneficii, defuncti, de menſe Novembris in mari, ob naufragium navis, in qua reperiebatur, per publicam vocem, & famam optunè probabant.

Præterea immunis à culpa erit Epiſcopus, quando habet juſtam ignorantiæ cauſam nempè, an beneficiatus
38 mortuus, eſſet Officialis Cancellariæ, vel familiaris Papæ, aut alicujus Cardinalis, per cujus vacationem inducitur reſervatio; namque in ſimilibus caſibus, Epiſcopus conferens beneficio reſervatum, habet juſtam cauſam excuſationis à pœna reſervatoriæ; quia ignorantia facti, ſemper excuſat a culpa, & conſequenter à pœna: nam licet Ordinarius teneatur indagere, an beneficium vacaus eſſet reſervatum, ſicut ſupra dictum eſt, tamen, quando talis indagatio erit difficilis, non tenetur quis indagare, niſi ea, quæ de facili ſciri poſſunt, ad not. per DD *in leg. quandiu, Cod. qui admitt.* & ita fuit tentum in una *Abulen. Beneficii de Villatoro coram Puteo dec.* 551. ubi quod ſi beneficium erat reſervatum, quia mortuus erat Acholytus non de participantibus; eo quia non incedebat in habitu, quod erat probabilis ignorantia talis reſervationis; & proptereà id Epiſcopus, qui contulit, non tenebatur ad indagandum.

Prout paſſim videmus, Epiſcopos conferre licèt de facto in ſuis menſibus beneficia Notariorum Sedis Apoſtolicæ, qui vulgò Prothonotarii honorarii nuncupantur; ex eo quod non ſemper poſſunt ii habere notitiam eorundem: quia non ſolent incedere in habitu; undè ſi hoc modo eorumdem beneficia conferant, non propterea videntur delinquere, tanquam conferentes beneficia reſervata per *Extravag. ad regimen, de præb.* & per primam regulam Cancellariæ inoovatoriam ejuſdem *Extravag.* & aliam regulam de Alternativa menſium. Ac proinde ſæpè videmus ſuper proviſionibus ab Ordinario de beneficiis prædictis peti tantummodo novas proviſiones Apoſtolicas, nec Epiſcopus, qui ita contulit, ſtante veriſimili ignorantia reſervationis, alicui pœnæ noſcitur ſubjacere, à qua quælibet cauſa poteſt excuſare, ut per gloſ. *in cap. cum venerabilis, de conſuet. igitur,* §. *poteſt ff. de liberali cauſa,* idem Gonzal. *d. gloſ.* 56. *num.* 133. quamvis ſic nulliter antea proviſus teneatur renunciare poſſeſſioni, ut aliàs diximus.

Ex quibus patet, quod ſi Epiſcopus habuerit juſtam cauſã ignorantiæ, vel excuſationis, non incurret dictam pœnam amiſſionis Alternativæ: tamen ſi poſtquam certificatus fuerit de reſervatione, & qualiter nullatenus providere poterat; vel ſi idem Epiſcopus proſequatur ad ulteriorem effectum ſitæ proviſionis, veluti immittendo in poſſeſſionem ab eo, de facto proviſum, vel ſi fuerat ante ſcientiam immiſſus, non curaverit quantum in ſe fuerit, intruſum à tali proviſione removere, ut poſſeſſio vacua remaneat, proviſus Apoſtolicus in illa capienda, impedimẽtum non habeat, certum eſt, quod in tali caſu facilius intrat Alternativæ privatio; cum Epiſcopos à culpa, ſeù dolo excuſare non valeat; hoc etenim expreſsè probatur *in c. ſi beneficia, de præb. in* 6.

Nec tamen totum id reſtringitur tantummodò ad pœnam, propter Epiſcopi abuſum Alternativæ, ſed extenditur ad caſus cujuſcumque beneficiorum reſervationis, de quibus, non obſtante hujuſmodi reſervatione, ipſe Ordinarius ſcienter provideret: præſertim verò, quando collatio beneficii fuerit facta per Papam, tanquam de ſibi re- 39
ſervato: quia reſervato afficit manus Ordinarii collatoris, etiam ignorantis talem reſervationem: adeò quod collatio poſtmodum in contrarium facta non valet, ita Franc. ultra alios DD. *in d. cap. ſi beneficia, num.* 1. quod tamen ibi id intelligi ait de collatione valida Papæ, aliàs verò ſecùs dicendum eſſet: verba autem prædicti text. quem pluries in facti contingentia vidimus practicari, hæ ſunt, videlicèt.

Si beneficia, quæ per Sedem Apoſtolicam conferuntur, aut decreto interpoſito reſervantur, interdum contingat ab iis, ad quos alias pertinet collatio eorundem, aliquibus hujuſmodi collationem, ſeu reſervationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia, quæ illi tenebant antea, & poſt prædictorum adeptionem dimiſſa per eos, aliis aſſignari, ne talis ignorantia eis, cum ſint ſine culpa, præjudicialis exiſtat, ſtatuimus, ut ſi ipſi de collatione, ſeu reſervatione prædicta poſtea certiores effecti, ſublata difficultate quacumque, omnino dimiſerit beneficia ſic ſibi de facto collata, ad beneficia ſua priora, collatione quibuſcumque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante, liberè revertantur. Alioquin redeundi ad ea, ſi difficultatem adhibuerunt in aliis dimittendis, ſit ipſis penitus interdicta facultas. Eumdem quoque modum in demittendo recepta, & recuperando dimiſſa quoad omnes alios, qui forſan occaſione prædicta, ſua dimiſerint beneficia, & dimiſſa per alios fuerint aſſequuti, per omnia decernimus obſervandum.

Et in terminis *dict. cap. ſi beneficia,* fuit aliàs per Rota deciſum in una *Dertoſen. Parochialis* 12. *Februarii* 1693. *coram Penia*, ubi dato, quod ex concurſu, & approbatione Ordinarii ad Parochialem reſervatam, de qua reſervatione juſta adeſſet ignorantia, aliquod jus conſiderabile proviſo competere potuiſſet, illud amiſerat, ex quo habita notitia reſervationis, non dimiſerat liberè poſſeſſionem prædictæ Parochialis Eccleſiæ reſervatæ, juxtà diſpoſitionem ſupradicti, *c. ſi beneficia*, ut refert idem Gonz. *gloſ.* 56. *num.* 143.

Prout in ſimili dicitur de eo, qui malè optavit præbendam, ſeù beneficium pinguius, qui ſi fuit in culpa, malè optando, non poteſt redire ad primam præbendam, ſeù beneficium jam dimiſſum: veluti quia ſciebat, vel ſcire debebat, non eſſe locum optioni, obſtante reſervatione: vel poſtquam ſcivit, perſeveravit in poſſeſſione beneficii malè optati, nec illud dimiſit. Si autem non fuit in culpa, quia habebat juſtam cauſam ignorantiæ, & cum primum certus factus fuerit de mala opinione, dimiſit beneficium malè optatum, tunc quidem poterit ad primum redire, ex eodem text. in *cap. ſi beneficia,* Calder. *conſ.* 6. *de conſuet.* Roman. *conſ.* 329. & alii quos refert Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 450.

Nec multum temporis effluxit, quod vacante Canonicatu Diaconali hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitan. ille cum ejus præbenda per bon. me. Cardinalem Boncompagnum ejuſdem Eccleſiæ Præſulem, vigore indulti Apoſtolici ſibi conceſſi, ſive ſua ordinaria authoritate collatus fuit uni ex Canonicis prædictæ Eccleſiæ, poſſeſſione, ſervatis aliàs ſervandis, ſubſequuta. Verùm cum Summus Pontifex alteri illum contuliſſet, ex eo, quod eſſet Sedi Apoſtolicæ, duplici capite reſervatus; nec proptereà poterat idem Cardinalis, neque vigore ſui indulti, quod non ſe extendit ad beneficia, duplici reſervatione reſervata, prout ſuo loco dicemus: proindè taliter ab eodem Cardinale proviſus, ſtatim habita notitia collationis Apoſtolicæ alteri factæ, prædictum Canonicatum dimiſit, & ad ſuum priorem Canonicatum, quem antea obtinebat, liberè redijt, ſervata adamuſſim forma prædicti, *cap. ſi beneficia,* namque per hunc text. tenuit Io. Andr. ibi, quod volens redire ad primum beneficium, dimiſſo ſecundo, non poterit inferri quæſtio ſuper tali beneficio, vel ejus titulo, ſcilicet, quod injuſtè, vel ſine canonico titulo illud tennerit, & ſic non poteſt ille, qui de primo Canonicatu, ſeù beneficio fuerit proviſus, aliquo modo contradicere: quod ſatis patet ex ſupradicto textu, ibi, *ad beneficia ſua priora liberè revertantur*, namque id importat illa dictio, *liberè*, videlicet, non vocato adverſario, *cap.* 1. *ante fin.*

& ibi

& ibi gloſ. *verbo*, *liberè*, & abſque aliqua licentia, ac ſine aliqua requiſitione, ſeù vocatione, *cap. de multa*, & ibi Abb. *num. 3. de præb.* necnon ſine aliqua ſententia, *cap. de illis*, *de ſponſal.* & declarat id. Franc. *in d. cap. ſi beneficia*, *ſub num. 4.* ubi quod ex vi hujus decretalis, poterit ad dimiſſum beneficium propria authoritate redire, cum quaſi juris fictione, ab illo primo beneficio non videatur diverſiſſe, ſive illud beneficium dimiſiſſe, ex juribus ibi allegatis. Quando verò quis regreditor ad primum beneficium, utique poterit vigore *d. cap. ſi beneficia*, uti remediis retinendæ, ſeù recuperandæ, ex eo quod numquam primam poſſeſſionem amiſit, ſed ſemper illam in animo conſervavit; ita ut contra illum non concedatur alteri dictum remedium poſſeſſorium, Rebuf. *in titul. de pacif. poſſeſſ. num. 143. & num. 190.* Gonz. *gloſ. 56. ſub numer. 146.*

Benè tamen notanda eſt diſtinctio, quam idem Franch. *loc. citat.* adducit, nempè, quod ſi primum beneficium dimiſſum non erat per aliquam o[illegible] patum, ſed de jure, & de facto vacabat, tunc procedunt dicta per Archidiac. *in d. cap. ſi beneficia*, nempè quod juris fictione, non videtur ab eodem beneficio diver[illegible]ſe, ſi verò erat occupatum per alium procedit opinio ipſius Joan. Andr. *in eodem cap.* quia, licèt non ſit privatus illo beneficio per ſententiam juris, vel hom[illegible], ſed habeat jus in eo, nihilominus non poterit propria au[illegible]oritate occupare, ut in ſimili not. per Innoc. *in cap. transmiſſa*, *de elect. & in cap. ex parte*, *de arbitr.*

Præmiſſa tamen, in propoſito contraventionis Alternativæ, ita demum declarantur, ut Epiſcopus ſic contravenien-
40 do non privetur ſuis quatuor menſibus ordinariis, videlicet, Martii, Junii, Septembris, & Decembris, ad quos ſtatim Epiſcopus reſtituitur; & etiam Papa ad ſuos octo menſes, prout prius ante acceptationem Alternativæ, ut per Gonz. *d. gloſ. 56. num. 147.*

Nec tamen, ſaltem pro hac noſtra praxi, omittendum putavi, effectu, ac uſu hujuſmodi gratiæ Alternativæ, ita
41 demum poſſe Epiſcopum gaudere, quatenus videlicet, ille verè, ac perſonaliter, penes ſuam Eccleſiam, ſeù Diœceſim reſideat, ut ex contextu ejuſdem regulæ ſatis apertè patet, ibi, *quamvis apud Eccleſias, aut Diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint dumtaxat*; quæ quidem verba antea non adjiciebantur in prædicta regula; in qua tantommodò dicebatur, quod quotieſcunque, & quamdiù apud eorum Eccleſias, ſeu in eorum Diœceſi reſederint dumtaxat; prætereà addebantur, *omnibus Patriarchis*, *Archiepiſcopis*, *& Epiſcopis apud ſuas Eccleſias, & Diœceſes, juxtà Concilii Tridentini diſpoſitionem*, *reſidentibus dumtaxat, &c.* ex quibus quidem verbis, ſic in prædicta priori regula adjectis, poterant Epiſcopi gaudere gratia Alternativæ, etiam in illis tribus menſibus, quibus ab eodem Concilio Trident. *ſeſſ. 23. c. 1.* poſſunt abeſſe, eodem modo, ac ſi perſonaliter reſediſſent.

At verò, hodie aliter dicendum eſt; nam licet aliàs in dubium revocatum fuiſſet, an videlicet, Epiſcopus abſens ex cauſa à Concilio Tridentino approbata, fruatur alternativa, quàm Sanctiſſimus conceſſit perſonaliter, dumtaxat reſidentibus, cum vacaſſet ſimplex beneficium in Parochiali Eccleſia Beatæ Mariæ de Caſtillo, & Epiſcopus à ſua Diœceſi abeſſet, Sebaſtianus Gonzalez illud à Sanctiſſimo impetravit. Verùm, Epiſcopus habita notitia vacationis, idem beneficium alteri contulit. Quærebat proviſus à Sanctiſſimo, An collatio Epiſcopi abſentis eſſet valida, eo prætextu, quòd ſi illis tribus menſibus, quibus per Concilium licèt abeſſe habeatur pro præſente, & gaudeant beneficio Alternativæ. Congregatio cenſuit, Epiſcopum illis tribus menſibus abſentem haberi pro præſente.

At verò prædicta declaratione non obſtante, poſtmodum declaravit Summus Pontifex, audita relatione Sacræ Congregationis, ſe intelligere, ut non fruatur Epiſcopus Al-
42 ternativa, quando abeſt, etiam ex cauſa à Concilio approbata, idque ad tollendas lites, quæ oriri poſſent ſuper hoc articulo, quæ cauſa ſit approbata, vel ne. Et ita hodie inconcuſsè ſervatur, Barboſ. *de poteſtate Epiſcop. allegat. 53. numer 30.* ex Garc. *de benefic. in addit. ad parte 5. capit. primo num. 463.* ubi ſupradictæ declarationes referuntur.

Sicut neque ſuſtineri poſſe videtur, quòd tradit Leo *in theſ. fori Eccleſ. par. 2. cap. 3. nu. 9.* nempè, quòd ſi Epiſcopus, ſanitatis recuperandæ, vel amicum, aut conſanguineum inviſendi cauſa, vel pro ſuæ Eccleſiæ, aut Cleri negotiis, per aliquos dies abeſſe contingeret, redeundo ad ſuam reſidentiam, poterat beneficia vacata in ejus abſentia, per alternativam conferre.

Nam nihilominus contrarium eſt dicendum ut clarè patet ex dicta regula, ſecundum quam oportet Epiſcopum verè, & realiter, omni fictione prorſus remota, reſidere, ut ſupra jam diximus, hoc procedere certum eſt, ſi ipſe Epiſcopus ſit paratus ingredi ſuam Diœceſim, cui nihilominus impeditur ingreſſus, quicquid dixerit Gonzàl. *gloſ. 43. quæſt. 9. num. 200.* etiam ſi idem Epiſcopus omni conatu ſatageret auferre impedimentum, quòd ſolùm poterat ſibi locum vendicare, quando in dicta regula non erat appoſitum illud verbum, *vere*, ut mox dicetur.

Cum igitur, ad effectum gaudendi gratia Alternativæ, requiratur vera; & realis reſidentia, neque ſufficiat reſidentia per fictionem, veluti ſi Epiſcopus eſſet à ſua 43
Eccleſia abſens pro utilitate, aut neceſſitate dictæ Eccleſiæ, vel etiam Reipublicæ, aut alia legitima cauſa abſentiæ, ut in Concilio Univerſali, vel in aliquo negotio, etiam ex mandato Summi Pontificis: quicquid dicendum eſſet antequàm in dicta regula adjiceretur illa dictio, *verè*, quæ adjecta eſt ad excludendam fictam, & interpretativam reſidentiam, ſcimus nunc, ut docet nos Romanæ Curiæ uſus, ut ſi quando Epiſcopus eſſet a ſua Eccleſia, etiam abfuturus ex aliqua urgentiſſima, ac Summo Pontifici benevisa cauſa, petatque ſibi concedi ſuæ Alternativæ uſum etiam durante prædicta abſentia, id ſibi, non aliàs indulgeri conſuevit, quàm ut ſuperius.

Dicit enim [illegible]is *Sacra Congregatio Concilii 6. Iunii 1573.* cenſuerit, [illegible]copos abſentes ex cauſa Reipublicæ gaudere beneficio Alternativæ: ex eo quòd abſens ex cauſa juſta, abeſſe non dicitur, text. *in cap. ex parte 2. de cleric. non reſid. cap. un. eodem titul. lib. 6.* gloſſ. *in cap. de cætero*, *extrà eodem titul.* Card. *in Clement. ut ii*, *de ætat. & qualit. & alii relati* per Patiſ. *de reſignat. benefic. lib. primo*, *quæſt. 10. num. 58. & ſequens.* aliter hodie dicendum eſt propter prædictam dictionem, *verè*, prout aliàs ipſa *Sacra Congregatio* cenſuit: ita quòd, cum quidam Epiſcopus Hiſpaniæ abeſſet à propria Diœceſi pro exercitio ſui officii Inquiſitoris generalis in Curia inviçtiſſimi Hiſpaniarum Regis, ubi generalis Inquiſitor cum ſuo Tribunali reſidere ſolet, & inſtanter ſupplicaret fel. record. Clementi Papæ VIII. quatenus illi concederet Indultum ſpeciale, ut poſſet gaudere beneficio Alternativæ, quamvis non reſideret in propria Diœceſi, attenta dicta cauſa in favorem fidei, & Reipublicæ reſultante nunquàm tamen dictum indultum obtinere potuit.

Proindeque dicitur in una *Elnenſ. Beneficii Sancti Salvatoris 11. Novembris 1602. coram Penia* impreſſa penes March. *de commiſſ. par. 1. fol. 351. num. 4.* quod non obſtabat prætenſio Petri ab Ordinario proviſi, quòd Epiſcopus gauderet Alternativa: quia reſpondebatur, quòd cum Epiſcopus Elnenſ. exerceret in Regno Portugalliæ officium generalis Inquiſitionis, cujus rationes ſolebat, & tenebatur reſidere in Civitate Ulixbonenſ. ubi erat conſtitutum id tribunal, licèt aliquando ſoleret accedere ad ſuum Epiſcopatum, & in eo reſidere, cum illa reſidentia non eſſet omnimoda, & deliberata, ſed animo recedendi, & revertendi ad Tribunal Officii generalis Inquiſitionis, non gaudebat alternativa, cum illa non eſſet propria, & talis reſidentia, qualem regula requirit, Archidiac. *in cap. licet canon. num. 5. verſic. parum eſt enim de elect. in 6.* Corneus *conſ. 244. num. 18. & ſeq. lib. 2.* & fuit reſolutum in alia *Elnenſ. Beneficii die 22. Martii 1599. coram Milline.*

Et ſupradictum indultum rarò concedi conſuevit, quòd plures meo tempore à fel. recor. Paulo V. vidi, & audivi denegari, etiam Epiſcopis benemeritis, & cum extraordinariis, & maximè favoribus, ac urgentiſſimis cauſis; quippè qui plurimum ab hujuſmodi indultorum conceſſionibus abhorrebat. Nec quidem aliquo modo de tali denegatione venit Papa arguendus, cum enixè ſuper Epiſcopi reſidentia invigilet, qui in ſua Eccleſia Cathedrali, tanquàm maritus cum conjuge, tenetur ad reſidentiam, juxtà tex. *in c. inter corporalia*, *de translat. præl.* obligatioque reſidendi in ſua Eccleſia eſt de jure divino, ſicut Parochis in ſuis Parochiis

cluſis Covar. *lib.3. var. cap.*13. Navarr. *in man. c.35. n.* 121. Garc. *de benef. p.3. c.2. nu.16.* cum aliis relatis per Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 55. *n.2.*

Et in propoſito præmiſſorum, aliàs Epiſcopus Segobienſis cum acceptatam alternativam haberet, & continuò reſidentiam faceret in ſua Diœceſi ſupradicta ac intelligeret, quòd Reges Catholici acceſſerant ad Domum del Scorial, à propria Diœceſi Segobien. per quatuor millaria dumtaxat diſtante; & in conſpectu territorii dictæ Diœceſis exiſtentem, ſtatim acceſſit ad eandem Domum, ac prædicto Reges viſitavit, ac ex eo quod illum ad Archiepiſcopatum Compoſtellanum nuper præſentaverant, gratias egit, ac feſtinanter ad ſuam reſidentiam continuandam in propriam Diœceſim reverſus eſt: à qua Diœceſi abfuit per duos dies, tantum, videlicet die 13. & 14. menſis Aprilis, quo tempore vacavit quoddam beneficium, de qua vacatione idem Epiſcopus notitiam habuit, dum ad prædictam Diœceſim rediret, & ſtatim illud contulit illius Vicario. Poſtmodum verò alius obtinuit ſibi à Sede Apoſtolica de eodem beneficio provideri, uti reſervato, & collato, durante abſentia prædicti Epiſcopi. Ortaque inde controverſia, an videlicet hic intraret Alternativa, an verò propter dictam abſentiam, licèt modicam, intraret reſervatio; poſt multa adducta per eundem Gonz. *gloſ.43. à num.14. uſque ad n.* 82. ad favorem Epiſcopi, illiuſque Alternativæ, nihilominus tamen *d. n.* 83. concludit ad favorem prædictæ reſervationis; ex eo quòd verba prædictæ regulæ menſium, & Alternativæ ſunt fortiſſima, & excludunt omnem fictionem, cum veram, ac actualem præſentiam de facto exigant, & quamvis idem *n.* 83. dicat, quòd maxima æquitatis ratio ad favorem ordinariæ proviſionis concurrat, non tamen eſt recedendum à verbis prædictæ regulæ; quæ licèt ſit dura, ita tamen ſcripta eſt, *l. proſpexit. ff. qui, & à quibus, cap. in memoriam, 19. diſt.* Garcia *p. 5. cap. nu.* 468. ubi ait, quòd id certum exiſtimat, & ita conſultus reſpondit; & hujuſmodi cauſa in Rota propoſita 26. Martii 1604. coram D. Juſto, fuit reſolutum, non intrare Alternativam, ſed potius reſervationem, licèt aliqui ex Dominis contrarium ſentiebant.

Ad præmiſſa plurimum confert caſus, de quo in una *Papien. Beneficii* penes Martinum Andream *dec.* 110. in qua, cum Epiſcopus in principio menſis Aprilis eſſet abſens a ſua Diœceſi, & ad eam redierit die 10. vel 11. ejuſdem menſis, & die 14. vacaſſet beneficium, in quo die ipſe erat in Diœceſi, ex eo, quòd non fuerit præſens à principio dicti menſis, fuit dictum, collationem ſpectare ad Papam, & nullam eſſe collationem factam ab Epiſcopo.

Hæc tamen Alternativa non intrat, quando beneficium vacat apud Sedem, aut aliàs, quàm ratione menſium fuerit Sedis Apoſtolicæ reſervatum: tunc enim ſat eſt, quod in ſupplicatione Summo Pontifici porrigenda dicatur, *cum tale beneficium per obitum quon. N. illius ultimi poſſeſſoris nuper apud Sedem Apoſtol. defunctum vacaverit, &c.* vel fuerit alia particulari reſervatione affectum, ſufficit dicere, *Cum tale beneficium per obitum quondam N. illius ultimi poſſeſſoris Sedis Apoſt. Notarii, extra Romanam Curiam defuncti, &c. vacaverit, &c.*

Cæterùm verò, hujuſmodi menſium expreſſione neceſſa-
44 ria eſt in quibuſcumque aliis vacationibus, ſub pœna nullitatis collationis; id namque cavetur *regula nona Cancellariæ*, in qua Summus Pontifex voluit, quòd in ſupplicationibus, ſeù conceſſionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam *Motu proprio*, fiat diſpoſitivè mentio de menſe, in quo vacaverint, alioquin gratia nulla eſſet: hoc autem, ut ipſe Pontifex ſciat, an vacatio contigerit in menſe reſervato, vel ordinario, cum nunquam ille intendat præjudicare Ordinariis collatoribus in ſuis menſibus, & ſic, ut certior reddatur in ſuo menſe: Hinc igitur eſt, quòd ubi ceſſat iſta ratio, aliud ſit dicendum, quare in una *Lucanonſ. Præpoſitura coram Puteo, deciſion. 25. lib. tertio*, cum dubitaverit Rota, an fuerit neceſſaria expreſſio menſis in proviſione N. attenta vacatione per obitum Auditoris Rotæ, fuit reſolutum, quòd non; quia cum Papa reſervet in octo menſibus beneficia vacantia, ad effectum, ut de illis provideat pauperibus Clericis, & ne interim Ordinarius, in collatione ipſorum ſe intromittat, fruſtratoria fuiſſet dicta reſervatio reſpectu beneficiorum aliàs reſervatorum; cum de beneficiis reſervatis, certum ſit, quod Ordinarius ſe intromittere non poſſit; & cum expreſſio menſis fiat, ut Papa ſciat, an beneficium vacet in menſe ſibi reſervato, vel Ordinarii, iſtud non poteſt conſiderari in beneficio reſervato, quòd de ſui natura, propter reſervationem, non poteſt ſpectare ad Ordinarium, ut in *dicta deciſion.*

Et ideò prædicta *regula nona* explicatur, quòd expreſſio 45
menſis fieri debeat etiam in gratiis *Motu proprio* conceſſis, prout paſſim ſervatur; quia, quamvis prædictus *Motus proprius* excludat defectum ſubreptionis, ut eſt text. *in cap. ſi Motu proprio, de præbend. in 6. Clement. ſi Romanus*, & ibi gloſ. *in fin. eodem tit.* Mohed. *deciſion. 4. n.2. & deciſ. 9. num. 4. de privileg.* Mandoſ. *ad regul. 18. quæſt. 13. numer.* 2. nihilominus non ſupplet defectum intentionis Papæ, nolentis dictas gratias concedere abſque 46
expreſſione menſis, ne, ut dictum eſt, Ordinariorum proviſionibus præjudicium inferatur. Quinimmò, ſivè gratia fuerit ad partis ſupplicationem, ſivè *Motu proprio* conceſſa, ſit per expreſſio menſis fieri debet diſpoſitivè: alias enim non eſſet prædictæ regulæ ſatisfa- 47
ctum, ſi narretur menſis dubitativè, veluti ſi diceretur, quod beneficium vacavit *forſan de tali menſe*; quia ideo ponitur menſis diſpoſitivè, ut narrans præcisè teneatur ad illius verificationem, ſicut nec ſufficeret, ſi diceretur, quòd beneficium vacavit in menſibus reſervatis: ſed narrandus eſt menſis in particulari, Gonz. *de benefic. par. 5. capit. primo num.* 656. & ita docet etiam notorius ſtylus Curiæ.

Et in tantùm hæc menſis expreſſio procedit, quòd Dataria Apoſtolica non admittit ſupplicationem, niſi in ea diſpoſitivè, & abſolutè dicatur, quòd beneficium vacavit de tali menſe; & ut dictum eſt, & proviſus tenetur præcisè menſem vacationis verificare; nam licèt vaca- 48
tio ſimpliciter conſiderata, probetur ſemiplenè, prout fit in caſibus, in quibus agitur tantùm de levi præjudicio, veluti vigore brevis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ; in hoc etenim, & ſimilibus caſibus, ſi ille, per cujus obitum dicitur vacare beneficium, vivit, collatio erit nulla, ut fuit dictum in una *Caſaraguſtan. Capellania*, quæ eſt *deciſion. 46. par. 2. diverſor.* ubi, quòd probatur obitus per teſtes de fama deponentes: cum agatur de modico præjudicio, quia ſi ille, per cujus obitum beneficium dicitur vacare, adhuc vivit: poterit cum primum veniret, beneficium recuperare, & per Moſſed. *deciſion.* 77. & Rota contentatur probatione obitus per publicam vocem, & famam, Put. *dec.* 266. *lib.*3.

At verò, ſi agatur ad effectum reſervationis, ſecus dicendum eſt; quia ſi confertur beneficium, tanquam vacans in menſe reſervato, tunc Domini dixerunt, quòd ad iſtum effectum non ſufficit ſemiplena probatio per publicam vocem, & famam, ſed requiritur plena, & concludens: tum quia agitur de præjudicio Ordinarii, vel alterius prætendentis collationem beneficii ad ſe ſpectare, tùm quia menſis Apoſtolicus eſt fundamentum intentionis impetrantis, ut per Put. *dicta deciſion.* 266. idem Gonzal. *gloſ. 11. numer.* 100. & ideò requiritur hujuſmodi menſis expreſſio, quia nedum agitur de præjudicio Ordinarii, ut dictum eſt, verùm etiam proviſi ab illo, qui erit privandus, conſtito de reſervatione: quarè ait Gonzal. *ſupradicto loco citato*, longè aberrare forenſes practicos Auditoris Cameræ, dum putant in hoc caſu, ſufficere ſemiplenam, ſeù levem probationem.

Et in terminis prædictæ *regulæ 9.* circa probationem reſervationis, tempore vacationis beneficii non alienum viſum eſt, annectere hic duos infraſcriptos caſus, quos eveniſſe fertur; nam in una *Averſan. Parochialis*, vacarunt quædam beneficia in ultima nocte menſis Apoſtolici per obitum cujuſdam beneficiati, decedentis in quodam Oppido, ſeu loco, in quo non aderat horologium; & facta proviſione per Epiſcopum de dictis beneficiis, uti vacantibus in ſuo menſe ordinario, ex eo quod poſt mediam noctem, contigerit vacatio, necnon à Papa, tanquàm de vacantibus in menſe Apoſtolico: lite introducta in Rota, fuit dubitatum, an dicta beneficia vacaverint in menſe ordinario, vel potius in menſe Apoſtolico. Et quia fuit probatum per teſtes, quod tempore obitus, galli cantabant, prout veriſimiliter verſus diem cantare ſolebant, fuit reſolutum 12. *Martii* 1562.

coram

coram Oradino, vacationem eveniſſe poſt mediam noctem, & conſequenter beneficia non eſſe reſervata, ſed ad collationem Ordinarii ſpectaſſe, tanquam in menſe Ordinario vacantia, ex Polidoro Ripa *in tractatu de noct. temp. cap.100. num.5. & 9. & cap.161. num. 3.* necnon Joſeph. Luduvil. *dec. Perusin.* 116. *num.7.* ut per Gonz. *gloſ. 11. nu.16.*

Advertendum eſt tamen hic, quod Bal. *in cap. conſuluit, num. 10. de offic. deleg.* circa hujuſmodi galli cantum, contrarium ſentit, quarè id relinquitur arbitrio judicantis, penſatis circumſtantiis, ac teſtium rationibus aliiſque veriſimilitudinibus, ut comprobat idem Gonz. *loc. cit. à nu. 18. ad 25.*

Quoniam verò, ſæpè vidimus in Dataria Apoſtolica, hujuſmodi Alternativæ gratiam ab Epiſcopis acceptari, & D. Datario, abſque ullo prorſus temporis diſcrimine, recognoſci, & ſic in quocunque menſe, quocunque die, & quacunque hora, proinde ab hac noſtra praxi haud alienum agnovimus, quid de hujuſmodi obſervantia, & effectu ſic acceptatæ, & recognitæ Alternativæ ſentiendum ſit, innuere, præſertim, cum de hac re nedum in ipſa Romana Curia, verum etiam extra eam fuerit apprimè dubitatum, an videlicet menſes Alternativæ debeant in ſua integritate perſiſtere, ut nimirum poſſit Epiſcopus ea frui, veluti ſi ille habens Alternativam acceptatam cum recognitione, incipiat illius effectus ab ipſa die recognitionis, etiam ſi ipſa recognitio ſit intra menſem, & in quocumque illius die.

49 Et omiſſis omnibus, quæ hic pro affirmativa ſententia adduci poſſent, illud eſt tenendum, quod pro negativa docuit quotidiana praxis uſuſque Datariæ Apoſtolicæ: in qua pro ſolido fundamento allegatam plures audivi à bon. mem. Marco Aurelio Maraldo Datario Pauli V. deciſionem in una *Salamantin. Beneficii de Almenara 20. Junii 1605. coram D. Manzanedo, quæ eſt 144. par. 3. recent.* Caſus enim dictæ deciſionis eſt, quòd acceptata Alternativa Salamanticæ ab Epiſcopo Salamantino 6. Julii 1605. ac accepta, & recognita in Dataria dicta acceptatione 18. Auguſti ejuſdem anni, evenit obitus quondam Didaci die 19. ejuſdem menſis Auguſti, per quem vacabit beneficium, de quo quidam Rhodericus à Papa, 7. Octobris, & Franciſcus ab Epiſcopo 29. Septembris ejuſdem anni fuerunt proviſi: quare dubitatum, an talis beneficii collatio ſpectaret ad Papam, an verò ad Epiſcopum, & fuit reſolutum illam ſpectare ad Papam: quia dictus menſis Auguſti, in ſuo principio per regulam octavam erat Apoſtolicus, & reſervatus, & ita debuit reputari uſque ad illius finem: nam regula alternativæ loquitur de menſe integrali, non autem de ſingulis illius diebus, ut tenuit Rota *in Faventina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Blanchetto*, hoc quidem ex eo præſertim, quia dicta regula reſervatoria nominat menſes proprio nomine, quo caſu quilibet eorum debet computari a media nocte ultima menſis proximè præcedentis, uſque ad mediam noctem ultimam menſis, de quo agitur. Undè cum dicta *regula 9.* loquuta ſit de menſe Auguſti, & ſic de toto integrali, quicquid diſponit circa reſervationem beneficiorum vacantium in illo menſe, concernit, & reſpicit totum illum menſem integralem cum ſuis partibus in concreto, non autem illius partes, nempè ſingulos dies, & ſeparatim ab illo toto: alias hoc totum, nempè dictus menſis ceſſaret quoad diſpoſitionem de dicto menſe loquutam, & intraret diſpoſitio de ſingulis diebus: quòd nec jura admittunt, nec dicta *reg.9.*

Præterea, cum in initio dicti menſis Auguſti, eſſet jus Papæ acquiſitum, ſemper ille menſis remanet reſervatus, ut in *d. Favent.* ſicut beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum, Rota *dec. 50. de preb. in nov.*

Necnon, cum Papa reſervet, & reſpectivè concedat proviſionem beneficiorum in certis menſibus deſignatis per eorum nomina propria, jam ex hac deſignatione, quilibet menſis computatur à media nocte ultimi menſis proximè præcedentis uſque ad mediam noctem ſubſequentis, ut ſupra dictum eſt: adeò ut unuſquiſque menſis ſit conſtitutivus unius corporis integralis: ac inſuper, quia aliàs una, & eadem res diverſo jure cenſeretur, & ſic ne unus, & idem menſis, non prout eſt dividuus, ſed prout eſt individuus, partim reputetur Apoſtolicus, & partim ordinarius: unde poſſibile eſt, ut id, quod natura ſua dividuum eſt, conſtituatur individuum ex voluntate diſponentis, *lege cum eiſdem, de adil. edict.* Aym. *in leg. 4. §. Cato, num. 191. de verbor. obligat.* cum etenim Papa concedit menſes ſuis nominibus deſignatos, ita ſingulos contemplatur, veluti ſingula corpora integralia: quarè impoſſibile eſt, ut conceſſio feratur ad partes integrantes, indeque menſis aliquis recipiat hanc diviſionem, cum totum recipiat ſuam eſſentiam à continuo, juxtà text. *in lege cum, qui ædes, de uſucap.* ut ex his, & pluribus aliis comprobat idem Lotter. *de re benef. d. lib.2. qu.40. num.54. cum pluribus ſeqq. & in fin. num.58.* allegat ſupradictam deciſionem in causa *Salamantin. Beneficii.*

Unde cum in propoſito dictus menſis in ſui initio fuerit diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatus, erunt etiam reſervata, & affecta beneficia in eodem vacatura: ita ut licèt gratia Alternativæ fuerit acceptata ab Epiſcopo, immò, & recognita in Dataria 18. Auguſti, nihilominus beneficia poſt dictam recognitionem in eodem menſe vacantia, ſunt & remanent Papæ reſervata, & non comprehenduntur ſub dicta gratia Alternativa, ut ex verbis dictæ *regulæ 9.* ibi, *Dummodo alias diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, vel affecta non fuerint:* ex quibus, Papa declaravit ſuam mentem nullatenus eſſe, concedere Epiſcopis ſub dicta gratia Alternativæ, beneficia ſemel Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata, aut affecta.

Prout neque obſtare in dicta deciſione dictum fuit, verba dictæ regulæ, ibi, *quibus receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea uti incipiant gratia ſupradicta*: quaſi illis detur intelligi, à die recognitionis factæ in Dataria, incipere Epiſcopum gaudere dicta gratia ex vi dictionis *tunc*, denotantis temporis extremitatem, ad text. *in lege 4. §. final. de condit. & demonſtrat.* Nam fuit reſponſum, dictionem, *tunc*, non ſemper extremitatem temporis ſignificare, quin diverſimodè in jure accipi poſſit, ut per Caſſador. *deciſion. prima, num. 3. de teſtam. cum aliis allegatis in dicta deciſ. 194.* in qua prædicta omnia habentur, & optimè reſpondetur ad contraria; ac proinde ibi Lectorem remitto, ubi latè diſſeritur, An Alternativa conceſſa in medio menſis Apoſtolici, illius uſus incipiat currere à die Datæ, vel potius ab initio menſis habilis, ut in argumento dictæ deciſionis.

Pari modo, circa menſium hujuſmodi integritatem, dicendum eſt, cum Epiſcopus eſſet in poſſeſſione conferendi: vigore gratiæ Alternativæ prædictæ, & in principio menſis Aprilis, fuerit abſens à ſua Diœceſi, & ad eam redierit die 10. vel 11. ejuſdem menſis, & die 14. ejuſdem menſis vacavit beneficium, de quo die ipſe Epiſcopus reperiebatur in reſidentia, & fuit prædictum beneficium collatum à Papa cuidam Joanni Baptiſtæ vigore *regulæ 9.* & Ordinarius contulerat cuidam Ludovico: & Rota cenſuit, collationem ſpectare ad Papam: quia licet vacatio occurrerit in menſe Aprilis, Epiſcopo tunc reſidente, qui quidem menſis vigore Alternativæ ſpectat ad Ordinarium: nihilominus, quia Epiſcopus in principio prædicti menſis fuit abſens, ceſſavit Alternativa, & fuit jus quæſitum Papæ, ita ut totus menſis proinde remanſerit reſervatus, pro qua quidem menſis reſervatione fuerunt infraſcripta deciſione, quamplurima conſiderata pro nullitate collationis Ordinarii. Necnon fuit dictum, non obſtare deciſionem *Sulmonen. Alternativa 14. Maii 1610. coram Lancellotto*, quatenus in ea habetur, quòd durante abſentia Epiſcopi, ſuſpenditur uſus Alternativæ, & proinde videatur, quòd eo revertente, ſtatim recuperet uſum Alternativæ ex illa dictione, *quandiu*; quia id ad alium finem fuit deductum.

Præterea, in eadem deciſione fuit conſideratum, quòd ſi aliter ſervaretur, daretur locus fraudibus: quia poſſent Epiſcopi extra earum Diœceſim vagari, nempè in menſibus Apoſtolicis, eo quòd in eis beneficia conferre non poſſint, in ſuis verò menſibus redire dumtaxat, quando imminet vacatio alicujus beneficii, ob inſtantem infirmitatem beneficiati, & ſequuta illius morte, collatione facta, ſtatim à Diœceſi recedere, & iterum ad eam redire, inſtante aliqua alia ſimili vacatione, & denuò ſe abſentare, & ſic reſidentiam facere momentaneam, contra omnem juris intellectum, & mentem Papæ, qui Alternativam conceſſit Epiſcopis, ut eos ad reſidentiam invitaret: ut in una *Papien. Benefic. 10. Aprilis 1617. coram Martino Andrea, quæ eſt dec. 100. in ſuis.*

Per quam deciſionem fuerunt per Rotam omnia contraria rejecta, quæ tenuerunt Gonz. *d. gloſ. 43. ex num. 140. &* Garc. *par. 5. cap. 1. ex num. 695.* dum loquuntur contra Rotæ au-

ex authoritatem, quatenus dicunt, quòd ſimpliciter debeat attendi tempus vacationis in ſtatuenda, vel excludenda reſervatione: undè ratio hæc per prædictos allata, non eſt attendenda: cum vinculum reſervationis ſit injectum à principio menſis, & illum totum, tanquàm unum quid integrale pertranſit, ſicut jam ſupradictũ eſt: unde quandocumque vacet beneficium, ſemper dicitur reſervatum Papæ, & ſic etiam inſpecto tempore vacationis, optimè dicetur intrare reſervatio, Lotter. *d. lib. 2. qu. 40. num. 89.* & hæc eſt tutior praxis fundata ſuper *d. deciſione Martini Andreæ*, & ita concuſsè ſervant Datariæ, & Cancellaria Apoſtolica.

Ut autem, præmiſſa clarius appareant, plures conſtituuntur caſus, quorum Primus eſt, quando Epiſcopus non ſolùm fuit præſens tempore vacationis, ſed initio ipſius menſis, & nedum continuavit ſuam reſidentiam, uſque ad eum diem, verùm etiam deinceps per totum menſem; ſed in ipſo Epiſcopo præſumitur animus non perpetuò ibi commorandi propter neceſſitatem, quam habet aliò commorandi, ob aliquod onus anteà ſuſceptum, quod etiam requirit perſonalem reſidentiam; quo caſu, cum non detur animus perpetuò morandi apud ſuam Eccleſiam, non poteſt videri reſidens; quia quis non dicitur eſſe in loco, quem corpore occupat, dum mente, & animo abeſt, *leg. poſt liminii*, *§. captivus*, *de capt. & poſtlim. rever.*

Secundus caſus eſt, quando Epiſcopus verè reſidebat tempore vacationis, nec dabatur præexiſtens aliqua cauſa remigrandi ad alium locum, in quo teneretur reſidere; ſed poſt factam beneficii collationem, receſſit à ſua reſidentia, itaut nullo modo poſſit dici, quòd per totum menſem verè, & perſonaliter reſederit, & quæritur, an illa collatio per ipſum facta, ſit valida, & quidem valere certum eſt; quia cum fuerit facta de tempore habili, ex eo quòd verè, & perſonaliter reſidebat, illa non debet retractari: licèt caſus poſteà evenerit, à quo non potuit inchoari, *cap. factum legitime de reg. jur. in 6.* nam licèt facultas conferendi in futurum, dependeat à cauſa continuæ reſidentiæ; tamen validitas proviſionis jam factæ, ab illa amplius non dependet, ſed ſimpliciter à ſtatu, in quo res ipſa erat de tempore actus.

Tertius caſus eſt, quando Epiſcopus fuit præſens tempore vacationis, non tamen initio menſis; itaut menſis ipſe in illius initio affectus fuerit Papæ: & hoc caſu, ne videatur auferri jus quæſitum Papæ, Rota perpetuò tenuit, non intrare Alternativam pro Epiſcopo, prout reſponſum fuit in *dicta Faventin. Canonicatus coram Blanchetto*, Germon. *de indult. Cardin. in §. volumus autem*, *ex num. 21.*

Quartus caſus eſt, quando Epiſcopus fuit præſens tam in principio menſis, quàm tempore vacationis, ſed ante ipſam vacationem diſceſſit ad modicum tempus, ut propterea minus integra videatur reſidentia à principio menſis, uſque ad ipſum vacationis diem; qui quidem caſus videtur habere majorem difficultatem: cum menſis non intraverit tanquàm Apoſtolicus, ſed tanquàm ordinarius, ſuper quo idem Lotter. *d. lib. 2. qu. 40. num. 90.* dicit, quòd Rota ſæpè in hoc articulo diviſit æqualiter vota, nempè pro alternativa, & contra eam, ſed ipſe cum ſcriberet pro proviſo Apoſtolico, ſemper tenuit, ut neque in hoc caſu poſſit Epiſcopus uti Alternativa in eo menſe, ea rationibus ibi adductis, poſtquàm conſtituit prædictos caſus *d. q. 40. à n. 81. uſque ad n. 91.*

Sede Epiſcopali

Zameren. Vacante. Omnium enim beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio, Sede Epiſcopali vacante, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, ſicut jam diximus *hoc cap. n. 5.* quòd quidem pluribus probatur, potiſſimùm verò, quia Capitulum, durante vacatione hujuſmodi Sedis, non poteſt beneficia conferre, *ut in cap. 2. ne ſed. vacan.* Archid. *in cap. 1. de inſtitut. lib. 6.* præterea id ſatis expreſsè cavetur in
50 *Conſtitutione Pii V. quæ incipit, Sanctiſſimus in Chriſto Pater publicata Romæ 9. Martii 1568. Pontificat. ſui anno Tertio*, qua ſibi reſervavit omnia beneficia, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, ſeu Primatiali Sede vacante, quomodolibet vacantia, ad eorundem collationem, etiam quomodolibet pertinentia, Vivian. *in praxi juriſpatr. lib. 5. cap. 3. num. 31.*

Necnon reſervantur eidem Sedi Apoſtolicæ per *regul. 2. Cancellariæ* in qua Summus Pontifex ſibi reſervavit Dignitates, & beneficia omnia, pariter ad collationem, præſentationem, &c. Patriarcharum, Primatuum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, &c. quæ poſt illorum obitum, &c. vacaverunt, uſque ad proviſionem Succeſſorum ad eaſdem Eccleſias, aut Monaſteria, vel Dignitates Apoſtolica authoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem Succeſſoribus pacificam illorum poſſeſſionem, quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum, Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 2. numer. 39.* Garc. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 215.* ubi ait ex *declaratione Toletan. §. 10.* donec Parochialis Eccleſia fuerit collata magis idoneo, Congregationem ſentire, quòd Capitulum Sede vacante, etiam ſtante Concilio non poſſet facere collationem Parochialium, in quocumque menſe vacaverint, etiam ſecluſa reſervatione beneficiorum vacantium, Sede Epiſcopali vacante, quæ, tempore factæ dictæ declarationis, non ſtabat. 51

Quo circa, aliàs emanavit à Sacra Congregatione ſequens declaratio, quæ ſic ait, *Datarius teſtatur, Papam providere de beneficiis vacantibus in menſibus non reſervatis, Sede Epiſcopali vacante, licet de his nulla habeatur ratio reſervationis, vel in corpore juris, vel in Extravag. vel in regulis.*

Et quia ſæpè contingit, in Romana Curia ignorari, an novus Epiſcopus de Eccleſia proviſus, illius nihilominus poſſeſſionem fuerit adeptus; proinde ac pro Oratoris cautela, ubi dictum eſt, *Sede Epiſcopali N. vacante*, optimum erit addere, *ſeu poſſeſſione Eccleſiæ N. per modernum Epiſcopum nondum adepta*; ex eo quòd in prædicta regula expreſsè dicitur, quòd durat vacatio Sedis Epiſcopalis, uſque ad proviſionem illius, Apoſtolica authoritate faciendam, ac adeptam pacificam poſſeſſionem. 52

Quare ex his ceſſare videntur, quæ poſſent objici adverſus prædictam *Conſtitutionem Pii Quinti*, nempe, quòd illa non ſit perpetua: cum ſupradictam reſervationem fecerit ſuæ tantùm diſpoſitioni, undè cum ſit perſonalis, expiravit cum eodem *Pio* illius conditore. Et quidem hoc non negatur, præſertim, cum poſtea *Gregorius Decimus tertius*, qui ſuccedit eidem Pio Quinto, non fecerit eamdem reſervationem, ſed benè verum eſt, quòd à tempore Sixti Quinti, omnes Summi Pontifices reſervarunt ſibi ſupradicta beneficia vacantia tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, Garc. *par. 5. cap. 1. num. 224. cum pluribus ſequent.* qui *num. 651. regul. Cancell. 53.* de clauſulis ponendis in litteris indulgentiarum, cujus vigore ſic contenta clauſula extendi conſuevit, videlicet, *Volumus autem, quod ſi aliàs Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad certum nondum elapſum tempus duraturam conceſſerimus, præſentes nulla ſint*, quæ operantur, ut dicta indulgentia ſit nulla in totum, ſed intelligitur tantùm de ipſo Papa concedente talem indulgentiam; nam illud verbum, *conceſſerimus*, eſt perſonale: quare ſi illa Eccleſia haberet aliam, ſeu alias indulgentias, nondum finitas, ab anteceſſoribus Pontificibus conceſſas, iſtæ ſecundæ indulgentiæ non annullantur. Secùs verò ſi priores fuerint conceſſæ ab eodem Pontifice, quia vigore prædictæ Clauſulæ, poſteriores ſunt nullæ, niſi in ſecundis litteris fiat mentio priorum indulgentiarum ab eodem Pontifice conceſſarum; prout fieri conſuevit, quando in eadem Eccleſia, ſeù illius Capella petitur alia ſimilis indulgentia ab eodem Pontifice; tunc enim ſecundæ indulgentiæ conceduntur tantùm pro una vice, & non apponitur prædicta Clauſula, *Volumus*, prout pluries vidimus ſervari, quando novæ indulgentiæ ſunt ſicut primæ, nempè pro viſitantibus in tali die, vel tali feſto, nam alias, ſi non ſint ſimiles, benè concedi conſueverunt, ſine prædicta Clauſula, *Volumus*, veluti quando in eadem Eccleſia conceduntur indulgentiæ pro viſitantibus, ac etiam Confraternitati in dicta Eccleſia canonicè erectæ, necnon Altare privilegiatum pro defunctis: tunc enim prædicta Clauſula, *Volumus*; adjecta in litteris pro viſitantibus, non impedit effectum poſteriorum indulgentiarum à primis diverſarum; quia ex diverſis non ſit illatio, *leg. Papinianus*, *ff. de minor. l. final. Cod. de calum.* Rolan. *conſil. 82. num. 19. & 20. lib. 3.* Surd. *conſil. 150. num. 94.*

Quare, ſtante hujuſmodi reſervatione, omninò dicendum eſt, non ſolum nequire Capitulum, Sede vacante con-

conferre beneficia ſimplicia, verùm, nec Parochiales Ec-
53 cleſiæ, in quibus neque poteſt apponere Oeconomum, quia, cum hodie omnia beneficia vacantia, dicta Sede Epiſcopali vacante, ſint Papæ reſervata, ut ſupra dictum eſt, videtur etiam Capitulo ſublata facultas conſtituendi in Parochiali tunc vacante, prædictum Oeconomum; quia, ut optimè advertit Lotter. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.*40. eatenus hæc facultas eidem Capitulo competit, quatenus ſibi incumbit onus percipiendi fructus, quòd non poteſt verificari in beneficiis reſervatis, quorum fructus percipiuntur per Subcollectores, & Miniſtros Cameræ Apoſtolicæ, ac etiam ex ipſius juris communis ratione, ſemper tamen ex ſuppoſitione ejuſdem reſervationis: quia ex eo, quòd ſoli Papæ proviſio eſt reſervata, ipſemet, ſeù illius Miniſtris competit jus cuſtodiæ.

Eadem quoque ratione, neque poterit Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, occurrente vacatione Pœni-
54 tentiariæ, illam providere, ac Pœnitentiarium eligere, etiam ſi collatio præbendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel etiam ſolius Capituli; quandoquidem electio perſonæ, & proviſio officii Pœnitentiarii ad ſolum Epiſcopum ſpectat, & Capitulum, Sede vacante non ſuccedit in proviſione beneficiorum ad Epiſcopum ſpectante: ſuper quo aliàs vidi litteras à Sacra Congregatione tranſmiſſas ad Vicarium Capitularem Aſculan. quibus id declarabatur, & teſtatur idem Garc. *dict. capit.* 4. *numer.* 145. ubi refert declarationem ejuſdem Congregationis ſuper *dict. ſeſſ.*24. *capit.*8. ibi, *ab Epiſcopo inſtituatur, ſolo abſque conſenſu Capituli, & etiam ab eodem ſolo eligatur, & licet vacaret Sedes Epiſcopalis; Capitulum nihil poteſt, etiam quò eo tempore Pœnitentiarius moreretur*, ſubdens, *numer.* 146. quòd proinde proviſio, & electio Pœnitentiarii ſpectabit ad Papam privativè, ſtante reſervatione regulæ 2. Cancellariæ de beneficiis ad collationem, præſentationem, electionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem liberam Epiſcoporum pertinentibus, vacantibus de tempore vacationum Epiſcopatuum.

Eſt etiam advertendum circa prædictas Conſtitutiones decernentes, beneficia Eccleſiaſtica, Sede Epiſcopali vacante, eſſe Papæ reſervata, quòd id admittit plures am-
55 pliationes, quarum Prima eſt, quando eorumdem beneficiorum collatio per ipſum Epiſcopum non ex toto liberè, ſed cum conſilio, vel conſenſu Capituli fieri deberet. Secunda, quando alius ex aliquo ſpeciali jure haberet conferre cum Epiſcopo. Tertia, id procedere, etiam in beneficiis ad ipſum Epiſcopum pertinentibus jure devoluto, ob negligentiam, vel culpam Inferiorum Prælatorum non conferentium, vel male conferentium. Quarta, & ultima, ut Capitulum, Sede vacante, neque Hoſpitalia conferre poſſit in titulum, quando habentur loco beneficii, Quar. *in Sum. bull. verbo, Capitulum Sede vacante, verſ. Nenoquero.*

Porrò ſicut dicimus, beneficiorum Eccleſiaſticorum collationem, Epiſcopali Sede vacante, ad Papam, ex ſupradictis juribus ſpectare; ita è converſo dicendum eſt de beneficiis reſervatis vacantibus Apoſtolica Sede vacante, quorum collatio tunc ad Ordinarium noſcitur ſpectare, quandoquidem illius vacatione durante, omnes menſes
56 ſunt Ordinarii, qui poteſt providere de omnibus beneficiis vacantibus in quocunque menſe, Rota in una *Salamantin. Præſtimonii*, quæ eſt *deciſion.* 1228. *part.* 3. *diverſor.* ubi mortuo beneficiato, Apoſtolica Sede vacante, & in menſe reſervato vigore alternativæ, fuit dictum, rectè fuiſſe proviſum de beneficio ab Ordinario; Epiſcopi etenim tunc poterunt liberè providere in omnibus menſibus, ſine aliqua diſtinctione, cum ſint ſublata omnia obſtacula, omneſque menſes ſint Ordinariorum, Gonz. §.5. *proœm. num.*46. Nec refert, quòd, ut quidam antiquus Curialis dicebat, quamvis eſſent regulæ Cancellariæ, remanet tamen *Extravag. Ad regimen, de præb.* in qua reſervantur etiam certa, qualificata beneficia, ibi expreſſa, quia licèt extet hujuſmodi *Extravag.* nihilominus fuit facta à *Benedicto Papa XII.* qui voluit, eam tantummodo ſuo tempore durare, ut ibi dicitur, videlicet, *ordinationi, diſpoſitioni, & proviſioni noſtræ, donec miſerationis divinæ clementia, nos univerſalis Eccleſiæ regimini præſidere conceſſerint*, nec aliundè prædictam *Extravag.* ſumit vires ſuas, ac ſpiritum, niſi ex prima regula Cancellariæ ſuper reſervationibus generalibus, & ſpecialibus, ubi in primis facit novus Pontifex eaſdem reſervationes, quæ in Conſtitutione felic. recordat. *Benedicti Papæ Decimi ſecundi*, quæ incipit, *Ad regimen.* continentur, ac illas innovat.

Quarè durante prædictæ Sedis Apoſtolicæ vacatione, cum vacaſſet Canonicatus in Eccleſia Aſtoricen. de menſe Januarii, fuit dictum per Rotam, quòd talis menſis erat ordinarius, quia mortuo Papa, expirat regula reſervatoria octo menſium: illaque extincta, omnes menſes ſpectant ad Ordinarios, qui poſſunt tanquam ad jus commune redeuntes, providere de beneficiis vacantibus in quolibet menſe, iis tamen exceptis, quæ abſunt Concordatis Nationis Germanicæ, quæ etiam Sede Apoſtolica vacante, reſervata remanent ipſius Papæ ſucceſſori Barboſ. *in addit. ad alleg.* 58. *num.*62. Quamvis etenim idem Gonz. *loc. cit. num.* 48. dicat quod per obitum Papæ ſupradictæ regulæ extinguantur, tamen in craſtinum ejuſdem Papæ aſſumptionis illæ reviviſcunt, & ad inſtar Phœnicis, & Aquilæ renovantur, ut ait Saruen. *in proœm. reg. Cancell. quæſt.* 3. *num.*14.

Et ex ſupradictis non ſolum erunt omnes menſes Ordinarii, ante aſſumptionem novi Pontificis, ſed etiam antequam ille faciat novas regulas Cancellariæ: adeò ut ſi illo medio tempore ab aſſumptione ſcilicet, uſque ad ordinationem earumdem regularum, vacaret aliquod beneficium in menſibus reſervatis, nullum obſtaculum habebat Ordinarius, quominus illud ſic vacans conferre valeat.

Verùm, cum in dubium fortaſſe revocari quandoque contingat, utrum confectæ prædictæ regulæ, tamen nondum publicatæ, adhuc ligent, proinde tenendum eſt, illarum publicationem non eſſe neceſſariam; ſtatim ac factæ ſunt, ab illorum initio ligant; quicquid de aliis legibus dicendum ſit: quòd quidem hodie in novis regulis pro potiori cautela, & ad tollendam omnem hæſitationem, ſolet explicari, nam licet in fine dictarum regularum dicatur, *Lectæ, publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ regulæ Ordinationes, & Conſtitutiones in Cancellaria Apoſtolica, &c.* nihilominus tamen in hodiernis regulis, in illarum principio declaratur, quòd illæ ligent, ac robur habeant ante illarum publicationem: prout in illarum exordio, ibi, *Reſervationes, Conſtitutiones, & regulas infraſcriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & ſuo tempore duraturas, &c.* quæ quidem verba, *licet nondum publicatas*, in aliis non reperiuntur appoſitæ, cum ſine illis, ſatis ſuperque ſit, quòd illæ habeant decretum irritans & ſufficiat, etiam quòd in principio dictarum regularum dicatur, *ex tunc ſuo tempore duraturas*, ex quibus verbis declaratur voluntas Papæ, ut non ſit neceſſaria prædicta publicatio, cum ſtatim obligent ad effectum nullitatis actus in contrarium geſti, ut probat idem Gonz. *d.* §.5. *proœm. n.*54. 55. *&* 56.

Nec eſt omittendum, quòd etſi proviſio facta ab Ordinariis de beneficiis, Sede Apoſtolica vacante, in quolibet menſe vacantibus, ſit valida; id nihilominus eſt intelligendum;
niſi ipſa beneficia ſint aliàs affecta, aut fortè Papa de novo 57
electus declaret, non expiraſſe reſervationem ſui prædeceſſoris, vel illa de novo reſervet, ut advertit Garc. *de benef. par.*5. *cap.*1. *num.*646.

Parochiales verò Eccleſiæ vacantes in menſibus reſerva- 58
tis, dicta Apoſtolica Sede vacante, validè poſſunt per Ordinarios conferri, per notabilem text. *in cap. ſi Apoſtolica, de præbend. in* 6. cujus verba hæc ſunt, *Si Apoſtolica Sede vacante, Aliquas Parochiales vocare ac cætero contigerit apud ipſam, ſtatuimus, ut de eis, (ne ipſarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre) per eos, ad quos pertinet, poſſit liberè ordinari, Conſtitutione felic. recordat. Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri de beneficiis apud Sedem ipſam vacantibus per alium, quam per Romanum Pontificem minimè conferendis, vel aliàs quavis contraria ſuper hoc edita non obſtante. Item volumus, & de illis, quæ ibidem ipſo Romano Pontifice vivente vacabunt, ſi de ipſis per eum ante ipſius obitum non fuerit ordinatum.*

Qui quidem textus adeò viget, ut non ſemel fuerit in praxi deductus: quia illius diſpoſitio eſt perquam favorabilis, ne videlicet Eccleſiarum Parochialium vacatio periculum aliquod valeat animabus afferre, & ſic ut illis celerius provideatur, cum aliàs talis vacatio eſſet damnoſa, *c. quam ſit, de elect. in* 6. & proptereà hujuſmodi Parochiales ſic vacantes poſſunt ab Ordinariis liberè conferri.

Undè licèt habemus text. *in cap. 2. de preb. in 6.* per quem multa privilegia ſunt inducta pro reſervatione beneficiorum in eo expreſſa, ut per Sarnen. *in reg. de trien. poſſ. qu. 31. num. 19.* attenta illius diſpoſitione, qua cavetur quod omnia beneficia vacantia in Curia ſint Papæ reſervata, nihilominus per *dict.* text. non cenſentur reſervatæ Parochiales Eccleſiæ vacantes in curia, Sede Apoſtolica vacante, quare in hoc caſu poterit Epiſcopus liberè providere, & diſponere de Parochialibus Eccleſiis, abſque aliquo reſervationis impedimento, ita Gonz. *ad regul.* 8. §. 5. *proœm. num.* 125. *cum pluribus ſequent.* ſubdens *num.* 128. ſe non inveniſſe, quòd ſit derogatum in aliquo diſpoſitioni *dict. cap. ſi Apoſtolica*: nec ſufficit, quòd de novo fiat lex, vel Conſtitutio diſponens, quòd quæcunque beneficia vacantia in Curia, etiam curata, ſint reſervata: ita ut nullo caſu liceat Ordinario de illis diſponere; niſi ſpecialiter exprimeretur de Parochialibus vacantibus in Curia, Sede Apoſtolica vacante: ita ut caſus *dict. cap. ſi Apoſtolica*, ſpecialiter comprehendatur. Quarè ex eodem textu ſatis apparet, non intrare contraria, præſertim quòd tradit Vaſconcell. *diverſ. jur. argum. lib.* 1. *cap.* 2. relatus à Garc. *in addit. ad part.* 5. *cap.* 1. *num.* 789. nempè, quòd beneficia vacantia in menſibus reſervatis, non poſſunt conferri per Ordinarium Sede Apoſtolica vacante, quia ſunt affecta; hæc etenim non procedunt in prædictis Parochialibus, ut præfertur vacantibus, ſed in aliis vacationibus aliorum beneficiorum qualificatorum, & quatenus *in fin. addit. ad dictum numer.* 789. dicitur, id intelligit, etiam de beneficiis vacantibus, vivente Papa, jam etiam hoc ſublatum eſt per dictum text. *in §. idem volumus*, qui apertè loquitur de Parochialibus vacantibus, etiam vivente Papa, in hoc etenim *cap. ſi Apoſtolica*, fuit per Summum Pontificem conſiderata ratio celeris collationis Parochialium Eccleſiarum, quarum diutina vacatio damnoſa eſt, ut dicitur *in eodem cap. verſic. ſtatuimus*, ibi, *ne ipſarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre*, & dixit Rota penes Buratt. etiam in terminis *dict. cap. ſi Apoſtolica*, *deciſ.* 22. *num.* 23.

Quòd quidem, ad præmiſſorum corroborationem, patet etiam ex verbis Conſtitutionis Pauli Quinti reſervantis collationem beneficiorum Eccleſiaſticorum, vacantium tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis, ibi enim dum loquitur de hujuſmodi reſervatione, excipit ſupradictas Parochiales Eccleſias, ibi, *Non tamen Parochiales Eccleſias.*

Præterea quia nunquam aliqua lex, quantumvis generalis, comprehendit caſus ſpeciales legis antiquæ, ut pluribus comprobat idem Gonz. *loco citato num.* 129. qui indè infert *num.* 133. quòd regula Cancellariæ diſponens, quòd beneficia reſervata, quæ tempore obitus Papæ remanſerint vacantia, & minimè proviſa, ſemper cenſeantur reſervatæ, ut alias diximus, non habet locum in vacatione Parochialium, quæ vacarunt in Curia ante obitum Papæ, & in vita de illis non diſpoſuit in terminis *dict. cap. ſi Apoſtolica*, & idem Gonz. *loco citato* per multas illationes, & rationes concludit à *num.* 133. *ad* 147. quòd Parochiales Eccleſiæ, quarum collatio eſt Papæ reſervata, Sede Apoſtolica vacante, poſſunt ab Ordinariis conferri, & ita repetio practicatum extitiſſe in vacatione Parochialis Eccleſiæ S. Symeonis Aſculan. Diœceſis de menſe Januarii 1593. Sede Apoſtolica vacante; nam cum Epiſcopus Aſculan. vigore *dict. cap. ſi Apoſtolica*, contuliſſet prædictam Parochialem Eccleſiam: fuitque poſteà per proviſum habitus recurſus ad Sedem Apoſtolicam pro nova proviſione: ex eo quòd dubitabat ille de validitate collationis ſibi per Ordinarium factæ, Sede Apoſtolica vacante, & in menſe reſervato, in calce ſupplicationis deſuper pro nova proviſione in Dataria Apoſtolica porrecta, fuit reſponſum pro validitate collationis, ut præfertur ab Ordinario facta, ſicut etiam memini, me vidiſſe in quibuſdam notabilibus manuſcriptis q. Bernardini Paulini, Datarii Clementis VIII. Immò in alia ſupplicatione, quam ipſe Datarius eidem Clementi detulerat ſignandam ſimilis caſus, propria manu ejuſdem Datarii adnotatum, quòd Sanctiſſimus dixit, Oratorem non egere nova proviſione, ſed collationem Ordinarii fuiſſe validam.

Et hoc non obſtante *dicto cap.* 2. *de preben. in* 6. quòd continet principaliorem reſervationem, clauſulam in corpore juris: quia *per dictum cap. ſi Apoſtolica*, licèt non ſit correctus dictus text. *in dicto cap. ſecundo*, tamen in hoc limitatur, & declaratur: ex eo quòd licèt ibi diſpoſitum ſit, quòd omnia beneficia vacantia in Curia ſint Papæ reſervata, & iſta reſervatio ſit fortior aliis reſervationibus, ut dictum eſt, *in dicto cap. ſi Apoſtolica*, limitat tamen dict. text. *in dicto cap. ſecundo*, ut non procedat quoad beneficia curata vacantia in Curia, Sede Papali vacante, nec quoad illa, quæ vacaverunt ante obitum Papæ, ſi de ipſis per eum, ante ipſius obitum non fuerit proviſum, idem Gonz. *loco citato num.* 127. qui *num. ſeq.* ait, non inveniſſe, quòd ſit diſpoſitioni *dict. cap. ſi Apoſtolica*, in aliquo derogatum per Extravagantes: pro qua quidem concluſione plurima congerit à *num.* 128. *uſque ad num.* 147. ubi in fine licèt relinquat cogitandum, ex eo quòd nunquam ipſe viderit hunc caſum in praxi judiciaria diſputatum, nec pro, nec contra; ac proinde pro Apoſtolica proviſione in dubio fieri debeat interpretatio, nihilominus verius eſt practicari poſſe, prout paſſim practicatur, & practicatum vidimus, ut diſponit *in d. cap. ſi Apoſtolica*, ſicut ſupra dictum eſt, etiam ex doctrina Philip. Franc. *in d. cap. ſi Apoſtolica*, *num.* 1. *in princip.* ubi, quòd mors Papæ tollit, ne Parochiales Eccleſiæ in Curia vacare dicantur, ſicut etiam habetur in Summario ejuſdem, *cap. ſi Apoſtolica*, ac proinde poterit ab Ordinario de dicta Eccleſia Parochiali; nam licèt dicto Concilio cautum ſit, quòd Parochiales Eccleſiæ provideantur per concurſum, etiam ſi vacaverint in Curia, & electio fiat ab Epiſcopo, collatio verò ab eo, ad quem aliàs de jure pertinet, & ſic à Papa, ſi tamen de illo tempore vacaverit Sedes Apoſtolica, Epiſcopus non ſolum poterit eligere, verùm etiam conferre, idem Gonz. *loc. cit. n.* 136.

Et licèt meo tempore viderim in Romana Curia de ſimili collatione ab Epiſcopo Caſtrenſ. Sede Apoſtolica vacante, facta de Parochiali Eccleſia S. Chriſtophori in menſe Apoſtolico vacante, aliquantiſper dubitari, conſultus tamen deſuper Prodatarius fel. record. Pauli V. communicato negotio cum Horatio Lancellotto, tunc Rotæ Auditore, poſtmodum S. R. E. Cardinale, etiam ex mente ejuſdem Pauli, fuit eidem Epiſcopo reſponſum pro validitate dictæ collationis, ac fuit dictum, non obſtare circa hoc diſpoſitionem prædicti *Concilii d. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. quatenus ait, debere Epiſcopum ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ, idoneum in ea Vicarium conſtituere, qui ejuſdem Eccleſiæ onera ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur: nam nihilominus ex præmiſſis, ſatis ſuperque poteſt Epiſcopus hujuſmodi Parochialem, etiam in Curia vacantem, conferre; quia non diſponit hoc modo contra Concilium, ſed tantum utitur jure ſuo, ac jus ſuum proſequitur, *l. injuriarum* §. 1. *ff. de injur. l. quemadmodum*, §. *magiſtratus*, *ff. ad leg. Aquil.* & ſic nemini injuriam facit, *cap. cum Eccleſia Vulterana*, *de elect.* Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 4. Gonz. *ad regul.* 8. *Cancellar.* §. 1. *proœm. num.* 42. Idemque probat Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 7. ubi, quod prædictas Parochiales Eccleſias ſic vacantes poſſunt Ordinarii locorum conferre ex dict. text. *in capit. ſi Apoſtolica*, & comprobat Maſſobr. *in prax. habend. concurſ. ad Paroch. requiſ.* 7. *dub.* 43. *per tot.* quòd nedum Epiſcopus, verùm etiam quilibet alius inferior poteſt conferre hujuſmodi Parochiales Eccleſias, Apoſtolica Sede vacante; peracto tamen examine, juxta formam traditam à Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reform.* quodque dicta collatio fieri debet infra ſex menſes ab ipſo, ſeu alio inferiore: quia d. text. *in cap. ſi Apoſtolica nullum præfigit terminum ad conferendum*, *dict. requiſ.* 7. *dub.* 46.

Attamen idem Franc. in *d. cap. ſi Apoſtolica*, *num.* 1. quòd aliter dicendum eſſet in aliis Eccleſiis curatis, non tamen Parochialibus, quia d. tex. loquitur de Parochialibus, & de illis tantùm intelligendus eſt, prout nec habet locum in Eccleſiis Parochialibus Collegiatis, neque in Pa- 59
rochialibus habitu tantùm, & non actu: cum ceſſet tunc ratio expreſſa in *dicto capitulo ſi Apoſtolica*, nempe, ne ipſarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre, &c. necnon quia dicta Conſtitutio, & propterea ſtrictè intelligenda eſt, ut ipſe ait ibi *num.* 2. nec in Parochiali Eccleſia, quæ unita eſt alicui Dignitati, ſive Cathedralis, ſivè Collegiatæ Eccleſiæ, quarum primæ Dignitates ſunt reſervatæ per regulam 4. Cancellariæ, & remanent reſervatæ, ſeu affectæ, etiam mortuo Papa: tunc etenim non militat diſpoſitio *d. cap. ſi Apoſtolica*, quia in hoc caſu ea habetur ratio dictæ Parochialis, quæ de ipſa Dignitate, cui illa

eſt

eſt unita; nam hujuſmodi Dignitates, etiam mortuo Papa, remanent reſervatæ, per futurum Summum Pontificem providendæ, ſi tamen dicta unio facta fuerit acceſſoriè prædictæ Dignitati, nam acceſſorium regulatur ſecundum ſuum principale, *l. cum principalis*, *& l. nihil doli*, *§. cum principale*, *de reg. jur. cap. acceſſorium eod. tit. in 6.*

Quoniam verò text. *in d. cap. ſi Apoſtolica*, habet locum etiam in Parochiali Eccleſia reſervata, & vacante etiam ante obitum Papæ, ut in *§. Idem volumus*, non abs re, quoad alia beneficia, quæritur, quid ſi ante obitum ipſius Papæ vacaverat beneficium in menſe adhuc reſervato, & Pa-
60 pa morte præventus, illud non providit, an ceſſaverit dicta reſervatio ita ut Epiſcopus, vel alius Ordinarius valeat de illo diſponere.

Et quidem negativa eſt reſponſio, quæ ſatis apertè elicitur ex *regula 11. Cancellariæ*, ibi, *Item declaravit, &c. omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, quæ dicti prædeceſſores, etiam prædictæ diſpoſitioni, &c. reſervarunt, quæ, &c. tempore obitus eorundem prædeceſſorum vacabant, &c. remanſiſſe, & remanere per hujuſmodi reſervationem affecta, &c. nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice ſe intromittere, &c.* etiam ex multis rationibus allatis per Gonzal. *ad regul. 8. § 5. proœm. num. 84. cum ſeqq.* & ita vidimus pluries practicari, nempè quod ſic vacantia beneficia fuerunt collata per Pontificem ſucceſſorem.

Cùm autem ex ſuperius dictis conſtet, beneficiorum collationem, Sede Epiſcopali vacante, ad Summum Pontificem omninò ſpectare; non quidem ab hac noſtra praxi alienum exiſtimavimus conſequenter ſubnectere, quòd licèt de jure communi, Sedes Epiſcopalis, ſeù Abbatialis deſinat vacare per confirmationem, inſtitutionem, ſeù proviſionem à Sede Apoſtolica factam, ita ut per eas Prælatus acquirat exercitium juriſdictionis, etiam ante apprehenſam poſſeſſionem per gloſſ. *in cap. penult. verbo, collatio, de præb. in 6.* ac proinde poterit beneficia conferre ex adductis per Gonz. *gloſ. 15. §. 2. nu. 80. cum pluribus ſeqq.*

Nihilominus, ne poſſit dubitari, de proviſione, & quòd ille talis ſit Prælatus, circa hoc emanavit infraſcripta Conſtitutio, etiam ad tollendum abuſus aliquorum Prælatorum, qui volebant ſibi credi ſuper proviſionibus ſine litteris, & ſua authoritate, malo more, concutiebant Collegia ad ſe recipiendum, ut ait Lotter. *de re benefic. lib.*
61 *1. quæſt. 27. num. 31. & 32.* ac proinde dicendum eſt, quod novus Prælatus non acquirit exercitium juriſdictionis, & ſic neque poteſt beneficia conferre, antequam litteras ſuæ promotionis expediat, ac illas Capitulo, ſeù Conventui, cujus Prælati Sedes vacabat, oſtendat: namque quicquid antea de hac re ſentiendum eſſet, ſufficit ad præſens vigere Conſtitutionem fel. record. *Bonifacii Papæ VIII. ut in Extravag. Injuncta, de elect. inter commun.* quæ cum ſit quotidie practicabilis, ac tam in ipſa Romana Curia, quàm extrà eam allegetur, non incongruum exiſtimavi, illius tenorem hìc per extenſum ſubiicere, qui talis eſt, ut ſequitur videlicet.

62 *Injuncta nobis debitum ſervitutis expoſcit, ut qui reformandos in Clero mores, & actus, prout nobis ex alto permittitur, ſolertius intendimus, ibi præcipuè reformationis accommoda remedium apponamus, ubi majus reſpicimus periculum imminere.*

Sanè, quàm periculoſum exiſtat, quod aliquis in officio, dignitate, vel gradu fore ſe aſſerat, & pro tali etiam habeatur, niſi prius ipſe quod aſſerit, legitimis oſtenderit documentis, tam ex civilibus, quàm ex canonicis inſtitutis colligitur evidenter. Aſſerenti namque cum mandatis Principis ſe veniſſe, credendum non eſt, niſi hoc ſcriptis probaverit. Nec ſimiliter creditur ſe aſſerenti legatum; nunquam enim Apoſtolicæ Sedis moris fuit, abſque ſignatis apicibus undecumque legationem ſuſcipere. Sed nec dicenti, ſe delegatum, Sedis ejuſdem creditur, vel intenditur, niſi de mandato Apoſtolico, fides doceat oculata. Similiter Clerici ad alienam Diœceſim ſine ſuorum Ordinariorum litteris venientes, nec in ſuis recipiantur ordinibus, nec ad ſuperiores aſcendant. Clerici quoque monachi, qui de ſuis Civitatibus ad alienam Urbem proficiſcuntur, niſi muniti veniant ſuorum litteris Prælatorum, non ſunt Clerici, vel monachi reputandi. Si quis præterea in Clerum electum ſe dicat, ſi ſacerdotem ſe nominet, hoc ſcrutandum eſt; quia non ſine periculo

Corradi Prax. Benefic.

eſt; in talibus communicatio indiſcuſſa. Quod autem in aliis, qui ſe Epiſcopos, vel Superiores, Prælatos, aut etiam Abbates, Priores, ſeu alios Monaſteriorum Rectores, quocumque nomine cenſeantur, appellantur, ſi diſcuſſio celebris, & diligens facienda, luculenter apparet: & ſi ſcandala, & pericula gravia, (quæ ipſorum patere poſſet communicatio indiſcuſſa) diligentius attendantur. Hinc nos evidens evocat ratio, ut cum præmiſſis aliis caſibus, qui minoris exiſtunt periculi, ſit ex conſtitutionibus editis jam proviſum, hunc ultimum, qui pericula graviora minatur, nequaquam ſine proviſionis opportuna remedio relinquimus.

Præſenti itaque valitura Conſtitutione ſancimus, Epiſcopi, & alii Prælati Superiores necnon Abbates, Priores, & cæteri Monaſteriorum regimina exercentes, quocunque nomine cenſeantur, qui apud dictam Sedem promoventur, aut confirmationis, conſecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commiſſas eis Eccleſias, & Monaſteria, abſque dictæ Sedis litteris, hujuſmodi eorum promotionem, confirmationem, conſecrationem ſeu benedictionem continentibus, accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumant: nullique eos, abſque dictarum litterarum oſtenſione recipiant, aut eis pareant, vel intendant.

Quod ſi forſan contra præſumptum fuerit, quod per Epiſcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios Monaſteriorum regimina exercentes prædictos, medio tempore actum fuerit, irritum habeatur, nec quicquam interim iidem Epiſcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de Eccleſiarum, vel Monaſteriorum proventibus percipiant eorundem.

Capitula verò, Conventus Eccleſiarum, & Monaſteriorum ipſorum, & alii quicumque ipſos abſque hujuſmodi dictæ Sedis litteris recipientes, vel obedientes eiſdem, tandiu ſint à beneficiorum ſuorum fructuum perceptione ſuſpenſi, donec ſuper hoc ejuſdem Sedis gratiam meruerint obtinere. Similiter quoque Epiſcopi, Prælati, Abbates, Priores, & alii Monaſteriorum regimina exercentes, & prædicti ſolito fidelitatis, & obedientiæ juramento non præſtito. Illi etiam Pontifices, quos apud prædictam Sedem pallium continget recipere, abſque litteris traditionis ipſius pallii nequaquam ab eadem diſcedant: diſcedentes vero (quouſque hujuſmodi juramentum præſtiterint, & litteras obtinuerint) nihil de ipſarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum proventibus percipiant: & quicquid interim per eos (ut de aliis prædicitur) actum fuerit, viribus non ſubſiſtat.

Unde, attenta hujuſmodi *Extravag.* ex ea ſatis liquet, non ſufficere, quod litteræ proviſionum pro prædictis ſint expeditæ, verùm etiam requiri, quod ſint Capitulo, vel Conventui oſtenſæ; nec aliter, niſi hoc modo, intelligendi ſunt DD. ſimpliciter dicentes, quod litteræ debent eſſe expeditæ, nullam facientes de illarum oſtenſione mentionem; quia, ut advertit id Gonz. *d. gloſ. 15. §. 2. num. 84.* licèt ipſi DD. loquantur de ſupradicta litterarum expeditione, non tamen excludunt illarum tranſportationem, oſtenſionem, & præſentationem, prout dicitur in *d. Extravag.* cum decreto irritante, ac gravibus pœnis non ſolùm utenti juriſdictione ſine prædictis litteris, ſed etiam Capitulo, ſeù Conventui admittenti ad poſſeſſionem, ſeù juriſdictionis exercitium ante prædictarum litterarum præſentationem: immò prædicta *Extravag.* fuit confirmata per *Alexandrum VI.* & alios Romanos Pontifices; ita quod hodie de hoc non eſt dubitandum Parii. *de reſign. benef. lib. 8. q. 5. num. 33.*

Verum eſt tamen, quod licèt ſupradicta *Extravag. Injuncta*, loquatur de prædictis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, &c. non tamen ligantur Cardinales ex illius diſpoſitione: quia illi poſſunt etiam ante adeptam poſſeſſionem, beneficia conferre, ut per Bartholomæum Belencin. *in tract. de charitat. ſubſid. qu. 66* relatus per Sarnen. *in proœm. regul. q. 4. num. 9.* nam dicta Conſtitutio eſt exorbitans à regulis juris communis, ut dicitur in una *Toletan. Parochialis de Alcandete*, relata per Garc. *par. 5. cap. 5. nu.*
252. nec finalis ratio *d. Extravag.* extendi poteſt ad Cardi- 63
nales, nec illis convenire, Seraph. *deciſ. 1144. num. 2. verſ. alia rationes, & deciſ. 1548. nu. 1.* Lotter. *de re benef. lib. 1. c. 27. num. 32.* quia dum diſponit, neminem admitti debere ad adminiſtrationem Eccleſiarum, litteris non expeditis, non comprehendit Cardinales; eo quia eſſet irrationabile, quod dicta generalis Conſtitutio, quæ emanavit pro intereſſe burſale, afficeret Cardinales, qui particulari privilegio ſunt immunes

munes à taxis Officialium, ut fuit dictum in una *Firman. Penſionis coram Durano, quæ eſt deciſ. 46. num. 13. & 14. p. 5. rec.*

Eſt tamen hic apprimè advertendum, quod ſtantibus præmiſſis, non ſunt audiendi contrarium ſentientes ex quadam deciſione in una *Burgen. Canonicatus*, quæ eſt 182. *part. 2. diverſor.* quam ſæpiſſimè audivi (licèt perperam) allegatam: ex eo quòd in ea fuerat tentum, gratiam Apoſtolicam fuiſſe juſtificatam, non obſtante collatione facta N. per Capitulum, Sede Epiſcopali Burgen. vacante; quia dicta Sedes tunc non vacabat, ex quo Archiepiſcopus erat de dicta Eccleſia proviſus in Conſiſtorio, & ſuper dicta proviſione expedierat litteras: nam vacatio Eccleſiæ durat uſque ad confirmationem, gl. *in Clem. 1. verbo collatio, ut litter. pend. &c.* & ideò poſt confirmationem poteſt etiam conferre beneficia, &c. cum aliis in *d. deciſ. numer. 5. allegatis ubi num.* 4. dicitur, etiam non obſtare, quod Archiepiſcopus, de tempore dictæ collationis factæ per Capitulum, non cæpiſſet poſſeſſionem Eccleſiæ; quia illa non eſt neceſſaria de jure communi, ſed ſufficit ſola proviſio, quæ tribuit exercitium juriſdictionis, ut ibi *num. 6.*

De hujuſmodi etenim deciſione, quæ ex diametro adverſatur prædictæ *Extravag. Injunctæ*, nulla eſt habenda ratio, quia *d. Extravag.* non fuit animadverſa in prædicta *deciſ. Burgen. Canonicatus*, ut advertit idem Gonz. *loc. citac. ſub num. 87. verſ. necnon fuit receſſum*, & ibi plura in propoſito adducit *num. ſeq.* cum in *reg. 2. Cancellariæ* expreſsè dicatur, quod duret Sedis Epiſcopalis vacatio uſque ad proviſionem illius, Apoſtolica authoritate faciendam, & adeptā pacificam poſſeſſionem.

Benè tamen practicatur, ut cum Epiſcopus noviter creatus, non expediat debito tempore, litteras ſuæ promotionis, illaſque poſtmodum Capitulo oſtendat, conſuevit Summus Pontifex dare eidem Epiſcopo litteras in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris, quod de more Curiæ nuncupatur *Breve de capienda poſſeſſione*, cujus vigore ipſe 64
Epiſcopus apprehendit ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem, ac omnia facit, quæ ad juriſdictionem ordinariam pertinent, & ſic conferre etiam beneficia, ut ex tenore ejuſdem Brevis, in quo adjicitur clauſula, quod ipſe Epiſcopus teneatur infra ſex menſes primodictas litteras expedire. Formula autem ſupradicti brevis, talis eſſe conſuevit, ut ſequitur, videlicet.

A tergo. *Venerabili fratri, &c. Epiſcopo, &c.* Intus verò.

INnocentius Papa X. Venerabilis Frater, Salutem, &c. Cum nos nuper te à vinculo, quo Eccleſiæ N. cui tunc præeras, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, ad Eccleſiam N. certo tunc expreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtitutam, de eorundem fratrum conſilio, tranſtulerimus, teque eidem Eccleſiæ N. in Epiſcopum præfecerimus, & paſtorem, curam, & regimen ejuſdem Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo; prout in noſtris deſuper ſub plumbo propediem expediendis litteris Apoſtolicis, latius explicabitur. Nos, ne interim, dum litteræ prædictæ expediuntur, dicta Eccleſia N. aliqua in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus, detrimenta ſuſtineat, providere, ſimulque commoditati tuæ conſulere volentes, Tibi, ut vigore præſentium, per te, vel procuratorem tuum, poſſeſſionem, ſeù quaſi, regiminis, & adminiſtrationis ejuſdem Eccleſiæ N. ac bonorum illius menſæ Epiſcopalis apprehendere, & retinere, fructus quoque, redditus, & proventus percipere, exigere, & levare; ac in tuos uſus, & utilitatem convertere; necnon ea, quæ juriſdictionis, non tamen ordinis, ſunt, facere, & exercere liberè, & licitè valeas, perinde, ac litteræ præfatæ expeditæ eſſent, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, de ſpeciali gratia indulgemus. Mandantes dilectis filiis, Capitulo, & Vaſſallis dictę Eccleſię, necnon Clero, & populo Civitatis, & Diœceſis N. ut tibi, tanquam patri, & paſtori animarum ſuarum devotè intendentes, tua ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent; ipſique Vaſſalli conſueta ſervitia, & jura tibi ab eis debita, integrè perſolvant, & exhibeant; alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam ritè tuleris, ratam habebimus, & faciemus, &c. obſervari: Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prędeceſſoris noſtri, quę incipit Injunctę, aliiſque, &c. necnon dictę Eccleſię N. roboratis ſtatutis, &c. cęteriſq; contrariis quibuſcunq; Volumus autem, quod intra ſex menſes proximos, & Data præſentium computandos, litteras prędictas ſub plumbo expedire, ac jura Cameręe Apoſtolicę, & aliis propterea debita, perſolvere omninò tenearis; alioquin dictis ſex menſibus elapſis, proviſio, & præfectio prędictę, nullę ſint, & Eccleſia ipſa vacare cenſeatur eo ipſo. Dat. Romę, &c. ſub Annulo Piſcatoris Die, &c. Pontificatus, &c. anno, &c.

Quæ quidem brevia admittuntur, quoad omnes prædi-
65 ctos effectus; quia illa non excluduntur per *dict. Extravagant. Injunctæ*, ſed quoad hoc, veniunt, etiam appellatione litterarum; & ſic per breve hujuſmodi ſatisfit eidem *Extravagant.* ad probandum promotionem Epiſcopi, ut ex pluribus comprobat Staphil. *in tractat. brevium, fol. mihi 148. num. 7.* & ita paſſim practicari videmus, & apprehenſa poſſeſſione per novum Epiſcopum ſuæ Eccleſiæ, vigore prædicti brevis, poteſt etiam ille conferre beneficia.

Hoc autem, circa praxim collationis beneficiorum, quando Epiſcopus acquirit exercitium juriſdictionis per oſtenſionem prædictarum litterarum ſuper proviſione ſuæ Eccleſiæ vacantis per obitum prioris Epiſcopi cum adeptione poſſeſſionis. Nunc verò, ſaltem obiter, videndum, quid ſervetur, quando Epiſcopus de uno ad alium Epiſcopatum, Apoſtolica authoritate, transfertur, & quando poſſit validè conferre beneficia vacantia, ſive prioris, ſive poſterioris Eccleſiæ.

Et pro themate, ſat eſt circa hujuſmodi beneficiorum collationem, proviſum per *d. 2. regulam Cancellariæ*, qua Summus Pontifex inter cætera ſibi reſervavit omnia beneficia ad quamcumque diſpoſitionem, &c. quomodocumque vacavarint uſque ad proviſionem Succeſſorum, &c. & adeptam ab eiſdem poſſeſſionem.

Unde proponendum hic duxi, quod ſi Epiſcopus unius Eccleſiæ abſolvatur per Summum Pontificem à vinculo, quo eidem Eccleſiæ tenebatur, & translatus ad aliam Ec- 66
cleſiam, vacabunt Canonicatus, & præbendæ, ſive alia beneficia prioris Eccleſiæ, erunt reſervata vigore ſupradictæ regulæ; quia per talem abſolutionem, & liberationem Epiſcopi à vinculo prioris Eccleſiæ, factam de ſuo conſenſu, vacat prædicta Eccleſia, & dicitur Epiſcopus tranſlatus; quamvis non fuerit ſecundæ Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus: nam quantum ad ſe, jam eſt privatus, & dicitur mortuus ab illa hora, qua transfertur, quantum ad primam Eccleſiam, ut optimè probat Gratian. *diſcept. for. capit. 296. num. 15.* ſubdens *num. ſeq.* quod proinde hæc tranſlatio facta de ejuſdem Epiſcopi conſenſu, dicitur in effectu quædam renunciatio; quod quidem optimè declaratur in una *Plocen. Canonicatus 26. Martii 1613. coram Coccino Decano* impreſſa penes Farinac. *tom. 2. deciſion.* 475. ubi Summus Pontifex, ſub die decima quarta Maii tranſtulit Epiſcopum Plocen. ad Eccleſiam Uladiſlavien. & cum die vigeſima prima Iunii ſequentis anni 1607. vacaſſet unus ex Canonicatibus dictæ Eccleſiæ Plocen. à qua Epiſcopus fuit translatus ad Uladiſlavien. fuit dubitatum, an conſtaret de reſervatione dicti Canonicatus, juxtà prædictam *regulam 2. Cancellariæ* propter talem tranſlationem: Et licèt pro negativa videbatur, poſſe reſponderi, nempè, quòd quis non dicitur verè translatus, niſi poſt adeptionem poſſeſſionis ſecundæ Eccleſiæ, per gl. *in cap. ſi quis jam translatus, 21. quæſt. 2.* necnon, quia quando translatio fit ob merita, abſolutio à vinculo prioris eccleſiæ, intel-

intelligitur facta ſub conditione, quatenus videlicet placuerit tranſlato, ex pluribus juribus in *d. deciſ. num. 4. allegatis*. Nihilominus fuit concluſum pro vera tranſlatione, & ſic irritare prædictam *regulam* 2. *Cancellariæ*; ex eo quod ſupradicta tranſlatio fuit facta de conſenſu ipſius tranſlati, & propterea nihil habebat agere in prima Eccleſia: nam ſtatim perdit illius jura; & etiam in ſimplici tranſlatione, non facta pro utilitate, aut neceſſitate Eccleſiæ, aut ob merita, ſtatim poſt tranſlationem, abſque alio conſenſu præcedente, aut ſubſequente, tranſlatus perdit jura primæ Eccleſiæ: quia Papa transferendo, abſolvit à vinculo primæ Eccleſiæ factaque dicta abſolutione, prima Eccleſia remanet libera: & licèt hujuſmodi ſententia ſit controverſa, nihilominus DD. allegati in *d. dec. Plocen.* concludunt, tranſlationem ſtatim habere effectum, etiam abſque conſenſu: ergò multò fortius quando adeſt conſenſus: Et alias Sacra Congregatio conſulta; *An Capitulum potuit deputare Vicarium generalem in Eccleſia, a qua quia fuit translatio facta de illius tranſlati conſenſu, etiam ante adeptionem poſſeſſionis ſecundæ Eccleſiæ, Cenſuit, quod ſic*. Tanto magis, quia quando fit tranſlatio pro utilitate, aut neceſſitate Eccleſiæ, ipſa incipit vacare à die pronunciationis neque in hoc debet expectari conſenſus Epiſcopi, Prob. *ad Monach. in cap. generali, de elect. in 6.* Abb. *in cap. cum nobis, num. 5. in fin. verſ. ſecus ubi Papa, de elect.* Et probatur in *d. deciſ.* tranſlationem fuiſſe factam de conſenſu ipſius Epiſcopi; quia procurator tranſlati ſolvit annatam mille ducatorum, & habuit litteras expeditas: quo manifeſtè apparebat, fuiſſe conſtitutum procuratorum ad hunc effectum, cum mandatum conjecturis probetur, Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 2. num. 5. & 6. de reb. Eccleſ. non alien.* Et ex facto videbatur ceſſare omnis difficultas; quia tranſlatio fuit facta die 14. Maii, & ſub die 23. ejuſdem menſis Procurator habuit litteras expeditas Epiſcopatus Uladiſlavien. & die vigeſima prima Junii evenit vacatio Canonicatus Plocen. quo ſtante, tempore vacationis Canonicatus Plocen. Eccleſia Uladiſlavien. non dicebatur amplius vacare, cum de ea fuerit facta proviſio, & litteræ expeditæ: nam vacatio Eccleſiæ durat uſque ad confirmationem electionis, qua ſequuta, non dicitur vacare, gloſ. *in Clem. 1. verſic. collatio, in lit. pend.* Felin. *in cap. cum Berteldus, colum. 2. num. 3. verſic. dixi etiam, de re jud. cum aliis in d. deciſ. adductis num. 11.* idem Grat. *d. cap. 296. num. 14.* qui *num. 24.* ait, quòd immò etiam primus Epiſcopatus vacabit illicò poſt tranſlationem factam à Papa, non expectato tranſlati conſenſu, qui dependet à voluntate Papæ, quaſi videatur approbata vacatio, ſaltem eo caſu, quo Epiſcopus fuit poſtulatus in Archiepiſcopum, & ipſe licèt non conſenſerit, tamen non contradixit, ſed voluntati Papæ ſe ſubmiſit: namque tunc ſequuta tranſlatione, ſtatim vacavit Epiſcopatus, cum non fuerit facta omninò ſine ſuo conſenſu in juribus ibi allegatis, & ſubdit *nu. 45.* quod in hoc caſu neque attenditur proteſtatio Epiſcopi, cum ſtatim, quod conſenſerit tranſlationi, non poterit deinde in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, & ſucceſſorum proteſtari, & protrahere vacationem: nec poterit ipſe tranſlatus allegare. Hæc placuit ferè ad verbum ex *d. deciſione* tranſcribere, quæ circa præmiſſa quotidie allegantur, & practicantur.

Et aliàs emanavit Sacræ Congregationis declaratio in hunc qui ſequitur modum, *Sacra Congregatio Epiſcoporum Sanctiſs. Dom. N. approbante, cenſuit, Eccleſiam, a qua volens transfertur, ſeu quam admittit Epiſcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſtorio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem litterarum, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ & poſtquam hujuſmodi abſolutionis notitiam Epiſcopus habuerit, etiam ex teſtimonio, ſeu documento Secretarii Sacri Collegii, illicò teneri eum abſtinere ab exercitio ordinariæ juriſdictionis, eamque transferre in Capitulum, tanquam Sede vacante; & ita poſſe, & debere Capitulum ſtatim ea juriſdictione uti, ac Vicarium, juxta Tridentin. Concil. præſcriptum eligere Sedemque vacantem publicare, quam quidem declarationem* affert Maſſobr. *in prax. haben concurſ. ad Paroch. req. 1. dub. 9. num. 12.* & emanaſſe teſtatur 10. *Decembr. 1624.*

Abſolutio autem à vinculo prioris Eccleſiæ, & tranſlatio ad ſecundam incipiunt à Data Contracedulæ, & ſuper
67 ea, ac ſub eadem Data expediuntur litteræ Apoſtolicæ ſuper præfectione Eccleſiæ; & ab illo die Epiſcopus dicitur tranſlatus; itaut nihil prorſus habet cum priori Eccleſia, & apponitur Data hujuſmodi tranſlationis, videlicet. *Romæ apud Sanctum Petrum 30. Martii 1573. fuit Conſiſtorium, in quo Sanctiſs. Domin. Noſtr. proponente Sanctitate Sua.*

Abſolvit R. P. D. Ferdinandum Farneſium Epiſcopum Montis Flaſconen. & Cornetan. à vinculo, quo ipſis Eccleſiis Montis Flaſconen. & Cornetan. tenebatur, & cum tranſtulit ad Eccleſiam Parmen. vacantem per ceſſionem Reverendiſs. D. Alexandri Cardinalis Farneſii, ipſumque illi in Epiſcopum præfecerit, & Paſtorem, &c. ut per Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. q. 5. n. 32.* ſic enim ſervatur, quando Eccleſia expeditur ſine proceſſu: prout contigit in perſonis notis, & Summo Pontifici gratis: quia tunc idem Pontifex refert, & concedit, approbantibus omnibus Cardinalibus, teſte eod. Pariſ. *loc. cit. n. 16.*

Et à die prædictæ tranſlationis, ſtatim Epiſcopus perdit jura primæ Eccleſiæ, ut aliàs diximus: & ab eo tempore vacat Eccleſia, etiam ante expeditionem litterarũ, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, & poſtquàm hujuſmodi abſolutionis notitiam habuerit, tenetur abſtinere ab exercitio ordinariæ juriſdictionis, quæ tunc tanquam Sede Epiſcopali vacante, tranſit in Capitulum: quod eodem tempore, & intra octo dies à die notitiæ dictæ tranſlationis poteſt, & de- 68
bet conſtituere Vicarium: quia jam dicitur tunc vacare Eccleſia per tranſlationem, prout ex declaratione Sacræ Congreg. quam refert Quar. *in verbo, c. Sed. vac. ſub n. 4. verſ. Terminum octo dierum.*

Illud autem, quòd ſupra dictum eſt de adeptione poſſeſſionis Epiſcopatus, ad effectum conferendi beneficia, certum eſt, procedere, etiam in Epiſcopo tranſlato, ut hic, qui ante adeptam ſupradictam poſſeſſionem Eccleſiæ, ad quam transfertur, non poteſt beneficia conferre; licèt quidam Epiſcopus tranſlatus, poſt dictam tranſlationem, ac litterarum expeditionem, ante tamen dictam poſſeſſionem, de facto contulit pingue beneficium ſecundi Epiſcopatus, ejus nepoti: & ab illo poſtmodum ego conſultus de hujuſmodi collatione, reſpondi pro illius invaliditate: prout ſatis conſtat ex ſupradicta regula: licèt melius reſpondiſſem, quòd amor, & carnalitas eſt unus ex quatuor modis, quibus humanum jus pervertitur, *c. quatuor, 11. q. 3. gloſ. in cap. pervenit, 1. q. 3. verbo gravius*, ubi, quòd cæci ſunt Epi-
ſcopi erga nepotes, *c. dilectiſſimi, 8. q. 2.* unde non immeritò 69
dicit text. *in l. nec in ea, ff. ad leg. Iul. de adulter.* quod tantus impetus eorum, omnia effundendi nepotibus, eſt reſtringendus, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 54. num. 7. & 8.*

Namque licèt, etiam Epiſcopo tranſlato, ut dictum eſt, ſufficiant ad acquirendam juriſdictionem, proviſio, ac expeditio litterarum ſuæ promotionis, illarumque tranſportatio, & oſtenſio, *ex d. Extravag. Injunctæ*, itaut, etiam ante adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ, poſſit conferre beneficia, hoc tamen procedit tantum de jure communi Gratian. *diſcept. for. cap. 126. num. 46.* ex eo, quòd collatio beneficiorum ſit actus juriſdictionis, *gloſ. fin. in fin. in cap. novit*, & ibi Abb. *ſub num. 3. de offic. leg.* gloſſ. & DD. 70
in cap. tranſmiſſam, de elect. Lap. *allegat. 89. numer. 12.* Selv. *de benefic. quæſt. 40. nu. 1.* Gonz. *ad reg. 8. §. 4. proœm. num. 27.*

Nihilominus verò hujuſmodi juriſdictio, quoad collationem beneficiorum, Sedi Epiſcopali vacante, eſt limitata per *d. regul. 2.* quæ ita reſervat prædictam collationem: prout etiam ipſa quotidiana praxis nos docet: & Datariæ Apoſtolicæ ſtylus affirmat, quod in vacatione beneficii in menſe Ordinarii, dicta Sede vacante, poſtquàm narrata eſt in ſupplicatione, vacatio prædicta, ſi tamen in ea non dicitur, quod novi Epiſcopi poſſeſſio nondum fuerit apprehenſa, addit ipſa Dataria hæc verba, *Seu poſſeſſione Eccleſiæ N. per moderrnum Epiſcopum nondum adepta*, ut aliàs diximus: quod eſt conforme ſupradictæ *reg. 2.* ibi, *& adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam illarum poſſeſſionem, &c.*

Quòd tamen ita demum locum ſibi dignoſcitur vendicare, quando videlicet collatio vacantis beneficii ſpectat ad ſolum Epiſcopum, & in ſolidum, non data ſimultanea collatione: quia ubi collatio eſt communis Epiſcopi, ſcilicet & Capituli, vel cum alio, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem, ut dicitur in prædicta *regula 2.* beneficium, Sede Epiſcopali vacante, non erit reſervatum, 71

ſed Capitulum benè poterit conſerre tale beneficium in menſe ordinario vacans, Gonzal. *gloſ.*45. §. 3. *ſub num.* 36. *verſic. Quæro tertio*, nam ſolum beneficia vacantia in menſibus ordinariis Sedi Epiſcopali vacante, ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ, quando collatio eſt libera, & ad ſolam diſpoſitionem Ordinarii, abſque alterius collatione, electione, ſeù præſentatione, & ſic loquitur dicta regula de collatione libera, quæ poteſt fieri ſolo Epiſcopo, ad illius præciſam, & totalem voluntatem, Aym. *conſil.* 122. *num.* 5. Ruin. *conſil.* 18. *num.*6. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *qu.*7. *num.*34. Gonz. *gloſ.*46. *num.*3.

Quia licèt diviſum ſit exercitium conferendi inter Epiſcopum, & Capitulum, quod illis de jure communi competit, *ut in cap.* 1. & ibi gloſ. *in verbo dividi, de jurepatronat.* collatio tamen ſimultanea, quæ de jure competit Epiſcopo, & Capitulo, competit etiam cuilibet illorum in ſolidum; cum ſit actus dividuus qui ab uno expediri poteſt quoad exercitium, ut dixit Ruta *in una Calciat. & Legionen. Præſtimoniorum* penes Coccin. *deciſ.* 122. *num.* 4. Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quaſt.* 21. *num.* 24. ſicut etiam dicitur de jurepatronatus, cujus exercitium competit cuilibet ex patronis in ſolidum, *capit.*1. & 5. *de jurepatronat.* Achil. de Graſſ. *deciſ.*4. *num.* 53. *de præbend.* ita etiam eo modo, quo ſæpè fieri contingit, ſi videlicet collatio ſit ſimultanea, Epiſcopi, & Capituli, & illa fiat ab altero nulla fiat collatio: nam illa per unum illorum facta, tenebit; ex eo quod jus conferendi competit cuilibet in ſolidum, & ſi unus non confert, cenſetur conſentire collationi per alterum factæ, ut ex *dict. deciſ. Achill.* 4. *num.* 13. & collatio unius collatoris præſervat poſſeſſionem alterius; quod procedit in quocumque ſocio, & compatrono, id. Gonz. *gl.*45. *num.*69. *& ſeq. &* ead. gloſ. §.3. *num.* 44. *& ſeq.*

Unde in propoſito, deficiente Epiſcopo, Capitulum
73 confert jure proprio, ut dictum eſt, *capit.* 1. *ne Sed. vacant.* & ubi collatio ſpectat ad ſolum Epiſcopum, Sede Epiſcopali vacante, eſt per dictam regulam Papæ reſervata.

Suppoſita verò ſupradicta ſimultaneitate, Papa per prædicta verba regulæ, *non tamen ad collationem cum*
74 *alio, vel aliis, &c.* ſatis apertè oſtendit, ſe nolle Capitulo præjudicium inferre in ſua collatione, Sede prædicta vacante.

Hinc propterea eſt, quod Cancellaria Apoſtolica, quæ eſt organum mentis, & vocis Papæ, prædictæ regulæ conditoris Caſſad. *deciſ.* 3. *num.* 3. *de reſervat. & deciſio.* 2. *num.* 7. *de union.* prædicta verba narrativæ ſupplicationis, latiùs, juxtà illius ſtylum, in ſuis litteris ſuper proviſione talis beneficii expediendis, declarat, quod ita demum intendit tale beneficium conferre quatenus illud vacet Sede Epiſcopali vacante, illiuſque collatio ſpectet tantùm ad Epiſcopum, non tamen ad illum, & Capitulum ſimul; quo caſu mortuo, aut quomodolibet deficiente Epiſcopo, poteſt Capitulum ſolum illud beneficium conferre, ut dictum eſt.

Quarè prædicta verba ſupplicationis, eo quo ſequitur
75 modo ipſa Cancellaria declarat: & extendit, videlicet, *Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica ad collationem, & quamcunque aliam diſpoſitionem Epiſcoporum quorumcunque duntaxat, non tamen cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem pertinentia, quæ poſt illorum obitum aut Eccleſiarum ſuarum dimiſſionem, vel amiſſionem; ſeu privationem uſque ad promotionem ſuorum ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias, Apoſtolica authoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem Succeſſoribus pacificam illarum poſſeſſionem, quomodocunque tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, Decernentes ex tunc, &c. irritum, & inane ſi ſecus, &c. attentari. Cum itaque poſtmodum Eccleſia Sancta N. loci, &c. N. Diœceſis, &c. cujus dum pro tempore vacat, collatio, & omnimoda diſpoſitio Epiſcopum N. pro tempore exiſtentem in ſolidum, ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, dignoſcitur pertinere, & quam quondam N. prædicta Eccleſia Rector, dum viveret, obtinebat, per obitum ejuſdem N. qui extra Romanam Curiam de menſe Iunii proxime præterito, Sede Epiſcopali N. vacante, ſeu poſſeſſione Eccleſia N. per venerabilem fratrem noſtrum modernum Epiſcopum N. nondum adepta, diem clauſit extremum, vacaverit, & vacet ad præſens, Nulluſque de illa, præter Nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, Nos tibi, qui à dilectis filiis Examinatoribus in Urbe deputatis examinatus, & idoneus repertus fuiſti, aſſerenti te ex dicto loco oriundum exiſtere, &c. conferimus, &c.*

Et ita ſimiles proviſiones beneficiales prædicta Cancellaria expedire conſuevit, extendendo verba ſupplicationis, non ſolùm vigore clauſulæ illius ſecundæ partis, ibi, *latiſſimè extendentis*, ſed etiam, quia ex officio, & ſecundum illius ſtylum, pro qualitate materiæ, clauſulas ſupplicationis reſtringit, ſive ampliat, & declarat, juxtà mentem Papæ, ut per Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 21. & hoc modo intelligitur Cancellariam prædictam eſſe illius organum, ut dictum eſt, nempè circa ea, quæ concernunt expeditionem litterarum: nam illius extenſioni ſtandum eſt, ſive Clauſulas ſupplicationis reſtringat, ſive declaret, *Sarnen. ſuper reg. de non jud. juxt. for. ſuppl. quaſt.* 2. *verſic. quia ſola ſupplicatio. num.*2. non autem concernentia ſubſtantiam gratiæ: cum hæc ſint quæ pertinent ad ple-
nitudinem poteſtatis; quam tamen non habet Cancellaria, 76
quæ dicitur organum Papæ in faciendo, & ſic in addendo & in augendo gratiam cum clauſulis, & aliis, quæ de ſtylo ſolent concedi, non autem in faciendo, vel minuendo, & detrahendo ea, quæ in ſupplicatione conceduntur, & quæ Cancellaria non expedit, prout notum eſt Curialibus, etiam mediocriter in ipſa Cancellaria verſatis, & comprobat, etiam idem Mareſcot. *loc. citat. num.* 11. & 12. ſed tantummodo illa, quæ ſecundum quaſdam regulas ſibi à Papa traditas, expedire conſuevit; unde non immeritò di-
ci ſolet, quod ea, quæ in Cancellaria Apoſtolica fiunt, in 77
Conſiſtorio Papæ fieri dicuntur idem *Sarnen. ſuper reg. de trien. qu.*7. *num.*2.

Præmiſſa verò, quoad ſimultaneam collationem Epiſcopi cum Capitulo, vel aliis, certum eſt, procedere in beneficiis non reſervatis: nam aliud dicendum eſt de reſervatis, & in quibus Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales habent indulta conferendi: namque tunc non poterit prædictum Capitulum aliquod jus, prætextu ſimultaneæ collationis, prætendere; quod declaratum eſt per ſel. record. *Urbano VIII. ſuo Motu proprio*, tenoris ſequentis, videlicet,

78 *Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Vrbanus divina providentia Papa VIII. Accepto, quod S. R. E. Cardinales ſuper indultis, & facultatibus diſponendi de beneficiis Eccleſiaſticis, Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & affectis à Sede prædicta ſibi conceſſis, per Capitula, & Canonicos Cathedralium Eccleſiarum, quibus illi ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præſunt, impediuntur ſub prætextu, quod ipſi Capitula, & Canonici jus nominandi, vel præſentandi, aut aliàs quomodolibet diſponendi de beneficiis in menſibus non reſervatis, pro tempore vacantibus, cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinariis conjunctim, vel diviſim habentes, tamquam membra capiti adhærentia, à Cancellariæ Apoſtolicæ regula menſium reſervatoria, à qua Cardinales præſervantur, etiam excipi, & facultates, ac indulta, quæ certarum reſervationum obſtacula tollunt, ſibi quoque ſuffragari debere prætendunt; & attendens privilegium, quod Cardinales in prædicta regula præſervantur, eis intuitu Cardinalatus conceſſum eſſe, neque rationi conſonum fore, ut Capitula, & Canonici, dum ſui Præſules Cardinalatus honore praefulgent, plus juris in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ſeù ipſorum Cardinalium Præſulum jus, & indultum conferendi ab ipſa Sede habentium, obtineant, quam ſi ipſi Cardinales non forent, Motu proprio, ſub die vigeſima nona Decembris Anni ab Incarnatione Domini 1625. declaravit, intentionis, & voluntatis ſuæ eſſe, quod Cardinales Præſules, de omnibus, & ſingulis beneficiis Eccleſiaſticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, ad eorum,*

etiam

etiam cum alio, vel aliis collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeù quamvis aliam ſimilem diſpoſitionem, ratione Eccleſiarum, quibus ipſi Cardinales præſunt, conjunctim, vel diviſim ſpectantibus; non tamen in libris Cameræ Apoſtolicæ deſcriptis, nec ex perſonis familiarum Suæ Sanctitatis, vel Conclaviſtarum, aut ratione vacationis apud Sedem prædictam reſervatis, vel affectis; quæ omnia Sanctitas ſua ſibi, & ſucceſſoribus ſuis tempore exiſtentibus, ſpecialiter, & expreſſè reſervavit, ad præſens vacantibus, & in futurum vacaturis, ſoli per ipſos, vel alios ad id deputandos, abſque Capitulo, & Canonicis, aliiſque quamcumque ordinariam diſpoſitionem eorundem beneficiorum, ſimiliter conjunctim, vel diviſim cum eiſdem Cardinalibus habentibus; dummodò aliàs, ſub indultis eis conceſſis comprehendantur, liberè provideant. Neque Capitula, aut Canonici hujuſmodi privilegio, quod Cardinalibus Præſulibus, nullo habito Capitulorum, & Canonicorum reſpectu, conceſſum eſſe dignoſcitur, gaudere, frui, aut jus aliquod inde prætendere poſſint. Decernens declarationem prædictam, à dicta die vigeſima nona Decembris robur obtinere debere, etiam ſi necdum publicata fuiſſet, ac irritum &c.

Et præter iſtam moderationem adſunt nihilominus aliæ hujuſmodi indultorum moderationes *Pii V. Conſtit. 37. in bullario tom. 2. & Gregorii XIV. Conſt. 19. d. tom. 2.* necnon *Pauli V. Conſtit. 58. tom. 3.*

Et ſic patet, quod Capitulum non poteſt concurrere ratione communis, & conſortii; itaut indultum Cardinalis proſit etiam ipſi Capitulo: nam ſupradicto *Motu proprio Urbani VIII.* ſatis apertè cavetur, quod Cardinales Epiſcopi, collationem beneficiorum habentes, ſoli, & per ſe ipſos conferant, abſque Capitulis, & aliis, cum ipſis Cardinalibus collationem habentibus, & quod Capitula, indulto conferendi beneficia reſervata, Cardinalibus conceſſo, intuitu dumtaxat Dignitatis Cardinalitiæ; non autem Capitulorum, nullo pacto frui, aut aliquod jus inde prætendere poſſint, prout declarat etiam Lotter. *de re benefic. lib. 2. qu. 21. ſub n. 125.* & Rot. *dec. 335. n. 12. p. 4. rec.*

Et vacet ad præſens, ex eo, quod de hujuſmodi parochiali Eccleſia non fuerit alteri proviſum; quaſi ſiquis
79 fuerit intruſus, erit, vel in ſupplicatione, vel in litteris exprimendum, vel ſaltem illæ expedientur cum clauſula, Amoto exinde quolibet illicito detentore; necnon ita dicitur, quod etiam vacat ad præſens; quia adhuc durat vacatio de beneficio reſervato, attenta vacatione, Sede Epiſcopali vacante, ut ſupra dictum eſt.

Hic verò, circa hujuſmodi durationis vacationem, fruſtra quamplurimi membranas occupant, dum inaniter perſcrutati ſunt de re plurimum levi, an videlicet, ſi aliquod beneficium vacet in menſe ordinario, ac Ordinarius illud non conferat in ipſo menſe, conferri tamen ingreſſo menſe
80 Apoſtolico, ex eo, quod talis beneficii vacatio duravit, ac intravit in menſem Apoſtolicum, dicatur proinde illud eſſe reſervatum.

Hanc quæſtionem movet Gonzal. *gloſ. 11. num. 48.* & poſt multa, pro opinione affirmativa adducta, contrarium nihilominus reſolvit *num. 53.* quia licèt vacatio duret uſque ad ſequentem menſem, collatio tamen ſpectat ad Epiſcopum, non autem ad Papam; quia aliud eſt vacare beneficium, quando illius poſſeſſor decedit, quæ vacatio contingit in unico inſtanti; ex eo, quod tempus vacationis eſt momentaneum, & indiviſibile; aliud verò eſt, vacationem durare, ſeu continuare, durante tempore, quo beneficium non eſt proviſum: nec poteſt idem beneficium vacare ex una, eademque perſona in pluribus menſibus, ſed in uno dumtaxat, & ſicut quando beneficium vacat in menſe Apoſtolico, ſemper remanet reſervatum, & nunquam poterit illud Ordinarius conferre; ſic etiam è converſo, ſi beneficium vacaverit in menſe ordinario, fueritque ſubjectum ordinariæ diſpoſitioni, numquam amplius incidit in reſervationem; unde habemus illam tritam concluſionem, quod ſicut beneficia ſemel reſervata, licèt cauſa reſervans ceſſet, nihilominus durant reſervata, ſic etiam dicendum eſt de beneficio vacante in menſe ordinario, quod nun poterit effici reſervatum;
81 quia initium attenditur, ac ſpectari debet, *l. qui id, quod 1. reſponſ. ff. de donat. & l. quod ab initio*, ubi latè Dec. *ff. de reg. jur. cap. non firmatur, eod. tit. lib. 6. cap. dudum el. 1. de elect. in verſ. electionis, tempore*, Mandol. *reg. 18. qu. 12. nu. etiam 12.* cum aliis adductis per Gonz. *loc. cit. d. nu. 53. 57. 58. & 59.*

Quarè, ut beneficium dicatur reſervatum, vel non,
82 conſideratur tempus, & hora ipſius vacationis, non autem tempus, quo duravit, & continuavit vacatio, Rot. *deciſ. 774. num. 3. & 10. par. 3. diverſ.* ubi fuit dictum, quod ſecundum tempus vacationis conſideratur, an beneficium ſit reſervatum, vel non, Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 7. cap. 4. num 25* idem dixit Garc. *de benef. part. 5. cap. 1. num. 536.* de quo nullus unquam dubitavit, nec fuit in Rota diſputatum, licet ad quotidiè contingat; quia regula re- 83
ſervatoria loquitur de tempore, & initio vacationis, ſcilicet quando contingit obitus poſſeſſoris beneficii, ſeù alius modus vacationis, non autem de continuatione ipſius vacationis, Garc. *d. n. 536.*

Idem quoque ſi eadem beneficia pluries vacaverint in menſibus Apoſtolicis, nam adhuc eadem ratio militat, tàm in ſecunda, quàm ulterioribus vacationibus, ſicut etiam idem eſt reſpectu Ordinariorum in ſuis menſibus; præterea, quia regula reſervat omnia beneficia quocumque modo vacatura in menſibus Apoſtolicis, & ſic quocunque modo vacant, ſive prima vice, ſive pluribus, intrat d. reſervatio, quæ non extinguitur in prima vocatione; cum verſemur in materia reiterabili, videlicet, quod de natura beneficii ſit, ut pluries vacare debeat. Ac proinde quando in diſpoſitione aſſignatur certum tempus, non ſolùm comprehenditur primus actus, ſed etiam omnes illo tempore contingentes; & ſufficit, quod vacatio ſit expreſſa de certo tempore, nempe per obitum de tali menſe, Garc. *loc. cit. ſub num. 538.*

CAPUT VII.

Praxis Diſpoſitivæ Supplicationis pro collatione Parochialis Eccleſiæ reſervatæ.

SUMMARIUM.

1 *Parochialis Eccleſia poteſt conferri clerico habenti primam tonſuram.*
2 *Beneficium, ſi ſimpliciter dicatur ſacerdotale, presbyteratus ordo non videtur annexus de tempore proviſionis, & ita intelligendum de Subdiaconatu, & Diaconatu.*
3 *Tempus unius anni ad ſe promovendum ad presbyteratus ordinem, non intelligitur datum ad complendum ætatem.*
4 *Præſentandus ad beneficium ſacerdotale, quando debeat eſſe actu ſacerdos.*
5 *Diſpenſatus ad presbyteratum ſuper defectum ætatis, non eſt habilis ad obtinendum Parochialem Eccleſiam, & nu. 9.*
7 *Exempla declarant non autem arctant.*
8 *Diſpoſitio qualibet, ampliatur, & reſtringitur ad limites rationis in ea expreſſa.*
10 *Diſpenſatio conceſſa ſuper uno impedimento, non extenditur ad aliud, & n. 14.*
11 *Diſpenſationes tot requiruntur, quot ſunt obſtacula.*
12 *Diſpenſatio una, quando ſine altera ſuſtineri non poſſit.*
13 *Diſpenſatus ſuper non reſidentia, cenſetur etiam diſpenſatus, ut fructus percipiat.*
15 *Diſpenſatus ad ordines, etiam majores, & presbyteratus, non cenſetur diſpenſatus, neque ad beneficium ſimplex.*
16 *Diſpenſatio Papæ ſuper aliquo defectu, reſtringitur ad beneficia ſimplicia tantum.*
17 *Minori petenti ſibi provideri de Parochiali, quomodo per Papam ſuccurratur.*
18 *Diœceſis Oratoris, neceſſaria expreſſio, in impetratione beneficii.*

19 *Et quid Cancellaria Apoſtolica ſervet circa defectum hujuſmodi expreſſionis.*
20 *Oriundus, non oriundo, &c. præfertur in aſſecutione beneficii.*
21 *Regula Cancellariæ* de Idiomate, *cur emanaverit.*
22 *Et quomodo detur illius derogatio.*
23 *Valoris beneficii expreſſio requiritur in collationibus Apoſtolicis. Et quare, n. 25. & 27.*
24 *Necnon collationibus Legatorum à latere.*
26 *Non autem in collationibus Ordinarii, & quarè.*
28 *Regula* de exprimendo valore, *quid contineat.*
29 *Verbum* Redditus *quomodo intelligendum.*
30 *Et quomodo verbum* Proventus.
31 *Valor beneficii, quarè exprimendus ſecundum communem æſtimationem, & n. 32.*
33 *Valoris beneficii expreſſio, quæ fit per exceſſum, non juſtificatur per probationem de aſcenſa.*
34 *Falſitas præſumitur expreſſa cum dolo.*
35 *Valor plurium beneficiorum, inſimul exprimendus in collatione Apoſtolica, non autem ſeparatè.*
36 *Clauſula* Sive præmiſſio, ſive alio quovis modo, *quid operetur in litteris ad beneficia.*
37 *Conſtitutio* Joannis XXII. *quæ incipit*, Execrabilis, *quid operetur in impetrationibus Eccleſiarum Parochialiũ circa modum vacationis.*
38 Extravag. Execrabilis *habet decretum irritans.*
39 Extravag. Execrabilis *pœna, quomodo evitetur per beneficiatum,*
40 Extrav. Execrabilis, *an extendatur ad ſimplicia, habentia reſidentiam.*
42 Cap. de multa, de præb. *in vacatione Parochialium mentio, quid operetur.*

SUpplicat *igitur humiliter S. V. devotus illius Orator, &c.*

Presbyter. Quod intelligitur, quatenus Orator, tempore proviſionis, ut hîc, ſit in Presbyteratus ordine conſtitutus; ſin minus, ſufficit, illum ad id habere tunc legitimam ætatem; namque ad Parochiales Eccleſias, ſeù curata beneficia, & Dignitates quaſcunque, quibus animarum cura ſubeſt, promovendus debet attigiſſe vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum: aliàs proviſio eſt nulla, text. *in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. licèt canon, eod. tit. lib. 6. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de reform.* cum aliis relatis per Garc. *de beneſic. part. 7. cap. 4. num.* 41. Quarè, cum prædicta jura non ſtatuerint, quod tempore dictæ collationis requiritur neceſſariò presbyteratus ordo, ſufficit, quem, ut poſſit obtinere beneficia curata, & quæ libet alia ſacerdotalia, eſſe in prædicta ætate conſtitutum; etiam ſi tantùm habeat primam tonſuram, & ſic nec requiritur, quod ſit in quatuor minoribus ordinibus conſtitutus, Rebuff. *in prax. tit. requiſita ad collationem bonam, num. 33. & 34. num.* 36. ex gl. Archid. Gemin. & Franc. *in cap. licet canon*, & aliàs fuit tentum in Rota, Coadjutoriam conceſſam ſuper Archidiaconato, majori 25. annorum, eſſe validam; non obſtante, quod tempore conceſſionis non eſſet ad ſacros ordines promotus, prout in una *Oxomen. Archidiaconatus coram Guidobono* 30. *Maii* 1551. quod proinde intelligendum, etiam ſi adſit tantum prima tonſura, ut jam dictum eſt; & quatenus idem Franc. *in cap. 2. num. 11. de inſtit. in 6.* ait, præſentatum ad Eccleſiam parochialem, dici idoneum, licèt non ſit in ſacris, debere tamen ad minus eſſe in minoribus, nihilominus ibi per minores intelligit etiam primam tonſuram: nam per illa verba ſolum vult excludere laicum, ut docet idem Garc. *loc. citat. num.* 45. & 46. quicquid alii dixerint, & ita eſt declaratio *S. Congr.* quæ ſic ait, *licèt ex decretis hujus Concilii, poſt minores ordines eſſet expectandus annus, antequam quis ad ſacros ordines promoveatur, ut cap. 11. ſeſſ. 23. poteſt tamen quis parochialem acquirere, etiam ſi non habeat aliquem ordinem ſacrum, & intra annum promoveri ad ſacerdotium debet.* Et alia declaratio ſic ait, *An obtinentem beneficium curatum, oporteat eſſe Diaconum, vel ſaltem ſubdiaconum, cum intra annum debeat promoveri ad ſacerdotium, Congreg. cenſuit, non oportere.*

Quarè, ſi ſimpliciter dicatur, quod beneficium ſit ſacerdotale, hoc caſu presbyteratus ordo, non videtur annexus actu de ipſo tempore proviſionis, ſed benè aptitudine, nempè, quod proviſus de tali beneficio ſacerdotali, habeat legitimam, & aptam ad ſuſcipiendum ſacerdotium: & hoc ſufficit ad tale beneficium aſſequendum; dummodò infra tempus à jure ſtatutum, id eſt infra annum ad dictum ſacerdotium promoveatur, ut etiam infra dicetur, & ſic debet Orator habere ætatem ad id legitimam tempore proviſionis prædicti beneficii, juxta text. *in d. cap. licet canon, de elect. in 6.* nam licèt text. *in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora*, ita loquatur, videlicet, *inferiora, etiam miniſteria, ut puta, decanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino ſuſcipiant, ſed nec Parochialis Eccleſiæ regimen, niſi qui jam vigeſimum quintum ætatis annum attigerit, & ſcientia, & moribus commendandus exiſtat, &c.* hîc tamen text. ſatis declaratur per text. *in d. capit. licet canon*; ibi *etenim Gregorius in Concilio Lugdunen. voluit, & declaravit, ut nullus ad regimen parochialis Eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, decernendo, collationem parochialium Eccleſiarum faciendam ei, qui non attigerit vigeſimum quintum annum, de cætero faciendam, viribus omnino carere, & infra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore, numerandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoveri; quod ſi infra idem tempus promotus non fuerit Eccleſia ſibi cõmiſſa, nulla etiam præmiſſa monitione, ſit authoritate d. Conſt. privatus, & in c. ei, cui de præb. in 6.* ibi, *ei, cui provideri mandatur ſimpliciter de præbẽda proximè vacatura ſacerdotalis præbenda conferri non poſſit; ſi nondum in ætate tali exiſtat, quod poſſit ad ſacerdotium promoveri, &c.* ubi Franc. *n.* 1. quod licet defectus taciturnitas ordinum impetrationis tempore, & promotionis non reddat quem inhabilem ad beneficium, talem ordinem requirens, tamen ſi tempore promotionis non ſit in ætate apta ad ipſos ordines, redditur tunc inhabilis ad dictum beneficium.

Ex quibus juribus ſatis, ſuperque patet, quod ad regimen Parochialis Eccleſiæ admitti non poteſt, niſi qui ſit verè, realiter, & cum effectu conſtitutus in vigeſimoquinto ſuæ ætatis anno id eſt, quod illum attingat.

Quarè ceſſat illud, quod quandoque in dubium revocatur dum videlicet exiſtimant nonnulli, ſufficere impetrantem dictã ætatem minorem, poſſe intra annum promoveri ad Sacerdotium, non obſtante defectu legitimę ætatis; quia totum oppoſitum requirunt jura prædicta, nempè eſſe neceſſarium quod ſit jam in dicta ętate conſtitutus, ac etiam declarat text. *in c. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* ibi, *ſi eo tempore, quo tibi de beneficio cum cura, vel ſine cura mandavimus provideri, ad obtinendum curatum beneficium idoneam non habebat ætatem, tibi licet nunc legitimæ effectus ſit ætatis, authoritate literarum hujuſmodi, cum tempore Datę ipſarum, adhuc non eſſet idoneus, de beneficio curam animarum habente nequaquam poterit provideri.*

Undè, tempus unius anni, quod datur per jura ſupradicta, non intelligitur datum ad complendum ſupradictam 3
ætatem, ſed tantummodò ad ſuſcipiendum ordinem requiſitum per ipſa jura, quàm citò ſuſcipi poterit, ut ex *d. cap. licet canon*, Abb. *in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, num.* 10. & in una *Firmana Iurispatronatus, die* 14. *Novembris* 1586. *coram Orano*, in qua fuit reſolutum, non conſtare de ſufficienti ætate N. nam licèt Domini admittant, probari Clericum, de tempore præſentationis attigiſſe 24. annum per quatuor menſes, dixerunt tamen, hanc ætatem non ſufficere; quia cum illa Capellania habeat annexum ordinem Sacerdotalem ſaltem aptitudine, debet præſentatus tempore præſentationis eſſe in ea ætate, quam annexus ordo requirit, & ſic attigiſſe 25. annum, juxta *Clem. ult. de ætat. & qual.* & ita not. gl. *in d. c. ei, cui in verbo ætat. de præb. in 6.* quem omnes ſequuntur, & Jo. Andr. *n.* 1. qui licet dicat, hanc opinionem non modicum rigoris habere in eo, qui eſt ita proximus ætati legitimæ, quod ante adventum priorum temporum, ordinandus inchoaſſet 25. annum, adeò quod ob defectum ætatis, non impediretur, quominus illis proximis temporibus poſſit fieri Sacerdos, ſubdit tamen, nimis præſumptuoſum eſſe, hoc aſſertivè dicere, & conditoris eſſe, non gloſſatoris huic æquitati providere, & idem notat Butr. *ibi num.* 12. quam deciſionem refert Garc. *d. par. 7. cap. 1. num.* 60. in qua allegatur Abb. *in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, num.* 10. ubi quod annus non datur ad complendam ætatem, ſed ut is, qui tempore præſentationis eſt legitimæ ætatis, quantocitius, ſtatutis tamen temporibus, ſe promoveri faciat, & ita fuit concluſum in d. *deciſ.* quam refert Garc. *d. cap. 1. num. 80. & n. 81.* ubi quod eandem ſententiam tenuit Rota *in una Lucana Capellania* 4. *Decemb.* 1595. *coram Gypſio*, in qua fuit di-

ctum,

ctum, quod quando verba reſpiciunt actum præſentatio-
4 nis, ſcilicet, ut præſentetur presbyter, tunc præſentandus debet eſſe actu Sacerdos: ſi vero verba, presbyterum ſignificantia, proſequutionem præſentationis reſpiciunt, ut ſcilicet præſentetur, qui celebrare teneatur, tunc ſatis eſt, quod ſit habitu presbyter, quamvis non ſit actu.

Quarè, vis non eſt facienda in illo, quàm in aperta ſententia ex mente diſponentis deſumpta, quia, etiam jus commune, in hac materia, verborum rigorem uſque adeò ſervat, ut dum ætatem exigit in promoto, non contentatur, quod is valdè proximus ſit ætati idoneæ; ac propterea idem Franc. *in d. c. ei, cui num.* 13. dum quærit quid dicendum ſit de eo, qui eſſet in 24. anno, & proximus 25. an poſſit talem præbendam Sacerdotalem obtinere, ait quod Io: Andr. videtur tenere, quod de æquitate poſſet præbendam prædictam obtinere, ſed ipſe *Franc.* ibi tenet contrarium; cum ſupradicta iura requirant concurſum ætatis requiſitæ ad ordines, tempore promotionis; quarè jura loquentia in litteris ad beneficia, debent ſtrictè intelligi: prout loquuntur; ſequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 47. *num.* 20. ex eodem Jo: Andr. *in d. c. ei, cui*, ubi dat conſilium, ut differatur collatio uſque ad ætatem completam: prout infrà per exemplum demonſtrabitur, ſubdens, quod (ut ſupra dictum eſt) ille annus non datur ad complendam ætatem, ſed ad ſuſcipiendum ordinem, quàm citius fieri poteſt, ex tex. *in d. c. licet canon, de elect.* & pluries dictum eſt ſuprà.

Quod quidem in tantum procedere certum eſt, etiam ſi Orator, tempore ſuæ impetrationis, ſeu proviſionis, licèt prædicta ætate minor reperiatur diſpenſativè ad Sacros
5 etiam presbyteratus ordines promotus; quia inhabilis nihilominus eſt ad Parochialem Eccleſiam, ſeu beneficium curatum obtinendum; nam ſimpliciter, & abſolutè prædicti canones loquuntur, & circa id diſpoſuerunt, nempè, quod ſi impetrans tempore ſuæ impetrationis non attingeret 25. annum, impetratio ſit nulla, & ita etiam notat Franc. *in d. c. licet canon*, ubi *num.* 1. quod idoneitas in promovendo ad Parochialem Eccleſiam, debet eſſe ſcientia, moribus, & ætate, ac propterea advertit, quod dicta idoneitas requiritur in ſupradictis à principio, ſcilicet, cum regimen dictæ Parochialis Eccleſiæ ſuſcipit, aliàs eſſet nulla impetratio, ut dictum eſt; nam prædictus text. apertè ſatis loquitur, dum ait, *& infra annum à die ſibi commiſſi regiminis inchoandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoveri*; quarè cum dicit, *à die ſibi commiſſi regiminis*, profectò intelligendum eſt à die ſibi factæ collationis; & ſic ſtante quod ſit jam in ætate legitima conſtitutus, nempè, quod attigerit 25. annum tempore dictæ collationis, poterit intra annum, ex tunc decurrendum, ad ſacerdotium promoveri; quod quidem intelligitur, ut ante dictum tempus non poſſit aſſequi dictam Parochialem, etiam ſi diſpenſativè fuerit promotus ante ætatem ad prædictum ſacerdotium, id. Franc. *in d. c. licet canon, d. n.* 1. & ut ſupra dictum eſt.

Hoc autem ſic intelligitur, attentis juribus prædictis, ex quibus ſufficit ſola aptitudo ad prædictum ſacerdotium ſuſcipiendum. Secus verò, ubi ſacri canones aliter ſtatuerunt, nempè quod eodem tempore proviſionis utrumque concurrat, nempè ætas, & ſacerdotium, cum decreto irritante, aut aliud ſit expreſsè in fundatione cautum, ſicut aliàs diximus, & eſt tex. *in c. nemo deinceps, de elect. in* 6. ibi, *Parochialem Eccleſiam alicui non conſtituto in ætate legitima, & ſacerdotio, commendare præſumat, &c. quicquid ſecus actum fuerit, eſſe irritum ipſo jure*; & ſic ſupradictus canon non contentatur de ætate legitima tantùm, ſed copulativè, cum ea requirit ſacerdotium.

Illud autem, quod dictum eſt de Eccleſiis Parochialibus, ſeu beneficiis curatis, certum eſt habere etiam locum in ceteris beneficiis, habentibus annexum ordinem presbyteratus; ſicut etiam dicendum eſt de illis beneficiis, quæ habent annexum alium ordinem inferiorem, puta Subdiaconatus,
6 ſeu Diaconatus, ut etiam in his requiratur ætas, ad talem ordinem requiſita, tempore collationis; quia eſt eadem ratio, licet text. *in d. c. ei, cui* expreſſit de Sacerdotali; cum id non ſit gratia taxationis, ſed exempli: prout tenent quampluriмi DD. quos refert, & ſequitur Garc. *de benef. p.* 7 *c.* 4. *num.* 51. quod potiſſimùm poteſt habere locum etiam in Canonicatibus; ita ut, de illis proviſos, ſufficiat, tempore proviſionis, eſſe in legitima ætate conſtitutos ad illos ſuſcipiendum, & intra tempus à jure ſtatutum promoveantur; quamvis negativam partem nonnulli DD. fuerint amplexi, quos refert Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 47. *num.* 21. nam ratio legis requirentis in proviſione beneficiorum ſacerdotalium, ætatem legitimam de tempore proviſionis; eſt Eccleſiæ neceſſitas; quæ cum militet æquè in munere Diaconali, & Subdiaconali, ſicut in munere ſacerdotali, utique ad hoc ordines, etiam legis diſpoſitio extenditur, quantumcumque verba videantur concepta ad ordinem presbyteratus; cum ratio, ex ſeipſa inducat diſpoſitionem; ex eo quod, ubi plura habent eandem rationem, licèt de uno fiat mentio, videtur facta exemplariter, non autem reſtrictivè;
quandoquidem exempla declarant, non autem arctant, ad 7
l. 1. *§. quod vulgo, ff. de vi, & armata, l. damni infecti, ff. de damn. infect. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, c.* 1. *ne cler. vel mon.* Abb. *in c. in omni, num.* 4. *de teſt.* gloſ. *in pragm. tit. de collat. §. item placuit, in verſ. Parochialibus* Mandoſ. *ad reg.* 27. *q.* 1. *num.* 2. id. Lotter. *loc. cit.* & ita abſque aliquo diſcrimine vidimus pluries practicari; nec iſta praxis caret ratione; cum ſit fundata in ſua theorica; quia ita de iſtis præbendis Diaconalibus, & Subdiaconalibus ſentiendum eſt, ſicut de ſacerdotalibus, prout tenet Archid. *in d. c. ei, cui ſub num.* 1. ubi ſic dicit per identitatem rationis, cum Eccleſia ita indigeat ſervitio Diaconali, & Subdiaconali in miniſterio altaris, ſicut & ſacerdotis, id. Franc. *in d. c. ei, cui, num.* 14. *in fin.* ex pluribus authoritatibus ibi per eum adductis;
nam quælibet diſpoſitio ampliatur, & reſtringitur ad limi- 8
tes rationis in ea expreſſæ, etiam ſi verba non patiantur, *l. adigere, §. quamvis, de jure patr. c. cum dilecta, de confir. util. vel inut. c. fin. de reg. jur. in* 6. cum ipſa ratio magis ſpectetur, quàm verba, ad quæ ſe habet tanquam anima ad corpus, ut ex Bal. *in l. ſi quis ſervo, numer.* 10. *C. de furt & ait* Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 53. *num.* 24. & 25. & eadem ratio decidit omnes caſus, non per extenſionem, ſed comprehenſionem, ad inſtar generis complectentis omnes ſuas ſpecies. Undè optimè ait Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo liberis, numer.* 37. *C. de revoc. donat. & de utroque retract. §.* 21. *numer.* 2. & 3. quod quando ratio poſita in lege comprehendit plures caſus, licèt de uno ibi fiat mentio, illud videtur factum exemplariter, non autem reſtrictivè, Oldrad. *conſ.* 185. & alii, quos refert Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 11. *quaſ.* 2. *num.* 57. & 58. prout in facti contingentia fuit ab Urbe reſponſum Epiſcopo Caſtren. ſub die 23. Novembris 1621.

Nec in propoſito; ex eo forſan, quia qui obtinuit Parochialem Eccleſiam, ſeu beneficium curatum, fuit diſpenſa-
tus ſuper defectu ætatis ad presbyteratus ordinem, cenſetur 9
etiam diſpenſatus ad Parochialem, ſeu beneficium curatum; aut quodcunque alius habens annexum presbyteratus ordinem; namque diſpenſatio eſt ſtricti juris, & odioſa, ſtrictamque recipit interpretationem, *c.* 1. *in fin. de fil. presb. in* 6. Sayr. *de cenſ. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 16. *cum pluribus ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 33. *q.* 6. Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 19. *num.* 4. *& lib.* 3. *reſol.* 2. *num.* 18. & 21. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 44. *num.* 1. & 3. quare,
cum prædicta diſpenſatio fuerit conceſſa ſuper uno impedi- 10
mento, non extendit effectum ſuum ad aliud, Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect.* 4. *num.* 57. & 58. videlicet, ut cum illius vigore, quis diſpenſatus fuerit ſuper defectu ætatis ad ſuſcipiendum ſacrum presbyteratus ordinem, prout hodie ſuper defectu etiam unius anni paſſim conceditur, non cenſeatur proinde diſpenſatus, ad obtinendam Parochialem Eccleſiam, aut beneficium curatum; quia hoc nullo modo dicendum eſt, niſi ad obtinendam etiam Parochialem Eccleſiam fuerit quoque diſpenſatus; quia duo hic concurrunt impedimenta, ſeu duæ inhabilitates, nempè ad ordinem presbyteratus, necnon ad Parochialem Eccleſiam.
Unde, tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt impedi- 11
menta; quare ætate minor ad ordines, & beneficia, ut poſſit ad utrumque habilitari, oportet, eum obtinere diſpenſationem ſuper defectu ætatis ad ordines, necnon ad Parochialem, ſeu aliud beneficium curatum, Caſſad. *deciſ.* 9. *num.* 4. *de præb.* Rota *deciſ.* 233. *num.* 22. *p.* 1. *diverſ.* Beltram. ad Ludoviſ. *deciſ.* 87. *num.* 17. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 172. & quod diſpenſatus ad ordines non cenſetur diſpenſatus ab beneficia, ſatis dixi in mea Prax. Diſpenſ. Apoſtol. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. nam factus capax alicujus actus per diſpenſationem, non cenſetur factus capax alterius ſeparati ab ipſo per plura, quæ adducit Borgaſ. *de irreg. p.* 2. *in tit. de interpret. & extenſ. diſpenſ.* ac propterea, cum oporteat, quem attigiſſe 25. annum, ut poſſit obtinere Parochialem Eccleſiam, & aliàs ad id cenſeatur inhabilis, hoc procedit, etiam ſi ad presbyteratus ordinem fuiſſet ante ætatem, ex

tem, ex Apoſtolica diſpenſatione promotus, ut dictum eſt, id. Franc. *in d.c.licet canon*, Navar.*conſ.21.de celebrat. miſſ.* qui ſub *nu.*3. idem probat, nempè, quod diſpenſatus ad celebrandum miſſam ante legitimam ætatem, non cenſetur diſpenſatus ad obtinendum beneficium curatum; quia diſpenſatio ubi ſuum poterit operari effectum, non extenditur ultra.

Licèt aliud dicendum ſit, quando diſpenſatur cum minore, ut poſſit habere Parochialem, tunc enim cenſetur eo ipſo diſpenſatum cum eo, ut non promoveatur intra an-
12 num; quia una diſpenſatio ſine alia ſubſtineri non poteſt;
13 ſicut etiam dicimus, quod eo ipſo, quod Papa concedit, ut quis non reſideat, & percipiat fructus, duplicem concedit diſpenſationem; quia diſpenſatio ſuper non reſidentia, eſt inſeparabilis à diſpenſatione ſuper receptione fructuum, abſque eo, quod quis non reſideat, ut fuit dictum in una *Valiſoletan. Archidiaconatus penes* Farin. *in poſth. dec.* 337. *num.*2. *tom.* 2.

14 Diſpenſatio etenim; ubi de per ſe ſola poteſt operari, & ſeparabiliter, non extenditur ad aliud, ut dictum eſt: nam ordines, & beneficia ſunt ſuperabilia, itaut exequutio unius poſſit ſtare ſine altero, *c.*2.*& ibi gloſ.de fil.presb.* Felin.*in cap. at ſi clerici*, §.*de adulteriis*, *nu.* 17.*de jud.* Pariſ. *conſ.*88. *nu.* 21 *vol.*4. Henriq.*in ſum.Theol.moral.lib.*13.*de excom.c.*57. *num.*5. cum aliis relatis per Mar.Antonin.*var.reſol.lib.*1.*reſol.*19. *num.*10. Barboſ. *d.alleg.*40. *num.*6. id.Carol.de Graſſ. *d.effect.*4.*num.*61.

Ex his igitur patet, diſpenſatum ad ordines etiam majo-
15 res ac presbyteratus, non cenſeri diſpenſatum ad beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſimplicia, licèt non deſint; qui teneant contrarium, quod videlicèt cenſeatur diſpenſatus ſaltem ad unum ſimplex, præſertim Butr. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* quem citat Burgaſ. *loc.cit. num.* 9. Henriq. *d.num.* 57. *& aliì*, qui ex hac eorum opinione, plurimum noſcuntur deviare à juris communis diſpoſitione; cum ſatagant ipſius diſpenſationis naturam pervertere, quæ nullo modo extenditur, nec ad beneficium ſimplex, niſi fuerit quis etiam ad hoc ſpecialiter diſpenſatus, Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſ.ſup. def.natal.* Barboſ. *d. alleg.* 55.*num.*6.

Porrò, qui Datariæ Apoſtolicæ praxim callent, ſic omnino fatentur: illa etenim docet, quod quando contingit, Papam diſpenſare ſuper aliquo defectu, ſeù impedimento inhabilitante ad ordines, & beneficia, ſuam diſpenſationem
quandoque reſtringit, quoad ſimplicia tantùm, & quam- 16
vis id.Henriq. *loc.cit.num.* 56. teneat, diſpenſatum ad ordines, intelligi etiam ad beneficia, & Epiſcopatum, ſi defectus non erat intrinſecus, tamen illius opinio non eſt tenenda, tanquam contra communem, & practicam Datariæ, de qua teſtatur Marius Antonin.*d.lib.*1.*reſol.*19.*num.*10.*circa fin.*

Verùm, ubi caſus evenerit, quo providendus de Parochiali vacante, ſit minoris ætatis, vel pro eo petitur diſ-
penſatio Apoſtolica ſuper defectu hujuſmodi ætatis, vel ſi 17
Parochialis fuerit de jurepatronatus, prorogatio temporis ad præſentandum Rectorem, prout non ſemel vidimus in Dataria in utroque caſu ſervari, tam ad Parochialem, quam ad quodcunque aliud beneficium, certam ætatem requirens, quando providendus, ſeù præſentandus non valde diſtat à legitima ætate, rarò tamen ad Eccleſias Parochiales.

Sed nihilominùs, cum aliàs eveniſſet caſus, fuit per fel. record. Paulum V. hujuſmodi prorogatio conceſſa, ut infra, nempè A tergo litterarum in formà Brevis. *Venerabili Fratri Epiſcopo Alexandrin. ſivè dilecto filio ejus Vicario in ſpiritualibus generali.* Intus verò.

Paulus Papa V. Venerabilis Frater, ſeù dilecte fili ſalutem, &c. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Univerſitas, & homines Caſtri Spinæ Alexandrin. Diœceſis, necnon Bartholomæus Malvicinus Clericus dicti Caſtri, quod cum Parochialis Eccleſia ejuſdem Caſtri, quæ, ut ipſi aſſerunt, de jurepatronatus laicorum, videlicet pro tempore exiſtentium Univerſitatis, & hominum ipſius Caſtri, ex fundatione, vel dotatione exiſtit, per obitum quondam Petri Ravelli, illius dum viveret ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam, de menſe Septemb. proximè præteriti defuncti, vacaverit, & vacet ad præſens, Univerſitas, & homines prædicti pro ipſius Eccleſiæ felici regimine, & animarum illius Parochianorum ſalute, proſperáque directione, ad eandem Eccleſiam, ut præfertur vacantem, Bartholomæum prædictum præſentare deſiderant; & quia idem Bartholomæus in legitima ad id ætate conſtitutus non eſt, deſiderium eorum adimplere non poſſunt, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eis ſuper hoc opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eoſdem exponentes ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, & à quibuſvis, &c. cenſentes, certam de præmiſſis notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ Frater Epiſcope, ſeù Diſcretioni tuæ fili Vicari, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus, verificato prius coram te dicto jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione hujuſmodi, quatuor menſes Univerſitati, & hominibus prædictis ad perſonam idoneam ad dictam Eccleſiam, ut præfertur vacantem, præſentandum à jure præfixos, ad quindecim menſes à fine ipſorum quatuor menſium computandos, quibus durantibus, Univerſitas, & homines prædicti præfatum Bartholomæum ad Eccleſiam prædictam coram te, ſeù pro tempore exiſtente Ordinario loci, præſentare, & ſic præſentatum in eadem Eccleſia ad præſentationem hujuſmodi per te, ſeù pro tempore exiſtentem Ordinarium loci inſtitui facere liberè, & licitè valeant, in omnibus, & per omnia, ac ſi iidem, Univerſitas, & homines intra dictos quatuor menſes perſonam idoneam præſentaſſent, authoritate noſtra Proreges, extendas, & amplies. Ipſoſque exponentes deſuper à quoquam, quovis prætextu, colore, vel ingenio moleſtari, inquietari, aut quoquo modo impediri, ac collationem, ſeù diſpoſitionem dictæ Eccleſiæ ob lapſum quatuor menſium hujuſmodi ad quemcumque devolvi, aut devolutam eſſe dici, vel cenſeri minimè poſſe. Sicque per quoſcumque judices, &c. irritum, &c. authoritate noſtra decernas, ſi ſecus, &c. attentari, non obſtantibus præmiſſis, &c. quibuſcumque. Volumus autem, &c. decernimus, quod durante termino prorogationis hujuſmodi, aliquem presbyterum à te approbatum, pro ſervitio dictæ Eccleſiæ cum aſſignatione congruæ portionis illius fructuum deputes. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Octobris 1614. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

S. Iacomellius.

Idem litterarum-exemplum reperies penes Maſſobr. *in ſua prax. haben. concurſ. ad Paroch. Eccleſ. requiſ.* 2. *dub.* 3. *numer.* 13. ubi etiam teſtatur ante *d. numer.* 13. Oratorem, tunc completo 21. ſuæ ætatis anno, non potuiſſe obtinere diſpenſationem ſuper defectu ætatis ad dictam Parochialem obtinendam, ſed idem Paulus V. potius voluit concedere ſupradictam prorogationem, nedum ad quindecim, verùm etiam ad triginta menſes in duabus vicibus.

Nonnulla etiam, quæ ad annexionem presbyteratus, ſeù alterius ordinis, beneficio Eccleſiaſtico pertinent, vide ſuprà *lib.*2.*c.*10.

Zamoren. Diœceſis.

Neceſſaria quidem ſemper eſt expreſſio
Diœceſis ipſius Oratoris impetrantis, potiſſimum verò in 18
gratiis beneficialibus, ſtante *regula Cancellariæ* 17. qua voluit Papa, quod de concurrentibus in Data ejuſdem diei ſuper vacantibus, ſeù certo modo vacaturis beneficiis, illi, quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris, ſimili modo gratias non habentibus, cæteris paribus, oriundus non oriundo, & Diœceſanus non Diœceſano, &c. ut dicta regula, ſub titulo *de concurrentibus in Data*.

Undè, cum in impetratione beneficii contingit in ſupplicatione expreſſum fuiſſe, Oratorem eſſe talis loci, abſque eo,

que eo, quod exprimatur Diœceſis, iſte defectus expreſſionis conſideratur ſecundum Cancell. Apoſt. diſtinctionem, ut infra, quæ ſic notat, nempè quod cum in ſuppli-
19 catione impetrationis Canonicatus, & præbendæ Eccleſiæ Viterbien. Alexander de Farneſio non exprimebit, ſe Clericum talis loci, dubitatum fuit, ex quo erat Clericus Romanus, & Canonicatus, & præbenda Viterbien. & ſic non de Diœceſi, an poſſet in litteris proviſionis ſuppleri, & quod regulariter non ſuppletur, cujus loci Clericus ſit; quoniam in ſupplicatione non fuit expreſſum, & eſt alterius Civitatis, vel Diœceſis, quàm illius, in qua ſitum eſt beneficium, ex quo fit gratia, tanquam Papa non intellexerit illi voluiſſe facere gratiam, ſi non erat de Dięceſi, in qua erat beneficium. Si verò eſſet Clericus ejuſdem Dięceſis cujus, & beneficium, quod impetratur, tunc ſuppleri poſſet, Nihilominus bulla tranſivit, quia Papa fecerat illi gratiam motu proprio, & proptereà fuit permiſſum, ut ſuppleretur Civitas, cujus erat Clericus, ut in *notabilibus ejuſdem Cancellariæ fol. mihi* 25.

Et aliàs in eadem Cancellaria propoſita ſupplicatione, in qua quidem impetrabat beneficium Diœceſis N. nec expreſſerat Diœceſim, undè ipſe impetrans erat oriundus, quærebatur ſuppleri in litteris, & fuit etiam dictum, quod non poterat, quia erat alterius Diœceſis, quam eſſet beneficium, quod impetrabatur, & ideò Papa fortè non conceſſiſſet, ut in eiſdem *notabilibus fol.* 24.

Quòd quidem plurimum eſt ſacris Canonibus conſonum: quandoquidem in aſſequutione beneficiorum Eccleſiaſticorum debet præferri oriundus non oriundo, & Dię-
20 ceſanus non Diœceſano, ut dicitur in ſupradicta *regul.* 17. quod fuit ſemper habitum in magna conſideratione, ut ſatis liquit ex notorio ſtylo, & conſuetudine Datariæ Apoſtolicæ, in qua præferuntur Diœceſani non Diœceſanis, pro quo facit text. *in cap. nullus*, & ibi gl. *in verbo Civitatis, in princ. 61. diſt.* & text. *in cap. ſacrorum, 63. diſt. & in cap. fraternitatis, de cler. non reſid.* ubi habetur, quod Clericus unius Dięceſis non debet recipi in alia Dięceſi, & plura ad id conducentia, affert Mandoſ. *reg. 16. quæſt. 43. nu.* 3. quamvis aliàs Summus Pontifex pro libito ſuæ voluntatis conferat, prout ipſi videtur ob pleniſſimam poteſtatem, quam habet in beneficialibus, & attentis meritis impetrantium.

Et dixit etiam Abb. *in cap. ad decorem, de inſtit.* quod valdè honeſtum eſt, & fructuoſum, ut quiſque in patria ſua beneficietur; quia ſic non depauperantur beneficia, & homines facilius inducuntur ad reſidendum in ea, quam extranei, Sarnen. *ſuper regul. de idiom. q. 1. nu.* 6. & nos alias diximus.

Porrò, ſi id expedit in beneficiis ſimplicibus, quæ de conſuetudine univerſalis Eccleſiæ reſidentiam non requirunt, Hojed. *de incomp. benefic. part. 1. cap.* 17. & omnes DD. multo magis expedit in beneficiis curam animarum habentibus; potiſſimum verò, quia ita *Regula Cancellariæ Apoſtolicæ 20. de idiomate*, diſponit, qua Papa voluit, quod ſi contingat, ipſum alicui perſonæ de Parochiali Eccleſia, vel quovis alio beneficio, exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente, providere, niſi ipſa perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, ubi Eccleſia, vel beneficium hujuſmodi conſiſtit, proviſio, ſeù mandatum, & gratia deſuper quoad Parochialem Eccleſiam, vel beneficium hujuſmodi nullius ſint roboris, vel momenti.

Quæ quidem regula ſatis conformis eſt juri communi; ex eo, quod illi ſunt beneficiis curatis præficiendi; qui probè intelligant Parochianorum voces, mutuaque voce intelligantur; quod quidem præſtare non poterit Rector, aut Curatus alienigena, ut ait idem Sarnen. *loc. citat. num.* 2. qui *num.* 4. ſubdit, quod propter hanc rationem in litteris Apoſtolicis expreſſio nationis requiritur, ſic Papa unicuique provideat in patria ſua, in qua melius ordinarius, &
21 cum majori animi charitate, inter notos ejuſdem linguæ, miniſtrabit Sacramenta, quàm exterus, ut probatur in *ca. quoniam, de offic. Ordin. ubi Innocentio III.* in Concilio generali ſtatuit, quod cum in Civitate, vel Dięceſi ſunt populi diverſarum linguarum, Epiſcopus debet eis providere de viris idoneis, qui ſecundum diverſitates rituum, & linguarum divina illis officia celebrent, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrent, &c. nam ſatis compertum eſt, ex diſparitate linguæ, & diſſonantia vocum, naſci quaſdam inter homines differentias, & animi ſimultates, quæ in Rectoribus animarum maximè ſunt vitandæ; quia ubi de moribus corrigendis agitur, non libenter Italus Ultramontanum audit, nec Ultramontanus Italum, idem Sarnen. *loc. cit. num.* 9.

Undè, etiam jure divino id ſtatutum eſſe, non dubitatur cum videlicet Spiritus Sanctus, in Apoſtolos veniens illis variis linguis loquendi donum largitus eſt, cum putaret, neceſſariam fuiſſe ad officium prædicandi, & miniſterii Sacramentorum idiomatis intelligentiam, & alia multa in propoſito congerit idem Sarnen. *loc. citat. d. quæſt. 1. per tot.*

Huic regulæ nunquam, vel raro vidi in Romana Curia per Papam derogati, etiam cum maximis favoribus, prout etiam teſtatur Mandoſ. *in prax. Signatur. grat. verbo, Derogationes regularum, verſic. Regulæ, de idiomate*; quia prædicta regula, omni juri, & rationi conſona eſt, adducens verba *Ezechielis, capit. 3. in princip. Non enim ad populum profundi ſermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Iſrael, quorum non poſſis audire ſermones, &c.*

Quòd ſi derogari contingat ex aliqua cauſa Papæ beneviſa, talis derogatio ita concipitur, *Et ut aſſeris, idioma illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquantur, non benè intelligis, nec intelligibiliter loqueris.* 22
Non enim tecum, ut Eccleſiam prædictam, &c. diſpenſamus. Præmiſſis, ac conſtitutionibus, &c. ut per Sarnen. *d. reg. 9. qu. 14. num.* 1. & id. Mandoſ. *loc. cit. verſ. Quando vero.*

Cujus, &c. Fructus, &c.

Hæc dictio *fructus*, ſic cæterata extenditur ad redditus, & proventus, ut infrà dicetur, in declaratione eorundem. Quia in collationibus Apoſtolicis beneficiorum Eccleſiaſticorum requiritur valoris expreſſio; nam licèt illa de jure non 23
requiratur, ſed hoc procedat de ſtylo antiquiſſimo Romanæ Curiæ, *Cappell. Toloſ. quæſt. 436. incip. fuit quæſitum num. 1.* ex gloſ. *in Clem. 1. de præb.* Felin. *in cap. ad aures, verſic. prima concluſio, ſub num. 4. de reſcript.* Dec. *conſ.* 262. Rota *dec. 19. de reſcript. in nov.* Paul. *de reſign. benef. li. 8. qu. 9. num.* 75.

Nihilominus verò, tractu temporis, multi Summi Pontifices, diverſas regulas ſuper hujuſmodi valoris expreſſione condiderunt, quorum primus fuit *Urbanus IV.* ac poſt eum, nonnulloſque alios Pontifices ſupradictos, *Clemens IV.* qui de eadem re ſuam edidit Conſtitutionem, de qua, etiam meminit idem Felin. *loc. citat. num. 5. verſic. quarta concluſio*, cujus quidem Conſtitutionis tenor talis eſt, videlicet.

Dudum fel. recordat. Urbanus prædeceſſor noſter, inter alias ordinationes per eum provide factas, inſtituit, quod in quibuſcunque gratiis Apoſtolicis de beneficiis vacantibus, ſeu certe modo vacaturis beneficiorum, quæ obtinent, in quibus gratiæ ſunt conceſſæ, ſeu de quibus eis proviſum, vel mandatum fuerit provideri, veri valores exprimantur, alioquin gratiæ nullius exiſtant roboris, vel momenti niſi proprio motu conceſſæ fuerint, vel hujuſmodi beneficia, quæ obtinent, ſe aſſerant dimiſſuros, & nuper accepimus à nonnullis in dubium revocari, an idem prædeceſſor ſub ordinatione prædicta, beneficia, quæ ex cauſa permutationis, poſt editionem factæ ordinationis, quæ permutantibus authoritate Apoſtolica hactenus ſunt collata, ſi conferentur, voluerit comprehendi. Ad tollendum hujuſmodi dubium præſentis tenore declaramus, beneficia hujuſmodi poſt eandem ordinationem per prædictum prædeceſſorem, ſeu ipſius authoritate, ac per nos ex noſtro mandato, ex cauſa permutationis quibuſvis perſonis quoquomodo collata, ſeu in poſterum conferentur, debuiſſe, & debere comprehendi.

Quam quidem Conſtitutionem ſie per extenſum refert Sarnen. *ſuper regula de valore, in præfatione, ſub num.* 3. & exindè cæteri Pontifices hanc eandem regulam diverſimodè conceptam ediderint. Quæ quidem valoris expreſſio, ſicut requiritur in collationibus Apoſtolicis, ſic illis, quæ fiunt à Legato de latere, Creſcent. *dec. 10. de reſcript.* Rot. *dec. 206. par. 1. diverſ.* Buratt. *dec. 162.* 24
num. 9.

Ratio autem hujus valoris expreſſionis in proviſionibus 25
Apoſtolicis, eſt, ut tolleretur avaritia; ne ſcilicèt, per taciturnitatem hujuſmodi valoris, aliquis, ultra merita, & pluſquam oporteret, de beneficiis Eccleſiaſticis caperet; & ſic per falſam valoris expreſſionem, debitus diſpenſationis

nis modus Papæ tolleretur. Alii dixerunt, id factum fuiſſe propter annatas, & ne illæ defraudarentur, cum pluribus aliis adductis per eundem Sarnen. *loc. citat. numer. 4. & 5.*

Diximus, hanc valoris expreſſionem requiri in proviſionibus Apoſtolicis, necnon Legatis à latere; quia illa
26 non habet locum in collationibus Ordinarii, in quibus non exprimitur valor beneficii ab eo collati, Felin. *in dict. cap. ad aures, num. 15. de reſcript.* Caſſad. *ſuper reg. Cancell. dec. 31. num. 5.* nec per illius taciturnitatem inducitur ſubreptio; quia in impetratione, quæ fit ab Ordinario, non conſiderantur hujuſmodi mentiones, vel taciturnitates, *Clem. 2. de offic. Ord.* nam Ordinarius præſumitur conferre beneficia motu proprio, non ad ſupplicationem, tanquam benè informatus de qualitatibus ſubditorum, & Eccleſiarum ſuarum; & propterea dicit *Cardin. in d. Clem. 2.* quod Ordinarii ſemper videntur providere motu proprio, ut dictum eſt, nam ipſi provident Eccleſiis, Papa autem perſonis; Felin. *d. nu. 15.* & ità ſervatur.

Quarè ſecus dicendum eſt, quando Papa providet;
27 quia tunc talis expreſſio omnino requiritur, ad hoc potiſſimum, ut ille ſciat; quomodo poſſit diſpenſare patrimonium Jeſu Chriſti, ſecundum merita perſonarum petentium, Abb. & Fel. *in repetit. d. c. ad aures, de reſcript.* Undè ema-
28 navit *regula de exprim. val.* qua cavetur, quod in gratiis, quas quibuſvis perſonis de beneficiis vacantibus, ſeù certo modo vacaturis, fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dictæ perſonæ tunc obtinuerint, ſeù de quibus eis fuerit proviſum, vel conceſſum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per Marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonen. parvorum, ſeu Florenos auri, aut ducatos, vel uncias auri, ſeù aliam monetam, ſecundum communem extimationem exprimatur, &c. Et ſic, ne tacendo valorem, unus caperet ſtipendia plurimorum, quæ Clericis pauperibus miniſtrare volentibus, poſſent ſubſidio eſſe.

Quarè Papa per expreſſionem veri valoris, conſultius Eccleſiis, & earum indemnitatibus, ac cultui divino, & perſonis benemerentibus, juxtà condignum provider; ac per expreſſionem hujuſmodi tolluntur etiam multæ fraudes, quæ fierent, ſi valor taceretur; nam etiam ipſe Papa poſſet fraudari in perceptione jurium ad ſe pertinentium, ſicut etiam Cameræ, & Cancellariæ Officiales, qui bona fide, ſub prætextu diſtributionum taxæ, & annatæ, quæ ex fructuum expreſſione proveniunt, à Papa ſua officia emunt, ſuper quibus quidem taxis major Officiorum Curiæ pars fundata exiſtit, unde ſi verus valor taceretur, magnum præjudicium illis inferretur, qui officia, pro ſua ſuſtentatione, propriis pecuniis quæſierunt; quod quidem fieri non poſſet ſine conſcientiæ periculo, & animæ offenſione, ac ſcandalo plurimorum, ut ait idem Sarnen. *ſup. d. regula de idiomate q. 3. num. 7.*

Ac ita exactè ſervatur ſupradicta expreſſio, ut etiam ſi beneficium ſit adeò tenue, quod illius redditus non excedat valorem unius ducati, adhuc ea ſit neceſſaria; quod ſi nullos penitus fructus habeat, erit etiam in ſupplicatione dicendum, *cujus fructus nulli ſunt.*

Redditus. Docet tex. *in c. grandi, juncta gloſ. in verbo, redditus, de ſuppl. negl. præl.*
29 *in 6.* quod hoc verbum, *redditus*, eſt nomen generale, & quod plus eſt in redditu, quam in fructu, *l. in pecudum, §. partus, ff. de uſufr. gloſ. in c. generali, verbo redditus, de elect. in 6.* ubi dicit, quod omnis fructus conſiſtit in redditu, non tamen è contra, cum non omnis redditus conſiſtat in fructu, ut per Gonz. *d. §. 7. nu. 194. & ſeq.* & dictum verbum videtur hic appoſitum ad majorem declarationem.

Et proventus. Hæc etiam dictio generalis eſt, comprehendens omnes
30 fructus naturales, induſtriales, & artificiales; & quod dicitur de proventibus, dicendum eſt de obventionibus, ſivè obventibus, & includunt omnia, quæ ex facto hominis proveniunt, ut ſunt oblationes, funeralia, vel quæ ex ſigillo, aut alio emolumento beneficii, vel ex redditu magno, aut parvo proveniunt, *arg. c. ubi majus, §. proviſionis, de elect. in 6. Clem. ſtatutum, eod. tit. l. obvenire, ff. de verb. ſign. gloſ. in l. 1. §. exercitatorem, ff. de exercit. act.* Boer. *deciſ. 224. numer. 5.* qui *numer.* præcedenti ponit exemplum, quod ſi Notarius relinquat uxori fructus omnium bonorum, in tali legato non venit, id, quod ex exemplatione prothocollorum ipſius Notarii percipitur; quia non dicitur id propriè fructus, ſed redditus, prout dicitur in inſtrumentis ſequeſtrorum de fructibus beneficii, quæ ſolent à Rota relaxari, in quibus ſemper apponuntur iſtæ dictiones videlicet, *fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta*, & poſtea in eiſdem inſtrumentis ſolùm exprimuntur, *fructus, redditus, & proventus*, quaſi iſta verba habeant eandem vim comprehenſivam, ac ſi adderentur jura, obventiones, & emolumenta, ut per Gonz. *d. §. 7. num. 203.*

Ducentorum ducatorum auri *de Camera, &c.* Quamvis expreſſio valoris beneficii debeat fieri ſecundum æſtimationem loci vacantis beneficii, id tantùm procedebat antiquitus; cum ſatis erat exprimere valorem, & qualitatem intrinſecam loci beneficii, non autem impetrationis, Anchar. *in Clem. un. de conceſſ. præb.* propter rationem allatam ab Oldrad. *conſ. 168. num. 1.* nempè, quia actus, cujus expeditio in tertium locum confert juriſdictionem, in illo loco intelligitur celebratus, *l. hæres abſens, §. fin. ff. de jud.* quod ideo evenit, quia Papa voluit morem gerere viſitantibus Urbem cum in illis temporibus omnia ferè Regna Chriſtianorum Sedi Apoſtolicæ obedirent, & ad eam tanquam ad Aſylum Romuli confugiebant omnes, & ſic unuſquiſque in impetrationibus, & litteris Apoſtolicis exprimebat valorem per monetam ſuæ gentis, ut tradit Gomeſ. *ſuper reg. de expr. ver. val. q. 6. num. 2.*

Secundum communem æſtimationem, Nam hodie attenditur communis æſtimatio Curiæ Romanæ, & locus impetrationis; ac ad illius loci æſtimationem, genus illud monetæ reduci debet, ne Papa decipiatur, qui de facili ignorare poteſt locorum conſuetudines circa æſtimationes, & quamvis in ſupplicatione exprimeretur valor ſecundum æſtimationem loci, ubi ſitum eſt beneficium, nihilominus Officiales Datariæ mandant, ipſum valorem reduci ad ducatos auri de Camera; & ſic exprimitur in litteris Apoſtolicis; quia valoris quantitas debet conſiderari in portatis in Urbe, Panorm. *in c. quanto, verſ. quid autem de jureiur.* ubi dicit, quod æſtimatio, & valor monetæ debet intelligi ſecundum æſtimationem loci concedentis, & ita hodie ſervatur, & præter rationem ſupradictam, additur, quod hæc verba apponuntur, ad differentiam valoris ſecundum taxam; quia cum regula hæc requirat expreſſionem valoris ſecundum communem æſtimationem, non ſufficiet valor expreſſus ſecundum taxam quæ eſt incerta, nec ponit valorem ſecundum communem æſtimationem; ex eo quod à ſupradicta regula non eſt recedendum, ut per Sarnen. ſuper *reg. de vero exprimendo, num. 3.* qui licèt *num. ſeq.* dicat, quod aliàs fuerit contrarium deciſum, ad evitandam pœnam ſupradictæ regulæ, ſe tamen conformat cum vera praxi, ut *num. 4.* ubi, quod ſupradicta deciſio contraria, videtur facilem anſam fraudibus dare in præjudicium Officialium viventium ex taxis beneficiorum; quia liber taxæ eſt antiquus, & in eo conſtat, plura beneficia antiquo tempore taxata, ad modicam ſummam fuiſſe, quæ hodie per ſuperexcreſcentiam fructuum in quadruplum taxari poſſent; ſicut è contra, quædam beneficia, tunc ad magnum valorem taxata reperiuntur, quæ poſtea, calamitate temporum, diminuta, poſſent ad longè minorem ſummam taxari; prout in libro taxarum in Cancellaria Apoſtolica exiſtente, obſervavi; in quo ob dictam rationem, nonnullæ antiquæ taxæ, reductæ aliquæ verò auctæ ſunt: & ſic ex varietate dictarum taxarum, impetrantes hodierni de facili poſſent uti cautela ad fraudandos Officiales; nam quando beneficium erit magni valoris, non expriment, ſecundum quod valet, niſi ſecundum parvam taxam, in d. libro poſitam, quæ ſi fortè erit major, tunc non ſecundum librum, ſed ſecundum communem æſtimationem, valorem exprimerent, ut ait ipſe *Sarnen.* qui pro defenſione ſupradictæ contrariæ deciſionis, putat, illam eſſe intelligendam in beneficiis Conſiſtorialibus, pro quibus compoſitus fuit ille taxarum; quia in impetrationibus ſupradictorum beneficiorum Conſiſtorialium, valor exprimitur per taxam, nempè *cujus fructus, &c. ad florenos tot in libris Cameræ taxati reperiuntur*, Pro aliis autem beneficiis non conſiſtorialibus, nunquam admittitur expreſſio valoris per taxam prædictam, nec ſupplicatio reciperetur in Dataria; & hic eſt notorius illius ſtylus, per quem rece-

ptum

prium eſt, quod taxa librorum Cameræ non probat verum valorem, prout ſervat Rota, Ludov. *dec.* 13. *nu.* 4. ex Caſſad. *deciſ.* 19. *ſuper reg.* & fuit dictum in una *Cameracen. Unionis 19. Ianuarii 1575. coram Lancelloto.*

Valorem annuum non excedunt.

Ex vi hujus clauſulæ, narrativa hæc, quæ fit per non exceſſum, non juſtificatur per probationem de aſcenſu; ve-
33 luti ſi poſtmodum in verificatione litterarum, teſtes deponerent, quod ſupradicti fructus, &c. aſcendunt ad ſummam hic expreſſam, ut fuit dictum in una *Toletan. Quintapartis*, 28. *Iunii* 1585. *coram Cantuccio*, *in una Avinionen. Præpoſituræ* 30. *Maii* 1599. *coram D. Litta*, *& in una Eugubin. Diſmembrationis* 7. *Iunii* 1599. *coram Penia*, id. Ludovii. *deciſ.* 13. *num.* 5. ſed ſtante ſupradicta narrativa, ſufficit non exceſſum ſemiplenè probare pro juſtificatione gratiæ, Garc. *par.* 5. *cap.* 3. *num.* 198. quia cum valor beneficii impetrati, ſit gratiæ, debet probari; nec poſt prætendi ignorantia: nam Orator impetrans debebat ſe prius informare de valore beneficii, antequam illud impetraret, idem Caſſad. *deciſ.* 20. *ſuper reg.* eo magis, quia non ſumus in terminis pœnæ nullitatis, gratiæ, inductæ à jure communi, quo non eſt neceſſaria expreſſio, ſecundum gloſ. *in Clem.* 2. *de præb.* ſed tantùm ad effugiendas pœnas regulæ de valore, quæ deſiderat ſtrictam interpretationem; nam in beneficialibus obreptio, & ſubreptio, etiam non doloſa, vitiat gratiam, & reddit litteras invalidas, Abb. *in cap. ſuper litteris de reſcript.* quia in litteris beneficialibus mens Papæ, eſt præciſa, Felin. *in d. cap. ſuper litteris*, *num.* 3. ac propterea, gratia vitiatur, etiam ſi ſubreptio proveniat ex ſimplicitate, id. Felin. *loc. cit.* Immò dixit Innoc. *in cap.*
34 *accedens*, *de crim. fal.* quod in gratioſis falſitas ſemper præſumitur expreſſa cum dolo; ac propterea Summus Pontifex, ad obviandum fraudibus, & falſis expreſſionibus, quæ ſignanter circa expreſſionē veri valoris impetrati beneficii occurrere poſſunt, non ſolum edidit regulam Cancellariæ, qua voluit, ut valor beneficii augeri poſſit ad tertiam partem, verùm in quacunque ſupplicatione impetrationis beneficii admittit clauſulam *augendo*, *vel minuendo*, ad hoc, ut poſt ſignatam ſupplicationem, poſſit Orator ſe melius informare de vero valore beneficii, ut illum exprimere clarius poſſit in litteris.

Et hic non eſt omittendum, quod bonus Curialis in ſupplicatione impetrationis plurium beneficiorum ſimul, de-
35 bet abſtinere ab expreſſione illorum valoris diſtinctè, & ſeparatim, ſed ipſum valorem in unum redigere debet, dicendo, *quorum inſimul, & illis annexorum fructus, &c. tot ducatos auri de Camera non excedunt*; Nam ſi ipſorum beneficiorum valor diſtinctè, & ſeparatim narraretur, debet poſtea coram Executore litterarum ita probari, non autem in confuſo, verbi gratia, ſi eſſent duo beneficia, & narratur, quod unum non excedat centum, & aliud XXIV. non ſufficit probare in confuſo, quod ambo non excedant 124. ſed eſt neceſſaria probatio diſtincta, juxta narrata, ſcilicet, quod unum non excedit centum, & aliud 24. & ita fuiſſe conſideratum in una *Oppiden. Penſionis* 3. *Iunii* 1585. *coram Pamphilio, & in una Lucan. beneficii* 11. *Februarii* 1598. *coram Corduba*, ait Garc. *p.* 6. *c.* 2. *n.* 165.

Sivè præmiſſo,

ſive alio quovis modo, *&c.* Clauſula hæc nimis ſalutaris, & proficua eſt; nam vacationis modo uno expreſſo,
36 non venit alius, *c. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. at per hanc clauſulam venit omnis modus vacandi ex perſona defuncti, vel illius, ex cujus perſonæ vacatione impetratur beneficium, Mandoſ. *reg.* 19. *q.* 7. *n.* 4.

Advertas tamen, hanc clauſulam, ſecundum ſtylum Curiæ, comprehendere tantùm vacationem tempore Datæ cōtingentem, & conſequenter beneficium vacans de præſenti, non autem eam vacationem, quæ extrinſecus, & in futurum contingere poteſt; quod ex eo ſuadetur, quia illa nunquam ſe extendit ad vacationem alterius perſonę, quàm expreſſæ; unde Orator, vigore dictæ clauſulæ non poteſt capere beneficium per vacationem ex obitu, poſt datam ſupplicationis contingentem; de qua quidem Clauſula ſuo loco aptius dicetur.

Cæteras verò Clauſulas, quæ de ſtylo conſueto debent ſequi dictam Clauſulam, *Sive præmiſſo*, *&c.* ac præcedere ſequentem, *Aut Conſtitutionem Execrabilis*, hic conſultò omiſimus; cum de illis alio loco opportunius etiam agendum ſit.

Aut Conſtitutionem Execrabilis.

In impetrationibus Apoſtolicis, quarumcumque Parochialium quorumvis Eccleſiarum, ac beneficiorum, curam animarum habentium, de more Curiæ, ac notorio ſtylo Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, tàm in ſupplicationibus, quàm in litteris, adiici conſuevit, etiam ſi Parochialis, aut beneficium hujuſmodi vacet per Conſtitutionem *fel. recor. Ioannis Papæ XXII. quæ incipit*, *Execrabilis quorundam*, *&c.* qua inter cætera, cautum eſt, quod poſt adeptionem pacificam ſecundi curati, ipſo jure vacet primum, & poſſit impetrari; quod ſi pars, illa duo retinere contendat per menſem ſine diſpenſatione, utroque privatus ſit; dictaque beneficia ſint Sedi Apoſtolicæ reſervata, & alia prout ex tenore ejuſdem Conſtitutionis.

Cum autem per hanc Conſtitutionem inducatur vacationis modus, quoad Dignitates, perſonatus, vel officia, ſut alia beneficia curata, ut hic, & legitur in ipſa Conſtitutione, neſcio, cur quandoque quamplurimæ ſupplicationes in Dataria Apoſtolica admittantur, etiam peritiſſimis Curialibus confectæ pro impetrationibus ſimplicium Canonicatuum, & præbendarum, cum expreſſione vacationis per eandem Conſtitutionem inductæ; quandoquidem illius toto tenore perſpecto, non comprehenditur Canonicatus, prout benè fuit in praxi conſideratum in una *Giennen. Canonicat.* 28. *Aprilis* 1617. penes Burait. *dec.* 242. *num.* 1. in qua fuit dictum, per hanc Conſtitutionem non dari vacationem unius per aſſequutionem alterius Canonicatus; ex eo quod dicta Conſtitutio, ſuper qua impetrator ſe fundaverat, loquitur tantùm de Dignitatibus, perſonatibus, vel officiis, *ut in §. Qui vero deinceps*; quare in primodictis tantùm beneficiis habenda eſt mentio de hujuſmodi Conſtitutione, non autem in aliis, ut dictum eſt.

Et per eandem Conſtitutionem, *Execrabilis*, inducitur
caſus vacationis de beneficio reſervato, nempè, quando quis 37
aſſequutus fuit beneficium incompatibile cum primo; quia non ſolùm vacat primum, & eſt Sedi Apoſtolicæ reſervatum, ſi ab eadem Sede ſecundum beneficium obtinuit, ſed etiam ſi ſtatim primum non dimiſit, & de facto illud, cum ſecundo habere prætendit; nam vacat tunc ſimiliter ſecundum, & ſic utrumque eidem Sedi Apoſtolicæ reſervatum remanet.

Præterea, ſciendum eſt, ſupradictam Conſtitutionem (licèt illa ſit aliàs in viridi obſervantia) renovari tamen per primam regulam Cancellariæ Apoſtolicæ, ibi, *Ac reſervavit beneficia, quæ per Conſtitutionem piæ memoriæ Ioannis XXII. quæ incipit, Execrabilis, vacant, & vacare contigerit. Quam Conſtitutionem, & reſervationem Sanctitas Sua, tam ad beneficia obtenta, quam alia quæcumque, de quibus Ordinarii, & alii Collatores contra Concilii Tridentini decreta diſpoſuerunt, & diſponent in futurum, extendit, & ampliavit*, *&c.* & alias d. reſervatio eſt Papæ; & Sedis Apoſtolicæ, ut in §. *Qui vero deinceps*; ibi, *noſtræ Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervamus.*

Et ſic per hujuſmodi vacationes, frequentes vidimus prædictorum beneficiorum impetrationes, à Sede Apoſtolica, ut notum eſt, emanare pro quibus ſupplicationis narrativa, ita concipi conſuevit, videlicet. *Beatiſſime Pater. Cum Parochialis Eccleſia Sancti N. Diœceſis N. quam quidam N presbytero, & illius Rectore ſe gerens, unà cum altera Parochiali Eccleſia Sancti N. contra formam Conſtitutionis fel. record. Ioannis Papæ XXII. prædeceſſoris veſtri, quæ incipit, Execrabilis, indebite detinet occupatam, per Conſtitutionem hujuſmodi, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præſens, Supplicat igitur humiliter E. S. V. devotus illius Orator N. &c.*

Eſt tamen hic notandum, ſecundum ſtylum Cancellariæ Apoſtolicæ, quod licèt prædicta *Conſtitutio*, *Execrabilis*, de rigore juris, locum habeat, etiam in Dignitatibus, & perſonatibus non curatis, ut in §. *Qui vero deinceps*, *&c.* attamen ipſa Cancellaria non conſuevit expedire litteras de vacanti per *dict. Conſtitutionem*, nam licèt inter Dominos Abbreviatores fuerit de hac re aliàs factum verbum, nunquam tamen voluerunt dare talem vacationem in Dignitatibus, & perſonatibus non curatis, quamvis habeat locum *cap. de multa*, *de præb. ut in notab. Cancell. Apoſtol. fol. mihi* 204. *à tergo*, quia prædicta Cancellaria ad id movetur, ex eo, quod Conſtitutio eſt pœnalis, & propterea reſtringenda in quantum fieri poteſt, *leg. penultim. cum vulg. ff. de pæn.* quare ex hac ratione ait Mandoſ.

reg.

reg. 1. q. 14. num. 4. quòd licèt propter verba ejuſdem Conſtitutionis, in qna recipiens ſecundum curatum, niſi primum abſque moræ diſpendio, dimittat, ipſo jure utroque privatus exiſtit, redditurque inhabilis, ac beneficia taliter vacantia Sedi Apoſtolicæ reſerventur, & proinde videatur, etiam comprehendere Canonicatum cum Epiſcopatu, abſque diſpenſatione, ut in *d.q.nu.1.*

Nihilominus, quia d. Conſtitutio diſponit contra eum, qui obtinet plura curata, Dignitates, vel perſonatus, Canonicatus autem non eſt curatus, neque Dignitas, nec perſonatus; ergo ſupradicta Conſtitutio non poteſt de Canonicatu interpretari. Prætetea, quia Canonicatus non eſt ita cōmpatibilis cum Epiſcopatu, ſeù alia Dignitate, ſicut unum curatum cum alio curato, vel curatum cum Dignitate, vel Dignitas cum alia Dignitate; nam licèt prædicta Conſtitutio procedat non ſolum in curatis, ſed etiam in aliis beneficiis requirentibus reſidentiam, & Canonicatus ſit talis, ergo comprehendit Canonicatum, ſic comprehenderet etiam omnia beneficia, quocunque modo perſonalem reſidentiam requirentia, quæ quodammodo, & ad benè eſſe requirunt perſonalem reſidentiam, quod non eſt dicendum, ergo, &c.

Quo verò ad Dignitates, & beneficia curata, juxtà terminos prædictæ Conſtitutionis, Hojed. *de incompat. benef. par. 1. cap. 13. ſub num. 80. verſ. quarto*, ait, quod talis Conſtitutio procedit quando Dignitates, & beneficia ſunt curata ſtrictè, reſpectu fori pœnitentialis, vel largè, reſpectu fori contentioſi, ut docet Staphil. *de litter. grat. tit. de ſtatu, & qualit. benef. nu. 44.* ubi ad id allegat Innoc. *in c. cum ſatis, de off. Archid.* ac proinde ſi quis obtineat Archidiaconatum, qui non habet dictam curam ſtrictè, vel largè cum alio beneficio curato ſine diſpenſatione, non incurret pœnam dictæ *Conſtitutionis Execrabilis*, ſed habet locum tantummodo text. *in d.c. de multa*, & ita ait id. Staph. ſe tenuiſſe in facto *loc. cit. num. 45.* ſubdens *num. 46.* id etiam procedere, ſi obtinens talem Dignitatem, haberet convocare Capitulum, quia per hoc non dicitur habere aliquam juriſdictionem fori contentioſi, cum non poſſit punire in aliquo non veniente ad Capitulum.

38 Sed cum prædicta Conſtitutio habeat ſecum decretum irritans, Puteus *deciſ. 94. num. 4. lib. 1.* quoad pœnas in ipſa Conſtitutione inflictas, & inhabilitates, ſuper quibus ſæpè numero vidimus in Dataria Apoſtolica peti, & concedi novas proviſiones cum rehabilitatione Oratorum ad beneficia, notandum eſt, quòd ſi is, qui obtinet beneficium curatum, ſecundum ſimile recipiat, & illicò non dimiſerit primum, verbo, & facto, in manibus Ordinarii, eſt privatus utroque beneficio, & efficitur inhabilis ad ſacros ordines, & ad quæcumque Eccleſiaſtica beneficia.

Quarè, ſtantibus verbis, ac pęnis in eadem Conſtitutione adjectis, notandum eſt, quòd, ne beneficiatus incidat in pę-
39 nas prædictas, debet ſtatim, ac illicò, poſtquàm adeptus fuit poſſeſſionem dicti beneficii curati, ſine moræ diſpendio, verbo, & facto renunciare primo beneficio in manibus Ordinarii ſub teſtimonio publico, ut ſatis apertè, id patet in *d. Conſtitutione Execrabilis*; & licèt id per prius diſpoſitum eſſet *in c. de multa, de prab.* tamen per dictam Conſtitutionem Execrabilis plus diſponitur, namque per illam, qui conſequitur ſecundum beneficium incompatibile, tenetur renunciare primo abſque moræ diſpendio, verbo, & facto, &c. aliàs efficitur inhabilis ad Sacros Ordines Eccleſiaſticos, & ad Eccleſiaſtica beneficia, ut patet ex eadem Conſtitutione, & tradit idem Staphil. *loc. cit. num. 41.* ubi, quod debet intelligi de tali incompatibilitate, quæ inducit privationem ipſo jure, prout eſt in duobus curatis, aut in curato, & Dignitate, vel perſonatu; etiam ſine cura; vel officio perpetuo, juxtà diſpoſitionem dictorum jurium, & *capit. 1. de conſuet. in 6.*

Qui quidem Staphil. *loc. cit. num. 42.* juxtà ea, quæ ſuperius dixi, ait; ſecùs dicendum eſſe in alia diſſimili incom-
40 patibilitate, veluti ſi habens unum Curatum, adipiſcatur beneficium ſimplex, perſonalem reſidentiam requirens, ex privilegio, ſtatuto, conſuetudine, vel fundatione; nam licèt tale beneficium ſit etiam incompatibile cum uno curato, vel aliquo alio de prædictis, ut per Innoc. *in cap. ex tua, de cler. non reſid. & in cap. fin. eod. tit.* nihilominus per adeptionem ſecundi talis, non vacat primum ipſo jure; nam licèt poſſit privari tali beneficio requirente reſidentiam, niſi in eo non reſideat, non tamen ipſo jure privatus eſt aliquo illorum; & hoc propter diſpoſitionem prædictorum jurium, præſertim *Conſtit. Execrabilis*, quæ cùm ſit pœnalis, debet ſolummodò in ſuis terminis teneri, ut ſuprà diximus.

Ac proindè, deficientibus præmiſſis, non admittit Dataria Apoſtolica ſupplicationes impetrationum certo modo, & ad præſcriptum dictorum jurium, ſed potius reiicit: prout illarum innumeras vidi rejectas potiſſimum verò, ubi adeò factum explicabatur, ut Domini Officiales ipſius Dataria dignoſcerent, non intrare jura prædicta.

Quæ quidem omnia apprimè notanda ſunt, propter impetrationes beneficiorum à Summo Pontifice, nè poſtea Orator deficiat in probationibus expreſſorum: undè Rebuff. *in praxi, tit. forma nova proviſionis, verſ. Aut Conſtitutionem, fol. mihi* 161. notandum ait, quod in litteris ſuper beneficiis vacantibus per *Conſtitutionem Execrabilis*, ponitur clauſula, *Si eſt ita*, & ſimiliter de quibuſcumque narratis facti informationem requirentibus.

Sanè hæc vacatio, cum ita poſſit contingere per *d. Extravag. Execrabilis*, ità etiam per *d. cap. de multa*: ac proindè idem Rebuff. *in forma Signatura, verſ. Aut per Conſtitutionem*, ſubdit etiam *Aut. cap. de multa*, & cum *dict. cap.* ſatis vulgare ſit, & practicabile circa præmiſſa, placuit in gratiam ſimplicium Curialium, illud hìc ſubnectere, quod tale eſt, videlicet. 41

De multa providentia fuit in Lateranen. Concilium prohibitum, ut nullus diverſas Dignitates Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias Parochiales recipere contra Sacrorum Canonum inſtituta, alioquin recipiens ſic acceptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens privaretur, &c. Nos evidentius, & expreſſius occurrere cupientes præſenti decreto ſtatuimus, ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo jure privatus; & ſi fortè illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur, &c. Hoc idem in perſonalibus eſſe decernimus obſervandum; addentes, ut in eadem Eccleſia nullus plures dignitates, aut perſonatus habere præſumat, etiam ſi curam non habeat animarum. Circa ſublimes tamen, & litteratas perſonas, quæ majoribus ſunt beneficiis honoranda, cum ratio poſtulaverit, per Sedem Apoſtolicam poterit diſpenſari.

CAPUT VIII.

Praxis Clauſularum Secundæ partis Supplicationis pro Collatione Parochialis Eccleſiæ reſervatæ.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum, Sede Epiſcopali vacante facit concurſum ad Parochiales, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, nu. 4.*
2 *Nam fungitur vice Epiſcopi.*
3 *Et dicitur Ordinarius.*
5 *Approbationis ad Parochialem formula, quando unus tantum comparuerit.*
6 *Et qua, ubi concurſus fiat ſine tribus ſaltem Examinatoribus.*
7 *Examinatorum defectus, in concurſu ad Parochialem reſervatam, explicandus in teſtimonio Ordinarii circa idoneitatem, &c.*
8 *Collator inferior habens jus inſtituendi concurſum ad Parochiales, poteſt etiam Oeconomum, & Vicarium ad illam deputare.*
9 *Concilii Tridentini decreta, non egent ſpeciali derogatione.*
10 *Examen ad Parochiales factum in Urbe, ab illius Examinatoribus, æquipollet examini per concurſum in partibus.*
11 *Parochiales eccleſias conferunt Cardinales Epiſcopi, exiſtentes in Urbe, ſine concurſu.*
12 *Idoneitatis ad Parochialem ſufficit atteſtatio, quod fiat à quocumque ex tribus Ordinariis Oratoris.*
13 *Dummodo in ſpecie fuerit approbatus ad illam Parochialem vacantem aſſequendam.*
14 *Niſi aliud D. Datario videatur, ut hic.*
15 *Clauſula*, Si per diligentem, &c. *in proviſionibus Parochialium, intelligitur tam de examine facto, quam faciendo.*
16 *Formam*, Dignum, *in formam gratioſam, quot modis de*

dis de ſtyloCuriæin proviſionibus beneficiorum, mutare contingat, cum exemplis, ut hic.

17 *Litteris Apoſtolicis plumbatis, nihil addendum, aut ex illis detrahendum.*

18 *Falſitatis nomine, in litteris Apoſtolicis, quid comprehendatur.*

19 *Falſificantes Brevia Apoſtolica, ac ſupplicationes, atroces pœnas ſubiere.*

20 *Falſitas in litteris Apoſtolicis committitur ex additione unius litteræ.*

21 *Falſitas non dicitur commiſſa in litteris Contradictarum, etiam plumbatis, ſi aliquid in eis corrigatur.*

22 *Falſificantes litteras Apoſtolicas, laqueo ſuſpenduntur.*

23 *Falſitas in litteris Apoſtolicis intelligitur, etiam per appoſitionem unius lineæ, aut etiam per errorem in grammatica.*

24 *Litteras Apoſtolicas corrigendi munus, Cancellariæ Regenti demandatum.*

25 *Supplicationum Apoſtolicarum correctio, poſtquam ſunt regiſtratæ, ad ſolum Datarium pertinet.*

26 *Datarii officium, dicitur à munere datandi ſupplicationes.*

27 *Et cuinam antiquitus demandatum erat.*

28 *Datandi ſupplicationes facultas, olim conceſſa Bibliothecario Sedis Apoſtolicæ.*

29 *Datarius Papæ, ampliſſimas habet facultates.*

30 *Et multa ſupplet per litteras privatas, circa gratias à Papa conceſſas.*

31 *Gratias concedere ſolet Papa ſecundum intentionem Datarii.*

32 *Datarius præſumitur omnia facere in oculis Papæ.*

33 *Datarii munus, excelſius, ac ſublimius cunctis omnibus.*

34 *Illiuſque qualitates.*

35 *Datarii munus, quando exercetur per Cardinalem, cur ille nominetur Prodatarius, non autem Datarius.*

36 *Rotæ Auditor, Epiſcopus effectus, Locumtenens vocatur.*

37 *Datarii miniſterium, per obitum Papæ expirat, & ad quid tunc ille teneatur.*

38 *Datarius, quot, & quos Officiales habeat penes ſe.*

39 *Et quomodo ipſi ſe erga illum gerant.*

40 *Officia ſingula, ſingulis committenda perſonis.*

41 *Officium ſuum, ſi unicuique perſonæ non obſervetur, Reipublicæ ordo confunditur.*

42 *Dualitas, quomodò ad rei interitum parata.*

43 *Datarius, mole negotiorum preſſus, nonnulla ad Datariam pertinentia, ad Rotam examinandam tranſmittit.*

44 *Datarii munus, cur aliquando alicui ex Rotæ auditoribus demandetur.*

45 *Datario, magna fides adhibenda circa Datas ſupplicationum.*

46 *Signatura Papæ incipit operari à die Datæ.*

47 *Supplicatio præſumitur per Papam ſignata tempore Datæ.*

48 *Signatura perficitur in Data, non autem in ſimplici appoſitione manus Papæ.*

49 *Datariæ Apoſtolicæ libri prævalent quibuſcumque probationibus teſtium.*

50 *Antidatam probandi in gratiis Papæ, non datur facultas.*

51 *Antidatæ ſuſpicio, quomodo cadat in collationibus Ordinariorum.*

52 *Data, altera parva, altera major.*

53 *Antidatæ ſuſpicio quomodo vitanda in collationibus Epiſcoporum.*

54 *Et in quibus caſibus cadat ſuſpicio.*

55 *Antidatæ ſuſpicio in collationibus Ordinarii, quomodo excludatur ex requiſitis in inſtrumento collationis.*

56 *Et quomodo ſuſpicio Antidatæ ceſſet in collationibus Ordinarii.*

57 *Antidatæ ſuſpicio in proviſione Ordinarii, non cauſat malam fidem in proviſo.*

58 *Fructus ſuos facit bona fide poſſidens.*

59 *Cauſa quævis, etiam beſtialis, excuſat poſſeſſorem à perceptione fructuum.*

60 *Et quare.*

ET cum abſolutione, *à cenſuris ad effectum, &c.* De iis, & aliis clauſulis ſecundæ partis ſignaturæ, quæ in ſupplicationibus beneficialibus de more Curiæ, ac ſecundum illius ſtylum adduci conſueverunt, dicam, etiam infra, in clauſulis ſupplicationis reſignationis beneficiorum, ac eadem clauſula, ubi aptius, & opportunius cadunt; iis tantummodo hic retentis, quæ ad praxim impetrationum Parochialium Eccleſiarum à Sede Apoſtolica, pertinent; proindeque ſic ſequitur, videlicet,

Qui per Examinatores *in Synodo Diœceſana, juxtà formam Concilii Tridentini deputatos, ſervata forma Concilii hujuſmodi, in concurſu aliorum examinatos, & magis idoneus repertus, &c.* Cum aliàs in præinſerta formula ſupplicationis pro hujuſmodi Parochiali Eccleſia à Sede Apoſtolica impetranda, dictum fuerit, illam vacaſſe de menſe Martii, Sede Epiſcopali vacante; proinde illius collationem ad Sedem Apoſtolicam pertinere ob id potuit Capitulum, ſivè Vicarius ab eo deputatus, facere concurſum ad Parochiales vacantes: cum *ad* illud ſpectet obire illa munia, quæ 1
Concilium prædictum ſtatuit obeunda ab Epiſcopo, ſivè ejus Vicario, cum Parochialis Eccleſia vacare contigerit:
ex eo quòd Capitulum, Sede vacante, fungitur vice Epiſco- 2
pi, & ſuccedit in his, quæ ſunt juriſdictiones ordinariæ, exceptis caſibus in jure expreſſis: & juriſdictio data à Concilio Epiſcopis circa concurſum Parochialium, eſt ordinaria, Garc. *de benef. par. 9. cap. 2. num. 7.* & exinde Capitulum Sede
Epiſcopali vacante, dicitur Ordinarius, ut in *Extravag.* 3
Execrabilis, §. cæterum, de præben. & ſic facere poteſt omnia, quæ ſunt juriſdictionis Molin. *de juſt. & jur. tra. 5. diſp. 11. nu. etiam 11.* Maſlobr. *in prax. haben. concurſ. ad paroch. requiſ. 1. no. 6. &* 10 Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 10. cap. 1. nu. 37.* & ità ubique practicatur, & atteſtationem idoneitatis tranſmittit ad Urbem pro collatione Apoſtolica facienda ad favorem electi, ut infra.

Teſtimonio Vicarii *Generalis, à Capitulo Eccleſiæ N. illius Sede Epiſcopali vacante, legitimè deputati, de vita, moribus, & idoneitate commendatur.* Namque in propoſito prædicti Vicarii, declaravit aliàs Sacra Congregatio ejuſdem Concilii, ut infra, videlicet, *Nano, Examinatores, ex pluribus examinatis, non unum ſolum, ſed plures, quos judicaverint idoneos, ſignificabunt Vicario, & ex iſtis pluribus per examinatores judicatis, non ipſi Examinatores, ſed ſolus Vicarius eliget, quem cæteris magis idoneum judicaverit, hæc enim facultas nullo modo Examinatoribus competit, cum ſoli Epi-*
ſcopo à Concilio ſit attributa, cujus loca eret Vicarius, Sede 4
vacante.

Et unaquæque ex prædictis duabus formulis pro approbato in concurſu, poterit deſervire (deletis verbis concurſum concernentibus) pro Oratore ſimpliciter examinato, & approbato ad Parochialem Eccleſiam vacantem, ob non ſervatam formam *Conſtitutionis Pii Quinti*, aut etiam quocunque alio modo, ubi non requiritur concurſus: quia, ſicut aliàs diximus, quando ſi vacat, licet ſit Sedi Apoſtolicæ reſervata, nihilominùs non adhibetur concurſus, ſicut in aliis caſibus ſuperius à nobis congeſtis, quamvis examen fieri debeat coram Ordinario, ac tribus ſaltem Examinatoribus Synodalibus ſimpliciter, ad curam animarum, & tunc ipſa forma gratioſa ſic extendi conſuevit in ſupplicatione, nempè, *Qui per Examinatores in Synodo Diœceſana N. iuxta formam Concilii Tridentini deputatos examinatus, & idoneus repertus, teſtimonio Ordinarii de vita, moribus, &c.*

Prout etiam, ſi ob tenuitatem fructuum Parochialis Eccleſiæ vacantis, unus tantùm comparuerit, qui pro ea conſequenda, ſe ſimplici, privatoque examini, ut ſupra, ſubiicere voluerit, ſicut ſtatutum eſt à Concil. Tridentin. *ſeſs. 24. cap. 18. de reform.* circa finem, ibi, *ſi tamen adeò exigui reddirus dictæ Parochialis fuerint, &c.* quòd erit in teſtimonio idoneitatis explicandum: cujus vigore extenditur poſtmodum forma gratioſa in ſupplicatione in hunc
modum, nempè, *Qui per Examinatores in Synodo Diœce-* 5
ſana, iuxta formam Concilii Tridentini deputatos, ſervata forma Concilii huiuſmodi, & nemine alio pro conſequenda dicta Eccleſia, ſe examini ſubiiciente, examinatus, & idoneus repertus fuit, teſtimonio Ordinarii de vita, moribus, &c. idoneitate commendatur. Quia, licèt nemo alius comparuerit, & ſic non fuerit ſervata forma concurſus formalis, erit

lis, erit nihilominus id explicandum in prædicto teſtimonio, etiam de ſtylo Curiæ: quamvis etiam ipſum Concilium in caſu præmiſſo admittat privatum examen ſine concurſu.

Sicut etiam neceſſariò explicandum eſt, ubi pro conficiendo concurſu, neque intervenerint tres ad minus Examinatores Synodales; licèt huic defectui fuerit proviſum per tot Sacræ Congregationis declarationes, à nobis ſuis locis opportunius allatas: quinimmo ipſe Summus Pontifex, ac Cancellaria Apoſtolica, quando dant litteras ſuper hujuſmodi proviſionibus in forma *Dignum*, & cum clauſula, *Si per diligentem*, &c. ita in ipſis litteris ſubnectere conſueverint videlicet, *per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi per diligentem examinationem per te additis examinatoribus*, &c. *ſi iſtic ſint*, &c. *ſin minus abſque illis*, &c.

Et quando tranſmittitur teſtimonium idoneitatis ad Urbem pro expediendis litteris in forma gratioſa, erit omnino explicandum, ſi alii Examinatores non Synodales adhibiti fuerint: quod & jam ipſa quotidiana praxis docet; cum non rarò eveniſſe videtimus, fuiſſe factum concur-
6 ſum, cum nullus adfuerit in Diœceſi Examinator Synodalis, vel quandoque unus, aut duo tantùm extiterint, ſupplendo numerum, quandoque integrum trium Examinatorum ex aliis non Synodalibus, prout aliàs diximus: quod quidem pariter explicatur in eodem teſtimonio, ut inde etiam id explicetur in ſupradicta forma gratioſa, prout fieri ſequenti modo conſuevit, nimirum, *Qui per unum in Synodo Diœceſana, juxta formam Concilii Tridentini deputatum, & duos ab Epiſcopo N. loco duorum aliorum Examinatorum in ipſa Synodo, juxta eandem formam deputatorum, & defunctorum, Examinatores ad id nominatos, in concurſu examinatus, & idoneus repertus, teſtimonio ejuſdem Ordinarii de vita, moribus*, &c. Vel etiam, *Qui per duos in Synodo Diœceſana, juxta formam Concilii Tridentini, ac tertium ad id per Epiſcopum N. ſtante defectu aliorum Synodalium, partim abſentium, partim adverſa valetudine impeditorum, examinatores*, &c.

Quandoque ubi Examinatores in Diœceſi non reperiuntur ad præſcriptum ejuſdem Concilii, fuerunt illi per Sedem Apoſtolicam deputati; ac proinde fuit dictum in ipſa forma gratioſa, *Qui per Examinatores authoritate Apoſtolica ad hoc in defectum Examinatorum Synodalium per Epiſcopum N. deputatos, examinatos*, &c.

7 Aliàs enim, ſi defectus hujuſmodi Examinatorum non fuerit expreſſus in prædicto teſtimonio Ordinarii, collatio, licèt Apoſtolica, erit nulla: quia ſi taceatur: credit Summus Pontifex, prædictum concurſum fuiſſe factum ſecundum formam à prædicto Concilio traditam cum omnibus requiſitis, de quibus *in dict. cap.* 18. cum nihilominus ſi non fuerit in omnibus ſervata forma prædicta, proviſio Apoſtolica facta ad favorem Oratoris, qui præſentavit ſuam approbationem pro habenda forma gratioſa, & non expreſſit defectum dictæ formæ, erit nulla, etiam ſi Ordinarius aſſerat in prædicta approbatione concurſum fuiſſe legitimè factum; quia ſupradicta verba concernentia legitimam approbationem, comprehendunt etiam proviſiones Apoſtolicas, prout fuit tentum in una *Gerunden. Sacriſtiæ coram Cotta*, quæ eſt *decis. 48. num. 3. par. 1. diverſor.* ubi quòd Rota ponderavit illa verba prædicti Concilii *loco citato*, ibi, *alias proviſiones, ſeu inſtitutiones omnes, præter ſupradictam formam facta, ſubreptitia eſſe cenſeantur*, &c. quibus quidem verbis probatum fuit, quòd ſupradictum Concilium, adjiciendo dictum verbum, *omnes*, nullam voluit excluſam eſſe proviſionem; cum loquatur non ſolùm de proviſionibus Ordinariorum, ſed etiam quibuſcunque ac propterea non eſt recedendum à verborum generalitate, *l. 1. §. ſius, qui navem, de exercit. act. Rom. conſ.* 389. quod etiam in *deciſ.* declaratur *eodem numer. 3. verſ. idque eo magis*; quia ubi *dictum Concil.* irritavit omnes proviſiones præter dictam formam, etiam de novis proviſionibus mentionem fecit; quas quidem nullus, præter Papam, concedit, *ut not. in c. poſt electionem, de conceſſ. preb.* Rebuff. *in ſua praxi ſub tit. de novis proviſionibus, per tot.*

Nec refert, quòd è contra videamus, tales proviſiones non eſſe ſubreptitias, ſtantibus clauſulis, videlicet; *etiam ſi ſpecialiter, vel aliàs generaliter reſervata exiſtat*, ex eo quòd ipſe proviſus non narrat concurſum legitimè factum, ſed ſolùm præſentat litteras teſtimoniales Ordinarii, id atteſtantis, quibus Papa præſtando fidem, ait, *Nos tibi, qui à dilectis filiis Examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis, ſervata forma Concilii hujuſmodi in concurſu aliorum examinatus, & idoneus repertus, teſtimonio Ordinarii de vita, moribus, & idoneitate commendaris*; & ſic, cum ſit narrativa Papæ, non eget juſtificatione, ut per Garz. *de benefic. par. 9. cap. 2. num.* 360. *& ſeq.* Nam potius dicendum eſt, quòd forma adhibenda actui legis, ſeu Concilii decreto, ſi prætermittatur, etiam ipſius Papæ proviſionem vacuam, & inanem reddit, ut in *dicta deciſ. 48. numer. 4.* quia licet ſtandum ſit aſſertioni, & narrativæ Papæ, nempè, ſibi innotuiſſe dictam approbationem teſtimonio Ordinarii, & ſic proviſus non teneatur juſtificare dictam ſuam approbationem, tamen conſtando de contrario, nempè, dictam approbationem non fuiſſe factam legitimè, ac juxtà formam *Concilii*, prout Epiſcopus perperam teſtabatur, gratia, & proviſio non videntur ſubſiſtere: ex eo quòd fundantur in falſa cauſa de approbatione legitima, & falſo teſtimonio, ut comprobat idem Garc. *loco cit. nu.* 365. concludens *nu.* 367. quod oportet in ſupplicatione ponere Clauſulam, *Etiam ſi forma Concilii non ſit rectè obſervata*: quòd tamen ſolet in dicta ſupplicatione hujuſmodi defectus eo modo, quo ſupra dictum eſt, narrari.

Quamvis aliud ſervetur in impetratione Parochialis, certo modo vacantis, ob non ſervatam formam *Concilii, ſeu Conſtitutionis Pii V.* tunc enim in Dataria, hæc generalis expreſſio, abſque eo, quòd ſinguli defectus formæ prædictæ exprimantur, admittitur.

Idem quoque ſervatur in approbationibus, quæ fiunt ab Inferioribus Epiſcopo, ſi fuerint Nullius Diœceſis, & habeant proprium, ac diſtinctum territorium, & omnimodam, ac quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, ac jus congregandi Synodum: quia tunc, ad inſtar aliorum Ordinariorum poſſunt concedere ad præſcriptum *Concilii, ac Conſtitutionis Pii Quinti*, ſupradictam approbationem, in eaque debent facere mentionem de omnibus defectibus, ſi qui forſan intervenerint circa concurſum ab eodem Concilio præſcriptum. Cœterùm verò, ubi nihil ex prædicta forma deficiat, vigore approbationis factæ, ac in Dataria Apoſtolica præſentatæ, dabitur forma gratioſa in hunc modum videlicet, *Qui per Examinatores in Synodo Monaſterii Montis Caſſinenſ. ad id ſufficienti facultate ſuffultis, illiuſque diſtrictus, juxta formam Concilii Tridentini deputatos, ſervata forma Concilii hujuſmodi, & nemine alio, pro conſequenda dicta Eccleſia ſe examini ſubjiciente, examinatus, & idoneus repertus fuerit, teſtimonio Vicarii in ſpiritualibus generalis Abbatiæ ejuſdem Monaſterii Montis Caſſinen. de vita, moribus*, &c.

8 Namque, etiam ipſe Inferior, habens prædicta requiſita, poteſt concurſum inſtituere, examinare, & approbare, ac Oeconomos, & Vicarios Parochiali Eccleſiæ vacanti deputare ad formam ejuſdem Concilii, ut per Garc. *part. 9. cap. 2. numer.* 130. ubi, necnon *numer.* 131. refert ad id declarationes Sacræ Congregationis ejuſdem Concilii.

Sicque, quomodocunque, & qualitercunque eveniat defectus circa concurſum, ſemper explicandus erit, ut Summus Pontifex, quatenus ſibi videatur, poſſit ſua authoritate ſupplere, abſquè eo, quòd expreſsè deroget Concilio Tridentino: licet aliud ſenſerit Rota in præallegata *deciſion.* 48. *num.* 11. ubi fuit dictum, non ſufficere notitiam decretorum, in quibus adſcriptæ ſunt clauſulæ, irritum aliter actum geſtum, reddentes, nullumque declarantes, niſi in ipſo actu à Papa, etiam in geſto adſit decreti derogatio.

Hoc etenim (ſalva pace tanti Tribunalis) non videtur ſubſiſtere, quia ſufficit generalis derogatio ejuſdem Concilii, ſi appareat de intentione Papæ volentis illi derogare, licèt illius mentio ſpecialis facta non fuerit: cum propter illius authoritatem, nunquàm ſoleat ſpecialiter ei derogari, Gonz. *gloſ. 6. num.* 120. prout quotidie in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica practicatur, & alibi diximus.

Et in propoſito obſervantiæ formæ, concurſui ad Parochiales Eccleſias adhibendæ, videmus, ipſam formam Concilii, quandoque non ſervari, ſivè Parochialis vacet apud Sedem, ſivè extra Curiam quoad ipſas Parochiales affectas, ſeu reſervatas, nam ſæpè in dicta Curia obtinetur, ut examen fiat in ipſa Urbe, & aliàs *Congregatio*

ejuſdem

ejuſdem Concilii cenſuit, concedendum eſſe, hoc ei, qui multos annos manſit in Curia, teſte Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 10. *cap.* 8. *num.* 28. ubi, quòd ita fuit conceſſum familiari Papæ, & Congregatio Concilii cenſuit, Ordinarium de dicto examine facto in Curia, rationem debere habere, ac ſi ab eo examinatus, & approbatus eſſet, & hoc quando non habet litteras dimiſſoriales; nam tunc conceditur ex gratia ſpeciali D. Datarii, ſi verò habet dictas literas, & eſt præſens in Curia, paſſim concedi, ut tota die practicatur, & tunc expediuntur litteræ in forma gratioſa : quia examen
10 ſuper idoneitate ad Parochiales Eccleſias factum cum Examinatoribus in Urbe deputatis, æquipollet examini facto in partibus cum requiſitis Concilii Tridentini : nam licet ſint duo tantùm Examinatores in Romana Curia, deputati ad examen quorumcunque beneficiorum inferiorum, tam per concurſum, quam extra illum, nihilominus, ſi in ipſa Curia fiat examen privatum ad Parochialem, perinde illud cenſetur, ac ſi fuiſſet factum per concurſum. Et aliàs Sacra Congregatio in una *Giennenſ.* ſic cenſuit. *In proviſionibus à Sede Apoſtolica factis non eſt neceſſaria, nec de jure fieri debet examinatio, quæ fit per concurſum, quia dum ex Papa commiſſione quis examinatur, & fuerit approbatus Romæ, debet haberi tanquam ſi fuiſſet examinatus, & approbatus per concurſum*, quam declarationem refert Garc. *dicta part.* 9. *capit.* 2. *numer.* 160. quòd intelligitur, etiam ſi hujuſmodi examinis commiſſio fiat à Datario : quia perinde eſt, ac ſi fieret ab ipſo Papa, cujus ille eſt oraculum mentis, & vocis, illiuſque perſonam repræſentet idem Pariſ. *lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 117.

11 Cardinales Epiſcopi, exiſtentes in Curia, poſſunt conferre Parochialem Eccleſiam ſuæ Diœceſis, ſine concurſu dummodò ille, cui prædicta Parochialis confertur, examinetur ab Examinatoribus deputatis à Papa, vel ejus Vicario : quia eorum indulto non derogat Concilium Tridentinum *ſeſſion.* 24 *cap.* 18. ubi loquitur tantum de indultis extraordinariis; ut comprobat Germon. *de indult. Card. in §. Quibuſvis nu.* 9.

12 Cæterùm, ubi Parochialis Eccleſia vacaverit in caſibus, in quibus non requiritur concurſus, & eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſufficit atteſtatio idoneitatis, facta ab Ordinario Oratoris, ſivè originis, ſivè beneficii, ſivè domicilii; nam quilibet ipſorum poterit facere approbationem, cum qua ipſe Orator poterit expedire litteras ſuæ proviſionis : nam Dataria Apoſtolica ipſam approbationem admittere conſuevit, & multo magis quoad ſimplicia beneficia, prout ipſa praxis docet : quæ ita ſervat, etiam ut prædicta atteſtatio admittatur in Dataria per obitum Epiſcopi atteſtantis.

Undè Canonicus Baren. cum obtinuiſſet ſibi à Sede Apoſtolica provideri de Parochiali Eccleſia in alia Diœceſi, per reſignationem ad ſui favorem, in manibus Summi Pontificis factam, fuit examinatus, & approbatus prævio examine facto coram Archiepiſcopo Barenſ. cum Examinatoribus Synodalibus ejuſdem Diœceſis, tranſmiſſaque illius approbatione, ab eodem Archiepiſcopo facta, ad Urbem fuerunt litteræ ſuæ proviſionis expeditæ in forma gratioſa; in quibus dictum eſt, *Tibi, qui per dilectos filios Examinatores in Synodo Diœceſana deputatos examinatus, & idoneus repertus fuiſti, de vita moribus, & idoneitate, Ordinarii tui teſtimonio commendaris*. Hoc autem, quia quilibet ex ſupradictis tribus Ordinarius, eſt verè ſuus Ordinarius : & nullo ad id diſcrimine conſtituto, poteſt concedere approbationem ad quodcunque beneficium ubilibet exiſtens, quatenus Parochialis tunc non requirat concurſum juxta Concilium.

13 Quòd tamen, ſicut in omnibus aliis caſibus cujuſcunque ſimilis impetrationis, intelligendum eſt, dummodò quoad Parochiales Eccleſias, ſit quis in ſpecie approbatus ad illam Parochialem, tempore illius aſſequutionis; nam aliàs Dataria Apoſtolica non ſolet admittere generalem approbationem ad quaſcunque Parochiales Eccleſias obtinendas; licet Orator aliàs fuiſſet ad eandemmet Parochialem Eccleſiam, aut tanquam illius Vicarius, vel Coadiutor temporalis examinatus, & approbatus, quamvis, ſi
14 D. Datarius id velit concedere, nihil eſt, quòd ſibi prohibeatur; prout memini, me vidiſſe, Oratorem aliàs ab Ordinario cum Examinatoribus examinatum, & approbatum ad curam animarum, tanquam Coadiutor temporalis cujuſdam Parochialis Eccleſiæ, cum eadem Parochialis fuiſſet ad ſui ipſius favorem reſignata, dubitaretque, ne Epiſcopus ægrè ferret, & de facto impediret dictam reſignationem; ipſe Orator, qui penes ſe habebat approbationem, aliàs de ſui perſona tanquàm Coadiutore prædictæ Eccleſiæ factam, illam Domino Datario præſentavit, qui eandem admiſit, licèt non ſine maximis favoribus, & ſic expedivit litteras ſuæ proviſionis in forma gratioſa, etiam cum clauſula, *Tibi, qui ab examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis examinatus, & idoneus repertus fuiſti, teſtimonio Ordinarii de vita, moribus, & idoneitate commendaris*; nam in approbatione tanquam Coadiutor temporalis ad eandem Parochialem, fiebat mentio de ſcientia, & idoneitate, &c.

Negari tamen non poteſt, quin quandoque cum approbatione ad quamlibet Parochialem, expediantur litteræ in forma gratioſa, & ſine commiſſione examinis, nempè permutationum, & reſignationum in favorem, & aliorum proviſionum Papæ, prout teſtatur Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *numer.* 167. ubi, quòd ita vidit tempore Pauli V. quamvis id regulariter non admittatur.

Nec omittam, quòd circa clauſulam ſuperius appoſitam, *Si per diligentem examinationem, &c. idoneum eſſe repereris, &c.* quæ in mandatis de providendo de Parochialibus Eccleſiis adjicitur, ita illa intelligenda ſit, ut licèt importet conditionem, & operetur, quòd examen cum examinatoribus Synodalibus requiratur pro forma, adeò ut illud prætermitti nequeat; quamvis, re vera, impetrans ſit idoneus, attamen in una *Piſtorien. Parochialis* 6. *Februarii* 1623. *coram Dom. Merlino* relata per Vivian. *in calce ſuæ praxis juriſpatron. deciſion.* 81. viſum fuit in Rota, conditionem, ac formam hujuſmodi ſatis fuiſſe adimpletam; ex eo, quia Orator fuerat jam ante receptionem, & præſentationem factam litterarum proviſionis in forma *Dignum*, examinatus coram Ordinario, Examinatoribus Synodalibus adhibitis, & idoneus repertus, & approbatus ad eandem Parochialem, & conſequenter non fuit neceſſarium novum examen : quia ſemel examinatus, iterum examinari non debet, *capit. accepimus, & ibi gloſ.* 1. *in* 1. *not. de ætat. & qualit.* Et clauſula debet intelligi de examine facto, ſivè faciendo, quatenus illud 15
jam antea factum non fuiſſet, ſivè etiam conditio prædicta dicatur caſualis, ex quo, etiam idoneus caſu, ut puta memoria labente, vel Præſulis, aut Examinatorum aſpectu perterritus, deficere poteſt in examine, ſivè mixta, tanquam pendens etiam ab arbitrio, & judicio Ordinarii, vel Examinatorum, non eſt neceſſariò adimplenda poſt reſcripti præſentationem; ſed ſufficit, quòd fuerit antea in rei veritate, modo prædicto adimpleta, quoties, tempore reſcripti Princeps ignorabat adimplementum, ad text. *in l. hæc conditio, §. fin. & ibi* Bart. & Soccin. *ff. de condit. & demonſtr.* nam præſumitur, quòd ſi Papa ſciviſſet adimplementum, non quidem in forma *Dignum*, ſed in forma gratioſa, & abſque tali conditione providiſſet. Præterea, quia ita ſe habet ſtylus Cancellariæ, ſecundum quem, exhibita approbatione ad eandem Parochialem Eccleſiam, paſſim mutari conſuevit ſupplicatio ex forma *Dignum*, in formam gratioſam; per clauſulam prædictam importata.

Quarè ex prædictis patet reſponſio ad ea, quæ tradit Garc. *d. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 253. *& ſeqq.* Gonz. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 4. *numer.* 89. *&* 96. *& ſequen.* quia eorum dicta procedunt, quando non præceſſit examen cum tribus Examinatoribus Synodalibus, juxtà formam præſcriptam, vel quando fuit tantummodo generalis ad Parochiales, in quibus caſibus verſabatur *deciſ. Calagurit. de Ornillas* relata *in dicta deciſ. num.* 1. non autem quando præceſſit ſpecialis approbatio ad talem Parochialem, prævio examine, ideo non applicatur, cum N. fuerit ab Examinatoribus Synodalibus rigoroſè examinatus, & approbatus ad hanc eandem Parochialem, & ab eodem Ordinario.

Ratio autem differentiæ : in hac eadem deciſione eſt, quia per examen generaliter factum ad Parochiales, non eſt plenè conſultum diſciplinæ Chriſtianæ, & curæ animarum alicujus certæ Parochialis; namque fieri poteſt, quòd talis Parochialis exigat in ſuo Rectore præcipuas qualitates, quæ ab extraneo, Ordinario examinante pro alia Parochiali, non potuerint excogitari; quod ſecus eſt, ubi ad eandem Parochialem, & ab eodem Ordinario, quis prius fuerit examinatus, & approbatus.

Præterea fuit dictum, non obſtare, quòd à die, quo prædictus N. fuit ab Examinatoribus approbatus, uſque ad diem exhibitionis litterarum Apoſtolicarum effluxerint ferè duo menſes, & uſque ad diem obtenti ſupradicti mandati de immittendo intercesserit quinquennium, intra quod temporis ſpatium potuit ipſe N. mutaſſe mores; ita ut de tempore immiſſionis non eſſet idoneus; quoniam hujuſmodi morum mutatio nullo modo probabatur, & juris præſumptio eſt in contrarium, nam ea ante actæ vitæ ratione aſſequimur, quid de ſequenti vita ſit præſumendum, ut tradit Marſil. *in l. maritus, nu. 34. & ſeqq. de quæſt.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 8. in princip.* Quam quidem deciſionem placuit ad verbum ferè tranſcribere, cum valde conferat ad hanc noſtram praxim, & hoc frequentiſſimè in his caſibus accidiſſe non ignoramus, & ſecundum prædictum ſtylum teſtatur etiam Barboſ. *in add. ad alleg. 60. num. 91.* ubi allegat *dicta deciſ. Piſtorien. Parochialis*, ac idem Garc. *loco citato* allegat dictum ſtylum Cancellariæ, quem ego diverſimodè vidi circa id ſervari, ut infra dicam; ac propterea dum in *dicta deciſione Piſtorien. num. 7.* dicitur, ſupradictum ſtylum ita ſe habere, ut exhibita approbatione Oratoris, mutetur forma *Dignum*
36 in gratioſam, tribus potiſſimum modis id evenire poſſe, compertum eſt, &

Primò, ſi ſupplicatio ſignata, nondum regiſtrata fuerit cum commiſſione in forma *Dignum*; nam ſuperveniente dicta approbatione, deletur commiſſio prædicta, & loco ipſius extenditur forma gratioſa, nempè, *Qui per Examinatores in Synodo Diœceſana deputatos, &c. examinatus, &c.* Quandoquidem id ſervant prædicti Romanæ Curiæ Pragmatici, ut ſi à principio ſibi non tranſmittatur à partibus approbatio, & ignorent, an debeant litteras expedire in forma *Dignum*, vel gratioſa (loquor in caſibus, aliàs à nobis adductis de Parochialibus, in quibus non requiritur examen per concurſum) proindè ſignata ſupplicatione, non curant eam ad regiſtrum tranſmitti, niſi certò ſciant, partes non potuiſſe tranſmittere approbationem, & ſic litteras expediunt in forma *Dignum*.

Quòd ſi nihilominus poſt regiſtratam ſupplicationem ſupervenerit approbatio, clarum eſt, non poſſe in eadem ſupplicatione mutari formam *Dignum*, in gratioſam: quinimò, nec poteſt addi punctus unus à quovis ex Datariæ Apoſtolicæ Officialibus, ſed tantum ab ipſomet Datario, qui in aliquid aptando in ſupplicatione regiſtrata, vel ea ea detrahendo, nimis parcè ſe gerit, etiam ſi unum tantummodò verbum foret; ut notoria praxis docet, & videri eſt in una *Ilerden. Canonicatus coram Durano, impreſſa inter diverſ. recent. deciſ. 387. par. 3. ſub num. 6. verſ. Hæc difficultas*, ubi manu ipſius Datarii verbum, *exiſtente*, fuit mutatum, ut legeretur verbum, *exiſtere*, qui neque aliter dictum verbum mutaſſet, niſi quia apparebat verbum, *exiſtente*, fuiſſe ſcriptum per errorem ſcribentis; cum ſecundum ſubjectam materiam ſupplicationis, ac congruum ſenſum, & modum loquendi Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, illa clauſula debuerat formari, ut legeretur, *exiſtere*, pro firmiori actus validitate, ut in *dicta deciſ. num. 7.* Undè his ſtantibus, moltò minus delebit ea ipſa ſupplicatione, ſi regiſtrata formam *Dignum*, mutando illam, in gratioſam, ſed providebitur per viam reformationis, ut infra. Nec tamen redarguendus eſt Sollicitator, ſi ut plurimùm, tàm in his Parochialibus, quàm cæteris beneficiis, curet non expectata approbatione ipſas ſupplicationes regiſtrari, hoc enim fortè contingat, idem beneficium, priori ſupplicatione ſignata tantùm, alteri ſuperveniènti, majoribus qualitatibus pollenti, conferri; quòd non rarò eveniſſe ſcimus, præſertim, ſi Summus Pontifex in illius conceſſione fuerit deceptus; ſæpè enim vidimus, quòd propter importunitatem ſupplicantium præoccupatus, vel circumventus non concedenda concedit, *cap. cum de juventute, de purg. can. cap. 2. de conceſſ. præb.* Gonz. *gloſſ. 15. num. 34.* quinimmò etiam non circumventus, cum habeat pleniſſimam poteſtatem in beneficialibus, *cap. 2. in princ. de præb. cap. propoſuiſti, eodem tit.* ac naturaliter ſi ſolus Dominus beneficiorum, illorumque diſpenſator, *c. cuncta per mundum, 9. quæſt. 3.* Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 4. nu. 34.* idem Gonz. *in § 1. proœm. num. 33.* ita ut poſſit de poteſtate ordinaria, etiam ſine cauſa, beneficium Eccleſiaſticum uni auferre, & dare alteri, Mohed. *deciſ. 4. num. 2. de reſtit. ſpol.* & idem Gonz. *loc. cit. num. 36.*

Propterea, cùm idem Pontifex nemini velit præjudicare, nec tollere jus alteri quæſitum, ad evitandum ea, quæ vix evitari poſſent, antequàm ſupplicatio ſit regiſtrata, non expectata approbatione, mittitur illa ſtatim ad regiſtrum, & ea regiſtrata, non expectata approbatione, mittitur illa ſtatim ad regiſtrum, & ea regiſtrata dicitur Oratori jus quæſitum, ac proindè ait *Sarnen. ſuper reg. de non toll. jur. quæſ.* quòd antequàm ſupplicatio perveniat ad manus partis, poteſt caſſari per Dominum Datarium, ſivè alios Officiales; quia non dicitur jus quæſitum, donec ſit relaxata, & ſatis notum eſt, quòd illa regulariter non relaxatur, niſi prius fuerit regiſtrata, quòd ſatis docet notorius ſtylus Datariæ, cujus Officiales nunquam ſupplicationes nondum regiſtratas tradunt partibus, quòd tenaciſſimè ſub gravibus pœnis ſervatur, propter ſuſpicionem fraudis, & falſitatis, quæ facillimè evenire poteſt, ſi ſupplicatio ſignata, antequàm regiſtretur, traderetur parti; quarè in propoſito præjudicium non infertur parti, antequam regiſtretur, cum tunc non dicatur aliquod jus conſiderabile quæſitum, nec aptitudo ad præjudicium; & Papa, uſque ad illud tempus poſſit denegare, ac lacerare ſupplicationem, & ad libitum diſponere de beneficio, abſque injuria ſupplicantis, ut ait idem Sarnen. *ſuper reg. de jure quæſ. non tollendo, quæſt. 20. num. 2.* & fuit dictum in una *Oxomen. Archipresbyteratus 6. April. 1576. num. 196.* Rota *deciſ. 791. nu. 15. par. 1. diverſ.* idem Gonz. *gloſ. 15. § 2. num. 33.* Melius enim eſt, ſupplicationem habere regiſtratam in forma, *Dignum*, (cum forma gratioſa, ſuperveniente approbatione, poterit ſuppleri per viam reformationis) quàm verſari in diſcrimine amittendi beneficium; nec per hujuſmodi novas gratias ſupplentes quoſvis defectus in principali ſupplicatione, aliquod regulariter infertur Ora- 37
tori præjudicium, cum ſufficiat, quòd prima ſupplicatio ſit regiſtrata, perquàm eſt, jam Oratori jus quæſitum, ut ſupra dictum eſt.

Et hæc cautela poteſt deſervire, nedum impetrationibus Parochialium Eccleſiarum, verùm etiam in quibuſcumque gratiarum Apoſtolicarum impetrationibus, ubi optimus Pragmaticus, ità Oratori conſultum fore exiſtentibus.

Reformatio autem ſupplicationis pro habenda forma gratioſa, poſtquàm ſupervenerit approbatio, eo, quo ſequitur modo concipi conſuevit, videlicet, *Pater Sancte, Dignetur S. V. litteras ſuper præinſerta conficiendas cum expreſſione, quod Orator in ea nominatus, & cognominatus; examinatus, & idoneus repertus teſtimonio Ordinarii de moribus, & vita commendatur; in reliquis vero juxta ejuſdem præinſerta vim, ſeriem, continentiam, & tenorem expediri mandare. Non obſtantibus omnibus illis, quæ eadem S. V. in eadem præinſerta voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

Placuit inſerere hanc formulam, tanquàm frequentiorem, etiam in cæteris beneficiis ſupradictis; quòd ſi approbatio ſuperveniens erit ad Parochialem Eccleſiam, idem ordo ſervatur, ſed facta mentione, quòd Orator fuerit per Examinatores in Synodo Diœceſana deputatos, &c.

Vel, ſi ſupervenerit ipſe Orator, qui velit in Urbe Examinari, poſtquàm fuerit examinatus, & approbatus, conficitur reformatio, ut ſequitur videlicet. *Pater Sancte, Attento quòd N. in præinſerta nominatus, & cognominatus, eſt præſens in Curia, & ab Examinatoribus in Urbe deputatis, examinatus, idoneus repertus fuit, Dignetur S. V. litteras ſuper præinſerta conficiendas, in forma gratioſa, in reliquis verò, juxta ejuſdem præinſerta vim, ſeriem, continentiam, & tenorem expediri mandare, præmiſſis cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.* Vel poteſt dici, *Non obſtantibus omnibus illis, &c.* ut ſupra.

Secundum, mutatur forma *Dignum* in gratioſam, ſi approbatio ſupervenerit dum litteræ expediebantur in Cancellaria, vel etiam expeditæ, non tamen plumbatæ fuerint, tunc in litteris prædictis, quæ fuerant conſcriptæ in forma *Dignum*, abſque eo, quòd de novo ex integro reſcribantur, poſſunt apponi illa verba, quæ formam gratioſam important, deletis, quæ pro forma *Dignum*, appoſita erant, quòd vigore ſupradictæ reformationis fieri poteſt.

Tertiò; ſi prædicta approbatio Ordinarii ſupervenerit, poſtquàm prædictæ litteræ, nedum erant expeditæ in Cancellaria, verùm etiam plumbatæ; tunc enim non poteſt illas aptari forma gratioſa, niſi prius ſigneint nova ſuppli-

catio

catio ſuper eadem gratia, additis in ea verbis, formam
prædictam importantibus, eaque regiſtrata, ac prævia
licentia Illuſtriſſimi Domini Regentis, corriguntur præ-
dictæ litteræ, ex quibus extrahitur plumbum, ibi cum
cordula canapis appoſitum, & aliud cum cordula ſericei,
croceique coloris appenditur, ut in proviſionibus in forma
gratioſa, quòd fit opera diligentiſſimi Scriptoris, qui bul-
las conſcripſerat, abradendo ab eis priora verba in forma
Dignum, appoſita, & alia, pro forma gratioſa in illis ap-
tè collocando, prout fit etiam in prædicto ſecundo modo: &
ita in his caſibus paſſim ſervatur, & evitantur quamplurima
inconvenientia, præſertim, ut in caſu prædictæ *Piſtorien.
Parochialis*.

17 Cæterùm verò, poſtquàm hujuſmodi litteræ ſunt plum-
batæ, nemo propria authoritate poteſt in illis aliquid adde-
re, aut ex illis detrahere, vel minuere ſine incurſu ex-
communicationis, præſertim Iſtæ in *bulla Cœnæ Domini*
ibi, *Excommunicamus, & anathematizamus omnes falſa-
rios litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis, ac
ſupplicationum, gratiam, vel juſtitiam concernentium per
Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, ſeu
gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Romani Pon-
tificis ſignatarum; necnon falſo ſignantes ſupplicationes hu-
juſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vicecancellarii,
aut gerentium vices prædictorum*. Ac propterea notandum
18 eſt, nomen falſificationis eſſe nomen genericum, compre-
hendens etiam mutationes quaſcunque earundem, ac raſu-
ras, correctiones, & cancellationes.

Nec novum eſt Romanæ Curiæ Curialibus, deciſionem
adeſſe Petri de Vincentia, olim Cameræ Apoſtolicæ Au-
ditoris inſignis in quodam ſuo conſilio, ſivè relatione
facta coram Alexandro Sexto Summo Pontifice, in Con-
ſiſtorio Secreto, ſuper falſitate Brevium commiſſa per Bar-
19 tholomæum Floridum Archiepiſcopo Cuſentin. ejuſdem
Papæ Secretarium, qui fuit propterea privatus, & combu-
ſtus; Idemque expertus fuit quidam Sebaſtianus de Fede-
ricis Terviſinus, aliàs Doctor eminentis doctrinæ, qui
propter falſitatem quarundam ſupplicationum, à Leone
X. juſſua eſt ignibus tradi, ut refert Staphil. *in tractat. Bre-
vium ſub numer. 6. verſic. Præterea, & verſic. Non obſtant
modo*.

Quod quidem in propoſito corrigendi ſupplicationes, aut
litteras Apoſtolicas, certum eſt procedere, etiam ſi in
prædictis litteris, una tantum littera adderetur; quia
talia patrantes adhuc falſarii dicuntur, idem Staphil. *loco
20 citato dict. num. 6.* Felin. *in cap. 2. de crim. fal.* ubi prædictam
excommunicationem ait incurri, etiam ab Imponente
manus in literis Papæ circa non ſubſtantialia, vel circum-
ſtantias non neceſſarias, puta in cognomine, vel agno-
mine, & ſimilibus, nec refert, quòd ipſe Felin. *in cap. 2.
num. 18. de reſcript.* dicat ſe audiviſſe, quòd Pœnitentiariæ
Papæ non intelligunt, hanc pœnam falſi incurri ex appoſi-
tione manus, per quod nihil ſubſtantiale alteratur; quia
aliter nos ex ſupradictis docemur, & ſemper docuit ſtylus,
ſeù uſus Romanæ Curiæ, quòd incurritur dicta excommu-
nicatio per additionem, etiam unius puncti, ut etiam ex
pluribus anteà comprobavit idem Felin. *loc. prox. citato d.
num. 18.*

21 Quod tamen non habet locum in bullis, quæ tranſeunt
per officium Contradictarum, quæ, ſeù illorum aliquæ,
licet plumbatæ, poſſunt ab illarum Correctore, ſive per
ſe, ſivè per alium, de ejus mandato corrigi, illarum ta-
men ſubſtantiam non alterando: ità ſuadentibus rationibus
in erectione officii prædicti Correctoris, expreſſis, ſeù
aliàs.

Neque etiam audiendus eſt Sayr. *in theſ. caſ. conſc. lib. 3.
cap. 10. ſub num.* 12. quatenus, ait, quod licèt id commu-
niter fieri non debeat propria authoritate à quocunque,
ſed curandum ſit, litteras prædictas corrigi per Officiales
Curiæ ad hoc deputatos, nihilominus tamen, fortaſſe
aliquando ſine peccato id fieri poterit, maximè quando non
datur facilis recurſus ad officiales Curiæ, quibus ex offi-
cio competit, quodque in hac re cautius unuſquiſque eſſe
debet, ne id faciat abſque Doctorum, ac prudentum con-
ſilio, &c.

Nam iſta opinio nullo modo eſt admittenda, & qui
id attentaret, procul dubio incurret pœnam, & efficeretur
ſubditus quatuor Epiſcopatus, uni videlicet, qui unitus
22 eſt Aquilan. & vocatur Furcanen. alteri Scalen. tertio Bo-
janen. quarto Strangulen. omnibus in hoc Regno exiſtenti-

bus; ſi ita ſuaſerit prædictæ falſitatis qualitas ſivè gravitas,
prout dictitare conſueverunt juvenes Pragmatici in Can-
cellaria Apoſtolica, in propoſito abhortendi ab hu-
juſmodi falſitatibus, à quibus unuſquiſque latagit ſe,
ſaltem formidine pœnæ, à tanto facinore ſervare inno-
xium.

Cæterùm, quoad falſitatem hujuſmodi, intelligen-
dum eſt de appoſitione manus in litteris Papæ, ſivè in
magno, ſivè in modico, etiam corrigendo unum pun-
ctum, ut dictum eſt, aut unam lineam, etiam per errorem 23
in grammatica, licet ſenſum non mutaret; cum poſtquam
literæ ſunt plumbatæ, & Breve in totum expeditum, quævis
correctio ſpectet ad Officiales ad id deputatos, ut benè do-
cet Sylv. *in verbo excommunicatio 7. n. 8. excom. 4. verſ. cor-
rigentes*, Cajet. *eod. verbo, cap. 26. in fin. cum aliis adductis* per
Sayr. *loc. cit. n. 11.*

Verùm, circa correctionem, aut additionem puncti, ſive
lineæ in literis Apoſtolicis, hodie non poteſt iſte caſus con-
tingere: cum in prędictis literis non apponantur neque lineę
prout neque dyphtongi, ut ſtatuit Pius Secundus: unde Can-
cellaria Apoſtolica in hujuſmodi literis non utitur orthogra-
phia, prout utitur Prælatura Brevium in Brevibus ſub An-
nulo Piſcatoris.

Hoc enim munus corrigendi litteras Apoſtolicas, ſub
plumbo tamen expeditas, ſoli Illuſtriſſimo Domino Can- 24
cellariæ Apoſtolicæ Regenti demandatum eſt, ubi ille
viderit, illas ſine nova ſupplicatione ſuper eadem gratia,
Summo Pontifici porrigenda, poſſe corrigi: cum ipſe Re-
gens, necnon Cancellaria, & Camera ſint organum
Papæ, Caſſad. *deciſ. 2. num. 7. de union.* Mareſcott. *var. reſ.
lib. 2. cap. 18. num. 21.* quarè, quando litteræ prædictæ ſunt
corrigendæ, ipſe Regens mandat, illas per Scriptorem
earundem litterarum corrigi: dicendo in ſuprema illarum
parte, (viſa prius correctione) *Corrige in regiſtro, prout jacet*:
ac poſtmodum per unum ex Magiſtris ipſius regiſtri fit fides
correctionis prædictæ, dicendo, *Correctum per me N. Ma-
giſtrum regiſtri*.

Quò verò ad correctionem ſupplicationum Apoſtolica-
rum, poſtquàm illæ ſunt regiſtratæ, ſoli Datario illa de- 25
mandata eſt ab ipſo Summo Pontifice, cujus perſonam
ille repræſentat, Paril. *de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt.* 13.
num. 117. Gonz. *gloſ. 63. num. 56.* cum res tantam non pa-
tiatur dilationem, ut poſſit ſuppleri per reformatoriam ſup-
plicationem, manu ejuſdem Papæ, vel alterius illius no-
mine ſignandam, qui tamèn per correctionem hujuſmo-
di ſupplicationes prædictas, ſeù gratia in eis conceſſas,
contra mentem Papæ, alterare non intendit, & ſupplica-
tiones corrigendo, illarum etiam regiſtrum corrigit cum
illius manus appoſitione videlicet *N. Dat.* & Datarius po-
teſt id facere, etiam lite pendente, videlicet ſupplicatio-
nes ſic regiſtratas corrigere, Caputaqu. *deciſ. 239. num.* 1.
par. 1.

Quod tamen intelligitur, quando manifeſtè conſtat de
errore, ac proinde parti non eſt jus quæſitum, aut præju-
dicium affertur teſte etiam Marchet. *de commiſſ. part. 1. nu-
mer. 269. fol. 74.* nam licèt proprium Datarii officium, di-
catur à munere datandi ſupplicationes Apoſtolicas, undè 26
propria manu tenetur extendere Datas, Rot. *dec. 68. n. 12.
par. 5. rec.*

Nihilominùs, (ut aliqua hic obiter dicamus de officio Da-
tarii, necnon de viribus, & effectu Datæ per ipſum in ſuppli-
cationibus Apoſtolicis extendendæ) in omnibus gratiam
concernentibus repræſentat perſonam ipſius Papæ, ut di-
ctum eſt: quarè illius facultas non reſtringitur ad datandum
tantummodò dictas ſupplicationes, prout antiquitus fie-
bat, antequam dictum officium ſucceſſivis temporibus ad
tam ſublime munus perveniret; immò tunc, ut audivimus,
& legimus, qui ſupplicationes databat, nec nomen Data- 27
rii, prout eſt hodie, ſortitus eſt; nam huic muneri addi-
ctus erat unus ex Prothonotariis, Primicerius nuncupa-
tus, ut ex bullis Martini II. in quibus dicitur, *Data per
manus Stephani Primiceris Defenſoris Summæ Sedis Apo-
ſtolicæ, Anno Pontificatus Domini Martini Secundi*, &
in Bullis Stephani Secundi, ſic dicitur, *Data per manus
Stephani Primicerii Anno II. Domini Stephani*, hæc poſt-
modum facultas datandi conceſſa fuit Bibliothecario Sedis
Apoſtolicæ, & aliàs prout refert Sarnen. *in proœm. reg. tit. 28
de orig. & offic. Prothonot. num.* 6. & ſolum ſupplicationes
databant.

Hodie autem D. Datarius ampliſſimas habet facul- 29

tates, ſibi à Papa attributas; itaut cum dietim, & per ſingu-
la ferè momenta ipſi Papæ aſſiſtat, omnia, quæ gratias ſu-
pradictas concernunt, per ejus manus tranſeant, ſine
quo factum eſt nihil; prout etiam quandoque, circa lit-
teras Apoſtolicas, gratiam præſertim concernentes, non-
nulla accidentalia, ad Oratorum inſtantiam per ſuas lit-
30 teras privatas Exequutori directas, ſupplet, & tanquam
Oraculum mentis Papæ, declarat, nec proinde dicitur al-
terare formam, aut ſubſtantiam gratiæ, ſed exprimit il-
lud, quòd tacitè in dictis litteris, ſeù illarum ſupplicatio-
nibus ineſt, ut in una *Ferrarienſ. Bonorum, quæ eſt deciſ.*
780. num. 3. & 5. par. 4. recent. nam licèt Papa ipſas gratias
concedat, non autem Datarius, nihilominus ipſe Pontifex
31 ad illas concedendas, vel denegandas, moveri ſolet ſecun-
dum intentionem ipſius Datarii, cui deſuper totam rem
commiſit, quique multoties, eidem Pontifici, præter
in ſupplicibus libellis expreſſa, quamplura oretenus, ſum-
ma fidelitate ſuggerit, ad gratias concedendas, prout cau-
ſæ, aut ſupplicantium qualitates ſuadent, Gonz. *ad reg.* 8.
gloſ. 63. num. 58. & dixi in dicta mea Prax. d. lib. 2. cap. 1. à
num. 24. cæteraque ex vi ſui officii ſupplet, quæ de ordine
Pontificis ſupplere videtur; cum ſit illius organum vocis,
& mentis, & omnia, quæ Papa agit, medio ipſius agit,
32 Put. *deciſ. 434. nu. 1. lib. 3.* Burat. *deciſ. 883. num.* 10. cum om-
nia præſumatur facere in oculis ipſius Papæ, Seraphin. *deciſ.*
755. num. 1.
33 Hinc eſt, quòd hoc Datarii munus excelſius, ac ſubli-
mius cunctis omnibus cenſetur, teſte eodem Gonz. *loc. cit.*
num. 61. ac proinde apud Papam conſpicuum, unde ingenii,
ac doctrinæ dotes expoſtulat, ut pro dignitate exerceatur:
34 ſicque Summus Pontifex ad idem munus obeundum aſſu-
mit inſignem aliquem Romanæ Curiæ Prælatum, iis etiam
qualitatibus pollentem, de quibus *in mea Prax. dict. lib. 2. ca.*
3. num. 13. qui eo ipſo, quod ad Datarii munus aſſumitur,
eſt in utraque Signatura Referendarius, ipſiuſque Papæ
Auditor, ac Prælatus domeſticus: qui proindè portabit pon-
pus diei, & æſtus.
Quòd ſi quandoque ille, meritis ſuffragantibus, ad Car-
dinalatus ſublimitatem evehatur, cum tanta dignitate
præfulgeat, donec alium prælatum deputet Summus Pon-
35 tifex, ad ſupradictum Datarii munus obeundum, non am-
plius Datarius, ſed Prodatarius ſe inſcribit, & nomina-
tur: quandoquidem Sacro Cardinalium Cœtui eſt coo-
ptatus, qui inter eccleſiaſticos viros, poſt Papam pri-
mum locum tenent: adeo quòd fratres Papæ appellentur,
& ſicut Papa dicitur univerſalis Eccleſiæ ſponſus, ita Car-
dinales vocantur filii primi gradus Papæ, & diademate
Principis ſcripti, ac unum corpus, cum Papa facere exi-
ſtimantur, & pars corporis illius dicuntur, eique in con-
ſulendo, & regendo Orbem, aſſiſtunt, ac proinde Con-
ſiliarii ejus, Columnæ Eccleſiæ, Reges, maximi Principes,
Senatores, & poſt Papam majores, ac patres ſunt ſpiritua-
les, & Orbis terrarum Cardines, ut ait *Sarnen. in dicto*
proœm. regul. quæſt. 4. num. 3. & 4. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.*
7. cap. 12. num. 14. cum pluribus ſeqq. Gonz. *gloſ. 24. num. 4.*
unde ex his nomen Datarii videtur ferè non convenire
Cardinali.
Sicut etiam dicimus de Sacræ Rotæ Romanæ Auditori-
bus: qui licèt non conſtituantur ex Epiſcopis, tamen effe-
36 cti Auditores Rotæ, ſi creantur Epiſcopi, non per hoc deſi-
nunt officium Auditoratus Rotæ exercere in omnibus, &
per omnia, prout prius, ſed tamen deſinunt nominari Rotæ
Auditores, & vocantur Locumtenentes, quia Auditorum
loco ſunt: quamvis talis Locumtenens, Rotæ Decanus ef-
fici non poſſit. Quarè, poſt adeptum Auditoratum, ad Epi-
ſcopatum promotus, erit loco Auditoris, ſed in nihilo mi-
nor erit quolibet alio Rotæ Auditore, ut ex *Provinciali fol.*
61. ait Mandoſ. *in form. prim. commiſſ. cauſa ſuper bene-*
fic. verſic. ſeu illorum Locumtenentibus, circa princip. fol.
7. Et ſic Epiſcopali dignitate adepta, non congruit, eos Au-
ditores Rotæ nuncupari, ut credit Marcheſ. *de commiſſ. par.*
1. §. 1. num. 88 fol. 1327. quia in eo ſtatu, fratres Papæ ap-
pellantur.
Verùm tamen eſt, quòd cum Datarii officium ſi pluri-
mùm ſublime, ut dictum eſt, indignum profectò non
cenſetur, quin exerceatur etiam à Cardinali per modum
proviſionis, prout ſæpè evenisse non ignoramus, licet
Pius Quartus in ſua Conſtitutione ſuper reformatione
37 Conclavis in electione Summi Pontificis, voluerit, quòd
Datarii miniſterium, per Pontificis obitum, omninò ex-
piret; itaut non ſolum Datas per eum antea notatas, ex-
tendendi poteſtatem minimè habeat, ſed qualcumque ſup-
plicationes gratiarum, & juſtitiæ, pœnes eum, aut ejus mi-
niſtros adhuc exiſtentes, etiam ſi datatæ fuerint, Collegio
Cardinalium ſtatim, ſub ſigillo clauſas, præſentare tenea-
tur, futuro Pontifici reſervandas: quòd ſi contra præmiſ-
ſa, quicquàm, ad cujuſvis, etiam Cardinalis inſtantiam,
attentare præſumpſerit, irritum, & inane exiſtat, & nihilo-
minus falſi crimen incurrat, illius rationem futuro Pontifi-
ci redditurus.
Habet D. Datarius plures ſub ſe Officiales, ſivè mini- 38
ſtros ipſius Datariæ, qui illum ubique ſequuntur, veluti
ubi Summus Pontifex moram trahit, ſivè videlicèt, in
Palatio Vaticano, ſive in Monte Quirinali, & hi ſunt
videlicet.
Subdatarius, per cujus manus tranſeunt omnes ferè ſup-
plicationes ab eo prius revidendæ, Summarios in illarum
calce adjectis, antequam ad ipſum Datarium perveniant,
qui illas Pontifici ſignanda defert.
Præfectus Officium Componendarum, ubi de materiis
componibilibus ſolvitur compoſitio.
Unus Officialis de *Per obitum* nuncupatus, cui potiſ-
ſimùm porriguntur ſupplicationes pro impetrandis bene-
ficiis Eccleſiaſticis, per obitum vacantibus, et illas etiam
cum Summariis deferat ſupradicto Domino Datario,
quamvis multoties occurrit, ut omiſſo prædicto Officia-
li, immediatæ ſupplicationes prædictæ eidem Datario por-
rigantur.
Duo Officiales, Reviſores omnium ſupplicationum, quæ
per Datariam tranſeunt, quorum unus Primus, alter verò
Secundus Reviſor nuncupatur, qui ſingulari vigilantia,
oculiſque lynceis obſervant, an in dictis ſupplicationibus
aliquid adſit, per quòd videatur in conceſſione gratiæ Sum-
mus Pontifex circumventus, ut videlicet comperiant aliquid
conceſſum, quòd ipſe Pontifex non erat conceſſurus, ac pro-
inde huic muneri deputantur viri omni exceptione majo-
res, necnon antiquiſſimi Curiales, & in rebus Datariæ plu-
rimum practici, & verſati.
Unus Officialis, Reviſor ſupplicationum matrimonia-
lium, qui privativè ad alios, ipſas ſupplicationes, tam ante,
quàm poſt ſignatas, revidet: quòd munus non minori ſince-
ritate, ac fidelitate cæterorum exercetur, cuique fuit per
fel. recordat. Urbanum Papam VIII. Perilluſtris Dominus
Jo: Vincentius Beger nobilis Romanus deputatus: quippè
qui ob eximiam doctrinam, necnon integritatem, ſin-
gularemque probitatem cæteraſque virtutes, quibus clare-
ſcere dignoſcitur, in ſui genitoris locum, fuit non immeri-
tò ſuffectus.
Unus Officialis de Parva Data, cui eadem die, qua ſuppli-
cationes ſunt ſignatæ, traduntur, in quibus notat tantummo-
dò ipſam Datam, quæ poſtmodum extenditur per Dum. Da-
tarium in eiſdem ſupplicationibus.
Unus Officialis *de Miſſis* nuncupatus, qui omnes ſuppli-
cationes datatas, inciſis earum ſummariis, tranſmittit ad
regiſtrum.
Viginti Regiſtratores ſupplicationum Apoſtolicarum.
Unus regiſtrator Secretus.
Sex Clerici Regiſtri ſupplicationum prædictarum.
Quatuor Magiſtri ejuſdem Regiſtri.
Omnes prædicti Officiales, ita inter ſe geruntur, ut licèt or-
do ſit diſtinctus, una tamen inter eos ſumma probitas,
ſummuſque zelus, in rebus Datariæ peragendis, purè can-
dideque ſervantur, eidemque Domino Datario, qui eis 39
præeſt, exactiſſimè parent, reverentiamque ita exhibent,
ut illius dilectionem erga eoſdem conciliare non vereantur;
ut ſic recta eorum adminiſtratio officiorum generetur, ad
inſtar cœleſtium Militiarum exemplar, quòd nos inſtruit,
ut dum ſint Angeli, & Archangeli, licèt non ſint æquales,
ſed in poteſtate, & ordine differant alter ab altero, hæc pro-
inde juſtitia eſt, ut minor ſerviat majori, ut ait text. *in cap.*
eſt ordo 33. q. 5. Et cum omnes illi, Chriſti Vicario in ter-
ris deſerviant, omnia eorum officia ea, qua par eſt ſedu-
litate, ac fidelitate advertunt; prout ita ſe gerere monen-
tur per text. *in l. manente, Cod. de delator. lib* 10. ac cum di-
gnè, & laudabiliter ſe exerceant, quicunque ſint, & undè
veniant, divinitus vocati cenſentur, *cap. cum deputati, de*
jud. ut per Rebuff *ſuper concord. rubr. de conſtit. verbo, co-*
geretur. fol. mihi 63. & ait Mandoſ. *ſuper reg. 27. qu. 4. num.*
5. & 10.
Hæc autem omnia demum feliciora haberi certum eſt,
quate-

quatenus quiſque ſe ipſum agnoſcat, ut nulli ſuum officium
ſubtrahatur, ſed unicuique, quòd ſuum eſt, ſervetur, ne
ordo rerum confundatur, ex indeque, pejora ſequantur:
eſt enim juris communis diſpoſitio, per quàm ſingula offi-
40 cia ſingulis ſunt committenda perſonis, ut in *cap. cum ſin-
gula, in princ. de præb. in 6.* & deputatio unius capitis pari-
ter correſpondet omni juri, & in apibus, unus etiam Prin-
ceps, grues unam ſequuntur, Imperator unus, & Ro-
ma ipſa ab initio duos Reges habere non potuit, & in ute-
ro Rebeccæ, Eſau, & Jacob bella geſſerunt, *cap. in api-
bus quæſt.* 1. Barboſ. *conſil.* 40. *num.* 68. *&* 72. *vol.*4. ſic dixit
Rot. penes Coccin. *deciſ.* 203. *num.* 2. *in una Montis Rega-
lis Juriſdictionis:* quarè, ſi unicuique ſuum officium non
obſervatur, totus Reipublicæ ordo confunditur, *cap. pro-
venit*, 11. q. 1. nec in uno officio æque principaliter duo
ſunt Officiales, cum iſta qualitas ad rei interitum parata
d. cap. in apibus, *l.* 3. §. *penult. in fin. ff. de admin. tut.* cum
aliis adductis in alia *Montis Regalis*, idem Coccin. *deciſio.*
438. potiſſimum verò, cum neque Superiores, Inferio-
rum officia ſibi vendicent, tunc enim univerſale bonum
optimè gubernatur; ſicut abſurdum quoque eſſet, ſi pro-
miſcuis actibus rerum turbentur officia, ad tex. *in l. repe-
tita, Cod. de Epiſcop. & Cler.* nec à recto juris tramite de-
vium agnoſcimus, quòd ſi unius Officialis ſe intromittere
vellet circa ſpectantia ad alium Officialem, culpa non
careret, & deberet repelli, per text. *in leg. culpa eſt, ff. de
reg. jur. & non eſt ſine culpa eod. tit. lib.* 6. Bart. *in l. in provinciis,
Cod. de numerarus, & actuarius, lib.* 3. Bald. *in d. l. repe-
tita, l. 1. Cod. de apparit. præfectorum prætorio lib.* 12. *cum
aliis allegati per* Mandoſ. *ſuper reg.* 28. *q.* 28. *n.* 2. ubi, ut ita
præmiſſa exemplificemus ait, quòd breve à ſupplicatione
diſcordans, non poteſt, nec debet ad Abbreviatores re-
mitti, ut illud corrigant; quia Abbreviatores non ſe intro-
mittunt circa brevia. Et ſicut in propoſito, indecorum eſt
ut in corpore humano, alterum membrum, alterius fun-
gatur officio, ita quoque noxium, ſi ſingula rerum mini-
ſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa, *cap.* 1. 89. *diſt.*
ne ſecùs mala ſequantur, ut plorimum vitæ integritatem la-
befactantia, cum non minus promptiores eſſe debeamus,
atque parati dimicare de honore, quam de commodis no-
ſtris, ut ait Caſſaneus *in præfat. Cathal. glor. mun. verſ. qua-
propter, circa med.*

Benè tamen vidimus practicari, ut quandoque (ita ſua-
dente gravitate materiæ) cum D. Datarius, tanta nego-
ciorum mole preſſus, nequeat illius circumſtantias exami-
nare, ac in dubium revocetur, an gratia ſit concedenda,
43 vel ne, potiſſimum verò beneficialis, non ad Signaturam,
conſueto modo, ſupplicationem tranſmittit, ſed à Sacræ
Rotæ Auditorum, negocium, ibi per omnes Dominos
Auditores, plenè examinandum, ad hoc, ut ſi poſtmo-
dum agnoverit gratiam, eſſe ſine alicujus præjudicio con-
cedendam, ſignetur dicta ſupplicatio à Papa, de cujus man-
dato, ut plorimum id fieri conſuevit; prout in una *Roma-
na Juriſpatronatus coram Cardinale Sacrato* 31. *Maii in
princip. & in una Barchinonen. Parochialis coram Buratt. de-
ciſ.* 22. *ante num.* 1. Undè, optima ratione Summus Ponti-
fex, quandoque ad Datarii munus aliquem ex ipſius Rotæ
44 Auditoribus aſſumit, qui ex ſe præſertim in caſibus benefi-
cialibus, decernat, quòd ad mentem ejuſdem Rotæ, ſibi de-
cernendum videtur.

Ex qualitate igitur perſonæ, quæ ad Datarii munus obe-
undum deputatur, facile conjici poteſt, quanta ei ſit adhi-
benda fides, præſertim circa Datas in ſupplicationibus appo-
45 nendas: ne videlicet ullo unquam tempore de Datæ anterio-
ritate, vel poſterioritate contendi poſſit, cum proinde ſum-
mopere invigilet, ut ipſæ ſupplicationes eadem die, qua ſi-
gnatæ ſunt, datentur: cum Data, non autem ſignatura atten-
di debeat, quæ ab ipſa Data incipit operari, & ſupplicatio, an-
46 te Datam, poſſit lacerari: & dum Papa ſignat gratias, ſcit
illis apponendam eſſe Datam per Datarium, & ſic certam
diem, virtualiter declarat, etiam quod ſolum à die Datæ
ipſius ſignaturæ debeat operari: licèt aliquando gratiæ non
datentur ſub eadem die, qua fuerunt à Pontifice ſignatæ, ita
ſuadente aliqua ratione, prout pluries obſervavimus in Da-
taria Apoſtolica id factum fuiſſe, etiam ipſo Papa ita juben-
te, ut teſtatur etiam Rota *in una Meten. Prioratus* impreſſa
penes Vivian. *in calce ſuæ Praxis juriſpatr. dec.* 54. *n.* 7. *coram
Merlino*, qui fuit Datarius Gregorii XV.

Quarè non obſtat, quòd ex ſola Signatura gratia ſit perfe-
cta ex eo quod ſimul ſtant, quod gratia recipiat perfectio-

nem è Signatura Papæ, & quod tamen hæc perfectio inci-
piat à die Datæ, & ſignatura trahatur ad diem Datæ; quo-
niam cenſetur Papam ſignaſſe ſupplicationem à die, ſub
qua apparet datata à Datario per ipſum, ut in *deciſ.* 54. *n.*
9. & ſupplicatio præſumitur ſignata tempore Datæ, nec ad- 47
mittitur probatio in contrarium, ut dicitur in una Cala-
guritana Præſtimonii coram Put. *dec.* 94. *nu.* 2. *lib.* 2. *& in d.
Meten. Prioratus num.* 10. ac proinde, ut dictum eſt, ſola ſi-
gnatura non ſufficit: nec ſequitur, Papa ſignavit ſupplica- 48
tionem ergo ſignatura fuit perfecta pro ſubſtantia, gratiæ;
nam ſignatura perficitur in Data, non autem in ſimplici
appoſitione manus Papæ; quamvis illa concludat ad per-
fectionem ſupplicationis, ſed illius perfectio cenſetur di-
lata in aliud tempus, nempè, quo erit appoſita Data,
Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 33. 34. Undè Datæ
defectus, non facit, quod gratia non ſit perfecta, ſed oſten-
dit, de quo tempore, gratia fuit obtenta, ut eſt notorius
ſtylus Curiæ, de quo teſtatur Caputaq. *dec.* 88. *nu.* 4. 5. *par.*
3. & eodem die, quo ſupplicationes ſignantur, & datan-
tur, ſcribuntur in libris Datariæ ubi unicuique licet tam-
quam in nitidiſſimo ſpeculo, inſpicere diem ſignaturæ,
illiuſque Datam; quarè, ſtante eximia probitate D. Da-
tarii circa hoc, ac omnia ad ſuum officium pertinentia præ-
dicti libri ſemper prævalent quibuſcunque contrariis pro- 49
bationibus teſtium, Buratt. *dec.* 888. *ſub num.* 2. ubi *num.* 3.
quod non licèt arguere Datarium, ejuſque libros de men-
dacio; & fuit dictum in una *Salamantina, & in una Bur-
gen. Abbatia* 16. *Martii* 1592. *cor. Gypſio*, nec aliquem latet;
quod gratia cenſetur, & dicitur ſignata ea die, ſub qua
fuit datata: nec admittitur probatio in contrarium, & diſ-
ſonum eſſet, quod apponeretur in Data certa dies, & ta-
men illa non attenderetur, & ita liceret partibus redargue-
re Datarium, quod minus candidè officium ſuum exer-
cuerit, de cujus tamen integritate Summus Pontifex adeò
confidit, ut contra illum non admittantur articuli, ut in *d.
dec.* 54. *n.* 12.

Et ſic ita tenendum eſt, eo magis ſi agatur de juſtificando
do tempore, diverſo ab eo ſub quo concepta eſt parva Da-
ta in ſupplicatione, & in litteris jam expeditis, quia poſt
illarum expeditionem, non agitur de redarguendo Data-
rio, vel alio Officiali, ſed ipſomet Papa, qui in litteris
prædictis profitetur, ſe eas date ſub tali die. quare volen-
ti probare contrarium, denegatur omninò hæc facultas,
prout dicitur in una Oſcen. Parochialis, quæ eſt *deciſ.* 367.
num. 2. *part.* 3. *diverſ.* in qua fuit dictum, non eſſe admit-
tendam probationem Petri, quæ tendebat contra atteſta-
tionem Papæ, ut in *Clem. litteris, de præb.* & quod Pau-
lus Papa Quartus in ſua Signatura rejecit quandam ſuppli-
cationem, in qua adverſarius petebat, ut admitteretur ad
probandum, non fuiſſe tunc temporis, Martinum familia-
rem, &c.

Sicut neque audiendus eſſet, qui ſub prætextu, quod pro-
batio non intendatur contra factum Principis, ſed Datarii,
qui eſt organum ipſius Papæ, nam quæ per ipſum fiunt in
his, quæ ſpectant ad ejus officium, cenſentur facta ab ipſo-
met Papa, ut ſupra jam diximus, & ait Lotter. *d. lib.* 2.
quæſt. 23. *numer.* 25. *&* 26. unde, nullo modo datur facul-
tas probandi antidatam in gratiis Papæ, ut in *d. deciſ.* 367.
num. 2.

Hæc etenim, locum ſibi tamen vendicant in collationi-
bus Ordinariorum, aliorumque Inferiorum collatorum,
quia ſi eorum collationes non habeant Notorium, & te-
ſtes, regulariter, non valent, non autem ſic proviſione,
Papæ, quæ propter plumbum, & tot ſolemnitates, ſunt
certæ, & nullam ſuſpicionem habere poſſunt, Put. *deciſ.* 51
315. *lib.* 2. & ſic quando ipſi collatores concurrunt cum
Papa, cadit ſuſpicio, antidatæ, niſi eorum proviſiones
ſint in forma publici inſtrumenti, cum teſtibus, & aliis
ſolemnitatibus, etiam ſi alias eſſent in forma litterarum
patentium cum ſigillo, & ſubſcriptione Epiſcopi, vel illius
Scribæ, aut Secretarii, quod tenuit Rota penes Bellam. *dec.*
321. ob quod licèt literæ Epiſcoporum ſigillo ſigillatæ, ſint,
authenticæ, hoc tamen locum non habet contra Apoſtoli-
cos impetrantes, non confugantur fraudes, & *dis* 441. quod
littera ordinaria proviſiva in præjudicium Apoſtolici, cum
de Data dubitatur, non probat: & hoc propter facilitatem
ſupplantandi proviſiones Apoſtolicas, idem Lotter. *d. qu.* 23.
num. 11. *&* 12.

Ac propterea, ſciendum eſt, ſupplicationes Apoſtoli-
cas duplicem habere Datam, quæ tamen in ſubſtantia

52 una eſt, videlicet altera, quæ parva Data nuncupatur, altera verò Data major, ſivè extenſa; nam quando porrigitur ſupplicatio, illa defertur ad Papam, & ubi eſt ſignata, tranſmittitur per Dominum Datarium ad Officialem Præfectum parvæ Datæ, qui in extrema parte ſupplicationis apponit Datam ſub eadem die, qua illa eſt ſibi conſignata, ſed abbreviatè, videlicèt, *Apud S. Petrum Id. April. Anno Primo*; & hæc dicitur parva Data, quæ adjicitur per hunc Officialem, tanquam miniſtrum Datarii, ut mox Datarius ipſe quandoque illam extendat; & ſic quando ſupplicatio ad ipſum Datarium devenit, in calce ſupplicationis, ſic Datam ipſam extendit, videlicet, *Dat. Romæ apud S. Petrum Id. April. Anno Primo*; & hæc dicitur Data Major, ſivè extenſa, deſumpta eſt Data parva. Et ſic inter utramque Datam, nulla eſt differentia, ut etiam dictum eſt, nec contrarium poteſt unquam præſumi; ita ut, ſub hoc prætextu, fraudes committantur, ut ſatis notum eſt omnibus.

Ac propterea, monendi ſunt Epiſcopi, circa materiam
53 præventionis, ut videlicet, ſemper faciant collationes per publicum inſtrumentum coram Notario, & teſtibus, ſe ſubſcribentibus in eodem collationis inſtrumento, ſine quibus, quando agitur contra proviſum Apoſtolicum, non creditur literis Ordinarii ſuper proviſione ab eo facta, etiam ſi in illis apponatur ipſius Ordinarii authenticum ſigillum; nè confingantur fraudes in anticipanda Data; ex eo, quod ſemper, vel quaſi frequenter accidit, quod Epiſcopi, vel eorum Cancellarii contra Apoſtolicos impetrantes, anticipant Datas, præſertim ad favorem ſuorum nepotum, ſeù conſanguineorum; nam cum Ordinariis impetrantes Apoſtolici ſint exoſi, facilè uti ſolent antidatis, & ſigillum eorum apponunt ad libitum; ut per Gonz. §. 3. *proœm. num.* 147.

Ac proindè ait Rebuff. *ſuper concord. rubr. de collat. verſ. palam, fol. mihi* 263. quod beneficia debent palàm conferri; alioquin collatio eſt ſuſpecta, & in *tract. nominat. q.* 10. *n.* 22. & 23. quod non creditur, litteris Epiſcoporum ſigillatis, ſine teſtibus, & ſubſcriptione Notarii, circa proviſiones factas de beneficiis, ad eorum collationem ſpectantibus, in præjudicium Apoſtolicorum impetrantium, per text. *in cap. cum à nobis*, ibi. *nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, de teſt.* quarè ait, Felin. *in cap.* 1. *nu.* 1. *de fid. inſtrum.* ex Innoc. *in ca. cum P. eod. tit.* quod eſt contra jus, & officium tabellionis, quod chartæ animalis mortui credatur ſine aliquo adminiculo.

Quod quidem, non ſolùm procedit in Epiſcopis, & aliis inferioribus Collatoribus, verum etiam Cardinalibus, etiam Legatis à latere, Achill. de Graſſ. *dec.* 7. *aliàs* 171. *nu.* 2. ubi quod Domini dupliciter id extenderunt, & Primo ad dictos Cardinales. Secundo non ſolùm in antidata, ſed etiam in Clauſula, in qua adeſſet aliqua ſuſpicio, & quæ auferret beneficium impetranti Apoſtolico, Garc. *de benef. p.* 8. *cap.* 4. *nu.* 54.

54 Potiſſimum verò, hujuſmodi fraudes poſſunt committi ab Epiſcopo in aſſertione ab eo facta de reſignatione in ſuis manibus, ex cauſis in *Conſtitut. Pii V.*, expreſſis, in præjudicium proviſi Apoſtolici; nam poſſet aſſerere, beneficia fuiſſe prius in ſuis manibus reſignata, & hoc modo eſſet in ſua facultate, eludere omnes proviſiones beneficiorum vacantium per obitum; & iſte caſus eſt expreſſus apud Creſcent. *deciſ.* 13. *de probationibus*, & ſecundum eam innumeræ fraudes poſſunt committi, prout cum effectu pluries vidimus, & Gonz. *loc. cit. nu.* 152. teſtatur.

Idem contingere poſſet, ſi vacante beneficio in menſe, per regulam reſervato, Sede tamen Apoſtolica vacante, quo tempore ceſſat dicta reſervatio; cum omnes menſes ſint Ordinarii; qui proindè intra idem tempus, contuliſſem prætenditur; ſed quia poſt dictam collationem, creatur novus Papa, qui in craſtinum ſuæ aſſumptionis edidit regulas Cancellariæ, præſertim 68. qua diſpoſitioni ſuæ beneficia, quæ à die obitus ſui Prędeceſſoris, uſque ad diem editionis regularum vacaverunt, & de quibus per Ordinarios tunc diſpoſitum non fuerat, reſervavit, proindè ſi appareat, collationem Ordinarii factam fuiſſe paulò antè creationem Pontificis, certum eſt, illam proviſionem non carere ſuſpicione antidatæ, in fraudem reſervationis dicti Pontificis, ut eſt caſus ferè ſimilis in una Dertuſen. Parochialis coram Litta, relata per Garc. *d. p.* 4. *cap.* 3. *nu.* 91. *in fin.*

55 Et ex præmiſſis dicendum eſt, non ſufficere, quod collatio fuerit facta coram Secretario Epiſcopi, & teſtibus ſi Secretarius non eſſet Notarius, vel ſi teſtes non eſſent ſubſcripti, idem Gonz. *loc. cit. nu.* 153. *& ſeq.*

Præterea, teſtes, qui in hujuſmodi Epiſcopi collatione intervenerunt, debent eſſe omni exceptione majores; ac proindè domeſtici, & familiares, quibus imperari poteſt, non ſunt idonei, *cap. in litteris, de teſt.* nam paria ſunt, non habere teſtes, vel habere domeſticos: & ità ſtrictè ſervari debet ad evitandas falſitates, quas prædicti Ordinarii, ſeù eorum Vicarii, ad hoc benè inſtructi, faciunt, ut ait idem Rebuff. *d. rubr. de collat. verſ. palam*, id. Gonz. *loc. cit. num.* 160.

Verùm, quoad ipſos teſtes, dicendum eſt, quod licèt litteris Ordinarii non credatur, niſi habeant teſtes, in præjudicium impetrantium Apoſtolicorum, intelligitur tamen, quod teſtes ſubſcripſerint, vel Notarius fuerit rogatus de eorum præſentia, & interventu, non autem, quod Epiſcopus apponat, præſentibus talibus, niſi illi poſtmodum examinati deponant interfuiſſe; prout fuit dictum in una Chiſauen. quam refert Garc. *d. ca.* 4. *nu.* 14.

Qui *num.* 53. quatenus Gonz. dicit, quod in inſtrumento collationis factæ coram Notario, requiritur ſupradictorum teſtium ſubſcriptio, quæ ſolùm requiritur, quando collatio non eſt facta coram Notario, ſed per litteras ipſius Epiſcopi ſuo ſigillo munitas, ſubdit, quod in inſtrumento publico prædictæ collationis non requiritur ſubſcriptio teſtium; ſed ſatis eſt, quod eorum nomina inſcribantur à Notario, ut ex communi tradit Covarr. *pract. quæſt. ca.* 20. *num.* 4. & quod ita practicatur. Et verè, ut pluriès obſervavimus, raro videntur ipſorum teſtium ſubſcriptiones in dicto inſtrumento, in quo ſufficit, eos fuiſſe à Notario nominatos.

Verùm, non eſt omittendum, præmiſſa ita demum procedere, ubi cadit ſuſpicio prædictæ antidatæ; aliàs enim illa
ceſſante, ſtatur litteris Ordinarii, ſolo ſuo ſigillo roboratis 56
in his, quæ ad ejus officium pertinent, ex pluribus relatis per Garc. *d. p* 8. *cap.* 4. *num.* 34. & 35. nam ſi, exempli gratia, conſtaret de poſſeſſione anteriori, habita à proviſo ordinario, ante Datam litterarum impetrantis Apoſtolici, tunc fraus excluditur, & conſequenter eſt dictis litteris fides adhibenda, Gonz. *d.* §. 3. *proœm. num.* 161. Garc. *d. cap.* 4. *nu.* 16. Sicut etiam dicendum eſt, quod proviſio Ordinarii, ſine Notario, & teſtibus, ſub die tertia Martii, cujus vigore fuit capta poſſeſſio beneficii die ſequenti, probat contra impetrantem Apoſtolicum, proviſum ſub die 4. Martii, quia apprehenſio poſſeſſionis concurrens cum proviſione Apoſtolica, opitulatur proviſioni Ordinarii; cum ſit inſtrumentum publicum, & facit præſumi pro validitate, & veritate proviſionis antecedentis Ordinarii, idem Garc. *loc. cit. num.* 17.

Adhæc, quando concurrere pro litteris Epiſcopi carentibus Notario, & teſtibus, aliqua præſumptio, ſeu veriſimilitudo, quæ excluderet dictam præſumptionem fraudis, & antidatæ, tunc una præſumptio potentior, & major excludit aliam minorem; & præſumptio, quæ concurreret cum litteris Ordinarii, erit potentior, tum ut Ordinarii collatio teneat, tum quia eſſet benignior, ut evitetur delictum antidatæ, quod non præſumitur, *l. merito, ff. pro ſocio, cum pluribus allegatis per* Garc. *d. cap.* 4. *num.* 167. *cum plurib. ſeqq.*

Sicut etiam proviſio Ordinarii, non habens ſubſcriptionem Notarii, probat contra proviſum Apoſtolicum, quando non tractatur de antidata, ſed proviſus ab Ordinario fatetur, proviſionem Apoſtolicam, eſſe anteriorem, ſed tamen dicit invalidam; ex eo, quod cum Papa Ordinario conceſſiſſet indultum, ſibimet manum ligaverat; & ſic cum tunc conferre beneficia ſpectet ad Ordinarium, creditur ejus litteris cum ſolo ipſius ſigillo, idem Garc. *loc. cit. num.* 24.

Hoc tamen non eſt omittendum, quod hujuſmodi antidatæ ſuſpicio in proviſione Ordinarii non cauſat in proviſo malam fidem; ac proinde in una *Mediolanen. liquidationis fructuum penes* Ludovil. *deciſ.* 74. *numer.* 6. fuit dictum, non obſtare, quod proviſio Ordinarii, cum careat teſtibus, & ſubſcriptione Notarii, ſit ſuſpecta de antidata;
quia iſta ſuſpicio non poteſt cauſare malam fidem in provi- 57
ſo ab Ordinario, qui ſcivit, non adeſſe antidatam, nec fuit conſcius, ſe invaſiſſe alienum beneficium; nam ad effectum faciendi fructus ſuos, ſufficit qualis, talis titulus, etiam invalidus, & putativus, dummodo non ſit reprobus; nam bona fides ſufficit ad faciendos fructus ſuos,

Bart.

Bart. *in l. ſed & ſi lege, num. 4. in fin. ff. de petit. hared.* Rota *deciſ. 577. p. 1. diverſ.* necnon ad inducendam bonam fidem, quæ ſine aliquo titulo ſufficit, §. *ſi quis à non domino, inſtit.*
59 *de rer. diviſ.* quælibet cauſa, etiam temeraria, & beſtialis, poſſeſſorem excuſat à fructuum reſtitutione, id. Bart. *& alii in l. Celſus, ff. de præſcript.* necnon qualis qualis occaſio poſſidendi; prout fuit dictum in una *Auximana Spolii 3. Decembris 1611. coram Pirovano*, relata in una *Bononien. de Guidalottis*, quæ eſt *deciſ. 528. nu. 7. p. 4. recent.* Addit. ad Ludoviſ. *d. deciſ. 74. litera A.*

Nec taliter ab Ordinario proviſus in aliquo deliquit, cum
60 neſciebat, nec ſcire tenebatur, an in collatione ſibi ab eo facta, adeſſet antidata, vel nè, ſicut dicitur de proviſo ab eodem Ordinario de beneficio reſervato, qui non tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante motam litem, quando reſervatio non erat notoria, nec inſerta in corpore juris, ut in *d. Mediolanen. liquidationis fructuum numer. 2.* ubi dicitur, quod non apparebat, proviſum, habuiſſe ſcientiam reſervationis, nec reſervatio erat in corpore juris clauſa, vel ſuper certo corpore beneficii, aut aliàs indubitata, & notoria, ut ejus ignorantia allegari non potuiſſet, prout requiritur ad inficiendam poſſeſſionem proviſi ab Ordinario, cum ſolum decretum irritans poſitum in reſervatione clauſa in corpore juris, vel ſuper certo beneficio, ſit illud, quod inficit titulum, & poſſeſſionem, quod ita dici non poteſt, cum titulus habitus erat ab illo, qui eſt Ordinarius, ut dicitur in una *Cæſaraugustana Præceptoria penes* Put. *deciſ. 180. num. 4. & 5.* Quæ etiam per tranſitum dicta ſint.

CAPUT IX.

Praxis Erectionis, & Collationis Vicariarum perpetuarum Parochialium Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

1 *Vicaria perpetuæ, in quibus æquiparentur Parochialibus.*
2 *Vicaria una perpetua, vacat ipſo jure per aſſecutionem alterius.*
3 *Vicarius perpetuus non poteſt removeri, etiam ſi principalis Rector moriatur, & quarè.*
4 *Vicaria perpetua poteſt ad favorem renunciari.*
5 *Vicarii perpetui, quando conſtituendi per Epiſcopum.*
6 *Vicarii temporales non conſtituendi per Epiſcopum; quando verò ſecus.*
7 *Cura animarum in Parochialibus unitis à quibus, & quomodo exercenda.*
8 *Vicaria perpetua non datur, quando Parochialis habet Rectorem.*
9 *Cancellaria Apoſtolica quid ſentiat circa hoc.*
10 *Vicarii perpetui quinam dicantur.*
11 *Vicario perpetuo mortuo, Eccleſia dicitur vacare per illius obitum.*
12 *Vicaria perpetua, ſunt beneficia de per ſe.*
13 *Vicarii perpetui, ſivè Rectoris nomina, ſunt ſynonyma.*
14 *Vicariæ duæ perpetuæ, incompatibiles.*
15 *Vicarius perpetuus, dicitur Rector curæ animarum, licèt non ſit Rector Eccleſiæ.*
16 *Vicarii amovibiles, hodie conſtitui non poſſunt.*
17 *Vicarii perpetui, conſtituendi per Ordinarios, etiam ſi in litteris unionis dicatur, quod Eccleſia poſſit deſerviri per Vicarios amovibiles.*
18 *Quod tamen intelligitur de unionibus ante Concilium.*
19 *Vicarii perpetui, conſtituendi per Epiſcopum in viſitatione.*
20 *Et ex juſta cauſa, aliàs à perpetuitate appellatur.*
21 *Vicariis perpetuis; quænam portio aſſignanda.*
22 *Conſtitutionis Pii V. tenor, de hac re proponitur.*
23 *Et quomodo illa intelligenda, circa emolumenta incerta pro Vicario, & nu. 26.*
24 *Venter non debet pendere ab incerto, quia non patitur dilationem.*
25 *Vicario perpetuo in aſſignanda portione quæ conſideranda.*
27 *Vicarii perpetui non inſtituendi ab Epiſcopo, niſi Vicaria formaliter erecta.*
28 *Vicaria temporalis non requirit collationem, aut inſtitutionem.*
29 *Vicariæ amovibiles non ſunt tituli beneficiales, neque impetrabiles.*
30 *Vicariæ ultimus ſtatus perpetuitatis non attenditur, niſi ſpatio 40. annorum.*
31 *Vicariæ erectio, conceditur quandoque ad partem, & quomodo quandoque à primæva erectione.*
32 *Vicariæ perpetuæ erectionis formula, cum proviſione proponitur.*
33 *Conſtitutio Pii V. ſuper portione aſſignanda Vicario perpetuo, eſt in ſuo robore.*
34 *Et in quibus Vicariis, Conſtitutio hæc non habet locum.*
35 *Vicaria perpetua, erecta in Parochiali Eccleſia Terræ Procitæ Neapolitan. Diœceſis, tenor proponitur.*
36 *Manualitas, difficilè admittitur in Parochialibus.*
37 *Beneficia non conferuntur ad tempus, ſed in perpetuum.*
38 *Beneficii collatio, in perpetuum, intelligitur, ad vitam illius, cui confertur.*
39 *Parochiales Eccleſiæ in perpetuum conferendæ, non obſtante contraria conſuetudine.*
40 *Parochialis Eccleſiæ fundator, non poteſt in fundatione adiicere, quod Rector ſit amovibilis.*
41 *Parochialis Eccleſia, Nationis Græcorum Neapolit, in titulum perpetuum conferenda.*
42 *Vicariæ perpetuæ vacantes in menſibus reſervatis, an etiam comprehendantur in Conſtitutione Pii V. de portione aſſignanda Vicariis perpetuis. Et reſolvitur negativè.*
43 *Clauſula oppoſita in parte exequtivæ gratiæ, numquam auget ipſam gratiam.*
44 *Decretum irritans, non inficit detentationem, & inſiſtentiam facti.*
45 *Vicaria perpetua, an provideatur per concurſum; Et concluditur negativè.*
46 *Vicariæ perpetuæ, nulla eſt proviſio per concurſum, ubi ille non eſt adhibendus.*
47 *Concurſus in Vicaria perpetua, an requiratur, quid inſpiciendum.*

Actum eſt hactenus de iis, quæ ad praxim pertinent erectionis, & collationis Parochialium Eccleſiarum. Cum verò jura loquentia de eiſdem Parochialibus, in multis locum ſibi vendicent in illarum perpetuis Vicariis, prout infra patebit, non abs re paucula hìc conſequutivè, circa illarum praxim, juxtà Romanæ Curiæ, ac Ordinariorum ſtylum, & conſuetudinem in ſuis caſibus, explanare.

Inter cætera enim, ipſæ perpetuæ Vicariæ æquiparantur
Parochialibus Eccleſiis, circa vacationem per aſſequutio- 1
nem, & per non promotionem, ac ætatem ad id requiſitam; quarè, obtinens Vicariam perpetuam in beneficio curato, ſi aſſequatur ſecundam Vicariam, habentem curam animarum, vel quodcunque aliud beneficium curatum, non po-
teſt reſignare primam Vicariam ad alterius favorem; quia 2
vacat ipſo jure per adeptionem ſecundi; nam inter ſe ſunt incompatibilia; quia habens hujuſmodi Vicariam perpetuam, dicitur habere titulum in beneficio, Abb. *in c. ad hæc, de offic. Vicar.* Rebuff. *in tit. de diſpenſat. ratione ætat.* Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 5. §. 3. num. 20.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 3. q. 1. num. 155. cum ſeq.* unde optimè deducitur, quod Vicarius perpetuus non poteſt removeri, etiam ſi Rector principalis moriatur, *DD. in c. extirpanda, §. qui præb.* quia, cum Vicaria ſit beneficium, debet eſſe perpetua, ut in *c. ſanctorum, 70. diſt.* quinimmò Vicarius præſentatus à Monachis earum Eccleſias Parochiales, & ab Epiſcopo inſtitutus, removeri non poteſt ab Eccleſia ab ipſis Monachis, non obſtante conſuetudine, vel ſtatuto quovis in contrarium faciente; ſed ſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat, propter quam Vicarius debeat privare, tunc poterit Epiſcopus illum privare Vicaria prædicta, ſicut quemlibet beneficiatum ſuo beneficio, ut *in c. un. de capell. Monach. in 6.* & pluribus comprobat Hojed. *de incompat. benef. lib. 1. cap. 15. num. 12.*

Necnon Vicaria perpetua poteſt ad favorem renunciari, 4
ſicut quodlibet beneficium eccleſiaſticum, prout reſolvit id. Hojed. *d. cap. 15.* item eodem modo permutari, prout eſt in praxi receptum, de qua teſtatur id. Pariſ. *lib. 2. q. 1. nu. 112. cum ſeq.*

Et licèt diverſimodè hujuſmodi Vicaria accipiatur, ut per Mandoſ. *reg. 34. q. 13.* & de Vicariis perpetuis plures habeamus præſertim in *Clem. 1. de jure patr. d. cap. extirpanda,*

Corradi Prax. Beneſic. P 4 §. qui

§. qui verò, cap. avaritia, & cap. de monachis, de præb. cum
aliis congeſtis per Quar. *in Bull. verbo, Vicarius, in fin.* nos
verò, aliis omiſſis, de illis tantummodò acturi ſumus, qua-
rum uſus frequens eſt in Romana Curia; potiſſimum
verò circa collationes Apoſtolicas, etiam ex cauſa re-
ſignationis, aut permutationis, & de qua loquitur Cle-
mens V. in Concilio Viennenſi, ut habetur in *Clem.
unica, de offic. Vicarii*, cujus verba hæc ſunt, *Quia de
Eccleſiis, curam animarum habentibus per receptionem
aliarum ſimilium amittendis ad Sacerdotium, & de eo-
rum ætate à jure ſtatuta noſcuntur, in perpetuis Eccleſiarum
Parochialium Vicariis, & aſſumptis ad eas, volumus ob-
ſervari.*

Concilii Tridentini decreto, etiam cautum eſt, ut be-
neficia curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeù aliis
Eccleſiis, vel Monaſteriis, beneficiis, aut piis locis qui-
buſcumque perpetuò unita, & annexa reperiuntur, ab Or-
dinariis locorum annis ſingulis viſitentur; qui ſollicitè pro-
5 videre procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpe-
tuos, niſi ipſis Ordinariis, pro bono Eccleſiarum regimi-
ne, aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis
fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordi-
nariorum portione, etiam ſuper certa re aſſignanda, ibi-
dem deputando, animarum cura laudabiliter exerceatur,
appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum
judicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſ-
cunque in præmiſſis minimè ſuffragantibus, ut in *ſeſſ. 7.
cap. 7. de refor.*

Ex quibus verbis ſatis deprehenditur, idem Concilium
derogare privilegio ponendi Vicarium temporalem, ſeù
ad nutum amovibilem; quinimò derogat etiam immemo-
rabili conſuetudini deſerviendi per Vicarios temporales,
6 ſeu amovibiles, quod jam declaratum etiam eſt per Sa-
cram Congregationem ejuſdem Concilii, quæ ſic ait, *Per
hoc decretum tollitur conſuetudo immemorabilis, ut in illis
beneficiis unitis deſerviatur per Capellanos amovibiles; niſi
aliter Epiſcopo videbitur*; quarè non poterit Ordinarius
id facere liberè, & ſine cauſa; quia illius arbitrio, & ju-
dicio eſt relictum; & in hac mutatione de temporali Vi-
cario in perpetuum inſpicienda eſt expedientia, & utilitas
Eccleſiarum; ut ipſa Sacra Congregatio etiam declara-
vit, videlicet, *Congregatio cenſuit, relinqui arbitrio Epi-
ſcopi, ponendi Vicarium perpetuum in Parochialibus unitis
Archidiaconatui, ſeu aliis Dignitatibus, ſeu Canonicati-
bus, ſecundum facultatem, & prout colligitur ex hoc de-
creto. Nec conſtitutio Pii V. obſtat, quod & de unitis ante
Concilium intelligatur.* Alia. *De Parochialibus unitis Ca-
7 pitulis Cathedralium, ſeu Collegiatarum ſic cenſendum eſt:
Si cura animarum incumbit certa perſona, per illam exer-
cenda eſt*, Si imminet toti Capitulo, ut per ſingulos, per
vices exerceatur, ipſi cogendi ſunt ad illam exercendam,
ut per *not. in cap. ſtatutum, de elect. in 6.* ſi ſpectat ad illo-
rum menſam: ita, ut ſi inſtitutio illarum perſonarum, quæ
illam curam exercent, à nullo Superiore facienda eſſet,
Canonici non poſſunt compelli, ut nec per ſe ipſos, nec per
Vicarios perpetuos illam exerceant, gloſ. *in Clem. 1. de ex-
ceſſ. prel. ver. menſam, & ibi* Card. Imol. & Anchar. *in d. c.
exstirpanda, §. quæro, de præb.* idem dicendum, ſi per Se-
dem Apoſtolicam eis eſſet indultum, ut per temporarios
cura exerceatur; ſed in illis duobus caſibus poſtremis,
ex Congregatione cogi poſſunt ad conſtituendos Vicarios
perpetuos, juxta tamen decretum Congregationis ſuprà,
non præcisè, ità Garc. *de benef. par. 11. cap. 2. à num. 4. ad
num.* 10.

Et ſic notandum, quod Vicaria perpetua in Eccleſia cu-
8 rata, & Parochiali, non datur de jure, quando habet Re-
ctorem; niſi illa Parochialis ſit annexa alteri Eccleſiæ, tex.
*eſt in d. c. exstirpanda, §. qui vero, ubi gloſ. in verbo, perpetuò,
de præb.* & gloſ. *in d. Clem. 1. de off. Vicar.* Caputaq. *deciſ. 339.
nu. 1. par. 3.*
9 Cancellaria Apoſtolica, circa hujuſmodi Vicarias, hic
notat, quod ſi in Parochiali Eccleſia erigitur Vicaria perpe-
tua, tunc uterque, & Rector, & Vicarius habent curam
animarum, ſed aliquando erigitur Vicaria, & avocatur cu-
ra in totum à Parochiali Eccleſia, ſeù Rectori Parochialis
Eccleſiæ, & datur Vicario; & tunc nulla cura remanet Re-
ctori Parochialis Eccleſiæ, ſeu Rectori Rectoriæ Parochia-
lis, vel ipſi Parochiali Eccleſiæ: & iſto caſu dicitur aliàs fuiſ-
ſe in ipſa Cancellaria Apoſtolica deciſum, quod non debet
amplius appellari Parochialis Eccleſia, ſeù Rectoria Paro-
chialis, cum curam non haberent, ſed beneficium, Rectoris
nuncupatum, ut in ſuis *notab. fol. 124. à tergo.*

Undè dicendum eſt, quod Vicarii perpetui dicuntur ii, 10
in quibus transfuſa eſt omnis cura; quapropter inde dedu-
cit Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 33. num. 9.* quod iſti minus pro-
priè Vicarii dicuntur; cum nec gerant vices Rectorum Ec-
cleſiæ, nec ab eis dependeant, ſed habeant adminiſtratio-
nem, authoritate juris; adeo quod non poſſunt per Mona-
chos, ſeu Rectores Eccleſiarum impediri in ipſius curæ
exercitio: quia Vicarius non dicitur, niſi ad aliud, puta re-
ſpectu directi, & principalis Rectoris, ut ait *Ægid. dec. 701.
ſub num.* 3. ſubdens, quod hoc modo prodeſt Eccleſiæ habe-
re Vicarium perpetuum, quia talis eſt paſtor, & melius de
ovibus curat; & adeo operatur ipſa perpetuitas Vicarii, ut 11
eo mortuo, dicatur Eccleſia per ejus obitum vacare, idem
Lotter. *loc. cit. numer.* 112. quia tales Vicarii perpetui habent
verum titulum, *cap. ad hæc, & ibidem* Abb. *de off. Vicar.* tex.
& ibi gloſ. *in Clem. 1. eod. tit.* ac propterea ait Gambar. *de
auth. leg. à lat. lib. 5. tit. de poteſt. leg. in univ. num.* 100. quod 12
iſtæ Vicariæ perpetuæ, licèt teneant nomen illud, tamen
ſunt beneficia de per ſe, & talia ſimpliciter judicantur, ut
dictum eſt; quare parum refert, ſi vocetur Vicarius, ſivè
Curatus, ſivè Rector, ſivè alio quovis nomine; nam ali-
quando iſta nomina, tanquam ſynonyma variantur, & 13
unum pro alio capitur, ut fuit dictum in una *Urgellen. Pa-
rochialis* 13. *Novembris* 1603. *& in una Vlixbonen. Iuriſpa-
tronatus* 2. *Decembris* 1605. *teſte* Gonzal. *ad reg. 8. gloſ. 5.
§. 3. num.* 32.

Praxis namque Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ nos
docet, quod obtinens Vicariam perpetuam in beneficio cu-
rato, ſi aſſequatur ſecundam Vicariam, habentem curam
animarum, non poteſt reſignare primam Vicariam in fa-
vorem alterius; quia vacat ipſo jure per aſſecutionem
ſecundæ, ut ſupra dictum eſt; quæ quidem praxis tacitè aper-
tè extracta eſt ex *d. Clem. 1. de off. Vicar.* ibi *per receptionem
aliarum ſimilium amittendis*: quia duæ Vicariæ perpetuæ
ſunt inter ſe incompatibiles, *c. 2. de off. Vicar.* ubi gloſ. *in ver-* 14
bo, plures, id. Rebuff. *loc. cit. §. vel earum perpetua Vicaria*,
idem Parii. *d. qu. 1. num.* 116. namque eadem prorſus eſt
ratio de duabus Vicariis perpetuis, quæ de duabus Paro-
chialibus, aut duobus beneficiis, perſonalem reſidentiam
requirentibus; & iſta videtur ratio, quare duo beneficia
curata retineri non poſſunt, nempè, quia utrumque per ſo-
nalem reſidentiam requirit, quod per unum hominem fie-
ri non poteſt: quia unicum corpus pluribus locis continuè,
& perſonaliter reſidere non poteſt, ut ait Lap. *alleg. 116.
numer.* 3.

Hinc igitur eſt, quod Vicarius perpetuus dicitur Rector 15
curæ animarum; licèt propriè non ſit Rector Eccleſiæ; quia
cura actualis aufertur Rectori, & transfertur in Vicarium
perpetuum; quo caſu in hujuſmodi Vicaria, cum ſit perpe-
tua, habet locum *c. de multa de præb.* cujus diſpoſitio ceſſat
omnino in Vicariis temporalibus; quia in eis non cauſatur
incompatibilitas, ut tenuit Rota *deciſ. 1. ſub num. 2. de exceſſ.
prel. in nov.* Hojed. *d. cap. 15. ſub num.* 8. id. Rebuff. *in praxi,
d. verbo, vel earum perpetua Vicaria*; nam diſpoſitio prædi-
cti *c. de multa*, non procedit in illis officiis, & dignitatibus,
quæ non ſunt perpetua, neque dantur in titulum perpe-
tui beneficii, ut fuit reſolutum in una *Seguntin. Theſaura-
riæ 19. Aprilis 1596. coram Orano, teſte* Coccin. *deciſ. 18. nu-
mer. 2. & 3.*

Eſt tamen hic notandum pro noſtra praxi, quod licèt de
jure antiquo, in Eccleſiis quæ non pleno jure ſpectant ad
religioſos, ſed habent Epiſcopi inſtitutionem, ponendi ſint
Vicarii perpetui, in iis autem, quæ pleno jure ad religioſos
ſpectant, poſſunt ipſi ponere Vicarios ad nutum amovibi-
les, ut tradit Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 72. nu. 189.* nihilo-
minus verò, hodie ex Concil. Trid. *d. ſeſſ. 7. c. 7. de refor.* ſta-
tutum eſt, ut Ordinarii deputare poſſint Vicarios perpetuos 16
in quibuſcunque beneficiis curatis, quæ unita reperiuntur
Eccleſiis Cathedralibus, Collegiis, & Monaſteriis, non ob-
ſtantibus privilegiis, &c. ut ſupra dictum eſt; quæ quidem
verba comprehendunt quæcunq; Monaſteria, etiam exem-
pta, & Eccleſias quomodocunque eiſdem, & eorum menſæ
unitas, id. Barboſ. *loc. cit. nu.* 100.

Præterea certum eſt, hujuſmodi Vicarios perpetuos
poſſe ſic ab Ordinariis conſtitui, etiam ſi in litteris unionis
expreſſa ſit Clauſula, ut poſſint deſervire per Vicarios 17
amovibiles: quia id intelligitur fieri potuiſſe ante præ-
dictum Concilium, non ita ſi poſt illud, cum eadem 18
clau-

clauſula id fuerit conceſſum, id. Barboſ. *loc. cit. num.* 190. ubi advertit, quòd verba prædicti Concilii exigunt juſtum Ordinariorum arbitrium, quodque totum id fiat in viſitatione, prout apertè elicitur ex verbis ejuſdem Concilii *d. cap.* 7. ibi, *ab ordinariis locum ſingulis annis viſitentur qui ſollicitè provideri procurent, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, &c.* Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 2. *num.* 12. ubi ait, quod non videtur dari Ordinario hæc juriſdictio, niſi in viſitatio-
19 ne, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii, quam ipſe ibi refert.

Quod ſemper intelligendum, juſta cauſa intercedente,
20 aliàs enim ab hujuſmodi perpetuatione Vicarii poterit appellari: quia jam dictum Concilium concedit, quod poſſint Vicarii temporales deputari, & tantùm id remittit arbitrio Ordinarii, ut ſi viderint expedire, deputent Vicarios perpetuos, ut in *d. cap.* 7. ibi, *niſi aliter expedire videbitur*.

Quo verò ad portionem Vicariis perpetuis aſſignandam, licèt ſuper hoc jam d. Concil. proviſum fuerit *d. ſeſſ.* 7. *cap.* 7. ibi, *ab eis cum tertia parte fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum portione, etiam ſuper re certa aſſignanda*, nihilominus verò poſt dictum Concilium, experientia compertum extitit, Ordinarios prædictos in aſſignandis hujuſmodi portionibus, modum exceſſiſſe; quarè fel. record. Pius V. volens huic malo occurrere, ſuam hac de re edidit Conſtitutionem, qua ſatis conſultum eſt circa modum, & quantitatem hujuſmodi portionis; Nam voluit, quòd dicta portio non debeat eſſe major Centum, nec minor Quinquaginta ſcutorum an-
nuorum ſumma, computatis omnibus, etiam incertis, 21
& emolumentis, & aliis obventionibus, communiter percipi ſolitis. Et cum dicta Conſtitutio ſit in viri obſervantia, illius tenorem hic per extenſum ſubnectere placuit, qui talis eſt, videlicet.

P*IUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ad exequendum Paſtoralis officii debitum,* 22
vigilantibus ſtudiis intendentes, ad ea, per quæ Cathedralium aliarumvè Eccleſiarum, nec non monaſteriorum, beneficiorum, ſeù Collegiorum, ac aliorum piorum locorum proſpero profectui, divinique cultus augmento, & opportunæ congruæque ſuſtentationi Parochialium Eccleſiarum eiſdem unitarum ſtatui feliciter dirigendo, & perſonarum in illis curam exercitium utilitati recta ratione, & provida moderatione conſuli, & ſalubriter provideri valeat, libenter interponimus noſtræ ſollicitudinis partes. Hinc eſt, quod nos, ad quorum aures (quod non ſine animi noſtri moleſtia referimus) pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in deputatis Vicariis, ac in aſſignatione portionum Vicariis perpetuis Parochianorum dictis Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, vel locis piis perpetuo unitarum ex Concilio Tridentino facienda, ita modum exceſſiſſe, ut parum, aut nihil ex fructibus, redditibus, & proventibus Parochialium Eccleſiarum ſic unitarum Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, Collegiis, aliiſque locis piis remanſerit; ob idque multæ ortæ ſint ſuper hoc controverſiæ circa interpretationes decreti dicti Concilii. Nos ad eas tollendas animum intendentes, conſiderantesque uniones ipſas ideò à prædeceſſoribus noſtris factas eſſe, ut ex redditibus, & emolumentis beneficiorum unitorum Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa uniuntur, facilius onera eiſdem incumbentia ſupportentur, & promptius à miniſtris Eccleſiaſticis in eiſdem divina officia celebrentur, hoſpitalitas ſervetur, aliaque charitatis opera exerceantur, ac etiam, ut nihilominus cura animarum dictarum Parochialium laudabiliter exerceretur. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipſius Concilii mente fuiſſe colligimus, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos præfatos in aſſignatione portionis ipſis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipſorum Prælatorum arbitrio facienda, ita ſe continere, & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquaginta ſcutorum annuorum ſummo, computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis, eis omninò aſſignetur; niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari, ſive in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo, ſeù alia re ſtabili, portio hujuſmodi conſtituatur, cujuſcumque valoris Parochialis Eccleſia unita fuerit, & habito etiam ratione redditum, & onerum loci, cui Parochialis ipſa unita fuerit; ita quod portiones ultra, vel infra dictas ſummas ſcutorum centum, & ſcutorum quinquaginta hactenus aſſignatæ, vel in poſterum forſan aſſignandæ, quoad exceſſum, & defectum hujuſmodi nullius roboris, & momenti exiſtant, & ad ſummas prædictas reductæ, & auctæ reſpectivè cenſeantur; niſi tamen valor annuus ipſius Parochialis unitæ, habita ratione (ut præfertur) minor ſit quinquaginta ſcutis, quo caſu portio aſſignata, vel aſſignanda Vicario perpetuo non debeat excedere ſummam annuam valoris dictæ Parochialis, ſed ſufficiat, quod omnes fructus ejus dumtaxat attribuantur ipſi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum eſſet, eos qui commodis privantur, eadem onera quæ prius ſuſtinebant debere ſufferre: Volumus, & ſtatuimus, quod Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, beneficia, & pia loca hujuſmodi, in quorum Parochialibus Eccleſiis unitis, continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum, quam nobis, & Cameræ Apoſtolicæ ſolvunt, ulterius non teneantur, ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apoſtolica novam proviſionem ſuæ deputationis, & ſolvere Annatam pro portione fructuum, redditum, & proventuum certorum ſibi aſſignata, & expedire literas Apoſtolicas nec aliàs ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & ſervitium earumdem Parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta Annata, & expeditis literis Apoſtolicis novæ proviſionis, ut præfertur: alioquin integrum quindennium ſolvi debere; nec Vicarii prædicti anteà tuta conſcientia, fructus percipere poſſint. Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis ponentur, cum ipſorum ordinariorum, ſeù eorum Vicariorum prævio examine, & approbatione deputentur. Et ſi dictæ Parochiales unitæ erunt Monaſteriis regularium mendicantium, poſſint à ſuperioribus dictorum Monaſteriorum nominari ex ipſis mendicantibus; quos ſi ordinarii prævio examine per ſe, aut eorum Vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam invenerint, & ita pro idoneis approbaverint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen ſuperiorum ſuorum amovibiles, deputare. Idemque etiam ſervetur in regularibus Monachis tantum; dummodo in ea Parochiali, in qua unus ex eis Monachis fuerit, ſervata forma prædicta Vicarius deputatus; habitent cum eo ſaltem quatuor alii ex dictis Monachis. Sicque per quoſcunque judices, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi poteſtate, judicari, & interpretari debere: Necnon irritum, & inane decernimus quicquid ſecùs à quoquam, quavis auctoritate attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentes litteræ in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & ad valvas Principis Apoſtolorum de Urbe, de more publicentur, & inter conſtitu-

tiones

tiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret eàs ad ſingula quaque locà deferri, quod earum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1567. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno Secundo.

Eſt tamen hìc advertendum, quod dum prædicta Con-
ſtitutio ait, hujuſmodi congruam intelligi, computatis
etiam certis emolumentis, & incertis, ejus ſenſus eſt, de
33 illis incertis, quæ habent quamdam certitudinem, ut ſunt
decimæ frumenti, & vini, aliuſque fructibus, emolumen-
tis, & obventionibus, quæ penes Vicarιmm ſunt incerta,
quantum ex illis percipere poſſit; non autem hoc eſt intel-
ligendum de omninò incertis; ut ſunt eleemoſynæ Alta-
ris, funeralium, & ſimilium; quia iſta non computan-
tur in congruam; cum ſint exigua: & incerta, ac pendent
ex libera offerentium voluntate, ut fuit dictum in una *Bur-
gen. Congrua* apud Mant. *dec.* 268. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 5. *num.*
3. *par.* 2. *diverſ.* & *in recens. deciſ.* 449. *num.* 6. *par.* 2. & *de-
ciſ.* 420. *num.* 3. *par.* 1. *ſub num.* 2. ea hac ratione, quia ven-
ter non debet pendere ab incerto cùm non patiatur dilatio-
34 nem, ut dicitur in una *Januen. Parochialis coram Coccino*
1. *Julii* 1633. impreſſa penes Rub. *dec.* 230. *num.* 2. *cum ſequ.*
ubi ſubditur, quod licèt, quando congrua fuit ſemel à prin-
cipio aſſignata, debeat Vicarius illa eſſe contentus; tamen
hoc non procedit, quando Vicarius non poteſt ſe ſuſten-
tare, & ſuſtinere onera Eccleſiæ; nam non agitur tunc de
illius præjudicio tantùm, ſed de præjudicio Eccleſiæ, &
ordinis clericalis, ut in *d. dec.* 420. & 449. Unde videmus,
quòd talis congrua, quandoque in erectione Vicariæ per-
petuæ, facta à Papa, conceditur plus quàm eſt aſſignata à
Pio V. in dicta ſua Conſtitutione, nam in hujuſmodi aſſi-
gnatione conſiderari debet locus, quantitas fructuum,
35 qualitas perſonæ, & ſimilia ut per Rebuff. *de congr. qu.* 4.
in princip. cum aliis relatis in una *Foventina Vicariæ* 20. *Ju-
nii* 1634. *num.* 11. *coram Dunozetto*, penes eundem Rub.
dec. 220.

Et ſicut neque eleemoſynæ, neque funeralia comprehen-
dunt in fructibus, & emolumentis prædictis, ſic neque il-
36 la incerta, quæ Vicarius poſteà ex ſuo labore, & officio, per-
cipit; quia nec iſta includuntur in prædicta portione Cen-
tum, vel Quinquaginta; & jus de his non conſideras, nec in
congrua portione ſolent computari, ut ex Rebuff. *in d. tra-
ctat. de congr. num.* 83. *cum duobus ſeqq.* & ſic ſervatur in pra-
xi, & patet ex diverſis formulis ſimilium erectionum, infe-
rius inferendis.

Præterea, ac pro hac noſtra praxi non ab re, ſubnectere hìc
viſum eſt, quod quando Ordinarius, in executionem prædi-
cti Concilii Trid. intendit in prædictis beneficiis curatis in-
ſtituere Vicarios perpetuos, ipſa inſtitutio nullo modo fieri
poteſt de temporalibus in perpetuis; niſi prius formaliter
37 erigatur ipſa Vicaria, juxta formulas ſupradictas.

Non enim poteſt alicui beneficium conferri, quòd non
fuerit, ſivè Apoſtolica, ſivè ordinaria authoritate ere-
ctum: ac proinde debet prius erigi Vicaria perpetua, ut
poſſit dici beneficium; cum anteà certum ſit, beneficium
dici non poſſe, dum ſit ad nutum amovibile, nec confera-
tur in titulum, ſed tantummodo ſit ſimplex ſalarium, ſeù
ſtipendium; nam circa hujuſmodi Vicarios temporales,
ita ſe habet praxis, quòd illorum nominatio pertineat ad
Prælatum, ſeù prælatam monaſterii, cui beneficium uni-
tum eſt, & Epiſcopus debet ſolùm approbare, & admit-
tere, ac licentiam dare adminiſtrandi ſacramenta, quate-
nus ipſe Vicarius idoneus repertus fuerit, quem poteſt exa-
minare, neque ulla alia ſequitur collatio, aut inſtitutio,
ita Garc. *de benef. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 93. ex Flores de Mena 28
quæſt. 10. *num.* 26. qui ait, quòd ſi fuit noviſſimè declara-
tum per Sac. Congreg. Concil. & aliàs in una *Salamantin.
Vicaria* 15. *Martii* 1567. *coram Blanchetto*, fuit dictum,
quòd hujuſmodi Vicariæ ad nutum amovibiles non ſunt 29
tituli beneficiales, nec impetrabiles, ac quod proinde non
erat valida nominatio Abbatis facta de Vicario perpetuo,
quia Abbas non potuit præjudicare Eccleſiæ, quam quidem
deciſionem refert id. Garc. *loc. cit. n.* 94.

Et, ut ſupra dictum eſt, ante collationem prædictæ Vi-
cariæ perpetuæ, debet illa, vel à primæva illius inſtitutio-
ne, erigi in perpetuam; & adeſt declaratio Sacræ Congre-
gationis ejuſdem Concilii, quæ ſic ait, *Vicarii perpetui non
poſſunt inſtitui abſque erectione tituli Vicariæ*. Quòd ſi non
conſtet de erectione, quæ eſt quid facti, & non præſumi-
tur, non eſt attendendus ultimus ſtatus, nempè, quòd
ſit collata, ut Vicaria perpetua, niſi probetur ſpatio 40. an- 30
norum, ut *in dict. deciſ. Salamantin.* ubi, in caſu ibi pro-
poſito, non fuit habita ratio de iis, quæ deducebantur de
ultimo ſtatu; quia probato anteriori, oportet probare po-
ſteriorem ſpatio 40. annorum Rot. *dec.* 2. *num.* 1. *de præb.
innov.* Felin. *in cap. in noſtra*, *num.* 43. *de reſcript.* id. Garc.
loc. cit. n. 16.

Docet tamen hæc noſtra praxis, ut nedum fiat quandoq;
erectio hujuſmodi Vicariæ perpetuæ ad partem, nempe ſine
aliqua proviſione, verùm etiã inſimul cum proviſione præ-
dicta; adeò ut unico contextu Papa erigat, & conferat, ſicut
ſciunt omnes Curiales; quod quidem, ut clarius deprehendi
poſſit, hujus erectionis, ac proviſionis, ſive ad illam
mandati, aut conceſſionis formulas, ſecundum Curiæ
Romanæ ſtylum eo, quo ſequitur modo, ſubnectere vi-
ſum eſt, tenoris ſequentis.

Beatiſſime Pater. Cùm devotà creatura veſtra N. Cardinalis N. nuncupàtus Monaſterium Abbatiam nuncupà- 32
tum Sancti N. Ordinis Sancti N. in commendam ad ejus vitam ex conceſſione, ſeù diſpenſatione Apoſtolica obtineat, & ab eodem Monaſterio Parochialis Eccleſia Sancti N. dependeat, ac illius Parochianorum animarum cura per Presbyterum ſæcularem, per Abbatem, ſeù Commendatarium pro tempore exiſtentem, deputatum, ac ad illius nutum amovibilem, cum annua mercede ducatorum, &c. exerceri conſueverit; id verò non ſine divini cultus detrimento, ac prædictorum Parochianorum incommodo fiat. Et ſi Pater Sancte, in dicta Parochiali Eccleſia, una perpetua Vicaria, pro uno presbytero perpetuò futuro Vicario, qui inibi perſonaliter reſidere, & curam animarum præfatarum exercere, ac illius intuitu, ſeù cauſa, eidem in divinis deſervire, & dictis Parochianis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, necnon omnia, & ſingula, quæ ad Parochum, & Curatum de jure, conſuetudine, neceſſitate, aut aliàs quomodolibet ſpectant, facere, & gerere deberet, perpetuò erigeretur, & inſtitueretur, illique ſic erectæ, & inſtitutæ pro ejus dote, & dicti Vicarii ſuſtentatione, centum ſcuta moneta ex propriis fructibus, redditibus proventibus dicti Monaſterii, ultra incerta emolumenta ſervitii, & exercitii curæ animarum hujuſmodi perpetuò applicarentur, & appropriarentur, ex hoc profectò, divino cultui ibidem cum diligentiori ejuſdem curæ animarum exercitio, & majori Parochianorum ſatisfactione ſalubriter conſuleretur. Supplicant igitur humiliter S. V. tam prædicta creatura, quàm devotus etiam illius Orator N. quatenus, &c. in Eccleſia prædicta, ratione prædictæ Parochialis Eccleſiæ, unam perpetuam Vicariam; ad quam, dum pro tempore vacaverit, præſentatio perſonæ idoneæ in ea ad præſentationem hujuſmodi per Epiſcopum N. loci Ordinarium inſtituendæ ad ejuſdem Eccleſiæ Abbatem, ſeù Commendatarium ſpectare debeat, pro uno presbytero ſæculari, futuro perpetuò Vicario, qui inibi perſonaliter reſidere, dictaque Eccleſia in divinis deſervire, & curam animarum illius Parochianorum exercere, dictiſque Parochianis, nunc, & pro tempore exiſtentibus Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, cæteraque alia omnia, & ſingula, quæ ad Parochum, Curatum, & Rectorem Parochialis Eccleſiæ, ſeù illius perpetuum Vicarium de jure, conſuetudine, neceſſitate, aut aliàs quomodolibet ſpectant, & pertinent, facere, dicere, exequi, & exercere debeat, & teneatur, perpetuò erigere, & inſtituere; illi-

illique ſic erecta, & inſtituta, pro ejus dote, & dicti Vicarii ſuſtentatione, Centum ſcutá monetæ hujuſmodi ex propriis redditibus, & proventibus dictæ Parochialis Eccleſiæ ultra incerta emolumenta ſervitiis, & exercitii curæ animarum hujuſmodi. Ita quod liceat eidem N. & pro tempore exiſtenti dictæ Vicariæ Vicario, per ſe, vel alium, ſeù alios ejus, & dictæ Vicariæ nomine, ſeù nominibus, propria authoritate, dicta Centum ſcuta percipere, exigere, colligere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere; Diœceſani loci, nunc, & pro tempore exiſtensis, vel cujus alterius licentia deſuper minimè requiſita, etiam perpetuò applicare, & appropriare; omnemque curam Parochianorum, nunc, & pro tempore exiſtentium dictæ Eccleſiæ, illiuſque exercitium ab ejuſdem Monaſterii Abbate, nunc, & pro tempore exiſtente, itidem perpetuò abdicare, eumque à dicta cura, illiuſque exercitio penitus, & omninò, etiam in perpetuum eximere, ac totaliter liberare, & abſolvere; dictamque curam, & illius exercitium ad dictam Vicariam, illamque pro tempore obtinentem, pariter perpetuò transferre. Nec non erectionem, &c. præſenteſque, & deſuper conficiendas litteras, etiam ex eo, quod Parochiani dictæ Eccleſiæ, & quicunque alii, forſan in hoc intereſſe habentes, ſeù habere prætendentes, ad hoc vocati, & in cauſam, ſeù cauſas propter quàm, ſeù quas præmiſſa emanarunt, coram Ordinario loci, tamquam à Sede Apoſtolica delegato, aut quocunque alio judice, vel aliàs examinata, juſtificata, vel verificata non fuerint, aut aliàs ex quavis cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù intentionis S.V. vel quovis alio defectu notari, ſeù impugnari nullatenus unquam poſſe; ſed illas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; necnon ab omnibus inviolabiliter obſervari debere; Sicque, & non aliter, per quoſcumque judices, &c. Irritum, &c. decernere. Et nihilominùs Vicariam prædictam, cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c. LXX. ducat. aur. de Cam. ſe. com. ext. vel an. non excedunt, à primeva illius erectione hujuſmodi, aut aliàs quovis modò vacantem, eidem N. conferre, & de illa etiam provideri dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, ac S.V. & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis de non tollendo jure quæſito, quatenus opus ſit, ac de unionibus, &c. committendis ad partes, vocatis, &c. ac de exprimendo verò valore, necnon generalis, ac Lateranen. etiam noviſſime celebrati Conciliorum uniones per perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentibus, ac quibuſcumque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis, quibuſcunque cum clauſulis opportunis.

Fiat, ut petitur F.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & quod dicti N. diſpenſationes, veruſque, & ultimus dictæ Vicariæ vacationis modus, etiamſi in illo, &c. exprimi poſſint in litteris, & cum clauſula generalem, &c. exprimenda. Et de perpetuis erectione, inſtitutione applicatione, appropriatione, abdicatione, exemptione, liberatione, abſolutione, decreto, derogatione, & aliis præmiſſis, ut ſupra latiſſimè in litteris extendendis, perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam in forma gratioſa necnon proviſione dictæ Vicariæ pro N. cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus ſit. Et quòd littera in forma ſimplicium erectionis, & proviſionis, &c. & cum opportuna, &c. Et quòd præmiſſorum omnium, &c. fieri poſſit in litteris, ſimul, vel ad ad partem. Et quoad erectionem, &c. cum clauſula, Ad perpetuam rei memoriam, &c.	Fiat F.

Licèt ſupradicta Vicaria fuerit conceſſa ad ſupplicationem, nihilominus verò concedi etiam conſuevit in forma *Motus proprii*, prout in Dataria Apoſtolica obſervavimus, & patet etiam in formula infraſcripta. Et in duabus Parocialibus Eccleſiis, una, videlicet ſub SS. Vincentii, & Anaſtaſii; & altera ſub Sancti Jacobi in Burgo S. Petri, invocationibus de Urbe, fuerunt erectæ, inſimul duæ Vicariæ per qui conſiderans, quòd earumdem Parochialium Eccleſiarum Parochiani, à multis annis, ob diutinam Rectorum ipſarum Eccleſiarum, qui à Confratribus Confraternitatum in eiſdem Eccleſiis exiſtentibus ad eorum nutum ponebantur, & amovebantur, mutationem, nonnulla in ſpiritualibus, in non modicum eorum animarum damnum patiebantur, *Motu proprio*, in qualibet ipſarum Eccleſiarum hujuſmodi ſingulas Vicarias perpetuas erexit, ac quamlibet ex illis pro tempore obtinentibus, Sexaginta ducatos auri de Camera, ex fructibus cujuslibet ipſarum Eccleſiarum perſolvendos: ac omnia, & ſingula emolumenta, & obventiones, quæ ratione exercitii curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum Eccleſiaſticorum, & officiorum funeralium, ac humationum cadaverum, & anniverſariorum pro tempore lucrantur, perpetuò applicavit.

Et advertendum eſt, prædictam Conſtitutionem Pii V. circa dictam portionem, ſicut, aliàs diximus, eſſe in
33 ſuo robore: quicquid nonnulli in contrarium opinati fuerint: cum verum ſit, illa non fuiſſe aliàs revocatam per *Conſtitutionem Gregorii Decimi tertii*, ſub titulo *Relationis litterarum Pii Quinti pro mendicantibus*, nam ultra quòd procedit tantùm, quoad Vicarios Parochialium unitarum Monaſteriis, poſteà idem Gregorius oretenus revalidavit eandem *Conſtitutionem Pii V.* dummodò cum fratre, ſeù Religioſo Vicario ad nutum amovibili per Monaſterium pro ſubeunda animarum cura aſſignando, unus dumtaxat alius Religioſus extrà clauſtrum maneat, & non plures, ſicut Sacra Congregatio Concilii declaravit pro interpretatione *Concil. Trident. cap. 7. ſeſſ. 7. de reformat.* prout refert Gonz. *ad reg 8. gloſ. 5. §. 3. in fin.* quem etiam refert Quarant. *ad Summ. bull. tit. Vicarius perpetuus, verſic. advertendum*. Et quòd dicta Conſtitutio Pii V. non fuerit revocata, ſed vigeat, jam fuit per dict. S. Congreg. declaratum, prout aliàs diximus, & teſtatus Rota penes Cavaler. *dec. 595. ſub num. 5. verſic. quod autem*, ubi, quòd 34
prædicta revocatio intelligitur quoad parochiales unitas prædictis mendicantibus.

In Parochiali Eccleſia, Abbatia nuncupata Sancti Mi- 35
chaelis Terræ Procidæ Neapolitan. Diœceſis, ad inſtantiam bon. mem. Roberti Cardinalis Bellarmini, ex ſimili cauſa manualitatis, cum cura animarum exercebatur per Vicarium ad nutum amovibilem, fuit à fel. record. Clemente Papa VIII. erecta Vicaria perpetua tenoris ſequentis, videlicet.

CLEMENS PAPA VIII.

Neapolitan.

Motu proprio, &c. Cum ſicut accepimus, cura animarum dilectorum filiorum Parochianorum nunc, & pro tempore exiſtentium Parochialis Eccleſiæ, Abbatia nuncupatæ S. Michaelis Terræ Procidæ Neapolitan Diœceſis,

ceſis, quæ forſan olim regularis Ordinis Sancti Benedicti extitit, & hodie ſæcularis eſſe dignoſcitur, & quam dilectus filius noſter Robertus tituli Sanctæ Mariæ in Via, presbyter Cardinalis Bellarminus nuncupatus, in commendam ad ejus vitam, ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica obtinet, per Vicarium, ad nutum pro tempore exiſtentis dictæ Eccleſiæ Commendatarii, amovibilem, exerceri conſuevit: id verò non ſine divini cultus detrimento, & dictorum Parochianorum incommodo fiat. Quandoque ſi in dicta Eccleſia una perpetua Vicaria, pro uno presbytero futuro inibi perpetuò Vicario, qui curam animarum prædictarum exercere, ac eidem Eccleſiæ in divinis deſervire, necnon omnia alia, quæ ad Parochi officium ſpectant, facere debeat, perpetuò erigeretur, & inſtitueretur, illique ſic erectæ, & inſtitutæ pro ejus dote, & dicti Vicarii ſuſtentatione, tot proprietates, & bona dictæ Eccleſiæ, prævia illorum diſmembratione, ex quibus Centum ducati auri de Camera in redditu annuo commodè percipi poſſent, ultra incerta emolumenta ratione exercitii curæ animarum hujuſmodi dari, & lucri fieri ſolita, applicarentur, & appropriarentur, ex hoc divino cultui ibidem cum diligentiori curæ animarum hujuſmodi exercitio, ac ſpirituali Parochianorum prædictorum commoditate plurimum conſuleretur. Nos igitur præmiſſis, ut æquum eſt, providere volentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, à Rectore, Abbate nuncupato dictæ Eccleſiæ curam animarum Parochianorum prædictorum omninò abdicamus, & ſeparamus; ac in dicta Eccleſia unam perpetuam Vicariam, ad quam, dum pro tempore vacaverit, præſentatio perſonæ idoneæ in ea ad præſentationem hujuſmodi, juxtà formam Concilii Tridentini, per Archiepiſcopum Neapolitan. loci Ordinarium inſtituendæ, ad ejuſdem Eccleſiæ Rectorem, ſeù perpetuum Commendatarium, etiam pro tempore exiſtentem, ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, etiam hac prima vice, ſpectare debeat, pro uno presbytero ſæculari, ibi perpetuò futuro Vicario, qui inibi perſonaliter reſideat, ac curam animarum Parochianorum prædictorum exerceat, adminiſtrationemque Sacramentorum, & divinorum officiorum celebrationem, aliaque Parochialia onera ſubeunda, teneatur, & obligatus exiſtat, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus: necnon tot ex dictæ Eccleſiæ bonis, & proprietatibus, quorum redditus annuis ad Centum ducatos ſimiles, arbitrio dicti Roberti Cardinalis aſcendant, etiam perpetuò ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata prædictæ Vicariæ, pro ejus dote, & futuri illius Vicarii ſuſtentatione; ita quod liceat prædicto Vicario bonorum ſic applicatorum, & appropriatorum, per ſe, vel alium, ſeù alios ejus, & dictæ Vicariæ nomine, poſſeſſionem apprehendere, eamque ſic apprehenſam retinere, fructus quoque redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta inde provenientia quæcumque percipere, exigere, levare, recuperare, locareque, & arrendare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, Ordinarii loci, vel cujuſvis alterius, quàm dicti Roberti Cardinalis, licentia deſuper minimè requiſita, ibidem perpetuò applicamus, & appropriamus. Decernentes præſentem noſtrum Motum proprium, ac deſuper conficiendas litteras, ex quocumque capite, vel cauſa, quantumvis legitima, & juridica, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel invalidari, ſeù in jus, aut controverſiam revocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, aut adverſus illam, quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus unquam poſſe; ſed illas ſemper perpetuò validas, atque efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere. Sicque per quoſcumque Iudices, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos judicari, &c. debere. Irritum, &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & quatenus opus ſit, regula noſtra de unionibus committendis ad partes vocatis, &c. exprimendoque verò valore, ac Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis, fieri prohibentis, aliiſque quibuſque Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & ſynodalibus, univerſalibuſque Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuſvis ſtatutis, &c. etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſvis Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, &c. etiam ſi de illis, &c. latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio Hi.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & de perpetuis erectione, inſtitutione, diſmembratione, ſeparatione, applicatione, appropriatione, decreto, aliiſque præmiſſis, ut ſupra, in forma gratioſa, perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam. Et cum opportuna, ſi videbitur, Iudicum exequutorum deputatione, qui aſſiſtant facultatemque habeant citandi, & inhibendi etiam ſub cenſuris, & pœnis. Contradictores, &c. aggravandi, & reaggravandi. Invocato, &c. auxilio, &c. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, invocationum, annexorum, fructuum, &c. etiam augendo, vel minuendo, aliorumque neceſſariorum major, et verior ſpecificatio, et expreſſio fieri poſſit in litteris, ſimul, vel ad partem.

Fiat Hi.

Dat. Romæ apud S. Petrum Quinto Id. Julii Anno Nono.

Quæ quidem præinſertæ formulæ deſervire etiam poſſunt pro ſimilibus erectionibus, ordinaria authoritate faciendis, mutatis mutandis, ac deletis, delendis, ſecundum facti qualitatem; & Ordinarii, non aliàs, juxta ſuperius expreſſa, poſſunt Eccleſiis, ad locis prædictis providere, quàm per viam ſupradictæ erectionis Vicariæ perpetuæ. Nam, cum aliàs Epiſcopus Nulcan. ſuppreſſit quatuor Parochiales Eccleſias dirutas, illarum fructus applicavit Menſæ Capitularis illius Eccleſiæ, ad hoc, ut cura animarum exerceretur per Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, juxtà diſtributionem familiarum;

quæ

quæ ab antiquo tempore erant aſſignatæ unicuique ex dictis Parochialibus Eccleſiis, re delata ad Sacram Congregationem Concilii, fuit Epiſcopo reſcriptum, applicationem eorundem fructuum fieri non potuiſſe dicto Capitulo, ſed tantùm alicui Dignitati ipſius Cardinalis Eccleſiæ, deputato Vicario perpetuò pro cura animarum, ſervata forma Conſtitutionis Pii V. ſuper hujuſmodi deputatione, ac fructuum aſſignatione.

Cæterùm verò, cauſæ, propter quas eriguntur hujuſmodi Vicariæ perpetuæ, illæ ſunt, ut videlicet, proſpiciatur animarum ſaluti; nam plurimùm expedit, ſacramenta Eccleſiaſtica Parochianis, per Vicarios non temporales, ſed perpetuos miniſtrari, ſicut ex prædictis formulis patet, ut enim ait Bellam. *dec.* 701. *ſub nu.* 3. Eccleſiæ prodeſt habere talem Vicarium perpetuum; quia talis eſt paſtor, & melius de ovibus curat; eo modo, quo dicendum eſt de ipſis Parochis, de per ſe; nã
36 in Parochialibus Eccleſiis difficilè admitti conſuevit manualitas, ſeù ad nutum remotio, pro quo facit text. *in cap. unico, de Capell. Monach.* quatenus ait, quod presbyteri, qui ad curam populi, per monachos in eorum Eccleſiis præſentantur Epiſcopis, & inſtituuntur ab ipſis, debent eſſe perpetui, ubi gloſ. *in verbo perpetui*, quod ſicut matrimonium carnale ad tempus non contrahitur, ſic nec ſpirituale, *cap. fin. de cond. appoſ.* Jo. Andr. *in cap. ſi conſtiterit, de nupt.* Franc. *in d. c. unico num.* 2. ubi quod regulariter omnia beneficia, quæ conferun-
37 tur per inferiores à Papa, ſivè ad curam, ſivè aliter, debent eſſe perpetua, & non ad tempus; & perpetuum intelligitur ad
38 vitam illius, cui confertur, ut in *l.* 1. *ff. pro ſocio*, & quoad
39 Eccleſias Parochiales, illæ debent conferri in perpetuum, non obſtante quacunque contraria conſuetudine, pro ut Sacra Congregatio Concilii Tridentini cenſuit ſuper declaratione *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.* ut refert Gonz. *gloſ.* 5. §. 6. *num.* 60. ubi, quod idem fuit declaratum in prætenſione Communitatis, quæ allegabat antiquam conſuetudinem amovendi Rectorem ad libitum; Unde, Rota in una *Toletana Iuris nominandi 29. Novembris* 1582. *coram Blanchetto*, dubitavit, an laicus fundator Parochialis, poſſit in fundatione facere, quod Rector ſit amovibilis ad nutum patroni, & in partem negativam ſe inclinavit, teſte eodem Gonz. *loc. cit. num.* 61.

Et aliàs Eminentiſſimi Domini Cardinales Sacri Concilii Tridentini Interpretes, inter reſponſa data bon. me. Cardinali Carafæ, Archiepiſcopo Neapolitano, qui miſit ad viſitanda limina Apoſtolorum, ſub die 11. Auguſti 1618. ita reſponderunt, videlicet, *Ut in Parochiali Eccleſia Beatorum Petri, & Pauli, Nationis Graecorum ab ejuſdem Nationis hominibus nominetur Parochus, ad eorum nutum amovibilis, nullatenus eſſe ab Amplitudine Veſtra Illuſtriſſima permittendum: quinimmo debere deinceps hujuſmodi Eccleſiam conferre in titulum perpetui beneficii ad eorumdem tamen Graecorum præſentationem: ſi modo ipſis ex fundatione, vel dotatione, vere competat facultas nominandi Parochum ad nutum amovibilem; alioquin Eccleſiam eſſe libere conferendam, prævia forma examinis per concurſum.*

Et in una *Camerinen. de Murazzano*, penes Seraph. *dec.* 950. fuit dictum, non conſtare, quod Parochialis, de qua agitur, ſit beneficium manuale; cum enim de jure communi, ſtatus beneficii curati, ſit ſtatus perpetuitatis, & non manualitatis, ut per Ægid. *dec.* 203. Abb. *in cap. conſtitutus, num.* 2. *de elect.* Caſſad. *dec.* 4. & 12. *de prebend.* non potuit iſte ſtatus mutari, niſi 40. annis completis, cum poſſeſſione, & ſtatu manualitatis, *cap. cum beneficio, de præbend. in* 6. ubi Gemin. Franch. & Prob. Felin. *in cap. in noſtra, & corol.* 40. *de reſcript.*

In dubium inſuper quandoque revocatur, nunquid hujuſmodi Vicariæ perpetuæ Parochialium Eccleſiarum, vacan-
42 tes in menſibus reſervatis *ex reg.* 8. hodie 9. comprehendantur adhuc in ſupradicta Conſtitutione Pii V.

Et quidem negativa eſt reſponſio, nempè, illas non eſſe reſervatas, ut in una *Tiraſonen. Vicaria 13. Octobris* 1581. in qua fuit dictum, regulam hujuſmodi reſervatoriam menſium non obſtare, nec derogare prædictæ *Conſtitut. Pii V.* idem fuit firmatum in una *Ergellen. Parochialis de Oſſea 16. Decembris* 1605. *coram Lugdun.* Burat. *dec.* 114. *per tot. & deciſ.* 185. *n.* 9. quarè dicta Conſtitutio habet locum, etiam quãdo dictæ Vicariæ vacant in menſe reſervato, ſeù cadunt ſub alia reſervatione, ut in *d. Tiraſonen. Vicaria*, prout ſatis, ſuperque patet etiam ex contextu ejuſdem Conſtitutionis.

Quod quidem, in tantum procedere certum eſt, etiam ſi Vicaria fuerit à Papa impetrata, tanquam Sedi Apoſtolicæ reſervata, cum clauſulis ſolitis derogatoriis in ea adjectis; quia, ſi dictæ clauſulæ ſint in exequutivis, non ampliant diſpoſitionem; nam, ut etiam norunt ſimplices Curiales,
parum verſati in hac practica, clauſula appoſita in parte 43
exequutiva gratiæ, vel cujuslibet actus, numquam auget gratiam, vel actum neque tollit ſubreptionem: quod ſatis apertè patet in *Clem.* 1. *de prebend.* Abb. *in cap. cum in noſtris, n.* 21. *de conceſ. preb.* Felin. *in c. nonnulli, n.* 27. *de reſcript.* & licèt declararent diſpoſitionem, non tamen illam ampliãt, Bald. *in l. eam, quam n.* 2. *C. de fideicom.* & in propriis terminis Burat. *dec.* 130. *n.* 6. ubi, quòd per dictas Clauſulas non tollitur prædicta Conſtitutio Pii V. per viam legis emanavit; ex qua competit jus præſentandi, ſeù nominandi etiam in menſibus reſervatis.

Verùm tamen eſt, quod ſi prędicta Vicaria fuerit impetrata tanquam reſervata, ut dictum eſt, manutenendus eſt poſſeſſor, quocunque diſputatur, an intret dicta reſervatio, vel decretum irritans prout fuit dictum in una *Virdunen. Vicaria coram eod. Buratto dec.* 185. *nu.* 8. ubi dicitur, non obſtare, quod Vicaria vacaverit in menſe reſervato; quia poſſeſſio non remanet infecta: & donec de hoc dubitatur, poſſeſſor eſt manutenendus; quandoquidem decretum irritans, licèt infi-
ciat titulum, & poſſeſſionem, non tamen inficit detentatio- 44
nem, & inſiſtentiam facti, id. Burat. *dec.* 131. *n.* 6.

Videndum modò ſupereſt pro hac praxi, An hujuſmodi Vicariis perpetuis parochialium Eccleſiarum, debeat, ſicut ipſis Parochialibus Eccleſiis de per ſe, provideri per concurſum, ad præſcriptum Sacri Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 18. *de ref.* necnon *Conſtit. Pii V. ſuper earumdem parochialium Eccleſiarum collatione?*

Et quidem affirmativè reſponderi poſſe videtur; namque eo modo de hujuſmodi Vicariis dicendum eſt, quo de parochialibus Eccleſiis de jurepatronatus Eccleſiaſtici, prout etiam comprobat Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 286. ſubdens ibi, quod ea, quæ dicuntur de beneficio curato, habent locum in Vicaria perpetua, & *n.* 287. quod in *Concilio Provinciali Toletano* ſtatuitur, ut in parochialibus Eccleſiis quibuſcunque, quæ Dignitatibus, præbendis, Capitulis, Monaſteriis, Collegiis, aliiſque locis piis unitæ ſunt quocumque modo, Vicarii perpetui, ſervata forma, quæ in eligendis, atque ſtatuendis presbyteris parochialibus à Tridentina Synodo, & illo decreto præſcripta extant, deputentur, &c.

His tamen, ac cæteris contrariis non obſtantib. contrarium eſt dicendum: nam illa ratio, quæ militat in propriis parochialib. Eccleſiis, non habet locum in Vicariis perpe-
tuis, cum illæ provideantur ad nominationem, & præ- 45
ſentationem illorum, quorum Dignitati, vel Eccleſiæ, parochiales Eccleſiæ unitæ ſunt: & dicta nominatio, ſeù præſentatio operatur, ut non ſit neceſſarius concurſus; quia ſtante dicta unione, ſolum exercitium curæ remanet penes Vicarium, & ſola nominatio, aut præſentatio ſufficit, ut talis Vicarius nominatus approbetur ab Epiſcopo; quod hodie nullam admittit difficultatem; cum jam ſatis ſuperque declaratum ſit per *d. Conſtitutionem Pii V. in §. volumus, &c.*

Et in hoc caſu limitatur diſpoſitio *Conc. Trid. d. ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de refor.* ſuper forma providendi Parochialibus Eccleſiis, ut non ſit ſervanda forma hujuſmodi, ſed ſupradictæ Conſtit., quæ eſt poſterior per quatuor annos à publicatione d. Concilii, ut advertit *Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloſ.* 5. §. 4. *n.* 53. Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 289. & *n.* 293. nam, quando Eccleſia eſt, e.g., ſubiecta Monaſterio, aut annexa, vel de ejus menſa, tunc non eſt locus decreto Conc. Trid. *loc. cit.* ſed Monaſterium nominat, Epiſcopus verò, ſine concurſu, approbat jux. tradita *in c.* 1. *de capel. monach. c. in monachis, de preb. in* 6. & fuit dictum in una *Dertuſen. Vicaria 28. Novembr.* 1616. *coram Ubaldo, & in d. Jaœen. Vicaria* penes Burat. *dec.* 150. *nu.* 1. dicitur Vicariam, de qua ibi agitur pleno jure, & tam quoad temporalia, quam ſpiritualia, ſpectare ad Monaſterium S. Joannis, ideoque curam penes ipſum reſidere, & nudum exercitium penes Vicarium, & ſic non cadere ſub reſervatione reg. 8. ſed fuiſſe locum Conſtitutioni fel. rec. Pii V. de Vicariis, & approbationi Ordinarii, prævio examine, non autem per concurſum, juxtà opinionem a Sac. Congreg. Conc. Trid. & à Rota approbatam: & quod dicta Conſtitutio Pii V. comprehendit Vicarias etiam erectas ante S. Conc. Trid. & in una *Barchinon. Vicaria* penes eundem Burat. *dec.* 214. dicitur, quod cum vacaſſet perpetua Vicaria Parochialis Eccleſiæ unitæ Archidiaconatui, cum Epiſcopus prætenderet, eſſe locum concurſui, Archidiaconus verò nominationem Vicarii, abſque alio concurſu ad ſe ſpectare;

fuiſ-

fuiſſeique propterea dubitatum, an dicta nominatio ſpectaret ad Epiſcopum, vel Archidiaconum, fuit reſolutum pro Archidiacono ex verbis unionis: per quæ expreſsè reſervatur dicta nominatio Archidiacono, & inſtitutio Epiſcopo; quia ſic dicitur, videlicet *Vicario ad præſentationem illius, qui eſt, vel pro tempore erit in illa Dignitate, cui unita eſt ipſa Eccleſia, &c. per nos præfatum Epiſcopum, ſeu ſucceſſores noſtros, inſtituendo*, ac propterea eſſe providendam ſine concurſu, prout ſæpè cenſuit Sacra Congregatio prædicti Concilii, & fuit ita confirmatum *dec.*293. penes eundem Burat. ut refert etiam Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*31. *n.*21.

Quod quidem procedit, nedum de jure communi, ut videlicet non requiratur ſupradictus concurſus, ut docet text. *in c. extirpandæ*, §. *quia vero*, ubi Abb. *n.*9. *de præb.* Rota *dec.*798. *n.*1. *p.* 1. *div.* verum etiam ex d. Conc. Trid. *loc. cit. & d. Conſtitutione Pii V.* Caval. *dec.*595 *ſub n.*3. quamvis quoad nominationem Vicarii faciendam, poſſit Epiſcopus præfigere terminum dierum decem, prout alias S. Congr. declaravit, teſte Garc. *d. p.*9. *c.* 2. *n.*293. & eod. Caval. *dec.*559.

Et aliquando obſervavi in Dataria Apoſtolica, pro majori declaratione, adjici in deputationibus Vicariorum perpetuorum hæc verba, videlicet, *Etiam nullo deſuper habendo concurſu*, & ſignanter in ſimili erectione, Apoſtolica authoritate facta ad inſtantiam bo. me. Alexandri Cardinalis Montalti ex cauſa unionis duarum Parochialium Monaſterio, Abbatia nuncupato S. Laurentii, & Præpoſituræ S. Abundii.

Quod quidem, in tantum procedere certum eſt, ut ſi prædictus concurſus adhibeatur, ubi in prædictis Vicariis adhi-
45 bendus non eſſet, nulla prorſus erit proviſio Vicariæ inde ſequuta, ob decretum irritans appoſitum in *d. Conſtit. Pii V.* ſuper congrua; quia illud inficit titulum, & poſſeſſionem, ut in propriis terminis Caval *d. dec.*595. *n.*6. ubi, quod ſtante dicto decreto irritante, Vicariæ prædictæ non poſſunt conferri, niſi ad nominationem eorum, quorum Eccleſiis ſunt unitæ prædictæ Parochiales, ſuper quo, nec poteſt conſiderari aliqua contraria obſervantia.

Hujus igitur rei praxis, ea eſt, ut ad dignoſcendum, an Vicaria debeat conferri per concurſum, vel ne, inſpiciendus ſit 47
tenor Unionis Parochialis Eccleſiæ, veluti ſi in Vicarium transfertur totalis cura, vel illius exercitium tantùm: ut ſic deprehendatur, an intrent Conc. & prædicta Conſtit. Pii V. nam ſi e.g., ut alias diximus, Vicarius perpetuus percipit fructus, & ſolvit aliquid illi, cui facta eſt unio, tunc dicitur tranſlata totalis cura: alius verò exercitium tantummodò, ut dicitur in *Ulixbon. Concurſus, quæ eſt dec.*579. *n.*3. *& dec.*710. *n.*2. *p.*4. *rec.* in qua *n.*4. ſubditur, quod cum Parochialis Eccleſia, de cujus unione ibi agitur, eſſet de jurepatronatus laicorum, ac propterea non requireretur concurſus, nihilominus cum illa fuerit unita Canonicatui, de conſenſu patroni, habita ratione ad unionem, Eccleſia prædicta remanet libera, & non dicitur amplius de jurepatronatus, itaut non ſit amplius faciendus concurſus.

Quare optima ratione circa hoc, ait Lott. *d. n.*21. *cum plurib. ſeqq.* quod in hac re nihil aliud eſt quærendum, quam, an in dictum Vicarium ſit tráſlata etiam cura habitualis, quod eget clara deductione: ex eo quod repugnat naturæ unionis: nam ſi Eccleſiæ non curatæ, vel beneficio ſimplici uniatur Eccleſia curata, ſeù aliqua Parochialis, cura in habitu dicitur eſſe penes eum, cui facta eſt unio, ut ſupra dictum eſt, licet quoad exercitium curæ, illam committat.

Finis Libri Tertii.

PRAXIS ERECTIONIS BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM

Cum Reſervatione Juriſpatronatus, Præſentationis ad illa, & Inſtitutionis in eiſdem.

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Praxis Erectionis Beneficii cum Reſervatione Juriſpatronatus.

SUMMARIUM.

1 *Erectione beneficii, per Ordinarium denegata ſine cauſa, recurretur ad Papam.*
2 *Erectioni beneficii facienda ab Ordinario, cum reſervatione Juriſpatronatus modus, ſivè ordo.*
3 *Ejuſdemque erectionis, formula decreti, proponitur.*
4 *Præſentationis ad beneficium iuriſpatronatus formula proponitur.*
5 *Præſentatio ad beneficium facienda poſt decretum erectionis.*
6 *Patronus beneficii efficitur ſtatim poſt cunſenſum Ordinarii.*
7 *Erectio beneficii in abſtracto, quanam dicatur.*
8 *Tempus, patronis ad præſentandum ad beneficium noviter erectum, an currat à die notitiæ vacationis.*
9 *Et quando currat in erectione facta per Papam.*
10 *Juriſpatronatus etiam ex ſola dotatione acquiritur.*
11 *Etiam in Capella, ab alio, aliàs dotata.*
12 *Erigi poſſunt plura beneficia ad unum, idemque altare.*
13 *Spiritualia non occupant locum.*
14 *Erectiones beneficiorum, frequentiores ex teſtamento, poſt obitum teſtatoris.*
15 *Quod habet locum, etiam ex teſtamento imperfecto.*
16 *Voluntas in anima conſiſtens, eſt quid facti.*
17 *Voluntas teſtatoris, imperfecta, ratione ſolemnitatis, dicitur perfecta, ratione voluntatis.*
18 *Pia cauſa quanam intelligatur.*

NEC quidem diſſonum agnovimus, ſi poſtquàm de erectionibus beneficiorum, etiam Apoſtolica authoritate factis egimus, ad eam tranſeamus praxim, quæ circa ſimiles beneficiorum erectiones, ab Ordinariis locorum, cum reſervatione juriſpatronatus, ſervari conſuevit: quandoquidem hujuſmodi erectiones, ſive Apoſtolica, ſive ordinaria authoritate factæ, ita inter ſe æquiparantur, ut præter ea, quæ ſolet Papa in ſuis erectionibus ſupplere, quæ non poteſt ipſe Ordinarius ſua ordinaria authoritate, in reliquis eadem requiſita in utriſque erectionibus debeant concurrere, etſi erectiones Summi Pontificis pleniores quandoque, & ampliores contineant clauſulas, quibus Ordinarius uti non poteſt.

Praxis igitur ipſa, præter ea, quæ inferius apparebunt, tutò deſumi etiam poteſt ab iis, quæ docet Abb. *in cap. ſignificatum, ſub num. 5. ad fin. verſ. ex prædictis, de præb.* ubi ait, fundatorem poſſe ordinare, prout ſibi videtur, & illum ordinem porrigere poſtmodum Epiſcopo: indeque ipſe Epiſcopus poteſt inſtituere beneficium, & apponere illa onera, & modos, qui ſibi legitimi videbuntur; unde, ſi ille deneget legibus, per fundatorem ſibi porrectis, ſine legitima cauſa conſentire, poterit fundator recurrere ad Superiorem, qui cogat ad conſentiendum, vel ſi contumax ſit ipſe ſuperior conſentiat, & per Barb. *in addit. ad alleg. 69. num. 33. littera D.* ex Lambert. *de jurepat. lib. 1. p. 1. q. 9. art. 2. num. 12.*

Quinimmò pluries in praxi obſervavimus, quòd quando proprius Ordinarius ſine legitima cauſa denegavit ſuum conſenſum, fuit habitus recurſus ad Summum Pontificem, qui deſuper ſuam authoritatem præſtitit, nedum in primæva fundatione beneficii juſpatronatus, ſed etiam in quacunque illius translatione; tunc etenim authoritas, & conſenſus Papæ ſupplet Ordinarii conſenſum, & quaſcumque aliàs ſolemnitates, prout fuit dictum in una *Lucan. Juriſpatronatus 25. Junii 1602. coram Millino*, quam refert Vivian. *in ſua prax. iuriſpatr. lib. 4. cap. 4. numer. 7.* 1

Communis verò uſus Curialium Epiſcopalium, circa hujuſmodi erectiones, eſt, ut pro parte fundatoris porrigatur ſupplex libellus Ordinario, in quo narratur, ipſum fundatorem intendere fundare perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione Sancti N. intus Eccleſiam N. onere miſſarum tot in qualibet hebdomada pro anima ipſius fundatoris, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum; ipſumque beneficium dotare in annuis ducatis tot; cum reſervatione tamen Juriſpatronatus, & præſentandi ſibi, dictiſque ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, toties, quoties caſus vacationis occurrerit, adjiciendo etiam conditiones, quas forſan adjicere velit, ab eodem Ordinario approbandas. 2

Et conſequutivè producitur inſtrumentum aſſignationis annuorum introituum pro prædicta dote, cum aliis ſcripturis ad id facientibus, cum fide perceptionis fructuum, nec non teſtamentum, vel illius particula, aut aliàs ſecundum teſtatoris, vel fundatoris voluntatem. Quibus ab Ordinario, ſeù ejus Vicario recognitis, conſideratis, & examinatis, fit poſtmodum decretum erectionis, vel per ipſum Epiſcopum, vel illius Vicarium generalem, de mandato Epiſcopi, eo, quo ſequitur modo, videlicet.

N. N. Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini N. Cardinalis N. Archiepiſcopi Neapolitani, &c. Vicarius, & Officialis generalis, &c. Univerſis, &c. ſingulis, præſentes litteras inſpecturis notum facimus, & teſtamur, qualiter nuper coram præfato Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali N. Archiepiſcopo Neapolitan. per N. N. de Neapoli fuit præſentatum infraſcriptum memoriale, tenoris ſequentis, videlicet, (Inſeritur totus tenor memorialis, Et deinde proſequitur) *Quo quidem memoriali per me viſo, viſoque etiam inſtrumento dotationis annuorum ducatorum tot, manu Notarii N. rogato Die, &c. cum onere celebrandi miſſas tot, qualibet hebdomada pro anima ipſius teſtatoris, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum, viſiſque ſcripturis omnibus, in actis præſentis cauſa præſentatis, omnibuſque conſiderandis, debito conſideratis, attento quod prædicta ad divini cultus augmentum tendunt. Propterea, ordinaria authoritate, & omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus melius, & efficacius fieri poteſt, de expreſſo mandato præfati Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Dom. N. Cardinalis Archiepiſcopi prædictam Capellaniam, in titulum perpetui ſimplicis beneficii Eccleſiaſtici, ſub invocatio-*

catione S. N. intus Eccleſiam N. erigendam duximus; prout tenore præſentium erigimus. Reſervantes eidem N. ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, juſpatronatus, & præſentandi ad dictam Capellaniam, ſive dictum beneficium vacans, tam ex hac primæva erectione, quam toties, quoties caſus vacationis occurrerit, Capellanum, ſive beneficiatum habilem tamen, idoneum, & ſufficientem, per hanc Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, approbandum, inſtituendum, & confirmandum: qui teneatur dictas miſſas qualibet hebdomada in altare N. dictæ Eccleſiæ, pro anima dicti fundatoris ejuſque hæredum, & ſucceſſorum, celebrare, Super quibus omnibus, de mandato prædicti Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis N. noſtrum, & hujus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ aſſenſum, conſenſum, & beneplacitum attentis ſupradictis omnibus ſic narratis, damus, concedimus, & præſtamus. Ita quod liceat, & licitum ſit eidem N. ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum uti, potiri, & gaudere omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, & prærogativis in ſimilibus à jure conceſſis: ac quibus cæteri patroni, & juſpatronatus habentes, utuntur, potiuntur, & gaudent, Iuribus tamen Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Dom. Archiepiſcopi ſemper ſalvis, & expreſſe reſervatis. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, præſentes, manu noſtra ſubſcriptas, per infraſcriptum actorum Magiſtrum pro Curia fieri, ſubſcribique fecimus.

Dat. ex Palatio Archiepiſcopali Neapolit. Anno, &c. Die, &c. Pontificatus, &c.

N. Vicarius Generalis.

N. Actorum Magiſter.

Sequitur præſentatio ad dictum beneficium tenoris ſequentis, videlicet.

3 *Fidem facio ego N. publicus, Apoſtolica authoritate Notarius, qualiter ſub die, &c. menſis, &c. anni, &c. Neapoli. Conſtitutus D. N. patronus, & juſpatronatus habens ad beneficium, ſeu Capellaniam ſub invocatione S. N. intus Eccleſiam N. per ipſum fundatam, aſſerens, illud, ſeu illam ex primæva illius erectione vacare, ac propterea, ne in divinis patiatur detrimentum, ſponte præſentavit, elegit, & nominavit, ac præſentat, eligit, & nominat, in beneficiatum, ſeu Capellanum N. ejus filium, tamquam habilem, idoneum, & ſufficientem ad illius regimen, & gubernium, cum omnibus, & ſingulis illius iuribus, ac honoribus, & oneribus, inſtituendum tamen, & confirmandum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitan. & non aliter, nec alio modo,* (& ſi præſentatio fiat per procuratorem; additur.) *Necnon fecit, & conſtituit ſuum procuratorem N. N. ad comparendum in dicta Curia Archiepiſcopali, ac dictam præſentationem per dictum N. factam admitti petendum, & quatenus opus ſit, iterum, & de novo faciendam præſentationem prædictam in perſonam prædicti N. de beneficio prædicto, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo dicto D. Procuratori beneviſo, ac faciendum omnes, & quoſcunque actus neceſſarios, uſque ad expeditionem bullarum in perſonam prædicti N. faciendam incluſive, prout hæc, & alia apparent ex dicto inſtrumento, dicto die rogato manu mei, &c. cuius &c.* Si præſentatio fiet ſimpliciter per procuratorem, proſequitur, ut infra videlicet.

Die, &c. Anno, &c. Conſtitutus perſonaliter ſupradictus D. N. procurator coram Perilluſtri, & Reverendiſſimo Dom. Vicario generali Neapolitan. in Camera ejus ſolitæ audientiæ, qui ſponte, &c. vigore facultatis prædictæ, præſentavit in Capellanum, & beneficiorum ſupradicti beneficii S. N. admodum Reverend. Dom. N. præſentem, & dictam præſentationem acceptantem. De quibus omnibus, &c. Præſentibus N. & N. pro teſtibus. Et proſequitur, ut infra.

Et præfatus Reverendiſſimus D. Vicarius Neapolitanus præſentationem prædictam admiſit ſi, & in quantum de jure fuerit admittenda, & mandavit expediri citationem per edictum affigendum ad valvas dictæ Eccleſiæ contra intereſſe prætendentes in forma, &c.

N N. pro Notario interfui.

Et ex præmiſſis deſumitur praxis, quòd quando præſentatio fit ad beneficium à primæva erectione vacans, illa eſt facienda non aliàs, quàm poſt decretum erectionis ex eo quòd 5
tempus ad præſentandum incipit currere à die, quo actus eſt perfectus, per tex. *in l. quinquaginta*, juncta glo. *de excuſat. tut. l. tali facta ſtipulatione de iur. dot.* Roman. *conſil. 409. num. 1.* Lambert. *de iurepatr. par. 2. lib. 2. art. 16. 1. qu. princip. fol.* 704. & Vivian. *in prax. iuriſpatr. lib. 5. cap. 2. num. 23.* ſic à die præſtiti conſenſus Ordinarii, qui eſt cauſa efficiens ad faciendum quem patronum: namque illo præſtito ſtatim incipit, quis eſſet patronus, idem Lambert. *pars. 1.* 6
lib. 1. art. 9. 4. quæſt. princip. num. 1. fol. 69. 901. *num. ſeq.* ita etiam intelligendum eſſe ait de beneficiis Eccleſiaſticis in abſtracto creatis, conſiſtentibus in certis redditibus, & bo- 7
nis, in quibus fundator voluerit præſentari clericum, ſeu ſacerdotem pro tot miſſis celebrandis in tali Eccleſia, vel Capella, in qua non cadit, nec ædificium, nec conſecratio; nam etiam hoc modo, habito dicto conſenſu Ordinarii, incontinenti fundator efficitur patronus, habet exercitium juriſpatronatus, & incipit currere tempus ad præſentandum; quod intelligitur tam de ſex menſibus, perſonis eccleſiaſticis, quàm de quatuor, laicis conceſſis, ut ex pluribus concludit id. Lambert. *loco citato.*

Et cum ſimus in vacatione beneficii à primæva erectione, non poteſt dici, tempus ad præſentandum currere patronis, ad Eccleſiam, ſive beneficium ſic noviter erectum, 8
à die ſcientiæ vacationis, ſicut aliàs currere debet, prout ſuo loco dicetur; cum tunc fuerit adhibitus conſenſus Epiſcopi; & ante illum non currat tempus ad præſentandum, ut per Roch. de Curt. *eodem tract. verbo, honorificum, quæſt. 29. num. 59.*

Ita pariter dicendum eſt, ubi hujuſmodi beneficii erectio facienda eſſet Apoſtolica authoritate, & exequutio literarum committeretur Ordinario, qui dicta authoritate erigat, & conferat; quia idem tempus, prædictis patronis ad præſentandum non currit, niſi poſt decretum ejuſdem Ordinarii 9
continens prædictam erectionem, cauſa cognita, ac precibus verificatis: nam cum tunc Papa non faciat erectionem, ſed illam mandet fieri per Exequutorem, non poteſt dici, quòd prædictum tempus currat patronis à tempore Datæ ſupradictarum literarum.

Niſi tamen eſſemus in erectione jam ab ipſo Papa facta, prout regulariter fieri conſuevit; tunc enim ex eo, quòd in prædictis literis dicitur, *inſtituimus, & erigimus*, cum jam erectio, ſeu fundatio ſit perfecta, nihil eſt, quin tempus currere incipit à die Datæ.

Hujuſmodi enim erectiones dupliciter à Sede Apoſtolica emanare conſueverunt; quia non ſolum conceduntur in forma commiſſaria, (& tunc dicitur mandatum de erigendo,) ſed etiam in forma gratioſa; cum videlicet ipſa erectio non committitur facienda, ſed fit ab ipſomet Papa, prout dictum eſt, & teſtatur Mandoſ. *in prax. Signat. Grat. titul. Erectiones, verſ. Non ſolum.* ubi ponit formulam ſupplicationis pro erectione in forma commiſſaria, & ſic magnum vertatur diſcrimen inter erectionem, & mandatum de erigendo, eo modo, quo dicimus, quòd mandatum de diſpenſando, non eſt diſpenſatio, & mandatum ad nominandum non eſt nominatio, *lege quod ſæpè, §. ſi quis amic. ff. de contrah. emption. l. aliud eſt vendere, ff. de verb. ſignific. Clement. 1. de renunc.* Anchoran. *conſil. 28. num. 3.* Boer. *deciſ. 48. num. 10.* & ſic practicatur, tam in fundatione, quam in ſola dotatione; nam cum ex juris communis diſpoſitione, præſertim Concil. Tridentin. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* acquiratur juſpatronatus ex fundatione, vel dotatione, de conſenſu Epiſcopi, poteſt etiam ex ſola dotatione 10
acquiri, abſque eo, quod ipſe dotans fundaverit, vel conſtruxerit. nam communis conſuetudo ubiquè recepta, ita ſe habet, ut in Altare, ſeu Capella jam fundata, imò 11
ab alio aliàs dotata, in quo, vel in qua aliud beneficium ſimilis juriſpatronatus erectum reperitur cum aliquo onere, poſſit quiſquè, de conſenſu Ordinarii aliud, imò plura ſimilia beneficia erigere, cum aliis, & diverſis oneribus, & 12
ſub denominatione ejuſdem, ſeu alterius Sancti; nam ex
eo, quò ſpiritualia non occupant locum, poſſunt dicta 13
beneficia, ſic ut præfertur, erigi ſub diverſis invocationibus, etiam ad unum Altare, ſeu Capella, prout Rota pronunciavit in una *Ipporegien. Capellaniæ Sancti Marci 22. Maii 1609. coram Penia*, teſte Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſ. 2. num. 46. & qu. 30. num. 40.* prout in dies practicari videmus: & talis fundator efficitur patronus ob hujuſmodi fundationem, ſic in abſtracto factam, ut etiam concludit, idem Lambert. *lib. 1. p. 2. artic. 15. quæſt. princip. num. 1.*

circa

circa fin. fol. 94. quòd quidem fieri poſſe ait, nedum in Altaribus, ſeù Capellis inferiorum Eccleſiarum, verùm etiam Collegiatarum, & Cathedralium: & hoc propter authoritatem conſenſus Ordinarii, qui omnia poteſt circa illas: & ſic quotidiè creantur iſta beneficia, ut beneficiatus teneatur celebrare tot miſſas in tali Eccleſia, Capella, vel Altare, in quibus ſunt alii beneficiati, ſivè ex mera collatione, ſivè ex præſentatione, ſivè alia proviſione: & conſuetudo talia beneficia admittit, quę conſtant etiam ex ſola dote, id. Lambert. *loc. cit. ſub d. nu. 1. uſq. ad fin.*

Porrò quòd hic dicitur de fundatore beneficii ipſo vivente ut in caſu ſupradictæ erectionis, dicitur etiam ſi teſtator id fieri in teſtamento mandaverit, quia adhuc eadem praxis, circa hoc ſervat quoad omnia requiſita, cum ex parte teſta-
14 toris, tum etiam præſentantium, & præſentati: immò frequentiores hujuſmodi erectiones, quæ fiunt ex teſtamento, poſt obitum teſtatoris, quàm ipſo vivente: nam hæ videntur habere tutiorem exequutionem, fundatore defuncto, quàm ipſo vivente; cum poſtquàm ſic ille ſtatuerit, erit omninò illius voluntas ſervanda, cujus ipſe Epiſcopus erit exequutor ex diſpoſitione ſacrorum canonum: etenim plurics vidimus fundatores in eorum vita, hujuſmodi beneficia fundantes, poſtmodum pęnitentia ductos, prædictas fundationes revocaſſe.

Et quoad illas erectiones, quę fiunt ex teſtamento, non ſolùm intelligitur de perfecto, verùm etiam imperfecto; nem-
15 pè quia teſtator juſſit per hæredes erigi beneficium, cum reſervatione juriſpatronatus, ſed tamen quia gravitate morbi oppreſſus, ſeù aliàs, reliquit teſtamentum imperfectum, deceſſit, illo non completo, & ſic non ſtipulato. Nam, cum agatur de voluntate imperfecta, favore piæ cauſæ, teſtamentum dicitur perfectum, & probat voluntatem defuncti: quãdoquidem illa etiam ex actu nullo declaratur, *l. fin. ff. de reb. cor. quæ ſunt ſub tut. vel curat. leg. 2. Cod. de confir. util.* Alexand. *conſil. 45. poſt num. 2. lib. 1.* Jaſ. *in l. Dominus, ſub num. 2. ff. de cond. indeb.* Ludoviſ. *deciſ. 76. num.* 3. Quarè ſi de mutatione ipſius voluntatis non appareat, illa videtur du-
16 rare, *leg. cum, qui ff. de probat.* quia voluntas in animo conſiſtens, eſt quid facti, *l. in bona fidei, ff. de acquir. rer. dom. l. conſilio, in fin. ff. de curat. furioſ. dan.* & fuit dictum in una *Bononien. de Pepulis*, quæ eſt *deciſ.* 613. *nu.* 7. *par.* 1. *diverſor.* Caval. *dec.* 326. *num.* 3. ex Bart. *in l. ſi in teſtamento, ff. de fideicom. libert.*

Et in una *Romana Hæreditatis*, penes Put. *deciſion.* 97. *p.* 3. fuit dictum, quòd cum teſtamentum eſſet ſcriptum manu ipſius teſtatoris, quæ fuit recognita, licèt illius voluntas non fuiſſet publicata, nec Notarius rogatus, nec teſtes aliqui in eo
17 appoſiti, & propterea hujuſmodi voluntas eſſet imperfecta ratione ſolemnitatis, tamen erat perfecta ratione voluntatis cum in ea appareret de legatis, &c. ita quod nihil ultra deſiderari potuiſſet ad perficiendam voluntatem alicujus: & quod ſicut prædicta voluntas eſt valida inter liberos, ita valeret ad pias cauſas, Rota *coram Achill. de Graſſ. dec. 1. de teſtam. n.* 1. ubi quod ſi teſtamentum ad pias cauſas, ſicut inter liberos, ſic eſt ſcriptum manu teſtatoris, etiam ſi nullus adſit teſtis, valet, & quod hanc opinionem tenuit Aretin. qui eam ſentit magis communem in *l. ſi is, qui col. 2. de teſtam.* idem tenuit Rota in una *Romana Hæreditatis*, quæ eſt *dec. 74. nu.* 13. *p.* 2. *diverſ. ubi n.* 12. quod ſcriptura teſtamenti, manu teſtatoris confecta, non tamen publicata, veluti, quia teſtator fuerit morte præventus, antequam veniret tabellio, vel haberentur teſtes, ſatis valet inter liberos, & ad piam cauſam: ſi tamen conſtet, teſtamentum fuiſſe ſcriptum manu teſtatoris; quia ſufficit conſtat ex quibuſcunque indiciis, & in eadem cauſa *Romana Hæreditatis, deciſ. 24. d. p.* 2. etiam habetur, quod in ſchedula teſtamenti ad pias cauſas, manu propria teſtatoris conſcripta, de jure, ſecundum communiorem, & veriorem opinionem, teſtes non ſunt neceſſarii, ſed de ſtylo Curiæ ſufficit, teſtes dicere, ſe habere notam manum ejus, de cujus ſcriptura tractatur.

Undè cum agitur de validitate diſpoſitionis teſtatoris, eo modo, quo ſupradictum eſt, nempè ex teſtamento illius manu ſcripto, prout ad hoc requiritur, debet omninò ſcriptura recognoſci per teſtes; quarè in una *Recanatenſ. Hæreditatis coram Cavaler. dec.* 553. dum fuiſſet dubitatum, an cedula teſtamenti Petri, ſcripta ejus manu ad pias cauſas, ſit ſufficienter recognita, Domini reſolverunt affirmativè, nam conſiderabant, eos verſari ſcriptura, in qua non requiruntur teſtes, nempè in diſpoſitione ad pias cauſas, quæ ſuſtinetur, etiam ſine die, & Conſule, & ſine alia ſolemnitate; & ideò ad ejus re-

cognitionem admitti etiam teſtes deponentes, habere notam manum illius, qui eam ſcripſit, etiam quod ſcripturæ confectioni non interveneriнt.

Quare in hoc caſu, & ad effectum validitatis hujuſmodi diſpoſitionis, recognitio manus prædicti teſtatoris, eſt omninò neceſſaria, alias illud non facit fidem, ut per Buratt. *deciſ.* 475. *n.* 1. & ibi Add. *n.* 19.

Et in propriis terminis ſubſcriptionis teſtamenti ad pias cauſas, latè comprobat id. Add. *ad prædictam dec. 475. nu.* 33. qui ait, ſufficere, quòd ſchedula teſtamenti ſit ſubſcripta ab ipſo teſtatore, licèt ſit ſcripta aliena manu; ex quo ſubſcribens, confirmat omnia contenta in ſcriptura, quam ſubſcribit, prout in *Romana Teſtamenti coram Coccino Decano*, in qua fuit etiam dictum, ſufficere ſubſcriptionem generalem, ſcilicet. *Ego N. manu propria*; quia teſtator præſumitur, benè prius vidiſſe, quæ continebantur in ipſa ſchedula manu aliena cõſcripta, ſubdens id. Add. *n.* 24. quod in teſtamento ad pias cauſas, quod fieri poteſt ſine teſtibus, ſufficit recognitio per teſtes, dicentes, ſe habere notam manum teſtatoris, prout etiam tenet Grat. *diſcept. for. c.* 85. *n.* 31. *&* 32.

Et in terminis legati facti in beneficium Capellæ ex teſtamento imperfecto, idem comprobat Donatus Antonius de Marinis *reſ. quotid. lib. 1. c.* 238. *n.* 8. ubi ait hujuſmodi voluntatem ita demũ valere, ut præfertur, quatenus non appareat, teſtatorem illius volũtati aliquid voluiſſe addere; tunc enim teſtamentum, ratione ipſius voluntatis, dicitur imperfecta; ſecùs verò ſi expreſsè conſtaret, quod nihil aliud addere volebat; ſed morte præventus, ſivè alio detentus impedimento, non potuit, ex doctrina Bartoli *in d. l. ſi in teſtamento de fideicomm. libert.* ad quam ſe remittit etiam Rocchus de Curte *in tract. juriſpatr. in verbo conſtruxit q.* 18. *n.* 27. dum quærit, an ſi teſtator mandet conſtrui Eccleſiam in teſtamento imperfecto, illa ſit ſervanda.

Quę quidem omnia ita veniunt intelligenda, ut nimirum,
pia cauſa, ut hic, illa comprehendatur, quæ reſpicit amo- 18
rem Dei, & ſalutem animarum, non autem, quæ concernit pietatem humanam; undè ſi teſtator velit in teſtamento inter liberos, manu propria conſcripto, libertatem ſervis relinquere, oportet, quod pro ſolemnitate, ſaltem coram duobus teſtibus, legatum, libertatis, quod ſcripſit, exprimat, quarè ſecùs dicendum eſt in pia cauſa, reſpiciente amorem Dei, ſivè ſalutem animæ, ut dictum eſt: quia hæc cauſa pia, eſt omnibus aliis favorabilior; cum anima cunctis rebus prę feratur, *l. ſancimus in fin. C. de Sacroſ. Eccl.* idque eſſet legatum relinquatur pro malè ablatis, & ſic pro exoneratione conſcientiæ, & per conſequens pro ſalute animæ, quia ſivè quis relinquat piæ cauſæ pro malè ablatis, ſivè aliàs ſimpliciter, ſemper cenſetur relinquere in honorem Dei, & ſic pro ſalute animæ ſuæ: cum amor, & honor erga Deum, pariant animæ ſalutem, Rot. *dec. 74. in fin. p. 2. diverſ.*

CAPUT II.

Praxis Præſentationis ad Beneficium Juriſpatronatus, illiuſque Clericalis, & Laicalis exiſtentiæ.

SUMMARIUM.

1 *Præſentatio ad beneficium Juriſpatronatus, quãdo fieri debeat de præſentato præſente.*
2 *Et quomodo illa definiatur.*
3 *Præſentationem ad beneficium de abſente factam, non tenetur Ordinarius admittere.*
4 *Exemplum refertur de præſentato, & inſtituto non exiſtente in rerum natura.*
5 *Præſentatus abſens quando inſtituendus.*
6 *Præſentatio quare facienda ad beneficium de perſona præſente.*
7 *Præſentatio ad beneficium quando fit coram Papa, non requiritur præſentia præſentati.*
8 *Conſenſus præſtitus patronorum, quando habeat vim præſentationis.*
9 *Præſentatio, quomodo fieri poſſit, cum promiſſione de rato.*
10 *Præſentatio ad beneficium legitimè facienda, quot perſonas requirat.*
11 *Quando autem duæ perſonæ ſufficiant.*
12 *Præſentare nemo poteſt ſe ipſum ad beneficium, & quare.*

13 *Prælaturæ deſiderantibus neganda, fugientibus offerenda.*

14 *Præſentare ſe ipſum ad beneficium, neminem poſſe, quomodo intelligendum.*

15 *Præſentatus quomodo præſentationi de ſe factæ, poſſit conſentire.*

16 *Et quomodo augeat numerum, conſentiendo præſentationi.*

17 *Patronus neque per ſuum procuratorem ad id conſtitutum præſentari poteſt ad beneficium.*

18 *Riccii opinio contrarium ſentientis, reiicitur.*

19 *Patronus, nec mediatè, neque immediatè poteſt ſe ipſum præſentare.*

20 *Præſentare poteſt pater filium, licet ipſi ſint una eademque perſona.*

21 *Fictio juris, non attenditur in ſpiritualibus.*

22 *Patronus beneficii, cum ſit unicus, quomodo Ordinario ſupplicet pro collatione.*

23 *Patronus etiam non impeditus, poteſt per procuratorem præſentare.*

24 *Præſentare quando poſſit donatarius, donantem juſpatronatus.*

25 *Et quomodo deprehendatur fraudulenta donatio.*

26 *Erigere beneficium cum reſervatione juriſpatronatus, poteſt Capitulum Sede vacante.*

27 *An idem poſſit Vicarius Apoſtolicus.*

28 *Patronus quod tempus habent ad præſentandum ad beneficium.*

29 *Patronus laicus poteſt unum præſentare, ac poſtea alium, ac cumulativè.*

30 *Non tamen patronus Clericus.*

31 *Præſentatio patroni Eccleſiaſtici, habet vim electionis.*

32 *Electo acquiritur jus in re, ſequuta acceptatione.*

33 *Patronus, poteſt plures unico contextu præſentare.*

34 *Et unus poſt alium, non recedendo tamen à prima præſentatione.*

35 *Patronus, præſentando, cum juramento de non præſentando alium, an poſſit deinde cumulativè variare.*

36 *Variatio facta privativè, præſentando alium, eſt nulla, & quare.*

37 *Patronus, variando, non poteſt ultra duos præſentare.*

38 *Juſpatronatus laicale, in quo differat ab Eccleſiaſtico.*

39 *Juſpatronatus laicale, quomodo efficiatur eccleſiaſticum, & è contra, num. 50.*

40 *Conditione perſonæ mutata, bonorum conditio mutata videtur.*

41 *Perſona Eccleſiaſtica, quædam intelligatur in materia juriſpatronatus.*

42 *Collegium, Capitulum, ſeù Univerſitas, quare non poſſit excommunicari.*

43 *Patroni diverſorum beneficiorum juriſpatronatus, poſſunt inter ſe permutare.*

44 *Conſenſus Ordinarii in qualibet translatione juriſpatronatus, adhibendus.*

45 *Juſpatronatus fundatum à Clerico, quomodo cenſeatur Eccleſiaſticum.*

46 *Et in dubio præſumitur fundatum ex bonis Eccleſiaſticis.*

47 *Quando verò ſecùs.*

48 *Beneficium fundatum per Epiſcopum præſumitur de bonis Eccleſiæ. Quando verò ſecùs.*

49 *Juſpatronatus, an ſit Eccleſiaſticum, vel laicale, attenditur quaſi poſſeſſio præſentandi.*

51 *Iuſpatronatus relictum Præfectis Fabricæ, ſeù Oeconomis Eccleſiæ, an laicale, vel Eccleſiaſticum.*

52 *Iuriſpatronatus, ſivè Eccleſiaſticum, ſivè laicale, eſt de juriſdictione Iudicis eccleſiaſtici.*

53 *Extauritarii Eccleſiæ, præſentant ad beneficia, tanquam laici.*

54 *Iuſpatronatus relictum Confraternitati laicorum, quomodo laicale.*

55 *Iuriſpatronatus, ratione patrimonii Clerici, non dicitur Eccleſiaſticum.*

56 *Iuſpatronatus fundatum à Clerico, quando cenſeatur Eccleſiaſticum.*

57 *Præſentatio eſt fructus juriſpatronatus.*

58 *Iuſpatronatus quomodo laicale, ſi illius exercitium ſit penes Eccleſiam.*

59 *Iuriſpatronatus erigi poteſt cum conditione, quod illud nunquam efficiatur Eccleſiaſticum.*

60 *Iuſpatronatus non dicitur eccleſiaſticum, aut mixtum, ſi patronus præſentet cum conſilio Regularis.*

61 *Tempus patronis à jure præfixum ad præſentandum, poteſt in fundatione abbreviari.*

62 *Patronus in fundatione beneficii, poteſt opponere conditiones extra, vel præter, ac contra jus.*

63 *Tempus datum patronis ad præſentandum, poteſt Epiſcopus abbreviare.*

64 *Tempus quatuor menſium non currit Regi ad præſentandum.*

65 *Nec per illius lapſum devolvitur collatio.*

66 *Tempus datum patronis ad præſentandum, poteſt Epiſcopus prorogare etiam ſine cauſa.*

67 *Devolutum beneficium, dupliciter impetratur à Papa.*

68 *Tempus datum patronis ad præſentandum, prorogatur quandoque Papa.*

69 *Tempore egemus, ut aliquid maturius agamus.*

70 *Et quomodo excuſetur patronus, ſi non præſentavit intra tempus.*

71 *Impedimentum non ſufficit probari, niſi probetur diligentia in eo removendo.*

72 *Reſtitutio adverſus lapſum temporis ad præſentandum, non datur.*

73 *Patronus non poteſt purgare moram ad præſentandum.*

74 *Tempus patrono ad præſentandum, currit à die notitiæ vacationis beneficii.*

75 *Devolutio collationis ad Superiorem, quomodo allegari non poſſit, ob lapſum temporis ad præſentandum.*

76 *Paria ſunt aliquid in tempore non facere, vel minus ſufficienter facere.*

77 *Tempus datum ad præſentandum, an ſit continuum, vel utile.*

78 *Tempus aliud continuum, aliud utile.*

79 *Præſentatio ad beneficium, fieri poteſt, etiam in die Nativitatis, & Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri.*

80 *Ac etiam de nocte.*

81 *Tempus datum ad præſentandum, computatur per menſes, & menſes per dies.*

82 *Præſentatio ad beneficium fieri poteſt etiam ultima die, & ultima hora quadrimeſtris, ſeu ſemeſtris dati ad præſentandum.*

83 *Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale validum & è contra.*

84 *Inſtitutio in beneficio poteſt fieri etiam extra Diœceſim habentis inſtituere.*

85 *Non tamen in contradictorio judicio.*

PRæſentatio autem prædicta fieri debet de perſona, quæ
ſenſibus corporis exhibeatur coram habente inſtituere,
Selv. *de benef. p. 3. q. 6.* Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 6. c. 8. nu. 2.*
nam ita illa à DD. definitur, nempè quòd ſit exhibitio perſo- 1
næ per patronum Epiſcopo, vel alteri, ad quem ſpectat inſti-
tutio legitimè facta, & ita ſignanter Rocch. *de iurepatron. in
princ. quæſt. 3.* Rebuff. *in prax. tit. de præſent. nu. 3.* Tuſc. *tom.
3. littera P. concluſ. 191.* Garc. *de benefic. par. 4. cap. 1. num.
16.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat. 72. num. 112.* qui nu-
mer. ſeqq. ait non valere præſentationem de abſente factam, 2
neque Ordinarium teneri taliter præſentatum admittere,
idem Rocch. *in verbo honorificam, quæſt. 6. num. 27.* Zerol.
*in prax. Epiſcop. verbo. Iuriſpatronatus, par. 1. §. Ad ſe-
ptimum*, ubi quòd præſentatio fieri debet ſenſibus corpo-
reis illius, cui ſit præſentatio adeò quod præſentatus debet
eſſe perſonaliter, nec ſufficit, præſentantem patronum,
ſolùm mittere inſtrumentum præſentationis Ordinario;
alias patrono currit tempus in caſſum: nam Ordinarius de-
bet ad id habere oculum; & ait, ſe ſcire in quodam Archi-
epiſcopatu fictè fuiſſe quemdam præſentatum, & deinde in- 3
ſtitutum non exiſtentem in rerum natura, & patronus uſur-
pabat fructus beneficii ſingulis annis contra decretum Con-
cil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 11. de refor. & ſeſſ. 24. cap. 3. & ſeſſ.
25. cap. 9.*

Hanc tamen concluſionem ita limitant DD. prædicti, ut vi-

4 ut videlicet non procedat, quando præſentatus abſens eſt
ita notus habenti inſtituere, quòd nullum ante illius in-
ſtitutionem, requiratur examen; nam etſi Ordinarius, ſi-
vè alius jus habens inſtituendi, non teneatur illius præſen-
ſentationem admittere, qui ſe perſonaliter non exhibuit,
ſi tamen eam admittet, valebit quidem præſentatio, etiam
ſi taliter præſentatus non eſſet notus, ut ex pluribus compro-
bat idem Garc. *dicta part. 4. cap. 2. num: 18. & 20.* dum
ſubdit, totum id eſſe in facultate Ordinarii poſitum, ut te-
nuit Rota *in una Regien. Prioratus 26. Iunii, & 24. Novem-
bris 1587. coram Pamphilio*, præſertim verò, quando in-
ſtituendus eſt Diœceſanus inſtituentis; quia tunc illius ido-
neitas, & habilitas præſumuntur eidem Ordinario notæ,
Buratt. *deciſion. 22. num. 30.* cum de illo poterit plenam no-
titiam habere, Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 4. num. 118.*
maximè ſi præſentatus ſuſcepit ordines ab eodem Epiſcopo
inſtituenti, prout in *dicta Regien. Prioratus*, quòd tamen
adhuc remittitur arbitrio ejuſdem Ordinarii, quia neque
ſufficit, quod præſentatus fuerit aliàs ab eodem Ordinario
examinatus, & idoneus repertus; nam ſi ita ipſi Ordina-
rio videbitur, iterum poterit examinari pro beneficio ac-
quirendo, gloſ. *in cap. accepimus*, ubi Hoſtien. Joan. An-
dr. Abb. & Butr. *de ætat. & qualitat.* quos refert Mariſcott.
variar. reſolut. lib. 1. cap. 83. num. 7. Cœterùm verò, eo ip-
ſo quod Ordinarius acceptavit præſentationem de abſente,
illamque admiſit, præſumitur habuiſſe notitiam de prædi-
cto præſentato abſente, ac proinde ſatis eſt, quod talem
ſibi factam præſentationem non rejecerit, Abb. *conſil. 76. nu.
3. verſic. & præſumo*, quem ſequitur Lambert. *de jurepatr.
lib. 2. par. 1. quæſt. 11. art. 4. num. 1.* Lotter. *de re benefic. lib.
2. quæſt. 6. num. 42.* nam ut ait Abb. *dict. conſil. 76.* relatus ab
eodem Lambertin. *dict. par. 1. lib. 2. art. 2. num. 1. fol. 675.*
perſonalis præſentatio ad alium finem non requiritur, ni-
ſi ut Superior, qui habet inſtituere, poſſit præſentatum
6 examinare, ad effectum eum approbandi, vel reproban-
di; unde ſi præſentandus eſt notus ipſi Ordinario, ut dictum
eſt, non requiritur aliud examen ad finem inſtitutionis fa-
ciendæ, tex. *in c. conſtitutus, 2. de appel. & in cap. nullus, 24. diſt.*
quod quidem alia ratione etiam confirmat Lambert. *loc. cit.*
nempè, quia Ordinarius poteſt abſenti conferre beneficium,
ut *in cap. ſi ſibi abſenti, de præb. in 6. & in cap. gratiam, de
reſcript. eod. lib.* quarè ſi collatio fieri poteſt abſenti, er-
go de noto, & præſentato, ex juribus ibidem per eumdem
Lambert. allegatis.
Hoc autem, quando præſentatio fit coram Ordinario,
ad effectum obtinendi ab eo inſtitutionem; namque in
nonnullis caſibus recurritur ad Summum Pontificem pro
hujuſmodi inſtitutione, ſeù proviſione, etiam beneficii
juriſpatronatus laicalis, ut omnibus Curialibus notum eſt,
nempe cum præſentatus ob defectum ætatis, aut quia in
aliquo obſtat fundatio, vel ob alias diſpenſationes, veluti
ſuper pluralitate aliorum beneficiorum, ſivè quodcumque
canonicum impedimentum, ſuper quo Ordinarius non
poteſt diſpenſare, inſtituendo præſentatum, vel ob reſer-
vationes, penſionem, ſeù aliud impedimentum prohibens
ipſius Ordinarii proviſionem; nam in his caſibus perinde
eſt, ac ſi beneficium eſſet liberæ collationis; facta tamen
mentione juriſpatronatus, prout teſtatur Rota in una
Romana Præpoſitura 6. Iunii 1633. impreſſa penes Rub. *de-
7 ciſion. 216. num. 22.* Et hoc modo non requiritur illa præci-
ſa, & formalis præſentatio, quæ fit coram Ordinario; ſed
loco prædictæ præſentationis, ſufficit conſenſus patrono-
rum; quia proviſus, cum ſit præſens in Curia, & debeat
examinari per Examinatores Urbis, habebit litteras ſuæ
proviſionis in forma gratioſa, vel in forma *Dignam*, coram
Executoribus Apoſtolicis, & ſic ceſſat ratio, ob quam
præſentatio fieri debeat de præſenti, ſcilicet, ad effectum,
ut inſtituens cognoſcat præſentatum, illumque examinet,
ita dixit Rota penes Buratt. *dec. 481. num. 6. et 7.* Lotter. *de
re benefic. lib. 2. quæſt. 6. num. 49.* quia non attenditur illa
8 abſentia, quando fit prædicta inſtitutio à Papa: cum ſatis
ſit, conſtare de conſenſu patronorum, qui habet vim præ-
ſentationis, & Rota ſemper tenuit in materia quaſi poſſeſ-
ſionis præſentandi, & probationis juriſpatronatus, con-
ſenſum per patronos proviſionibus Apoſtolicis præſtitum,
habere vim præſentationis, idem Buratt. *dict. deciſion. 481.
num. 8.* & dixit aliàs Rota *deciſion. 534. num. 4. per prima di-
verſor.* & in una *Soran. Beneficiorum coram Pamphilio 6.
Iunii 1602. & in una Colimbrien. Penſionis 15. Novembris
1614. coram Manzanedo*; & ſic ad acquirendam quaſi poſ-
ſeſſionem præſentandi, ſufficit idem conſenſus, ſicut ipſamet
præſentatio, ut per Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 14. c. 2. num.
10. & 11.*
Eoque minus requiritur præſentatio prædicta, quan-
do de neceſſitate eſt petenda inſtitutio, ſeù proviſio cum diſ-
penſatione à Papa ſuper aliquo ex prænarratis impedimen-
tis: quandoquidem Dataria Apoſtolica, quæ habet talem
præſentationem pro invalida, ubi in ſupplicatione narra-
tur impedimentum, quo non obſtante fuit Orator præ-
ſentatus, addunt Domini Reviſores hæc verba, *licet de
facto*, cum, re vera, talis præſentatio, tanquam facta
de perſona inhabili, ſit nulla, licèt Ordinarius illam admi-
ſerit.
Quamvis negari non poſſit, quin quandoque hujuſ-
modi præſentatio fiat coram ipſomet Domino Datario,
ſi ita caſus poſtulaverit, prout teſtatur Rota *in una Lu-
can. Plebis 14. Martii 1590. coram Gypſio, & in una Pi-
man. Iuriſpatronatus 9. Maii 1603. coram Iuſto*, quare re-
fert Vivian. *in dicta prax. Iuriſpatronat. lib. 5. capit. 2.
num. 31.*
Sed redeundo undè paulìſper digreſſi ſumus, dicimus
quòd quando abſens poteſt præſentari, tunc poterit etiam
pater pro filio, frater pro fratre, conſanguineus pro con-
ſanguineo, nec non amicus pro amico, cum promiſſione,
& cautione rato, petere præſentatum inſtitui, & cauſam 9
inſtitutionis proſequi, & inſtitutionem obtinere, ſi tamen
præſentatus, ut dictum eſt, tanquam notus non indiget exa-
mine, ut probat Vivian. *in d. prax. juriſpatr. lib. 11. c. 1. num.
3. 4. & 5.*
Aliàs autem, ſi præſentatus abſens, fuerit ignotus Ordina-
rio debet ſenſibus corporis, ut ſupra præſentari, quia, ut dica-
tur verè præſentatio, & legitimè facta, tres perſonæ de neceſ- 10
ſitate requiruntur, nempè præſentans, præſentatus, nec non
habens inſtituere, etſi una deficit, non dicitur præſentatio, id.
Vivian. *lib. 8. c. 7. nu. 5.*
Niſi fortaſſe daretur caſus, quo duæ tantùm perſonę de ju- 11
re ſufficerent, veluti, cum Epiſcopus de jure ſpeciali habet
juſpatronatus, eidemque competit jus inſtituendi, quia cum
tunc utatur duplici poteſtate, poterit utramque unico actu
expedire, Fel. *in c. cum venerabilis, n. 38. de except.* Mar. Anto-
nin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 25. n. 12.* vel in alio ſimili caſu de ju-
re approbato.
Cęterùm verò ceſſat nonnullorum DD. opinio, quod
pariter duę perſonę ſufficiant, cum patronus vellet ad be-
neficium ſui juriſpatronatus, ſe ipſum pręſentare; prout
ſcio, nonnullos Doctores deſuper conſultos fieri potuiſ-
ſe, reſpondiſſe, toto cœlo aberrantes; cum ſatis ſit apud
omnes firma concluſio, patronum non poſſe ſe ipſum prę-
ſentare ad beneficium ſui juriſpatronatus: neque hìc refert
plurimùm immorari, afferendo rationes pro utraque par-
te: cum ſatis ſit, nos habere ad id textum expreſſum in
cap. per noſtras de jurepatron. ubi Innocentius III. reſcripſit
Archiepiſcopo Rothomagen. conſultus, Utrum Clericus ad
vacantem Eccleſiam, in qua jus obtinet patronatus, ſe ipſum,
ſi eſt idoneus, valeat præſentare, & reſpondit ipſe, quòd nul- 12
lus ſe poteſt ad perſonatum alicujus Eccleſiæ præſentare, ubi
gloſ. *in verbo præſentare*, ait, quòd differentia debet adeſſe in-
ter præſentantem, & præſentatum, ſicut inter dantem, & re-
cipientem, ac inter baptizantem, & baptizatum, *ca. debitum
de baptiſ.* facit tex. *in cap. fin. de juſtit.* ubi quis non poteſt ſi-
bi ipſi conferre beneficium, ſeù non poteſt inſtituere ſe ip-
ſum, necnon text. *in l. ſi ita mandavero, §. ſi tibi centum, ff.
mandat.* ubi, qui juſſus eſt dare cui velit, non poteſt pro ſe re-
tinere, ſicut non poteſt quis eligere ſe ipſum, etiam quòd de-
tur ſibi poteſtas eligendi, immò etiam dato, quòd juraverit
eligere meliorem, & ipſe ſit melior, idem Rocc. *in verbo ho-
norificam n 20.*
Quòd quidem non caret ratione, nempè quia ſi quis
præſentat ſe ipſum, venit repellendus, tanquam am-
bitioſus: nam videtur facere judicium de perſona ſua,
& authorizare ſibi ipſi: quæ omnia ſunt prohibita,
arg. text. *in Clement. 2. de rebus Eccleſ. non alien. & in
capit. qualiter, de electìon.* Nec refert, ut vulgariter
dicitur, quòd prima charitas incipit à ſe ipſo *cap. qui
vult ordinatè, de pœnit. diſtin. 3. leg. Preſes de ſervit.
& aqu.* quia illa regula tunc procedit, niſi inconvenien-
tia ſequantur, veluti, ut quis ſe ingerat, & authorizet ſi-
bi ipſi, ut dictum eſt, id. Rocc. *loco cit.* Unde non immeri-
tò Gregorius Papa ſic ſcripſit Cyriaco Epiſcopo. *Quia ſicut
locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus* 13

offerendus, ut in capit. in ſcripturis, 8. quæſt. 1. circa princip.

14 Hanc verò concluſionem ità intelligendam eſſe, certum eſt, & videlicet, quia non poſſit ſe ipſum præſentare, ut non procedat, quando jam eſſet ab alio compatrono præ-
15 ſentatus: quia poteſt preſentationi jam de ſe factæ conſentire, & ille conſenſus habebitur pro una voce, ubi eſſent alii compatroni, qui diſcordarent, quia tunc non ſe ingeſſit, neque ambitioſus poterit reputari, quòd probat tex. *in leg. eos, ff. de Decur. in princip.* ubi quod electus ad aliquam dignitatem, ſine ſui procuratione, petens ſe poſteà confirmari, non incidit in *leg. Iuliam, de amb.* ita Roce. *loco citato dicto num. 20. verſic. limita nunc hanc concluſionem.*

Undè ſecùs dicendum eſt, ubi quis ſe ipſum una cum aliis præſentaverit: quarè in una *Spoletan. Capellania coram Buratto*, quæ eſt in ſuis *deciſ. 712.* fuit annullata præſentatio de quodam in Clero compatrono, de quo conſtabat, non fuiſſe proceſſum per viam adhæſionis præſentationi de ſe factæ per alios compatronos: cum illa præceſſerit aliorum patronorum præſentatio, ſed per viam præſentationis eodem tempore factæ, & fuit dictum in una *Pergamen. Capellania coram eodem Buratt. dec. 316. num. 2.* quòd non potuit ſuſtineri præſentatio de ſe ipſo patrono facta per viam ſcrutinii ſecreti, quo caſu, cum præſentatus ignoret, an alii in eum conſenſerint, ille non poteſt in ſe ipſum conſentire, quia hoc modo oriretur à ſe ipſo, & uti ambitioſus erit repellendus.

At propterea, taliter præſentatus, ut in hoc caſu faciat valere ſuam præſentationem, cui ille, ut ſupra conſenſit, non debet dicere, *Eligo, vel præſento me ipſum*, ſed *conſentio electioni*, aut *præſentationi de me facta*, ac proinde, oportet quòd præcedat aliorum, compatronorum præſentatio, non autem, quòd illa fiat eodem tempore, quia ſi ille conſentiat, aut ſe ipſum cum aliis præſentet, nulla quidem erit talis præſentatio, ut in *d. Spoletan. Capellania, num. 3.*

Et ſic ex *d. capit. per noſtras, de iurepatron.* notant DD. illud habere locum, ubi quis ſe cum aliis compatronis eligit, ſeù præſentat, ut in *d. Pergamen. Capellania, numer. 2.* Secùs verò, ubi præſentatio fuerit facta palam, & per vota aperta, quia, cum ipſe non poſſit ſe eligere, ſeù præſentare, quin prius ſciret, ſe ab aliis electum, vel præſentatus, dici non potuit a ſe ipſo oriri, ſed ab aliis vocatus,
16 & conſentiendo præſentationi de ſe factæ, auxit numerum, tanquam unus de habentibus jus præſentandi, & ita communiter declarant DD. *in cap. cum in iure, de iurepatr.* ubi Butr. *num. 36. verſ. nec obſtat*, & alii relati in *d. dec. Pergamen. d. nu. 3.*

Et ſic conſenſus coelecti, vel præſentati à compatronis, facit numerum, illumque auget: ita quòd ſi vota ſint æqualia diviſa in duos, quia videlicet una pars acceſſit ad compatronum, & alia ad alium, conſenſus compatroni compræſentati augebit numerum, illum præſentantium, ideòque debet prævalere præſentatio in inſtitutione, quòd quidem habet locum, tàm in electione, quàm in præſentatione, Lambertin. *part. 1. libr. 2. art. 8. q. 8. princip. num. 3. fol. 612.*

Quinimmò, quòd majus eſt, ſi eſſet proceſſum per ſcrutinium privatum, publicato ſcrutinio, licet in alium in ſcrutinio ipſe conſenſerit, poſſet, viſa electione de ſe facta, ab æquali medietate recedere ab eo, in quem ſcrutinio conſenſit, & accedere, ac conſentire electioni de ſe factæ; & ejus conſenſum augebit numerum, quia ex eo, quòd non eſt neceſſaria forma, *capit. quia propter, de elect.* poteſt augere numerum per concurſum ſuum, & ſic oportet, quòd ſua vox, una cum aliis, qui eum elegerunt, conſtituat majorem partem, nam ſecus eſſet, ſi ad paritatem, dumtaxat, perducat vota aliorum, quia videretur ambitioſus, ſi conſentiret electioni de ſe factæ: ex quo electio non perducit ad majorem partem una cum ſuo conſenſu, idem Lambertin. *loco citato num. 2.* per tex. *in cap. quoniam, de iurepatron.* qui loquitur in fortioribus terminis, nempè in electione, quæ plus eſt, cum jus tribuat: ergò multò magis in præſentatione, in qua talis forma non requiritur, nec tribuit jus, idem Lambert. *loco citato num. 3.*

Ratio namque præmiſſorum, ea quidem eſt, quod, cum electio, aut præſervatio non fiat per ſcrutinium ſecretum, nunquàm illa oritur ab electo, ſeù præſentato, ſed à coeligentibus, ſeù compræſentantibus: quia videt ſe electum, ſeù præſentatum ab aliis: quod ſecus eſſet, ſi fuiſſet proceſſum per formam ſcrutinii privati, nam tunc non poſſet à principio conſentire in ſe ipſum, & ſic regulariter quando in electione ſeu præſentatione, quis videt ſe vocare ab aliis, poteſt conſentire electioni, ſeù præſentationi de ſe factæ, & alium non eligere, & vox ſua computabitur in numero, & ſuus hujuſmodi conſenſus debet intervenire infra tempus à jure datum ad præſentandum, ante inſtitutionem, idem Lambert. *d. num. 2.*

Quod quidem non ſemel in praxi eveniſſe ſcimus, nam, cum unus ex compatronis, aliàs idoneus, habuerit medietatem vocum compatronorum, & præſentatio fuerit facta palam, & per vota aperta: per quæ præſentatus ſcivit, fuiſſe præſentatum ab aliis, conſentiendo præſentationi de ſe factæ auxit numerum, tanquàm unus de habentibus jus præſentandi, & ſic ubi prius preſentati haberent æquales voces, iſte conſentiendo præſentationi de ſe factæ, addendo ſuum conſenſum, qui deſervit pro ſua voce, habebit majorem partem patronorum, prout eſt caſus in ſupradicta *Pergamen. Capellania.*

Præmiſſa quidem diverſimodè poſſunt practicari, potiſſimùm verò, ubi licèt patroni, uti ſinguli, præſentare debeant, & ſeparatim, ſi tamen adſit conſuetudo in contrarium, illa ſervari debet, ac proindè quando jus patronatus ad plures pertinet, ut ſingulos, & patroni præſentant, ut ſinguli, non autem ut univerſi, ſi tamen vigore ſtatuti, vel conſuetudinis ad præſentandum, ſoliti ſint ſimul convenire, debet ſtatutum, ſeù conſuetudo hujuſmodi ſervari, undè poterit ad dictam præſentationem, ſivè per ſcrutinium ſecretum, & per vota ſecreta, ſivè palam deveniri, ut elicitur etiam ex *d. Pergamen. Capellania, nu. 3.* quæ etiam impreſſa eſt penes Vivian. *in calce ſuæ praxis iuriſpatr dec. 59.* Mant. *dec. 268. num. 4.*

Quod ſi poſtmodum non appareat, an ille talis ſe ipſum cum aliis principaliter elegerit, ſeù preſentaverit, an verò potiùs acceſſerit, conſentiendo dictę electioni, ſeù præſentationi de ſe factę, tamen debet preſumi feciſſe actum illum eo modo, quo melius, & utilius ſibi de jure permittebatur, ne incideret in vitium ambitionis, Rota *dec. 285. n. 4. p. 2. diverſ.* & ſic cenſendum eſt, ipſum in ſuam nominationem, & preſentationem conſpiraſſe, non principaliter; ſed per viam acceſſionis: quę quidem interpretatio in dubio ſumenda eſt, cum tendat ad validandum, non autem ad deſtruendum actum ut in *Pergamen. Capellania n. 5. cum plurib. ſeqq. ubi n. 10.* quòd id maximè ſuaderi videbatur ex clauſula, ac omni meliori modo.

Et licèt nonnulli teneant, præmiſſa minimè locum ſibi vendicare in beneficiis ſimplicibus, in quibus videtur ceſſare cauſa ambitionis, ut tenuit Lambert. *par. 1. 2. lib. q. 8. art. 2.* Nihilominus certum eſt, Rotam fuiſſe ſemper ſequutam Io: Andr. & Abb. qui in *d. c. per noſtras, ac iurepatr.* tenent, prędictam concluſionem habere locum, etiam in beneficiis ſimplicibus, prout tenuit Rota *in una Regien. Iuriſpatronat. 15. Ianuarii* 1624. *coram Pirovano, & 15. Martii* 1625. *coram Ubaldo*, quas etiam ſequuta eſt in una *Barchinon. Beneficii 2. Maii* 1625. *coram eodem Pirovano*, ut per Add. ad Buratt. *d. deciſ. 316 lit. A.*

Porrò ſicut patronus non poteſt ſe ipſum preſentare, ita 17
neque procuratorem conſtituere ad illud preſentandum, *capit. final. de inſtitut.* Lambertin. *par. 1. lib. 2. quæſt. 8. artic. 9.* quòd etiam deſumitur *ex dict. cap. per noſtras*, ubi Abb. *num. 5.* Caputaqu. *deciſ. 400. par. 2.* Peregr. *deciſ. 100.* Buratt. *deciſ. 712. num. 1.* ubi plures Rotæ deciſiones ad hoc refert.

Nec ſtandum eſt Riccio *in ſua praxi for. Eccleſiaſtic. deciſ. 197. numer. 216.* ubi, quòd cum patronus non poſſit ſe ipſum preſentare, ut dictum eſt, hodie in praxi ſervatur, ut patronus conſtituat procuratorem cum poteſtate preſentandi, nam talis procurator, virtute preſati mandati poterit Clericum patronum ad beneficium ejuſdem juſpatronatus preſentare, & quòd ita fuit deciſum in Rota, & juxtà eam quotidiè ſervatur, & teſtatur Caputaqu. *deciſ. 138. par. 2.*

Quòd quidem (ſalva pace tanti viri) nullo modo ſubſi- 18
ſtere poteſt: quia eſt etiam contra innumeras Rotę deciſiones, & omnium DD. opiniones, nec praxis hoc umquàm admiſit, cum id in jure non habeatur, quarè vulgò dicimus, quòd lege non cavetur, in praxi non habetur, ut per Bald. *in cap. nihil, ſub num. 13. de elect.* Tiraq. *de pæn. tem-*

temper. cauſ. 1. num. 87. quos refert Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 9. §. 1. num. 43.* cum pacta ſint, aliqua ſine lege facere, vel contra legem, ut inquit idem Bart. *in cap. in Geneſi, in fin. de elect.* Addit. ad Buratt. *deciſ. 316. litera A.* quinimmò, idem Caputaq. quem ipſe Ricc. allegat, totum contrarium dicit *deciſion. 497. par. 2.* per hæc formalia verba, videlicet, *Procurator conſtitutus à patrono ad præſentandum non poteſt eundem patronum conſtituentem præſentare.* Quàm deciſionem ſemper ſequuta eſt Rota, ſignanter penes Buratt. *deciſ. 712. num. 2.*

Neque hujus rei ratio longè abeſt, quia videlicet, ſi præſentatio fiat à procuratore, ad id conſtituto, idem eſſet, ac ſi fuiſſet facta ab ipſo patrono, ut in *dicta deciſ. d. num. 2.* & ni-
19 hilominus, certum eſt, quòd patronus nec mediatè, neque immediatè per ſe neque per procuratorem à ſe conſtitutum, ſe ipſum præſentare poteſt, ut per DD. *in d. cap. per noſtras, & in cap. fin. de inſtit. & in cap. ex inſinuatione, & jurepatr.* ubi aſſignant etiam rationem, quam nos ſupra adduximus, nempè alteram ambitionis vitandæ, alteram verò, quia debet eſſe differentia inter præſentantem, & præſentatum, *d. c. fin. de inſtit.*

Nec tamen ex præmiſſis excluditur, quin pater (ſicut nonnulli leviter opinati ſunt) nequeat ſuum filium ad beneficium præſentare, ex eo, quòd pater, & filius ſunt una eademque perſona, & propterea idem eſſet, ac ſi filius ſe ipſum præſentaret, nam quicquid ſit, quoad alios effectus, licèt perſona patris non ſit diverſa à perſona filii, ut eſt tex. *in l. fin. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* Tiraquell. *in l. ſi unquam in præf. num. 15. Cod. de revoc. donat.* & dixit Rota *in una Romana Caſalis Turris Vergatæ coram Pirovano*, ac pater, & filius una, eademque perſona, carne, & natura reputentur, *leg. nec cum filiusfamil. ff. de furt. cap. contradicimus 35. quæſt. 3. & cap. pœnitentia, diſtinct. 3.* aliud enim dicendum eſt in caſu præſentationis, ut hic; cum nullibi id reperiatur prohibitum, immò conceſſum eſt,
20 quòd patroni poſſint ſuos filios præſentare ad beneficia juriſpatronatus, ut eſt communis opinio, Lambert. *eodem tractat. par. 1. lib. 2. artic. 12. quæſt. 8. num. 9. quæſt. 16. num. 122.* Vivian. *in dicta praxi lib. 6. cap. 6. num. 13.* ubi, quòd pater poteſt præſentare filium, avus nepotem, ſeu alios conſanguineos, per gloſ. *in cap. quia clerici, verbo filii, & in cap. conſulis verbo propria authoritate, de jurepatron.* quia quamvis, fictione juris pater, & filius reputentur una perſo-
21 na, tamen in ſpiritualibus hujuſmodi fictio non attenditur, prout docet Paul. de Cittad. *in d. tract. juriſpatr. d. q. 11. nu. 95. circa fin.*

Contingere tamen poteſt, quòd ſupradicta concluſio, ut videlicet, nemo poſſit ſe ipſum præſentare, aliquam admittat declarationem, prout eam aliàs admiſiſſe compertum eſt, in *dicta deciſ. 185. par. 2. diverſ. per tot.* in qua habetur quòd quidam Andræas, necnon Franciſca, & Eliſabetha ejus ſorores conſtituerunt procuratorem Nicolaum eorum fratrem, ad præſentandum dictum Andræam, & perſonam ſibi benevisam. Et quamvis Nicolaus viſum fuiſſet explicare actum præſentationis, etiam nomine ipſius Andreæ, quo caſu, ex illius acceptatione videretur reſultare idem effectus ambitionis; Tamen dixerunt Domini, id non applicari; quia non ita de plano procedit, quando præſentatio ſit facta nomine omnium, & ſic etiam ipſius Andreæ, nam licèt Nicolaus procurator in præſentatione dixerit *omnes dicti proponentes*, tamen poſteà ſubjecit, *& ſeu dictus Nicolaus, tam ſuo, quam aliorum compatronorum ſuorum nomine præſentat.* Propterea, cum illa dictio, ſeu ſtare poſſit correctivè, & de patronis indefinitè fecerit mentionem, in materia odioſa ad faciendum incidere in vitium ambitionis, & ad deſtructionem actus, non videtur dicendum, quòd indefinita æquipolleat univerſali, *leg. 2. ff. de lib. & poſth.* ubi Dec. Ruin. *conſil. 98. numer. 4. lib. 1.* Et licet alii actus poſteà ſubſequuti videantur arguere, quòd idem factum fuerit nomine prædicti Andreæ, tamen in hoc caſu, cum plures, (inter quos eſt ipſe Andræas præſentatus) conſtituiſſent procuratorem ad præſentandum qui præſentavit non ſolum nomine illius, quem præſentat ſed aliorum patronorum, qui ipſum conſtituerunt procuratorem, præſentatus poteſt accedere præſentationem de ſe factam, nomine aliorum, non ſuo; quo caſu in nullam incipit ambitionem, & ſic adeſt in hoc caſu differentia inter præſentatum, & præſentantem, undè d. Andræas ſic, ut præfertur præſentatus ſimpliciter acceptando præſentationem, cenſetur illam acceptaſſe eo modo, quo ſibi proficua futura erat præſentatio acceptata, & ſic idem Andræas præſentatus cenſendus eſt, acceptaſſe præſentationem factam aliorum compatronorum, non autem nomine ſuo; quia hoc modo evitat nomen ambitionis, & ſuſtinetur actus; nec videtur elegiſſe viam ad impugnandam ſuam diſpoſitionem; prout ſunt quaſi formalia verba prædictæ deciſionis, quæ tanquàm à ſapientiſſimo viro Hyppolito Albobrandino tunc Sacræ Rotæ Auditore, poſteà Clemente Papa Octavo facta, ſingularis eſt in hoc caſu, juxtà quam de anno 1614. in ſimili caſu præſentationis ad ſine cura Eccleſiam juriſpatronatus Brettinorum Caſtenſ. Diœceſis, ego conſultus reſpondi, cum qua lucratus fui duodecim ſcuta auri in auro; quarè exindè cura, non immeritò, deciſionem auream, illam appellare conſuevi.

Hoc autem, quando ſunt plures compatroni, qui aliàs diximus, poſſunt unum ex eis, ſi habilis ille fuerit præſentare: videndum eſt modo, quid ſervandum in praxi, quando unicus tantum adeſt patronus qui eſt clericus, & habilis ad illud beneficium.

Et quidem omnibus notum eſt, in hoc caſu recurri ad Sedem Apoſtolicam, ab eaque obtineri tale beneficium, cum narrativa, quòd Orator eſt unicus patronus, & per Cancellariam expedientur litteræ proviſionis beneficii ſub narrativa infraſcripta, videlicèt, *Cum itaque ſicut accepimus, &c. Eccleſia, &c. quæ de jurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione exiſtit, &c. vacaverit, &c. Nos, &c. prædictum N. &c. aſſeratum, ſe prædictæ Eccleſiæ moderuum unicum patronum exiſtere, apud Nos de vita, &c: Verificato, &c. ac ſi per diligentem, &c. ſuper quo, &c. fructus, &c. 24. &c. Dat. Romæ, &c.*

Nec tamen ex hoc arguitur, ſimilis beneficii collationem ſpectare ad Papam; ad quem ita recurri conſuevit, ob generaliſſimam, & ampliſſimam poteſtatem, quam habet in beneficialibus, *c. 2. de præb. in 6.*

Cum certum ſit, in hoc caſu, poſſe patronum, tanquam unicum, in hoc procedere per viam deprecationis, & ſupplicationis Ordinario faciendæ, qui poteſt illum gratificando admittere, Abb. *in d. capit. per noſtras*, ubi ait quod in beneficiis ſimplicibus poteſt ſupradictus patronus preces hujuſmodi porrigere, ut ipſe in beneficiu juriſpatronatus inſtituatur, dummodò ſit dignus; & pauper, Lambert. *in dict. tractat. juriſpatronat. d. par. 1. lib. 2. quæſt. 8. fol. mihi 608.* & fuit dictum in una *Region. Iuriſpatronatus 15. Ianuarii, coram Pirovano, & 15. Martii 1625. coram Ubaldo*, quas refert Add. ad Buratt. *deciſion. 316. num. 19.* ubi quod poteſt Ordinarius illum gratificando, admittere, quia non obſtat ratio ambitionis, quæ omninò excluditur à neceſſitate, quæ nullis legibus ſubjacet, *capit. quæritur, §. fin. 12. quæſt. 2.* Pariſ. *conſil. 38. numer. 12. & conſil. 33 num. 23. volum. 1.* & licèt DD. hic dicant, neminem à ſe ipſo oriri debere, hoc tamen fallit, ubi adeſt prædicta neceſſitas; cum per collationem, ſic ab Ordinario factam, ſuccurratur neceſſitati alimentorum ipſius ſupplicantis: quo caſu videmus, quòd Eccleſia reſervat alimenta patrono: prout patet ex definitione ipſius juriſpatronatus, quòd ita definitur, videlicet, quòd ſit jus honorificum, oneroſum, & utile, &c. ac propterea ſatis clarè patet, quòd illa utilitas conſiſtit in hoc, quia videlicet, ſi patronus deveniat ad inopiam, eſt alendus de bonis Eccleſiæ, Seraphin. *deciſion. 668. num. 5.* & alii, quos refert Vivian. *in prax. juriſpatronat. lib. 1. cap. 2. num. 20.* & ſic debet eidem patrono ſupplicanti provideri de omnibus neceſſariis ex redditibus Eccleſiæ: cum appellatione alimentorum, veniant victus, potus, cibaria, veſtimenta, calceamenta, domus, cubile, ſeu ſtratum, & omnia neceſſaria pro conſervatione hominis, quatenus totum id fieri poſſit Suid. *de aliment. tit. 4.* ſicut idem patronus poteſt aliquid annuatim exigere ab Eccleſia patronata, in recognitionem juriſpatronatus, quatenus ita adjectum fuerit in limine fundationis, cum conſenſu Epiſcopi, text. *in capit. præſentia, 2.* ubi Abb. *num. 3. & 4. de jurepatr.* idem Vivian. *loc. cit. nu. 23.*

Undè non mirum, ſi ita ſupplicanti ſuccurrendum ſit per dictam Epiſcopi collationem: quia ſi hujuſmodi alimenta debentur, etiam patrono laico, eò magis patrono Clerico, quando ille eſt habilis: & ſic lex non ſervatur in caſu prædictæ neceſſitatis, *l. 1 ff. de off. Conſul.* & ibi gloſ. nam cum præſentatio ad beneficium juriſpatronatus, ſit inducta à lege humana, ut videlicet, debeat patronus alium præſentare, ab

ea tamen, ut dictum eſt, recedere licet propter neceſſitatem; cum talis juris humani ſubtilitas non attendatur, ubi poſſet ſequi magna abſurditas, ut in caſu hujuſmodi alimentorum, *arg. c. præterea in fin. de appellat.* Prout neque prædictis obſtat, quod inſtitutio fieri non poteſt ab Epiſcopo ſine præſentatione patroni, ut in *d. c. decernimus 16. quæſt. 7.* quia in hujuſmodi caſu dicitur intervenire præſentatio, ut optimè deducit Paul. de Citrad. *in tract. iurisſpatr. q. 11. n. 91. cum pluribus ſeqq.*

Ac propterea, obſervari vidimus multoties in praxi, ut advenıente vacatione talis beneficii, Orator Clericus, unicus patronus porrigat Epiſcopo ſupplicem libellum, eidem
22 ſupplicando, ut attenta vacatione talis beneficii de ſuo jurepatronatus, cum ſit unico patronus, & pauper, nec ab alio conpatrono præſentari valeat, prout requiritur, nec habeat, unde commodè poſſit ſe ſuſtentare, idem Epiſcopus dignetur eidem, prædictum beneficium conferre ſine præjudicio ſui juriſpatronatus, illi, quoad hoc, gratificando.

Et licèt nonnulli teneant, Epiſcopum ſimpliciter poſſe eidem ſupplicanti prædictum beneficium conferre, verius tamen eſt, id fieri poſſe attenta ſupplicantis paupertate. Quarè, cum quidam ſapientiſſimus Epiſcopus requiſitus fuiſſet de hac re, dum vacaret beneficium juriſpatronatus ſupplicantis, qui ſe pauperem in porrectò libello aſſerebat, idem Epiſcopus mandavit capi informationem ſuper hujuſmodi paupertate: & cum conſtitiſſet, quòd ſupplicans haberet quædam alia beneficia, etiam exigui redditus, reſpondit, quòd libenter porrectis precibus annuiſſet; niſi ſupplicans habuiſſet prædicta beneficia, ex doctrina ejuſdem Abbatis *in dict. cap. per noſtras*, ubi apertè docet, ita demum fieri poſſe, dummodò beneficium non ſit ultra quàm ſibi ſufficiat ad victum. Et ſic poteſt dari caſus, quòd neceſſario recurratur ad Papam pro collatione, nempe, cum Orator non ſit pauper, vel habeat alia beneficia Eccleſiaſtica, qui eidem unico patrono illud conferat: cujus collatio habeat etiam vim inſtitutionis abſque alia præſentatione.

Quoniam verò, paulò ſuperius apparet, præſentationem ad beneficium Eccleſiaſticum juriſpatronatus, fieri poſſe etiam per procuratorem, non videtur omittendum pro hac noſtra praxi, quòd in dies circa id ſervari vidimus; nam licèt leve videatur, non tamen prorſus erit inutile. Quarè dicendum eſt, ipſum procuratorem, infra legitimum tempus, teneri ad exhibendum mandatum, quòd à patrono habet ad præſentandum; cumquo etiam Rectorem, ſivè beneficiatum, coram inſtituere habente præſentet; cum ad utrumque teneatur, nempè, etiam, ut infra dictum tempus fidem faciat de ſuo mandato in actis Curiæ inſtituentis, producendo: Ludovıſ. *deciſion. 177. numer. 7.* unde ſine dicti mandati exhibitione, ut dictum eſt, nihil agit Vivian. *in prax. iurisſpatronat. lib. 7. cap. 5. numer. 1.* quòd quidem mandatum debet eſſe ſpeciale, alias non valet, prout fuit dictum in una *Foroliviens. iurisſpatronatus 25. Octobris 1599. & 15. Maii 1600. coram Cardinale Lancellott.* ut refert idem Vivian. *loco citato num. 3. qui numer. 6.* advertit, in praxi, quod multi, tanquàm procuratores patronorum abſentium, præſentant, occurrente vacatione, ac poſteà infra legitimum tempus non exhibent mandatum: unde lites ſuſcitantur inanes: prout fuit dictum in una *Lucan. Capellaniæ coram Damaſceno, eſt deciſ. 443. num. 3. in fin. par. 4. recent.* ex Roch. de Curte *in tractat. iurisſpatr. verbo honorificum, num. 26.* Lambert. *eodem tract. lib. 1. quæſt. 1. art. 21. num. 1.* Lap. *alleg. 22. in princip.* & ibi Add. & *allegat. 8.* dicit, quod fraude ceſſante, valida erit præſentatio per procuratorem vigore mandati facta; quia non reperitur id à jure prohibitum, ergo cenſetur permiſſum; cum ſimus in materia permiſſiva, per tex. *in l. necnon §. quod eis, ff. ex quibus cau. maior. cap. inter corporalia, de transl. prælat.* & idem Lap. *alleg. 88.* ait, quòd patronus poteſt per procuratorem præſentare, etiam ſi non
23 fuerit impeditus, idem Roch. *in verbo honorificum quæſt. 5. num. 23.* qui *num. 4.* ait quòd ideò requiritur ſpeciale mandatum, quia præſentatio eſt quædam donatio, & ad donandum requiritur ſpeciale mandatum *cap. fi. de off. Vicar. in 6. l. contra ius, §. ſi filius, ff. de pact.* Addit. ad Ludoviſ. *d. deciſ. 177. num. 7.* ubi quòd procurator infra prædictum tempus, vel debet exhibere mandatum, vel patronus coram Ordinario ratificet præſentationem, nam elapſo dicto termino, & non ſequuta dicti mandati exhibitione, ſeù ſaltem patroni ratificatione, qua ratificet præſentationem factam à procuratore, qui non exhibuit mandatum prædictum, præſentatio remanet nulla, & invalida, idem Vivian. *lib. 6. cap. 5. num. 5.* & ita ipſe eſt intelligendus, *num. 4.* quatenus ait, quòd poteſt patronus infra dictum tempus, ratificare geſta per compatronos, vel procuratores à ſe conſtitutos ad præſentandum, videlicet, quando intra dictum tempus non fuerit productum mandatum in actis Curiæ habentis inſtituere, quòd ſi procurator præſentet, eſt neceſſe, quòd, vel infra quadrimeſtre mandatum exhibeat, ut fuit dictum in una *Lucan. Capellaniæ 22. Maii 1613. coram Cardin. Sacrato*, vel patronus coram Ordinario intra quatrimeſtre ratificet, ut fuit dictum in una *Taurinen. Beneficii 28. Maii 1584. coram Orano.*

Verum eſt nihilominus, non obſtare, ſi præſentatio fiat per procuratorem, qui mandatum prædictum, intra dictum tempus non exhibuit: Nam ſi in termino fuerit facta productio verbalis, cum clauſula, *animo exhibendi, &c.* poterit poſtmodum productio realis fieri extra terminum, ut ex Veſtr. *in prax. lib. 4. de dol. contum. num. 6. verſic. quod ſi verbo tantum*, Decian. *reſp. 41. numer. 14. cum ſeqq. lib. 3.* Rota *in una Lunen ſarzan. Beneficii 13. Iunii 1625. coram Durano*, quæ eſt, *dec. 110. num. 23.* impreſſa penes eumdem Vivian. *in calce ſuæ praxis, num. 24.* habetur etiam, quòd ſi ipſum mandatum fuerit rogatum per Notarium Actuarium Curiæ Epiſcopi, ad quem ſpectat admittere præſentationem, prædicta productio non eſt neceſſaria ex Fulgoſ. *conſ. 195.*

Et ubi præſentatur dictum mandatum, oportet, quod, parte opponente, illud infra dictum tempus quatuor, vel ſex menſium ſit recognitum; aliàs enim ipſa parte minimè opponente, non erit neceſſaria talis recognitio, quæ poſtmodum quandocumque fieri poteſt, ut per Doctores *in auth. ſi quis in aliquo, Cod. de eden.* Caputaqu. *deciſion. 118. numer. 4.* & in his terminis tenuit Rota *in una Lucan. Parochialis impreſſa inter deciſiones criminales* Farinac. *quæ eſt 195. num. 9.*

Quoniam verò, inventa lege, invenitur, & fraus, *vulg. iur.* ad aliam fraudem eos novimus confugiſſe, qui cum non poſſint ſe ipſos ad beneficium vacans præſentare eo modo, quo ſuperius dictum eſt, neque illud ab Ordinario per viam ſiſtæ, aut aliàs minus legitimè donationis ipſius juriſpatronatus, ſatagunt à donatario, ad hujuſmodi beneficium præſentari.

Quandoquidem, donatio ipſius juriſpatronatus, ad effectum, ut donans poſſit à donatario præſentari, debet eſſe libera totius juriſpatronatus, ſecundum cautelam, quam hìc dat Paul. de Citrad. *in tractat. iurisſpatronat. quæſt. 11. fol. mihi 147.* quatenus ait, poſſe dari remedium videlicet, ut patronus de conſenſu Epiſcopi, donet alteri totum juſpatronatus liberè, & tunc ille donatarius poterit antiquum patronum præſentare, ex Jo. Andr. *in c. ex inſinuatione, de iurepatr.* 24

Quæ quidem cautela, quatenus ipſa donatio, non ſit perpetua, & abſoluta, eſt nimia periculoſa, propter fraudes, quæ in ea committi poſſunt: quare debet illa carere omni vitio ſuſpicionis; & fraudibus, & ſic perpetua, ut dictum eſt, eſſe debet, ut proindè donatarius ſit effectus verus patronus, & proprio nomine poſſit præſentare: non aut ſic dicendum eſſet, ſi donatio prædicta facta eſſet donatario pro una vice tantum: quia tunc non poterit ille præſentare donatorem, nam hoc modo non dicitur vera donatio; ac proindè hic cadit hæc diſtinctio, videlicet, quod aut donatio Juriſpatronatus ſit per patronum alicui, ſervatis ſervandis, & antequam Eccleſia patronata vacet, nec adeſt ſuſpicio vacationis, & tunc donatarius poteſt patronum donatorem præſentare, cum poſteà beneficium vacaverit. Quod ſi donatio fiat per patronum, poſtquam Eccleſia, ſeù beneficium vacaverit, vel cum inſtaret tempus vacationis, & donatio eſſet expreſsè facta à donante ad effectum, ut tunc præſentetur à donatario, & hoc nullo modo fieri poteſt; quia eſſet pactum, ſivè conditio fraudulenta, & ſimoniaca; nam hoc modo eſſet recipere temporalia pro ſpiritualibus, idest redditus Eccleſiæ, ultra ſpiritualia pro dicto jurepatronatus ſit donato; prout etiam idem eſſet, ſi hoc pactum non eſſet expreſſum in donatione, ſed nihilominus perciperetur ex hoc, factam eſſe talem donationem, ut videlicet donatus præſentetur à donatario; quia adhuc militarent rationes fraudum; quod probatur in *cap. fin. de præbend. in 6.* ibi, *dummodo de præmiſſa fraude*

appa-

apparebat, *&c.* qua quidem diſtinctione utitur Lamber. *in d. tract. iuriſpatr. par.1. lib.2. art.11. qu.8. princip. per totam fol.614.*

Quare nè hujuſmodi juriſpatronatus donatio, nullitatis vitio ſubjaceat; ac ut omni prorſus fraudis ſuſpicione careat, debet in prædicta donatione exprimi, quod illud donatur cum omnibus, & ſingulis juribus, juriſdictionibus, authoritatibus, poteſtatibus, prærogativis, bonis, cenſibus, introitibus, & corporibus, ac aliis juribus quibuſcumque ad ſupradictum juſpatronatus, quovis modo ſpectantibus, ac quoad donatarium pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, etiam extraneis: Ita tamen, quod per hujuſmodi donationem juriſpatronatus, omne jus, quod ipſe donans in illo habet, ab ipſo plenè, ac perpetuò translatum, & penitus, ac in totum abdicatum eſſe cenſeatur, ità quod nullum jus, ſivè cumulativè, ſivè privativè eidem donanti reſervatum eſſe intelligatur.

Et hoc importat dicta expreſſio de donatione privativè facta, quia ſi patronus donat juſpatronatus, id intelligitur cumulativè, non autem privativè, ex eo, quod in dubio quando lex mortua, aut viva concedit aliquod jus, vel exercitium ipſius, vel aliquis privatus ſe immiſcet alicui juri alteri competenti, intelligitur ſe immiſcere cumulativè, & non privativè, cum illo, qui jam habet idem jus, Rota *dec.395. num.8. par.1. diverſ.* Gonz. *ad reg.8. §.2. præm. num.* 32. *&* 33.

Reaſſumendo autem ſuperiorem ordinem, circa conſenſum præſtandum erectioni beneficii, cum reſervatione Juriſpatronatus, dicimus, quod ſupplex libellus ſuper hoc porrigendus eſt Epiſcopo; ſivè ejus Vicario, ſi ab Epiſcopo prædicto habeat ipſe ad id ſpeciale mandatum, & non aliàs, Sbroz. *de offic. Vicar. Epiſc. lib.2. quæſt.*31. ſicut nec poteſt præſtare aſſenſum donationi, aut cuicumque tranſlationi juriſpatronatus, Selv. *tract. de benefic.* 2. *par. quæſt.* 6. *num.*1. Garc. *eod. tractat. par.5. cap.9. num.*75. Vivian. *in prax. iuriſpatr. lib.1. cap.2. num.*36. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.3. cap.*25. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 54. *num.*74. *&* 75. & dixit Rota *in una Placent. Parochialis de Mirabel.* 19. *Ianuarii* 1594. *coram Orano*, Rebuff. *in praxi, in forma Vicariat. num.*184. Zerol. *in prax. Epiſc. par.1. verbo Vicarius*, §. 11. aliàs autem deficiente dicta facultate, nihil poterit circa hoc Vicarius, quinimmò neque hæc facultas competit Legato Apoſtolico, idem Garc. *loc. cit. num.* 75.76. *&* 77. Undè cum porrigitur libellus Epiſcopo, niſi ille vellet procedere ad erectionem, eam ejus Vicario delegabit, qui authoritate ſic ſibi attributa, procedet, ut ſæpè fieri ſolet, qui tamen Vicarius de hac facultate ſibi delegata, debet, ut in d. formula ſententiæ erectionis, ac in quovis alio actu, de hoc facere mentionem, cum alias id non poſſet ex vi ſui officii Vicariatus, tex. *in c. nobis*, & ibi DD. *de jur. patr.* Fuſcus *de viſit. lib.*2. *c.*10.

26 Hanc eandem poteſtatem habet etiam Capitulum Sede Epiſcopali vacante, quam habet Epiſcopus in concedendo licentiam volenti ædificare Eccleſiam, cum reſervatione juriſpatronatus; quia idem Capitulum ſuccedit in juriſdictione ordinaria; & fungitur vice Epiſcopi, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, *cap. penult. de ſuppl. negl. præl.* Jo. Andr. *in cap. un. de maior. & obed.* Pavin. *de offic. Vicar. Sed. vacan. quæſt.*10. *par.*1. *num.*2. id. Garc. *d. cap.*9. *num.*70. Vivian. *in d. prax. iuriſpatr. lib.*2. *cap.*1. *numer.*15. ubi, quod Sede Epiſcopali vacante, poteſt Capitulum dare licentiam, & conſenſum præſtare ad fundandam, conſtruendam, & dotandam Eccleſiam, cum dicta reſervatione juriſpatronatus, ut eſt communis opinio, & fuit ita ſemper practicatum in hac Curia Archiepiſcopali, illius Sede vacante pro, ut etiam infra dicetur.

Tenent aliqui, hujuſmodi facultatem competere etiam Vicario Apoſtolico, ſeù Adminiſtratori, quem ſolet quandoque Summus Pontifex deputare ad regendas Eccleſias Cathedrales, & Metropolitanas, donec Epiſcopus perveniat ad ætatem legitimam, vel quando idem Pontifex eundem Vicarium mittit cum litteris in forma Brevis, de conſilio Cardinalium Sacræ Congregationis Epiſcoporum, ad gubernandam Eccleſiam, donec cauſa Epiſcopi terminetur, nam iſte Vicarius dicitur habere ordinariam juriſdictionem, & verè Ordinarius.

Eſt tamen advertendum, id non ita ſimpliciter procedere, uti aliqui volunt, per ea, quæ tradit Bart. *in leg.*1. §. *ab eo*, *num.*1. *verſic. quod poteſt*, *ff. quis*, *& à quo appel.* Rolan. à Vall. *conſil.*46. *num.*6. *lib.*1. Alexand. *in rubr. ff. de officio eius*, *num.*15. Abb. *in cap. ſi quis contra*, *num.* 29. *de for. compet.* ſed ita demum intelligendum eſt, quatenus iſte Vicarius, quem Apoſtolicum appellamus, id expreſſum habet in ſuis facultatibus; prout quandoque id exprimi conſuevit, & ita practicari teſtatur Pariſ. *de reſign. benefic. lib.7. quæſt.24. ſub num.27. verſic. Vicarius enim Apoſtolicus.*

Quo verò ad tempus, intra quod fieri debet præſentatio, ſatis ubique patet, eam eſſe faciendam intra legitima tempora, à die erectionis beneficii, ſivè obitus beneficiati, videlicet, ſi beneficium fuerit de jurepatronatus laicorum, intra quadrimeſtre, ſi verò Eccleſiaſtici, intra ſemeſtre, *cap. unic.* §. *verum*, & ibi DD. *de iurepatronat. in* 6.

Hujus autem temporis diverſitatis ratio eſt, quam omnes DD. afferunt, nimirum, quia laicus poteſt intra quadrimeſtre variare, & alium ſucceſſivè cumulando præſentare; patronus autem Eccleſiaſticus id facere nequit; ut notat gloſ. *in d. cap. unic.* quia qui gravatur in uno, relevatur in alio, *l.* 29 *cum quis*, *ff. de iniur.* & quia laicus poteſt unum præſentare, & poſteà alium accumulativè, & ſic poteſt variare, & Diœceſanæ acceptare quem voluerit; & ideò debet in illo gravari, quod non habet, niſi quatuor menſes ad præſentandum.

At verò, Clericus patronus non poteſt variare, & ſic 30 gravatur in hoc, ideòque debet in alio relevari, quod videlicet habeat ſex menſes ad præſentandum, *cap. quod autem*, *cap. paſtoralis*, *& cap. cum autem*, *extra de iurepatr.* Roc. de Curte, *eod. tractat. verbo*, *honorificum*, *quæſt.* 9. *numer.*10. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.2. quæſt.23. numer.*13. Garc. *d. part.5. cap.9. num.*211. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.7. num.*151. & alii, quos refert Vivian. *in praxi iuriſpatron. lib.*10. *cap.*1. *num.*2. qui *num.* 3. *& ſeq.* plures etiam reddit rationes, nimirum, quia præſentatio patronorum Eccleſiaſticorum habet vim electionis, in qua non cadit va- 31 riatio; nam ſtatim electo acquiritur jus in re, ſequuta electionis acceptatione: ſecùs verò in præſentatione laici, per 32 quam præſentato acquiritur tantùm jus ad rem Abb. *in cap. cum Bertoldus*, 2. *oppoſ. de re iud.* ubi Felin. *colum.*1. *numer.* 2. Marius Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 104. *numer.* 23. Necnon quia Clerici facilius poſſunt; & melius invenire Clericos idoneos, quam laici, qui cum ſint extra clericalem militiam, poſſunt titubare, idem Vivian. *loc. cit. num.*6.

Sanè hæc variatio ita demum fieri poteſt per laicum patronum ut videlicet poſſit pluries, unico contextu, præſentare, ut Epiſcopus inſtituat, quem velit. *Clem. plures*, 33 §. *fin.* & ibi gloſ. Card. & alii, *de iurepatr.* vel unum præſentare, & ſucceſſivè poſteà alium cumulativè, non recedendo à prima præſentatione: cum non poſſit privativè ſecun- 34 dum præſentare: Rot. *deciſ.*513. *numer.*2. *par.* 3. *diverſor.* ubi orta quæſtione, An patroni laici, qui ſemel aliquem 35 præſentarunt, etiam cum juramento de non præſentando alium, poſſint deinde cumulativè variare, Dominis viſum fuit hoc eis licere: quamvis propterea efficerentur perjuri, juxta *conſ. Alex.*16. *vol.*3. Rocc. *de iurepatr. verbo, honorificum*, *q.*12.

Alias enim variatio facta privativè, erit nulla, quia nun- 36 quam ita permittitur, ut voluit Abb. *in cap. quod autem num.*2. *& in cap. cum autem*, *num.*2. *de iurepatr.* Lap. *alleg.* 76. *numer.* 6. Pariſ. *conſil.*42. *num.*7. *volum.* 4. nam aliàs tolleretur Epiſcopo facultas inſtituendi, quem vellet, & ſic per illam variationem cumulativam, non dicitur receſſum à prima præſentatione, idem Marius Anton. *de reſol.* 104. *num.*10.

Verum tamen eſt, quod ſi patronus præſentavit unum, & juravit non variare, ut dictum eſt, tunc non poterit variare; quicquid ſupra dictum ſit: quia Superior non poteſt admittere perjurium ad præſentandum, ne ſit ille author perjurii, ut fuit dictum in una *Pampilonen. Beneficii de Cicur.* 26. *Maii* 1603. *coram Cardinale Lancellotto*, *& in una etiam Pampilonen. Beneficii de Huarte* 13. *Februarii* 1595. *coram Iuſto*, ut refert id. Vivian. *in d. prax. iuriſpatr. cap.* 2. *num.*6. quamvis valeat actus, factus contra proprium juramentum, licèt faciens efficiatur perjurus, gloſ. *in cap. ult. verbo*, *revocatus*, *de procur. in* 6. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, col.*5. *de procur.* Abb. *in c. dilecto*, *n.*10. *de preb.* tamen poteſt taliter præſentans abſolvi, & poſtmodum variare, Vivian. *loc. cit. n.*6.

Hanc tamen concluſionem, quod videlicet patronus laicus poſſit cumulativè præſentare, ita intelligas, ut non ultra
37 duos præſentet, idest unum prima vice, alterum verò ſecunda vice, ultra quam amplius præſentare non poteſt, idem Vivian. *lib.* 10. *c.* 2. *n.* 1.

Cum autem hæc ſibi locum vendicent in patronis laicis, & ſic in beneficio de jurepatronatus laicorum, non autem Eccleſiaſtici, ſubnectendum duxi, quid diſcriminis verſe-
38 tur inter juſpatronatus laicale, & juſpatronatus Eccleſiaſticum, & licèt non deſint, qui id ſatis ſuperque declaraverint, nihilominus, pro eo quod noſtram praxim concernit, cum ex noviſſimis Rotæ deciſionibus plura ſuper præmiſſis dubia elucidata fuerint, ſummatim hic aliqua duximus adnotare.

Et quidem regula talis eſt conſtituenda, quod ubi beneficium fundatum eſt de redditibus, vel bonis Eccleſiæ, juſpatronatus dicitur eccleſiaſticum; ubi verò fundatum eſt de bonis patrimonialibus, dicitur laicale, ſivè fundator ſit perſona laica, ſivè Eccleſiaſtica, Rebuff. *ſuper concord. titul. de collat. §. prefatique Ordinarii, & in prax. tit. de ſignat. par.* 3. *verſ. necnon iurispatronatus, n.* 7. cum aliis relatis per Cened. *can. quaeſt.* 22. *n.* 5.

Sed latius explicando hanc differentiam inter utrumque, dicendum eſt, quod tunc dicitur juſpatronatus Eccleſiaſticum, quando Clericus illud habet nomine ſuæ Eccleſiæ, ſeu quando ipſa Eccleſia, vel aliqua Univerſitas, vel Collegium Religioſorum, ſeù Clericorum habet juſpatronatus; vel illud dici poteſt juſpatronatus Eccleſiaſticum, quod licèt ortum habuerit à patrimonio laici, tamen fuit donatione, teſtamento, fundatione, vel alio quovis titulo, translatum in Eccleſiam Capitolū, ſeù Collegium Eccleſiaſticum, Canonicorum ſæcularium, vel regularium, ſeù in aliquam Eccleſiaſticam perſonam, ratione Eccleſiæ, Dignitatis, aut beneficii, Covar. *pract. quaeſt. cap.* 36. *num.* 2. *&* 5. Paril. *de reſignat. benefic. lib.* 2. *quaeſt.* 4. *num.* 39. In his enim caſibus juſpatronatus efficitur omninò Eccleſiaſti-
39 cum Vivian. in *d. prax. juriſpatronat. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 9. Garc. *de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 554. *& ſequ.* ubi quod in una *Valentin. Benefic.* 26. *Martii* 1593. *coram Orano*, fuit reſolutum, præſentationem factam per Abbatiſſam, & Moniales Sanctiſſimæ Trinitatis, &c. non intrare; quia licèt admittatur, illud eſſe juſpatronatus ex dotatione, nihilominus, cum translatum fuerit in Abbatiſſam, & Moniales prædictas, dicitur juſpatronatus Eccleſiaſticum, *cap. un. §. ult. de jurepatron. in* 6. & ſic cum beneficium vacaſſet in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, illius collatio ſpectavit ad Papam. Sic etiamſi laicus patronus ex fundatione efficiatur Religioſus, nam tale juſpatronatus efficitur Eccleſiaſticum; quia per talem ingreſſum, omnia acquiruntur Monaſterio; *Auth. ingreſſi, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* quod tamen ſolum procedet durante vita Monachi, ubi juſpatronatus, jure ſanguinis, defertur in poſteros, & illi adſunt, Gambar. *de auth. leg. lib.* 3. *num.* 426. dicens, quod ſi aliquis Epiſcopus, ea largitate fidelium, obtinens Comitatum, vel Ducatum, in quo exercet jura temporalia tanquàm Dominus in temporalibus, ut ibi exemplificat in Epiſcopo Valentino, qui eſt Comes Perniæ, ac etiam Epiſcopo Ovetén. qui eſt Comes Norvennæ, habeat ratione hujus Comitatus, vel Ducatus, juſpatronatus, illud judicabitur Eccleſiaſticum; quia, cum Comitatus ſit Eccleſiæ, & juſpatronatus, Comitatus, ergo juſpatronatus eſt Eccleſiæ; quandoquidem, cum illud habeat cauſam a Comitatu, vel Ducatu, qui eſt Eccleſiæ, ergo ſine dubitatione ipſum eſt Eccleſiæ; nam mutata conditione perſonæ, & bonorum conditio mutata videtur, ut per Valaſc.
40 *de jure emphyt. q.* 17. *num.* 5. *col.* 2. relatum per Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.* 71. *num.* 129. dicens *n. ſeq.* quod ubi res non privilegiata pervenit ad privilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res privilegiata, Tiraqu. *de primog. in praefat. num.* 133.

Undè, quandocunque juſpatronatus tranſit in Eccleſiam, ſeu Capitulum, aut Collegium Eccleſiaſticum, ſeù in perſonam Eccleſiaſticam ratione Dignitatis, licèt origo ſit laicalis, nihilominus efficitur Eccleſiaſticum, text. *eſt in cap. un.* & ibi DD. *de jurepatr. in* 6. gloſ. *in cap. dilectas, verbo, ex donatione Regis, de praeb.* Covar. *d. c.* 36. *num.* 1. *verſic. ſecundò*, Rota *coram Seraphino dec.* 1420. *nu.* 2. *& dec.* 740. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* Anton. Ricciull. *lucubr. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 2. ubi id limitat, niſi fuiſſet translatum dictum juſpatronatus ſub expreſſa conditione, quod illud penes Eccleſiaſticam perſonam remaneat laicale; quia conditio hujuſmodi admittitur, ut fuit reſolutum in una *Romana Juriſpatronatus* 31. *Martii* 1513. *coram Cardin. Sacrato*, prout etiam infra dicetur, ſubdens idem Ricciull. *loc. cit. num.* 3. aliàs ſecus dicendum eſſe; prout etiam, ſi patronus ingrediatur Religionem; quia ſicut per talem ingreſſum, bona omnia acquiruntur Monaſterio, ut ſupra dictum eſt, ita tranſit juſpatronatus; quod proinde efficitur Eccleſiaſticum, idem Felin. *in tractat. quando littera Apoſtolic. nos. patr. limit.* 5. Idem Gamb. *d. lib.* 3. *numer.* 216. *cum pluribus ſeqq.* Ricciull. *d. numer.* 3. Rebuff. *in tractat. nominat. quaeſt.* 8. *num.* 22. Seraphin. *d. deciſ.* 1420. Rot. *dec.* 541. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* prout etiam in una *Leodien. Parochialis* 18. *Decembris* 1623. *coram Merlino*.

Perſona autem Eccleſiaſtica hic intelligitur non ſolùm Clericus, in quem ratione ſuæ Eccleſiæ transfertur juſpa- 41
tronatus, verùm etiam ipſa Eccleſia, quæ repræſentat perſonam fictam; undè quoties dicimus, quod quando juſpatronatus pertinet ad perſonam Eccleſiaſticam, ſeu in illam illud transfertur, cenſendum ſit Eccleſiaſticum non contemplatur ipſa perſona, quatenus illa unica eſt: quandoquidem, licèt perſona ſit res animata, & rationabilis in individua ſubſtantia, repræſentatur illa nihilominus per Eccleſiam, vel Capitulum, aut Collegium, quod in ſe animam non habet, ſed eſt quoddam corpus ex multis ad invicem collectis, unam tamen perſonam repræſentans. 42
Undè dicimus, quod Collegium, Capitulum, Univerſitas, excommunicari non poteſt: cum excommunicatio ſit pœna animæ, & Collegium animam non habet, ut ait tex. *in cap. Romana, §. fin. de ſent. excomm. in* 6. ubi Summus Pontifex prohibet ferri ſententiam excommunicationis in Collegium, vel Univerſitatem, volens animarum periculum vitare, quod exinde ſequi poſſet: cum nonnunquam contingeret innoxios hujuſmodi excommunicationis ſententia irretiri, idem ait Vivian. *in prax. juriſpatr. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 12. *cum plurib. ſeqq.* Quod quidem in propoſito intelligendum eſt, nedum de Collegio, & Capitulo, verum etiam cujuſvis alterius corporis, cujus ratione perſona Eccleſiaſtica præſentatur, ut in *cap.* 1. *§.* 2. *verſ. & omnino de jurepatr. in* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 40. *&* 41. & quod Capitulum veniat appellatione perſonæ, dixit Rota penes Bucat. *dec.* 253. *num.* 8. quia perſona repræſentatur, ad tex. *in l. mortuo*, ubi Bart. & alii, *ff. de fideiuſſ. d. c. Romana*, *§.* 2. Felin. *in c. eam te, num.* 13. *de reſcript.* Mandol. *reg.* 34. *qu.* 51. *num.* 2.

Sicut etiam in propoſito res laico ab Eccleſia ceſſa, non poteſt amplius dici Eccleſiaſtica, ſed laicalis, ut per Bart. *in l. licitatio, §. fin. ff. de public. & in l. Paulus, in fin. ff. de acquir. hered.* Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 2. *num.* 126. Buratt. *dec.* 780. *num.* 6. Sicut è contrario, bona a laicis in Eccleſiam translata efficiuntur Eccleſiaſtica: Buratt. *loc. cit. n.* 7.

Ac pariter notandum eſt, quod licèt, quando juſpatronatus eſt fundatum ex bonis Eccleſiaſticis, & a perſona Eccleſiaſtica, ſemper cenſeri debeat Eccleſiaſticum, etiam ſi ad perſonas laicas transferatur; ex quo qualitas illa videtur inſeparabilis: id tamen habet locum, ſi fuiſſet à laicis titulo lucrativo acquiſitum; quia tunc retinet ſuam originalem naturam. Secùs verò, ſi titulo oneroſo, nempè ex cauſa permutationis juſpatronatus Eccleſiaſticum acquirit: quia tunc efficeretur penitus laicale, & illud, quod à laico in permutatione datum fuit Eccleſiæ, videtur ſuccedere loco illius juriſpatronatus Eccleſiaſtici: aliàs in valde exorbitanti lucro verſaretur Eccleſia, ſi utrumque, nempè, & quod recipit, & quod illa dat, Eccleſiaſticum remaneret; quod alienum omninò videtur ab honeſtate Eccleſiæ, quæ eſt religioſa cultrix, & autrix juſtitiæ, prout etiam diſtinguit, Addit. ad Buratt. *dec.* 769. *nu.* 23. *&* 24.

Et hunc caſum pluries eveniſſe ſcimus, & judicatum ita extitiſſe in materia hujuſmodi permutationis, quandoquidem nullibi ambigitur, poſſe patronos diverſorum beneficiorum juriſpatronatus inter ſe permutare, & hic eſt unus ex modis, quibus juſpatronatus in alium transfertur, 43
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *num.* 31. videlicet, quod de uno in alium tranſit permutatione: quodque ſi in laicum transfertur, Epiſcopi conſenſus requiritur, ſecùs verò ſi in Eccleſiam, aut clericum, nomine Eccleſiæ, Azot. *inſtit. moral. cap.* 20. *quaeſt.* 7. & hujuſmodi conſenſus in hac permutatione,

ſione, ſeù donatione ab Epiſcopo præſtandus, poteſt etiam poſt obitum permutantis, ſeù donantis intervenire, & eſt adeò validus, ſic poſtmodum præſtitus, ut præſentatus poſtea à donatario præferatur præſentato ab hærede donantis, idem Barboſ. *loco citato* quamvis aliud dicendum ſit; quando laicus donat laico jus præſentandi, quia, antequam Superior donationem confirmet, donans, & ejus hæredes poſſunt præſentare; cum clarum ſit, jus ab ipſo donante non eſſe abdicatum ante confirmationem ipſius Ordinarii, Abb. *in c. cum ſaculum, in fin. de jurepatron.* Put. *deciſ. 18. per tot. li. 2.* & ita docet etiam praxis.

Et circa præſtationem hujuſmodi conſenſus, ex pluribus probat Lambert. *de jurepatr. 2. p. lib. 1. art. 2. q. 3. princip. num. 1. fol. mihi 344. num. 38.* ad id requiri conſenſum Ordinarii, eo modo, quo requiritur, quando juſpatronatus alieri donatur, ut etiam reſolvit Abb. *poſt alios in cap. illud eod. tit.* & concludit etiam Rocch. de Curt. *eod. tract.* verbo, *ipſe, vel is, numer. 27.* quod juſpatronatus transfertur per viam permutationis, non tamen cum quacunque re, ſed tantummodo cum alia re ſpirituali, ut eſt juſpatronatus erectum, ac ſpiritualizatum authoritate ordinaria, ut per Hoſt. *in Summ. hujus tituli, §. qualiter transferatur, verſ. res permutata*, nam aliàs ſi permutaretur juſpatronatus cum aliqua re temporali, ſine dubio committitur ſimonia, ex juribus ibi allegatis, & *num. 28.* ait, quod patroni duarum Eccleſiarum poſſunt inter ſe paciſci, ut unus ſit patronus unius, & alter ſit patronus alterius, quod quidem fieri poteſt, etiam ſine Superioris authoritate, ex gloſ. *in Clem. plures in verbo, liberè* ubi, quod ſecundum d. gloſ. hæc permutatio poterit fieri, etiam ſine Superioris authoritate, quamvis poſtea ſubdat ibidem id. Rocch. quod ipſe credit dicendum, quod ſit requirendus Epiſcopi conſenſus,
44 ſicut in qualibet alia tranſlatione juriſpatronatus ad evitandas fraudes, quæ poſſent inducere forſaſſe ſimoniam; quia poſſet fingi permutatio, & in veritate fieri venditio; & ſic ſimonia committeretur; quare non mirum, ſi Epiſcopi conſenſus ſit requirendus, & conſultus ego ipſe ab Epiſcopo Umbriaticen. ita reſpondi, & fuit adhibitus illius conſenſus in hujuſmodi permutatione, & id pluribus Paul. de Cittad. *eod. tract. par. 9. tit. quomodo juſpatr. transfer. fol. mihi 163. ſub num. 13. circa fin.* ubi ait, quod ſi laici haberent plura jurapatronatus, poſſent ad invicem permutare, interveniente conſenſu Epiſcopi, Vivian. *in prax. juriſp. lib. 4. cap. 3. nu. 3.*

Nam licèt poſſit regulariter juriſpatronatus cedi, legari, fideicommitti, & donari, loco pio, ac quocunque alio titulo in eum transferri ſine licentia Epiſcopi, Grat. *diſcept. forens. cap. 877. nu. 3.* nihilominus ſi in hujuſmodi tranſlatione interveniret conſenſus Epiſcopi, eſſet optima cautela ab obviandum fraudibus; prout adhibendus eſt, quando transfertur in laicum; licèt cum nonnullis declarationibus, de quibus per eundem Rocch. *loc. cit. q. 16. & 17. num. 28. uſque ad nu. 32.* præſertim, quia ubi requiritur conſenſus Ordinarii, nempè in erectionibus, ac etiam tranſlationibus juriſpatronatus, item conſenſus non dicitur requiſitus pro libito voluntatis ejuſdem Ordinarii ſed tanquam Judicis, ut poſſit videre, an in præmiſſis adjiciantur conditiones à jure improbatæ; quo caſu, ſi non ſint tales, tenetur illas approbare, cum ſit loco Judicis, ut in *auth. ſtatuimus*, ubi Bald. *numer. 2. de Epiſc. & cler.* Alex. *conſ. 11. num. 8. lib. 1.* Boer. *dec. 326 num. 2.*

Ad rem verò redeundo, unde paulìſper ſum digreſſus, idem dicendum eſſet, ſi juſpatronatus eſſet fundatum à
45 Clerico, quem non conſtat habuiſſe bona patrimonialia, vel aliundè quæſita; quia tunc cenſetur Eccleſiaſticum, non autem laicale, ex eo quod in dubium præſumitur fun-
46 datum ex redditibus, & bonis Eccleſiaſticis, & ſic eſſe Eccleſiaſticum, ad not. per Abb. *in c. 2. de pecul. cler. & in c. cum Officiis, & in c. cum eſſec, de teſt.* niſi forſaſſe appa-
47 reat, Clericum, vel alium prohibitum diſponere de bonis Eccleſiaſticis, ut in *c. cum in officiis, & in cap. relatum, 2. de teſtam.* obtinuiſſe à Papa licentiam diſponendi de illis; quia tunc dicuntur bona patrimonialia, & dicendum erit, ut infra.

Quinimmò, idem dicendum eſt, ſi beneficium fue-
48 rit fundatum per Epiſcopum; quia in dubio præſumitur illud fundaſſe ex redditibus Eccleſiaſticis, gloſ. *in capit. 1. verbo debent*, & ibi Innoc. *in princip.* & Abb. *numer. 3. de privil.* Felin. *in cap. cum venerabilis, verſic. &* *adde, de except.* Caſſad. *deciſ. 4. numer. 1. de jurepatr.*

Aliter verò, & ſuperius dictis, dicendum eſt, quando laici ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi; tunc enim præſumitur fundatum ex bonis laicalibus, & patrimonialibus niſi contrarium expreſſè probetur, Pot. *deciſ. 228. lib. 2. & deciſ. 90. lib. 3.* & alii relati in una *Viterbienſ. Juriſpatronatus coram Damaſceno impreſſa penes* Farinac. *in poſthum. deciſ. 273. num. 1. & 3.* ubi in duabus Capellaniis fundatis per Epiſcopum Cervien. fuit dictum, non obſtare, quod laici non reperiebantur in quaſi poſſeſſione præſentandi ad unam ex dictis Capellaniis, ſed tantum ad aliam erectam per eundem Epiſcopum; quia cum erectio, & dotatio fuerit facta unico contextu, exiſtimarunt Domini, poſſeſſionem unius ſuffragari quoad omnes: attendendo magis cauſam poſſidendi, quàm ipſum actum, & ſubditur, *num. 4.* quod etiam ſi appareret, illas eſſe erectas de bonis eccleſiaſticis, juſpatronatus diceretur laicale; quia ſtante ampliſſima Epiſcopi facultate teſtandi, & diſponendi de redditibus eccleſiaſticis, tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate, videbantur iſti redditus, Epiſcopo declarante: prout declaravit ad favorem hæredum, poſiti extra naturam redditoum Eccleſiaſticorum, prout in ſimili dicitur, quòd bona aliàs feudalia, habentur pro merè allodialibus, ſi eſt data facultas de illis ad libitum diſponendi, ut habetur in *dict. deciſ. 273.*

Et præterea, quæ ad id afferuntur *in dict. deciſ. Viterbien.* hanc etiam rationem reddit Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 10. num. 33.* nempè quia tales redditus incipiunt haberi pro patrimonialibus: exemplo bonorum emphyteuticorum, vel feudalium, quæ ob facultatem de illis ad libitum diſponendi, ſortiuntur naturam patrimonialium, & allodialium, Anchar. *conſ. 125. numer. 9.* Roland. *conſ. 42. numer. 27. vol. 4.* Nec proindè tale juſpatronatus, ſtante dicta licentia teſtandi de prædictis bonis Eccleſiæ reputari poteſt ex privilegio: quia tale privilegium, ſeù talis licentia ſic teſtandi, non dirigitur ad acquirendum juſpatronatus, ad removendum impedimentum juris poſitivi, circa liberam diſpoſitionem de redditibus Eccleſiaſticis: qui licèt ſint ſub libera diſpoſitione Prælati, impeditur tamen ille de eis diſponere, reſiſtente jure poſitivo: ac propterea, diſponendo ex licentia Papæ, virtute remotionis prædicti impedimenti, perindè eſt, ac ſi illud nunquam emanaſſet, & ſic ipſe Prælatus, applicando dicta bona, ex indulto acquiſita, fundationi, vel dotationi beneficii, idem eſt, ac ſi ipſa bona eſſent patrimonialia: undè, indultum, ſeù licentia Papæ, diſponendi de illis, cadit ſuper remotione impedimenti, ut dictum eſt, liberè diſponendi de dictis bonis; quo ſublato per dictum indultum, beneficium dicitur fundatum, ſeù dotatum de bonis patrimonialibus, & per conſequens dictum juſpatronatus abſolutè dicitur laicale, non autem Eccleſiaſticum, ut ex pluribus comprobat idem Lotter. *loco cit. numer. 34. 35. & 36.*

Idem quoque in propoſito hujuſmodi bonorum laicalium, & patrimonialium dicendum eſt, ſi conſtet, clericum, ante fundationem juſpatronatus, habuiſſe beneficium exigui redditus, ac præter illud, bona patrimonialia, & laicalia ſufficientia ad dotandum dictum juſpatronatus: tunc enim ceſſat præſumptio dotationis ex redditibus prædicti beneficii; ſed quod potius dotaverit ex dictis bonis laicalibus, & patrimonialibus.

Quarè in una *Conſtantien. Bonorum*, quæ eſt *deciſ. 582. p. 3. diverſor.* & facit ad caſum, cum eſſet defunctus Epiſcopus Conſtantien. Eccleſia, omnem illius ſuppellectilem occupavit, ac moderno Epiſcopo conſignavit: quæ tanquam bona Eccleſiæ detinebat; & Epiſcopi hæredes dicebant, eſſe bona patrimonialia; & propterea ad illos ſpectare, prout Rota declaravit; ea ratione, quia cum conſtaret de paupertate Eccleſiæ, & de bonis, ac divitiis propriis Epiſcopi prædefuncti, bona quæ fuerunt reperta, non habentia ſignum Eccleſiæ præſumuntur potius quæſita ex bonis Epiſcopi, quam Eccleſiæ, Abbas *in cap. tertio de pecul. cleric.* Cornel. *conſ. 314.* Boer. *deciſ. 20. num. 4.* Covar. *in cap. 1. de teſtamen. num. 7. & ſequen.* qui tenent, hanc præſumptionem prævalere, etiam quòd Eccleſia reperiatur in poſſeſſione dictorum bonorum; eu magis, quia ex dictis bonis nonnulla habebant ſignum Eccleſiæ; undè non habentia hujuſmodi ſignum, non cenſebantur eſſe Eccleſiæ. De quo etiam eſt text. *in c. relatum, 2. §. cæterum de teſtam.* ibi *Cæterum, quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina proveniunt, diſtribuantur pro arbitrio decedentis*, ac etiam text. *in c. quia nos, eod. tit.*

eod. tit. Undè cum ex præmiſſis conſtaret, juſpatronatus fuiſſe fundatum ex bonis extra Eccleſiam poſitis, & ſic laicalibus, & patrimonialibus, profectò cenſendum erat laicale, non autem Eccleſiaſticum.

Et cum ex antea dictis attendatur cauſa poſſidendi, ad dignoſcendum an juſpatronatus ſit laicale, vel Eccleſiaſti-
49 cum, proptereà, quando laici ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, juſpatronatus habetur pro laicale, & è contra ſi Clerici ſint in eadem quaſi poſſeſſione, Mohed. *deciſ. 9. numer. 1. & 2. de jurepatr. num. 4.* ubi, quod dicenti contrarium, quod videlicet juſpatronatus ſit fundatum ex bonis Eccleſiæ, ac proinde Eccleſiaſticum, incumbit onus probandi; & ſic regula eſt, quod tale præſumitur juſpatronatus, qualis eſt perſona, quæ illud poſſedit, id. Mohed. *d. deciſ. 6. num. 4. exc. de jurepatr. num. 6.* & cum quaſi poſſideatur à laicis, præſumitur laicorum, *num. 5.* Rot. *deciſ. 615. nu. 4. p. 1. recent.*

Ex quibus ſatis, ſuperque deducitur, quod juſpatrona-
50 tus à principio laicale, ſi deinde tranſeat ad perſonas Eccleſiaſticas efficitur Eccleſiaſticum, illiuſque naturam aſſumit, *c. un. §. fin. ubi gloſ. & DD. de jurepatr. in 6.* Rebuff. *in tract. de nominat. q. 8. num. 22.* Seraph. *deciſ. 1420.* Rot. *deciſ. 541. num. 4. par. 2. recent. & in Leodien. Parochialis 18. Decembris 1623. coram D. Merlino*, ſicut è converſo, juſpatronatus Eccleſiaſticum, ſi tranſit ad laicos per permutationem, vel alio titulo oneroſo, accedente Superioris authoritate, efficitur laicale; quia, ut ſupra dictum eſt, attenditur perſona, quæ præſentat, & quæ poſſidet jus præſentandi; ſicut enim illa eſt, ſic pariter determinatur natura ipſius juriſpatronatus; ita hæc ſunt eleganter diſpoſita per Addit. ad Burat. *deciſ. 769. num. 23. cum plurib. ſeqq.* qui *num. 26.* ſubdit, quod ſi laicus ex juſto titulo, & cum ſolemnitate, acquirit bona Eccleſiaſtica, hujuſmodi bona non dicuntur amplius Eccleſiaſtica, ſed aſſumunt naturam, & qualitatem perſonarum quibus cohærent; & ideo ſunt penitus laicalia, & patrimonialia, Surd. *conſ. 358. num. 3. & ſeqq.* adeò ut ex illis legitima detrahenda ſit, ut fuit dictum in una *Romana legitima 16. Decembris 1616. & 10. Martii 1617. coram Cardinali Sacrato*

Quid autem nunc, de jurepatronatus, relicto Opera-
51 riis, id eſt Præfectis fabricæ Eccleſiæ, ſeu illius Oeconomis, qui ſolent eſſe laici, An tale juſpatronatus cenſeatur laicale, vel eccleſiaſticum? Et concludit Garc. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 559.* eſſe eccleſiaſticum, ex hac ratione nimirum; quia licet ſint laici, tamen illud eis competit ratione officii, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ; namque tale juſpatronatus non provenit ex eorum perſonis, ſed ex ipſa Eccleſia; ac proinde, quamvis ipſi ſint laici, quoad hanc adminiſtrationem, tamen habentur pro perſonis Eccleſiaſticis, ac repræſentant perſonas Eccleſiaſticas, quæ de jure habent curam fabricæ, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, Rebuf. *in prax. tit. de præſent. & inſtitut. numer. 10. fol. mihi 23.* ubi ait, quod juſpatronatus, competens æditui, ſivè Operariis Eccleſiarum laicis, dicitur Eccleſiaſticum; quia ratione Eccleſiæ eis competit, etiam ſi ipſi ſint laici, & idem tenet Gambat. *de auth. leg. à lib. 3. num. 390.* quod certè ſatis ſuſtineri poteſt, nam inhæret rei ſacræ, & bona fabricæ ſunt Eccleſiæ; & exindè concludit idem Garc. *loc. cit.* quod illi, tanquam patroni Eccleſiaſtici habebunt non quadrimeſtre, ſed ſemeſtre ad præſentandum, & ita ait fuiſſe determinatum in una *Salamantin. Capellania del Voto 5. Iulii 1593. coram Pamphilio.*

Quarè, his ſic ſtantibus, reiicitur prorſus opinio Felin. *in tract. quando litera Apoſtolica, &c. limit. 3.* dum ibi dicit, tale juſpatronatus eſſe laicale, quia contraria opinio verior eſt, ut tenet idem Garc. *loc. cit.* Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 1. cap. 3. num. 13.*

Eadem pariter ratione ſic dicendum eſt de quatuor Capellanis Sanctiſſimæ Annunciationis Neapolitanæ Civitatis, à Summo Pontifice erectis, ut de relictis eidem Eccleſiæ pro miſſis celebrandis, quatuor Capellani ad præſentationem Magiſtrorum illius Hoſpitalis conſtituantur; nam adhuc tale jus patronatus Eccleſiaſticum cenſendum eſt, & licèt prædicti Magiſtri ſint laici, nihilominus dubitari non poteſt, quin ſit fundatum de rebus Eccleſiæ, & illa attendi debent, non autem perſona fundatoris, ut optimè concludit Ricc. *in prax. fori Eccleſ. deciſ. 169. num. 100. & ſeq.*

Et ſic hodie nulla prorſus circa hoc remanet dubitatio; cum ſatis firmatum ſit, tale juſpatronatus eſſe Eccleſiaſticum; quod, præter præmiſſa, exactiſſimè etiam examinavit *Hieronymus Paulus celeberrimus Cancellariæ Apoſtolicæ Vicecorrector*, qui re maturè diſcuſſa, concludit, tale juſpatronatus eſſe eccleſiaſticum, ut in ſua *praxi Cancellariæ, fol. 66.* idem etiam firmant id. Garc. *d. p. 5. cap. 1. num. 599.* & Vivian. *in prax. lib. 2. cap. 3. num. 13.* quamvis non modo juſpatronatus Eccleſiaſticum, verùm etiam laicale ſemper ſit de juriſdictione judicis Eccleſiaſtici; quia 52
circa hoc nullum aliud verſatur diſcrimen, niſi in hoc, quod Eccleſiaſticum cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, non autem laicale, idem Garc. *d. num. 599. in fine.* Ricciullus *lucubrat. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 13. num. 4.* ex eo quod qualecunque illud ſit, ſemper eſt annexum ſpirituali; non obſtante, quod tale juſpatronatus exerceatur per Confratres; cum illorum perſona conſideretur tanquam nudus miniſter Eccleſiæ, ex traditis per Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 10. num. 3.*

At verò, ubi juſpatronatus exercetur per miniſtros laicos Eccleſiæ, qui adminiſtrant, non uti Oeconomi bonorum Eccleſiæ, laicale dicitur; & cum aliàs in hac Curia Archiepiſcopali in dubium revocaretur, ac controverteretur, numquid quoddam beneficium Eccleſiaſticum, Hebdomadæ ſextæ feriæ nuncupatum, ſitum in Eccleſia S. Georgii Majoris, ad præſentationem Extauritariorum prædictæ Eccleſiæ eſſet de jurepatronatus laicorum, vel clericorum, fuit concluſum, juſpatronatus, præſentandi ad prædictum beneficium per dictos Extauritarios uti lai- 53
cos, & laicorum nomine, non vero uti Oeconomos prædictæ Eccleſiæ, vel bonorum Eccleſiæ adminiſtratores ſpectare, cum prædicti Extauritarii ab immemorabili tempore ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi ad prædictum beneficium ſextæ feriæ, ac proinde de præſentatione ab eis facta, tanquam de jurepatronatus laicali nullibi eſt ambigendum, ut non minus eleganter quam mirabiliter factum hujuſmodi expendit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus meus Carolus Maranta Epiſcopus Iuvacen Pelagus utriuſque juris, *in ſuis celeberrimis reſponſionibus, tom. 3. reſponſ. 15. per tot.* ſub cujus defenſionis clypeo, præſentatus ad prædictum beneficium, fuit ab Ordinario in illo inſtitutus, quicquid adverſus præfatam præſentationem, per ſapientiſſimos Advocatos fuiſſet oppoſitum.

Porrò, idem dicendum eſt de jurepatronatus relicto Confraternitati laicorum, cujus Confratres non induun- 54
tur, aut diſtinguuntur aliquo ſigno Religionis, ac fuit fundatum à laico, de bonis prophanis, quod quidem cum alias revocaretur in dubium, numquid videlicet Eccleſiaſticum, an verò laicale juſpatronatus exiſteret, cauſa maturè in Sacro Rotæ Auditorio diſcuſſa, in una *Romana Beneficiati S. Laurentii in Damaſo 7. Februarii 1628. coram D. Durano*, quæ eſt *deciſ. 144. par. 5. in recent.* fuit dictum, tale juſpatronatus eſſe laicale, ex eo quod prædicta Confraternitas eſt laicorum, & Confratres non induuntur, aut diſtinguuntur aliquo ſigno Religionis, & beneficium fuit à laico fundatum, ut in *d. deciſ. num. 1. cum plurib. ſeqq.* & ſignanter *nu. 5.* ubi quod cum hanc opinionem Rota fuerit ſequuta, concurrit etiam obſervantia Cancellariæ Apoſtolicæ, ut conſtituit Dominis ex *notabilibus d. Cancellariæ* datis; quod præſertim fuit conſideratum, nam illud juſpatronatus non fuit relictum Confraternitati, ſed tantùm Cuſtodibus ipſius Confraternitatis; ita quod ipſi ſoli Cuſtodes ſine Confraternitate præſentant; ac proinde habenda erit ratio Cuſtodum tantùm, qui ſunt laici, non autem Confraternitatis, ſicut, nec eſt habenda ratio loci; quia non locus, ſed Cuſtodes principaliter ſeorſum fuerunt conſiderati, eorumque legalitas contemplata, ut in *d. deciſ. nu. 6. 7. & 8.* ac ſubinde fuit dictum, quod licèt Confraternitas ſit addita pro loco, & quod ille locus eſſet contemplatus, ut ex adverſo dicebatur; ac proinde, illius intuitu fuiſſe juſpatronatus Cuſtodibus relictum, & ſic effectum eccleſiaſticum; nihilominus, quia juſpatronatus relinquitur Prioribus, aut Cuſtodibus Confraternitatum intuitu officii, aut dignitatis, prout illa laicis conveniunt, & dari ſolent, cum illud ſit fundatum per laicum de bonis ſæcularibus, ac relictum Cuſtodibus, qui ſunt laici, tale juſpatronatus cenſendum eſt laicale; prout hæc, & alia circa hoc poſſunt videri in *d. deciſ. à nu. 9. ad fin.*

Et alias in una *Pergamen. Capellaniæ coram Merlino*, in qua cum fuiſſet relictum juſpatronatus ad Præſidentes Confraternitatis S. Mariæ de Miſericordia, fuit dictum, juſpatrona-

tronatus hujuſmodi non ſpectare ad illius Confratres, ſed ſolum ad Præſidentes, qui ſemper laici ſunt, nec à Confraternitate deputantur, ſed à laicis, nempè à Communitate loci N. ipſique Præſidentes præſentant ad hanc Capellam, nulla facta participatione cum eadem Confraternitate, quarè, cum ſpectetur perſona ipſorum Præſidentium, & ſic laicalitas, non autem locus, cui præſunt, proinde dicitur juſpatronatus laicale, ut dixit Rota *dec. 547. num. 7. & 8. par. 3. divers.* & in prædicta *Romana Beneficiatus S.*
53 *Laurentii in Damaſo*. Præſertim, quia fundator voluit, Rectores eligi debere à perſonis, & prudentibus; ſcitque Confraternitati per Univerſitatem deputari Præſidentes viros, integritate, & prudentia inſignes, ideò juſpræſentandi mandavit Præſidentibus, non contemplatione illius Dignitatis, & Congregationis, cui præſunt, ſed intuitu probitatis, & induſtriæ; de quorum virtutibus fundator certiorabatur eo ipſo, quod ab Univerſitate eligebantur
54 Præſidentes Confraternitati, ut in *d. dec. Pergamen. Capellaniæ, nu. 2.*

Et in dubio, juſpatronatus competens Confraternitati, præſumendum eſt laicale; quia, cum in erectione Confraternitatis ſoleant Confratres contribuere de proprio; dotatio præſumitur facta de bonis laicorum, Felin. *in tractat. quando littera Apoſtolica, &c.* Gambar. *de off. de leg. à lat. lib. 3. num. 412.* Covar. *practic. cap. 36. num. 8.* Fuſc. *de viſit. lib. 2. cap. 14. num. 12.* & alios quos refert, & ſequitur Antonius Ricciulus *d. cap. 13. num. 5.* qui *num. ſeq.* ait, hanc concluſionem procedere, etiam ſi inter Confratres adſint Clerici, dummodò major pars ſit laicorum, & in fundatione patronatus non ſit, contemplata perſona Clericorum, quod extendit, etiam ſi Confraternitas ſit erecta ſub nomine alicujus Sancti.

Cæterùm verò, præmiſſa omnia, ſicut etiam infra dicenda, reducuntur ad definitionem juriſpatronatus, nedum Eccleſiaſtici, quam ſuperius jam adjecimus, verùm etiam laicalis, ut eſt illud, quod nedum laico, ſed etiam Clerico competit ratione ſui patrimonii, ut per gloſ. *in Clem. plures, verbo præſentare, de jurepatr.* Hojed. *de incompat. benefic. cap. ultim. num. 113. cap. decernimus 16. qu. 7.* Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 2. quæſt. 4. num. 40.* Garc. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 592.* Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 1. cap. 3. num. 11.* ubi, cum Archiepiſcopus Piſanus reliquiſſet quædam prædia Capellæ ſitæ in Eccleſia Piſan. aſſerens, illa prædia fuiſſe empta de propriis pecuniis, relinquens juſpatronatus ſuis hæredibus, fuit concluſum, juſpatronatus eſſe laicale ea fundatione, & ait Mandol. *regul. 1. quæſt. 10. numer. 7.* quod Clerici, qui fundarunt ea ſuo patrimonio, vel fundatoribus ſucceſſerunt, & ſic erunt patroni reſpectu patrimonii, dicuntur habere juſpatronatus laicale.

55 Undè juſpatronatus, ratione patrimonii cleri non dicitur Eccleſiaſticum, Felin. *in tractat. quando lis, moveam patrono. num. 5.* ubi, quod in patrimonialibus, clericus cenſetur laicus; & ſicut laicus non poteſt privari ſuo patrimonio per Imperatorem ſine cauſa; ut per Innoc. & alios *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* ita nec clericus patrimonio ſuo per Papam; loquens ipſe Felin. *loc. cit.* in terminis derogationis juriſpatronatus laicorum. Idem quoque dicendum eſt, ſi clerici fundatoribus laicis ſucceſſerunt, quia adhuc juſpatronatus erit laicale; *cap. cum dilectus*, & ibi *num. 4. de jurepatr.* & in una *Placentin. Canonicatus*, penes Put. *deciſ. 222. p. 22.* in qua Clericus fundaverat beneficium, & reſervaverat ſibi juſpatronatus, ac proinde dubitabatur, an illud eſſet laicale, vel Eccleſiaſticum, & fuit dictum, quod quando non conſtat, quod bona in dotem data ſint quæſita ante, vel poſt promotionem, & laici ſunt in poſſeſſione, tunc juſpatronatus præſumitur laicale, tanquam ea bonis patrimonialibus dotatum; quandoquidem Rota pro conſtanti tenet, eſſe Eccleſiaſticum, quando bona ſunt poſt clericatum acquiſita; aliàs enim Eccleſia nihil poteſt prætendere, Addit. ad Buratt. *deciſion. 769. num. 18. & 19.* ubi ita tentum etiam fuiſſe refert in una *Gerunden. Beneficii 20. Decembris 1610. coram Atrebaten. & in una Aſtoricen. Capellaniæ 2. Februarii 1611. coram Cardinale Pamphil. o juniore*, poſtea Innocentio Decimo.

Prætereà in *d. Aſtoricen. Beneficii* fuit etiam tentum;
56 quod ſi juſpatronatus ſit fundatum à Clerico beneficiato, quem non conſtat habuiſſe bona patrimonialia, vel aliundè quæſita, cenſetur Eccleſiaſticum, non autem laicale, ut fuit etiam firmatum in una *Barchinonen. Capellaniæ* impreſſa penes Farinac. *deciſ. 615. num. 4. par. 1.* ubi quod Dominis viſum fuit, juſpatronatus eſſe potius Eccleſiaſticum, quàm laicale, vel mixtum; quia Capellania fuit fundata à Clerico Rectore Eccleſiæ; & cum non conſtaret, eum habuiſſe bona patrimonialia, vel aliunde quæſita; & conſtet, eum habuiſſe beneficia, præſumitur juſpatronatus fundatum fuiſſe ex redditibus Eccleſiaſticis, & proinde eſſe Eccleſiaſticum, & ex aliis, quos allegat id Addit. ad Buratt. *d. dec. 769. ſub numer. 19. verſic. Si verò.*

Et ſubditur in *deciſ. 615. num. 5.* quod cum illud juſpatronatus eſſet etiam expreſſe reſervatum ad favorem duorum Beneficiatorum, cenſeri debet Eccleſiaſticum, etiam ſi eſſet fundatum ex bonis laicalibus, Abb. *in c. cum autem, num 3. de jurepatr.* Rocch. *in verbo jus num. 15. eod. tract.* quod quidem procedit, etiam ſi vigore fundationis, præſentatio, ob negligentiam Eccleſiaſticorum devolveretur ad laicos, id. Addit. *loc. cit. num. 22.* quia præſentatio non eſt ipſum juſpatronatus, ſed quidam fructus, & effectu ipſius, & 57
ſtare poſſunt ſimul, quod unus ſit patronus, & alter habeat præſentationem, ut *in c. conſultationibus*, & ibi gloſ. & DD. *de jurepatr.*

Notandum eſt hic, quod quandoque occurrit, ut in ipſa beneficii fundatione, id adjiciatur videlicet quod beneficium ipſum, licèt ad Eccleſiam pervenerit, nihilominus per perſonas Eccleſiaſticas, tanquam laicale adminiſtretur.

Undè pulcherrimum dubium, me Romanam Curiam inſequente, fuit in Rota propoſitum de ordine fel. record. Pauli V. Domino Cardinali Sacrato tranſmiſſum. Fuit, enim aliàs in fundatione cujuſdam beneficii juriſpatronatus, facta per q. Flaminiam Cæſiam, per eam appoſitum, quod tale juſpatronatus reſervaretur Patribus Theatinis, tanquam laicale: ac proinde dubitatum fuit; An laicus fundans de propriis bonis juſpatronatus, poſſit illud in fundatione Eccleſiæ, & Monaſterio reſervare, ea adjecta conditione, ut ad Eccleſiam ſpectet, tanquam laicale: Et fuit affirmativè reſolutum: cum patronus poſſit apponere in fundatione quaſcunque conditiones etiam ſi ſint contra illud, quod jus regulariter diſponit in materia juſpatronatus: dummodo tamen conditiones non ſint natura impoſſibiles; vel turpes; ſeù contra ſubſtantiam juſpatronatus, aut aliàs à jure improbatæ. Ac propterea, cum diſcuteretur, an ita conditio, quod Eccleſia, ſeù Monaſterium teneat juſpatronatus, tanquam laicale, dicatur natura impoſſibilis, vel turpis contra ſubſtantiam juriſpatronatus, vel ſit à jure improbata, fuit negativè concluſum, nempè talem conditionem poſſe ſubſiſtere, nec contrarietatem implicare, quod juſpatronatus eſſet Eccleſiæ: ex eo quod ſi eſt Eccleſiæ, ergo eſt Eccleſiaſticum, nam fuit reſponſum, importare contrarietatem, & inde impoſſibilitatem quod eodem reſpectu quid ſit tale, & non tale, ſecus verò diverſis reſpectibus, *l. ſi duo*, ubi Bart. *num. 4. ff. uti poſſid.* Oldrad. *conſil. 252. num. 42.* Alexand. *conſil. 99. num. 9. lib. 5.* ac proinde reſpectu dominii, ſivè pertinentiæ, juſpatronatus erit Eccleſiaſticum, & nullo modo laicale,
reſpectu verò modi exercendi, erit laicale, & nullo modo 58
Eccleſiaſticum, nam licèt fundator non faciat hanc diſtinctionem, ſed ſimpliciter dicat, quod juſpatronatus licèt reſervatum Eccleſiæ, ſit laicale, attamen illius verba ſunt intelligenda ſecundum verum intellectum, & eo modo, quo verificari poſſunt, ac proinde fuit dictum, non continere aliquam turpitudinem illud, quod fuit expreſſum in fundatione prædictæ Flaminiæ, nempè, quod ſuum juſpatronatus reſervatum Patribus Theatinis, tanquam laicale, minimè cadere debeat ſub regulis reſervatoriis. Prætereà, quia diſponens de re ſua, poteſt adjicere quaſcumque conditiones, *vulg. jur.* quod procedit etiam in diſpoſitione facta ad favorem Eccleſiæ, *cap. verum, de cond. appoſ.* Felin. *in cap. cum Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 67. de conſtit.* & ſic cum fuerit reſolutum, prædictum beneficium eſſe de jurepatronatus laicale, licèt illius exercitium fuerit penes Eccleſiam, proinde non cadere ſub dictis regulis reſervatoriis. Hæc deciſio fuit tenta tanquam celebris, & circumferebatur per manus omnium ferè Curialium, cujus copiam ego habui, licèt poſtmodum viderim illam impreſſam per extenſum penes Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 4. c. 9. num. 56.*

Et regula ſatis trita eſt, quod juſpatronatus, tam in caſu præ-

prædictæ deciſionis, quam competens Clerici reſpectu patrimonii, vel quia fundatoribus laicis ſucceſſerunt, vel quia illud ex ſuo patrimonio fundarunt, non dicitur Eccleſiaſticum, ſed laicale, *c. cum dilectus*, & ibi Abb. *num. 4. de jurepatr.*

Niſi tamen hujuſmodi juſpatronatus à principio, & in limine fundationis fuiſſet perſonis Eccleſiaſticis reſervatum; tunc enim licèt fuerit fundatum ex bonis laicalibus, ſeù patrimonialibus, cenſetur nihilominus Eccleſiaſticum, & cadit ſub reſervatione, id. Abb. *in c. cum autem, num. 3. de jurepatr. & in cap. cum te, num. 4. eod. tit.* Rocc. *in eod. tract. in verbo, ius, num. 15.* id. Addit. ad Buratt. *d. deciſ. 769. num. 22.*

Et ait etiam Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 32. n. 42.* quod cum non repugnet jus commune, quominus Eccleſia habeat juſpatronatus, quod exerceat tanquam patronatum laicalem, attendenda erit fundationis lex, id ipſum decernens, ex prædicti deciſione, quæ prænotatur *Romana Iurispatronatus 31. Maii 1613. coram d. Cardinale Sacrato.*

Undè, ex his etiam ſequitur, quod licèt regulariter eò ipſo, quod juſpatronatus competit Eccleſiis, ſeù perſonis Eccleſiaſticis ratione Eccleſiæ, cenſeatur Eccleſiaſticum, non obſtante origine, ſcilicet, quod proveniat à laico, & de bonis laicalibus, nihilominus poteſt dari caſus, quod in actu fundationis conventum ſit, ut tale juſpatronatus pertineat ad perſonam eccleſiaſticam, puta Archipresbyterum, & Archidiaconum, &c. illud tamen exerceatur non tanquam eccleſiaſticum, ſed tanquam laicale, etiam ad effectum excludi reſervationem, ut in *d. Romana Iurispatronatus*, & in caſu deciſ. *Regien. Beneficii, quæ eſt 157. num. 5. cum ſeqq. impreſſa penes Rub. tom. 2.* cum nullo jure caveatur, quod fundator non poſſit ordinare, ut juſpatronatus reſervatum Eccleſiæ exerceatur in modum laicalem; nam ſufficit dicere, illud permiſſum cenſeri, quod non reperitur prohibitum, *c. inter corporalia, de translat. præl.* Oldrad. *conſ. 48. num. 3. in fin. lib. 1.* ut dicitur in *d. Romana Iurispatronatus, verſ. denique circa illud, & verſ. ſeq.* ſubditur, neque obſtare, illud quod tenent DD. nempè, quod eo ipſo, quod juſpatronatus pervenit ad Eccleſiam, exerceatur per modum juriſpatronatus eccleſiaſtici, reſultat juris improbatio; quia lex generaliter loquens, habet tacitam conditionem, niſi, videlicet diſpoſitores de rebus ſuis contrariam legem adjecerint; ex eo quod, juxta tritam juris concluſionem, proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis, *l. fin. C. de pact. conv. l. mariti, C. de procurat.* Anchar. *conſ. 217. nu. 2.*

Quià è præmiſſorum ratione, cum Epiſcopi authoritas interveniat, nihil eſt quin in fundatione poſſit ille conſentire gravamini, & conditioni, quod juſpatronatus ita eti-
59 gatur, ut illud ſemper ſit laicale, nec quocumque modo effici poſſit clericale; & ſic alius ſe in illius proviſione ingerat; prout fuit dictum in una *Pacen. Capellania penes* Cavaler. *deciſ. 638. num. 5.*

Et eò minus obſtant, quæ habentur in *deciſ. Put. 494. lib. 2.* in qua fuit reſolutum, quod ſi patronus ex diſpoſitione fundatoris tenetur præſentare beneficiatum cum
60 conſilio quorundam Superiorum Regularium, non proptereà juſpatronatus erit eccleſiaſticum, ſeù mixtum; quia ex tali requiſitione non alteratur natura juriſpatronatus; nam licèt quis teneatur requirere conſilium, tamen illud ſequi non tenetur, ad not. per Bart. *in l. 1. §. ſi plures, ff. de exer.*

Præter ſupradictas deciſiones, nonnulla notabilia manuſcripta vidi meo tempore in Urbe circumferri, quæ idipſum, quod ſupradictæ deciſiones firmant, continebant; ex eo quod Dataria Apoſtolica quandoque habet hujuſmodi juripatronatus pro eccleſiaſticis, & prætendit intrare reſervationes Apoſtolicas, niſi illæ per aperta jura excludantur, ut dictum eſt; cùm regula reſervatoria, ut ſupra diximus ſub *num. 52.* non comprehendat juſpatronatus laicale, ſed tantùm eccleſiaſticum, cui facilè per Papam præjudicatur, *c. cum dilectus, de jurepatr. c. dilectus, & ibi* Abb. *& alii ſcribentes de off. legat.* Felin. *in tract. quando littera Apoſtolica, &c. 3. limitat.*

Undè ex ſupradictis, neque in hujuſmodi jurepatronatus cadit aliqua mixtura, laicalis, ſcilicet & eccleſiaſtici, cum ſit totum laicale, & proindè, quicquid nonnulli, etiam periti Curiales aliàs circa hoc, dixerint, patroni habebunt quadrimeſtre ad præſentandum, ut *in cap. un. de jurepatr. in 6.* Niſi fortè aliud reperiatur cautum in fundatione; tunc enim (ut obiter hæc pauca dicam, circa tempus à jure patronis præfixum ad præſentandum) attenditur tenor fundationis prædictæ; nempè ſi patroni, ſivè laici fuerint eccleſiaſtici, adjecerint in ipſius fundationis limine, Epiſcopi accedente conſenſu, modum, ut ſi erunt eccleſiaſtici præſentent ante, vel poſt ſemeſtre; ſi verò laici, ante, vel poſt quadrimeſtre; quandoquidem tales poſſunt tempus à jure præfixum ad præſentandum, abbreviare; cum quilibet patronus, cum conſenſu Epiſcopi, poſſit in fundatione apponere modum, vel conditionem non ſolum extra, vel præter, ſed etiam 62
contra jus commune *d. cap. cum dilectus*, & ibi gloſ. *in verbo, conſtitutum. de conſuetud.* Quinimmò poteſt etiam tempus præfigi per teſtatorem etiam ad unum ſolum menſem, Marius Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſu 51. verſ. ſecundo, cum tempus ad præſentandum*; licèt ab Epiſcopo poſſit poſtmodum idem tempus prorogari, id. Marius Anton. *loc. cit. verſ. Primo, nam contrariorum eadem eſt diſciplina*, ubi, quod Epiſcopus poteſt abbreviare tempus datum à jure ad 63
præſentandum, *c. fin. de elect. in 6.* aliàs enim, niſi id fuerit expreſſum in limine fundationis, attenditur omninò diſpoſitio *d. c. uni. de jurepatr. in 6.* Nempe, ut clericus habeat ſemeſtre, laicus verò, quadrimeſtre, & per hujus temporis lapſum devolvitur collatio ad Superiorem; licèt hujuſmodi tempus quatuor menſium non curat Regi, & per illorum lapſum non dicitur collatio ad alium devo- 64
luta, etiam ſi quantumcumque ſciverit vacationem be- 65
neficii, ut per Cabed. *de patronat. Regia Corona cap. 28. numer. 7. & 8.* relatum per Barboſ. *de poteſt. Epiſc. gloſ. 72. num. 137. in fin.*

Poteſt tamen Epiſcopus prædictum tempus prorogare, Creſcen. *deciſ. 11. de dilat.* ubi, quod Ordinarius poteſt 66
tempus quatuor, vel ſex menſium conceſſum patronis à jure ad præſentandum, prorogare ad effectum, ut poſſint melius illi pro idoneo præſentando deliberare, nam ex cauſa poteſt judex terminum à jure ſtatutum abbreviare, & prorogare, per DD. *in l. a. de re jud.* & hanc deciſionem vidi plures ad id allegari, & practicari; in ea enim dicitur, quod licèt tempus prædictum videatur à jure limitatum ob publicam utilitatem, ne videlicet diutius Eccleſia careat paſtore, tamen cum poſt patronos poſſit Ordinarius per ſex menſes providere, nec antea ad ſuperiorem conferendi poteſtas devolvatur, non eſt ratio, cur patronis hoc concedi non poſſit; cum talis prorogatio intelligatur conceſſa ab Epiſcopo in ſui præjudicium, non autem alterius ſuperioris, ad quem poſt lapſum ſex menſium, devolvitur collatio.

Quarè ex hac ratione ego dicerem, prorogationem hujuſmodi fieri poſſe etiam per totum ſemeſtre, quod competit Epiſcopo proroganti, jure devolutivo, illudque integrum concedere patronis; cum ea inde nemini injuria inferatur, & unuſquiſque ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* Nec refert, ſi dicatur, quod hoc modo inducitur diuturna vacatio, quæ eccleſiis ſolet eſſe damnoſa; quando illæ diu remanent in ſuſpenſo, juxta text. *in cap. 2. de conceſſ. præb.* ibi, *non diu maneant in ſuſpenſo*; quia licèt eccleſia vacet majori tempore, ſi juſpatronatus eſt laicorum, illius cuſtodia ſpectat ad Epiſcopum, ſi verò Clericorum, ſpectat ad eoſdemmet patronos, ut per Abb. *in c. cum propter, de jurepatr.* ac proinde nullum patitur detrimentum ex tali vacatione, præſertim, cum tales Eccleſiæ in quibus cadit præſentatio, non ſint Cathedrales, nec Collegiatæ, ut in *c. a nobis eod. tit.* & deducit Lambert. *eod. tract. p. 2. lib. 2. art. 7. 1. q. princ. per tot. fol. mihi* 686.

Et hinc hæc deducitur praxis, ut nimirum, ne Romanæ Curiæ Pragmatici, aut etiam ipſi Oratores decipiantur in eorum impetrationibus de beneficiis juſpatronatus, ad Sedem Apoſtolicam devolutis, narrent, quod beneficii vacantis omnimoda diſpoſitio, juxtà Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam eſt legitimè devoluta, ac etiam, quod tempus patronis prædictis ad præſentandum à jure præfixum, lapſum extitit, ut ſic utroque modo allege- 67
tur devolutio, quæ juxtà Concil. Later. accipitur, prout in *c. cum noſtris, & in c. litteras, de conceſſ. præb.* ſed de his loco fuſius dicemus.

Verùm, quia non ſemper Epiſcopus hac urbanitate uti conſuevit, videlicet ad prorogandum tempus patronis, ad præſentandum, tunc peti prorogatio poterit à Summo Pon- 68
tifice, qui, aliqua juſta interveniente cauſa, eam concedere ſolet cum clauſula conſueta, *Et citra approbationem jurispatronatus, & ad duos menſes, & pro hac vice tantùm.*

Quod

Quod ſi cauſa ſe offerat, quæ longiorem prorogationem requirat, conſuevit adhuc illa per ipſum Romanum Pontificem admitti potiſſimum verò, quando cauſa ipſa reſpicit utilitatem Eccleſiæ vacantis ; & ſic quandoque vidimus prædictam prorogationem concedi ad alios tres, vel quatuor menſes, ultra tempus à jure patronis ad præſentandum præſcriptum, ut ſic opportunius eidem Eccleſiæ conſulatur, juxtà illud, *tempore egemus, ut aliquid maturius agamus, c. pondere, 50. diſt. l. ſeſendum, ff. de uſur.* Garz. *ad reg. 8. gloſ. 46. num. 41.* Vivian. *in prax. jurispatronatus, lib. 7. cap. 1. num. 16. 17.* & ut ſupra dictum eſt.

Quibus quidem remediis uti poterit patronus, niſi fuerit legitimo detentus impedimento, quominus poſſit, debitis temporibus præſentare ; quod intelligitur, ſivè impedimentum fuerit juris, ſivè facti, Vivian. *lib. 14. cap. 6. num. 10.* nam ob impedimentum receditur à forma, Butſat. *conſil. 74. num. 153. volum. 1.* quia impeditus non dicitur negligens, *cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præbend.* dummodo tale impedimentum fuerit probatum, ad text. *in leg. ultim. §. illud, Cod. de temp. appellat.* Abbat. *in cap. plerumque, num. 6. de reſcript.* Nec tamen ſufficit probare impedimentum ſimpliciter, ſed probare tenetur ſuam adhibuiſſe
71 diligentiam ad illud removendum, *l. qui commeatus ff. de re milit.* Unde ſi exempli gratia, patronus fuerit excommunicatus, qui propterea præſentare non poteſt, text. *in cap. intelleximus*, & ibi gloſ. *ultim. de jud.* Vivian. *lib. 5. cap. 3. num. 4.* quod tamen intelligitur de excommunicatione majori, *ibidem num. 1.* debet expectari totum quadrimeſtre ad præſentandum ; nam fieri poteſt, ut infra dictum tempus poſſit obtinere abſolutionem, ut per Lambert. *de jurepatran. lib. 2. part. 1. quæſt. 2. princip. art. 2. num. 9.* relatum per Marium Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſol. 7. nu. 8. in fin.*

Et licèt ut ſupra dictum eſt, dari conſueverit prorogatio ad præſentandum, nunquam tamen datur reſtitutio adverſus lapſum temporis, neque alio modo patroni poſſunt
72 purgare moram, niſi data ignorantia vacationis ; quia
73 alias ubi tempus præfixum eſt à jure, non admittitur prædicta moræ purgatio, DD. *in cap. mora purgatio, de reg. jur. in 6.* præſertim verò, cum illa tendat in præjudicium alterius, ad quem fit collationis devolutio, ad text. *in leg. ſi inſulam, & in l. ſi ita quis, §. Seja, ff. de verb. oblig. leg. ſi poſt tres, ff. ſi quis caut. leg. ſi cum dies, §. de arbitr.* nam in hoc caſu exequutio fit a jure, quo ſtatim ad ſuperiorem devolvitur libera conferendi facultas, id. Vivian. *lib. 6. c. 6. num. 12.*

Hujuſmodi tempus currebat antiquitus patronis ad præſentandum, à die vacationis beneficii, ut *in cap. 2. de ſuppl. negl. prælat. et in cap. 2. §. eam verò, de conceſſ. præb.* Rota *deciſ. 1. de jurepatr. in antiqu.* in qua habetur, quod patrono currit tempus ſibi datum ad præſentandum à tempore, quo incipit vacatio beneficii, non tamen à tempore ſcientiæ patroni, ut in *Clem. cum ei, de conceſſ. præb.* quia imputatur patrono, ſi non admiſit procuratorem, quando ſe abſentavit maximè ex longa abſentia per diverſa jura ibi allegata : Attamen aliud hodie dicendum eſt, namque illud currit à die ſcitæ vacationis Caputaqu. *deciſ. 248. par.*
74 3. ubi in ſpecie dicitur, quod *d. deciſ. 1. de jurepatran. in antiqu.* hodie non ſervatur, & quod jura ibi adducta probant contrarium, & *d. Clement. cum ei*, loquitur de vacatione nota vel quando beneficium vacat de jure, & de facto : & ſic nulla hodie cadit dubitatio ; prout paſſim in praxi ſervatur *Sot. deciſ. 421. part. 1. diverſ. Azor. inſtitut. moral. lib. 9. cap. 21. qu. 11. Marius Anton. var. reſolut. d. lib. 1. reſol. 29. num. 10.* ubi quod computandum eſt tempus à die ſcientiæ vacationis, prout hodie computari debet ſecundum magis communem opinionem DD., de qua poſt alios teſtatur Gabr. *conſil. 185. num. 6. cum ſeq. volum. 2.* & dixit Rota *in una Firmana, Altaris 9. Novembr. 1596. coram Litta, & in eadem die 15. Junii 1612. coram Domino Ubaldo, & in una Vercellen. Capella, 28. Junii 1606. coram Lugdunen.* & aliis, quæ recenſentur per Cavaler. *deciſio. 489. num. 2. & 5.* ubi, quod talis ſcientia debet eſſe certa, & non præſumpta ; quod quidem ampliat id. Gabr. *d. conſ. 185. num. 6.* etiam ſi tempus præſentandi, eſſet a teſtatore præfixum, namque ipſius voluntas ſemper intelligitur ſecundum juris communis diſpoſitionem, nimirum, quod tempus ſit continuum a die ſcientiæ vacationis, quando beneficium non vacat de jure, & de facto : quod quidem in tantum procedit, etiam ſi quodcumque breve tempus eſſet à fundatore, ſivè teſtatore præfixum, etiam unius menſis, ut in caſu *Barchinon. Capellaniæ* impreſſa penes Farin. *deciſ. 615. par. 1. n. 6.* idem Caputaq. *d. dec. 248.* ubi ait, indubitatum de patrono abſente, Rot. *dec. 421. par. 1. num. 2. diverſ.* nam ubicumque à lege præfigitur certus terminus, neceſſe eſt, ut præcedat notitia ; cum ſine illa non poſſit dari negligentia, ut per Bart. *in l. generaliter, num. 6. ff. de his, qui not. infam.* Abb. *in cap. nos quidem, de teſtam.* Garc. *de benef. par. 10. cap. 2. num. 39. & ſeq.* Vivian. *in prax. jurispatran. lib. 7. cap. 2. n. 8.* ubi ait ita fuiſſe deciſum in una *Segnin. Jurispatronatus 22. Julii coram Orano*, nempè quod ſi impetretur beneficium juriſpatronatus laicorum per devolutionem ad Sedem Apoſtolicam ob non factam præſentationem infra tempus à jure ſtatutum, non valet impetratio, niſi probetur ſcientia certa, & indubitata, & non ſufficit præſumpta, & veriſimilis.

Quod quidem in tantum procedere certum eſt, etiam ſi in fundatione beneficii adjeciſſet fundator de conſenſu Ordinarii, quod tempus quatuor menſium deberet currere à die obitus beneficiati ; quia, hoc non obſtante, prædictum tempus incipiet currere à die habitæ notitiæ dictæ vacationis, ut per Abb. *in cap. nos quidem, de teſtam.* qui allegat tex. *in leg. ſtatu liberæ, §. ſi quis heredi, ff. de ſtatu. lib.* & text. *in leg. fin. §. ſi autem dubitas, Cod. de jur. deliber.* cum aliis adductis per Roch. de Curt. *in tract. jurispatran. in verbo honorificum, quæſt. 27. numer. 57.* idem Garc. *loc. cit.* & ponit exemplum id. Vivian. *loc. cit. nu. 9.* nempè ſi unus rector decederet Mediolani, ſeù Romæ, & beneficium eſſet in Diœceſi Piſana, & ibidem patronus, nam tunc forſitan totum, & integrum quadrimeſtre poſſet tranſire à die vacationis, antequam patronus certam ſcientiam haberet de morte Rectoris.

Prout etiam dicendum eſſet de patrono inſtituto hærede ab abſente ; quando in hæreditate adeſt juſpatronatus, & ille ignorabat hujuſmodi inſtitutionem, puta, quia teſtator erat in longinquis partibus, & ſic dictus patronus non habuit notitiam iſtius juriſpatronatus ; namque ſemper in materia quantumcumque levi, tempus non currit ignoranti, per tex. *in l. 2. C. qui admitt.* Bald. *conſ. 199. num. 3. & ſeq. vol. 1.* Seraphin. *dec. 1173. n. 3.* cum aliis cumulatis per Rot. *deciſ. 573. n. 1. & dec. 186. nu. 2. par. 2. recent.* Lapus *allegat. 78. nu. 12.* cum aliis relatis per Addit. ad Ludoviſ. *dec. 177. numer. 9.* & Addit. ad Buratt. *dec. 18. nu. 10.* ubi etiam plures cumulat : quæ quidem ignorantia potius præſumitur, quam ſcientia, *c. præſumitur, de reg. jur. in 6.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. gloſ. 72. n. 135.* qui *n. ſeq.* pluribus probat ; quod præſumptio eſt pro patrono, ut dicatur præſentaſſe in tempore, & ignoraſſe vacationem, niſi ſciviſſe probatum fuerit ; & ideò, ſi non probetur, patronos habuiſſe notitiam vacationis, ignorantia ſemper præſumitur.

Undè dicimus etiam, quod tempus datum ad conferendum, ſeù præſentandum, currit Collatori, ſeù patrono à die ſcientiæ commiſſi criminis, ob quod quis privatur ipſo jure, ſeù ipſo facto, probabiliter tamen ; & juſtè ignoranti non curret, Lambert. *de jurepatran. lib. 2. p. 2. q. 1. princ. per tot. fol. mihi 708.* Garc. *par. 11. cap. 10. numer. 25.* & infrà dicetur.

Verùm cum paria ſint ſcire, & debere ſcire, text. *in l. ſi duo, ff. de acquirend. hered. l. quod te, ff. ſi cert. petat.* Creſcent. *dec. 9. num. 11. de dol. et contum.* Caputaqu. *deciſ. 107. num. 4. par. 3.* Rot. *deciſ. 4. num. 20. et dec. 435. num. 14. diverſ. in rec.* ideò receptum eſt currere tempus collatori à tempore, quo ſcire debuit, ut fuit dictum in una *Farfen. ſeu Nullius, Beneficii*, impreſſa penes Farinac. *dec. 309. num. 2. tom. 2. in poſthum.*

Hinc igitur, perperam agitur Exequutores litterarum Apoſtolicarum ſuper proviſionibus beneficiorum per devolutionem impetratorum, qui vix litteris ipſis ſibi præſentatis, nulla ſufficienti cognitione devolutionis præcedente, procedunt ad illorum collationem contra omnia jura, ad id certam, non autem interpretativam ſcientiam requirentia, juxtà prædictam Lap. *allegat. 78. ad 4. quæſt. dub. num. 12.* quæ quidem ſcientia terminari debet per Judicem delegatum, ſivè ordinarium, conſideratis qualitate beneficii, modo vacationis, longitudine temporis, locorum diſtantia, & fama, ut dicit Abb. *in cap. ex parte, num. 12. de conceſſ. præb.* ex his enim ipſe Judex arbitrabitur ſcientiam, aut ignorantiam, Maſcard. *de probat. concluſ. 626. à num. 9.* Zerol. *in praxi Epiſc. verbo, juspatronatus, par. 1. §. 8. dub. 1. et 2.*

Alias

Aliàs enim nimis licentioſum eſſet, ſi ipſe Exequutor, omiſſis ſupradictis, ad hujuſmodi collationem, ita de facili procederet enim advertendo, præmiſſa omninò requiri, ubi agatur de puniendo negligentiam patronorum, in quo ſcientia vacationis præſumpta non ſufficit, etiam ex eo, quod publicum eſt, ad not. per Felin. *inc. cum contingat, col. 2. vir. & dicit* Bald. *de reſcrip. gloſ. in Clem. un. de conceſſ. præb.* nam oportet, quod aliter legitimè probetur, Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 6. num. 24.* Garc. *d. p. 10. cap. 3. num. 32.* ubi quod quamvis bulla dicatà die vacationis, debet nihilominus intelligi à die notitiæ ipſius vacationis, Rot. *deciſ. 481. p. 1. diverſ.*

Et eſt notandum, quod jus præſentandi poteſt conſervari in uno ex patronis, qui non habuit ſcientiam vacationis, aliis patronis propter ſcientiam excluſis, ut in una *Spoletana Beneficii* 28. *Maii* 1590. *coram Blanchetto*, relata à Garc. *d. par. 10. cap. 2. num. 41.* Barboſ. *d. alleg. 72. ſub num. 136.* ubi *num. ſeq.* quod hujuſmodi tempus non currit abſenti, vel impedito, veluti ſi patronus ſit abſens Reip. cauſa, vel injuſtè carceratus, vel ſi non haberet tutum acceſſum, propter perhorreſcentiam alicujus inimici; cum Eccleſia ſit pia cultrix juſtitiæ, Vivian. *lib. 7. cap. 2. nu. 6.*

Quarè, ſicut docet noſtra praxis, videmus litteras hujuſmodi proviſionum per devolutionem, nunquam dari eidem Oratori directas, licèt ipſe fidem ſuæ idoneitatis in Romana Curia exhibuerit, ſed omninò eas expediendas in forma commiſſaria, unica tantum bulla, ſuo Exequutori directa pro verificatione hujuſmodi devolutionis, ac beneficii collatione; licèt in ipſa bulla fiat mentio de ejuſdem Oratoris idoneitate; & hoc ad evitandas fraudes, ne videlicet litteræ exequantur minus legitima præcedente de-
75 volutionis verificatione; quæ allegari non poteſt devolutio ad Superiorem, quamvis patroni non præſentaverint infra tempus quatuor, vel ſex menſium; nec proptereà ipſorum præſentandi facultas expiravit; niſi probetur notitia vacationis.

Quarè, qui impetrat per devolutionem, tenetur penes dictum Exequutorem probare veram ſcientiam patronorum intra tale tempus, tanquam fundamentum ſuæ gratiæ; quod facilè contingere poteſt, ſi poſſeſſor beneficii, ut ſupra dictum eſt, ſi moriatur in longinquis partibus, non autem in loco prædicti beneficii, ut potius præſumatur ignorantia, quam negligentia, Cavaler. *deciſ. 486. num. 2. in fin.* Rota *in una Forolivien. Iurispatronatus impreſſa penes* Rubeum, *deciſ. 221. num. 8. 9. & 10. tom. 2.* Vivian. *lib. 7. cap. 2. num. 7.* Maximè vero, cum impoſſibile ſit, patronos jus ſuum neglexiſſe, ſi ſciviſſent obitum beneficiati, & non præſentaſſent Rectorem, arg. *l. cum de indebito, ff. de probat.* & ignorantia ſemper præſumitur, niſi ſcientia probetur, *cap. præſumitur, de reg. jur. in 6.* Genuen. *in prax. Car. Archiep. Neap. cap. 82. num. 1.* & ſic præſumptio ſemper eſt pro patrono, ut dicatur præſentaſſe in tempore, & ignoraſſe vacationem; niſi ſciviſſe probatum fuerit, ut dictum eſt.

Ac proindè, licèt hujuſmodi proviſiones per devolutionem facillimè in Romana Curia concedantur, nihilominus plurimum eſt circa illarum exequutionem invigilandum, propter difficultatem illius verificationis, ut aliàs diximus; non modò ſi devolutio hujuſmodi contingat ſimpliciter tantummodò per obitum beneficiati, verùm etiam, ſi patronus adhuc intra legitima tempora præſentaverit indignum ſcienter; quandoquidem perinde eſt, ac ſi infra idem tempus datum ad præſentandum, minimè præſentaſſet: cum ſatis trita ſit illa communis concluſio, quod pa-
76 ria ſunt aliquid in tempore non facere, vel minus ſufficienter facere, text. *in l. quoties, ff. qui ſatiſd. cog.* ubi, quod paria ſunt non ſatisdare, & non ſufficienter ſatisdare, *l. ubi, ff. eod. l. 1. ff. ſi quis in jus, cap. ſi quis juſto, verſic. ſi autem nullus, de elect. in 6.* Lap. *allegat. 22.* cum aliis cumulatis per Mandoſ. *reg. 8. q. 3. num. 2.* Sicut etiam paria ſunt, non habere maritum, vel illum habere inutilem, *gloſ. in l. ultim. Cod. ad l. Flav. de plag.* Rota *d. conſ. 9.* Undè patronus, qui ſcienter indignum præſentavit, ſibi imputet, ſi intra tempus ſibi datum, ſuum non correxerit errorem, alium dignum præſentando; quarè, cum verſatus fuerit in dolo, exceptione doli eſt repellendus, *l. ſi quis, cum aliter. ff. de verb. oblig. l. ſi dolo, C. de inutil. ſtipul.* nè aliter ex ſua malitia commodum reportet, ex facto, quo meretur pœnam, *cap. cum qui, de præb. in 6.*

Verùm, cum ſupra viſum ſit; quando intret devolutio ob lapſum temporis patroni ad præſentandum præfixi, ſeù quovis alio modo, hic non abſonum erit quærere, numquid tempus iſtud datum ad præſentandum, ſit continuum, vel utile, ſicut pluries licèt leviter certari vidimus. Et qui- 77
dem præmittendum eſt, quod tempus, aliud eſt continuum, aliud utile, ut dictum eſt: Tempus continuum illud dici- 78
tur, quod currit diebus feriatis, & non feriatis in præſentia, & in abſentia, ſivè ſit copia Judicis, ſivè non, prout loquitur text. *in l. fin. C. de præſcript. long. temp.* tempus verò utile, quod non currit diebus feriatis, nec in abſentia partis, nec ubi adeſt judicis copia, gloſ. *in Clem. unic. de reſt. in integr.* At in caſu noſtro gloſ. *in cap. 3. de conceſſ. præb. verb. infra ſex menſes*, ait, hoc eſſe tempus utile, quia ignoranti non currit, ſed ſolum à tempore ſcientiæ; & aptius in propoſito illud appellatur tempus continuum quoad præſentandum ad beneficium vacans, ut ſcilicet, etiam currat diebus feriatis, poſtquam quis ſcivit, beneficium vacare, Lambert. *de jurepatr. p. 2. lib. 2. art. 15. qu. princ. num. 2. fol. mihi* 704. ex ea ratione, quia conſideratur ſolum negligentia non præſentantium, quæ imputatur ita diebus feriatis, ſicut in aliis diebus; ex eo, quod præſentare, eſt de actibus voluntariis, qui etiam poſſunt expediri diebus feriatis; nec proptereà implicat, quod hujuſmodi tempus poſſit eſſe continuum uno reſpectu; quia currit diebus feriatis, & alio reſpectu, nam non currit ignoranti, & impedito, eſt utile, & ſequitur Vivian. *lib. 7. cap. 4. num. 9.* nam tempus prædictum quadrimeſtre, ſeù ſemeſtre, ſemper eſt continuum, & quocumque die currit, etiam diebus feriatis, *cap. 3. de jurepatron.* ex qua ratione poterit fieri præſentatio, etiam in die Nati-
vitatis Domini, aut Paſchatis Reſurrectionis; cum ſit quid 79
ſpirituale, ſapiatque ſpiritualitatem, Gemin. *in cap. concertationi, de appellat. in 6.* ſitque præterea actus voluntarius, & extrajudicialis, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. d. alleg. 27. num. 144. & ſeq.* ac proindè fieri poteſt quibuſcumque diebus, ſivè feriatis, ſivè non feriatis, idem Vivian. *lib. 8. cap. 1. nu. 6. & 7.* Benè tamen verum eſt, quod ſi ſuper beneficio litigatur in forma judicii, tunc certum eſt, quod talis proceſſus fieri non poteſt diebus feriatis in honorem Dei, gloſ. *in Clem. diſpendioſam, verbo, beneficii, de jud.* Vivian. *loc. cit. num. 8. & 9.* nam dictum tempus datum ad præſentandum eſt continuum; & currit de momento ad momentum, undè
præſentatio fieri poteſt etiam de nocte: quia idem tempus 80
computatur per menſes, & menſes computantur per dies 81
24. horarum, & ſic incluſa nocte in eis, idem Lambertin. *par. 2. lib. 2. artic. 4. 2. quæſt. princip. fol. mihi* 735. & ex eadem ratione, quod videlicet currit tempus de momento in
momentum, poteſt etiam ipſa præſentatio fieri in ultima 82
die, & ultima hora quadrimeſtris, ut per DD. citatos per Lambertin. *loco citato artic. 13. quæſt. princip. num. 7. fol. mihi* 702. ubi *verſ. & pro maiori firmitate*, quod ſi Epiſcopus, jure devoluto, confert beneficium de jurepatronatus laicorum, ultima die quadrimeſtris, & patronus ultra non præſentat, & alter impetravit illud à Sede Apoſtolica, obtinebit impetrans; quia collatio eſt ipſo jure nulla; nec conſenſus patroni poterit illam ratificare; cum fuerit nulla, maximè in præjudicium impetrantis; quia etiam ultima dies ſpectabat ad patronum, ac ſi fuiſſet infra quadrimeſtre: quod etiam procedit in jurepatronatus Eccleſiaſtico, nam poterit etiam præſentare patronus in fine ſemeſtris, quod quidem ait idem Lambertin. notandum; quia omnes DD. loquuntur de ultima die quadrimeſtris, non autem ſemeſtris; cum eadem ratio militet, etiam in jurepatronatus Eccleſiaſtico, & hoc ex *deciſ. 528. de jurepatr. in antiqu.* quæ vult hoc magis eſſe in ſemeſtre; quia patroni Eccleſiaſtici habent majus jus ad beneficia, quàm patroni laici; & quod in tantum patroni poſſunt præſentare ultima die ſemeſtris, & quadrimeſtris, quod ſi non præſentant, Epiſcopus per hoc, illa die non poteſt jure devoluto, Eccleſiæ providere; ſed expectabit lapſum ultimi diei, aliter nulla erit collatio.

In propoſito autem temporis ad præſentandum, dicimus in ſimili de matrimonio carnale, quod poteſt contrahi etiam diebus feriatis, & in quacumque hora, *cap. Capellanus, cum ſimil. de fer.* quia eadem ratione fieri poteſt etiam præſentatio, quæ eſt præparatoria ad matrimonium ſpirituale, ut per Abb. *& alios in cap. quanto de jud.* cum vali-
dum ſit argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale, & 83
è contra, *cap. inter corporalia, de transl. Epiſc.* Roch. de Curte *de jurepatr. verb. honorificam, qu. 35. num. 66.* ubi ad id move-

movetur, quia actus pii, & qui tendunt ad honorem Dei,
poſſunt fieri diebus feriatis; ergo poteſt etiam fieri præſen-
tatio, per quam devenitur ad proviſionem Rectoris, vel
Clerici in Eccleſia, & eſt actus, qui tendit ad honorem
Dei; licèt aliter dicendum ſit, quando in cauſa præſenta-
tionis proceditur ex officio, ut dictum eſt, cum videli-
cet Superior vellet illam examinare; & ſic ſervata forma
judicii: puta, quia litigatur ſuper præſentatione, ex vi
juriſpatronatus, vel ſuper proprietate, vel quaſi poſſeſſio-
ne illius, ut habetur in *cap. eam te*, *& in cap. cum pro-
pter hoc, eod. tit.* quia tunc talis proceſſus fieri non poſſet
die feriato, & ob id non dicerentur actus extrajudiciarii,
ſed judiciarii, ad gloſ. *in verb. beneficus, in Clem. diſpendio-
ſam, de iud.*

Sicut pari modo dicendum eſt de inſtitutione, cujus
proceſſus, necnon ipſa inſtitutio ſunt actus voluntarii, &
48 extrajudiciales, & poſſunt fieri etiam extra Diœceſim
habentis inſtituere, quod etiam intelligitur, ut ſupra di-
ctum eſt, contradictore non apparente: & ſic non in con-
tradictorio judicio; quo caſu poteſt fieri extra territo-
rium, Franc. *in cap. fin. num. 9. de elect. in* 6. nam clarum eſt,
poſſe Epiſcopum extra propriam Diœceſim inſtituere, &
electiones confirmare, vel infirmare, contradictore tamen
non apparente, ut poſt Archid. & Caſtr. tradit Iaſ. *in l. fin.
num. 7. ff. de iuriſd. omn. indic.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.
62. num.* 8.

CAPUT III.

Praxis Admiſſionis, & Acceptationis præſentationis ad Beneficium Iuriſpatronatus.

SUMMARIUM.

1 *PRæſentatio ad beneficium juriſpatronatus, admitten-
da, cum Clauſula*, Si, & in quantum.
2 *Et quid ipſa Clauſula importet, & nu. 4.*
3 *Præſentatio non debet abſolute per Superiorem admitti
& quarè.*
5 *Præſentatione à Superiore non admiſſa, an teneatur pa-
tronus alium præſentare.*
6 *Præſentatus injuſte rejectus, recurret ad Papam pro obti-
nenda proviſione.*
7 *Et quomodo aliàs poſſit inſtitui, & num. 11. Et quid ſen-
tiat Cancellaria Apoſtolica, nu. 10.*
8 *Appellatio à denegata inſtitutione, requirit trinam inter-
pellationem.*
9 *Negligentia inſtituentis in beneficio, non præſumitur, niſi
probetur.*
12 *Iuriſdictio, per negligentiam Epiſcopi, devolvitur ad
Archiepiſcopum.*
13 *Legatus à latere conformat ſe cum ſtylo Sedis Apo-
ſtolicæ.*
14 *Non tamen ſubiicitur regulis Cancellariæ Apoſtolicæ,
circa expeditiones.*
15 *Præſentatus, niſi acceptet præſentationem, non acquirit
ius ad rem.*
16 *Nam acceptatio eſt pars præſentationis.*
17 *Præſentatus abſens debet acceptare præſentationem in-
fra tempus.*
18 *Nec prodeſt acceptatio facta per Notarium in inſtrumen-
to præſentationis.*
19 *Patrono quando currat novum tempus ad præſentandum.*
20 Cap. fin. de elect. in 6. *procedit etiam in præſentatione.*
21 *Inſtitutionis loco, ſuccedunt proviſiones Apoſtolicæ.*
22 *Edictum non requiritur, vigore Clauſulæ* Verificato
jurepatronatus, *appoſitæ in collationibus Apoſto-
licis.*
23 *Neque in collatione Ordinarii ad ſe devoluta ob non præ-
ſentationem patronorum in tempore.*
24 Cap. fin. de elect. in 6. *non ſervatur in beneficiis Vrbis.*
25 *Inſtitutio in beneficio iuriſpatronatus, quandoque Papæ
reſervatur.*
26 *Non reſervanda inferiori, ex Concilio Trid.*
27 *Edictum, an proponendum in vacatione beneficii iuriſ-
patronatus à primæva erectione. Et reſolvitur affir-
mativè.*
28 *Præſentatus, & inſtitutus, non propoſitis edictis, quas
pœnas incurrat.*
29 *Et quid, ubi ex conſuetudine non proponantur.*
30 *Inſtitutio in beneficio, ante lapſum temporis edicti,
nulla.*
31 *Patronus, quomodo poſſit præſentare poſt terminum
edicti.*
32 *Præſentatio unius ex patronis, quomodò ſufficiat, aliis
excluſis.*
33 *Edictales litteræ, ex* cap. fin. de elect. in 6. *ubi
affigendæ.*

FActa autem Clerici præſentatione coram Superiore ha-
bente inſtituere, debet illa per eum admitti; quatenus
legitima cauſa, eundem ab hujuſmodi admiſſione minimè
retrahat; quod quidem ex parte tàm præſentantis, quàm ip-
ſius præſentati, contingere poteſt. Proindeque, ut tutius,
ſivè Ordinarius, ſivè alius inferior, agat, non quidem præ-
ſentationem hujuſmodi ſimpliciter admittet; quamvis,
etiam certò ſciat, præſentantem, ac præſentatum, necnon
ipſum juſpatronatus nullis laborare defectibus, quominus
ipſa præſentatio admitti queat; quarè, ſecundum omnium
Eccleſiaſticarum Curiarum uſum, non conſuevit præſenta-
tio ipſa admitti, niſi cum Clauſula, *Si, & in quantum*; quæ 1
id in ſe continet, nimirum, ſi, & in quantum de jure admit-
ti debeat, ac præſentanti jus competat, & præſentatio nihil 2
obiici de jure poſſit; quapropter ſequitur citatio particula-
ris, vel generalis; diſcutiuntur jura præſentantium, ac præ-
ſentati idoneitas, ſivè præſentatio ipſa fiat in concordia, ſi-
vè in diſcordia; non enim debet Superior ipſam præſenta-
tionem abſolutè admittere propter illud dictum Apoſtoli 3
allegatum *in cap. fin. de elect. in 6. Nemini cito manum impo-
nas*; proindèque debet admittere præſentationem factam
per patronos, ac per præſentatum acceptatam, qualificati-
vè, & cum adjectione, *Si, & in quantum*, ad ſupradictos
defectus (quatenus adſint) detegendos, quod faciliſſimo ne-
gotio contingit per appoſitionem litterarum edictalium,
ſervata forma prædicti *cap. fin.* nec non ſupradicta clauſula;
Si, & in quantum, importat admiſſionem in his, quæ ve- 4
niunt admittenda, cum nihil ponat in eſſe; & omninò ad
juris diſpoſitionem referatur, ut per Marant. *de ordinat. p.
6. tit. & quandoque appellatur, numer.* 211. Barboſ. *de clauſ.
clauſula* 88. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 2. *nu.* 360. *cum ſeq.* Cam-
panil. *in ſuo Diverſorio jur. canon. rub.* 11. *cap. 2. numer.* 403.
Beltram. ad Ludoviſ. *deciſ.* 417. *num.* 12. ubi, quod dicta præ-
ſentatio cenſetur admiſſa, ſi de jure admitti debeat, & con-
ſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi, Seraphin. *deciſ.* 499.
& fuit dictum in una *Florentina iuriſpatronatus* 28. *Maii
1599. coram Iuſto.*

Quarè, ſupradicta Clauſula, in caſu præſentationis, in
qua concurrunt omnia requiſita; adeò quod nihil illi obiici
poſſit, ſimuſque proindèque in caſu, quo debeat admitti,
importat admiſſionem, idem Seraph. *d. deciſ.* 499 *numer.* 2. &
ſic non operatur diſpoſitionem conditionalem, Mart. *de
clauſ. clauſ.* 245. *n.* 4. Joan. Aloyſius Ricc. *in ſuis collectan. de-
ciſ. p.* 2. *collect.* 399. *in fin.* idem Addit. ad Ludoviſ. *d. nu.* 12. di-
cens, quod Clauſula prædicta importat admiſſionem, qua-
tenus de jure ſit locus admiſſioni, ac rejectionem, quatenus
de jure non ſit admittenda, idem Menoch. *conſ.* 174. *num.* 31.
idem Mart. *p.* 1. *clauſ.* 362. *nu.* 4.

Quid autem, ſi Superior, coram quo facta eſt præſenta-
tio, non admiſit præſentationem, eam videlicet reiiciendo,
ſi dicens, *Non recipio, vel non admitto talem præſentatio-
nem*; numquid patroni, ſtante hujuſmodi denegatione
admiſſionis de eo, qui præſentatus eſt, teneatur alium præ-
ſentare? Et quidem Roch. de Curte *de iurepatron. verb. ho- 5
norificum, quæſt.* 46. tenet, quod non; quia ſi poſtea conſta-
vit coram Judice appellationis, hujuſmodi præſentationem
fuiſſe legitimè factam, ille, qui fuit legitimè præſenta-
tus, inſtitui debebit, per not. *in cap. paſtoralis, eodem ti-
tulo*, idem Vivian. *in dict. prax. lib.* 10. *cap.* 5. *per tot.* Ab-
bat. *conſil.* 28. *par.* 2. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 72.
num. 167. Cum etenim nulla adſit patronorum culpa, ſeù
negligentia, debet præſentatus, contra Superiorem, qui
præſentationem hujuſmodi admittere recuſavit, agere, ut
ſibi reficiat damna, & expenſas, & talis præſentatus poteſt
recurrere ad Papam pro obtinenda ipſius beneficii proviſio- 6
ne, ut in dicto *cap. Paſtoralis*, Lambert. *de iurepatronat. lib.
2. p. 2. q. 8. art.* 2.

Modus autem, ut præſentatus, ac ſine cauſa rejectus, poſ-
ſit conſequi inſtitutionem, ſicut paſſim practicatur, datur à
Lambert. *eod. tract. p.* 2. *lib.* 2. *art.* 17. *fol. mihi* 2. ubi, quod
præſentatus per viam querelæ, adeat Superiorem degentis 7
inſtitue-

inſtituere, ac petat, ut illum compellat ad inſtituendum, per
not. in cap. ex parte, de conceſſ. præb. per quod Archiepiſcopus
Superior, non modò poteſt Epiſcopum ad id compellere, ſed
etiam ipſe inſtituere: quia terminus hominis ſuccedit termi-
no juris.

Hæc autem querela accipitur pro omni remedio, per
quod quis recurrit ad Superiorem per viam gravaminis, ut
eſt text. in leg. ab eo, & ibi gloſ. ver. querelam, Cod. quom.
& quand. Iud. & competit iſta querela, ubicumque Judex
retardaret circa expeditionem cauſæ: nam tunc ab iſta
retardatione non poteſt appellari, ſed poteſt exponi quere-
la Superiori, prout exponit Bald. in leg. fin. §. illud, Cod.
de appell. Marant. in ſpec. iud. par. 6. tit. & quandoque appel-
latur, num. 114. & 119. & idem dicit Abb. in cap. cum in iu-
re, de iurepatr. id. Vivian. lib. 11. cap. 3. num. 3. qui num. ſeq.
ait, ita etiam ſervandum eſſe, quando Capitulum debet inſti-
tuere, quia ſi malitioſè ſpernit, fit recurſus ad Epiſcopum, qui
Capitulo terminum præfigat, & eo elapſo, ipſe Epiſcopus in-
ſtituet, & ſic gradatim, &c. Guttier. de iur. confirm. par. 3. cap.
13. num. 8. Zerol. in prax. Epiſ. par. 1 §. 6. dub. 3. Idem Barb.
d. alleg. 72. num. 95. & alias Rota in una Feltren. Canonica-
tus 5. Decembris 1603. coram Orsembergo, reſolvit, quod ut
8 poſſit appellari a retardata, ſeù denegata inſtitutione, &
negligentia requiritur trina interpellatio, & iterum in una
Caraguritana iuris ingrediendi 28. Aprilis 1580. coram Se-
raphino.

Verum concludit hic Garc. in add. ad p. 11. c. 4. num. 1 ſui
tract. de beneſ. quod non requiritur ad ipſa trina interpella-
tio, ſed una tantum ſufficit ad conſtituendum Judicem in
mora, ſeu negligentia, a qua rectè poſſit appellari, ex DD. ibi
per eum allegatis: ex quibus comprobat, quòd ſupradicta
trina monitio procedit ex abundanti, & ad cautelam: cum
de jure ſufficiat ſemel requirere Judicem, l. Titia Seio, §. uſu-
ras ff. de leg. 2. & l. mora, ff. de uſur. & ad c. 1. de ſuppl. neglig.
Prel. verius tamen videtur, ac tutius, ut trina interpellatio
præcedat ad effectum prædictum, prout plures ſervatum vi-
dimus.

Quarè perperam quidem Archiepiſcopus, ad quem fue-
rat pro parte præſentati, & ab Epiſcopo rejecti; appella-
tum, proceſſit vigore prædictæ ſimplicis appellationis ad
inſtitutionem: cum ex ſupradictis debuiſſet prius præfigere
Epiſcopo competentem terminum ad inſtituendum eum-
dem præſentatum: cum denegata inſtitutio, ſeù negligen-
9 tia non præmatur, niſi probetur, leg. 3. §. ſi ad diem, de
re milit. Affl. ct. dec. 13. numer. 28. Biſignet. dec. 1. de dol. &
contum. & hoc modo utitur Rota, quæ admittere conſue-
vit, Judicem etiam per trinam interpellationem, conſtitui
in mora, ad effectum, ut poſſit appellari, & negocium devol-
vatur ad Superiorem, Felin. in cap. poſtulaſti, de for. compet.
Dec. in cap. ex parte 2. poſt Abb. de appell. Serap. dec. 145. n.
3. & 4.

10 Et notat Cancellaria Apoſtolica, quod ſi præſentatus à pa-
trono petiit ſe inſtitui ab Epiſcopo, ſeù ejus Vicario, & ille
noluit ab inſtituere, ac propterea acceſſit ad Metropolitanũ,
qui inſtituit eum, quòd talis inſtitutio debet infici, quia non
poteſt in Diœceſi ſuffraganei ſe interponere, niſi in caſu ne-
gligentiæ; undè debuit remittere ad ſuffraganeum, ut inſti-
tueret eum, non autem inſtituere: quia juriſdictionem non
habet, niſi in dictum eventum, &c. niſi eſſemus in caſu
appellationis ad Metropolitanum; quia tunc poſſe declarare
eum inſtituendum, ut in notabilibus ejuſdem Cancellariæ, fol.
mihi 189. à terg.

Aut idem præſentatus, attenta ſua valida præſentatione,
petat, ut ſupra dictum eſt, à Summo Pontifice inſtitutionem
11 ſeù proviſionem, quę locum obtinet inſtitutionis; prout ſępè
fieri conſuevit, teſte Mand. reg. 33. q. 7. num. 10. circa med. ubi,
quòd Romanus Pontifex eſt adeundus, ſi Epiſcopus renuat
inſtituere, juxta tex. in cap. nullus laicus, de iurepatr. aut recu-
ſet præſentationem admittere, Lotter. de re benef. lib. 2. qu.
13. num. 63.

Et ſic dicendum erit, pro ſumma hujus rei, Archiepiſcopũ,
Epiſcopo recuſante, poſſe inſtituere; quippè qui in pluribus
caſibus poteſt Epiſcopi negligentiam ſupplere, c. paſtoralis,
de offic. ordin. cap. cum ſimus debitores, 9. q. 3. Paul. de Citad.
in tract. iuriſpatr. in 6. parte, q. 7. in fin. quia per negligentiam
12 Epiſcopi, circa id, quod facere tenetur, devolvitur juriſdictio
ad Archiepiſcopum, §. notoria, de cenſ. in 6. namque inſtitu-
tio præſentatorum ad beneficia eſt actus meræ juſtitiæ, &
neceſſariæ juriſdictionis, ut dicit Abb. in c. ex frequentibus,
num. 6. de inſtit.

Undè optima eſt diſtinctio Lotter. par. 2. quæſt. 23. nu-
mer. 61. qui conſulit tam præſentato, quam præſentanti,
ut eo caſu, quo Epiſcopus differt ſine cauſa inſtituere præ-
ſentatum, aut nolit præſentatum ipſum admittere, ut ap-
pellet; ſi expreſsè rejiciatur: cum non ſit in poteſtate ha-
bentis inſtituere, tollere juſtitiam præſentationis, aut re-
ſpectu præſentantis, aut reſpectu præſentati; vel ſi non ex-
preſsè rejiciatur, ſed ſimplici dilatione fruſtretur, Supe-
riorem adeat per viam querelæ, ut dictum eſt, qui eundem
compellat ad inſtituendum, vel obtineat à Papa proviſio-
nem; aſſerendo, ſe à patronis præſentatum: quodque
ſi procedatur per viam querelæ, cui tunc eſt locus, quando
nullum gravamen poſitivè ſupponitur, ſed tantùm ex ne-
gligentia, & mora, poterit Superior præfigere terminum
Epiſcopo, intra quem, ſi nolit inſtituere, tunc ipſe loco
ejus inſtituet. Quod ſi procedatur per viam appellationis à
gravamine poſitivè illato, ſivè quia expreſsè ſit denegata
inſtitutio, ſivè quia ter ſolemniter requiſitus, obſtinatè di-
ſtulerit, tunc dicit, hanc facultatem devolvi in Iudicem,
ad quem, cum appellationis effectus ſit, ut negocium, pro
quo eſt appellatum, devolvat, & licèt hæc facultas inſtituen-
di videatur conceſſa Auditoribus Rotæ ex commiſſione
Papæ ſuper negotio principali, qui propter ea poſſunt inſti-
tuere juxtà terminos Clem. Auditor, de reſcript. illa tamen
non tranſit ad alios Delegatos, qui non aliter poſſunt eorum
ſententiam concipere, quàm remittendo præſentatum ad
Ordinarium, ut ipſe eum inſtituat, & ſic loquitur Mantic.
decіſ. 231. num. 3. in qua non obſtare viſum fuit, quòd Ar-
chiepiſcopus Tranen. non potuerat inſtituere præſentatum,
ex eo, quod Clemen. Auditor, de reſcript. habet tantum-
modò locum in Auditoribus Rotæ, quia Archiepiſcopus
præſentatum non inſtituit, ſed ſolum pronunciavit, præ-
ſentatum, fore, & eſſe inſtituendum, & inveſtiendum;
prout inſtitui, & inveſtiri mandavit, quod fieri permiſſum eſt
cap. ſuper eo, de off. deleg. ut fuit dictum in una Mediolan.
Parochialis 16. Martii 1588. coram Cardinale Platto, & in
una Aretin. Capellaniæ, die 4. Iulii 1603. relatis per eun-
dem Lott. loc. cit. n. 71.

Tamen teſtatur Garc. de benef. p. 5. cap. 8. nu. 103. ſerva-
ri in praxi, quod ſemper Delegati a Nuncio in cauſis Capel-
laniarum, & beneficiorum juſpatronatus, in gradu appella-
tionis, faciunt inſtitutionem, & collationem; quæ praxis
poteſt ſalvari, & ſuſtineri, ex clauſulis commiſſionem, cum
incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, & Nun-
tius Hiſpaniarum, qui mittitur cum poteſtate Legati de La-
tere, Garc. de benefic. p. 5. cap. 3. nu. 81. dando commiſſio-
nes, præſertim in gradu appellationis ſemper adjicit ſupra-
dicta verba, cum incidentibus, dependentibus, &c. ſicut fa-
cit ipſe Papa, cum ſe debeat conformare ſtylo Sedis Apoſto-
licæ, videlicèt, ſtylo, quem ſervat Papa, licèt non illi, quem 13
ſervat Cancellaria Apoſtolica in expediendo; quia Legatus
non ſubjicitur regulis ejuſdem Cancellariæ, quæ concernunt
modum expediendi, ſicut neque ſubjiciuntur expeditiones; 14
quæ tranſeunt per Cameram, ut notum eſt omnibus Curia-
libus, & teſtatur Gamb. de auth. Leg. a lat. lib. 6. nu. 116. fol.
mihi 30.

Ex hac igitur Romanæ Curiæ obſervantia, nonnulli te-
nuerunt, quod vigore ſupradictæ Clauſulæ, cum incidentibus
&c. Delegatus per Summum Pontificem ad hanc hujuſmodi
cauſam, poſſit etiam procedere ad inſtitutionem præſentati,
quod tamen non videtur tutum.

Subſequenter verò, præſentatus pro perfectione ſuæ pre-
ſentationis, cujus acceptatio eſt adeò neceſſaria, ut ſine ea præ-
ſentatus non acquirat rem, Sarnen. regul. non tol. jur. quæſ. 15
quæſt. 1. num. 13. nec ſufficit ſcientia præſentati ſine illius ac-
ceptatione; aliàs enim dici non poteſt præſentatio, ſed potius
quædam nominatio, idem Sarnen. loc. cit. num. 14. Calder.
conſil. 9. de iurepatr. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 15. ſub num.
1. verſic. necnon requiritur præſentatio, quod ſi intra tem-
pus datum ad præſentandum non acceptaverit, poterit patro-
nus alium præſentare, ut infra dicetur; & non præſentando,
beneficii collatio devolvitur ad Superiorem; quia cum acce-
ptatio ſit pars præſentationis, reputatur unicus actus, Lam-
ber. de iurepatr. p. 1. lib. 1. art. 21. num. 5. fol. 708. nec tamen re- 16
quiritur acceptatio ad partem, ſi præſens; quia cum ſe tunc
præſentari ferat, intelligitur conſentire, & acceptare, nec
aliud requiritur, Lap. allegat. 8. circa med. Card. in cap. fin. col.
alt. eod. tit. qui ibi etiam dicit, quòd eo ipſo, quòd quis patitur
præſentari, intelligitur conſentire, & hæc eſt communis
praxis.

De

De præſentato autem abſente, aliud dicendum eſt, quia non cenſetur præſentationem de facto acceptaſſe; niſi infra tempus datum ad præſentandum illam acceptet, ſive per ſe, ſivè per procuratorem, ſpeciale mandatum habentem ad acceptandum, Garc. *de benef. p. 4. cap. 2. nu. 21.*

Nec proindè, ſi quando præſentatur abſens, Notarius conficiendo inſtrumentum præſentationis, dicat, *coram me Notario, pro eo acceptante, & ſtipulante, &c.* cenſetur facta acceptatio præſentationis, quia talis ſtipulatio nihil prodeſt in hac materia, licèt operetur quoad alios actus, veluti etiam in donatione ipſius juriſpatronatus, quæ valet facta abſenti per ſtipulationem Notarii, & eſt perfecta, nam Notarius, tanquam ſervus publicus, poteſt ſtipulari, & acquirere abſenti, prout comprobat Vivian. *lib. 4. cap. 4. nu. 60. & 63.* & ſufficit ratihabitio illius, cui per ſtipulationem acquiritur, licèt non expreſſa, & tantummodo tacita, ſi ex factis conjici poſſet, nam ex ſcientia rei favorabilis inducitur, Cavaler. *dec. 12. nu. 6. & 7.*

Et ſic talis præſentationis acceptatio non ſufficit, etiam ſi fiat à parte pro filio, vel à conſanguineo pro conſanguineo, cum omnino fieri debeat per ipſum præſentatum, aut ejus procuratorem ut ſupra dictum eſt. Quod intelligitur, tam de jurepatronatus laicorum, quam Eccleſiaſtico, idem Lambert. *d. par. 2. lib. 2. art. 2. q. 5. princip. fol. 789.*

De qua quidem acceptatione debet conſtare per literas, vel per procuratorem, quod ſufficere dixit Rota *in una Regien. Prioratus*, quam refert idem Garc. *loc. cit. num. 23.* ubi, quod acceptatio requiritur intra quadrimeſtre, tanquam pars præſentationis, cum ante illam præſentatio non ſit perfecta; & ſi præſentatus non acceptet ſuam præſentationem, competit patrono integrum tempus ad præſentandum; eique proindè non poteſt adſcribi aliqua culpa, aut negligentia, quæ faciat devolvere beneficii collationem ad Superiorem, ſtante priore præſentatione, infra legitima tempora facta, per tex. *in cap. ſi electio, de elect. in 6.* Vivian. *in prax. lib. 7. cap. 4. nu. 30.* ſicut etiam dicimus, quod novum tem-
19 pus curit patronis ad præſentandum à die obitus præſentati, nundum inſtituti, idem Vivian. *loc. cit.* quod tempus adeò novum eſt, ut nullo modo in eo computetur pars primi ſemeſtris, ſeù quadrimeſtris; ſicut etiam eveniet, ſi præſentatus, poſtmodum ſuæ præſentationi renunciet ante inſtitutionem, vel ante eam obiérit, Lambert *de jurepatr. li. 2. par. 2. q. 1. art. 17.* ubi, quod patronis currit novum tempus à die, quo præſentatus noluit conſentire præſentationi de ſe factæ, vel à die, quo illam, quam acceptaverit, renunciet, *d. cap. ſi electio*, quod paſſim ſervari vidimus in facti contingentia; illius enim verba hæc ſunt, *ſi electio ex eo non ſortitur effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum renunciet iuri ſuo, aut fortè diem claudit extremum, ſeu propter occultum ejus vitium irritatur, electores, qui jam fecerant quod ſpectabat ad ipſos, infra juris terminum eligendo, habebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac ſi vacatio nova eſſet, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam; dummodo nil fraudulenter egerint in præmiſſis*, qui quidem tex. licèt loquatur de electione, extenditur tamen ad præſentationem, etiam infrà dicetur.

Poſt verò factam præſentationem, & præſentati acceptationem, ſunt expediendæ literæ edictales, ſervata forma *ca. fin. de elect. in 6.* ibi, *Vocationem autem hujuſmodi nominatim, ubi eſt coelectus, vel apparet oppoſitor, aliàs generaliter in Eccleſia, in qua electio facienda eſt, ut ſi qui ſint, qui ſe velint opponere, compareant, aſſignato peremptorio termino competenti, faciendam eſſe cenſemus. Quæ etiam electio, ſi in concordia celebrata fuerit, volumus obſervari.*

20 Qui quidem text. ut omnes DD. uno ore fatentur, habet locum etiam in præſentatione, quicquid dicant contrarium ſentientes, præſertim Bellam. *dec. 619.* ubi, quod *cap. fin. de elect. lib. 6.* quod loquitur in electionis confirmatione, non habet locum in inſtitutione, quæ ſequitur præſentationem; Id enim omninò tollitur, etiam ex gloſ. *in d. cap. fin. in verbo electione*, in qua dicitur, quod etiam ille, cui fit præſentatio, tenetur ſervare formam hujus decretalis, & quod ſic ſervatur, tradunt Gemin. *in d. cap. fin. col. 4. in verbo, in eadem gloſ.* Lambert. *de jurepatr. p. 2. lib. 2. art. 2. 6. qu. princ. num. 1. fol.* 802.

Quæ quidem omnia, ita demum procedere ſciendum eſt, quatenus proviſio beneficii juriſpatronatus non fiat per Summum Pontificem, puta per reſignationem ad favorem, aut per obitum, ſivè quocumque alio modo vacet, quo ipſe Pontifex providere in ſuis caſibus conſuevit, prout dictum eſt, tunc enim, quia hujuſmodi proviſiones Apoſtolicæ ſuccedunt loco inſtitutionis, ceſſant profectò cauſæ con- 21
ſideratæ in *d. cap. fin. de elect. in 6.* ut per eundem Lambert. *d. p. 2. lib. 2. q. 6. art. 3.* quem refert ad id Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 13. num. 41.* & ſic videmus, quod in caſibus prædictis non habet locum diſpoſitio dicti *ca. fin.* in beneficiis juriſpatronatus, tam ipſius Urbis, quàm extra eam, in proviſionibus Apoſtolicis.

Quod non modò ſcimus procedere, quando ipſe Pontifex providet in forma gratioſa, verùm etiam in forma, *Dignum*, nam in neutro caſu requiritur citatio aliqua.

Ratio enim eſt, quia in proviſionibus Apoſtolicis de beneficiis juriſpatronatus, ſivè laicalis, ſivè Eccleſiaſtici, non proceditur per viam confirmationis, quod tantum habet locum in Epiſcopo, qui præſentationem patronorum debet confirmare, ipſum præſentatum inſtituendo, ut per Abb. *in cap. nihil, de elect.*

Quarè in propoſito ait Lotter. *ſupradicta quæſtione, q. 13. num. 31.* circa appoſitionem hujuſmodi edicti, id neque requiri in caſibus præmiſſis, etiam ſi litteræ Apoſtolicæ fuerint ſuis Executoribus directis, cum Clauſula, *Verificato prius coram Ordinario, jurepatronatus ex fundatione, vel do-* 22
tatione; tunc enim ſufficit ſimpliciter verificari juſpatronatus ad præſcriptum Concilii Tridentini, *ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* omiſſis requiſitis *d. cap. fin.* ac proindè non eſt neceſſaria appoſitio edicti, ut fuit dictum in una *Romana Capellaniæ coram Cantuccio*, quæ eſt *dec. 21. num. 3. p. 2. diverſ.* ubi habetur, non obſtare, quod Exequutor, ſtante Clauſula, *Verificato in primis, & ante omnia, jurepatronatus*, poſita in litteris ſibi præſentatis, non ſervaverit formam *cap. fin. de elect. in 6.* quæ procedit etiam in præſentationibus, cum non poſuit edictis, Capellaniam contulerit, quia fuit reſponſum, diſpoſitionem *d. cap. fin.* non procedere in eo caſu; cum illa locum habeat tantùm in confirmatione electi, vel præſentati.

Quinimo id etiam procedit, cum Ordinarius non ex vi præſentationis confert beneficium juriſpatronatus, quando videlicèt illius collatio ad illum devolvitur, ex eo, quod patroni infra legitima tempora non præſentarunt beneficia- 23
tum, tunc enim neque requiritur appoſitio edicti, quia non ſervatur forma *d. c. fin. de elect. in 6.* quod pro forma requirit edictum, ſed facta ad Ordinarium devolutione de dicto beneficio, ceſſat illius diſpoſitio, quia liberè confert, nulla habita ratione juriſpatronatus, & ſequitur illa communis concluſio, quod diſpoſitio ſupradicti tex. non eſt ſervanda in collatione Ordinarii, quod comprobat idem Vivian. *in d. prax. lib. 9. cap. 1. nu. 8.* nam licèt beneficium fuerit juriſpatronatus, ſi tamen illius collatio devolvatur ad Ordinarium, ipſe illud pro ea vice liberè confert.

Quarè, licèt proviſiones Papæ videantur ſuccedere loco inſtitutionum, ut aliàs diximus, nihilominus potius dicuntur proviſiones, quàm inſtitutiones, præſertim verò, quia ipſe Papa habet plenitudinem poteſtatis, nam licèt id videatur tantummodò procedere in electionibus Dignitatum, in quibus non eſt neceſſaria alia citatio, ut in *c. cupientes, de elect. in 6.* & in aliis caſibus relatis à Lambert. *d. par. 2. lib. 2. art. 13. fol. 816.* nam licèt illud inducat formam, ut ibi, *viribus omnino carere, ipſaſque decernimus irritas, & inanes*, nihilominus iſta forma, tanquam per Principem inducta, non cenſetur eidem Principi præſcripta, Gonz. *conſ. 101. nu. 20. verſ. ita quia*, Menoch. *præſumpt. 44. num. 16.* Lotter. *d. lib. 2. q. 39. num. 25.*

Prout neque ejuſdem *cap. fin.* diſpoſitio afficit ipſum Papam in beneficiis juriſpatronatus in Urbe exiſtentibus, in 24
eorum vacationibus, quandoquidem quomodocumque illa vacent, nunquam ſervatur hæc ſolemnitas apponendi edictum, ſicut apponendum eſt extra Urbem; quia facta præſentatione ad beneficium juriſpatronatus prædictæ Urbis, videtur inſtitutio poſtmodum in ipſo beneficio facta à Summo Pontifice, cujus præſentia, & certa ſcientia purgat omnem ſuſpicionem, quapropter non eſt neceſſe, ut ſerventur ſubtilitates juris, præſertim *d. cap. fin. de elect. in 6.* Bald. *in l. reſcriptum, in 3. col. C. de precib. Imper. offer.* ubi quod in Conſiſtorio Principis non curatur de ſubtilitatibus juris; quia ibi attenditur magis veritas, quam judiciorum ritus, & ideò dicimus, quod coram Principe ordo juris non ſervatur, *cap. ad petitionem, de accuſat.* id Bald. *in l. fin. C. de legib.* Innocen. *in cap. in cauſis, de jud. & in cap. 1. de lit. conteſt.*

cum aliis adductis per Pariſ. *de reſign.benef.lib.12.q.3.num.44.& 45.*

Et cùm aliàs ego fuiſſem præſentatus ad ſimplex beneficium juriſpatronatus familiæ de Manſinæis in Eccleſia S. Martini de Urbe, ac petiiſſem apponi edicta pro ſervanda forma prædicti *cap.fin.* dixit mihi bo.me. Cæſar Fidelis Epiſcopus Salonien. Vicesgerens Eminentiſſimi Vicarii Urbis, quod id non requirebatur in Urbe, ſubdens, quod iſta praxis maximè pro junioribus non erat ſpernenda; à quo fui in dictu beneficio inſtitutus.

Alia inſuper ratio adduci poteſt; nempè quia cum edictorum affixio ſit de ſolemnitate actus, clarum eſt, Papam ſupplere omnem ſolemnitatem Rota *deciſ.235.in noviſs.* nec major ſolemnitas adhibenda eſt, præter præſentiam Papæ: maximè cum ipſe non ligetur conſtitutionibus juris poſitivi, ipſaſque ſolemnitates poteſt tollere, & ſupplere, ut per Rodoan.*de reb.Eccl.non alien.q.45.nu.3.cum plurib.ſeqq.* & in una *Romana juriſpatronatus 15. Martii* 1630. quæ eſt 362.*nu.*18.*diverſ.p.5.in recentior.* fuit dictum, quod in caſu, de quo agebatur, ceſſabat objectum, cum in Urbe non ſervetur hæc ſolemnitas edictorum, prout aſſerebatur etiam à Reverendiſſimo D. Viceſgerente in inſtrumento inſtitutionis cujuſdam Dominici, & Notarii, fori Eminentiſſimi Vicarii Urbis, idem depoſuerunt.

Inſuper, neminem latet Curialium, pluries Summos Pontifices conceſſiſſe Eccleſiarum, ac beneficiorum erectiones, etiam ad Oratorum inſtantiam, cum reſervatione juriſpatronatus; conditione in eis adjecta, ut nemini, præter Papam liceat in eorum vacatione, poſt debitam coram Ordi-

25 nario factam præſentationem in illo beneficio præſentatum inſtituere, ſicque ſibimet Pontifex hanc ſibi, & non alteri reſervando facultatem; quarè certum eſt, tunc edicta hujuſmodi non requiri, prout etiam inferius patebit; licèt poſtmodum ipſe Papa non per viam inſtitutionis, ſed proviſionis, & collationis procedat.

Præterea, etiam in erectionibus, ordinaria authoritate factis, quandoque vidimus, fundatores cum hujuſmodi reſervatione juriſpatronus, diſpoſuiſſe, ut Summus ſolum Pontifex poſſit in eodem beneficio præſentatum inſtituere. Quandoque verò, quod illius inſtitutio non debeat ad Epiſcopum, ſed inferiorem Prælatum ſpectare, tanto igitur

26 magis, quod debeat ſpectare ad Papam, licèt hodie ipſis Inferioribus non poſſit inſtituendi facultas reſervari, refragante, Concil.Trid.*ſeſſ.14.cap.12.in fin.* ibi, *in cauſa autem fundationis, aut dotationis, hujuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori reſervetur, & cap.13.ead.ſeſſ.* ubi voluit non licere patrono cujuſvis privilegii prætextu, aliquem ad beneficia ſui juriſpatronatus, niſi Epiſcopo loci Ordinario, ad quem proviſio, ſeù inſtitutio ipſius beneficii ceſſante privilegio, jure pertinet, quoquomodo præſentare, aliàs præſentatio, & inſtitutio forſan ſequutæ nullæ ſint, & eſſe intelligantur.

Undè, licèt fundator de conſenſu Ordinarii poſſit in limine fundationis apponere quaſcumque conditiones, etiam contra jus, attamen poſt dictum Concilium expreſsè prohibens reſervari Inferiori hanc inſtituendi facultatem, non poteſt, neque cum dicto conſenſu Ordinarii illa dicto Inferiori reſervari, nam inferior non poteſt actum Superioris deſtruere, *c.cum inferior, de maior.& obed.cum ſimil.* quamvis nonnulli contrarium tenuerint.

Aliæ verò fundationes ante Concilium hujuſmodi factæ, cum ſimili conditione, non ſunt per *d.Concil.* ſublatæ, idem Vivian.*lib.9.cap.1.nu.11.& lib.12.cap.3.nu.14.*& Sacr. Congregatio ejuſdem Concilii ſuper *d. cap.13.* alias ita declaravit, *Hoc decretum loqui de juribus patronatus de novo erigendis, nam in illis factis ante Concilium, ſi præſentatio ex eorum inſtitutione non Epiſcopo, ſed alteri facienda erit, nihil innovatur. In exemptis Eccleſiis non poteſt reſervari inſtitutio alteri, quàm Epiſcopo; niſi Rector illius loci fuerit Ordinarius, ordinariaque fungatur juriſdictione.*

Tamen poſt Concilium, non ſemel viſum eſt, per Summos Pontifices hanc inſtituendi facultatem Inferioribus Ordinario fuiſſe reſervatum, cum Papa contra decreta ejuſdem Concilii, ad ſui libitum diſponat, ad favorem tamen patronorum laicorum, quibus indulgere ſolet, quantum fieri poteſt, ne retrahatur à fundatione Eccleſiarum, & beneficiorum, ſed potiùs invitentur ad conſtruendas, & dotandas Eccleſias, Genuen.*in prax.Curiæ Archiep.Neap.cap.82.num.1.* Pariſ.*de reſign.benef.lib.11.quæſt.13.num.81.* Vivian.*in dicta praxi lib.7.cap.2.num.12.*

Hinc autem in propoſito propoſitionis edicti; de quo 27 paulò ſuperius dictum eſt, cum agitur de beneficio juriſpatronatus à primæva illius erectione vacante, videndum eſt in praxi, an adhuc requirantur prædictæ litteræ edictales, ſicut in aliis illius futuris vacationibus, quæ ſubjacent formæ prædicti *cap.fin.de elect.in 6.*

Et videtur negativè reſpondendum; quia hujuſmodi litteræ, ideò requiruntur, ut evitentur fraudes, ut habetur in *d. cap.fin.* ex quo conſtat tunc præponi debere edictum, quando præſentatio fit in diſcordia, & poſtquàm Lambert. *d.p.2. lib.2. art.8. q.6. princ. fol.* 807. multa adduxit pro contraria ſententia, tandem in fine concludit, non procedere in caſu præſentis creationis, & novæ erectionis beneficii; quia, cum viveret fundator, vel illi, quos dict. fundator voluerit eſſe patronos, & fieret præſentatio de eo quem patronus voluit eſſe primum beneficiatum, vel de alio notoriè bono, & idoneo, hoc caſu diceret ipſe, appoſitionem edicti omitti poſſe, cum ceſſent omnes rationes ſupradicti text. quia in concordia apparet facta præſentatio, & opponi non poteſt, cùm illius habet omnimodam notitiam; Et ſic quando ſumus in prima præſentatione, quæ fieret per primos patronos, qui in fundatione voluerunt, talem eſſe præſentandum, quia tunc conſtat de juribus præſentantium, & de meritis præſentati, & licet text. *in d. cap.fin.* dicat apponendum eſſe edictum etiam in concordi præſentatione, tamen in ſupradicto caſu ceſſat omnis ratio impulſiva, & finalis; quarè, ceſſante ratione, ceſſat ejus diſpoſitio: & iſta citatio per edictum in iſto caſu non erit de ſubſtantia, & forma, ut in *cap.cum ceſſante, de appellat.* ità ipſe Lambert.*d.p.2.lib.2.art.13.fol.*815.

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia verior eſt, tanquàm in praxi recepta ex omnium Curiarum Eccleſiaſticarum communi obſervantia, nempè, quòd etiam in vacatione à primæva erectione, & inſtitutione beneficii juriſpatronatus requirantur litteræ edictales; quòd quidem non modo elicitur ex eodem *cap.fin.* verum etiam id ibi expreſsè habetur, dum Summus Pontifex mandat ibi fieri citationes per edictum, etiam ſi electio fuerit in concordia celebrata; & dum Jo: Andr. *in d.cap.fin.* quærit, cur debeat fieri vocatio, quando electio fit in concordia, reſpondet, quod licèt ſit concors, nihilominus poteſt habere oppoſitorem, & ille tunc eſſet citandus citatione ſpeciali, *cap.indemnitatibus, §.cæterum, eod.tit.&c lib.* aliàs ſi non appareret, fieret citatio generalis per edictum.

Prout dicendum eſt, ſi idem beneficium juriſpatronatus de proximo vacavit, in illiuſque vacatione, omnes ſolemnitates ad præſcriptum *d.cap.fin.* ſervatæ fuerunt, ità quòd jam conſtat, præſentantes fuiſſe patronos, & in quaſi poſſeſſione præſentandi, præſentatum verò idoneum, nullumque adeſſe coelectum, ſeù competitorem, aut compræſentatum, quia nihilominus requiritur edictum; poſſet enim eſſe, quod interim aliquis reperiſſet aliqua jura, ut contradicere poſſet, & ſi citaretur, illa produceret, aliàs non, idem Lambert. *d.p.2.lib.2.art.13.nu.1.fol.*814.

Et quoties in facti contingentia fui de hac re conſultus, ita reſpondi, innixus rationi ejuſdem tex. cum ex eo ſatis liqueat requiri hujuſmodi edictum quocumque modo vacatio contingat; nec aliquid diſtinguitur circa hujuſmodi edicti propoſitionem; at proindè, quod lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *vulg.l.ſi ſervum, §. non dixit prætor ff.de acquir.hæred.* Dec. *conſ.*298. *ante num.4.* Si etenim *Bonifacius VIII.* qui hanc edidit decretalem, id voluiſſet, utique expreſſiſſet, *cap.ad audientiam, de decim.c.inter corporalia, de transl.præl.*

Et aliàs in erectione perpetui ſimplicis beneficii juriſpatronatus laicorum familiæ de Antaldis per Epiſcopum Aſculanum in Parochiali Eccleſia S. Tryphonis, cum aſſignatione cujuſdam territorii pro dote ejuſdem beneficii, conſultus ego ab eodem Epiſcopo, an ex illa primæva erectione, requireretur appoſitio edicti pro obſervantia formæ *d.c. fin. de elect.in 6.* reſpondi, illam requiri; dictoque edicto affixo, comparuerunt in termino nonnulli, qui produxerunt nonnulla ſcripturas in publica forma, per quas compertum extitit, prædictum territorium ſic pro dote beneficii aſſignatum fuiſſe fideicommiſſo, nonnulliſque aliis oneribus obnoxium; undè, re per dictum Epiſcopum examinata, ac diligenter diſcuſſa, & cognita, coactus eſt prædictam erectionem denegare.

Quarè, his ſic præmiſſis, etiam in caſu primævæ hujuſmodi

modi erectionis ab Ordinario factæ, neceſſariò exiſtimo ſolemnitates in *d. cap. final.* circa propoſitionem prædictarum literarum edictalium, nè præſentatus, ob non ſervatam hujuſmodi formam, eventum rei, fortunæ demandet; quandoquidem ſi quis præſentatus, non præpoſitis litteris edi-
28 ctalibus, ſcienter fuerit inſtitutus, non obſtante ipſa Superioris inſtitutione, ſi adminiſtret incurrit pœnam, *cap. avaritia, de elect. in 6.* & ſi eſt privatus omni jure, ipſoque jure; ideò quod nec electio, nec præſentatio de ſe facta tenebit, quatenus fuerit de Dignitate, ſi verò de inferioribus beneficiis, aliter erit privatus omni jure quæſito; quod per extenſum videri poteſt penes eundem Lambert. *d. p. 2. lib. 2. artic. 12. fol.* 814. (licèt non proptereà annulletur ipſa præſentatio, quæ poſtquam eſt legitimè facta, ſemper valida remanet; prout nec minus afficit quaſi poſſeſſionem præſentandi, Lap. *alleg. 8. col. fin.* ubi id aſſerit, ubique obſervari, & practicari Abb. *in c. poſtquam, in 3. not. de elect.* Imol. *in Clem. 2. verb. præſentare, de jurepatr.*)

Quinimmò, non modo erit nulla Inſtitutio ſine prædicti edicti appoſitione, verùm etiam ſi illa fuerit facta intra terminum edicti, Jo. Aloyſ. Ricc. *in pra[...]ſori Eccl. dec.* 161. ubi, quod duo requiruntur, ut inſtitutio nulla cenſeatur, quorum Primum eſt, quod litteræ edictales intra terminum competentem, in eis à Judice præfixum, fuerunt amotæ, Secundum, quod ubi patroni ſunt certi, debent nominatim, & in ſpecie, non autem per edictum citari, Vivian. *li. 10. p. 2. nu. 20.*

Verùm ubi eſt contrarius uſus, ſcilicèt non citandi alios certos patronos ſpeciali citatione, ſufficit ſola citatio generalis per edictum, prout ſervatur in aliquibus Hiſpaniarum partibus, teſte Garc. *de benefic. par. 9. capit. 4. num.* 2. & Marius Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 55. numer. 5.* ubi, quod de ſtylo Curiæ Epiſcopalis Papienſ. ſolet affigi litteræ edictales, etiam ſi extent certi adverſarii, Cavalc. *deciſ. 10. num. 64. par.* 3. & ita etiam de conſuetudine ſervatur in Curia Archiepiſcopali Neapolit. & in quibuſdam aliis locis.

29 Nec proptereà omittendum putavi, quòd ſæpè in dubium vidimus revocari, numquid videlicet, valeat ſupradicta inſtitutio abſque appoſitione edicti in Eccleſiis, in quibus talis viget conſuetudo? Hanc quæſtionem movet idem Lambert. *dict. par. 2. lib. 2. artic. 14. 5. quæſt. princ. fol.* 817. (Hunc authorem etiam cum appoſitione numeri paginalis allegari poſſe videtur, ne lector, ſicut, & ego, in illius locis conquirendis, patientiam amittat, & tempus erat) ibi enim ait, quod ſi adſit, conſuetudo poteſt electiones, vel præſentationes non eſſe in aliquo loco, ponendi edicta inſtitutio, ſeù confirmatio valet, ad not. per DD. *in dict. cap. fin.* quia cum illius proviſio ſit de jure poſitivo, non eſt dubium, circa illud valere conſuetudinem per Aegid. *deciſ.* 620. quæ tamen in meis eſt 619. & incipit *cap. fin.* Jo. Aloyſius Ricc. *in d. prax. dec. 160. n.* 76. Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 13. num.* 35

Cæterum autem, ubi non adeſt talis conſuetudo apponendi hujuſmodi edictum, illius omiſſio reddet nullam inſtitutionem, prout ſupra dictum eſt, Creſcen *dec. ultim. de jurepatronat.* illuique appoſitio debet fieri cum peremptorio, puta novem dierum, vel alio competenti termino, ut in *dict. cap. fin.* ibi, *compareant aſſignato peremptorio termino competenti*, ubi gloſ. *in d. verbo competenti*, ait, *ſecundum locorum diſtantiam perſonarum, & negotii qualitatem*, ac proindè, idem terminus remittitur arbitrio Judicis, ſicut cætera omnia, quæ ſub certa lege non ſunt definita, juxta vulgatam, & communem *l. 1. ff. de iur. delib.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 3. quæſt. 1. num.* 143. Garc. *de benef. p. 9. cap. 4. num.* 11. & oportet, quòd litteræ edictales remaneant affixæ per totum terminum in eis contentum, idem Ricc. *d. dec. 161. nu.* 77.

30 Nec ante temporis in edicto præfixi, lapſum, poteſt ad inſtitutionem, deveniri; cum alias illa nulla ſit, cujus tamen lapſus excludit non comparentem intra illius terminum, ad not. in *leg. ſi eo tempore, Cod. de remiſſ. pign.* & in *dict. cap. fin.* dicitur, aſſignari peremptorium competentem, & ex hujuſmodi vocabuli proprietate apparet, quod poſt illum terminum, aliquis audiri non poteſt; quia proindè dicitur peremptorium, nam perimit diſceptationem: hoc eſt, ultra non patitur adverſarium tergiverſari, ut in *l. & tertium, ff. de iud.* Vivian. *in praxi iuriſpatr. lib. 9. capit. 3. num.* 1.

31 Poterit nihilominus Judex ex officio, ſi quis infra terminum non comparuit, veluti quia in veritate edictum ignoravit, vel fuit legitimè impeditus, eum admittere, quatenus res ſit integra, & inſtitutio ſequuta non fuerit; nam quicquid nonnulli dicant, præſertim Oldrado *conſ. 3. n.* 5. Fel. *in c. cum Bertoldus, n. 23. de re iud.* Rocch *de iurepatron. verbo, honorificum, num.* 5. nempè, quod poſt tempus edicti, non eſt quis admittendus, etiam re integra, ſed ſolum eſſe admittendum ignorantem, & impeditum, lapſo termino edicti, ante tamen inſtitutionem.

Contrarium tamen ſervatur; quia ante inſtitutionem ſemper admittitur, qui præſentatur ab aliis patronis, ſeù jus habere prætendentibus, ut benè comprobat, idem Garc. *dict. cap. 4. num.* 14. qui *num. ſeq.* ait, id non eſſe contra jus; quia in hujuſmodi edicto non dicitur, vel dicendum non eſt, quòd poſt terminum illius, non admittetur, ſed tantùm, quòd procedetur in cauſa, & fient acta in abſentia; quarè etiam tranſacto termino edicti, ante tamen inſtitutionem, poterit patronus comparere, & præſentare, Perez de Lara *de anniverſ. lib. 2. cap. 9. num. 43. & 50.*

Inſtitutione tamen validè, & legitimè ſubſequuta præcluditur via cuicumque patrono ad præſentandum, aut aliàs quæcumque jura pro ſe facientia producendum; quandoquidem id illi ſuffragari minimè poteſt, ſaltem pro illa vice, etiam ſi nondum ſit elapſum quadrimeſtre, ſeù ſemeſtre, illi ad præſentandum à jure conceſſum, quia cum non proponatur edictum, niſi poſtquàm patronus præſentaverit, in eo actu conſumitur dilatio illa quadrimeſtris, ſeù ſemeſtris patronis aſſignata; undè, cum in hujuſmodi edicto præfigatur terminus contra omnes in genere: ipſi patrono imputabitur, cur in termino edicti non comparuerit, & deduxerit jus ſuum, ut optimè deducit Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 13. nu.* 53. Formulam autem hujuſmodi edicti habes penes Vivian. *d. lib. 9. c. 2. num* 2.

Hìc verò dicendum eſt, quòd quando ex pluribus patronis, nonnulli eorum præſentarunt, alii verò noluerunt præſentare: nihilominus quaſi poſſeſſio præſentantium præſervat jura non præſentantium, ſi tamen appareat eos, qui præſentarunt, fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, Ludoviſ. *dec. 417. nu.* 9. Immò, ſi ſunt plures in quaſi poſſeſſione præſentandi, præſentatio unius tantum ſine aliis, quæ effectum ſortitæ ſint, non privat alios quaſi poſſeſſione præſentandi: ſed magis illam præſervat, ut in una *Papien. Iuriſpatronatus 9. Maii 1594. coram Mellino*, Addit. ad eundem Ludoviſ. *dict. dec. 417. nu.* 15. namque in juribus communibus, actus, unius ſocii præſervat jus, & poſſeſſionem alterius: quod tamen procedit in dubio: ſecùs autem, ſi conſtaret, quòd præſentatio fuit facta animo privandi alios compatronos; quòd ex eo cognoſcetur, ſi videlicet præſentans diceret, omnimodam, ſeù plenariam præſentationem ad ſe ſpectare, idem Add. *d. num.* 15. Undè in d. *Papien. Iuſpatronatus* fuit reſolutum, quod ad effectum præſcribendi juſpatronatus contra patronos, neceſſarium eſt, quod præſentationes fuerint factæ animo privandi illos: quod tamen in dubio non præſumitur, & ſine iſto animo, præſentationes unius non præjudicant compatrono, ſed ei præſervant jus: nec admiſſionem juriſpatronatus ſufficit non uſus: cum præſentationes non fuerint factæ animo privandi compatronum, qui non præſentavit; quam deciſionem affert Garc. *de benef. par. 5. cap. 3. num.* 516. prætereà idem Add. *ad d. dec. 417. num.* 15. addit, hanc concluſionem non procedere, niſi quando conſtaret per prius, alios patronos fuiſſe in poſſeſſione præſentandi, quia non poteſt præſervari poſſeſſio, quæ non eſt, ut ex aliis deciſionibus idem allegatis.

Cęterùm verò, ſicut dictum eſt præſentatio unius ex plu- 32
ribus patronis infra tempus facta, ſufficit pro inſtitutione præſentati: cum juſpatronatus, tanquàm individuum reſideat penes quemcunque ex patronis inſolidum quoad omnes ejus effectus, etiam quòd cęteri patroni non utantur jure ſuo, ut dicitur in una *Valentin. Beneficii S. Iacobi*, quam refert idem Garc. *d. p. 5. cap. 1. num.* 151. & in una *Piſtorienſ. Parochialis 17. Iunii coram Pirovano*, cum aliis relatis per Add. ad Burat. *dec. 547. num. 9. &* 10. Sicut etiam diximus, quòd quando collatio beneficii eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli: quia cum uterq; habeat poteſtatem conferendi inſolidum, tenet collatio facta ab altero tantùm ſine alterius contradictione, Coccin. *deciſ. 122. num.* 4. Quare in propoſito juriſpatronatus, lapſo poſtmodum tempore ad præſentandum, non intrat devolutio, quia alii patroni cenſentur conſenſiſſe, ad not. per Card. *in Clement. 2. de ſuppl.*

negl, Præl. Achil. de Graſſ. *deciſ.4. num.13. & 14. de prob.*

Hæ autem litteræ edictales, cum requirantur pro ſubſtantia, & forma præſentationis, ac juxta mentem *d. cap. fin. de elect. in 6.* ac debeant palam, & in loco publico proponi; propterea affigendæ ſunt januis vacantis Eccleſiæ, ſeu Ec-
33 cleſiæ, ubi ſitum eſt beneficium, vel Capella, aut altare, & Eccleſiæ Cathedralis, & majoris illius loci, idem Vivian. *lib.9. cap.1. num.5.* nam in *d. cap. fin.* non exprimitur locus, in quo debeant affigi, cum ibi dicitur, in Eccleſia, in qua electio facta eſt, & hoc modo puto ſatisfactum formæ *dict. cap. fin.* cui tamen, ut pinguius ſatisfiat, ultra Eccleſiam, in qua ſitum eſt beneficium, poſſunt etiam affigi in Cathedrali, vel alia majori Eccleſia illius loci, nam gloſ. *in d. cap. fin. in verbo, generaliter*, reddit rationem; quia talia edicta in publico proponi debent, ne fiant fraudes conſtitutioni *dict. cap. fin.* faciendo fieri ipſam vocationem coram certis amicis: adeò quod non poſſit devenire ad notitiam omnium, ut per Lambert. *dict. par. 2. lib. 2. art. 23. num. 2. fol. 822.* qui ſubdit *num. ſequent.* quod iſta vacatio debet fieri publicè; & ideò edictum debet affigi publicè in valvis Eccleſiæ: & quod ita ſervatur in praxi; nam in talibus cauſis edictum apponitur in Epiſcopali Palatio, vel matrici Eccleſia loci, ubi major pars populi convenit, putà in una ex columnis Eccleſiæ, ut non madefiat, vel à vento laceretur, aut deperdatur, idem Lambert. *loc. citat. art. 22. num. 6. circa fin. & art. 23. num. 4.* nam in dictis locis facilè poteſt ad omnium notitiam pervenire, Paril. *de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt. 6. num. 17.*

CAPUT IV.

Praxis Probationis Exiſtentiæ, & Pertinentiæ Juriſpatronatus.

S V M M A R I U M.

1 *Iuriſpatronatus titulus, ad mentem Conc. Trident. quomodo probandus.*
2 *Iuſpatronatus acquirit, qui dat fundum, vel conſtruit, aut dotat, & ſic alternativè.*
3 *Semel probatum, quando non ſit denuo probandum.*
4 *Iuriſpatronatus exiſtentia, & pertinentia, probanda ante inſtitutionem præſentati.*
5 *Poſſeſſio, ſeu quaſi præſentandi, acquiritur ex unica præſentatione.*
6 *Et quæ requiſita concurrant pro validitate quaſi poſſeſſionis.*
7 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, præfertur præſentato à proprietario.*
8 *Quando verò ſecus.*
9 *Patroni exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſentandi, non tenentur probare deſcendentiam à fundatore.*
10 *Iuriſpatronatus titulus non eſt neceſſarius in judicio ſummariſſimo manutentionis.*
11 *Inſtitutio facta in beneficio ab Inferiore exiſtente in quaſi poſſeſſione inſtituendi, valet.*
12 *Clauſula, ſine præjudicio, quomodo excludat quaſi poſſeſſionem præſentandi.*
13 *Præſentatio ad beneficium non admiſſa, neque rejecta, non ſuffragatur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi.*
14 *Neque ſicta fiet in vim concordiæ.*
15 *Aut ex obſcuris præſentationibus.*
16 *Præſentandi quaſi poſſeſſio, an tranſeat ad heredes, ſine illius apprehenſione. Diſtinctio proponitur.*
17 *Et concluditur negativè.*
18 *Statutum de continuanda poſſeſſione in heredes, non habet locum in ſpiritualibus.*
19 *Iuriſpatronatus poſſeſſio, quando transferatur, abſque illius apprehenſione.*
20 *Illius exiſtentia probanda.*
21 *Beneficia Eccleſiaſtica præſumuntur libera.*
22 *Beneficii libertatem non poteſt Ordinarius præſcribere, per ſimplicem non uſum præſentandi patronorum.*
23 *Beneficii libertas, quomodo per Ordinarium acquiratur ex unica collatione.*
24 *Beneficium eſſe de jurepatronatus, non ſufficit Epiſcopi confeſſio.*
25 *Iuſpatronatus non acquiritur ex donatione facta Eccleſiæ, Etiam magnæ rei, nu. 27.*
36 *Sed ex formali dotatione.*
28 *Liberalitas, quæ fit erga Eccleſiam, intelligitur libera ab omni onere.*
29 *Iuſpatronatus acquiritur, etiam non expreſsè reſervatum, & quare.*
30 *Non acquiritur in Eccleſia Collegiata, ſeu Conventuali pro præſentatione Prælati, ſine indulto Apoſtolico.*
31 *Iuſpatronatus, quando non acquiratur à dotante.*
32 *Acquiſitum ex privilegio, ſublatum per Concil. Trid.*
33 *Etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta.*
34 *Non conceditur ex privilegio Epiſcopi, Etiam ex declaratione Sacr. Congr.*
35 *Conceſſum ex cauſa oneroſa, non eſt ſublatum per Concilium.*
36 *Debet tamen per Ordinarium revideri.*
37 *Iuſpatronatus ex fundatione conceſſum à Papa, non dicitur ex privilegio.*
38 *Iuſpatronatus quomodo probandum, ubi cadit ſuſpicio uſurpationis.*
39 *Non ſufficit probari per teſtes.*
40 *Iuſpatronatus uſurpatio, etiam in parva Univerſitate præſumitur.*
41 *Ceſſat tamen, ubi datur æqualis concurſus potentiæ, & authoritate in Collatoribus.*
42 *Necnon quando Eccleſia eſt patrona Caſtri, in quo adeſt juſpatronatus.*
43 *Sic etiam quando Univerſitas, vel Collegium non habent authoritatem, & juriſdictionem in beneficiis.*
44 *Iuriſpatronatus uſurpatio præſumitur ex potentia, etiam ſine juriſdictione.*

PRæter ea, quæ capite præcedenti dicta ſunt, circa praxim admiſſionis, & acceptationis præſentationis ad beneficium juriſpatronatus, ſequitur praxis probationis illius exiſtentiæ, & pertinentiæ: & licèt DD. pro valida inſtitutione in beneficio, concludant quatuor requiri, nempè ipſius beneficii vacatio, juriſpatronatus exiſtentia, habilitas præſentati, necnon præſentatio à patronis coram Ordinario in tempore facta, per text. *in c. decernimus, & in c. monaſterium, 16. q. 17. c. cum Bertoldus,* & ibi Abb. *n. 12 de re jud. c. dilectus, ubi gloſ. verb. plus juris, de off. deleg.* & fuit dictum in una *Placentin. Iuriſpatronatus* 23. *Maii* 1601. quæ eſt *deciſ. 327. nu. 1. par. 3. recent.*

Nihiluminus verò ſequentia etiam viſum eſt ſubnectere; nempè videndum, an præſentantium jura adeò aperta, & clara exiſtant, ut nullus penes Superiorem remaneat ambigendi locus, quin juſpatronatus plena probatio indè refulgeat: potiſſimum verò ad Sacri Concilii Tridentini mentem, 1
quo cautum eſt, ut titulus juriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis à jure requiſitis oſtendatur, ſivè etiam ex multiplicatis præſentationibus, per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſve ſecundum juris diſpoſitionem. In iis verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Univerſitatibus, in quibus id jus, plerumque ex uſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur; nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori ſaltem, quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur, ut in *ſeſſ. 25. cap. 9. de refor.*

Qui quidem modus probandi juriſpatronatus; procedit etiam de jure antiquo; nam quoad conſtructionem Eccleſiæ habemus tex. *in d. c. monaſterium,* quoad dotationem, *c. filius, eadem cauſa, & quæſt.* quoad territorii ad Eccleſiam fundandam dotationem, *c. Abbas 18. q. 2. c. ad audientiam, de Eccleſ. ædif. & c. 3. de jurepatr. & DD. communit.* Abb. *conſ. 54. nu. 1. & conſ. 59. nu. 1.* ubi quòd de jure non reperitur alius modus expreſſius, cum aliis adductis per Dominum Franciſcum Ferentillum in Addit. ad Burat. *dec. 1. nu. 13.*

Licet negari non poſſit; quin omnia diſpoſita in fundatore, conſtruente, & dotante locum etiam habeant in novum fundum dante, ac reædificante, nec non redotante, accedente tamen Ordinarii conſenſu, & nequaquam alius admittitur, invito primo fundante, & perficere volente, vel conſtruente, vel dotante, volente reædificare, ac redotare, ut per Vivian. *lib. 2. cap. 5. nu. 13.*

Sicut etiam dicendum eſt de erigentibus Capellas, ad eundem effectum, prout ait Garc. *de benef. par. 5. cap. 9. num. 134.*

ubi, quòd

ubi, quòd etiam in Hiſpania ſolent eſſe aliquæ perſonæ nobiles, divites, & principales, qui ad ſuam, & ſuorum ſepulturam, emunt Capellas in Eccleſia, ſactas de licentia Ordinarii; dando Eccleſiæ pretium ædificii, prout conventum eſt; quarè tanquàm fundatores, & conſtructores Cappellæ, remanent patroni ipſius, quia ratio eadem militat, ac ſi à principio fundent, vel conſtruant, maximè ſtante conſuetudine, dummodò dotent illum locum ipſe, vel alii. quia dos ædificatio, & fundus faciunt, quem patronum cum conſenſu Epiſcopi, & ſi alterum iſtorum fieret ſine d. conſenſu, illi tantùm, qui haberent conſenſum, eſſent patroni, Caputaqn. *dec.* 290. *alias* 2. *par.* 1. dicens, Eccleſiam ædificaſſe dicitur ille, qui dedit domum pro conſtruenda Eccleſia, qui emit Capellam Eccleſiæ, debet dare juſtum pretium, & valorem, ſaltem ædificii, parum plus, vel minus; alias enim, ſi id non daret re vera, ſed minus notabiliter, non poſſet dici fundator, & conſtructor in totum, nec tanquam talis acquireret juſpatronatus, & conſequenter Capella remaneret libera, & Eccleſia deberet datum reſtituere, ſaltem quatenus ex eo ſactus eſt locupletior, id. Garc. *d.c.* 9. *num.* 140.

Ex quibus verò modis acquirendi juſpatronatus, ita demum declarat Lambert. *par.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 1. quem refert idem Vivian. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. ut dicta concluſio
2 procedat alternativè, veluti, ſi quis dederit fundum, vel conſtruxerit, ſive dotaverit, non autem cumulativè; ita ut ſufficiat uni fundaſſe, vel conſtruiſſe, aut dotaſſe: quod quidem procedere certum eſt, etiam ſi plures ſimul darent fundum; quia erunt omnes patroni inſolidum cum conſtruente, & dotante, idem Vivian. *loc. cit. num.* 3. & quoties quis prætendit ſuum juſpatronatum eſſe ex fundatione, conſtructione, aut dotatione, tenetur id probare, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 18. *num.* 25.

Ibi tamen ſubdit in *verſic. ſi vero*, quòd ſi ſemel vacatio contigerit, & patronus laicus, ſeù mixtus præſentavit,
3 & coram Ordinario docuit de ſuo jurepatronatus, juxtà formam ab eodem Concilio traditam, & prævia cauſæ cognitione, ac ſervatis ſervandis, inſtituit ipſe Ordinarius præſentatum, tunc quamvis poſteà multoties idem beneficium vacaret, non tenetur amplius de titulo, ſaltem in poſſeſſorio docere, licèt de eodem jureſpatronatus controvertatur, ſed ſufficit patrono quaſi poſſeſſio, quam habet, prout fuit per Sacram Congregationem declaratum, idem Vivian. *lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 4. & 5. ubi ait, ita etiam dixiſſe Rotam in una *Piſan. Capell.* 20. *Maii* 1594. *cor. Blanchetto.*

Proindeque ſi aliàs in quacumque vacatione teneretur patronus de ſuo jurepatronatus de novo docere, nunquam daretur fides litibus, Marc. Ant. Genuen. *in prax. Curia Archiep. Neapol. cap.* 63. *n.* 3.

4 Necnon ad effectum obtinendi inſtitutionem pro præſentato, docere debet ipſe patronus de exiſtentia, ac pertinentia dicti juriſpatronatus, deque illius quaſi poſſeſſione præſentandi: quæ acquiritur, ſufficit ex unica præſentatione,
5 Rocch. *hoc tract. verbo competens*, *quæſt.* 14. Dec. *conſil.* 126. Put. *dec.* 186. *lib.* 1. & in una *Pergamen. Capellania Veneris* 18. *Maii* 1629. *coram D. Merlino*, quæ eſt *deciſ.* 190. *num.* 8. *diverſ. par.* 5. *in recent.* fuit dictum, ſufficere quadragenariam, licèt detur una tantò præſentatio, quia nullo jure cautum eſt, in patronatu privatorum, requiri de neceſſitate multiplicatas præſentationes, ſed ſufficit juncta ſama, ſola quadragenaria, & in his terminis, nempè quod unica præſentatio ſufficiat, ſi præſentatus poſſederit per quadraginta annos, nec unquam evenit caſus novæ præſentationis, allegatur gl. *in cap. cum beneficio*, *in verb. uno*, *vel pluribus*, *de præb. in* 6. quinimmò, quòd ſufficiat una præſentatio, & non requiratur titulus, fuit tentum penes Achill. de Graſſ. *dec.* 318. *alias num.* 1. *de jurepatr.* etiam ſi agatur non tantum inter patronos, verùm etiam ſi contra Ordinarium Cavaler. *dec.* 55. *n.* 4. *in fin.* ubi quòd ſufficit unica præſentatio, ad effectum, ut patroni dicantur in quaſi poſſeſſione præſentandi.

Et generaliter omnes fatentur DD. *in cap. conſultationibus, de jurepatr.* quòd ille dicitur in quaſi poſſeſſione juriſpatronatus conſtitutus, qui ſemel præſentavit cum bona fide, ſcilicet credendo, ſe eſſe patronum; Quarè ſecundum
6 Cald. *conſ.* 112. quatuor ad id requiruntur. Primò, quòd præſentatio fuerit facta cum bona fide, ut dictum eſt. Secundo, quod ſuerit admiſſa confirmata, & ſequuta inſtitutio: quia tunc dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione, & non prius; Secùs enim eſſet, ſi ab inſtitutione fuerit appellatum, & in cauſa appellationis fuiſſet caſſata ipſa inſtitutio; quia hoc modo certum eſt, quòd nullum produceret effectum, quæ perindè eſſet, ac ſi nunquam facta fuiſſet. Tertio, quod inſtitutus habitus fuerit tamquàm Rector, vel Capellanus in Rectoria, vel Capella. Quarto, & ultimo, quòd ille, in cujus præjudicium quaſi poſſeſſio acquiritur, hoc ſciat, & patiatur; de quibus videndus eſt, Rocc. de Cur. *in tract. juriſpatr. verbo, competens, à num.* 34. *ad* 38. *gloſ. notab. in cap. cum Eccleſia*, *verb. trium, de cau. poſſ. & propr.* Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 7. *quæſt.* 23. *num.* 41. ubi, quod ex unica collatione ſortita effectum, acquiritur poſſeſſio conferendi, & fuit dictum in una *Ilerden. Parochialis* 13. *Junii* 1558. in qua fuit reſolutum, ex unico actu acquiri quaſi poſſeſſionem præſentandi, & ibi conſtabat de bonæ fide, quæ præſumitur ex curſu temporis: quia apparebat, quòd Rector poſſedit, & reſignavit, & reſignatarius etiam reſignavit in manibus Papę, cum mentione, & derogatione juriſpatronatus, & teſtes probabant illum, tentum pro Rectore, & poſſediſſe: quam deciſionem refert Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 5. *num.* 60. ubi etiam plura in propoſito congerit.

Et quod ad effectum acquirendi dictam quaſi poſſeſſionem, ſufficiat unicus actus, dixit Rota *in dict. deciſion.* 290. *num.* 9. quod quando actus habet cauſam ſucceſſivam, & permanentem, necnon continuationem temporis requiſiti, inducit præſumptionem ſufficientem, quamvis ſit unicus actus: quod quidem ſatis conſtat ex Concilii Tridentini decreto, quo in perſonis, in quibus non cadit præſumptio uſurpationis, nihil immutatur, & ſic probatur eiſdem modis, & quibus probatur ante dictum Concilium, nempè non ſolum ex fundatione, vel dotatione, ſed aliis modis, & inter cæteros modos, præcipuus eſt, probatio centenariæ, vel quadragenariæ, cum fama, ut dicitur in una *Neapolitana Beneficii, coram Buratt. deciſ.* 552. *num.* 1.

Quarè etiam modo præmiſſo præſentatus ab eo, qui eſt 7
in prædicta quaſi poſſeſſione præſentandi, præfertur præſentato à proprietario idem Rocc. *verb. competens*, *quæſt.* 14. *num.* 45. Maſcard. *de probat. concluſ.* 173. *num.* 7. & aliàs *coram Creſcent. deciſ.* 5. *tit. de jurepatr.* fuit reſolutum, quòd unica præſentatio facta à laico, licet non deberet operari quaſi poſſeſſionem, cum laico jus reſiſtat, quòd talia ſpiritualia poſſidere *cap. ſacroſancta*, & *cap. Maſſana*, *de election.* nec acquiratur ei quaſi poſſeſſio ſine titulo, ad not. per Bart. *in l. Celſus*, *de uſucap.* & *in l. fin. Cod. unde vi*, & dixit Calder. *conſ.* 13. *in tit. de jurepatron.* Tamen per Rotam fuit tentum, quod vigore dictæ quaſi poſſeſſionis, ſequens præſentatio valeret, ut etiam fuit reſolutum & in una *Cremon. Parochialis de anno* 1567. *coram Orano*, in una *Regien. Prioratu* 24. *Maii* 1585. *coram Pamphilio*, quas cum aliis refert idem Garc. *d. par. cap.* 5. *num.* 4. fuit tamen dictum in una *Juriſpatronatus*, quæ eſt *deciſion.* 374. *tom.* 1. *num.* 4. *recent.* quod quando cum præſentato à patronis putativis, videlicet exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, concurrit alius præſentatus à vero patrono, de cujus jurepatronatus legitimè conſtat, vel per confeſſionem adverſarii, vel per rem judicatam, aut publicum inſtrumentum, tunc in concurſu præferendus eſt præſentatur à vero patrono, prout fuit etiam reſolutum per Rotam *in una Imolen. juriſpatronatus coram Cantuccio*, & aliis ibi relatis, & ſic cum conſtet de proprietate juriſpatronatus, ad effectum, ut præſentatus à veris patronis obtineat, non eſt amplius docere de non jure exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi: cum aliàs ſi inſtitueretur præſentatus ab habente ſolam poſſeſſionem, proprietarius ſpoliaretur, & privaretur fructu ſui juriſpatronatus, quod nunquam recuperaret: contingere enim poſſet, quòd proprietarius præmoreretur inſtituto, & nunquàm aliàs præſentaret, ut in *d. dec.* 374. *num.* 7. quarè idem præſentatus, cum indubitatè, & incontinenti appareat de non jure exiſtentis in quaſi practica poſſeſſione, erit omninò inſtituendus, Rota *dec.* 225. *num.* 5. & 6. *diverſ. in rec. p.* 5. Garc. *p.* 5. *cap.* 9. *nu.* 4. *cum pluribus ſeqq.* ubi multa utilia ad id congeſta reperies.

Cæterùm verò, ubi agitur de quaſi poſſeſſione præſentandi, nec conſtet de juribus proprietarii, præferendus eſt, qui eſt in dicta quaſi poſſeſſione, ut ſupra diximus.

Hinc proindè eſt, quòd ſi præſentantes ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, non tenentur probare deſcendentiam à 9
fundatore, vel ab illis perſonis, qui in antiquis vacationibus præſentarunt, & ſic ab antiquioribus patronis, ſed tantummodò, quod ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, ut fuit dictum

ctum in una *Gerunden. Beneficii, & in una Tiraſonen. Capellania* relatis in una *Firmana Altaris dec* 234. *nu.* 8. *in fin. p.* 1. *diverſ. recent. & in una Lanenſarzanen. Beneficii impreſſa penes* Vivian. *in calce operis dec,* 106. *nu,* 13.

10 Quarè in hoc caſu parum refert, ſi opponatur de non titulo; cum ille non ſit neceſſarius in judicio ſummariſſimo manutentionis, quod non modò in profanis, verùm etiam in beneficialibus certum eſt procedere, Rota *diverſor. deciſ.* 195. *nu.* 8. *par.* 2. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 330. *nu.* 71. 72. qui *nu.* 76. ex pluribus etiam probat, quod ad effectum manutentionis ſufficit unicus actus, & ultimus ſtatus poſſeſſionis, Dec. *conſ.* 134. *verſ. puncto, num.* 11. ubi dixit, quod per unicam præſentationem, ſequuta inſtitutione, probatur quaſi poſſeſſio, Creſcent. *deciſion.* 2. *in fin. hoc tit.* idem Grat, *loco citato num.* 76. & 77.

Quarè ea præmiſſis omninò infertur, præſentatum ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, non poſſet removeri, ut eſt caſus expreſſus in *dicto cap. conſultationibus*, ibi enim habetur, quod ſi aliquis clericus ab ordinario Judice in Eccleſia fuerit inſtitutus ad præſentationem illius, qui ejuſdem Eccleſiæ credebatur eſſe patronus, & poſtea juſpatronatus alius evicerit in judicio, inſtitutus non debet ab ipſa, propter hoc removeri, ſi tempore præſentationis ille, qui eum præſentavit juſpatronatus Eccleſiæ poſſidebat; cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in poſterum præjudicium generetur; ſi verò non poſſidebat, ſed tantùm credebatur eſſe patronus, cum non eſſet, poterit ab eadem Eccleſia removeri.

Ratio enim hujus tex. eſt, quia ubi poſtea conſtabit de veritate, ut ſupra diximus, veritati, quæ ex liquidiſſimis probationibus deducitur incontinenti, cedit præſumptio, quæ reſultat ex quaſi poſſeſſione, & ſic proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis, ut fuit dictum in una *Cracovien, coram D, Merlino*, quæ eſt *deciſ.* 174. *nu.* 3. *p.* 5. *diverſ. in recent.*

Sicuti pari ratione dicendum eſt, ſi patronus præſentavit coram eo, quem putabat habere jus inſtituendi; nam ſi ille,
11 quamvis inferior Prælatus, ſit in quaſi poſſeſſione inſtituendi poterit coram eo fieri præſentatio, & ſequuta inſtitutione, erit tutus, ſicut electus, vel præſentatus ab ea iſtentibus in quaſi poſſeſſione eligendi, præſentandi, aut conferendi, quia hujuſmodi præſentatio, aut electio, ſine dubio tenebit; quamvis ille, quem putabat habere hujuſmodi jus inſtituendi, illud minimè habebat, quarè ſequuta tali inſtitutione tenebit præſentatio, & inſtitutio; quod ſi illa non fuerit ſequuta, etiam tempore dato ad præſentandum lapſo, habita notitia, ad quem ſpectet verè inſtitutio, poterit patronus iterum coram hoc præſentare, ita Lambert. *de jurepatron.* 2. *par. lib.* 2. *art.* 9. 4. *quæſt. princ. fol. mihi* 785.

Ex his igitur plures colliguntur concluſiones, quarum Prima eſt, quod ut per præſentationem acquiratur quaſi poſſeſſio juriſpatronatus, requiritur, quod ſit ſubſequuta inſtitutio, Rocch. de Curt. *in verbo, competens, num* 33. *in fin,* Abb. *in cap.* 2. *num.* 23. *de re integr. reſtit.* Selv. *de benef.* 2. *par. quæſt.* 7. *num.* 5. & alii quos refert Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 45. §. 2. *num.* 36. Addit. ad Buratt. *deciſ.* 633. *num.* 15. ubi *num. ſeq.* ſubdit, quod ad hoc non ſufficit præſentatio admiſſa cum clauſula, *Sine præjudicio*, quia etiam præſentatio eſſet effectuata, non indè acquireretur, quaſi poſſeſſio præſentandi ob prædictam clauſulam, quæ præſervat jus tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio; itaut compatronus, per patientiam præſtitam in illo actu tantùm, non tamen in futuris, ſibi præjudicaverit, & ità ait fuiſſe tentum per Rotam in una *Majoricen. Iuriſpatronat.* 4. *Decemb.* 1587, *coram Bubalo*.

13 Secunda, ſi præſentatio, nec fuit admiſſa, neque rejecta, non ſuffragatur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi, idemque ſi appoſita ſit conditio, de cujus veritate incerti ſumus; quia per talem præſentationem non dicitur quis poſſidere, Rocch. *d. verbo, competens, nu.* 36.

14 Tertiò, ſi præſentatio non eſſet effectuata, niſi in vim concordiæ; quia neque ad acquirendam hanc quaſi poſſeſſionem ſuffragatur veluti ſi concordia hujuſmodi ſubſequuta inter proviſum, & adverſarium, qui prætendebat, præſentantem non eſſe patronum, quia cum non conſtet de acquieſcentia, imò de contrario, ex illa præſentatione, ſeu proviſione non poteſt reſultare contrarius uſus, Rot. *deciſ.* 301. *nu.* 2. *p.* 2, *diver. ibi, quia unicus actu, non eſt habendus in conſideratione, cum poſtea fuerit ſubſequuta concordia inter litigantes, & vigore compromiſſi, & laudi poſtea lati, &c.* Garc. *de benef. p.* 5, *nu.* 308. idem Add. ad Buratt. *deciſ.* 133. *nu.* 18.

Quarta, Non acquiritur quaſi poſſeſſio ex obſcuris collationibus, electionibus, aut præſentationibus, maximè quan- 15
do titulus præcedens eſſet contrarius, ut fuit dictum in una *Tarviſina Plebis* 5. *Iun.* 1587. *coram Bubalo relata per eund.* Gonz. *d.* §. 2. *nu.* 38. quarè fuit tentum in Rota coram Caputaq. *deciſ.* 100. *par.* 2. quod mandatum de manutenendo non datur, quando poſſeſſio non eſt clara, ſed intricata, & offuſcata, &c. quia partes poſſunt devenire ad arma, ac proptereà, quòd videatur de titulo, & ſuper petitorio, juxta doctr. Bart. *in l. ſi duo, ff. uti poſſid.*

Hic autem etiam pro eo, quod ad noſtram praxim pertinet, ſequitur de eo videre, quòd ſæpiſſimè contigiſſe ſcimus,
an videlicet iſta quaſi poſſeſſio præſentandi tranſeat ad hæ- 16
redes, abſque aliqua illius apprehenſione?

Et quidem videtur affirmativè reſpondendum, nimirum, quaſi poſſeſſionem defuncti, ſeù anteceſſoris tranſire ad hæredem, ſeù ſucceſſorem, abſque illius nova apprehenſione, ſeù exercitio, quandoquidem quaſi poſſeſſio patris, ſeù anteceſſoris dicitur poſſeſſio filii, ſeù hæredis ſucceſſoris; quod quidem potiſſimum ſuaderi videtur ex ipſius juriſpatronatus definitione, ex illis verbis, *conſtruxit, & dotavit ipſe, vel is, à quo cauſam habuit, ſolus, vel alio concurrente, ut per* Rocch. *hoc tract. fol.* 2. *ſub num.* 4. ac proindè ex prædictis verbis, *ipſe, vel is, à quo cauſam habuit*, concludit Lambert. *eodem tract. par.* 1. *lib.* 2. *art.* 22. *q.* 3. *num.* 2. *fol.* 477. quod ſicut in hæredes, & quoſcumque habiles ſucceſſores transfertur proprietas juriſpatronatus, ita etiam transferri dicitur quaſi poſſeſſio juriſpatronatus, & præſentandi in hæredes legitimos, & habiles ſucceſſores, & pro hoc adducit Feder. de Sen. *conſ.* 101. ubi ponit caſum de quatuor fratribus, uno pubere, & tribus pupillis ſuccedentibus Patri, & ſic in jurepatronatus patris mortui, & matre nutrice trium filiorum pupillorum, Eccleſia vacante, præſentatione, & inſtitutione ſequuta, fratre pubere etiam vocato; præſentare nolente, an propter hoc ille amiſerit quaſi poſſeſſionem præſentandi, & concludit, quod non; quia præſentatio tutricis, & ſic fratrum, conſervat quaſi poſſeſſionem puberis non præſentantis; nam licèt hic pubes nunquàm præſentavit poſt mortem patris, tamen dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi. eo modo, quo erat pater, illi ſuccedendo, & quamvis in prima vacatione Eccleſiæ, poſt mortem patris; tutrix fratrum pupillorum præſentaverit, & non ipſe, nihilominus ipſe non amiſit quaſi poſſeſſionem, quàm habebat à patre, ergo continuatur poſſeſſio de patre in filium Jo: Guttierez *conſ.* 3. *num.* 2. ex doctrina Bald. *in l. in ſuis*, 4. *oppoſ. ff. de lib. & poſth.* ubi quod quaſi poſſeſſio jurium corporalium tranſit in hæredem abſque alia illius apprehenſione, & exercitio, quos refert idem Garc *dict. par.* 5. *nu.* 33. qui *nu.* 36. ait, quod ſæpè Rota concluſit ex *l. cum heredes, de acquiren. poſſeſſ.* illam habere locum etiam in corporalibus, Lambert. *loc. cit. num.* 4.

His tamen, & aliis non obſtantibus, contraria ſententia, tanquam in notoria praxi recepta, verior eſt; quæ ſuis fulcitur ſolidis fundamentis, illamque ſemper Rotam fuiſſe ſequutam certum eſt, nempè, quod quaſi poſſeſſio præſentan-
di, quæ eſt apud teſtatorem, non tranſit ad hæredes, abſ- 17
que nova apprehenſione, vulg. *l. cum heredes, de acquir. poſſeſſ.* quia ſicut in corporalibus poſſeſſio non tranſit ad hæredes, etiam ſuos, ſine nova apprehenſione, ut per Alex. aſſerentem, hanc eſſe communem opinionem in *dicta l. cum heredes, col.* 3. & ibi gloſ. *verbo, non pertinet*, ità etiam in corporalibus; quia, nec in iſtis tranſit quaſi poſſeſſio ſine actu facti, ut per Calder. *conſ.* 12. *de jurepatron.* & eſt communis opinio, de qua idem Alex. *in d. l. in ſuis, num.* 8. *de lib. & poſth.* ex Caputaq. *deciſ.* 420 *par.* 2. cum etenim poſſeſſio ſit quid facti, non poteſt transferri de perſona in perſonam, neque dicitur acquiſita, niſi corporaliter, apprehendatur, *dicta l. cum heredes*, quod quidem vendicat ſibi locum etiam inter patrem, & filium ſuum hæredem; quia quamvis filius, in vita patris, quaſi Dominus dicatur, ut eſt tex. *in l. ſuis, ff. de lib. & poſth.* nihilominus non transfertur poſſeſſio patris in filium, Bart. *in d. l. in ſuis, num.* 1. Alex. *num.* 9. Afflict. *deciſ.* 167. *num.* 3. & *deciſ.* 323. *num.* 3. alia namque eſt poſſeſſio patris, alia verò filii, idem Caputaq. *deciſ.* 199. *numer.* 2. *part.* 2. cum aliis relatis per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 34. *num.* 103. *cum pluribus ſeqq.* qui *num.* 108. ait, quod quamvis nonnulli tenuerint, hoc non habere locum in jurepatronatus, & in aliis incorporalibus, nihilominus eorum ſententia, tamquàm non vera, eſt à Rota reprobata, & quod à fortiori in incorporali-

bus eſt

bus eſt neceſſaria corporalis apprehenſio. Et aliàs in una Cremonen. *Capellaniæ de anno* 1548. fuit dictum, quòd licèt pater præſentaverit, ejus tamen quaſi poſſeſſio non tranſit in filium ſine nova apprehenſione, ex *dicta l. cum hæredes*, Achill. de Graſſ. *dec. ult. de cauſ. poſſ. & propriet.* nam requiritur actus apprehenſionis, ac propterea, licèt defunctus eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi, illa tamen non tranſit ad hæredem, ſine apprehenſione, & tenuit etiam Rota *in una Pampilonen. Parochialis* 3. *Iulii* 1589. *&* 20. *Maii* 1591. *& coram Orano*, Ludoviſ. *dec.* 417. *num.* 7. ubi, quod ita fuit ſæpiſſimè reſolutum, & ſignanter in una *Alben. Parochialis* 27. *Iunii* 1605. *coram eodem Ludoviſ.* Buratt. *dec.* 312. *num.* 9. dicens in prædictum tex. *in l. cum hæredes* procedere etiam in corporalibus, juxtà oppoſitionem, quam reprobato Baldo, & Lambert. tenet Rota, & fuit dictum in una *Brixien. Penſionis coram Mellino*, ubi declaratum extitit, rejiei per Rotam diſtinctionem inter corporalia, & incorporalia in una *Oveten. Beneficii* 15. *Ianuarii* 1596. *coram Orano*, & idem tenet, & pluribus probat Addit. ad eumdem Buratt. *d. dec.* 312. *n.* 15. ubi affert deciſionẽ in una *Arimin. Cenſus* 10. *Ianuarii* 1628. *coram Merlino*, in qua etiam fuit firmatum, quod poſſeſſio, tam in corporalibus, quàm in incorporalibus non acquiritur ſine nova apprehenſione, nõ ſolum hæredibus extraneis, ſed etiam in ſuis, ex doctr. Bart. *in dict. l. in ſuis, num.* 5. *ff. de lib. & poſth.* Bald. *in l. fin. C. de edicto Div. Adr. toll.*

Quarè hodie apud omnes certiſſimum eſt, & indubitatum, hanc quaſi poſſeſſionem non tranſire ad hæredem ſine nova apprehenſione, Rota *dec.* 260. *num.* 4. *& dec.* 337. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* id. Addit. ad Buratt. *dec.* 832. *num.* 3. & fuit dictum in una *Lunenſarzan. Benefic. coram Durano* impreſſa penes Vivian. *in calce ſuæ prax. iuriſpatr. dec.* 110. *num.* 20. ubi, quod licet anteà patroni præſentaverint, tamen eorum poſſeſſio non fuit tranſlata in eorum filios, & ſucceſſores, ſine nova apprehenſione, ideſt ſine novo uſu, & exercitio juris præſentandi, ex pluribus juribus in *deciſ. allegatis*, & fuit dictum in una *Terdonen. Iuriſpatronatus coram Coccino, dec.* 464. *num.* 3. ubi quod ille, qui hodie vult præſentare, oportet, quòd aliàs præſentaverit: quia Rota tenet illam opinionem, quòd poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem, ſine nova apprehenſione. Et ita paſſim practicatur, rejecta opinione Lambertini, & aliorum contrarium ſentientium.

Sicque ex præmiſſis ſatis, ſuperque liquet, hanc quaſi poſſeſſionem præſentandi non poſſe prætendere hæredem ex propria perſona, cum nunquam præſentaverit, & prædicta quaſi poſſeſſio non acquiritur abſque actuali præſentatione, ut ſuperius dictum eſt, præſertim ex Bald. *conſil.* 22. *in fin. & d. gloſ. in capit. cum Eccleſia, verbo trium, de cauſ. poſſeſſ. & propr.*

Nec eſt novum, quod tam ad acquirendam, quàm ad retinendam poſſeſſionem, requiritur animus, text. eſt expreſſus *l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſeſſ. l. licet Cod. eod.* & tamen certum eſt, animum defuncti in ſucceſſorem, ſine illius nova apprehenſione minimè tranſire, text. *in l. ſed ſi ita legatum*, §. *illi, ff. de leg.* 1. & in ſuum hæredem patris poſſeſſio continuatur, accedente tamen nova apprehenſione, Bald. *in d. l. fin. Cod. de edict. Div. Adr. toll.* & fuit etiam in una *Florentin. Subdecanatus* 27. *Martii* 1627. *num.* 1. *cum ſeqq.* particulariter declaratum, quod diſpoſitio ſupradicti tex. *in l. cum hæred.* indiſtinctè, & abſolutè procedit non ſolum in rebus corporalibus, ſed etiam incorporalibus, quarum quaſi poſſeſſio acquiri non poteſt, niſi per actum proprii facti, videlicet per uſum, & exercitium juris incorporalis, *l. quoties, ff. de ſervit. lib.* 2. ubi DD. *ff. de ſerv. & aqu.* Bart. *in l.* 1. §. *hoc interdicto, in princip. ff. de itin. actuque privileg.* Innoc. & alii *in cap. bona*, 2. *de poſtul. prælat.* & proindè dicitur in eadem *Firman. Subdecanatus num.* 12. quod apprehenſio poſſeſſionis per ſucceſſorem, non poteſt dici poſſeſſio anteceſſoris, ſed diverſa; ita ut illa, quæ fuit penes defunctum, fuerit extincta, & alia nova in hærede producta, ex *d. l. cum hæredes*, §. 1. ibi *nova poſſeſſione opus ſit, l.* 1. *ie, qui pro emptore*, §. *ſi quis bona fide, ff. de uſucap.*

Quæ quidem omnia procedunt etiam ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione in hæredem; illud enim certum eſt locum ſibi in hoc minimè vendicare.

Neque deciſio Caputaq. *deciſ. deciſ.* 211. *par.* 3. ſubſiſtit, in qua dicitur, quòd ſtatuta Mediolanen. & Cremon. quæ diſponunt, quòd poſſeſſio tranſeat in ſucceſſores abſque nova apprehenſione habent locum, etiam in quaſi poſſeſſione juris præſentandi, & in rebus Eccleſiaſticis; ea ratione, quia ſtatutum generaliter loquens, & poteſt reſpicere favorem Clericorum, habet etiam locum in Eccleſiaſticis, per Dec. *in cap. cum Eccleſia S. Maria, num.* 27. *de conſt.* iſta tamen deciſio fuerit etiam per Rotam reprobata, etiam in una *Piſtorienſ. Plebaniæ coram Navarro*, relata per Addit. ad Buratt. *deciſ.* 832. *num.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 222. *num.* 6. & ibi Add. *num.* 12. ubi quòd tale ſtatutum non habet locum in quaſi poſſeſſione præſentandi, prout reprobata etiam d. *dec. Caputaq.* dixit Rota *deciſ.* 260. *nu.* 4. *part.* 2. *in recent.* & in una *Terdonenſ. juriſpatronatus* 6. *Aprilis* 1609. *coram Coccino*, & quòd poſſeſſio præſentandi authoris non tranſit ad ſucceſſorem, dicitur in *Lucan. Parochialis* 7. *Februarii* 1620. *coram Ubaldo* in qua fuit reſolutum; quòd nec poſſeſſio patris tranſit in filium, & in una *Aſculan. juriſpatronatus* 18. *Martii* 1622. *coram Buratto*, quòd licèt alias per legem, conſuetudinem, & ſtatutum transferatur dominium, & poſſeſſio ſine traditione, ut ſcriptum reliquit, Bald. *in leg.* 1. *in* 1. *not. Cod. de legibus, & in l. fin. colum.* 4. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & refert Grat. *diſcept. for. capit.* 310. *num.* 10. ſicut etiam quando extaret ſtatutum, per quod ceſſionarius in omnibus, & per omnia ſuccederet loco cedentis; namque tunc tranſit, & continuatur poſſeſſio, quia ea illa dictione geminata *in omnibus, & per omnia*, ſunt tranſlata, & communicata quæcumque jura competentia ipſi cedenti in ceſſionarium, idem Gratian. *loc. cit. num.* 20.

Et quod pariter militat ratio illa, nimirum quòd ſi per legem, aut ſtatutum poteſt transferri poſſeſſio ſine nova illius apprehenſione, ſolo miniſterio legis, ita etiam fieri poteſt voluntate teſtatoris, juxtà tex. *in authen. de nupt.* §. *diſponat*, quia hic non adeſt eadem ratio, ut indè idem jus conſtitui debeat, vulg. *l. illud ff. ad leg. aquil. l. ſi à titio, ff. de verb. oblig.*

Namque hic reſpondetur, quòd lex ſola fingere poteſt, quod non eſt, non autem homo, *l. ſi forte ff. de pecul. caſtr.* ac propterea, ipſa poteſt facere, quòd transferatur poſſeſſio jam extincta Caſſad. *dec.* 8. *nu.* 18. *de cauſ. poſſ. & propr.* ubi, quòd non reperitur cautum, ut tranſeat poſſeſſio ſine apprehenſione, ſine caſu *l. raptoris*, §. *ſin autem Diaconiſſam C. de Epiſc. & Cler.* ergo ſtat regula in aliis à jure non exceptuatis in contrarium; nam ſicut ibi dicitur, ſola lex eſt, quæ fingit, dominium, & poſſeſſionem quæri abſque traditione, non autem homo, Alexand. *conſilio* 1. *vol.* 1. ac proindè ſola voluntas, & juſſus judicis non ſufficit pro transferenda poſſeſſione, Ludoviſ. *dec.* 546. *nu.* 10. & dicitur in prædicta *Florentin. Subdecanatus num.* 22. reliqua circa hanc materiam videnda ſunt apud eundem Caſſad. *d. dec.* 7. quam ego in hoc caſu puto celeberrima.

Namque cum quaſi poſſeſſio juriſpatronatus verſetur circa ſpiritualia, meritò non ſubjicitur ſimilibus ſtatutis, ad text. *in c. p.* 2. *&* 3. *de jud.* quinimmò, neque Judex poteſt facere, ut transferatur poſſeſſio, ſine actuali apprehenſione, ut in *dicta deciſ. Florentina Subdecanatus*, ubi plura in propoſito habetur, quæ quotidiè in praxi occurrunt, & idem Gratian. *cap.* 577. *num.* 35. *cum ſequent.* ait, quòd tale ſtatutum non habet locum in jurepatronatus, ſicut nec 18
in alia re ſpirituali, vel ſpirituali annexa, Seraphin. *deciſ.* 424. ſed ſolum in rebus prophanis, & temporalibus, cum in bonis Eccleſiaſticis, & cauſis fori Eccleſiaſtici conditor ſtatutorum, ſeu conſtitutionum, nullam habet poteſtatem, Marcheſ. *in rubr. de commiſſ. appell. cap.* 1. *par.* 2. *num.* 63. ſicut etiam dicendum eſt in donatione juriſpatronatus extra compatronos; quia in ea præter conſenſum Ordinarii, non requiritur alia ſolemnitas, quarè in una Aſculana Juriſpatronatus penes Farin. *tom.* 2. *dec.* 707. *num.* 3. fuit dictum, non obſtare ſolemnitatis defectum, ex eo, quod in donatione juriſpatronatus non intervenerat decretum Judicis, juxtà Conſtitutionem Marchiæ, quia dicta Conſtitutio non habet locum in jurepatronatus, ſic neque in alia re ſpirituali, vel ſpiritualitati annexa, ut per Lambert. *de jurepatron. par.* 1. *lib.* 1. 4. *quæſt. princip. art.* 9. *num.* 7. ſicut ex eadem ratione in una *Auximan. Bonorum* penes Seraph. *dicta deciſ.* 424. fuit dictum, Ægidianam non habet locum in cauſis fori Eccleſiaſtici, Coccin. *deciſion.* 464. *num.* 4. ubi, quòd in terminis juriſpatronatus non poteſt intrare ſtatutum laicorum, quòd poſſeſſio continuetur in hæredem, quia licet Verall. annotaverit tale ſtatutum ſuffragari, ut in *dicta dec.* 211. *p.* 3. tamen Rota ſemper receſ-

ſit à dicta annotatione, tanquam oitente falſo fundamento, & ſignanter fuit dictum in cauſa *Comen. juriſpatronatus* 8. *Junii* 1601. *coram Seraph.*

Et ſic ex poſſeſſione anteceſſoris, non probatur poſſeſſio ſucceſſoris, ſed tantummodò pertinentia juriſpatronatus ad favorem ejuſdem ſucceſſoris, ut tenuit Rota *deciſ.* 377. *ſub nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* in qua dicitur, quod non facit, ut patroni, qui præſentarunt, non ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, licèt Rota ſequatur illam opinionem, quod poſſeſſio defuncti non transferatur in hæredem, Ludovis. *d. deciſ.* 417. *nu.* 4. Addit. ad Buratt. *d. dec.* 832. *nu.* 4.

Quod quidem in tantùm procedit, etiam ſi fundator, ſivè teſtator hæredi, ſeu legatario legaverit juſpatronatus, ac etiam quaſi poſſeſſionem præſentandi, quæ ob id videtur in hæredem, ſeù legatarium translata, ex illa DD. communi concluſione, quod quaſi poſſeſſio dari, & cedi poteſt, ut per Bald. *conſ.* 436. *nu.* 5. *verſ.* 4. *præmittendam, vol.* 3.

Namque huic concluſioni adverſatur contraria concluſio, nimirum, quod ceſſio poſſeſſionis facta in vita, & poſſeſſionis legatum longè inter ſe differunt, quia tempore, quo fit ceſſio, cedens poſſidet, & ſic transfert illud, quod eſt, & ipſe habet: cum autem legatum poſſeſſionis, ſicut, & teſtamentum, nec in vita teſtatoris, nec in puncto mortis effectum habeat; impoſſibile eſt, quod poſſeſſio per legatum transferri poſſit; quia nec transfertur in vita, ſeù morte teſtatoris, & ſic dum ipſe poſſidebat, quia eo tempore legatum non poterat habere effectum, nec etiam poſt mortem; nam morte teſtatoris poſſeſſio extincta fuit, ac proindè non valet legatum de ea factum, ut in *dicta deciſ. Floren. Subdecanatus, num.* 17. *cum ſequ.* & inter præcipuas rationes in eadem *deciſ. num.* 3. allatas ea principalior videtur, nempè quia ad acquirendam poſſeſſionem requiritur animus, *l. quemadmodum ff. de acquir. poſſ & l. licet, C. eod.* animus autem defuncti non tranſit ad ſucceſſorem, *l.* 4. *ff. loc. l. ſed ita legatum,* §. *illi, ff. de leg.* 2.

Quam quidem concluſionem, nedum in hæredem, ſeu ſucceſſorem univerſalem locum ſibi vendicare certum eſt, verùm etiam in ſucceſſorem ſingularem, cui neque defuncti poſſeſſio ſuffragatur ſine nova illius apprehenſione, *gloſ. in l. cum duobus,* §. *idem, reſpondit, in verbo, dominium, ff. pro ſocio,* & Alex. *in d. l. cum hæredes, ut in d. deciſ Florentina Subdecanatus, nu.* 6.

Quamvis in nonnullis caſibus aliter dicendum ſit, præſertim verò in ceſſionario, qui abſque alia corporali poſſeſſionis apprehenſione, conſequitur dictam poſſeſſionem, ſeu quaſi, ac proindè poteſt experiri interdicto uti poſſidetis, ſi ceſſione ab aliquo facta, perturbetur: Cujus quidem rei ratio eſt, quia in hujuſmodi incorporalibus idem operatur ceſſio, quod traditio: cum cedere ſit quaſi diſcedere, & alterum ſui loco ponere, Bald *in l. ex legato, num.* 2. *verſ. ſed noſtri, C. de leg.* Dec. *conſ.* 446. *numer.* 5. & alii, quos refert Grattan. *diſcept. forenſ. cap.* 310. *num.* 1. *&* 2. *& in pluribus ſeqq.* elegantiſſimè agit, quot modis, & quando poſſeſſio de uno in alium transferatur abſque aliqua illius traditione.

Potiſſimum verò in prępoſita materia noſtræ praxis, neminem latet quaſi poſſeſſionem juriſpatronatus, ſeù præ-
19 ſentandi, tunc benè transferri abſque aliqua apprehenſione, quando erat apud anteceſſorem ratione Dignitatis, beneficii, Caſtri, villæ, vel Comitatus, Achill. de Graſſ. *deciſ.* 5. *num. fin. de cauſ poſſ. & propr.* ubi quod per Caſtrum, & ſic perſonam fictam, dicta quaſi poſſeſſio conſervatur, Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 5. *numer.* 37. ac proptereà ait Felin. *in cap. conſtitutus, ante num.* 20. *de reſcript. ex Specul.* quod invadens poſſeſſionem, vacante Eccleſia, punitur, ut invaſor; nec poteſt dicere, poſſeſſionem fuiſſe vacuam, qua Eccleſia: & locus dicitur poſſidere, licèt ſecùs ſit in hærede, qui contra ingredientem poſſeſſionem jacentis hæreditatis non poteſt intentare interdictum nomine proprio; quia tenetur probare poſſeſſionem, & ſpoliationem; undè, cum non poſſederit, non poteſt probare poſſeſſionem, & ex Bart. *in d. l. cum hæredes, in princip.* ubi ait, quod novus Prælatus poſſidet bona Eccleſiæ, Lambert. *par.* 3. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *art.* 9. & alii quos refert, & ſequitur idem Garc. *d. p.* 5. *c.* 5. *nu.* 38. *&* 39. & ita videtur procedere opinio Bald. *in præd. leg. non ſolus,* 4. *oppoſ. ff. de lib. & poſth.* dum ait, quod quaſi poſſeſſio tranſit in hæredem, videlicet, ratione Dignitatis, Caſtri, Villæ, &c.

Unde pro hac praxi refert advertere, quod non ſemel vidimus admiſſos ad præſentandum hæredes, nondum poſſeſſione adepta, & admiſſa præſentatione, taliter præſentatos fuiſſe inſtitutos ab Ordinario ex ſola doctrina, ſeù opinione Lambert. ſupra relata, non advertentes, ſeu aliàs non curantes, quòd idem Lamber. & allegata per eum nihil faciunt, ut per Achill. de Graſſ. *deciſ.* 5. *de cauſ. poſſ. & propr.* & nos ſupra diximus.

Quo verò ad exiſtentiam juriſpatronatus, an videlicet illud ſit tale, vel liberæ collationis, in primis eſt illa probanda; 20
quandoquidem omnia beneficia præſumútur libera, præſertim ex ſui primæva erectione; Felin. *in c. ra. quan. littera Apoſtolica noc. patr. nu.* 1. *circa fin.* Innoc. *in c. cum venerabilis, nu.* 9. *& ibi DD. de except.* & fuit dictum in una *Cæſaraugustan. Parochialis* 4. *Novemb. coram Coccino Decano,* quam refert Vivian. *in prax. juriſpatr. lib.* 4. *cap.* 10. *ſub nu.* 31. *verſ. ulterius reſponſum fuit,* ubi, quod hæc concluſio procedit nedum in privatis, verum etiam in Imperatore, ut probat Rodulphus Scarden. *conſ.* 30. *lib.* 2. *inter Conſilia Io: Bartholien. col.* 22. *fol. ſibi* 453. *verſ. licèt hac prima fronte.* 21

Undè Eccleſia libera fundata, conſtructa, & dotata, & quę ſemper libera fuit, & permanſit, non poteſt per laicos, ſeu clericos, vel illius Parochianos præſcribi in eadem juſpatronatus, adeo ut non ſit amplius libera, Archid. *in cap. hortamur, diſt.* 1. & alii, quos refert idem Vivian. *lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 10. niſi tamen cum præſcriptione allegaretur, & concurreret tempus, cujus initii memoria non extet; quia tunc Eccleſia diceretur patronata; dummodò per authentica documenta non conſtet, eam fuiſſe ab initio liberam, idem Vivian. *loco citato num.* 11. *&* 12. etiam ſi pro acquiſitione hujuſmodi libertatis allegaretur non uſus, ſeù negligentia patronorum; quia ad hunc effectum hoc ſolum non ſufficit; ſed requiritur voluntas, & poteſtas conferentis, ad tex. *in l. hac autem,* ubi Aug. *num.* 13. *verſ. requiritur, ff. de ſervit. & aqu.* Rot. *dec.* 327. *num.* 1. *par.* 3. *diverſ. recent.* ubi ita firmatum dicitur in una *Papien. Archipresbyteratus* 9. *Aprilis* 1601. *coram Cardinale Pamphilio.*

Undè etiam ſi beneficium fuerit tanquam liberum, Apoſtolica authoritate collatum, non proptereà dici poteſt; illud acquiſiviſſe libertatem, quia cum non adſit voluntas Papæ, proviſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficii, ut dicitur in *d. deciſ.* 327. *nu.* 2. *ex* Achill. de Graſſ. *deciſ. ult. de jurepatr.*

Ex quibus liquidò conſtat, Ordinarium non poſſe præſcribere libertatem adverſus juſpatronatus per ſimplicem 22
non uſum præſentandi patronorum; ſed requiritur factum d. Ordinarii directè contrarium ſervituti juriſpatronatus, hoc eſt libera collatio Rota *deciſ.* 53. *num.* 56. *par.* 5. *diverſ. in recent.*

Verùm, ſi Ordinarius contulerit beneficium tanquam 23
liberum, & collatio doceatur effectuata, ex eo quod per obitum tunc proviſi, hodie vacat; juxta *conſ. Oldrad.* 229. ſæpius Rota canonizatum, ſine dubio per talem collationem, licèt unicam, videtur acquiſiviſſe quaſi poſſeſſionem illud liberè conferendi tanquam liberum, Put. *deciſ.* 192. *num.* 1. *lib.* 1. Achill. de Graſſ. *deciſ.* 3. *de jurepatr.* Rot. *deciſ.* 17. *nu.* 1. *part.* 2. *diverſ.* & fuit dictum in una *Lucan. Iuriſpatronatus impreſſa penes Farinac. in poſth. deciſ.* 389. *num.* 1. *tom.* 2. maximè concurrente bona fide Epiſcopi, cujus mala fides excluditur ex juris aſſiſtentia; ſecundum quod omnia beneficia præſumuntur libera, & juſpatronatus ſit ſervitus, quæ non debet præſumi, Caputaq. *deciſ.* 130. *num.* 2. *par.* 2. & fuit dictum in una *Matinen. Plebis, ſeu Iuriſpatronatus* 21. *Februarii* 1625. *coram Coccino,* quam habes impreſſam penes Vivian. *in calce ſua prax. quæ eſt* 102. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 72. *num.* 1.

Quinimmò, nec confeſſio Epiſcopi, quod beneficium ſit 24
de jurepatronatus, ſufficit; cum illa non poſſit præjudicare Eccleſiæ; & ſucceſſoribus, Bald. *conſ.* 5. *de confeſſ* quia factum Prælati in acquiſitis non præjudicat Eccleſiæ *Clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Caputaq. *deciſ.* 128 *numer.* 3. *par.* 2. prout neq; idem Epiſcopus concedere poteſt juſpatronatus ſuper Eccleſia libera ſine authoritate Summi Pontificis; cum eam non poſſit redigere in ſervitutem; ſicut neque Eccleſiam patronatam, liberam effectam propter extinctionem juriſpatronatus, iterum reducere in ſervitutem, & alteri ſuper eam juſpatronatus concedere ſine authoritate ipſius Pontificis, ut probat Vivian. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. & deciſum refert in una *Nolana Capellania ſiu beneficii* 19. *Ianuarii* 1594. *coram Cardinale Arrigonio,* in qua fuit reſolutum, Epiſcopum per ſuam donationem non poſſe redigere in ſervitutem juriſpatronatus Capellã, reverſam ad priſtinam libertatem,

bertatem,

bertatem, ut etiam fuit dictum in una *Albanen. Iuriſpatro-*
natus 17. Maii 1595. coram Penia, & in una Lunenſarza-
nen. beneficii 25. Iulii 1599. coram Cardinali Mellino,
quamvis aliàs Ordinariis multum ſit deferendum, cum
difficulter admittant, aliquod beneficium eſſe de jurepatro-
natus.

Nec tale juſpatronatus prætendi poteſt, ſi Eccleſiæ ali-
25 quid fuerit donatum; quia licèt ex donatione acquiratur,
non tamen acquiritur ex donatione, legato, vel largitate
bonorum, niſi hæc fiant pro dote tacitè, vel expreſsè;
quia ſimpliciter donans, vel legans, videtur potius bene-
factor, quàm donator, & acquiſitor juriſpatronatus; &
jura indulgent patrono non benefactori, ſed donanti, Roch.
de jurepatr. verbo, & dotavit, q. 6. Abb. *in c. quoniam. ſuper 1.*
gloſ. eod. tit.

Namque ſatis trita eſt regula, quòd quando agitur de ac-
26 quirendo juriſpatronatus ex dotatione, requiritur omninò
dotatio formalis, Inn. *in rubr. de jurepatr.* Lambert. *eod. tract.*
lib. 1. p. 1. & fuit dictum in una *Regien. Iuriſpatronatus 9. Ma-*
ii & 13. Iulii 1586. coram Cardinale Pamphilio ſeniore, & in
una Tiraſonen. Iuriſpræſentandi 3. Maii 1594. coram Litta,
& in una Cæſaraugustan. Parochialis 14. Novembris 1616.
coram Coccino, Vivian. *in d. prax. lib. 4. cap. 10. num. 30. verſ.*
quod autem.

Aliàs autem, ſi quis daret rem quantumvis magnam Ec-
27 cleſiæ, ſed non pro dote, non acquireret juſpatronatus; quia,
ut dictum eſt, jura tantummodò indulgent fundatori, con-
ſtructori, dotanti, non autem aliis, id. Roch. *d. quæſt. 6. num.*
9. circa med. ubi quòd licèt Conſtantinus Imperator fecerit
magnam donationem Eccleſiæ, ſeu Papa Sylveſtro, tamen
Imperatores non ſunt patroni Eccleſiæ Romanæ, Rot. *dec.*
167. num. 3. par. 1. diverſ. Paul. de Citrad. *eodem tract. parte*
3. cauſa 2. quæſt. 13. num. 77. & fuit dictum in una *Aretin.*
Capellania, coram Seraphin. dec. 1120. illud juſpatronatus
competere potius Hoſpitali, cui fuerunt donata bona, ut poſ-
ſit habere Capellanum, qui pro ipſius donatoris anima cele-
braret, ex quibus dotata fuit Capellania, quàm ipſi donato-
ri; cum non conſtet, donaſſe pro dote, & teſtes deponentes
de auditu, & publica voce, & fama, & patronatu prætenſæ fa-
miliæ donatoris, nihil facere, non concurrente quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi: Caſſad. *dec. 2. de prob.* Put. *dec. 60. lib. 1.*
ut per Garc. *de benefic. par. 5. capit. 9. numer. 61.* & benè
declaravit Lambertin. *part. 1. lib. 1. art. 3. a. 9. princip fol. 26.*
quòd liberalitas, quæ fit erga Eccleſiam, debet intelligi libera
ab omni onere, & vexatione ſæculari, ut dicitur *in c. cum dile-*
cti, in fin. de donat.

Cæterum verò ſi Eccleſia, ſeu beneficium fundetur, aut
dotetur cum conſenſu Ordinarii, tritiſſima eſt concluſio,
quòd quoties quis aſſignavit fundum, vel conſtruxit, aut
dotavit, etiam abſque eo, quòd ſibi reſervaverit juſpatro-
natus, nec dixerit, ſe velle eſſe patronum ſine hæſitatione
29 aliqua, reſervatum eſſe cenſetur, dummodò tamen hujuſ-
modi juſpatronatus expreſsè non remiſerit, idem Garcia
dict. capite nono num. 62. Rota *dec. 5. de jurepatr. in antiqu.*
& fuit dictum in una *Imolen. juriſpatronatus 7. Iunii 1577.*
coram Cantuccia, idem Vivian. *lib. 1. cap. 2. num. 30.* ubi
ex pluribus comprobat, receptiſſimam eſſe concluſionem,
quòd dotans, vel in legato dotis non reſervans ſibi expreſ-
ſè juſpatronatus, illud acquirit, etiam ſi forſan ſibi non
reſervaverit; dummodò tamen, ut ſupra illud non remi-
ſerit; quia, quoad hoc, non requiritur expreſſa reſerva-
tio, quæ jam ab ipſo canone conceditur, ita. *eſt ſatis aper-*
tus in cap. nobis, §. 1. de jurepatr. ibi *quod ſi quis Eccleſiam cum*
aſſenſu Diœceſani conſtruxit, ex eo juſpatronatus acquirit, &
fuit firmatum in una *Iacen. Portionis 10. Decembris 1591.*
coram Pamphilio Seniore, & in una Florentina Subdecana-
tus 22. Maii 1628. coram Durano, prout in una *Iannen. Iuris*
honorifici 7. Maii 1630. coram Pirovano impreſſ. inter diver.
rec. dec. 377. n. 3. & 5.

Niſi tamen eſſemus in caſibus, in quibus non poſſit præſu-
mi reſervatum, veluti ſi diceretur, juſpatronatus eſſe alicujus
familiæ, aut Univerſitatis, tunc enim, quia non ita de facili
plures conveniunt ad ædificandum, ſeu conſtruendum Ec-
cleſiam, præſumitur ex uſurpatione, nam regulariter Eccle-
ſiæ ſolent fieri ex eleemoſynis plurium, & ſic non animo re-
ſervandi ſibi juſpatronatus, Creſcent. *dec. 1. in fin. ſub tit. de*
jurepatr.

Vel ſi eſſemus in Eccleſia collegiata, ſeu Conventuali;
nam licet intra eandem Eccleſiam poſſit reſervari, ac reſer-
vatum cenſeatur abſque ſpeciali reſervatione, ut dictum
eſt in aliis beneficiis in illa exiſtentibus, prout ſunt in
nonnullis Monaſteriis, tàm virorum, quàm mulierum
in hac Civitate Neapolis, non tamen poteſt dictum juſpa-
tronatus reſervari pro præſentatione Prælati, ſeu alterius
illarum; unde quoad hoc non ſufficit probare fundationem
ſeu dotationem: ſed debet doceri de privilegio Apoſtolico,
prout fuit dictum in una *Albanen. Prioratus*, quam refert 30
Garc. *dict. capite nono, num. 99.* ubi quod ex ſola fundatio-
ne, & dotatione, tale jus non poteſt acquiri, ſed requiritur
expreſſa, & ſpecialis conceſſio Apoſtolica in limine funda-
tionis, & dotationis, ut pluries etiam in praxi obſervari in
Romana Curia vidimus, juxta *dict. c. nobis de jurepatr.* Put.
dec. 356. num. 2. & 3. & lib. 2. Hujus quidem ratio eſt, quia
in Eccleſia Conventuali Prælatus debet eligi, non autem
præſentari, *cap. 1. de elect.* idem Put. *dict. dec. 369. num. 3.*
Prætereà non deſunt, qui nimia pietate ducti erga Eccle-
ſiam, illam fundarunt, conſtruxerunt, aut dotarunt, & ex-
preſsè in ſua libertate reliquerunt ſub libera Ordinarii di-
ſpoſitione: & cum expreſſa conditione, quod neque ſui
hæredes, poſt illorum obitum, reſervare ſibi poſſint ali-
quod in Eccleſia juſpatronatus, aut nominandi, quando-
quidem neminem latet, poſſe hæredes aliàs in exequutio-
nem diſpoſitionis ſuorum majorum, reſervare ſibi juſpa-
tronatus; quia teſtator jubendo, quòd Capella conſtruatur,
& dotetur, ſi hæres hoc faciat, poterit ſibi illud ſine dubio re-
ſervare, etiamſi de hujuſmodi reſervatione nihil ipſe teſta-
tor dixerit; cum certum ſit, quod ſupradictus hæres etiam
circa hoc prout in aliis, repræſentat perſonam defuncti, *l. hæ-*
redem, ff. de reg. jur. l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſ. & l. hæres,
de acqu. hæred.

Ex qua quidem ratione, probat Pariſ. *in tract. de confid.*
quæſt. 28. ſub num. 230. verſic. dubium autem, cum num. ſeq.
quòd ſi quis probaverit per publica documenta, dotaſſe
Eccleſiam, non tamen inde appareat ſibi reſervaſſe juſpatro-
natus, cenſetur nihilominus illud ſibi reſervatum: quia
dotans videtur ſibi, & ſuis hæredibus reſervaſſe, etiam
ſi id non appareat, DD. *in cap. ſignificavit, de teſt.* quic-
quid in contrarium ſcripſerit Paul. de Citrad. *in tractat. ju-*
riſpatron. can. 2. quæſt. 25. numer. 5. cum omnes ſcribentes
contrarium teneant, & ita paſſim reſervatur, Garc. *d. par.*
5. cap. 8. num. 62. ex gloſ. *in d. cap. piæ mentis 17. quæſt. 7.* Ca-
valer. *dec. 30. nu. 1.*, ubi quòd ita colligitur etiam ex Con-
cil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. & d. c. 336. num. 2.* quod etiam
fuit tentum in una *Lucan. Capellaniæ 13. Maii 1602. coram*
Cardinale Lancellotto Jo: Aloyſ. Ricc. *in collect. par. 5. de-*
ciſ. 1646. Campanil. *in ſuo Diverſ. jur. can. rubr. 11. cap. 13.*
nu. 335. Ugol. *de poteſt. Epiſcop. capit. 51. in princip.* Vivian.
in prax. juriſpatron. lib. 2. cap. 1. num. 9. Staphil. *de lit. grat.*
tit. de mod. impetrandi, §. ſequitur videre, num. 5. & ita
fuit per Rotam receptum, prout communiter ſervatur, &
practicatur, ut dictum eſt, & probat Abb. ad Buratt. *dec.*
1. num. 14. ubi plures ad id refert Rotæ deciſiones, Lotter.
de re benefic. lib. 2. quæſt. 8. num. 33. qui ait ita fuiſſe tentum
in una *Valentina Parochialis de Carlet. 4. Maii 1601. co-*
ram Lancellotto. Hanc tamen concluſionem ita demum
intelligas, prout in una *Cæſaraugustan. Parochialis de Ma-*
sella 6. Novembris 1617. coram Coccino, ubi ex eo quod
juſpatronatus prætendebatur ex augmento dotis, fuit di-
ctum, eſſe neceſſariam expreſſam declarationem dotantis,
ſivè augentis, nam quamvis fundans, vel dotans Eccle-
ſiam, abſque alia declaratione, ſed ſimplici juris miniſte-
rio acquirat patronatum, ut dictum eſt, attamen ubi ver-
ſamur in acceſſione dotis per viam augmenti, niſi juriſpa-
tronatus reſervatio exprimatur, cenſetur ipſius dotis aug-
mentum factum gratia benefaciendi, ſeu benemerendi
ſimpliciter, non autem acquirendi patronatum, ſtante
præexiſtentia beneficii ſemel dotati Abb. *conſil. 59. ſub num.*
2. par. 1. ac proinde talis augens dotem, etiam ad medieta-
tem, debet exprimere, ſe velle acquirere dictum juſpatro- 31
natus: alioquin diceretur benefactor, ut per Joan. Andr.
in cap. 1. col. 3. in princ. verſic. alias autem de jurepatron. Ro-
ch. *eodem tract. verbo, & dotavit, quæſt. 29.* Vivian. *in ſu-*
pradicta prax. lib. 5. cap. 10. ſub num. 23. verſ. non obſtat, &
ita concludit etiam idem Lotter. *dict. numero trigeſimo*
tertio, ac proinde, quod aſſignatio fuerit facta pro dote,
debet omninò, & concludenter probari, juxta *not. in cap.*
Papa, de privileg. in 6. & in Clem. ſi ſummus, de ſent. excom-
mun. & fuit dictum in una *Cæſaraugustan. Parochialis 14.*
Novembris 1616. quam refert idem Vivian. *ſub d. num. 31.*
verſ. Quod autem.

Cæte-

Cæterum verò, ubi agitur de integra dotatione, aut conſtructione, &c. non requiritur ſpecialis illius reſervatio. Undè in una *Calagurritan. Iurisſpatronatus de Vittoria coram Cavaler. dec. 378. ſub n. 5. verſ. verum contra deciſiones*, licèt fuiſſet oppoſitum, quòd quamvis ex ſola conſtructione Eccleſię acquiratur juſpatronatus, tamen neceſſe eſt, ut conſtructores habuerint animum acquirendi juſpatronatus; nam eo deficiente, nulla potuit fieri acquiſitio, cum potuerit eſſe, ut ipſi habuerint tantummodò animum benefaciendi, & placendi Deo, ut adverſarii conabantur probare per teſtes examinatos.

Nihilominus fuit reſponſum, quod ad acquirendum juſpatronatus non requiritur expreſſa declaratio, ſed ſufficit ſola conſtructio cum conſenſu Epiſcopi, ex quibus inſurgit præſumptio acquiſitionis, *ut in capit. nobis, de iurepatronat.* & dicitur etiam ibi, ita fuiſſe firmatum in alia decisione; qua ſtante, ei, qui dicit, conſtructores non habuiſſe animum acquirendi, incumbit onus probandi, vel quod non habuerint talem animum, vel quod juſpatronatus ſemel ex conſtructione acquiſitum, remiſerint, per Card. Abb. Felin. & aliis *in dict. cap. ſignificavit, de teſt.* & Rocch. *de iurepatron. in verbo, Eccleſiam fundavit, num. 12.*

Debent etiam patroni docere, an juſpatronatus poſſideant juſto titulo, juxtà mentem Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de refor.* an verò ex privilegio Summi Pontificis, quòd
32 jam per dict. Concil. revocatum eſt, etiam ſi ille, qui ſe patronum aſſerit, ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi; cum illud in totum abrogaverit, & irritaverit; etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta, ibi, *in totum prorſus abrogata, & irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta intelligantur, beneficiaque hujuſmodi tanquàm libera à ſuis collatoribus conferantur, ac proviſiones hujuſmodi plenum effectum conſequantur*, ut fuit etiam reſolutum in una *Albanen. Iuriſpatronatus 26. Novembris 1588. coram Orano, & in una Caſſan. Beneficii 4. Iulii 1575. coram Bubalo*, Seraph. *dec. 1295. num. 4.* ubi *num. ſeq.* quo ita fuit reſolutum in Sacra Congregatione Concil. & repetitum in una *Valentin. coram Blanchetto*, & in una *Auximan. Iuriſpatronatus 28. Maii 1585. coram Mellino, & in una Romana Parochialis coram Corduba 21. Ianuarii 1602.*

Hinc propereà fit, quòd poſſeſſio talis juriſpatronatus non ſuffragatur prætenſo patrono adverſus proviſum Apoſtolicum in menſibus reſervatis, etiā cum quibuſvis prægnantiſſimis clauſolis, quas millies vidimus in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica in literis erectionis, ſive conceſſionis hujuſmodi juriſpatronatus adiectas.

Nam licèt ſupradictæ erectiones concedantur cum hujuſmodi ampliſſimis Clauſulis, ac in litteris Apoſtolicis dicatur, ut juſpatronatus tale cenſeatur, & habeatur, ac ſi conceſſum fuiſſet ex fundatione, & dotatione, ſi nihilominus non appareat de tali dotatione, aut alio modo, per quod acquiritur, verè, & realiter aliud procul dubio cenſendum, ac habendum erit tanquam ex privilegio Apoſtolico conceſſum, ut in una *Compſan. Iuriſpatronatus deciſio. 88. num. 2. par. 1. diverſ. recent.* quia ex eiſdem Clauſulis, & verbis convincitur, illud non eſſe ex fundatione, aut dotatione, ſed ex privilegio, & gratia Papæ, qui ita diſpoſuit, ut declaravit Sacra Congregatio Concilio, & habetur in *d. dec. 88. num. 1.* adeò quod dubitari non poteſt de reſervatione prædicti beneficii vigore regulæ reſervatoriæ; cum verum ſit, id procedere ex gratia, & privilegio Papæ, & juſpatronatus non eſſe ex fundatione, & dotatione, ut in *d. dec. num. 3.*

Cæterùm verò, certum eſt, Papam poſſe concedere, prout paſſim concedere conſuevit juſpatronatus ex privilegio, ut etiam colligitur ex Concil. Triden. *ſeſſ. 25. cap. 9.*
34 *de reform.* quod tamen non poteſt Epiſcopus Rocch. *hoc tract. verbo, pro eo, quod de Diæceſani conſenſu, num. 4.* & alii relati per Garc. *p. 5. cap. 9. num. 128.* ubi refert declarationem *S. Congregationis Concil. ſuper d. c. 9.* quæ ſic ait, *Iuſpatronatus ex privilegio Epiſcopi conceſſum, in cujus pacifica poſſeſſione extiterunt præſenſi patroni per 140. annos, non prodeſt: cum enim conſtet de tit. ex privilegio invalido, centenaria poſſeſſio non prodeſt, ob malam fidem, ideò per hoc decretum eſt ſublatum.*

Eſtque propereà advertendum circa hoc, quod juſpatronatus ex privilegio, poteſt dupliciter concedi; prout concedi ſolet per ipſum Summum Pontificem, nempe, vel ex cauſa oneroſa, vel ex cauſa lucrativa, ſeù quod idem eſt, ex mera gratia, ſeù ex mero privilegio: ſed ne juniores per ignotos terminos verſentur, etiam in ipſa Romana Curia, ubi frequentes ſunt hujuſmodi conceſſiones, eos ſcire non pigeat, quod tunc juſpatronatus conceſſum eſſe dicitur ex cauſa oneroſa, quando illud habet commenſurationem ad cauſam de futuro, ut puta propter augmentum, veluti, ſi, & poſtquam tot pecunias quis impenderit, vel ſi fuerit reſervatum ex cauſa recuperationis bonorum beneficii, aut reædificationis; quatè omnibus probatis, per quæ conceditur dictum privilegium; modis præmiſſis, cum dicatur juſpatronatus ex cauſa oneroſa conceſſum, non comprehenduntur decreto Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 9. §. reliqui patronatus*, ubi revocantur jurapatronatus, quæ non 35
ſunt ex cauſa fundationis, & dotationis, nam, ut fuit dictum in una *Patavina Iuriſpatronatus coram Seraphino, deciſion. 907.* hic non obſtat diſpoſitio Concilii Tridentini, quia illud non derogat iis patronatibus, qui ex communi diſpoſitione competunt, maximè ratione æquiparationis iſtorum caſuum, cum caſu fundationis, & dotationis.

Benè tamen verum eſt, illos comprehendi, ut juxtà ejuſ- 36
dem Concilii diſpoſitionem *loc. cit.* revideri poſſint ab Ordinario, quatenus juſpatronatus fuerit conceſſum à 40. annis ante ejuſdem Concilii publicationem; quia tunc ex præſcripto ejuſdem Concilii debet ab ipſis Ordinariis revideri, ſi fuerit in damnum Eccleſiæ conceſſum; licèt dum interim revidetur, debeat ſortiri effectum ſuum: & patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi, etiam in ſua poſſeſſione manuteneri; quandoquidem ſimul ſtare poſſunt, & quòd præſentatus ſit inſtituendus, & quòd in judicio petitorio juſpatronatus veniat declarandum nullum Rota *dec. 687. num. 2. verſ. Neque obſtat, p. 1. diverſ.* idem Vivian. *lib. 4. c. 10. n. 6.*

Aliud eſt juſpatronatus, quod competit ex mero privilegio, & mera gratia, quando videlicet, Summus Pontifex alicui illud concedit ſuper aliqua Eccleſia ex mero titulo lucrativo, non autem ex cauſa oneroſa, ut ſupra dictum eſt, prout concedere ſolet, & hoc juſpatronatus, cum quibuſvis verbis narrativis, ac diſpoſitivis quantumcumque ampliſſimis conceſſum, eſt ſublatum ſicut illud ex præſcriptione competens; Seraph. *dec. 1395.* Parif. *de conſid. quæſt. 28. num. 239. & 240.* Gonz. *ad regul. 8. gloſ. 18. numer. 18. verſic. rurſus, & num. ſeq.* & alias Sacra Congregatio ejuſdem Concilii ita declaravit, videlicet, *An patronatus ex privilegio cenſeri debeant ſublati, & Congregatio die 14. Decembris 1581. & 1586. cenſuit eſſe ablatos patronatus ex privilegio, non autem ex fundatione, & dotatione, & in una Comen. Iuriſpatronatus 8. Iunii 1601. coram eod. Seraphino* fuit reſolutum, juſpatronatus ex privilegio eſſe revocatum per Concil. *ſeſſ. 25. cap. 9.* in totum, etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta. Addit. ad Ludoviſ. *deciſ. 397. num. 6.* ubi probat, id procedere, etiam ſi juſpatronatus ex privilegio, ſpectet ad Duces, Marchiones, & Comites, licèt ſecùs ſi ſit Regum, ſeu Principum, jura regia habentium.

Cur autem tale juſpatronatus ex ſimili privilegio, & ex cauſa lucrativa ſit ſublatum, nec ſuffragentur clauſolæ ampliſſimæ in privilegio conceſſæ, ea quidem eſt ratio, quæ ab omnibus ſcribentibus affertur, nimirum quod licet in hujuſmodi conceſſione dicat Summus Pontifex, quod illud non competat ex privilegio, ſed ex vera, & reali fundatione, & dotatione, non ideò deſinit illud eſſe ex privilegio, prout fuit per Rotam reſolutum in una *Placentina Parochialis de Mirabel coram Orano*, quam deciſionem per extenſum affert idem Garc. *d. par. 5. cap. 9. num. 117.* ſicut etiam ſupra dictum eſt. Quinimmò, in tantum id procedit, ut etiam ſublatum cenſeatur per d. Concil. ſi in privilegio dicatur, quod tale juſpatronatus ejuſdem eſſet prorſus naturæ, & roboris, ac ſi ex fundatione, dotatione competeret; cum ſit ad inſtar, non autem propriè ex fundatione, & dotatione, idem Garc. *loc. citat. num. 118.* ubi refert, Sacram Congregationem Concilii declaraſſe ſuper *d. cap. 9.* his verbis, videlicet, *Patronatus qui fuerint conceſſi, ut eſſent ejuſdem prorſus natura roboris &c. cujus patronatus laicorum, & nobilium, Regum, ac ſic ex fundatione, & dotatione forent, Congregatio cenſuit eſſe ſublatos, quia cum ſint ad inſtar, & non propriò Regum, nec ex fundatione, ideo non comprehendi ſub exceptuatis*, Rota *dec. 88. n. 2. & 3. part. 1. in recent.* Quicquid in contrarium dicat id. Gonz. *d. gloſ. 8. n. 92. & ſeq.*

Illud autem pro hac noſtra praxi non duximus omittendum quòd licet Papa frequenter concedat hujuſmodi juſpatronatus, ſivè ex cauſa oneroſa, ſivè ex cauſa lucrativa, ut ſupra viſum eſt, non tamen deſunt caſus, in quibus ipſemet Papa patronatus hujuſmodi concedit, etiam ex vera, & reali fundatione, & dotatione, & non aliter quàm ad præſcriptum ejuſdem Concilii, ſicut plures in ipſa Curia obſervavimus, non tamen ex hoc talis patro-
37 natus conceſſio dici poteſt ex privilegio Papæ, ſicut pluries in dubium revocatum exitit, & ſignanter in una *Iannen. Abbatiæ* penes Rubeum *deciſ*.218. *num*.35. *tom*.1. ubi dicitur, non eſſe neceſſariam conſequentiam, Privilegium Apoſtolicum fuit conceſſum, ergo patronatus non poteſt eſſe ex fundatione, aut totali, ſeù æquali dotatione; nam potuit impetrari privilegium tempore fundationis pro conſenſu Papæ, uti Ordinarii Ordinariorum; ad quem non rarò recurritur pro hujuſmodi jurepatronatus impetrando, etiam quod illud poſſit liberè concedi per Ordinarium, ex facultate ſibi tradita per Concil. Trident. *d. ſeſſ*. 25. *cap*. 9. ac inſuper in ſupradicta *deciſ*. *num*. 7. ſubditur, quòd in illius caſu neceſſarium erat privilegium Apoſtolicum, cum verſaretur in Eccleſia Regulari, in qua requiritur privilegium Apoſtolicum in limine fundationis; nec tamen per illud tollitur qualitas fundationis, & dotationis, Put. *deciſ*. 356. *num*, 2. *lib*. 2.

Et iſte eſt unus ex caſibus, in quibus licet juſpatronatus exiſtat ex fundatione, & dotatione, attamen ex cauſa præmiſſa neceſſariò recurrendum eſt ad Papam pro illius erectione; & conceſſione, ut optimè iſta praxis explicatur *in dec*. 421. *num* 2. 3. *diverſ. recent*. ubi, quòd licèt ſola conſtructio, & dotatio regulariter ſoleat eſſe ſufficiens ad acquirendum juſpatronatus, abſque alia reſervatione Rota *dec*. 167. *num*. 4. *par*. 2. *diverſ*. tamen cum ſimus in beneficio regulari, ad effectum præſentandi Prælatum in dicta Eccleſia non acquiritur juſpatronatus ex ſola fundatione, & dotatione ſine privilegio Apoſtolico, *cap. hit etenim*, 16. *quaſt*. 1. gloſ. *in c. nobis in verbo, niſi aliter, verſ. vel expone*, & ibi DD. *de jurepatr*. Mohed. *dec*. 10. *num*. 5 *eod. tit*. ubi fuit dictum, quod cum quidam Prioratus eſſet beneficium Conventuale, in quo ad habendum juſpatronatus, non ſufficit dotatio, & fundatio, requiritur privilegium Apoſtolicum, *d. c. nobis*, & fuit dictum in una *Regien. Prioratus coram Pamphilio*, 24. *Maii* 1585.

Nec tamen, ex eo quod patrono conceditur privilegium præſentandi Prælatum ad prædictam Eccleſiam Conventualem, infertur, quod tale juſpatronatus ſit etiam ex privilegio, & ideò comprehenſum in d. Concil. Trid. *loc. cit*. quia illud à fundatione, & dotatione dependet, & ei eſt connexum; ac proinde non dicitur merè gratioſum, Put. *deciſ*. 369. *num*. 1. *& deciſ*. 382. ubi, quod in tali caſu non intrat derogatio, quando privilegium datur ex cauſa fundationis, & dotationis, ex quibus illud originem trahit, & ſic non cenſetur, Papam voluiſſe illi derogare, prout conſuevit, quando juſpatronatus conceſſum eſt ex mero privilegio, & ex mera gratia, ut in caſu prædictarum deciſionum.

Ad hæc non oſcitanter idem inquiret Superior, an juſpatronatus, de quo agitur, fuerit aliquo modo uſurpatum quod in perſonis potentibus, ſeù Communitatibus, potiſſimùm præſumitur, ut non rarò accidiſſe ſcimus, præſertim in hoc Regno, ubi omnia ferè jura hujuſmodi ita uſurpata noſcuntur, ut Ordinarii ea non ſine maximis ſudoribus è manibus prædictarum, eripere, ac primariæ libertati reſtituere ſatagunt. Undè non immeritò eodem Concilio *ſeſſ*. 25. *cap*. 9. *de reform*. cautum eſt, ut in iis perſonis, ſeu Communitatibus, vel univerſitatibus, in quibus id jus plerumque ex uſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis
38 probatio aliter eis ſuffragetur, quod ſi præter aliqua ad eam neceſſaria, præſentationes, etiam continuatæ, non minori ſaltem, quod quinquaginta annorum ſpatio, quare omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis, probentur, ac proindè exactiſſima diligentia debet circa id per Superiorem adhiberi circa hujuſmodi probationes, cum in iis majus amiſſionis periculum per maximè verſetur, ac proindè ita cautè agendum eſt, ad tex. *in cap. ubi periculum de elect. in* 6. Quæ quidem probatio ita pro forma, inducta noſcitur, ut neque per teſtes, neque per alium æqui-
39 pollens ſuppleri poſſit, prout ex Sacra Congregatione Concilii, plures emanarunt deſuper declarationes; nam ſuper *dict. capit*. 9. ibi *Ex fundatione, vel donatione, &c. ſive etiam ex multiplicatis præſentationibus, &c. Congregatio cenſuit, & hæc verba accipienda eſſe disjunctiva, nam ſufficit alterutrum probare, ſcilicet, vel titulum ex authentico documento, ſive multiplicatas præſentationes, ut in Congregatione Die* 4. *Februarii* 1581. Secunda, *Juſpatronatus, quod probatum eſt ſolo documento fundationis, &c. abſque aliqua præſentatione, non tollitur à Concilio, niſi tantum tempus præteriiſſet, quantum jure requiritur, ad præſcribendam Eccleſiæ libertatem*. Tertia, *An ſatis ſit aſſerenti ſibi competere juſpatronatus ex fundatione, ſi in una, aut altera præſentatione de anno* 1554. *&* 1561. *quæ effectum ſortita fuerunt, oſtendatur, Congregatio cenſuit, non eſſe ſatis. Die* 10. *Februarii* 1581. Quarta, *Juſpatronatus ex ſolis præſentationibus continuis ultra hominum memoriam, probatur ex fundatione, vel dotatione, licèt in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, aut dotatione*. Quinta, *Congregatio cenſuit, Barones, & alias Dominos juriſdictionem perpetuam habentes, comprehendi hoc decreto verſic. in his vero perſonis*. Sexta, *ibi, authenticis ſcripturis probentur, Congregatio Concilii omnium conſenſu cenſuit, requiri pro forma, ut probatio fiat authenticis ſcripturis, & conſtituendam eſſe regulam, quod probatio per teſtes non ſufficiat*. Septima, *An cap*. 9. *ſeſſion*. 25. *in ea parte, in qua requirit pleniorem, & exactiorem probationem juriſpatronatus in iis perſonis ſeu Communitatibus, in quibus uſurpatio plerumque præſumitur, nec eis immemorialis aliter ſuffragatur, niſi præſentationes, etiam continuata non minori, quam* 50. *annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortita fuerunt, authenticis ſcripturis probentur requirat pro forma, quod probatio fiat per authenticas ſcripturas, ita ut probatio per teſtes regulariter excludatur Hier. Card. Matthejus*. Octava, *Congregatio Concilii cenſuit, ut ad conficiendum immemorialem, concurrant anni elapſi uſque ad tempus controverſia motæ, & non tempus decurſum uſque ad publicationem Concilii tantùm attendendum ſit*. Nona, *Non poſſunt repelli probationes oblatæ à patronis, ut eorum patronatus declarent ex Concilio, ſalvis tamen exceptionibus tam hujus decreti, quàm juris communis*. Decima, *Jus præſentandi verbi gratia ad Manſionarias datum Capitulo, cenſendum eſſe ex privilegio, quando Capitulum non fundavit, nec dotavit, nec habet immemorialem, ideo ſublatum eſt hoc decreto*. Undecima, *Julius Papa III. ad ſupplicationem Cardinalis de la Cueva, & Joannis Comitis de Uvicnam, & Domini in temporalibus oppidi de Moron conceſſit juſpatronatus dicto Comiti ad ſex beneficia ſimplicia conſiſtentia in Eccleſia dicti Oppidi de Moron ad ipſius Comitis vitam, quod juſpatronatus defuncto dicto Comite, Pius IV. ad ſupplicationem prædicti Cardinalis, & D. Petri Ducis filii, & ſucceſſoris dicti Joannis Comitis conceſſit dicto D. Petro Duci pro ſe, & ejus filio primogenito; modo dubitatur, an juſpatronatus fuerit revocatum per Conc. Trid. hoc cap. Congregatio decrevit, hoc juſpatronatus conſeri ex privilegio, & idea à Concilio ſublatum eſſe*, Flam. Parii. *quæſt*. 28. *de conſid. num*. 240. Duodecima, *An ſi quis probaverit, ſe per* 40. *annos præſentaſſe, & in poſſeſſionem, ſeu quaſi fuiſſe, admitti debeat ad præſentandum, non obſtante decreto Concilii hoc cap. cum alias titulus præſentationis* 40. *annorum eſſe videatur, & prædicto decreto conformis, ibi aliaſve ſecundum juris, diſpoſitionem, concluſum eſt, Congregationem cenſuiſſe, non debere admitti: nec obſtant illa verba, aliaſvè ſecundum juris diſpoſitionem: quia Congregatio intelligit, ut non reſpiciant tempus, de quo tam expreſſe ſupra diſpoſuit, & voluit eſſe immemoriale, ſed reſpiciant alias clauſulas, & alios modos, quibus ſecundum jus vetus probari poterat juſpatronatus: ſed quod ad tempus attinet, illud præciſè, & ſemper debeat eſſe immemoriale, nec ſufficiant* 40. *anni, etiam ſi alias jure veteri ſufficerent, ut in perſona Eccleſiaſtica, ſecundum Lambert. de jurepatr*. Decimatertia, *An patronatus in Conventuali Eccleſia cenſeri debeant ſublati, verſ. reliqui, Congregatio Die* 4. *Decembris* 1589. *cenſuit, patronatus ex cauſa fundationis, ſeu dotationis in ipſo limine fundationis, ſeu dotationis Apoſtolico privilegio conceſſos, non eſſe ſublatos; patronatus vero reliquos in conventualibus Eccleſiis, quocumque privilegio conceſſos poſt fundationem, & dotationis, eſſe abrogatos*. Decimaquarta, *An ad probandum privilegium patronatus in Conventuali Eccleſia ex cauſa fundationis, &c. & quidem in ejus limine fundationis conceſſum fuiſſe, ſufficiat immemorialis, junctis multiplicatis præſentationibus, quæ ſecun-*

dum

dum formam Concilii in præſenti , effectum ſortita fuerint , ſtante derogatione in calce poſita , Congregatio in dicta die 4. 1586. cenſuit , non ſufficere ex verbis tàm in prima , quàm in ſecundo caſu , niſi probata fama talis privilegii , aliiſque concurrentibus requiſitis , ſecundum juris diſpoſitionem , nec obſtare dictam derogationem , cum non referatur ad diſpoſita in prima parte . Quas quidem declarationes habes etiam penes Garz. *de beneſic. par. 5. cap. 9. numer.* 141.

Et in terminis probationis juſpatronatus, quòd ex uſurpatione quæſitum præſumitur , in una *Sabinen. Beneficii de anno 1582. coram Felic. record. Clemente VIII. tunc Rota Auditore*, ut per Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 52. num. 2.* fuit dictum, quod cum verſemur in caſu præſumptæ uſurpationis , diſpoſitio ſupradicti Concilii habet lo-
40 cum, etiam ſi Communitas, ſeù Univerſitas ſit parva, nam in ea militat eadem ratio præſumptionis ; cum generaliter idem Concilium loquatur, & propterea generaliter intelligendum ſit, cum abſque aliqua diſtinctione id ſtatuerit, ad tex. *in l. preſio , ff. de publiciana in rem act.* & non diſtinguat inter Communitates , & Univerſitates parvas, & magnas.

Quam quidem præſumptionem uſurpationis præcipuè habere locum novimus in Italia, ubi propter receſſum Curiæ, omnes Domini, & populi, jura Eccleſiæ modo ſuo tractare cœperunt, ut ait Achill. de Graſſ. *deciſ. 4. de jurepatronat.* præſertim ubi Ordinarii Collatores, ſunt inferiores Epiſcopo, ac minoris authoritatis; quorum qualitate attenta, facilè præſumi poteſt uſurpatio; eo quod non fuerint auſi Univerſitatibus, aut Magnatibus contradicere; quòd ſecùs eſt in aliis patronatibus privatis, ut per Put. *deciſ. 55. num. 2. lib. 1.* & fuit dictum in una *Nullius Archipresbyteratus 2. Maii 1558. coram Cardinale Pamphilio*, licèt aliter dicendum ſit, ſi in Collatoribus ſit æqualis, vel major authoritas, quam in Univerſitate ; tunc enim ceſſat diſpoſitio ſupradicti Concil. *ſeſſion. 25. cap. nono*, quandoquidem totum illud, quod dicitur, in Magnatibus, ſeu Univerſitatibus, præſumi jura Eccleſiæ uſurpata, procedit ubi non datur æqualis concurſus potentiæ, & authoritatis in Collatoribus, ſecùs ſi Collatorum ſit æqualis, vel major po-
41 tentia, & authoritas; quia tunc ceſſat prædicta diſpoſitio Concilii, & fuit dictum in una *Toletan. Iuris decimandi 10. Martii 1582. coram Card. Blanchetto*, ut per eundem Mareſcot. *loc. cit. n. 5. &c.*

Eſt tamen advertendum, quod *dicta deciſ. Toletan.* fuit poſtmodum per Rotam reprobata in una *Sorana Iuriſpatronatus 1603. coram Pamphilio*, & in una *Iacen. Parochialis 23. Iunii 1603. coram eodem*, ut per Add. ad Luduviſ. *deciſ. 222. num. 11. verſ. & hac forma*, qui ſubdit ibidem , quod ſi concurreret ſola potentia prætendentium juſpatronatus abſque juriſdictione , tunc non habet locum dicta forma Concilii , Rot. *deciſion. 374. part. 2. in recent.* & fuit dictum in una *Lucan. juſpatronatus 26. Iunii 1619. coram Dunozetto* , & confirmata 2. *Decembris. 1619. coram eodem*.

Id tamen in gratiam Superiorum facultatem inſtituendi habentium, non omittam quid ſentiendum , quando juſpatronatus commune eſt inter Communitatem , & Collegium, aut alium pium locum , ut in caſu deciſionis *Lauden juriſpatronatus 28. Iunii 1630. coram D. Pirovano*, quæ eſt *deciſ. 401. diverſ. par. 5. in recent.* ibi enim præſentatus per Carthuſiam, & Communitatem , fuit ab Ordinario inſtitutus, cum expreſſa declaratione, quod apparebat de tali communi jurepatronatus , nec obſtabat verſari in perſonis ſuſpectis de uſurpatione tàm reſpectu Communitatis, quàm ipſius Carthuſiæ Dominæ temporalis juriſdictionis, quo caſu intrat Concilii diſpoſitio *ſeſſ. 25. cap. 3.* ut non admittantur probationes, niſi probatis præſentationibus per 50. annos, & immemorabili poſſeſſione: quandoquidem, quoad hujuſmodi Communitatem, quamvis ſit de uſurpatione ſuſpecta , nihilominus quando ſuſpectus concurrit cum non ſuſpecto , prout eſt Eccleſia , tunc , quia Ordinarius, remoto ſuſpectu , nihilominus libertatem beneficii non acquirit, ſuſpicio illa non relevat, ut intret forma per dict. Conc. præſcripta , ſed ſufficit tantummodò probatio ordinaria, & in una *Feſulana juriſpatronatus* penes Cavaler. *deciſ. on. 79. num. 2.* quod cum pro parte perſonæ non ſuſpectæ ceſſabat præſumptio uſurpationis, ceſſabat etiam pro parte ſpectante ad Univerſitatem Parochianorum; quia, etiam quod parochiani non præſentarent , non propterea Eccleſia remanebat libera , undè , quando Eccleſia eſt ſub ſervitute, & agitur de pertinentia, tunc non intrat diſpoſitio Concilii, quia ſi Parochiani uſurparunt, non uſurparunt libertatem Eccleſiæ, quæ nihilominus erat in ſervitute, & ideò non ſunt neceſſariæ probationes juxtà formam Concilii, ſed ſufficerent probationes ordinariæ, ut fuit dictum in dicta *Soran. juriſpatronatus, & in d. dec. 89. num. 3.*

Sicut pari modo ceſſare dicimus uſurpationis juriſpa- 42
tronatus præſumptionem, quando ipſa Eccleſia eſt patrona Caſtri, & juriſdictionis, ut in puncto firmavit Rota in una *Papien. juriſpatronatus 18. Iulii 1630. coram Pirovano*, & declaravit Sacra Congregatio Concilii in una *Sublacen. 12. Septembris 1621.* in jurepatronatus Abbatis , temporalem juriſdictionem habentis , in quo non requiruntur probationes , ita ampliores , quas Concil. prædictum expoſcit in iis perſonis , in quibus præſumitur uſurpatio , ut per Addit. ad Buratt. *deciſion. 382. numer.* 5. per rationem ibi ab eo optimè traditam , nempè quia de Eccleſia domina Caſtri non poteſt timeri , ne quis ei contradicere valeat ; nam ſemper ſubjicitur ſuo Superiori abſque contradictione aliqua , nec acquirendo juſpatronatus, bona Eccleſiæ uſurpare præſumitur prout contra laicum ſuſpicari poteſt: quia juſpatronatus non ſibi , vel hæredibus acquiritur , ſed Eccleſiæ , ut ait Felin. *in capit. cum venerabilis numer. 32. de except.* docens , regulare eſſe , proviſionem Eccleſiarum, quæ ſubſunt plebibus , vel aliis Eccleſiis inferioribus , ad Epiſcopum ſpectare, qui de jure communi fundat intentionem ſuam in ſubjectione omnium Eccleſiarum in ſua Diœceſi conſiſtentium: ex quo excluditur uſurpationis præſumptio , idem Addit. ad Buratt. *dicta dec. 823. num.* 5.

Adhac , idem dicendum eſſe firmavit pluries Rota de
Univerſitatem , quæ nullam habet juriſdictionem , aut 43
publicam authoritatem, ſeù potentiam in loco beneficii, vel in Collegiis, Capitulis , & perſonis Eccleſiaſticis, juriſdictione carentibus, aut Confraternitate laicorum, pariter juriſdictionem non habentium , Aut quando non tota Univerſitas , ſed certa illius pars , vel plures familiæ prætenderent juſpatronatus, ſive etiam in Univerſitate , quæ viſitatur , & corrigitur ab Ordinario, ut ſunt Confraternitates laicorum , Aut quando Univerſitas habet tertiam , vel quartam partem juriſpatronatus: reliquæ autem partes ſpectant ad patronos diſtinctos, qui non ſunt perſonæ potentes , nam ceſſat etiam tunc ratio uſurpationis, quia , etiam ſi potens excludatur , beneficium propter hoc non remanet liberum, ſed de jurepatronatus; quia habentes alias partes, non tolerarent uſurpationem , ut per Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 18. ſub num. 69. verſ. & ſimiliter* Add. ad Buratt. *deciſ. 551. num. 16.*

Eſt tamen hic advertendum, quòd licèt opus ſit, ut aliquis dicatur perſona potens, in loco beneficii exerceat , vel alias exerceret juriſdictionem, ut inter præſumptionē uſurpationis juxta terminos d. Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. c. 9.* Caputaq. *dec. 128. par. 2.* Put. *dec. 57. & 58. lib. 1.* & fuit dictum *in d. Soran. Iuſpatronatus*, & in una *Pampilonen. Iuſpatronatus de Belconte 16. Iunii 1586. coram Orano , & in alia Bononien. Iuriſpatronatus 16. Ianuarii 1608. coram Sacrato*, impreſſa penes Farinac. *in poſth. deciſ. 172. in fin. tom.* 1. ubi dicitur , non ſufficere perſonam eſſe potentem in partibus ad hunc effectum, niſi cum potentia concurrat inſimul exercitium juriſdictionis in loco beneficii , *& in una Cracovien. Decanatus*, 10. *Decembris 1603. coram Iuſto* , qua ad id refert, & ſequitur Cavaler. *dict. deciſ. 89. num.* 1. & ex pluribus firmavit etiam id. Addit. ad Buratt. *deciſ. 142. num. 13. & 14.*

Nihilominus verò, Rota, hanc potentiæ, probationem, cum illa probetur ex divitiis, amicis, numeroſitate perſonarum, & familiarum, ac populari æſtimatione , ut per DD. *in l. 1. C. ne liceat in potentiorem*; & propterea non ſemper eſt certa, ſed Judicis arbitrio remittitur; ab hac opinione receſſit, in una *Ferrarien. Archipresbyteratus 26. Iunii 1628. coram Cerſino Decano*, quæ eſt *deciſ. 197. par. 5. recent.* in qua
num. 36. fuit dictum , ſufficere potentiam in loco, quamvis 44
non ſit conjuncta cum juriſdictione ; ex eo quod Sacra Congregatio Concilii ſæpè cenſuerit, ſicut etiam ipſa Rota, quòd juſpatronatus Univerſitatis etiam parvæ, & ſine juriſdictione in loco , ac etiam Parochianorum , præſumitur ex uſurpatione; unde potius in loco indiget eadem probatione,

ne, qua is, qui habet juriſdictionem; nam Idem Concilium habet locum etiam quando præſumptio uſurpationis, ſi Juſpatronatus prætendatur, à perſona potenti, vel Magnati ſivè Univerſitate, ut per Addit. ad Buratt. *deciſ.* 832. *num.* 6, ubi pluribus comprobat, quòd proindè eadem probatio requiritur, quando ad Juſpatronatus agit familia potens, & magna, prout, quando agit Dominus Caſtri.

Quarè in una *Oſcen. Parochialis*, *quæ eſt deciſ.* 842. *part.* 3. *diverſor.* ad hunc effectum, dicitur, fuiſſe tentum in Urbe in familia Urſinorum, in qua militat eadem ratio Potentiæ, quæ militat in Univerſitate; & quod in familia potenti, pluries fuerit tentum in Rota, Cotta *deciſ.* 356. Peregrin. *deciſ.* 5. *lib.* 2. & fuit dictum in una *Lucan. juriſpatronatus de Podiis* 20. *Novembris* 1620. *coram Coccino*, in Addit. ad Buratt. *dict. deciſion.* 832. *num.* 8. Necnon familia Columneſium, ac etiam de Sabellis idem Addit. ad Buratt. *loco citato dict. num* 6. ac Nobiles Veneti in Statu Venetorum *dict. num.* 6. *verſic. item nobiles Venetos*.

Et in una *Neapolitana Capellania* 29. *Julii* 1571. *coram Cardinale Lancellotto ſeniore* familia Caracciolorum fuit ad prædictum effectum, inter potentes reputata, ut in *d. Lucana loco citato d. num.* 6. dict. Add. ad Buratt. *d. num.* 8.

Et ſic ex his ſatis, ſuperque conſtat, ut inter formam ſupradicti Concilii ad probandum Juſpatronatus familiæ potentis abſque eo, quod illa unà cum potentia exerceat juriſdictionem in loco beneficii, quod etiam deducitur ex pluribus deciſionibus factis in *d. Lucan. juſpatronatus*, conſequutivè appoſitis penes Vivian. *in calce ſuæ prax. juriſpatron.*

Nec longè abeſt experientia, quæ eſt rerum magiſtra *cap. quam ſit, de elect. in* 6. ut etiam ſine maxima, imò cum levi potentia, videamus hujuſmodi jura uſurpari; ex eo, nonnulli Ordinarii (ſalva pace cæterorum) non audent contradicere, ut dicebat D. Marſicanus Rotæ Auditor, quem refert Put. *deciſio.* 55. *in fin. lib* 1. Non eſt tamen omittendum, quod licèt aliàs juſpatronatus fuiſſet in manu alicujus potentis, ac proinde tunc præſumeretur ex uſurpatione, ceſſat tamen illa præſumptio per contrariam præſumptionem, quæ oritur, & ex eo, quòd juſpatronatus hujuſmodi eſt translatum in non potentem, ut fuit dictum in una *Bononienſ. juriſpatronatus coram Damaſceno*, penes Farinac. *deciſion.* 191. *num.* 4. *part.* 1. *in poſth.*

CAPUT V.

Praxis translationis Juriſpatronatus.

S V M M A R I V M.

1 *IV patronatus, quot modis de uno in alium transferatur.*
2 *Tranſit in uſufructuarium omnium bonorum.*
3 *Non tranſit in creditorem, cui datum eſt pignus Univerſitatis bonorum.*
4 *Transfertur cum hæreditate, ſine conſenſu Epiſcopi.*
5 *Legari tamen, aut quovis titulo particulari transferri non poteſt, ſine dicto conſenſu.*
6 *Qui tamen non requiritur, ſi transferatur in Eccleſiam. Secus ſi in laicum.*
7 *Iuſpatronatus transfertur donatione, & quomodo id intelligatur.*
8 *Si fiat illa filio, vivente patre, requiritur conſenſus Ordinarii.*
9 *Iuriſpatronatus translatio, ſine conſenſu Ordinaris non abdicat jus à donante.*
10 *Donatarius quando poſſit ad beneficium præſentare.*
11 *Conſenſus Ordinarii quomodo præſumendus in translatione juriſpatronatus.*
12 *Non præſumitur in perſona potente.*
13 *Conſenſus Epiſcopi in jurepatronatus, poteſt intervenire, etiam poſt mortem teſtatoris.*
14 *Sicut requiritur in donatione juriſpatronatus, ita juris præſentandi.*
15 *Iuriſpatronatus erectioni, ſeù translationi, non poteſt Vicarius Epiſcopi conſentire.*
16 *Patronus donans juſpatronatus, cenſetur donaſſe cumulativè, non autem privativè cum ipſe donante.*
17 *Patroni diverſarum Eccleſiarum, poſſunt inter ſe, illas permutare, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, licet poſſit ad cautelam adhiberi.*
18 *Iuſpatronatus, an transferatur de una Eccleſia ad aliã ſine conſenſu Epiſcopi.*
19 *Indulgentia conceſſa Eccleſiæ, transfertur cum tranſlatione ejuſdem Eccleſiæ ad alium locum.*
20 *Iuſpatronatus transfertur venditione vera Univerſitatis, in qua illud adeſt.*
21 *Iuſpatronatus venit appellatione Iurium, & pertinentiarum.*
22 *Non acquiritur ex ſola reparatione, ſeù reſtauratione Eccleſiæ.*
23 *Neque ex augmento dotis.*
24 *Iuſpatronatus ex privilegio, non conceditur per Epiſcopum.*
25 *Fundatio beneficii comprehenditur ſub verbo conſtructionis.*
26 *Iuriſpatronatus fundatio conſenſum, non autem conſilium Epiſcopi requirit.*
27 *Conſenſus Epiſcopi in erectione beneficii, facit præſumere omnia requiſita.*
28 *Iuſpatronatus non amittitur per fructuum beneficii diminutionem.*
29 *Iuſpatronatus beneficium, an poſſit Epiſcopus ad ſui favorem erigere.*
30 *Et reſpondetur negativè. Et quare.*
31 *Simonia frequentius committitur in tranſlatione juriſpatronatus per venditionem Univerſitatis, &c.*
32 *Venditio cujuſcunque rei univerſalis, quomodo cenſeatur facta.*
33 *Iuſpatronatus eſt jus reale, & tranſit cum Univerſitate.*
34 *Quod tamen ſingulariter transferri non poteſt, cum ſit ſpirituali annexum. num.* 35.
36 *Tranſit tamen cum Univerſitate ad hæredem, etiam univerſalem.*
37 *Ac etiam in donatione quorumcunque bonorum, &c. jurium, &c.*
38 *Tanquam annexum ſpiritualitati, inæſtimabile eſt, & ſine pretio pretioſum.*
39 *Iuſpatronatus quomodo tranſeat cum Univerſitate, diſtinctio proponitur.*
40 *Et quando vendito palatio, à quo illud dependet.*
41 *Iuriſpatronatus mentio quomodo facienda in venditione Univerſitatis.*
42 *Dictio cum, quomodo intelligatur in venditione Univerſitatis, in qua adeſt juſpatronatus.*
43 *Iuſpatronatus quomodo exprimendum in venditione Univerſitatis, ut illud tranſeat, & n.* 45.
44 *Domo vendita, quando veniant etiam ſtatuæ in ea exiſtentes.*
46 *Venditio Univerſitatis, licet ſimoniaca, reſpectu juriſpatronatus, an teneat.*
47 *Iuſpatronatus venditum aque principaliter, cum Univerſitate, amittitur, & Ordinarius confert beneficium tanquam liberæ collationis.*
48 *Patronus poteſt vendere hororantias, ſeù alios fructus ſui juriſpatronatus, ſi ſic ſibi in fundatione reſervavit.*
49 *Sepulchra, & Capella quomodo vendi, ſeù concedi poſſint.*
50 *Sepultura gratis præſtanda defunctis.*
51 *Simonia committitur, tàm in accipienda pecunia, quàm in illius promiſſione.*
52 *Necnon pro remiſſione alicujus debiti per præſentatum.*
53 *Patroni unius vox tantum, ſimoniacè præſentantis, quomodo efficit præſentato.*
54 *Præſentatio facta, ut præſentatus aliquid ſolvat Eccleſiæ eſt ſimoniaca.*
55 *Præſentatus juret ſe non commiſiſſe ſimoniam in præſentatione, ex Concil. Provinc. Mediolan.*
56 *Præſentatio ſimoniaca, cum impoſitione oneris beneficio, ut hic.*

57 *Si-*

57 *Simonia non committitur in Capellaniis erectis ſine conſenſu Ordinarii.*
58 *Simoniaca eſt renunciatio, beneficii, ſeu litis pro pecunia.*
59 *Vexationem redimere in beneficialibus, quando liceat, ſine incurſu ſimoniæ.*
60 *Vexationem redimendi materia, nimis pericaloſa, ſine beneplacitu Apoſtolico.*

CONtingit quandoque Juſpatronatus patrono competere titulo translativo, quod quatuor modis de uno
1 alium transferri poteſt, & Primo, ſucceſſione, quando videlicet cum Univerſitate bonorum, ideſt ſucceſſione hæreditatis, quo caſu transfertur juſpatronatus acceſſoriè, etiam abſque conſenſu Epiſcopi, *cap. ex literis*, *& cap. cum ſaculum*, *de jurepatr.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 71. num.* 2 Vivian. *eod. tract. lib. 4. cap. 1. num. 2.* Mantic. *deciſ.* 140. *num.* 2. ubi, quod eodem modo tranſit etiam in uſufructua-
2 rium omnium bonorum, ad tex. *in l. quoties*, *§. ultim. ff. de uſufr. l. uxori meæ*, *de uſufr. leg.* quandoquidem uſufructu legato, omnis fructus rei ad uſumfructuarium pertinet, *l. uſufructu legatu*, *ff. de uſufr.* immò, cum in bonis defuncti, juſpatronatus comprehendatur, juſpræſentandi magis ad uſufructuarium, quàm hæredem debet pertinere, ut in *d. deciſ. Mant. num. 4.* licèt non idem dicendum ſit de
3 creditore, cui datum eſt pignus Univerſitatis bonorum, in qua exiſtit juſpatronatus; quia is facultatem quidem habet fructus percipiendi, & tamen non poteſt præſentare, *cap. cum Bertold. & ibi not. gloſ. ultim. de re jud.* nam creditor percipit fructus nomine debitoris, eoſque ſoluto debito, tenetur reſtituere; vel in ſortem imputare, ſeù cum credito compenſare, *cap. 1. & 2. de uſur. lib. 1. & 2. Codic. de pign. act.* fructus autem, qui conſiſtunt in præſentatione, nec debitori poſſunt reſtitui, neque cum credito compenſari, ut dicit gloſ. *in dictu cap. cum Bertoldus*, & alias rationes ad id adducit Lambert. *de jurepatron. part. 2. lib. 1. art. 2. 9. quaſt. princ per tot. fol. mihi* 388. & ſub *num. 3. circa finem*, ubi concludit, præmiſſa in tantùm procedere, quod creditor præſentare non poteſt, etiam nomine debitoris, ac proinde non eſt aliquo modo recedendum à diſpoſitione *dict. cap. cum Bertoldus*, ubi *gloſ. fin.* quamplura ad id ſingulari methodo congerit, & fuit dictum in eadem Mantic. *deciſ. 140. num* 12. & in *d. cap. cum Bertoldus*, ſatis probatur quòd creditor, cui pignori data eſt Univerſitas, in qua eſt juſpatronatus, non poteſt præſentare, nec in eum tranſit juſpatronatus cum Univerſitate pignorata; quia, ſicut dictum eſt, debet creditor fructus pignoris reſtituere, vel in ſortem computare, ſeu compenſare, & cum fructus juriſpatronatus non capiant æſtimationem, reſtitui non poſſunt, nec in ſortem computari, ut per Garc. *de benefic. par. 5. cap. 5. num.* 10. *&* 11. ubi plures allegat. Secundo modo, donatione, *cap. ex inſinuatione*, *hoc tit.* idem Vivian. *loc. cit. num. 2.* Barbol. *d. alleg. 71. n. 1.* Tertio modo, permutatione, idem Lambert. *d. art. 2. quaſt. 3. princ. num. 1. fol.* 344. Vivian. *in d. praxi lib. 4 cap. 3. num. 3.* Quarto modo, venditione, cum Univerſitate bonorum, in qua ſit juſpatronatus, id. Barbol. *loc. cit. n. 1.* Vivian. *d. lib. 4. c. 1. num. 2.*

Et cum non in omnibus ſupradictis modis, libera ſit translatio ſine conſenſu Epiſcopi, proptereà notandum eſt, quoad Primum, ſcilicet ſucceſſione, benè tranſire hujuſmodi juſpatronatus ſine dicto conſenſu, ſicut jam ſupra dictum eſt; vel ſi transferatur cum hæreditate, ſivè ſit hæres ſuus ſive extraneus, ſivè ex teſtamento, ſivè ab inteſtato; quia tranſit cum univerſitate bonorum, *gloſ. 1. in cap. pia mentes 16. quaſt. 7.* gloſ. *in d. cap. cum ſaculum*, & ibi Abb. *num. 3. hoc tit.* Rotch. de Curt. *eod. tract. verbo ipſe, vel is, num. 1.* quo caſu non requiritur conſenſus Diœceſani, Vivian. *d. lib. 4. c. 1. num. 14.*

Et tamen hîc advertendum, quod quatenus ſupra dictum eſt, juſpatronatus tranſire cum Univerſitate bonorum, ideſt ſucceſſione hæreditatis, ſine conſenſu Epiſcopi, illud
4 tamen legari non poteſt titulo legati, ſine dicto conſenſu prout neque quovis titulo particulari transferri, ut per Lambert. *d. lib. 1. par. 2. quaſt. 6. princ. art. 2. & quaſt. 1. prin. art. 2. & 21.* etiam ſi legatario fuiſſet legata pars bonorum
5 & jurium; ex eo quod verbum *lego*, appoſitum in teſtamento, non importat hæredis inſtitutionem, Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 20. num. 4* Mant *de conject. ultim. vol. lib. 9. tit. 13. n. 9.* Covar. *var. reſol. lib. 2. cap. 18. nu. 10.* cum aliis relatis per Marc. Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſ. 29. nu. 16. & 18.*

Quamvis aliter dicendum ſit, ſi juſpatronatus etiam principaliter, & de per ſe transferatur inter vivos ex contractu, in Eccleſiam, vel in alium locum religioſum; quia 6
neque hîc requiritur conſenſus Ordinarii, Barboſ. *d. alleg. 71. num. 11.*

Quoad ſecundum, transfertur donatione, quæ ſi fiat 7
compatrono ejuſdem Eccleſiæ, etiam ſine dicto conſenſu valet; quia tunc dicitur vera translatio, cum juſpatronatus non transfertur in novam perſonam, ſed in compatronum, qui jam effectus eſt capax talis juriſpatronatus, Lambert. *d. 2. par. 1. lib. prima 9. prim. artic.* 12. Caputaq. *dec. 131. par.* 2. Achill. de Graſſ. *deciſ. 10. de jurepatr.* & dum idem Caputaq. *d. deciſ. 131. num. 3.* quærit, quid dicendum ſit, ſi donatio fiat filio, vivente patre, an requiratur conſenſus Epiſcopi, reſolvit requiri; quia idem filius non eſt 8
compatronus vivente patre, Rocch. de Curt. *eod. tract. verbo competens*, *quaſt. 7. in fin.* Barboſ. *d. alleg. 71. num. 29.* Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 577. nu. 37.* idem Vivian. *d. lib. 4. cap. 1. num. 3n.*

Quòd ſi fiat donatio, ſeù quævis alia juriſpatronatus translatio, abſque Ordinarii requiſito conſenſu, illa erit nulla, & nullum jus abdicatur à donante, ſeu transferente: quo caſu poteſt donans, ſeù aliàs transferens alteri il- 9
lud jus donare, non obſtante prima donatione jam facta ſine dicto conſenſu. Addit. ad Ludoviſ. *deciſ. 420. num. 7.* ſicut etiam ex eadem ratione donatarius, ſeù translatarius 10
non poterit ad dictum juſpatronatus præſentare; ſed ſi donans, ſeù transferens præſentabit, valebit præſentatio ob dictam rationem; quod ſatis per ſe patet; ac proinde dictum in una *Pientina Juriſpatronatus*, quod ſi poſt factam donationem, ante tamen Epiſcopi conſenſum, vacet beneficium, debet in eo inſtitui præſentatus à donante, non autem à donatario; quæ quidem deciſio eſt impreſſa penès Farinac. 327. a. 7. p. 3. in qua dicitur, non obſtare, quod poſt mortem donantis poterat Epiſcopus confirmare donationem Rot. *deciſ. fin. de jurepatron. in antiqu.* quia hoc verum eſt, ſed non interveniente conſenſu Epiſcopi, cum non fuerit abdicatum jus à donante, & ejus hæredibus poſſunt illi præſentare. Nam quamvis donatio valeat in præjudicium donantis, & ejus hæredum, tamen id intelligitur accedente dicto conſenſu; ſecùs autem eo non accedente; quia tenet præſentatio facta; cum ante confirmationem hujuſmodi donationis, non fuerit abdicatum jus à donante, ejuſque hæredibus, ut dictum eſt.

Qui quidem conſenſus Ordinarii, quatenus non appareat, præſumitur tamen ex curſu temporis triginta an- 11
norum juncta obſervantia, ut per Lambertin. *eodem tractat. 2. par. 1. lib. 1. quaſ. princip. artic. 9.* Rot. *deciſ. 707. num. 5.*

Eſt tamen advertendum, quòd licèt prædictus conſenſus præſumatur adhibitus ea diuturnitate temporis, & obſervantia, ex Barbat. *conſil. 33. num. 2. lib. 2.* ſæpè à Rota canonizatum, ut in una *Forolivienſ. Capellania* 10. *Maii* 1589. penes Seraphin. *deciſ. 871. num.* 3 Lotter. *de re beneſic. lib. 2. quaſt. 14. num.* 10. Ita tamen probatio præſumptiva non admittitur in perſona potentis: quia ex iis rationi- 12
bus, quas aliàs adduximus, ſemper urget præſumptio uſurpationis, & non probationis factæ ad præſcriptum Concilii Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* quod benè fuit declaratum in *Melphien.* penes Mant. *dec. 257. num. 4. & 5.* ubi, quod, cum ex potentia Principis præſumatur uſurpatio, Pereg. *deciſ. 5. lib. 2.* Achill. de Graſſis *deciſ.* 156. proptereà forma ejuſdem Concilii ad id requiſita debet omninò in forma ſpecifica, & concludenter probari, non autem per conjecturas: quandoquidem non ſuffragatur dicta præſumptio, quantumvis ortum duxerit ex longiſſimi temporis obſervantia, quæ hîc non habetur in conſideratione, ſed debet probari juxta theoricam DD. *in leg. 2. Cod. de jur. emphyt.* Alex. *conſ. 101. in fin. l. 2.* & alii relati in una *Compſana juſpatr.* impreſſa penes Farinac. *deciſ. quinquageſima octavam. 4. p. 1.*

Cæterum verò, nulli dubium eſt, dictam præſumptionem conſenſus ſuffragari, ut ſupra dictum eſt, qui potiſſimum præſumitur, cum in Eccleſia fuerint celebrata divina officia, vel aliquid aliud factum, quod non niſi de conſenſu, & licentia Ordinarii fieri poteſt, tam circa erectionem, quàm reſervationem juriſpatronatus, cum prædictus

ctus conſenſus ſatis ſufficiat pro atteſtatione juriſpatronatus, & in hac materia Rota ſolet multùm deferre atteſtationibus Ordinarii, tanquam atteſtantis de re ipſi præjudiciali, quia dum canonizat juſpatronatus, privat ſe ſpe ulterius liberè conferendi, Rota *deciſion. 11. de jurepatronat. in nov.* Put. *deciſion.* 232. *in fin. lib.* 2. & fuit dictum in una *Tuden. Parochialis 7. Novembris* 1611. *coram Ubaldo*, relata per Cavaler. *deciſ.* 378. *num.* 2. & 3.

13. Sicut etiam dicendum eſt, quod talis conſenſus poteſt intervenire, etiam poſt mortem teſtatoris Rota *in dicta Gerunden. Beneficii.*, Addit. ad Buratt. *deciſ.* 702. *num.* 9. ubi quòd poteſt etiam intervenire lite pendente ſuper eo, an beneficium ſit de jurepatronatus, ubi defectus reſultet ex iſto conſenſu, quando nemini infertur præjudicium. Quiquidem conſenſus poſtea ex intervallo præſtitus, retrotrahitur ad diem erectionis, vel tranſlationis, ut in *d. Gerunden. Beneficii*, quòd procedit etiam in præjudicium alterius donationis, medio tempore factæ cum conſenſu Epiſcopi, qui ſine cauſa priorem donationem confirmare recuſavit; dummodò tamen confirmatio primæ donationis petita fuerit ab Epiſcopo, antequam ſecunda facta fuiſſet cum ejus conſenſu, & Epiſcopo, antequam ſecunda facta fuiſſet cum ejus conſenſu, & Epiſcopus abſque juſta cauſa conſentire recuſaverit; & dummodò donans, vel donatarius contradictioni Epiſcopi non conſenſerit, ſed habuerit recurſum ad Superiorem, ut in caſu Mantic. *dec.* 86. *nu.* 8. & 9. ubi ex eod. Lambert. quod donatarius in proprio actu donationis petiit adhiberi conſenſum Epiſcopi, qui noluit conſentire, &c. & elegantiſſimè, ac eruditiſſimè ex pluribus præmiſſa probat idem Add. ad Buratt. *loco citato num.* 10. 11. & 12.

Et ſicut prædictus Ordinarii conſenſus requiritur in donatione ipſius juriſpatronatus facta laico, ad not. communiter per DD. *in d. cap. cum ſaculum*, & *c. illud*, *de jurepatron.* ita pariter requiritur, quando donatur jus præſentan-
14 di, Dec. *conſil.* 541. *num.* 2. Ludoviſ. *deciſ.* 420. *num.* 1. quia eadem ratio eſt in utroque, quamvis juſpatronatus, & jus præſentandi id diſcriminis inter ſe admittant, ut nimirum, poſſit uni juſpatronatus reſervari alteri verò jus præſentandi concedi qui juriſpræſentandi tantummodò habeat exercitium, ut ex pluribus noviſſimè probat Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Carolus Maranta *in ſuis celeberrimis reſpon. to. 3. reſp. 32. n.* 12. & 13. & *per tot.* hanc materiam, non minus elegantiſſimè, quàm more ſuo eruditiſſimè diſcurrit. Quarè, ex præmiſſa ratione, non ſequitur, quod ſi alicui competit juſpræſentandi, ergo idem habebit juſpatronatus, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 18. *n.* 92. & alibi opportunius dicam.

Eſt præterea advertendum, quod hujuſmodi conſenſus
15 requiritur, ut ſit ipſiuſmet Epiſcopi; non enim ſufficit, quod præſtetur per ſuum Vicarium, niſi ipſe ad id fortaſſe ſpeciale habuerit mandatum ab eodem Epiſcopo, Ferret. *conſil.* 327 Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 31. Zerol. *in prax. epiſ. par.* 1. verbo *Vicarius*, §. 11. & 13. & fuit dictum in una *Placent. Parochialis de Mirabel.* 19. & *ultim. Januarii* 1594. *coram Orano*, quam refert Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 117. ſicut nec idem Vicarius poteſt confirmare donationem juriſpatronatus, Rebuff. *in form. Vicar. num.* 184. Ferret. & Sbroz. ubi ſupra idem Garz. *loco citato num.* 76. & *ſeq.* Addit. ad Ludoviſ. *deciſion.* 420. ubi hanc concluſionem ampliat Primo, ut nec etiam in caſu abſentiæ Epiſcopi, Vicarius poſſit præſtare hujuſmodi conſenſum; quod quidem adeò procedere dignoſcitur, etiam ſi ipſius Epiſcopi habeat facultatem, quantumvis generalem, ut probat Azor. *inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *in princip.* Garc. *de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 75. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 54. *num.* 73. Vivian. *in prax. juriſpatr. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 25. & 26. etiam ſi idem Vicarius ſuas literas patentes habuerit cum clauſula generali, videlicet, *necnon omnia, & quæcumque alia gerendi, & exercendi, quæ idemmet Epiſcopus facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet*; namque talis facultas non ſufficit ad præſtandum hujuſmodi conſenſum, ut ex pluribus comprobat Donat. Anton. de Marin. *quotid. reſolut. capit.* 230. *num.* 5. *in* 1. *aditione*. Secundò, quod neque valet conſuetudo in contrarium: quoniam eſſet contra jus; ac proindè deberet eſſe, vel quadragenaria, vel immemorabilis. Tertiò, ut non præſumatur mandatum in Vicario ex lapſu longi temporis, niſi ſit enunciatum; licèt aliud ſentiat ibi id. Add. cum mandatum ſpeciale regulariter probetur ex lapſu longi temporis, juncta obſervantia.

Hoc tamen, circa hujuſmodi donationem juriſpatronatus non omittam, prout in praxi pluries eveniſſe ſcimus, nempe, quòd ſi patronus donet juſpatronatus, ſeù 16
præſentandi, intelligitur illud cumulativè, non autem privativè donaſſe, prout fuit reſolutum in una *Cremonen. Juriſpatronatus coram Robuſterio*, *quæ eſt deciſ.* 385. *numer.* 8. *part.* 1. *diverſor.* ex ea potiſſimùm ratione, nempè quia ſi in dubio, quando lex mortua, aut viva concedit aliquod jus, vel exercitium ipſius, vel privatus ſe immiſcet alicui juri, alteri competenti, intelligunt, ut alias diximus concedere, & ſe immiſcere cumulativè, & & non privativè cum illo, qui habet idem jus, ut per Dec. *poſt alios conſil.* 3. *numer.* 3. & in patrono donante jus præſentandi, ut intelligatur donaſſe cumulativè, & non privativè, idem Dec. *conſil.* 542. *numer.* 5. *in fin.* & *conſil.* 609. *numer.* 4 & *ſeq.* & in pluribus patronis, Feder. de Sen. *conſil.* 147. *verſic. quæritur*, Abb. *conſil.* 54. *volum.* 2. *poſt med. verſic. nam ubicumque lib.* 2. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar.* §. 2. *proœm. num.* 32. qui id etiam exemplificat, quòd ſi fundator beneficii, vel Eccleſiæ nominet extraneum in patronum, talis nominatio intelligitur accumulativè cum ipſo, & hæredibus propriis, & non privativè; nec cenſetur ſe ipſum, & proprios hæredes excludere; cum prima charitas incipiat à ſe ipſo, Ancharan. *conſil.* 81. *num.* 1. Calderin. *conſil.* 4. *de jurepatron.* & *d. dec.* 385. *d. num.* 8.

Quoad tertium, transfertur permutatione; namque clarum eſt, patronos diverſarum Eccleſiarum poſſe inter 17
ſe permutare, & quamvis hìc in dubium poſſit revocari, an in hujuſmodi permutatione requiratur conſenſus Epiſcopi, ea ratione, quia utrumque permutatum eſt ejuſdem naturæ, ſcilicet annexum ſpiritualitati, propterea dicitur non requiri ex cauſa dictæ permutationis prout requiritur, quando donatio juriſpatronatus ſit ſæculari perſonæ: quia, ſicut patroni poſſunt inter ſe convenire de præſentando alternis vicibus ſine conſenſu Epiſcopi prout ſuo loco dicetur, ita in totum permutare, etiam ſi permutantes eſſent patroni diverſarum Eccleſiarum ex diverſis cauſis: id ſervatum fuiſſe ſcimus in ſimilibus permutationibus ſcilicet factis ſine conſenſu Epiſcopi, per ea, quæ tradit idem Lambert. 2. *part. lib.* 1. *artic.* 2. 3. *quæſt. princip. per tot.* quia cum ſimus in mera permutatione rei ſpiritualis cum ſpirituali, nulla videtur poſſe cadere ſuſpicio ſimoniæ: Verùm tenet, idem Lambert. *loc. citat. num.* 7. cautius eſſe, ſi dictus conſenſus adhiberetur, quando permutatio ipſa fieret inter duos laicos de integris, & ſeparatis juribus patronatus diverſarum Eccleſiarum, non provenientibus ab uno defuncto: quare adhuc videtur ad cautelam dictum conſenſum requiri: ne ſub colore permutationis, aliquid aliud, quòd fortaſſe ſimoniam ſapiat, interveniat: proindeque ſuperfluum non videtur, ut fraudibus occurratur, ſi interveniat ad id. Ordinarii conſenſus, ad tex. *in leg. cum his*, §. *ſi cum his*, *ff. de tranſact. l. magis*, §. *ſi pupillus*, *ff. de reb. cor.*

Sed ſicut juſpatronatus non poteſt regulariter transferri de perſona in perſonam ſine conſenſu Epiſcopi, nunquid,
idem dicendum ſit, ſi illud transferatur de una ad aliam 18
Eccleſiam, ex cauſa illius demolitionis, ſeu profanationis? Et datur reſponſio negativa, nempè, quòd talis conſenſus non requiritur, cum ſufficiat illum interveniſſe in primæva illius erectione, cum reſervatione dicti juriſpatronatus: quòd quidem ita demum procedere certum eſt, etiam ſi dos prædicti beneficii applicaretur pro dote alterius beneficii, vel Dignitatis, aut Canonicatus in Eccleſia: quia etiam ſi illud beneficium extinguatur per unionem, vel ſuppreſſionem, non tamen extinguitur juſpatronatus, ſed illud transfertur ad beneficium, cui ſit applicatio: nam juſpatronatus alias de conſenſu Epiſcopi fundatum, & conceſſum, habet perpetuam cauſam durationis, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 13. ex qua quidem cauſa dicimus etiam, quod ſi Eccleſia juriſpatronatus erigitur in Collegiatam, patronus retinet jus præſentandi ad præbendas, Jo. Andr. *in cap. poſtulaſti*, *de jurepatr. num.* 30. & ibi Abb. *num.* 5. licèt non poſſit præſentare Abbatem, vel Epiſcopum: nam priora jura remanent omninò intacta, Serap. *dec.* 1444. *num.* 11. quia in unaquaque diſpoſitione ſemper cenſetur reſervatum jus tertii, tex. *in cap. cum olim*, *de conſ.* Innoc. *in cap.* 2. *num.* 3. *de nov. oper. nunciat.* nec per mutationem ex-

tin-

tinguitur privilegium,quod eſt compatibile cum ſtatu im-
mutato, id. Seraph. *d.dec.*1444.*n.*10. ubi quod ſecus, ſi eſſet
incompatibile.

Sicut etiam per præmiſſa benè infertur ad Eccleſiam, cui
per Papam conceſſa eſt aliqua indulgentia perpetua, vel ad
19 tempus nondum elapſum, namque translata Eccleſia, vel
Capella,cui conceſſa eſt dicta indulgentia, de uno ad alium
locum,cenſetur utique translata ipſa indulgentia,Suar.*lib.*8.
*de legib.cap.*5.*in fin.* ubi quod dicta indulgentia cum eadem
Eccleſia transfertur, quando non eſt conceſſa ratione ſitus,
ſed directè prædictæ Eccleſiæ,ſeù Capellæ, & ſub ſuo nomi-
ne; quia tunc Eccleſia cenſetur comparari perſonæ, quæ ſe-
cum defert privilegium perſonale; prout tenent DD. citati
per Suar.*d.c.*5.& ita non ſemel audivi à bon. mem.Scipione
Cobellutio poſteà Cardinale S. Suſannæ,Præfecto Brevium
fel. rec. Pauli V.

20 Quoad Quartum, Transfertur juſpatronatus venditio-
ne veræ Univerſitatis, in qua illud eſt *cap.ex literis*, *de
jurepatronatus*, Surd. *de aliment. tit.*9.*quaſt.*28.*num.*27.*&
ſeq* Menoch. *de præſumpt.lib.*4.*quaſt.*5. Covar.*lib.* 1. *var.
reſolut.cap.*13.*num.*3.*& ſeq.* idem Menoch.*conſil.* 90.*num.*
118.& fuit dictum in una *Toletan. Iuriſpræſentandi coram
D. Manzanedo*,impreſſa penes Farinac. *dec.*399. *numer.* 3.
ubi, quod cum in facultate vendendi exprimuntur jura, &
21 pertinentiæ, illorum appellatione venit etiam juſpatrona-
tus, tanquam anneaum, & acceſſorium, Abb. *in d. cap.
ex litteris*, ac etiam, quod ſtante dicta facultate venden-
di, tranſivit etiam juſpatronatus cum Univerſitate; dum-
modò non fuerit exceptuatum, ex communi omnium ſen-
tentia, & ex pluribus in *eadem deciſ. allegatis*, firmatur;
nec in tali acquiſitione, ex hujuſmodi generali rei vendi-
tione, requiritur conſenſus ipſius Ordinarii: quia licèt
juſpatronatus transferri poteſt ſub generalitate bonorum;
ut dictum eſt; non tamen de per ſe; nam alias venditur
ſuo jure privaretur, & Eccleſia remaneret libera, text. *in
cap. quia clerici*, & ibi gloſ. & Abb. *num.* 6. *de jurepatr.* &
in *Conc.* 1.*prov. Mediolanen.par.*1.*fol.*14.*verſ.Epiſcopi*,vo-
luit glorioſæ mem. S. Carolus Borromæus,Epiſcopi munus
eſſe,cavere,ne propter juriſpatronatus occaſionem, plus res
aliquanto res,cui illud jus annexum eſt,vendatur,aut tranſ-
feratur;ſi qui verò nihilominus ita vendiderint,pœnas con-
tra ſimoniacos editas,incurrant, prout etiam infra latius di-
cetur.

Unde ſemper requirendus eſt Ordinarii conſenſus, aliàs
hujuſmodi translationes, præterquam in caſibus præmiſſis
abſque prædicto conſenſu, nullæ erunt; potiſſimum ve-
rò, ex cauſa novæ dotationis, aut novæ Eccleſiæ ædifica-
tionis; ex quibus ſæpe numero vidimus per Ordinarios
conceſſum extitiſſe juſpatronatus, minus legitimè; nam-
que licet de eorum præjudicio agatur, circa eorum liberas
collationes, nihilominus juſpatronatus hujuſmodi ad-
mittunt ex quocunque augmento dotis, ac quacunque re-
ſtauratione Eccleſiæ; quod poſteà vidimus per Ordinarios
ſucceſſores revocatum, ſervata forma juris, ac prædicti
Concil. Trident. nam licèt juſpatronatus acquiratur, ex no-
va dotatione, reædificatione, & nova conſtructione, ni-
22 hilominus ex ſola reparatione, ſive reſtauratione non
acquiritur; cum ad hunc effectum opus ſit, quod Eccleſia
funditus ſit deſtructa; ita ut egeat nova conſecratione, ut
per Lambert. *de jurepatronat. articul.* 9. 6. *princip.* 10. *par-
te* 1. *lib. numer.* 16. Rocch. *eodem tract. verbo, conſtruxerit
num.*10

23 Prout neque ex augmento dotis idem juſpatronatus ac-
quiritur, ſed ex integra dotatione; cum ſicut alias dixi-
mus, potius ita ditare, quàm dotare dicatur: ſed neceſſe
eſt, quod Eccleſia dotem ſuam antiquam totaliter amiſe-
rit, eidemque nova dos eſſet tradita à volente acquirere
juſpatronatus, ni ſic ſibi poſſit Ordinarii conſenſus ad hu-
juſmodi veram, & legitimam acquiſitionem ſuffragari, ut
dicitur in una *Compſana Iuriſpatronatus* penes Farinac.*dec.*
58.*num* 5.*par.* 1. ubi *num.ſequ.* quod ſi concedatur ex aug-
mento dotis, aut reſtauratione Eccleſiæ, neceſſe eſt fate-
ri, tale juſpatronatus conceſſum fuiſſe ex privilegio Apo-
ſtolico: etiam ſi in tali conceſſione adeſſet clauſula, *ac ſi
illud ab initio fundaveritis, & dotaveritis*: quia per dicta
verba Papa fingit factum, quod verè factum non eſt, ut
not. gloſ. *in l. quamvis, ff. de bon. auct. iud. poſſid.* & alias
diximus.

Quarè cum tantummodò Papa poſſit juſpatronatus ex
24 privilegio concedere, nullo modo id Epiſcopo permitti-
tur: quod ſi aliàs ſuum conſenſum ſuper tali acquiſitione ju-
riſpatronatus præſtabit, nihil facit: nam cum jam ſit ſibi
præſtituta ad hoc regula per Sacros Canones, præſertim
dict. Concil. *d. ſeſſ.*25.*cap.*9.*de reformat.* videlicet ex do-
tatione, fundatione, & conſtructione, id intelligitur in
omni ſui parte perfectum, nempè ex integra dotatione,
aut ædificatione à principio, aut ex integra redotatione,
in caſu totius dotis amiſſionis, aut integræ reædificationis,
in caſu totalis Eccleſiæ deſtructionis, ut ſupra dictum eſt;
& tunc benè poteſt Epiſcopus conſentire perinde ac ſi novi-
ter redotans à principio dotaſſet, novuſque reædificans ædi-
ficaſſet.

Quod quidem intelligendum eſt, ita ut licet Concilium
prædictum *loc. cit.* velit, dictum juſpatronatus reſervari ex
fundatione, vel dotatione, non tamen excluditur conceſ-
ſio ex conſtructione competens, quæ comprehenditur ſub
verbo, *fundationis*, ut probat Garc. *de benefic. lib.*5.*cap.*9. 25
*num.*38.

Et quidem hic notandum, quod dum requiritur expreſ-
ſus conſenſus Epiſcopi, non ſufficit illius conſilium, aut 26
ejuſdem conſenſus petitio tantùm, de quo per Lambert.
*lib.*1.*par.*1. *quaſt.* 9. *artic.* 2. *à numer.* 131. quia ubi de di-
cto conſenſu conſtat, omnia præſumuntur ab eo diligenter
diſcuſſa; & alias Rota cenſuit, quod ubi juſpatronatus fue-
rit erectum authoritate Epiſcopi, præſumendum eſt, om-
nia neceſſaria interveniſſe, præſertim congruam dotem,
quæ eſt unum ex neceſſariis pro fundatione beneficii, ut
dicitur in una *Firmana juriſpatronatus* impreſſa penes Fa- 27
rinac. *deciſ.*521.*num.*1.*par.*3. ubi *num.ſeq* fuit dictum,
quod licèt fructus dotis beneficii fuerint diminuti,non ideò 28
ſequitur,quòd per hujuſmodi diminutionem, juſpatronatus
fuerit amiſſum.

Quid autem in caſu, quo ipſemet Epiſcopus velit benefi-
cium juriſpatronatus ad ſui favorem fundare: an videlicet
poſſit ipſe in facto proprio ſuum præſtare conſenſum?
Et certè negativa eſt reſponſio; namque talis conſenſus eſt 29
ab alio requirendus, quam ab ipſo Epiſcopo fundatore, de
cujus favore, & intereſſe agitur, ut conditiones, pacta,
& reſervationes in limine fundationis appoſitæ approben-
tur tanquam honeſtæ, poſſibiles, & compatibiles cum
ſubſtantia juriſpatronatus: quare idem Epiſcopus ſibi in
his authorizare non poteſt: nam partis, & judicis, ac
fundatoris, examinando juſtitiam illarum, ſuſtinere ne- 30
quit, juxta text. *in Clement.* 2. ubi gloſ. *in verbo*, *menſa
ſua*, *de reb. Eccleſ. non alien.* Seraph. *deciſ.*1027 ac propte-
reà ab alio eſt requirendus talis conſenſus, ut fuit dictum
in una *Iſpalen. Theſauraria* penes Farinac. *in poſth. deciſio.*
331.*num.*5.*tom.* 2. ubi fundator erat Archiepiſcopus, &
proptereà videbatur requirendus conſenſus à Summo Pon-
tifice.

Verùm,ſicut ipſa Romanæ Curiæ praxis docet, vidimus,
non modò quando Archiepiſcopus eſt fundator, verum
etiam quando eſt Epiſcopus,quod pro aſſenſu hujuſmodi de-
bet adire Summum Pontificem, non autem ad Metropoli-
tanum.

Reaſſumendo autem quæ paulò ſuperius diximus, circa
quartum modum transferendi juſpatronatus, nempè ex
venditione Univerſitatis, in qua majus periculum ſimo-
niam committendi verſatur: ac proptereà ibi procul du-
bio eſt plenius conſulendum, ut ait tex. *in cap. ubi periculum
de elect. in* 6. neminem proinde latet, quantum ſimoniæ
vitium jura abhorreant; quod quidem in translationibus,
aut quibuſcumque aliis diſpoſitionibus juriſpatronatus plu-
rimùm, ac frequentius, irrepſiſſe non ignoramus, potiſ-
ſimum verò in venditione Univerſitatum, Villarum, Ca- 31
ſtrorum, aut aliarum rerum, in quibus juſpatronatus hu-
juſmodi inter cætera reperitur. Quarè operæ pretium me
facturum exiſtimavi, nonulla ad hanc praxim pertinentia,
ſubiicere, nempè quonam modo hujuſmodi translatio-
nes per venditionem prædictam, ſecundum regulas ju-
ris, tutò, & abſque aliqua ſuſpicione ſimoniæ fieri va-
leant.

Præmittamus igitur, quod in quacunque venditione cu-
juſcunque juris univerſalis, illius emptor non habet, ne-
que plus, neque minus, quàm in ipſa Univerſitate conti-
netur, tex. *eſt in l. venditor, ff. de heredit. vel act. vend.* nam-
que intelligitur facta venditio ejus, quòd eſt in Univerſita-
te,eo modo, quo eſt veluti,quando venditur Caſtrum: quia
tunc dicitur vendi jus univerſale: quod ſi Caſtrum fuerit 32
venditum cum Vaſſallitio, omnique alio jure, quod ven-

ditori

alteri quovis modo competebat ſuper dictis Vaſſallis, cenſetur venditum hujuſmodi Vaſſallitium, cum omnibus juribus ipſi Vaſſallitio annexis, Mareſcott. *var. reſ. lib.* 2. *c.* 55. *nu.* 1. 2. & 3.

In hujuſmodi tamen venditione non veniunt ea, quæ prohibita ſunt alienari, veluti bona feudalia, *cap.* 1. *§. in generali, ſi de feud. fuer. controv.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 2.

Quare, hic aliud eſt, ſi patronus vendens Univerſitatem, intelligat, cum ea tranſire juſpatronatus; quia non propterea incideret in pœnam privationis ipſius juriſpatronatus, ſed ipſa venditio valet, & illud tranſit ad emptorem, *tex. eſt in c. ex litteris de jurepatr.* cum juſpatronatus hujuſmodi ſit jus reale, & ideo tranſit cum Univerſitate, etiam quod ſit juris ſacri, & religioſi; quod ſingulariter transfer-
34 ri non poteſt, *l. in modis, de contrah. empt. l. quadam, de acquir. rer. domin.* id. Mantic. loc. cit. *num.* 4.

Et quamvis juſpatronatus Eccleſiæ ſit jus annexum ſpiri-
35 tuali, & ideo per contractum laicorum transferri non poſſit, *cap. de jure, de jurepatron.* tamen cum Univerſitate
36 tranſit etiam ad hæredem univerſalem, *d. l. quadam, de acquir. rer. dom.* unde tranſit, etiam ad emptorem, qui nedum emit res corporales, verùm etiam jura; veluti ſi quis emit Caſtrum, vel Villam cum juribus, & pertinentiis, id. Mant. loc. citato *num.* 25. Rota penes Seraph. *deciſ.* 725. *num.* 1. ubi, quod in donatione omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, jurium, &
37 actionum, comprehenditur, etiam juſpatronatus; quicquid dixerit Innoc. *in cap. ex litteris num.* 2. & ibi Card. *qu.* 11. *de jurepatron.* cum aliis relatis in d. *dec.* 727. nam contrarium cenſuit Rota: ex eo quod opinio Innocentii non eſt recepta, ut advertit Abb. *in d. c. ex litteris, num.* 12. & alii pro contraria ſententia, in eadem deciſione loquuntur in aliis caſibus.

Unde ſequitur, ex his videre, numquid in venditione, ſeu ceſſione, quæ fit ex titulo univerſali, ſeù verbis generalibus, comprehendatur, etiam juſpatronatus? Et ratio dubitandi, ea quidem eſt, nam juſpatronatus per ſe vendi non poteſt, ut in *d. c. de jure, hoc tit.* nam cum ſit annexum ſpi-
38 ritualitati, inæſtimabile eſt, & ſine pretio pretioſum, ut ait Cujac. *in explicat. cap.* 3. *circa med. verſic. qua de cauſa, de jud.* quem refert. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 8. *nu.* 54. Mareſcott, loco citato, *n.* 6.

Quarè ita diſtinguendum videtur, nempe, quod aut ſit
39 venditio Caſtri, hæreditatis, feudi, aut alterius rei ſimilis, cui adhæret juſpatronatus; & tunc, mediante tali venditione, ſeu ceſſione, quæ fit ex titulo univerſali, tranſit d. juſpatronatus, etiam ad quoſcumquè hæredes, mediante titulo univerſali hæredis. Aut ſit venditio, ſeù ceſſio omnium bonorum, jurium, & actionum, & tunc eſt diſtinguendum; nam ſi in dictis bonis comprehenditur Caſtrum Villa, hæreditas, aut tale quid univerſale, cui ſit annexum juſpatronatus, idem eſt dicendum; aut non comprehenditur, & tunc, mediante venditione, ſeu ceſſione, etiam omnium bonorum, jurium, & actionum, verbis generalibus, & univerſalibus facta, juſpatronatus non transfertur, idem Mareſcot. *d. c.* 55. *à n.* 7. *uſque ad fin.* ubi in propoſito plures enumerat DD.

Cur autem hujuſmodi juſpatronatus vendi non poſſit, ratio eſt, quia ſi ſingulariter venderetur, contractus eſſet ſimoniacus, cujus vitium profectò ceſſat, ſi prædictus contractus ſit univerſalis, quoad ſonum verborum, ut infra dicetur, & quoad rem; quarè, ceſſante vitio ſimoniæ, juſpatronatus transfertur in emptorem: cum etenim quis vendiderit Caſtrum, vel Villam, cum qua juſpatronatus poteſt acceſſoriè tranſire, multo magis tranſit, cum Univerſitas venditur: quandoquidem illud non exprimitur nominatim, ſed tacitè continetur, nec ſingula res emptæ intelliguntur, juxta text. *in l.* 1. *C. de evict.* & in dubio potius debet intelligi, ut juſpatronatus in venditione ſit acceſſoriè comprehenſum, non principaliter, id. Mantic. loc. cit. *num.* 10. qui *num.* 19. concludit hoc non habere locum, ſi in hæreditate vendita nihil aliud, quàm juſpatronatus, vel parum plus exiſtat; quia tunc pretium videtur datum pro jurepatronatus, Cardin. *in d. c. ex litteris, q.* 11. nam etiam generalis diſpoſitio, quæ in una tantùm ſpecie locum habere poteſt, ſpecialis cenſetur, *l.* 2. *ff. de lib. & poſth.* Natt. *conſ.* 186. *n.* 4.

40 Ad hæc, an vendito Palatio, tranſeat in emptorem juſpatronatus, quando ex ipſo Palatio tantùm eſt aditus ad Eccleſiam, quæ eſt de jurepatronatus? Et videtur tranſire; quia licèt de per ſe vendi non poſſit, tamen ſi venditum fuerit Caſtrum, Villa, aut Palatium, in quibus ſit Eccleſia patronata, juſpatronatus, tanquam dependens, & acceſſorium, venit quidem in venditione, ex doctrina Bart. *in l. mercedem, §. ſi cum fundum, ff. de act. & vend. & empt.* niſi Capella habeat aditum ex publico id. Mant. *dict. lib.* 4. *num.* 35.

Nunc verò, ad praxim hujuſmodi translationis per venditionem deſcendamus, quæ profectò, cœteris tranſlationibus juriſpatronatus, frequentior eſt, ſicut jam diximus; ac proindè innumeras fraudes ſecum illa multoties afferre viſum eſt. Propterea, hæc quæ ſequuntur, ſubnectere opportunè duximus. In praxi enim Archiepiſcopali Neapolitana, *c.* 48. quæritur, prout ibi frequenter occurrit, An vendita Univerſitate temporalium, in qua eſt juſpatronatus, ſi in venditione fiat de eo mentio, illud tranſire intel-
ligatur: & concluditur, quod in tali venditione poſſit ex- 41
primi dictum juſpatronatus declarativè, & hoc modo illud venire; non autem, quando venditur una cum Univerſitate conjunctum: veluti ſi ponatur dictio, *cum*, & hoc modo dicatur, *vendo tibi palatium, Caſtrum, Territorium cum jurepatronatus*, vel ſi diceretur, *vendo tibi Caſtrum, &c. & juſpatronatus*: quia utroque caſu redditur talis venditio nulla, & invalida, rejecta prorſus diſtinctione, quam alios aſſerre dicit Genuen. *in d. praxi loc. cit.* veluti, quod ſi ponatur dictio, *cum*, tranſeat juſpatronatus, ut ſi dicatur, *vendo Caſtrum cum jurepatronatus*: quia dictio *cum*, denotat acceſſionem quandam, & acceſſoriè poteſt vendi juſpatronatus, *c. ſaculum, c. ex litteris, de jurepatron.* ſed ſi ponatur dictio, *&*, ut *vendo tibi Caſtrum, & juſpatronatus*, non valeat venditio, ut per Abb. *in capit. querelam de ſimon.*

At verò Felin. *in d. cap. querelam, num.* 4. *de ſimon.* ait ſibi videri, quod ſivè ponatur dictio, *cum*, ſivè, *&*, contractus non tenet: & Lambert. *de jurepatron. part.* 2. *lib.* 1. *art.* 19. 5. *q. qu. princ. num.* 52. *fol. mihi* 372. ſequitur opinio-
nem Felin. loc. cit. & ait, quod dictio *cum* licèt denotet ac- 42
ceſſorium, attamen quantum tum ad prohibitionem, ne vendatur, tranſit in principale diſpoſitum: quia omnino negari non poteſt, quin etiam vendatur juſpatronatus: nam ſenſus eſt, *vendo Villam cum jurepatronatus*; & idem eſt, ac ſi diceretur, *& juſpatronatus*: quia intelligitur, ſcilicet *vendo*; unde clarè patet, hoc non eſſe aliud, niſi legem verbis, & non rebus imponere, Paul. de Citad. *hoc tract. par* 9. *q.* 3. *limit.* 3. *ſub num.* 11. dicens, quod ſi partes expreſsè vendant juſpatronatus, vel poſito, quod vendant Villam in genere, tamen exprimunt ſpecialiter juſpatronatus, puta *villam cum jurepatronatus*, quia juſpatronatus tunc non tranſibit, quod aliàs acceſſoriè tranſiviſſet; & committeretur ſimonia, ſi ex tali venditione deberet juſpatronatus tranſire, *cap. quæſitum, de rer. permut. c. præterea, de tranſact.* quod eſt etiam ſecundum praxim Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, ut id. Genuen. loc. cit. ait, qui ſivè per dictionem, &, ſivè, *cum*, concludit, venditionem eſſe nullam, quandoquidem natura hujuſmodi dictionis eſt, copulare præcedentia cum ſequentibus, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1265. *n.* 32. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 11. *qu.* 11. *num.* 25. Gratian. *diſcept. Forenſ. cap.* 147. *numer.* 16. necnon æqualiter copulare, ita ut idem ſit de uno, quod de altero, ad text. *in l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit.* Menoch. *conſ.* 56. *num.* 35. Ludoviſ. *deciſ.* 308. *num.* 3. ubi quod iſta copula, *&*, qualitatem præcedentis extremi, attribuit ſequenti: & ea uniformiter jungit, necnon facit venire copulatum principaliter, non autem acceſſoriè, Buratt. *deciſ.* 761. *num.* 3. quinimmò, non modo copulat uniformiter, ut in *l. ſi legatarius, §. cum ita, ff. de leg.* 3. verùm etiam magis contingit, quam dictio, *& l. ſi quis Titio, ff. de uſufruct. accreſcen.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *qu.* 70. *num.* 30. *&* 32.

Vndè, ad evitandum utrumque modum contrahendi; tàm videlicet, cum dictione, *&*, quàm cum dictione, *cum*, quia utroque modo nulla redditur illius venditio, & non tranſit in emptionem, per ea, quæ ſupra diximus, oportet, quod adiectio juriſpatronatus in venditione Caſtri, Villæ, vel alterius rei: apponatur tantummodo, aliquo mo-
do, quo potius illud declaretur annexum rei venditæ acceſ- 43
ſoriè, quam æquè principaliter, ut dictum fuit in una *Toletan. Juriſpræſentandi impreſſa penes* Farinac. *deciſ.* 299. *num.* 5. *tom.* 3. ubi fuit dictum, talem expreſſionem nullatenus

impedire, quominus juſpatronatus in venditione Univerſitatis, & Oppidi veneat; quare, talis eſſe debet illius mentio, ut declarativè cenſeatur comprehenſum juſpatronatus, nempè, quod venditor declaret animum ſuum fuiſſe, ut omnia jura transierint in emptorem, etiam juſpatronatus, ut idem Genuen. *d. c.84. num.2.*

Quod quidem benè exemplificari poteſt ubi quærendum
44 ſit, An in venditione Domus, veniant etiam ſtatuæ in ea exiſtentes; nam licèt videatur negativè reſpondendum, id tamen intelligitur, quando illæ ſtatuæ poſſunt auferri ſine deſtructione, vel deformatione Domus, per tex. *in l. penult. ff. de verb. ſignif.* vel quæ ſunt appoſitæ ad voluptatem: quia iſtæ non veniunt in venditione, ad text. *in l. in vendende*, & ibi gloſ. *de contrah. empt. l. fundi ff. de verb. ſignif.* At verò, ſecùs, quando ſtatuæ ſunt ad ornatum Civitatis, vel aliàs Domui affixæ; quia tunc, cum ſint partes ædium, veniunt in venditione: prout etiam dicendum eſt de ſtatuis, in Cortile Domus exiſtentibus in ſuis Nicchis, vel Cellulis, vel quod ſtatuæ fuerunt confectæ, ut ibi perpetuò remanere debeant: quæ licet non affixæ, ut & ſunt illæ, quæ colligunt aquam ſub fontibus, & evacuant ipſam aquam ex ore, vel membris: tamen cum auferri nequeant ſine deformatione, benè veniunt acceſſoriè in venditione Domus, Mohed. *deciſ.1. & 2. ſub tit. de empt. & vendit.* Rot. *deciſ.822. p.3. diverſ.* & id. Mohed. ibi quoad hoc, æquiparat juſpatronatus quod licèt prohibeatur vendi, tranſit nihilominus acceſſoriè in venditione, per text. *in l. in modicis, ff. de contrah. empt. l. quidam, ff. de acqu. rer. dom. c. ex litteris, de jurepatr.*

Quare in hujuſmodi venditionibus eſt adhibenda per Notarium, ſeù Tabelliones exactiſſima diligentia; nam eorundem Notariorum imperitia, quam plurimæ lites ſuper hoc in dies ſuſcitantur, indeque mala innumera ſequuntur: quapropter optimi Notarii partes erunt, antequam fuerit rogatus de ſimilibus contractibus, conficere illius minutam, & alicui perito Juriſconſulto revidendam tradere: nam ſi fortè quis velit Epiſtolam familiarem ad amicum ſcribere, in ea utitur profectò omni, qua poteſt, Induſtria; ne ipſius amici aures, aut oculos lædat: ergo multo magis in contractibus, ex quibus poteſt periculum litis imminere: nam in dubio, verba ſunt interpretanda contra illum, qui potuit clarius loqui in contractibus, *l. veteribus*, & ibi Bart. *num. 1. ff. de pact.* Caſtrenſ. *conſ. 169. n.4. lib.2.* Rom. *conſ.136. in princ.* Nec refert, quod imperitia, ſive ſimplicitas Notarii aliàs non debeat obeſſe partibus, neque vitiare contractum, Seraph. *deciſ.1115. num.5.* Burat. *deciſ.780. nu.4.* nam verius eſt, quod verba prolata in inſtrumento talis venditionis, ſunt verba partis, Menoch. *de præſumpt. l.2. præſumpt.68. n.15.* Marius Antonin. *var. reſol. lib.1. reſol.3. n.3. & reſol.110. n.7* & 8.

Ac proinde non contemnendam eſſe arbitror, cautelam traditam ab eod. Lambert. *p.2. l.1. art.19. nu.9. fol. m.371.* quàm à peritiſſimis viris vidi ſervari, ad evitandum vitium ſimoniæ, & amiſſionem juriſpatronatus: Ait enim ex Jo. Andr. ut in tali venditione Caſtri, Villæ, &c. non fiat expreſſio juriſpatronatus cum venditione: ſed quod in fine inſtrumenti declaret, etiam juſpatronatus tranſiviſſe &c. vel
45 in ipſo inſtrumento poſt initam venditionem declaret ipſe venditor, ſui animi eſſe, & ita velle, quod omnia jura ſibi competentia in dicta Villa, Caſtro &c. tranſeant cum ea; nec proinde aliquid juris ſibi reſervare, nec juſpatronatus, quod in Villa, aut Caſtro eſſet; ſed omne jus, omneque commodum poſſeſſionis cum ipſa Villa &c. tranſiſſe, nam iſta verba dicuntur appoſita magis declarativè, quàm diſpoſitivè, & præſertim, ut declarent ſibi non retinuiſſe juſpatronatus, ut evitetur diſpoſitio *d. cap. litteris*, ubi habetur, venditorem poſſe illud ſibi reſervare.

An autem ex præmiſſis, in caſu, quo venditio cenſetur ſimoniaca, reſpectu juriſpatronatus expreſsè deducti prin-
46 cipaliter in venditione, teneat venditio, ſaltem reſpectu Univerſitatis, & aliorum ſub ea contentorum? Reſpondet affirmativè Lambert. *d. 2. part. lib.1. art.11.5. q. princip. n.1. fol.373.* Ea ratione, quia plura venduntur, & in uno ipſorum venditio non tenet; in reliquis autem, in quibus procedit venditio, benè tenebit, Abb. *in cap. querelam nu.7. de ſimon.* Felin. & DD. *in c. ſuper, de off. de leg.* Vivian. *in praxi juriſpatr. lib 4. c.5. nu 22.* quinimmò idem Lambert. loc. cit. *nu. 5.* tenet, venditionem omnino valere quoad Univerſitatem venditam, etiam ſi venditio eſſet facta unico pretio; quia eſſet perfecta: cum nullo jure vendi prohibeatur; expreſſio autem juriſpatronatus, quod vendi non permittitur, rejicitur, ac ſi appoſitum non fuiſſet: cum non habeat aliquid ſimile, nec aliquam paritatem cum Univerſitate, ita ibi idem Lambert. loc. cit. ubi id æquiparat conditioni jus commune appoſitæ in erectione beneficii, quod petitur erigi, cum reſervatione juriſpatronatus: quia ſi conditio per Epiſcopum non admittitur, ſed rejicitur, remanet tamen valida fundatio beneficii.

Et cum venditio fuerit nulla, quoad juſpatronatus, amittitur: quia cum de per ſe, & principaliter, aut cum aliis bonis adhuc æquè principaliter venditur, eo modo, quo ſuperius dictum eſt, etiamſi talis venditio fiat de conſenſu Epiſcopi, committitur ſimonia; ac propterea emptor debet eo ſpoliari, ac venditor illo privatus eſt, & Eccleſia efficitur libera, text. *in c. quia clerici*, ibi, *eoſdem advocationibus taliter acquiſitis, appellatione poſpoſita, ſpoliande*, ubi gloſ. & Abb *de jurepatron.*

Quinimmò hodie ex Concil. Trid. *ſeſſ.25. cap.9. de ref.* ſi perſonæ ſingulares hujuſmodi juſpatronatus vendiderint, debent excommunicari, ibi *Nec dictum juſpatronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas ſanctiones transferre præſumant: ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubiciantur, & dicto jurepatronatus, ipſo jure privati exiſtant*, Vivian. *in prax. juriſpatr. lib.4. c.5. n.10. & 11.*

Undè, cum amittitur juſpatronatus, attenta libertate, ab Eccleſia proinde acquiſita, Ordinarius, qui primò habebat inſtituere, habebit modo liberam collationem, ac ſi beneficium non fuiſſet juriſpatronatus, probat, Ge- 47
nuen. *in praxi Curiæ Archiep. Neapolit. d. c.84. ante num.3.* ubi etiam *d. num.3.* ſubdit, aliàs fuiſſe reſolutum in una *Calaguritana Præeminentiarum 14. Aprilis 1592. coram Gypſio* donationem juriſpatronatus eſſe ſimoniacam, propter ſervitia, & præmia laborum: ex eo, quod donatarius, per plures annos apud Regem, ejuſque Miniſtros operam dedit, ut donans recuperaret Statum, prout recuperavit.

Eſt tamen, ex antea dictis, notandum, quod non impeditur patronus, quin validè, & legitimè poſſit vendere 48
honorantias ſeù fructus ipſius juriſpatronatus, quos ſibi reſervavit in fundatione cum conſenſu Epiſcopi, abſque aliqua ſimoniæ labe, etiam ſi vendat jus percipiendi fructus: dummodo apud ſe retineat titulum, ut probat id. Genuen. *d. c.84. num.4.* qui *cap.33. num. 18.* quærit, an ſepulchra cum Capellis, vendi poſſint, & ait quod non, ſcilicet, ratione juris funerandi, quod eſt ſpiritualitati annexum, nec ratione terræ cœmeteriatæ, quavis conſuetudine non obſtante, ut conſtat, *ex c. abolenda, de ſepult.*

Dicunt tamen DD. quod poſſunt vendi, ſeù aliquid ac- 49
cipi ratione ſitus, & dignioris loci in Eccleſia, & hoc non eſt vendere ſepulturam, ſed illum locum honorabiliorem, ex Sot. *de juſt. & iur. lib.9. quæſt.7. art.1. verſ. Nihilominus* Emman. Rodriq. *quæſt. regul. lib.3. qu.58. art.2.* & tenuit Rot. in una *Calaguritana Sepultura 3. Julii 1617. cor. Manzanedo*, ubi dictum fuit, hoc tanto magis procedere, quando venditio fit ob neceſſitatem Eccleſiæ. Unde infertur, quod pro ſepultura in loco communi, ſcilicet in Cœmeterio, ubi non cadit conſideratio majoris honoris ratione loci dignioris, non licet aliquid recipere, ut in d. *Calaguritana Sepultura*, & in his terminis procedit text. *in c. abolenda, de ſepult.* ut per Addit. ad Ludoviſ. *deciſ.145. num. fin.* Conſiderant enim DD. quædam eſſe neceſſaria ad ſepulturam, nempè terram cœmeteriatam, deputatam authoritate Epiſcopi, officium, quod circa funus impenditur: & quidem iſta vendi non poſſunt, quædam verò quæ ad ſepulturam minimè ſunt neceſſaria, nempè, quod defunctus ſepeliatur cum majori pompa, vel cum meliori cruce, vel non in fovea communi: nam iſta non videntur ſpiritualia, & ſic pro eis aliquid accipi poteſt, maximè ex conſuetudine, ut ex *Petro de Aragonia ſuper Divo Thoma 2. 2. qu.100. art. 2.* Sot. *de juſt. & iure lib 9. quæſt.1.* ait id. Genuen. loc. cit. *n. 19.* ac proinde, tanquam non neceſſarium ad ſepulturam poteſt permitti, ut aliquid accipiatur: nam licèt Spin. *de teſtam. gl.2.* dicat quod ſepultura in loco ſacro eſt debita Chriſtianis, & neceſſaria, neq. pro ea peti poteſt pecunia, aut aliquid dari, tamen ſi aliquis eligit honorabiliorem locum in Eccleſia, propter hujuſmodi præeminentiam poteſt ille honor pretio æſtimari, & vendi: cum hoc caſu non vendatur ſepultura, quæ gratis eſt præſtanda defunctis per totum pa- 50
rochos:

rochos: quaſi illa; quæ ſunt annexa ſpiritualibus à parte ante, vendi poſſint: cum remota illa annexione, nihil ſpiritualitatis remaneat: quod ſecus eſt in coniunctis, & annexis à parte poſt, quæ nullo modo poſſunt ſeparari à ſpiritualibus, ut optimè deducit Grat. *diſcept. for. cap. 110. num. 11.*

Advertat etiam Superior, an pro hujuſmodi præſentatione fuerit aliquid datum, vel proviſum, & ſic illa fuerit facta per ſimoniam, quæ committitur ita in promittendo, ſicut in donando, ut in *cap. fin. de ſimon.* Put. *deciſ. 80. num. 2. lib. 2.* ac proinde ſimoniacus, tanquam hæreticus præſentari non poteſt: quia ſimonia dicitur hæreſis, ut in *c. quoties eod. tit. &* Rocch. de Curte *de jurepatr. verbo, utile, q. 3. num. 9.* & non modò committitur ipſa ſimonia in accipiendo actualiter pecuniam, vel quid temporale pro ſpirituali, ſed etiam accipiendo promiſſionem, vel obligationem pecuniæ, vel temporalitatis: prout idem dicendum eſt, ſi pro præſentatione conſequenda remitteretur aliquod debitum, ut eſt *tex. in c. veniens, eod. tit.* ex eo quod, idem eſt dare, ac re-
51 mittere id. Rocch. *verbo, & utile, num. 12. in fin.* ubi etiam dato, quod plures eſſent patroni, ita quod vox recipientis pecuniam non ſufficeret ad actualem præſentationem, & inſtitutionem, nihilominus ex tali receptione committitur
53 ſimonia: perinde ac ſi ipſe ſolus eſſet patronus, ex juribus ibi per eum allegatis.

Hic verò ſic diſtinguendum eſt, nempè ubi plures ſunt patroni, qui ut ſinguli præſentant, clarum eſt, ſimoniam per unum ex illis in præſentatione commiſſa, non reddere ſimoniacas aliorum præſentationes; quia quilibet de per ſe præſentare poteſt, & tot ſunt præſentationes, quot patroni, & ſic una præſentatio vitioſa non vitiat alias præſentationes, ubi verò patroni præſentat ut univerſi, & jure Collegii, tunc, quia eſt unica tantum præſentatio, ſimonia per unum commiſſa, vitiat reliquorum præſentationes, prout diſtinguit Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ. 225.* ſicut etiam dicitur de electione; quia ſimonia commiſſa per unum ex eligentibus, totus actus inficitur, ut in una *Cervien. Canonicatus 10. Maii 1581. coram Seraphino*, etiam ſi eligentes eſſent aliàs electum electuri. Pariſ. *de confid. q. 28. num. 272. & ſeq.* Creſcent. *deciſ. 5. de ſimon.* in qua etiam fuit dictum, quod ſi patronus, etiam laicus præſentet aliquem, cum hoc, quod aliquid ſolvat, vel eroget etiam in favorem Eccleſiæ, talis
54 præſentatio, uti ſimoniaca non valebit: quinimmo, ſecundum jura per eum allegata, etiam quod plures alii patroni ſimiliter eundem, & non ſimoniacè præſentaverit, tota tamen ratione illius ſimoniacæ præſentationis, vitiabitur præſentatio, ad text. *in dict. capit. nobis, & ibi* Abb. a. *not. hoc tit.*

Sanè ad effugiendam omnem ſimoniæ ſuſpicionem, quæ in hujuſmodi præſentationibus intervenire poſſet, conſueverunt nonnulli Epiſcopi exigere propterea juramentum à præſentatis ad beneficia juriſpatronatus, antequàm ad actum inſtitutionis deveniatur, prout ſervabat etiam glorioſæ memoriæ S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanen. ut habetur in primo *Concilio Provinc. Act. Eccleſ. Mediolanen. tit. quæ pertinent ad collationem Beneficiorum fol. mihi 14.* ibi, *Neminem autem vel præſentatum, vel nominatum, vel electum, vel ab Inferioribus proviſum, aut inſtituant Epiſcopi, quam infraſcriptum iuſiurandum ab eo exegerint, nempe.*

Ego præſentatus, vel electus &c. ad beneficium N. juro per Sacroſancta Dei Evangelia, quæ meis manibus tango, neq; me beneficii obtinendi cauſa, aut ad id. præſentarer, vel nominarer &c. neque quemquam alium meo nomine, aut conſentiente, vel ſciente, me quidquam collatori, patrono, ſeu alii cuiquam ea de cauſa promiſiſſe, ſeu dediſſe aut compenſaſſe, aut prius datum confirmaſſe, vel apud quemquam depoſuiſſe. Neque mutuo dediſſe, vel locaſſe, vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocunque modo debitum remiſiſſe, aut relaxaſſe. Nec de domibus, terris, prædiis, redditibus ejus Eccleſiæ fructibusve, decimis, aut oblationibus ejuſdem præteritis, præſentibus, ac futuris donationem, remiſſionem, locationemve feciſſe, promiſiſſe, aut iniviſſe, alium, mandante, vel conſentiente me, promiſiſſe, feciſſe, aut iniviſſe. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Uſus exigendi huiuſmodi iuſiurandum nimis commendabilis eſt, per quod huic ſimoniæ morbo, potiſſimum circa præſentationes ad beneficia iuriſpatronatus, plurimùm occurritur: cum in omnibus ferè modis, in ſupradicta formula iuratis contra expreſſis, ſimoniam ipſam ſæpè contractam fuiſſe, non ignoremus: dum pro opportuno remedio, ad Officium Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, me illius Prætorio inſerviente, recurſus pro foro tantum conſcientiæ, habitus fuerit.

Eſt etiam apprimè notandum, non ſemel in praxi eveniſſe, quod habetur in una *Bononien. S. Thomæ de Braina penes* 56
Put. *deciſ. 233. lib. 3.* ubi fuit ſimoniaca declarata quædam electio, quæ continebat pactum, quod Rector parochialis deberet habere ſecum duos Clericos Bononienſes, & inter alios unum filium unius ex electoribus: nam licèt Rector parochialis Eccleſiæ debeat habere ſecum unum, vel duos Clericos de iure, tamen quando quid exprimitur aliter quam inſit de iure, etiam quod ſimus in ſpiritualibus, illud inducit ſimoniam, ut per Decian. *in c. ſignificaſti col. 5. num. 17. de electio.* & iſta expreſſio, quod prædictus Rector teneretur ſecum habere duos Clericos Bononienſes, & unum ex filiis electoris, eſt exprimere aliter, quam inſit de iure: & ideo pactum erit ſimoniacum, ut in *d. deciſione.* Et aliàs penes Caputaqu. *deciſ. 241. p. 3.* fuit dictum, ſimoniacam eſſe collationem factam per Epiſcopum Titio, cum onere theologali legendi ſacram ſcripturam: quia collatio debet eſſe libera, & non continere modum, conditionem, vel onus, ut per *gloſ. & DD. in d. cap. 2. de elect. in 6.* nam licèt onus legendi, & docendi ſit pium, tamen non debet adiici in collatione beneficii, quæ debet eſſe libera, & adiectum reddit collationem nullam, niſi appareat quod onus fuerit appoſitum in fondatione Prioratus, de quo agitur in *d. deciſ.* licèt aliter dicendum ſit, quando conditio inſit de iure, ut dictum eſt, quia tunc collatio non vitiatur, Dec. *conſ. 128. num. 3. in princip.* & prout dicitur, in *d. deciſ. 241.* hodie tamen ex *Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. de reform.* poteſt conferri cum dicto onere tam præbenda theologalis, quàm Pœnitentialis.

Et quod dicitur de ipſo principali beneficio, dicendum eſt de illius annexis, in quibus etiam committitur ſimonia, cuius definitio ita ab omnibus traditur, nempe, quod *ſit ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum*, ita communiter DD. id. Pariſ. *qu. 41. num. 9.* ac proinde de annexis idem eſt iudicium: quarè in una *Materien. Præeminentiarum 22. Maii 1554. coram Veſtano*, fuit reſolutum, poſſeſſionem traditam Michaeli per Capitulum, de Canonicatu, & præbenda, fuiſſe vitioſam, & ſimoniacam; ex quo eam tradidit ſub expreſſa conditione, & pacto, quod Michael non haberet vocem in Capitulo, donec eſſet legitimæ ætatis, nec domum Canonicalem, quam ſuus author poſſidebat, & ſuper qua erat controverſia cum alio Canonico, donec eſſet cognitum, ad quem domus ipſa pertineat: quia huiuſmodi poſſeſſio eſt annexa beneficio, & rei ſpirituali, & non potuit ſuper ea paciſci ſine labe ſimoniæ, ad not. per Innoc. Jo. Andr. & Abb. *in c. ad aures, & in c. delictus, de ſimon.* Si ergo poſſeſſio eſt ſpiritualis ſeù ſpirituali annexa, eo modo, quo ipſum beneficium, cauſa poſſeſſorii erit ſpiritualis, quam deciſionem refert Garc. *de benef. par. 1. cap. 2. num. 54.*

Ceſſat verò ſimonia ex quocunque pacto inito ſuper Capellania, etiam ſi teſtator illam appellaverit beneficium presbyterale, ſi tamen non ſit propriè beneficium, prout conſuluit Navar. *conſ. 7. num. de præb.* & mox etiam dicetur. Similiter quælibet pactio in ſe continens id, quod jure communi conceditur, non inducit ſimoniam, aut confidentiam, unde, ſi fiat collatio, aut inſtitutio cum promiſſione de reparando Eccleſiam, quæ confertur, inde nulla inducitur ſimonia; quia poſſidens Eccleſiam, aut beneficium, tenetur de jure communi ad illius reparationem ad inſtar uſufructuarii, qui tenetur in bono ſtatu conſervare bona ſibi ad utendum conceſſa, *l. 1. §. hactenus, ff. de uſufruc.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 3. q. 15. num. 2. & 3. & de confid. q. 45. num. 6. & 7.*

Quod tamen procedit in reparatione proprii beneficii, ſeu Eccleſiæ, quæ ſibi confertur; ſecùs vero dicendum eſt, ſi in ipſa collatione promitteret reparationem alterius Eccleſiæ, ſeu beneficii, quia cum tunc ad id non tenetur committere ſimoniam id. Pariſ. *d. q. 45. ex cap. ex multis, 1. q. 3. &* Dec. *conſil. 118. n. 5. verſ. non obſtat textus*, quia jure non cavetur, ut beneficiatus teneatur alterius beneficium, ſeù Eccleſiam reparare, ſicut tenetur propriam: quia qui de aliqua re ſentit emolumentum, debet meritò & illius onus ſentire, *vulg. reg. qui ſentit, de reg. iur. in 6. l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur.* & dixit Imperator, non eſſe audiendum, qui de ſolo lucro vult eſſe intentus, onera verò vult recuſare,

ut in *l. un. verſ. neque enim, C. de cad. toll. l. manifeſtiſſimi, §. alia dubitatio, C. de furt. c. fin. de his, quæ fiunt à maior. par. cap.* Paul. de Citad. *de iurepatr. art. 5. per tot. fol. mihi* 153. id. Pariſ. *d. q. 45. n. 2.*

Cæterùm beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ non requiruntur in fundatione, vel inſtitutione beneficii, aut ex antiqua conſuetudine, prout declaravit Sacra Congregat. Concilii; nec aliud onus, quam jus commune, & Concilium Tridentinum imponendum cenſuit, Seraph. *deciſ. 942. num. 12. & 19.* neque Synodus provincialis poteſt immutare ſtatum beneficiorum, & aliàs dicta Congregatio ſic cenſuit, *Non poſſe ab Epiſcopo beneficiis ſimplicibus novum onus imponi*, ut refert Garc. *in add. ad cap. 2. 3. par. de benef. num. 9.* & aliàs in una Calaguritana ſic declaravit, *Epiſcopus non poteſt cogere aliquem in beneficio reſidere*, cum aliis ſimilibus declarationibus relatis ab eodem Garc. *d. p. 3. c. 2. n. 8. & 9.*

Sicutetiam non amittam, quod, ut ſupra dictum eſt, non cadit vitium ſimoniæ in iis, quæ nomen beneficii Eccleſiaſtici non merentur; veluti cum non habent omnia ſua requiſita, in quibus proinde non cadit ipſa ſimonia nempè ſi fortaſſe fuerint Capellaniæ quædam, quæ ſæpè numero fun-
57 dari ſolent ſine conſenſu Ordinarii, aut alterius Superioris authoritate; namquè licèt hujuſmodi Capellaniæ fuerint perpetuæ uſque ad obitum beneficiati, habeantque cætera requiſita, præter authoritatem, & inſtitutionem Ordinarii, nihilominus beneficia Eccleſiaſtica adhuc dici non poſſunt; Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. num. 20.* qui proinde *num. 25.* ait, quod pactum factum ratione ſimilis Capellaniæ ſine Papæ authoritate, non erit ſimoniacum, ex eo quod non eſt quid ſpirituale, & quod ita ſæpè conſuluit, & ſcripſit pro uno, qui accuſabatur de ſimonia, ratione cujuſdam pacti, & concordiæ, propria, non autem Superioris authoritate in ſimili Capellania præcedente, initæ, & effectuatæ, & fuit ille abſolutus ab omni crimine, & labe ſimoniæ per tres ſententias conformes; & quod talis Capellania poteſt obtineri, etiam à laico, vel fœmina; quia ſunt quædam Adminiſtrationes, & onera, conſiſtentia principaliter in faciendo celebrare quendam numerum miſſarum, ex quibuſdam redditibus relictis à teſtatoribus; & ſi quid ſupereſt, convertitur in utilitatem Adminiſtratorum; ac propterea mulieres, & laici ſunt capaces hujuſmodi Adminiſtrationum, Rota *dec. 264. & ſeq. part. 2. diverſ.*

Præmiſſis inſuper addo, quod ſimonia non ſolum committitur in ſuperius dictis, verùm etiam aliis caſibus, veluti ubi, exempli gratia, inter patronum, & beneficiatum fuerit conventum de renunciando liberè beneficium in manibus Ordinarii, ut ad illud fiat præſentatio, aut antea aliqua ſuper dicto beneficio lis aderat, & pro præmiſſis aliquid temporale interceſſerit; cum non ſit licita renunciatio beneficii, nec litis ſuper beneficio pro pecunia, aut alio tem-
58 porali, etiam ſi illud recipiatur nomine expenſarum, ut probatur ex *c. cum pridem, de pact.*

Niſi tamen eſſemus in illis caſibus, qui de ſui natura ſimoniam non inducunt, potiſſimum autem redimendæ vexationis, nempè, ſi clericus beneficiatus ſolverit aliquam
59 pecuniarum quantitatem alicui potentiori, qui occupabat beneficium, ad redimendam ab illo vexationem de facto, cum hic Clericus eſſet pauper, aut minus potens contra potentiorem plenum jus, & poſſeſſionem in dicto beneficio fuerit aſſequutus; ac poſtea poſſeſſione privatus; ipſe etenim Clericus in hoc caſu non incurrit aliquam ſimoniam, ita docet *gloſ. penult.* & ibi Archid. *in c. quæſitum, 1. q. 3. & gloſ. in cap. ad aures, verbo abſolutionis, de ſimon. gloſ. in cap. dilectus, 1. eod. tit. in verbo, reſtituero*, ibi, *ſed verius & æquius videtur, quod cum injuſtè vexatur, poſſe redimere ſuam vexationem ſine peccato*; & eſt trita concluſio apud omnes, quod ſi è contra, qui petit pecuniam, habet jus in beneficio, non licet danti, pecunia redimere, ad hoc ut ex ſolutione conſequatur jus aliquod in beneficio; aliàs enim committit ſimoniam; quia dat temporale pro jure ſpirituali conſequendo, ut in *Matthæus de ſimon.* Ferret. *conſil. 235. num. 1.* ubi, quod in iſto caſu moleſtatus convenire debet turbantem coram Superiore, ut diſcutiantur jura partium, ut in *d. cap. ad aures*, quia ſi petens pecuniam, nullum jus habet, ſed ſolventem de facto injuſtè vexat, tunc licita eſt redemptio vexationis cum pecunia, ut in *d. cap. dilectus*, & in pluribus caſibus poteſt quis vexationem hujuſmodi redimere, quorum Primus eſt, quando quis habet bonum jus, & certum, & ſic nullo modo dubitat de jure ſuo, quia ſi dubitaret, committeret ſimoniam, dando, etiam ſi vexatio eſſet de facto, ut *in d. cap. cum dilectus, 1.* & jus id. Felin. loco citato *num. 2.* ubi, quod numquam licitum eſt redimere vexationem, niſi vexatio ſit omnino de facto, & redimens habeat plenum jus, adeo quod ſi deficeret poſſeſſio, adhuc non liceret, Rebuf. *in prax. tit. de ſimon. reſignat. n. 17.*

Undè hinc ſequitur, quod, qui caret poſſeſſione, ſeù eſt ſpoliatus, non poteſt redimere vexationem, quantumcunquè jus habeat in beneficio, ut per Imol. & alios *d. cap. ad aures*, quem cum aliis refert Garc. *de benef. par. 1. cap. 2. num. 53.* quandoquidem poſſeſſio beneficii eſt quid ſpirituale, ſeù connexum ſpirituali, propter adminiſtrationem ordinis, vel clavium, quæ inde ſequitur; & ideo carenti poſſeſſione, ſeù ſpoliato non licet redimere vexationem, licèt, ut dictum eſt, jus habeat in beneficio Abb. *in d. cap. dilectus, 1.* Navar. *in Manuali, cap. 23. num. 101.* Silv. *in ſum. verbo ſimonia, num. 5. Sum. Confeſſ. lib. 1. tit. 1. de ſimon. qu. 46.* & alii, quos refert id. Garc. *d. num. 53.* Vivian. *in praxi juriſpatron. lib. 11. cap. 12. num. 17.* Buratt. *deciſ. 307. num. 5.* ubi, licèt fuerit reſervatum beneplacitum Apoſtolicum in concordia inter partes inita, de ſolvendo expenſas litis ſuper beneficio, quod earum alter prætendebat fuiſſe de jurepatronatus, fuit dictum, poſſe ab hac conditione recedi; quia dictum beneplacitum non erat neceſſarium, cum N. tanquam bonum jus fovens, quod Capellania, de qua agebatur, non erat de jurepatronatus, potuerat, ad redimendam vexationem, ſolvere M. illum injuſtè moleſtanti, pro expenſis litis per gloſ. *in d. c. dilectus.*

Nec tamen iſta vexationis redemptio repugnat juri canonico, ut ſupra viſum eſt, neque divino, ut patet præſertim *proverb. cap. 16. & 17.* ubi homines exquirentes lites perverſi appellantur, & Divus Paulus *ad Timoth. 11. ſervos Dei non oportet litigare*, & eſt text. *in cap. ſicut, 11. quæſt. 7.* & adeò litium execratio honeſtam cauſam continet, quod, dicit D. Auguſtinus in quodam ſuo ſermone, *nil eſſe ſimile actib. Dæmonum, quam litigare*; quarè habetur Matth. *capit. 5. ſi quis voluerit tuam tunicam tollere, & judicio tecum contendere, dimitte ei & pallium, ut in cap. 1. 14. q. 1. & in c. ſuſcepimus, de homicid.* nam melius eſt pati modicum, quàm intrare litium certamina, ut dicit Abb. *in c. 1. de appell.* & text. *in c. negotiatorem, 87. diſt.* admonet, litigioſos fugiendos eſſe tanquam peſtem; unde ſi aliquid detur ratione impenſarum, ut fiat concordia, & recedatur à lite, non dicitur ſimoniacum, Navar. *conſil. 64. de ſimon.* Paris *de reſign. benef. l. 14. q. 3. n. 7.* id. Buratt. *d. dec. 307. n. 5.*

Secundus caſus eſt, ſi is, cum quo litigarem, eſſet perſona valdè potens, cum qua vix, aut nunquam poſſem victoriam reportare, idem Felin. *in d. c. dilectus numer. 3.* idemque eſſet, ſi talis perſona non eſſet potens in divitiis, ſed in favore, aut calumniarum plenus; quia, etiam tunc licitum eſſet redimere vexationem, gloſſ. *in d. c. dilectus.* Notat tamen Rebuff. loc. cit. *num. 23.* quod licèt dans pecuniam pro redimenda vexatione in caſu permiſſo, non peccet, tamen is, qui recipit, peccat, & eſt ſimoniacus; ac proinde tenetur pecuniam, quam ſic recipit, reſtituere, Felin. *in c. dilectus, de ſimon. ante numer. 1.* ubi ait notandum meliorem text. de jure, quod eſt dare caſum, in quo ſine aliquo vitio ſimoniæ, poteſt quis dare pecuniam pro conſervatione juris ſpiritualis quæſiti; ubi etiam notat, quod talis pecunia, licèt dicatur turpiter accepta, non tamen eſt turpiter data, & repeti poteſt; cum turpitudo ſit ſolum ex parte unius; nec obſtat, text. *in l. 1. ff. de condict. indeb.* ubi ſolvens ſcienter indebitum, non poteſt repetere; quia fallit, niſi ob neceſſitatem ſolveret; quæ quidem neceſſitas omnino excuſat. Et aliàs Sacra Congregatio Concilii cenſuit, præſentationem beneficii vendere non intendens, ſed exire de carcere, ſi pecuniam pro præſentatione acceptam reſtituat, & præſentationem revocet, non incidit in pœnas privationis juris præſentandi alium infra legitima tempora, prout in una *Nicen. 1. Aprilis* 1628. quam refert Barboſ. *in collect. bullar. verbo, præſentatio, fol. 568. verſ. a.* & idem Felin. loc. cit. *n. 6.* ait, quod ille, qui recipit propter vexationem facti, turpiter recipit, & ſivè deſiſtat, ſivè non, tenetur ad reſtitutionem, etiam in foro contentioſo, ita tenet gloſ. *in d. c. dilectus*,

cum

cum qua ibi pertranſeunt omnes DD. ob hanc ſcilicet rationem, quia turpiter dictam pecuniam recepit; ea quo moleſtavit minus potentem de facto; quem tenebatur in pace dimittere. Ferret. *d. conſil.* 535. *num.* 6. idem Vivian. *loc. cit. num.* 18. ubi ex DD. *in d. c. Iacobus, de ſimon.* ita diſtinguit, ut qui non habet jus in re, non poſſit, pretio oblato, vexationem redimere ad his, qui ſolum poſſunt obeſſe, ſive vi, ſivè fraude obſint, ſivè muneribus, ſivè precibus apud electores, vel collatorem, & qui habet jus in re per confirmationem, vel liberam collationem, ſeù inſtitutionem poteſt pretio redimere vexationem, ſi fortè ab alio impediatur à poſſeſſione capienda, ita Riccius *in praxi fori eccleſ. dec.* 226. ubi quod poteſt Judex, ex ſui officio providere, ut una pars cedat liti ſuper ſpiritualibus, ac pro bono pacis recipiat expenſas ab alia parte, & ſic præcedente ipſius Judicis decreto; aliàs non ſufficit fieri id inter partes abſque dicto decreto: ut infra dicetur; quia hoc poſſet continere ſimoniam, ex Abb. *in d. cap. cum pridem de pact.* necnon ait requiri, quod præſentatus habeat jus in re per confirmationem, vel inſtitutionem; quia poterit tunc aliquid dare adverſario. Ac proinde Felin. & cæteri in *d. c. dilectus, primo de ſimon.* concludunt, quod non eſt licitum in ſpiritualibus redimere vexationem, niſi vexatio ſit omnino de facto, & redimens habeat plenum jus, & non debeat dubitare de jure ſuo; quia ſi dubitat, committit ſimoniam, ex Panorm. *in c. cum pridem, de pact.* & ille, qui recipit, propter vexationem facti, turpiter recipit, & tenetur reſtituere, quod accepit, quia præſumitur iniuſtè accepiſſe, idem Felin. *in d. c. dilectus, n.* 6. ubi quod qui recipit ob vexationem facti, ſive deſiſtat, ſive non, tenetur reſtituere.

Tertius caſus, quando quis habet litteras Apoſtolicas ſuper proviſione certi vacantis beneficii, & dum petit illarum exequutionem coram dato Exequutore, alius injuſtè eumdem providendum vexat expenſis, & turbationibus, quo caſu, dum id. Vivian. *loc. cit. n.* 15. quærit, an iſte ſic vexatus licitè poſſit, dando prædicto vexanti pecuniam, ſe ab injuſta vexatione redimere, nempè reſtituendo vexanti expenſas factas concludit, affirmativè, dicendo, quod id fieri poteſt abſque peccato, quod ibi pluribus authoritatibus comprobat; & idem dicendum eſt, quando aliquid modicum daretur, veluti pro bullis, aut expenſis factis in illis conſequendis, aut pro collatione ab Ordinario facta, idem Rebuff. *loc. cit. n.* 22.

Nihilominus vero, circa hoc eſt plurimum invigilandum nam, ut dicitur in prædicta Buratti *dec.* 307. iſta materia redimendi vexationem eſt nimis periculoſa ſine beneplacito Apoſtolico, & etiam fuit dictum in una *Vlixbonen. Prio-*
60 *ratus* 14. *Martii* 1611. *coram Damaſceno*, quæ eſt *deciſ.* 302. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* In iis verò caſibus, in quibus liquidò conſtat, hujuſmodi vexationis redemptionem licitè fieri poſſe, ad illam nihilominus non niſi de conſenſu Epiſcopi deveniendum eſt. Quare, glorioſæ mem. S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanen., ne redimendæ vexationis ſpecie in cauſis beneficiorum ſimoniacæ pactiones, intercedant, nemini licere id voluit, nec in caſibus quidem jure permiſſis pecuniam dare, vel quicquam paciſci, aut tranſigere; niſi Epiſcopi conſenſus acceſſerit; cujus partes erunt perſpicere diligenter, an ſubſit aliqua fraus; & ubi eam, fraude carere, & jure permiſſam eſſe cognoverit, non denegare ei, qui petierit facultatem ſe à vexatione liberandi; & qui contra fecerit, Epiſcopi arbitrio puniatur, & quod actum fuerit irritum ſit, & nullum, ut in *Act. Eccleſ. Mediol. part.* 1. *Concil.* 1. *provinc fol.* 14. *verſ. Ne redimenda.*

Et vidi in Curia inter quædam notabilia MM. SS. quæ ab antiquis Curialibus dicebantur eſſe, prout apparebat, cujuſdam Franciſci Baccodu Epiſcopi Gebenn. qui fuit datarius Pauli IV. quod cum idem Paulus conſtituiſſet deputare quandam Congregationem nonnullorum DD. Cardinalium pro reformandis negotiis Datariæ Apoſtolicæ, inter cætera intendebant declarare, ne ſimiles redemptiones vexationum, nec aliqua ſolutio, promiſſio, ſivè pactio in beneficialibus, etiam in caſibus licitis fieri poſſet, niſi Apoſtolica authoritate, ac cauſa diligenter diſcuſſa, & examinata, fieret prævia illius ſupplicationis ſignatura tantum; quandoquidem, licèt præmiſſa in caſibus licitis fieri poſſint, nihilominus maximum animarum periculum inde poſſet facillimè exoriri; licèt idem Paulus, morte præventus tam ſalutare remedium his adhibere nequiverit, quod erat ibi adnotatum ſub die 28. Octobris 1557.

Nec ſemel vidimus in Dataria Apoſtolica hujuſmodi confirmationes denegari, quando ex tali vexationum redemptione apparent conditiones, & pacta nimis exorbitantia, ſimoniamque redolentia; cujus rei praxis nihil à jure communi noſcitur deviare, juxta text. *in d. c. cum pridem*, §. 5. *de renunc.* ibi, *Cumque compoſitionem iſtam authoritate Apoſtolica peterent confirmari, Nos eam non duximus admittendam, pro eo quod videbatur pravam illicitæ pactionis ſpeciem continere.*

Hæc tamen omnia procedunt in beneficialibus, aliiſque juribus ſpiritualibus; in temporalibus autem aliter dicendum eſt, cum in his licitum ſit quomodocumque redimere vexationem, ut in *l. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Felin. *in d. c. cum dilectus, n.* 4. & ait Angel. *in l. athletas* § *fin. de infam.* relatus ab eodem Felin. loc. cit. quod redimere vexationem, non eſt contra bonos mores.

CAPUT VI.

Praxis exiſtentiæ Idoneitatis Præſentati ad Beneficium Juriſpatronatus.

SUMMARIUM.

1 *INdignus, à non idoneo ad beneficia diſtinguitur.*
2 *Præſentatus habilis à minori parte patronorum, præfertur inhabili præſentato à majori parte.*
3 *Derogatio juriſpatronatus pro medietate, non ſuffragatur inhabili, ſi taceat, alium habilem fuiſſe præſentatum ab altera medietate.*
4 *Præſentatio de inhabili, cum conditione obtinendi Apoſtolicam diſpenſationem, an ſit valida.*
5 *Præſentatus ad beneficium, non indigens diſpenſatione, præfertur præſentato indigenti & n.* 54.
6 *Leges non omnes ſcire tenentur.*
7 *Diſpenſatio cadit adverſus juris communis diſpoſitionem.*
8 *Non requiritur expreſſa adverſus decreta Concil. Tridentini.*
9 *Minor* 14. *annorum eſt incapax beneficii ſimplicis, etiam de jurepatronatus.*
10 *Et quomodo ei detur proviſio beneficii vacantis per reſignationem.*
11 *Minor nobilis, facilius diſpenſatur ſuper defectu ætatis ad beneficium, & ſub qua formula.*
12 *Fundationi juriſpatronatus laicalis qualitati, quomodo Papa deroget.*
13 *Diſpenſatus ſuper defectu ætatis ad beneficium ſimplex, an cenſeatur etiam diſpenſatus ſuper recitatione horarum canonicarum.*
14 *Beneficium habens tenues fructus, etiam obligat ad horas canonicas.*
15 *Secus verò, ſi nullos habeat.*
16 *Fructus beneficiorum deſerviunt pro ſtipendio Clericorum.*
17 *Chamæleon, nec cibo, nec potu, ſed aeris alimento alitur.*
18 *Impedimentis duobus concurrentibus, uno ſublato, alterum remanet.*
19 *Ætate quantumvis minor, non diſpenſatur ad beneficium; niſi narret, ſe aptum ad horas canonicas recitandas.*
20 *Ætas* 14. *annorum requiritur ad beneficium ſimplex.*
21 *Et ſufficit* 14. *annum fuiſſe inceptum.*
22 *Annus captus, in favorabilibus, habetur pro completo.*
23 *Ætas, quoad ſpiritualia, à die baptiſmi computanda.*
24 *Ætatis minoris ad beneficium ſimplex, ex fundatione requiſita, optima diſtinctio.*
25 *Teſtatoris voluntas limitatur per juris communis diſpoſitionem.*
26 *Præſentatio ad beneficium fieri poteſt, etiam conditionalis; dummodo conditio purificetur ante inſtitutionem.*
27 *Secus verò dicendum de inſtitutione.*
28 *Præſentatus ad beneficium, ſi aliud incompatibile obti-*

net, *ad Sedem Apoſtolicam remittendus.*

29 *Collatio beneficii, & inſtitutio in illo, pari paſſu ambulant.*

30 *Præſentatio, & nominatio ad beneficium, in quo differunt.*

31 *Laicus rectè poteſt ad beneficium præſentari, cum conditione, ut ſtatim fiat Clericus.*

32 *Præſentandus ad beneficium, an tempore præſentationis debeat incedere in habitu, & tonſura clericalibus.*

33 *Præſentatio ad beneficium, non poteſt fieri, ante obitum beneficiati.*

34 *Mandatum ad præſentandum ad beneficium vacaturum, quando validum; hic diſtinguitur.*

35 *Patronus poteſt in limine fundationis conditionem apponere, ut per ſe, vel per procuratorem poſſit præſentare ad beneficium antequam vacet.*

36 *Necnon, ut prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſorem in beneficio, ſine Ordinarii inſtitutione.*

37 *Præſentatio facta ad beneficium, quod patronus putabat vacare, & tamen non vacabat, an valeat.*

38 *Voluntas ex actu nullo declaratur.*

39 *Præſentatio ſeu beneficii collatio, an valeat, nondum tradito ſepulturæ corpore Rectoris defuncti.*

40 *Beneficium poteſt conferri ſimul atque beneficiatus mortuus eſt.*

41 *Inſtitutio in beneficio fieri nequit; niſi cum qualitatibus in fundatione requiſitis.*

42 *Præſentatio à ſuperiore admittenda, juxtà fundationem, etiam cum conditionibus juri contrariis.*

43 *Iuſpatronatus non acquiritur, ſi hæres cogitur à Iudice ad fundandum.*

44 *Præſentatus à majori parte patronorum, inſtituendus.*

45 *Patronus unus, præſentans præſervat poſſeſſionem aliorum non præſentantium. Et quomodo intelligendum, num.46.*

47 *Patronus, præſentans quomodo teſtetur, ſe non habere compatronus.*

48 *Et quomodo præſcribat juriſpatronatus contra compatronum.*

49 *Pronomen* ſui, *eſt perſonaliſſimum.*

50 *Gratificationi quando ſit locus in præſentatu ad beneficium, Et quomodo facienda per Epiſcopum nu.56.*

51 *Inſtituendus dignior ex æqualiter præſentatis, aliàs inſtituens peccat mortaliter.*

52 *Dignior quis cenſendus ad beneficium.*

53 *Dives, aut pauper, quando præferendus ad beneficium Eccleſiaſticum.*

55 *Diœceſanus præfertur extero magis idoneo.*

57 *Gratificatio, inter præſentatos ad beneficium competit etiam Vicario Epiſcopi.*

58 *Clauſulam* Dummodo tempore Datæ non ſit alteri jus quæſitum, *quomodo procedat.*

59 *Collatio ſimultanea, facta in diſcordia non valet.*

60 *Sed beneficium confertur à Papa; non jure devolutionis ſed præventionis.*

61 *Collatio, quando eſt ſimultanea, quomodo valida, ſi fiat per unum tantùm ex Collatoribus.*

62 *Inſtitutio in beneficio juriſpatronatus non facienda, niſi audito Promotore fiſcali Curiæ Epiſcopalis, & quæ contra eam opponi poſſint.*

1 INdagandum eſt ſubſequenter, an præſentatus ad beneficium, ſit habilis pro obtinenda in illo inſtitutione, ne fortè ſit indignitate criminoſa indignus; veluti aliquo vitio irretitus, aut aliàs alio impedimento, etiam juris inhabilis, qui differt ab indigno; prout diſtinguit Lambert. *de iurepatr. part.1. lib.2. art.4.10. quæſt. princip. num. 2. fol.* 665. ut inde an valida, vel invalida dignoſcatur præſentatio; ac proinde, in primis videndum eſt, quid ſi duo fuerint æqualiter, vel inæqualiter ad idem beneficium præſentati, unus videlicet habilis, alter verò inhabilis, ſeù indignus.

Et quidem vera eſt concluſio, quod præſentatus à mi-
2 nori parte patronorum, quatenus ſit habilis, & idoneus præfertur inhabili, præſentato à majori parte, *c. dudum, c. de elect.* ubi Abb. *ult. notab.* Rocch. *hoc tract. verbo, honorificum, q.16. num.34.* quia hujus præſentatio perinde habetur, ac ſi non fuiſſet facta; & hanc opinionem ſecuta eſt Rota *in una Pampilonen. Parochialis de Munnain.* 13. *Ianuarii* 1591. coram Bubalo, quam refert Garc. *de benef. p.9. cap.3. num.*88. Cavaler. *deciſ.*321. *numer.* 1. ubi, cum in fundatione requireretur, quod præſentandus in ipſo actu præſentationis, debuiſſet eſſe actu ſacerdos, cum irritatione præſentationis, & fuiſſet quidam, non habens talem qualitatem, præſentatus à majori parte, fuit dictum, quod præſentatio de inhabili, cum tunc adeſſet alius, qui erat ſacerdos, perinde haberetur, ac ſi facta non fuiſſet, & ſola præſentatio de habili, licèt à minori parte facta, attenderetur; etiam quod eſſet præſentatus ab uno, vel à minori parte patronum: quia totum jus eſt illius, qui præſentavit habilem, nec propterea ſit devolutio ad Superiorem, *ex d. c. dudum, & c. ſeq. & c. congregato, de elect.*

Præterea eſt in praxi notandum ex *d. deciſ.* Caval.231. 3
*num.*4. quod licèt inhabilis præſentatus fuerit etiam à medietate patronorum, ac recurſum habuerit ad Sedem Apoſtolicam pro derogatione medietatis vocum patronorum prout in dies in his caſibus fieri conſuevit, & obtinuerit litteras proviſionis cum dicta derogatione, cum fuerit alius habilis præſentatus ab alia medietate patronorum, qui erat ſacerdos, nihilominus cum in proviſione Apoſtolica Orator non expreſſerit, fuiſſe ad idem beneficium præſentatum alium habilem à medietate altera patronorum, talis proviſio fuit nulla declarata: etiam quod idem Orator obtinuerat in proviſione, quod poſſet infrà annum ad presbyteratus ordinem promoveri, quia nihilominus cum præſentatus habilis, fuerit tempore Datæ proviſionis hujuſmodi, inſtitutus ab Ordinario, nihil proderit, ipſum Oratorem obtinuiſſe dictam proviſionem, etiam cum derogatione prædictæ medietatis patronorum; nam cum in ea adiecta fuerit conſueta Clauſula præſervativa juris tertii, nempè, *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter jus quæſitum*; quæ id operatur, ut etiam quod Papa diſpenſaverit cum eodem ut poſſet infra dictum annum promoveri, non propterea intellexit tollere præſentationem, & inſtitutionem factam de perſona habili: quod quidem ſi fuiſſet expreſſum, utique gratiam prædictam non conceſſiſſet in præjudicium juris alteri præſtiti; nam prædicta Clauſula, *Dummodo &c.* præſervat non ſolum jus in re, ſed etiam ad rem, ut per Sarnen. *ſuper reg. de non toll. jur. quæſ. q.1. num.5.* & fuit dictum in una *Salamantina Dimidiæ portionis* 27. *Maii* 1609. *coram D. Lugdun.*, quinimmò, etiam ſi habilis præſentatus à dicta medietate patronorum, nondum eſſet in eodem beneficio ab Ordinario inſtitutus; ex eo quod tanquam habilis habet jus ad rem, videlicet ad petendam prædictam inſtitutionem, & iſtud jus per dictam Clauſulam cenſetur ſibi præſervatum, Felin. *in c. in noſtra, nu.*23. *&* 28. *de reſcript.* Creſcen. *deciſ.7. num.7. de iurepatr.* quod intelligitur, quando præſentatio talis eſt, per quam præſentatus veniat neceſſariò inſtituendus, ut fuit dictum in una *Mediolanen. Capellaniæ* 27. *Martii* 1602. *coram Corduba*, in una *Bergomen. Capellaniæ* 23. *Martii* 1608. coram Buratto, quæ eſt in ſua *dec.*386.

Hic verò, pro hac praxi videndum eſt, an præſentans inhabilem, ſub conditione impetrandi diſpenſationem ſuper aliquo impedimento, quo impeditur præſentatio, privetur ea vice facultate præſentandi: ac proinde collatio devolvatur ad Superiorem, qui debet inſtituere? Et quidem negativa eſt reſponſio: nempè, quod non aliter fiet 4
dicta devolutio, ut etiam dixi in mea Prax. *Diſpenſ. Apoſtol. lib.4. cap.2. num.*14. 15. & 16. prout non ſemel vidimus in praxi ſervari, per quam innumeræ diſpenſationes in dies à Summo Pontifice conceduntur, cum narrativa inhabilitatis Oratoris; cui nihilominus numquam, aut raró datur ad partem ſola diſpenſatio ſine proviſione: quod tantum pro nepotibus Cardinalium, aliiſque qualificatis perſonis conceditur: cum quibus ſic ad partem diſpenſari conſuevit, ut videlicet, non obſtante defectu ætatis tunc expreſſo, quæcunque perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica, ſacrum ordinem annexum non habentia, ac perſonalem reſidentiam non requirentia, obtinere valeant, juxta formulam ſupplicationis, quam habes in ſupradicta mea Praxi *diſpenſat. dicto cap.2. num.*25. Cæteris autem datur dicta diſpenſatio inſerta in litteris proviſionis Apoſtolicæ de beneficio, ad quod Orator eſt præſentatus: perinde ac ſi collatio ipſa ſimpliciter ſpectaſſet ad ipſum Pontificem; & cum ſolutione omnium jurium

Offi-

Officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ, debitorum.

Et in omnibus caſibus Orator, ratione alicujus impedimenti, ſeù defectus non poteſt ab Ordinario obtinere collationem, ad quem aliàs illa de jure ſpectaret: ac propterea eſt recurrendum ad Sedem Apoſtolicam ſive pro nova, ſive ſimplici proviſione, cum diſpenſatione, aut etiam gratiam *Perinde valere*; quod ſi beneficium pingues, ac uberes habeat fructus, etiam quod ſit de jurepatronatus laicorum, ſolet idem Pontifex ſuper hujuſmodi fructibus, aliquam, licèt moderatam, penſionem ad favorem perſonæ ſibi benevisę, reſervare: Et ita in praxi evenit in proviſione Primiceriatus hujus Eccleſię Neapolitanę, qui de jurepatronatus laicorum familię, videlicet de Januario presbyteratus ordinem requirentis ex fundatione, aut dotatione: ad quod cum fuiſſet Orator minor pręſentatus, obtinuit à Summo Pontifice proviſionem cum diſpenſatione, ſuper defectu ętatis; ac ſuper illius fructibus fuit alteri ab eodem Pontifice reſervata penſio 60. ducatorum.

Quod quidem, non modo practicatur, ubi pręſentato deeſt aliquid à jure requiſitum, verùm etiam ei obſtet qualitas in fundatione beneficii adiecta, ut in *deciſ.* Seraph. 1173. *in una Firmana S. Ludovici*; in qua cum Oratori deeſſent requiſita per teſtatorem in limine ipſius fundationis appoſita, fuit dictum, potuiſſe patronos pręſentare Oratorem, ea appoſita conditione, quod deberet impetrare à Sede Apoſtolica diſpenſationem ſuper requiſitis in fundatione, intra tamen tempus ipſis patronis datum ad pręſentandum; qui nec proinde ea vice erant privati poteſtate pręſentandi; tanquam ſi inhabilem, aut indignum pręſentaſſent, cum pręſentatio eſſet facta ſub conditione; & fuit dictum, tempus devolutionis incipere à die nulliter obtentę diſpenſationis; prout erat caſus prędictę deciſionis; licèt idem dicendum eſſet à die denegatę diſpenſationis; quandoquidem, non ſemel vidimus in Dataria Apoſtolica ſimiles ſupplicationes rejectas, ac diſpenſationes denegatas; quia, ſicut in *d. deciſ.* dicitur, tempus devolutionis currit à die nulliter impetratę diſpenſationis, & eo magis à die illius denegationis. Et notandum eſt, quod in pręſentatione, ſemper non indigens diſpenſatione à principio, pręferendus eſt alteri indigenti; ex eo quod, cum non habeat aliquod impedimentum, habetur pro magis idoneo, Dec. *conſ.*542. *num.* 14. Seraph. *deciſ.*767. *num.* 1. ubi etiam habetur, quod in pari concurſu, habilior judicatur ille, qui non habet beneficium, quam is, qui habet.

Et in hoc caſu impetrandę hujuſmodi diſpenſationis pro inhabili pręſentato, non ſufficit, fuiſſe infra dictum tempus, porrectam Pontifici ſupplicationem, niſi fuerit ſignata, ac ſaltem datata, licèt nondum regiſtrata; quicquid aliàs dicebat quidam antiquus Curialis, qui tenebat, ſufficere prędictam ſupplicationem fuiſſe infra dictum tempus porrectam, licèt non ſignatam: ac coram Ordinario de hoc docere, ne ipſe poſt prędicti temporis lapſum, provideat jure devoluto. Hoc etenim non poteſt ſubſiſtere, quia Papa in dubio, non intendit prędjudicare Superiori, ad quem fieret prędicta devolutio.

Eſt pręterea notandum, quod hodie ſi petitur diſpenſatio ſuper defectu ętatis, etiam pręſentati ad beneficium juriſpatronatus vacans, ſive per obitum, ſive per reſignationem, regulariter non datur diſpenſatio ultra annum ſuper dicto defectu; & ſic Orator debet attingere decimomtertium annum, etiam ſi aliquot dies ei, ultra dictum annum defuerint; & Dominus Datarius ſupplicationes hujuſmodi diſpenſationis, quando deeſt majus tempus, quàm unius anni, conſuevit remittere ad Signaturam gratiæ, aut mandat fieri verbum cum ipſo Papa.

Hoc tamen omittere minimè viſum eſt, quod cum in caſu petendę hujuſmodi diſpenſationis, ſolum Summus Pontifex ſit adeundus, licèt in ſupplicatione eidem porrigenda nedum narretur defectus ętatis, verùm etiam expreſsè petatur ab eo deſuper diſpenſatio, non tamen illa ſic conceditur ab ipſo Pontifice, cui ſufficit Oratoris petitioni annuere ex ſola ſcientia prædicti impedimenti, quod eidem adverſatur ex diſpoſitione prædicti Conc. Trid. ad obtinenda ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica. Inde etenim prædicta Oratoris petitio expreſsæ diſpenſationis ſuper dicto defectu, evenit, quia nimirum cum ſimpliciter teneat ipſe Orator, ſuper hujuſmodi defectu requiri Pontificiam diſpenſationem, illam utiquè expreſsè petit in ſupplicatione; cum non teneatur ſcire, an ſufficiat, ipſum Pontificem, ſine expreſſa diſpenſatione, poſſe diſponere adverſus dictum Concilium, quia non omnes tenentur ſcire leges; ac proinde nec diſpoſitionem prędicti Concilii, quod arbitrio ejuſdem Pontificis reliquit liberam facultatem, ad ſui libitum ſuper illius decretis diſponendi. Ipſe verò Pontifex, & Cancellaria, quæ eſt illius organum, Caſſador. *deciſ.* 3. *n.* 3. *de reſervat.* Gonz. *ad reg.* 8. *gl.* 13. *n.* 12. non utuntur in literis verbo, *Diſpenſamus*, quia diſpenſatio cadit adverſus juris communis diſpoſitionem tantùm, ut infra dicetur; 7
non autem quando Papa utitur jure ſuo, prout apertè diſponitur in *d. Concil. ſeſſ.* 25. *cap. fin. de reformat.* ubi Sancta Synodus omnia, & ſingula ſub quibuſcunque clauſulis, & verbis, quę de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina &c. ſtatuta fuerunt, declarat, ita ſtatuta eſſe, ut in his ſemper ſalva authoritas Sedis Apoſtolicę ſit, & eſſe intelligatur. Ac proinde, his ſic ſtantibus, non modò non requiritur expreſſa deſuper diſpenſatio, verùm nec ſpecialis præ- 8
dicti Concilii derogatio, ad validitatem diſpoſitorum adverſus illius decreta, ut fuit deciſum in una *Sancti Angeli Penſionis* 16. *Decembris* 1594. in qua fuit conſideratum, quod, licèt, quoad Concilia generalia, ſit neceſſaria ſpecialis derogatio, ut in *c. ex parte, de capel. monach.* Secùs tamen eſt, quoad decreta, Conc. Trid. & ſic Papa, utendo ſua authoritate, poteſt quaslibet gratias concedere, abſque d. Concilii derogatione; cum tunc potius uti videatur facultate ſibi reſervata; quam contra dictum Concilium aliquid diſponere, ut dixi in mea Prax. *Diſpenſ. Apoſt. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 28. & 29. & fuit dictum in una *Monopolitan. Beneficii, ſeu Capellaniæ coram Merlino, impreſſa penes* Vivian. *in calce ſuæ praxis juriſpatronatus, dec.* 19. *n.* 13. ubi, quod in hoc caſu Orator cenſetur ad id diſpenſatus, licèt in litteris proviſionis, ſeù mandati Papæ de providendo, non fiat mentio diſpenſationis; nam ſatis eſt, quod fuerit narrata ſupradicta minor ętas, cum conſueto exordio, *Laudabilia pueriliS ætatis tuæ dicta*, ut in formulis infraſcriptis patebit; eoq; magis, vigore Clauſulę *Non obſtantibus &c.* quæ in litteris Apoſtolicis adhibetur: nam illa comprehendit etiam derogationem prędicti Conc. Trident. quoties appareat de voluntate Papæ derogandi, ut ſupra dictum eſt, Caval. *dec.* 4.8. *n.* 3. & 5. Addit. ad Buratt. *dec.* 463. *nu.* 5. ubi, quod derogatio Concilii generalis non procedit quoad Concilium Trident. in quo ſufficit clauſula *Non obſtantibus, &c.*

Eſt tamen notandum, id habere locum, quando conſtat, Papam voluiſſe derogare dicto Concilio, aliàs verò, ſecùs dicendum eſſet, ſi de contrario appareat, *ex deciſion. Cavalerii* 601. *n.* 3. ubi cenſuit Rota, non fuiſſe derogatum prædicto Concilio Tridentino, ex eo quod Papa derogaverit Conciliis Synodalibus, & Provincialibus tantùm, non autem generalibus; unde videbatur noluiſſe illi derogare. Ex qua quidem deciſione eſt notandum, quod Cancellaria Apoſtolica tenet, quod ſub generali derogatione Conciliorum generalium, comprehenditur Concilium Tridentinum, quando Papa diſponit adverſus illius decreta prout in *d. n.* 3.

Verùm, quia quandoquè Ordinarii, quibus diriguntur hujuſmodi proviſiones beneficiorum, videntes, in litteris fuiſſe tantùm narratum hujuſmodi ætatis defectum, nec tamen conceſſam expreſsè diſpenſationem, proinde earumdem litterarum executionem perperam, & ineptè recuſarunt; quarè viſum eſt, quandoquè, ad inſtantiam Oratoris petentis deſuper expreſſam diſpenſationem, illam fuiſſe conceſſam: quæ nihilominus nullo modo videtur neceſſaria.

Nihilominus verò aliter dicendum eſt, quando Papa ex urgentiſſimis cauſis, aut maximis præcedentibus favoribus, ſivè cum perſonis qualificatis, ſeptennio minoribus, diſpenſat ad beneficia ſimplicia; tunc enim, cùm verſemur contra juris communis diſpoſitionem, neceſſariò requiritur expreſſa diſpenſatio, Ricciul. *lucubrat. Eccleſiaſt. lib.* 6. *cap.* 22. *n.* 4. *in fin. me citato in mea Praxi Diſpenſat. Apoſtolic. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 45.

Sed antequam ulterius procedamus, monitum volumus Lectorem, quod in materia præſentationis, & inſtitutionis in beneficio juriſpatronatus, adeſt quædam *deciſ.* 481. *part.* 1. *diverſ. in una Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1579. *coram Lancellotto*, in qua, circa ætatem ad beneficium ſimplex requiſitam ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de refor.* dicitur, id non habere locum in ſimplici beneficio juriſpatronatus: quarè in fine *d. deciſ.* ſic habetur, videlicet, *Reſervarunt*

Domini, an ex quo non probatur, quod Antonius ſit conſtitutus in 14. anno, prout requirit Conc. Trid. ſeſs 23. cap. 3. ſed tantum in 12. anno, et obſtet d. Concil. In qua difficultate Illuſtriſſimi Cardinales Congregationis Sacri Concilii Tridentini cenſuerunt, non obſtare Die 2. Iulii 1579.

At hodie, nullo modo attenditur prędicta declaratio, ſicut praxis, & uſus quotidianus docent: quia prædictum Concilium loquitur generaliter de quocunquè beneficio,
9 cujus appellatione venit etiam beneficium juriſpatronatus, *Nicol. Delphinat. in tract. juriſpatron. lib. 1. num 26. cum ſeq. Rebuff. in prax. verſ. ſæculare beneficium num. 15. Marcius Antonin. var. reſol lib. 1. reſol. 112. num 51. verſ. quod confirmatur Ric. in praxi fer. eccleſ. 187. n. 186 Vivian. in prax. juriſpatr. lib. 6. c. 6. num. 8.* ubi teſtatur de prædicta praxi, & de hoc aliàs dixi in *d. meo Prax. lib. 4. cap. 2. à num. 1. uſque ad 15.*

Sanè, pro hac eadem praxi, licet faciliùs concedatur diſpenſatio ſuper defectu ætatis in beneficiis vacantibus per obitum, quam per reſignationem, non tamen illa ea eadem cauſa reſignationis denegatur perſonis qualificatis, præſertim verò nepotibus Cardinalium: pro cujus quidem praxi majori elucidatione, ſequentis proviſionis formulam hìc inſerere placuit, tenoris ſequentis, videlicet.

10 *Urbanus &c. Dilectis Filiis Primicerio, & N. Canonico Eccleſiæ Neapolitan., ac Vicario &c. Neapolit. Salutem &c. Laudabilia dilecti Filii Claudii Philamarini clerici Neapolit. puerilis ætatis indicia, ex quibus, prout fide dignorum teſtimonio accepimus, veriſimiliter concipitur, quod ſuccedentibus ſibi annis, ſe in virum debeat producere virtuoſum, Nos inducunt, ut eum apoſtolici favoris ſuffragio proſequentes, ſibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam &c. vacantia &c. reſervavimus, Decernentes &c. attentari. Cum itaque poſtmodum Abbatia nuncupata S. Tryphonis Ravellen. Civitatis, vel Diœceſis, ac S. Mariæ ad Computo, Eccleſiæ, ſeù Capellæ, ac legatum pium, in titulum perpetui ſimplicis beneficii eccleſiaſtici, clerico ſęculari conferri ſolitum, in quibuſdam terris arbuſtatis in partibus Villæ Luſciani à Campo Scarſane Averſan. Diœceſis: & quæ ſicut accepimus, de jurepatronatus laicorum &c. exiſtit, Rectoria Abbatia, etiam nuncupata Eccleſiæ parochialis S. Mariæ Maioris ſimiliter nuncupatę Neapolitan. per liberam reſignationem dilecti filii noſtri Aſcanii S. R. E. presbyteri Cardinalis Philarmarini nuncupati. Eccleſiæ Neapolitan. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolicę Pręſulis, de illis, quæ tunc in titulum, ex ſimili diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam &c. & admiſſam, priores duę Eccleſię, ſeù Capellę, videlicet, ac legatum pium huiuſmodi apud Sedem eandem vacaverint, & vacent ad preſens, Nulluſque de prioribus duabus Eccleſiis, ſeù Capellis, ac legato pio prędictis, prçter Nos &c. Nos eidem Claudio, qui teſtimonio ipſius Aſcanii Cardinalis, de vita, moribus, & idoneitate commendatur, quique, ut aſſerit, dicti Aſcanii Cardinalis, ex fratre germano, nepos, & in octavo ſuę ætatis anno conſtitutus, ac ad recitandum divinum officium aptus exiſtit; & cum qui aliàs, ut defectu ętatis huiuſmodi non obſtante, quęcunque perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica, ſacrum ordinem annexum non habentia, ac perſonalem reſidentiam non requirentia, ſi ei aliàs canonicè conferantur, recipere, & quoad viveret retinere liberè, & licitè valeret, authoritate Apoſtolica diſpenſatum fuit, prçmiſſorum indiciorum intuitu ſpecialem &c. à quibuſvis &c. cenſentes; ac quoad Rectoriam huiuſmodi, dicti iuriſpatronatus pro medietate &c. patronorum, in ipſum Claudium non conſentientium, hac vice ſpecialiter & expreſsè derogantes, Diſcretioni veſtra &c. mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, Verificata in primis & ante omnia coram Ordinario loci, quod quoad perpetuam Rectoriam, quod dictum iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione exiſtit, ut prefertur, per vos, ſeù alios Eccleſias reſignatus, ſeù Capellas, ac Rectoriam ſine cura exiſtentem, & legatum pium huiuſmodi, quę ſimilem reſidentiam non requirunt, nullumque ordinem ſacrum annexum habent, quorum inſimul, & illis forſan annexorum fructus &c. Trecentorum ducatorum auri de Camera &c. ut dictus Claudius, etiam aſſerit, non excedunt, ſive prçmiſſa &c. Dummodo &c. ius quęſitum, & alterius medietatis patronorum prędictorum ad hos accedat aſſenſus, cum annexis &c. eidem Claudio conferre, & aſſignare authoritate noſtra curetis, Inducentes &c. Amotis &c. reſpondert. Contradictores &c. Non obſtantibus &c. Bonifacii Papę VIII. &c. & aliis &c. Quibus omnibus &c. anteferri &c. Volumus autem, quod ſi appruerit ſuper reſignatione hac cura Eccleſiarum &c. ac Rectorię, & legati pii prædictorum, unten per dictum Aſcanium Cardinalem, aliam conſenſam præſtitum, & extenſam fuiſſe, preſens gratia nulla ſit eo ipſo. Et inſuper &c. attentari. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno 1641. Tertiodecimo Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Decimonono.*

Gratis pro Nepote Cardinalis.

Anno Incarnationis Dominicę 1641. Die XVII. Februarii Retroſcriptus Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Aſcanius Cardinalis per ſuam liberam cedulam, reſignationi, & litterarum expeditioni conſenſit, Iuravit, &c.

Pariter, attentis qualitatibus Oratoris, ac beneficii, ſuper tali ætatis defectu conſuevit per Summum Pontificem diſpenſari, prout fel. recordat. Innocentius Papa X. annis retro elapſis diſpenſavit cum Oratore in octavo ſuæ ætatis anno conſtituto, in proviſione beneficii de Jurepatronatus de Gambacutiis attento, quod Orator prędictus erat filius unius ex compatronis.

Cum cęteris perſonis, ſicut jam ſuperius diximus, vix ſuper unius anni defectu diſpenſari conſuevit, his pręſertim temporibus: imò antea, poſt tamen dictum Concilium Tridentinum cum Oratore minore 14. annis non diſpenſabatur, teſte Pariſ. *de reſign. beneficiorum lib. 3. qu. 7. n. 66.* licèt vidimus cum nobilibus, etiam ultra annum diſpenſari; namque nobilitas, eſt potiſſima cauſa ad diſpenſandum, & regulariter, etiam de jure communi in conferendis beneficiis Eccleſiaſticis conſideratur nobilitas, *c. de multa de preb. c. cum adeo, ubi gloſſ. de reſcript.* Mandoſ. *reg. 34. q. 60. nu. 3.*

Hojus quidem praxis exemplum ita hìc ſubnectere placuit, videlicet.

Urbanus &c. Vicario &c. Neapolitan. &c. Laudabilia dilecti filii Horatii Capycii clerici Neapolitan. puerilis ętatis indicia, cum nobilitate conjuncta, ex quibus &c. proſequimur. Cum itaque ſicut accepimus perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione S. Stephanelli in Eccleſia S. Martianelli à Capoana nuncupati Neapolit. quod de iurepatronatus laicorum, familię videlicet illorum de Capiciis &c. exiſtit, quod bonę memorię Ioannes Aloyſius Riccius Epiſcopus Vican. in titulum, ex diſpenſatione Apoſtolica, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Ioannis Aloyſii Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturę perſolvit, vacaverit, & vacet ad prçſens, Nos volentes prędictum Horatium, aſſerentem ſe tertium decimum ſuę ętatis annum agere, & ad recitandum, &c. aptum, ac de nobili genere procreatum exiſtere, & ad dictum beneficium, ut prefertur vacans, à dilectis filiis moderais illius patronis infra legitimum tempus pręſentatum fuiſſe, licet de facto; prędictorum indiciorum intuitu &c. Mandamus, quatenus verificato &c. ſuper diligentem indaginem ſuper prędictis indiciis habendam, dictum Horatium, (circumſcripta ętate huiuſmodi) aliàs ad hoc idoneum eſſe reperreris: ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, beneficium prędictum, quod perſonalem reſidentiam non requirit, nullumque ordinem ſacrum annexum habet, ac cuius &c. xxiiii. &c. Sive prçmiſſo &c. ſeù per liberam reſignationem d. Ioannis Aloyſii Epiſcopi, vel cuiuſvis &c. eidem Horatio conferas &c. Inducens &c. Amoto, &c. Dat. Romę apud S. Petrum Anno &c. 1643. Kal. Aprilis, Anno Vigeſimo.

Ad eundem quoque Summum Pontificem recurritur, ubi obſtat fundatio beneficio pro illius derogatione obtinenda; quæ non conceditur, niſi ex legitima cauſa, quod poteſt pręſertim exemplificari, cum beneficium ſit ſacerdotale, & petitur conferri in minoribus ordinibus conſtituto, ſuper quo datur diſpenſatio, ſeù (ut proprius loquat) indultum ſuper dicta fundatione, eo modo, quo ſequitur videlicet, *Innocentius &c. Vicario &c. Cum ſicut accepimus, perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, quod de jurepatronatus laicorum &c. exiſtit, ac in illius funda-* 12 *tione expreſſè dicitur caveri, quod ad illud, dum pro tempore vacat, presbyter prnſentari debeat &c. Nos volentes &c. N. clericum dictæ Diœceſis, aſſerentem, ſe in 18. ætatis*

ſuæ

ſuæ anno conſtitutum, ac Seminarii puerorum Eccleſiaſtici in Civitate N. inſtitutum, alumnum, ac dilecti filii N. unici ejuſdem beneficii patroni fratrem germanum exiſtere &c. attento, quod ſicut ipſe N. ſimiliter aſſerit, nullus presbyter de familia dicti patroni ad beneficium hujuſmodi ſic vacans, aſpirat &c. recipere, & quoad vixerit retinere &c. valeat, fundatione, cui (illa aliàs in ſuo robore permanſura) hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter & expreſſè derogamus, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, Apoſtolica authoritate &c. de ſpeciali gratia indulgemus. Volumus autem, quod idem N. cum primum ad ætatem legitimam pervenerit, proximis inde futuris temporibus, ordinem ipſum, quem ipſa ætas poſtulaverit, videlicet Subdiaconatus, Diaconatus, & presbyteratus ſuſcipere: & interim onera eidem beneficio incumbentia, per presbyterum idoneum, à te approbatum ſupportari facere omnino teneatur; aliàs præſens gratia nulla ſit eo ipſo, & ad fructuum interim ex beneficio prædicto perceptorum reſtitutionem, obligatus exiſtat &c.

Hujuſmodi fundationi ſolet etiam Papa derogare, ſi in ea caveatur expreſſè, quod obtinens tale beneficium teneatur apud illud reſidere perſonaliter, & infra annum ad ſacerdotium promoveri, ac quod cum illo non poſſit aliud beneficium obtineri, teſte *Staphil. de liter. grat. tit. de mod. impetr. ſub n. 27.* ſubdens ibi, ſecùs dicendum eſſe, quando petitur derogatio fundationis, quoad omnes ejus partes, etiam non expreſſas, vel exprimendas hujuſmodi quia derogatio non datur; cum poſſint eſſe tales, quod illis Papa non derogaret; nec ego huc uſque vidi ſimiles derogationes.

Et in propoſito, quandocunque cum quolibet Oratore Papa diſpenſet ad beneficia ſimplicia ſuper defectu ætatis, ſemper in literis adiicitur, Oratorem ad divinum officium recitandum, aptum exiſtere.

Quarè non ſemel de hac re eveniſſe ſcimus controverſiam: numquid videlicet idem Orator diſpenſatus
ad beneficium ſuper prædicto ætatis defectu, cenſeatur
13 diſpenſatus ſuper recitatione officii, donec perveniat ad
ætatem quatuordecim annorum, qua efficitur hujuſmodi
beneficii capax, juxta ſancita per *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de reform.*

Et omnibus pro affirmativa parte, omiſſis, dicendum eſt, contrariam opinionem eſſe veriorem; quandoquidem verſamur in materia diſpenſationis, quæ eſt ſtricti juris *c. 1. §. fin. de fil. presb. in 6. Hoied. de incompat. benef. par. 2. c. 22. num. 67.*

Quinimmo ſatis in hac praxi patet, quod Papa diſpenſando ſuper defectu ætatis cum quovis minore ad obtinenda beneficia, non intendit diſpenſare ſuper recitatione horarum canonicarum; ſed ſemper in proviſione adiicit clauſulam, nempè, quod ad recitandum divinum officium aptus exiſtit; ut habetur in ſupra poſitis formulis; nam inhabilitas minoris ad beneficium, duo comprehendit impedimenta, Alterum, quod ſupradictum Concilium ſtatuit *d. ſeſſ. 23. cap. 6.* ne quis clericus ante decimumquartum annum valeat beneficium obtinere.

Alterum verò impedimentum eſt, quod Clericus beneficiatus, quantumvis minorennis, tenetur quotidie recitare divinum officium, *c. ult. diſt. 92.* cum beneficium detur propter officium, *cap. fin. de reſcript. in 6.* & hoc ſub pœna peccati mortalis, ut in *cap. presbyter, diſt. 91.* cum prædicta recitatio ſit de præcepto, *d. c. presbyter, Vivian. in praxi juriſpatr. lib. 15. cap. 3. n. 35. cum pluribus ſeqq.* ſi etenim non recitat dictum officium, poſt adeptam poſſeſſionem, ante ſex menſes peccat mortaliter, & poſt ſex menſes nec facit fructus ſuos; quos pro rata omiſſionis divini officii, & temporis, tenetur reſtituere fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus ex Conſtitutione Concilii Lateranenſis, relata per Navar. *de orat. cap. 7. num. 31.* ut in *§. Statuimus*, ſupradicti Concilii cujus tenorem habes penes *Quaran. in Summa bull. verbo, Hora Canonica.*

Quod quidem uſquè adeo intelligendum eſt, etiam ſi beneficium ſit quantumvis tenue, quia nihilominus obligat
14 ad horas Canonicas, Zerol. *in praxi epiſ. 1. p. verbo, beneficium, §. 4.* & dixi in d. mea *Prax. Diſpenſat. Apoſtol. lib. 4. cap. 1. num. 49.*

Si verò beneficium nullos prorſus habet fructus, tunc di-
15 cendum eſt, illud non obligare ad horas canonicas recitandas, prout probavi in *d.* mea *Prax. d. cap. 1. num. 50.* ubi
plura circa hoc videri poſſunt à *d. num. 50. uſque ad num. 57.*
cum eſſet ipſius obligationis ratio, ex eo quod nullum ſtipendium talis beneficiatus ab Eccleſia recipiat, & cum be-
neficii fructus deſerviant pro ſtipendio Clericorum, & illud 16
nullos habeat fructus, dicitur beneficium fictum de Pertica,
& ſic de vento; undè inconveniens eſt, quod Clericus reci-
tet divinum officium, propter quod datur beneficium, &
vivat de vento, aut de aere, ſicut Chamæleon, qui nec ci- 17
bo, nec alio alitur, quàm aeris alimento, apud Plin. *lib. 28. cap. 8.* Unde diſpoſitio loquens de beneficio, debet intelligi de effectuali, quod in perceptione fructuum conſiſtit, Sarnen. *ſuper reg. de annali, quæſt. 47. num. 3.*

Quarè in propoſito, cum hic duo impedimenta concurrant, ſublato uno per diſpenſationem ſuper defectu ætatis,
aliud remanet circa illius fructus percipiendos ratione recitationis horarum Canonicarum; cum ſatis, ſuperque dictum ſit, quod ubi duo concurrunt impedimenta, illorum
uno ſublato, aliud remanet, *cap. paſtoralis, de privileg.* ac 18
proinde tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, Rot. *deciſ. 233. num 2. part. 1. divers.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. centuria 3. caſu 203. num. 13.* Navar. *conſ. 17. de reſcript.*

Quarè Orator ſic diſpenſatus ſuper ætate ad beneficium
obtinendum, obnoxius adhuc remanet fructuum reſtitu-
tioni: quatenus prædicti beneficii ratione omittat ho-
ras canonicas: ex eo quod ſuper hoc Papa non diſpenſave-
rit cum in tantum contulerit beneficium, in quantum ſibi
explicetur Oratorem, licèt minorem ad beneficium aſ-
ſequendum, nihilominus aptum ad horas Canonicas reci- 19
tandas, ut dictum eſt, quicquid ſit verius, quando alias hu-
juſmodi diſpenſatio datur ad partem ſine proviſione, ac
mentione prædictæ habilitatis, ad recitandum &c. nam
tunc Papa ſupponit, Oratorem eſſe ad hujuſmodi recitationem habilem.

At verò, ſi Pontifex beneficium hujuſmodi conferat ſcienter infanti, ante ſeptennium, ſivè antequam ſit rationis compos, tunc eo ipſo ſecum diſpenſare cenſetur ſuper recitatione horarum prædictarum: ac pari modo ſi illud conferat puero, quem ſcit neſcire latinè legere, ac proinde non poteſt horas prædictas recitare. Si verò beneficium conferat puero rationis compoti, & poſt ſeptennium, ſecùs dicendum eſt: quia non eo ipſo, quod diſpenſat ſuper ætate, cenſetur etiam ſecum diſpenſare ſuper onere recitationis prædictarum horarum Azor. *inſtit. moral. lib. 10. cap. 3. verſ. Duodecimo quæritur, litera B.* qui ibidem concludit, ut talis puer teneatur ad dictas horas: quod ſi neſciat latinè legere, debet operam, & diligentiam adhibere, ut dicat, vel impetrare à Summo Pontifice diſpenſationem, ut à dicta recitatione eximatur; aliàs tenetur omnino ad dictas horas ex Suarez. *de relig. lib. 4. c. 18. num. 27.* Molfeſ. *in ſum. tract. 5. cap. 5. num. 13.* Reginal. *lib. 18. n. 192.* quia debet orare Deum pro iis, qui ſua bona Eccleſiæ dederunt; ex quibus beneficia fuerunt erecta, idem Azor. *d. cap. 13. verſ. Nono quæritur*, cum ſeptennio plenè abſolvatur integritas loquendi, Lotter. *lib. 2. qu. 49. num. 15. & 16.*

Hic autem non omittam, quod pluries in reſcriptorum
Apoſtolicorum exequutione fuit in dubium revocatum; an
videlicet regulariter annus in reſcripto narratus, præſertim
in caſu obtentæ diſpenſationis ſuper defectu ætatis ad be-
neficia, ut hic, intelligi debeat de completo, an vero ſuffi-
ciat, illum eſſe inceptum. Et quidem pro eo, quod ſpectat
ad prædictum *Concilium Trid. d. ſeſſ. 23. ca. 6. de reform.*
circa ætatem ad ſimplex beneficium Eccleſiaſticum requiſi-
tam, nullibi ambigendum eſt, decimum quartum annum 20
ſufficere inceptum; prout S. Congregatio pluries declara- 21
vit; quamvis idem *Concilium loc. cit.* dicat, quod nullus pri-
ma tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus con-
ſtitutus, ante decimum quartum annum poſſit beneficium
obtinere; nam cum ſimpliciter dicat, decimum quartum
annum, ſufficit adhuc illum eſſe inceptum; undè d. S. Con-
greg. ſic cenſuit, *Hoc capitulum non prohibere, quia ille,
qui jam quartum decimum ſuæ ætatis annum attigit, licèt
nondum expleverit, poſſit beneficium ſimplex obtinere*, Gonz.
ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. num. 95. Garc. *d. p. 7. cap. 4. num.
15.* & dixi in d. mea *lib. 4. cap. 1. num. 10.* cum in favora-
bilibus, annus inceptus habeatur pro completo; ut eſt com- 22
munis regula, per *gloſ. & Bart. & alios in l. 3. §. minor. ff. de
minor.* & niſi Clericus attigerit prædictum decimum quar-
tum annum: non poterit ex vi d. Concil. tale beneficium
obtinere ſine Apoſtolica diſpenſatione; cum Epiſcopus, li-
cèt

cet tale beneficium illi conferre poſſit, tamen ſi ad prædictam legitimam ætatem deſit quantumvis modicum tempus, veluti unus dies, vel hora, non poterit hujuſmodi beneficium conferre, ut benè comprobat idem Garc. *d. par. 7. cap. 4. num. 84.*

Quomodo autem ſit computanda dicta ætas, an videlicet à die nativitatis, an verò baptiſmi, videtur illam computari debere à nativitate; nam nativitatis primus effectus eſt, ut ab illius initio quis verè, & propriè homo dicatur, & ſit, ut probatur Joan. *cap* 16. ibi, *Cum autem peperit puerum, non meminit preſſura ejus propter gaudium; quia natus eſt homo in mundum*, & ſic computanda à die nativitatis, ut dictum eſt, non autem baptiſmi Mandoſ. *de ætat. min. cap. 3. num. 1.*

Sicut pari modo dicimus, ætatem ipſam, à nativitate prædicta, non autem à die conceptionis connumerandam eſſe, ut per Covarr. *in 4. 2. par. cap. 8. num.* 3. Garc. *de benef. part. 7. cap. 4 num. 89.* & in *ſuis addit. ad eumdem numerum*, ubi allegat Thom. Sanchi *in præcept. Decalog. lib. 4. cap. 35. num.* 4. qui abſolutè docet, ætatem à nativitate computari, & non conceptione; etiam ſi id utile ſit ei, de cujus ætate agitur, Vivian. *in prax. juriſpatron. lib. 6. num.* 14.

At verò, quoad hujuſmodi ſpiritualia, & beneficialia,
23 dicendum eſt, ætatem prædictam computandam eſſe à die baptiſmi; qui in his magis attenditur, ut tradit Gonz. *gloſ. 9. §. 1. nu.* 108. cum per illum homo renaſcatur, ut in *c. debitum, de bapt.* & ipſa Veritas dixerit, *Oportet vos naſci denuo, quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Cælorum.* Et ſic videmus, quod licèt ſtrictè procedatur ad verificandam ætatem, quæ proinde computanda eſſet ab ipſo die nativitatis, ut ſupra dictum eſt, nihilominus ea communi uſu totius Orbis, in prædictis ſpiritualibus computatur à die baptiſmi, per cujus fidem probatur ætas, Rota *deciſ.* 15. *nu. 2. p. 3. recent.* ubi dum dubitaretur de ſufficienti ætate ad obtinendam inſtitutionem, fuit dictum, quod illius defectus conſtabat ex fide baptiſmi, per quam probatur ætas, Caputaqu *dec.* 314. *p. 1.* Mandoſ. *reg.* 18. *quæſt.* 10. & in una *Bellunen. Canonicatus penes* Seraph. *deciſ.* 1138. dicitur, diſpenſationem ſuper defectu ætatis ad Canonicatum, non ſuffragari, prout conſtabat ex libro baptiſmi, qui probat ætatem, ut per Jo. Mauritan. *de reſtitut. in integr. capit.* 321. Odd. Stort. *eodem tract.* cum aliis in *d. deciſ.* relatis. Et de ætate in Coadjutoria requiſita, quod illa debeat probari per librum baptiſmi, dixit Paril. *de reſignat. benef. lib.* 10. *quæſt.* 3. *num.* 38. Et quoad ordines ſuſcipiendos, dixit Rot. *deciſ.* 481. *num. 6. recent. par.* 3. quod ad evitandam malam promotionem ante ætatem, poterat de ea certiorari à proprio parocho, penes quem aderat liber baptiſmi, & ſubditur *num.* 4. non obſtare, quod liber baptiſmi non probet diem nativitatis; cum potuerit eſſe, quod fuerit baptizatus illinc ad duos menſes; quia Dominis non videbatur veriſimile, illum tam longo temporis intervallo poſt nativitatem, fuiſſe baptizatum; cum à communiter accidentibus, ſoleant pueri, ad ſummum, poſt ſex, vel octo dies à tempore nativitatis baptizari.

Et ſic ex hiis apparet, quod regulariter non conſuevit apponi dies nativitatis in libro baptiſmi, qui ut plurimum ſolet ſequi poſt multos dies; & nihilominus ipſa ætas computatur à die baptiſmi, ut ſupra dictum eſt.

Illud autem, quod dictum eſt, nè quis, refragante prædicti Concilii decreto *d. ſeſſio. cap. 6. de reform.* poſſit beneficium Eccleſiaſticum ante decimum quartum annum obtinere, certum eſt, procedere non ſolùm per viam liberæ collationis, verùm etiam præſentationis, electionis, aut alterius cujuſcunquè proviſionis, ſtante prohibitione generali prædicti Concilii, prout ſupra dictum eſt *num.* 9.

Verum tamen eſt, id non procedere in beneficio ſimplici juriſpatronatus, ad quod patronus in limine fundationis voluit, etiam minorem quatuordecim annorum præſentari, & inſtitui poſſe; quia hujuſmodi conditio eſſet valida: & propterea ſervanda; quandoquidem per prædictum Concil. Trident. non eſt derogatum prædictæ fundationi: prout declaravit S. Congregatio ejuſdem Concilii, Barbol. *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 60. *num.* 73. quia etſi pueris prohibitum ſit beneficia Eccleſiaſtica conferri, *cap. 2. & 3. de ætat. & qual.* nihilominus cum agatur de prohibitione variabili, quæ à jure poſitivo procedit, juxta *tex. in d. cap. 2. & 3.* non eſt lex fundationis reſpuenda, qua mandaretur fortaſſe, puerum, quinimo infantem in beneficio juriſpatronatus inſtitui; prout fuit dictum in una *Granat. Capellania* 12. *Januar.* 1600. *coram Domino Marquemont*, relata per Barboſ. *in addit. ad gloſ. num.* 23. *verſ. poterit tamen Epiſcopus*, & tradit Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 32. nu.* 35. cum fundator poſſit apponere quaſcunquè leges, & conditiones in limine prædictæ fundationis *c. præterea, de jurepatronat. cap. quanto, de cenſib.* Rota *deciſ. 2. teſtament. in antiquis.*

Eſt tamen advertendum, idem videri poſſe, ſi fundator id tacitè voluiſſet, nempè, ſi mandavit, præſentari Clericum in minoribus ordinibus conſtitutum; nam tunc etiam poterit præſentari, & inſtitui minor quatuordecim annis: non obſtante diſpoſitione prædicti *Concilii d. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* vel ſi mandavit præſentari Clericum primæ tonſuræ; ut fuit reſolutum in una *Monopolitana Beneficii 6. Junii* 1622. *coram D. Merlino.*

Quod tamen hanc admittit diſtinctionem, nempè, quod 24
ſi ipſius beneficii fundatio eſſet ante prædictum Concilium Tridentinum, tunc, quia ſecundum juris communis diſpoſitionem, etiam Clericus primæ tonſuræ, & in ſeptimo anno conſtitutus, erat capax ſimplicis beneficii, ut ſuprà dictum eſt, non intrat diſpoſitio Concilii. Si verò fundatio eſſet poſt Concilium prædictum, & in ea non reperiretur expreſsè cautum, quod puer, aut minor quatuordecim annis præſentari poſſit, ſed tantùm, quod præſentetur Clericus primæ tonſuræ, vel in minoribus ordinibus conſtitutus, id intelligeretur, dummodo præſentandus haberet ætatem quatuordecim annorum, requiſitam à Concilio; cujus diſpoſitio tunc vigebat, & cum qua cenſetur fundator ſe conformare voluiſſe, *ad text. in l. 2. C. de hæred. inſtit.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. 1. num. 6. de jurepat.* prout elegantiſſimè, more ſuo diſtinguit *Addit. ad Burat. dec.* 755. *ſub n.* 16. & ſecundum dictam diſtinctionem fuit pluries in facti contingentia judicatum, tanquam nimis juri conſonam; nempè quia verba debent intelligi in terminis habilibus, & ſecundum diſpoſitionem legalem, & in his terminis loquitur *d. deciſio Monopolitana Beneficii 6. Junii* 1622. & ita declaravit Rota in *Cordouben. Capellaniæ 5. Decembris* 1629. *coram Durano*, in qua fundator diſpoſuerat, præſentari Clericum, aut qui poſſet eſſe Clericus; & tamen quia fundatio erat poſt Concilium, fuit reſolutum, non potuiſſe præſentari Clericum minorem quatuordecim annis, idem *Add. ad Burat. loc. citato verſ. A. ubi fundatio, circa fin.* Ratio enim eſt, quam ſupra adduximus, nempè, quia voluntas teſtatoris limitatur per juris communis diſpoſitionem, Rot. *deciſ.* 450. *num. 6. p. 1. recent.* & dixit Bald. *in l. precibus, num. 44. C. de impub.* 25
Mohed. *deciſ. 18. de cauſ. poſſ. & propr.* Cæſar de Graſſ. *d. deciſ. 1. num. 3. & deciſ. 2. n. 7. de jurepatr.* cum aliis adductis per Gonz. *gloſ. 5. num. 81. cum plurib. ſeqq.* & regulare eſt, diſpoſitionem hominis, regulari in dubio cum diſpoſitione legis, cui ſe conformare voluiſſe cenſetur, *l. conficiuntur, ff. de jur. Codicill.* & fuit dictum in una *Mediolanen. Beneficii penes* Seraphin. *deciſ.* 968. *num.* 5.

Et in ſupradicta *Monopolitan. Beneficii ſub nu. 8. verſ. Nec viſum fuit*, habetur, non obſtare, quod fundator expreſsè non diſpoſuerit, quod poſſit præſentari minor annis 14. prout erat Franciſcus de tempore præſentationis, & conſequenter in dubio cenſendum eſt, ipſum intellexiſſe de Clerico primæ tonſuræ, qui tamen eſſet capax beneficii, & ſic conſtitutus in 14. anno juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* Nam fuit reſponſum, ſatis eſſe, quod fundator voluerit, ſufficere, quod præſentandus ex ſua linea maſculina, vel fœminina, eſſet Clericus primæ tonſuræ, quæ etiam ſeptimum dumtaxat ætatis annum agentibus, conferri poteſt, *c. nullus, & ibi gloſ. in verbo, infantes, de tempor. ordin. in 6.* ex hoc enim ſatis apertè exprimitur videtur quod etiam minor 14. annis præſentari poſſet, ſecundum juris communis diſpoſitionem; quæ de tempore fundationis vigebat; & cum qua præſumendum eſt conformare ſe voluiſſe, ut per Mohed. *deciſ. 19. de cau. poſſ. & propr.* & Gonz. qui alios congerit ſuper *reg. 8. gloſ. 5. nu.* 81. ex quo Sacrum Concilium Tridentinum de anno 1515. quo fundator ita diſpoſuit, ut in *d. deciſ. num.* 3. nondum erat apertum.

Hic verò non mirabitur benignus Lector, ſi nonnulla, ad praxim diſpenſationis ſuper defectu ætatis ad beneficia Eccleſiaſtica pertinentia, forſan antea legerit in mea *Prax. Diſpenſat. Apoſtol. lib. 4. cap. 1. & 2.* quæ hic repetita reperiet;

tiet; ſed potius id conſultò factum eſſe, materia ita ferente, exiſtimabit.

At redeundo ad ea, ex quibus videor, me fortaſſe digreſſum fuiſſe, nimirum in caſu nulliter impetratæ, ſeu denegatæ diſpenſationis, dico, quod aliquando præſentatur inhabilis ſub expreſſa conditione impetrandi à Sede Apoſtolica diſpenſationem, vel ſuper ætate, vel in fundatione beneficii requiſitis, juxta deciſionem Seraph. 1173. aliàs relatam,
26 nam præſentatio, nedum fieri poteſt alternativa, ſed etiam conditionalis, dubia, & obſcura; dummodo infra tempus datum ad præſentandum, conditio purificetur, incertitudo, & obſcuritas certificetur, & fiat clara, Vivian. *in prax. juriſpatron. lib. 6. cap. 6. num. 54.* & ſi conditio, vel incertitudo venit purificanda, vel certificanda per habentem inſtituere, ſtatim dicitur purificata, & certa præſentatio, Garc. *de benef. p. 8. cap. 2. num. 3.*

Hæc tamen ſibi locum vendicare noſcuntur tantummo-
27 do in præſentatione; cum ſecùs dicendum ſit in inſtitutione, quæ nullo modo fieri poteſt ſub conditione, videlicet, dummodo inſtitutus obtineat à Sede Apoſtolica diſpenſationem, & non aliter, quod enim ab initio nullum eſt, tractu temporis non convaleſcit, *vulg. reg. quod ab initio, ff. de reg. jur.* & collatio, ſeù inſtitutio non recipit conditionem, Put. *deciſio. 296 par. 3.* Caputaq. *deciſ. 298. num. 5. par. 2.* Marius Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſu 60. verſic. quia collatio, & inſtitutio.*

Poteſt namque dari caſus, quod licèt præſentatio fuerit legitimè facta, necnon per Superiorem admiſſa, nihilominus non poſſit præſentatus inſtitui à dicto Superiore, quod potiſſimum exemplificatur *d. deciſ. 60.* ubi præſentato fuit denegata inſtitutio ab Ordinario, ex eo, quod idem præſen-
28 tatus aliam ſimilem Capellaniam obtinebat ſub eodem tecto, nec poterat ipſe Ordinarius deſuper diſpenſare: quod tantùm ſibi permittitur, quando duæ Capellaniæ ſunt diſſimiles, non autem ſimiles, & conformes, ut in caſu prædicto, ac proinde requiritur diſpenſatio Summi Pontificis, id Garc. *par. 11. cap. 5. num. 228.* & ſic idem Superior habens jus inſtituendi, debet remittere præſentatum ad eundem Pontificem pro utriuſque Capellaniæ retentione: nec refert quod jura loquantur de collatione, quæ debet eſſe libera, & ſine conditione: quia certum eſt, illam ſibi locum
29 vendicare etiam in inſtitutione, cum collatio, & inſtitutio pari paſſu ambulent, ut ait Rocch. de Curte, *de jurepatron. in princip. num. 10. cum ſeqq.* Rot. *deciſ. 530. n. 2. p. 1. diverſ.* id. *Marius Antonin. loc. cit. verſic. & licet.*

Alia inſuper inhabilitas circa præſentatum eſt pariter conſideranda, veluti, cum ille nondum fuerit clericali charactere inſignitus, (quatenus alium ordinem, beneficium ex ſui fundatione, aut aliàs non requirat) tunc enim clarum eſt, illum non poſſe ad beneficium præſentari, & alias facta præſentatio erit nulla: licet poſſit tantummodo, etiam adhuc laicus nominari, & valebit nominatio: cum aliud
30 ſit nominare, aliud præſentare, Nominatio namquè ea propriè eſt, quando videlicet patroni tractant de præſentando N. ad beneficium vacans, & ſic iſte tractatus, dicitur nominatio, quæ nullum prorſus jus tribuit præſentato, Præſentatio autem, quando ſic nominatur, præſentatur ſenſibus corporis à patronis coram habente facultatem inſtituendi.

31 His tamen ſic ſtantibus, non prorſus excluditur laicus, quin poſſit adhuc ad beneficium vacans, præſentari, cum expreſſa tamen conditione, quod teneatur quamprimum aſſumere clericatum: nam licèt laicus ſit beneficiorum incapax, Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 2. num. 5.* tamen certum eſt, hanc concluſionem fuiſſe limitatam per Rotam in una *Imolen. Iuriſpatronatus 19. Novembris 1584. coram Orano*, in qua fuit dictum, id non procedere, quoties fuerit præſentatus, licèt laicus, tamen de proximo clericandus: quia hoc caſu præſentatus non eſt penitus indignus: cum ante inſtitutionem fuerit effectus Clericus.

Quarè, ubi taliter præſentatus ſub conditione ſupradicta ſuſcipiendi primam tonſuram infra tempus datum ad præſentandum, illam non ſuſceperit, aut conditionem, ſub qua fuerit præſentatus, non adimpleverit, ſi ſint patroni laici, vel Clerici ratione patrimonii, poſſunt intra dictum tempus quadrimeſtre, alium idoneum præſentare, ſaltem cumulativè, ut aliàs dictum eſt, juxta text. *in cap. cum vos, & ibi gloſ. verbo, minus idoneo, de off. ordin.* dummodo defectus non ſit ſuper idoneitate requiſita in fundatione, veluti, quia præſentandus debebat eſſe actu Sacerdos: vel quid ſimile: quia tunc, cum ipſi deliquerint, non ſervando fundationem, fit devolutio ad ſuperiorem, Vivian. *d. praxi lib. 6. cap. 7. num. 68. & 69.* & nos aliàs diximus.

Sed cum de præſentandorum inhabilitate, aliqua dicta ſint, non incongruè ſequitur videre, numquid Clericus, qui
tamen non incedit in habitu, & tonſura Clericalibus, poſſit 32
ad beneficium juriſpatronatus præſentari? Et quicquid nonnulli pro negativa parte tenuerint, tamen contraria opinio verior eſt: nam iſta exceptio habitus clericalis non obſtat, cum nullibi reperiatur prohibitum, Clericum non incedentem in habitu, & tonſura, eſſe inhabilem ad præſentationem obtinendam: præſertim verò, cum neque per Concil. Trident. ſit circa hoc aliquid innovatum *ſeſſ. 14. c. 6. & ſeſſ. 23. cap. etiam 6. & 17.* & ita fuit tentum in una *Florentin. Capella*, *penes* Farinac. *in poſth. dec. 592.* in qua fuit concluſum, neque circa hoc habere locum diſpoſitionem Sixti V. cujus contextus eſt, de inſtitutione, non autem de præſentatione: unde caſus præſentationis tanquam omiſſus, remanet diſpoſitioni juris communis, *l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſth.*

Porrò, cum inter cætera requiſita, quæ aliàs pro valida inſtitutione enumeravimus, illud præcipuum ſit, videlicet beneficii vacatio, de illa proinde per fidem obitus benefi-
ciati prædeceſſoris conſtare debet, aliàs ad inſtitutionem 33
prædictam procedi non poteſt: ex eo, quod patronus, ante ipſam vacationem, neque per ſe ipſum, neque per procuratorem præſentare poteſt, *c. fin. ubi omnes de conceſſ. præb.* Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 33. num. 4.* Ludoviſ. 450. *n. 3.* Garc. *de benef. par. 10. cap. 1. à num. 3.* Put. *deciſ. 238. num. 3. lib. 1.* ubi quod ſicut collator non poteſt dare jus ad primam vacationem, ita nec patronus poteſt dare jus, præſentando, ad primam vacationem, Barboſ. *alleg. 72. num. 3. cum plurib. ſeqq.* Vivian. *in d. prax. juriſpatr. lib. 5. cap. 5. à num. 3.* nam quando beneficium eſt plenum, patronus dicitur habere poteſtatem ligatam, *cap. paſtoralis, §. 1. de reſcript.* & ſic in habitu, non tamen in actu, Lotter. *de benef. lib. 2. quæſt. 6. num. 2.* ne aperiatur via ad vacationes, contra *cap. ne captanda, de conceſſ. præb. in 6.* quinimmò ex Spino *de teſtam. gloſ. 4. num. 102. probat. id.* Lotter. *num. 9.* quod ſi patronus promittit alicui, ſe eum præſentaturum in caſu futuræ vacationis ex eadem ratione non excuſabitur à peccato mortali, Ludoviſ. *deciſ. 450. num. 3.* ubi *num. 5.* ait, non obſtare, quod mandatum ſit ad unum de quinque vacaturis in genere, & non in ſpecie, quo caſu videtur valere conceſſio facultatis, & conſtitutio procuratoris: quia fuit dictum, hoc procedere tantum, quando datur procurator generalis in omnibus negotiis, præſertim ex juſta cauſa abſentiæ, & quod ita declaravit Rota *in una Pampilonen. Beneficii*, & ex pluribus comprobat idem Garc. *p. 10. cap. 1. n. 20. & 21.* & antea Jo. Andr. *in cap. fin. ſub num. 2. de conceſ. præb.* & alii relati per *Addit. ad Buratt. deciſ. 21. num. 29* ubi etiam probat, valere tunc conſtitutionem procuratoris, etiam ſi conſtituens haberet unicam tantùm præſentationem: dummodo, ſicut dictum eſt, ſupradictum mandatum fuerit datum ad omnia negotia, & ad præſentandum in genere, ut dixit Rota *in una Pampilonen. Beneficii de Vgarte 13. Februarii* 1595. coram Juſto. Quare id. Addit. ad eundem Ludov. *in dict. dec. 410.* loquitur ſecundum Rotæ diſtinctionem paſſim approbatam, quod videlicet, aut mandatum datur ad præſentandum certam
perſonam in caſu vacationis beneficii, & mandatum ipſum 34
eſt invalidum: quia continet votum captandæ mortis, *ad tex. in cap. 2. & dicto cap. fin. de conceſſ. præb.* & ita fuit concluſum in Rota *in una Pampilonen. Parochialis 17. Maii 1495. coram Peregrin.*

Aut patronus dedit mandatum pro præſentanda perſona habili, & idonea, ſuccedente beneficii vacatione, non tamen expreſſa aliqua perſona præſentanda, & valebit quidem mandatum, ac præſentatio ſuſtinetur: ut in *d. Pampilonen. Beneficii* in qua fuit dictum, regulam *d. cap. fin. de conceſſ. præbenda* limitari, ubi patronus dat mandatum generale pro omnibus negotiis, & etiam ad beneficium, ſuccedente vacatione, præſertim ſi ſubſit juxta cauſa dandi mandatum, puta longæ abſentiæ patroni conſtituentis, ut declaratum extitit in Rota *in una Aurien. Parochialis Veneris 8. Novembris coram D. Manzanedo*, quæ eſt *deciſ. 521. num. 7. par. 2. in recent.* ubi quod non obſtat, patronum dediſſe mandatum ante vacationem beneficii, & ſic nulliter, ad *tex. in d. cap. fin. & ibi DD.* quia cum fuerit,

etiam

etiam generale adminiſtranda omnia ejus bona ex cauſa magnæ abſentiæ, valet mandatum, & tenet, Abb. *in cap. fin. num. 6. de præb. & ibi* Butr. *num. 9.* Lambert. *de jurepatr. par. 1. lib. 2. quæſt. 4. art. 3. num. 2. & per tot.*

35 Poteſt tamen fundator adjicere conditionem de conſen-
ſu Ordinarii in limine fundationis, quod patronus poſſit præſentare, vel conſtituere procuratorem ad præſentandum antequam beneficium vacet, etiam ceſſante abſentia ipſius patroni, Rota *penes Buratt. d. deciſ. 21. num. 2.* cum fundator poſſit in ipſo fundationis limine apponere quaſcunquè conditiones, etiam contra jus, ut alias dictum eſt, *text. in capit. præterea 2. de jurepatron. & cap. quarto de cenſ.*
36 prout etiam infra dicetur circa formam à fundatore traditam in fundatione obſervandam, etiam ut prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſorem in eodem beneficio.

37 Quid autem hic, ſi patronus ob prædictam abſentiam,
aut aliàs ad beneficium, quòd putabat vacare, & tamen re vera non vacabat, præſentavit, numquid talis præſentatio, quæ nulla eſt à principio, superveniente poſtmodum vacatione, revalidetur.

Hanc quidem dubitationem non ineleganter dilucidat Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 33. à num. 6.* ubi ex pluribus comprobat ipſam præſentationem convaleſcere à die veræ vacationis, niſi tamen probetur patroni mutata voluntas,
38 quæ ex actu etiam nullo declaratur, *l. fin. ff. de reb. eor.* & ideò ſi de mutatione non appareat, illa videtur durare, *l. eum, qui ff. de prob.* nec voluntatis mutatio præſumitur, *l. ſancimus, C. de teſt.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 9. q. 25. num. 16.* ac proptereà præſumendum eſt, patroni voluntatem mutatam non fuiſſe, ad *text. in d. l. eum*, qui *l. fideicommiſſa §. ſi rem, ff. de leg. 3.*

Quapropter iſta patroni voluntas, qui illam non mutavit, declaratur factis potiùs quam verbis; cum poſt dictam vacationem noluit ille alium præſentare, quam jam præſentatum.

Hic quæri etiam poteſt, an præſentatio, inſtitutio, &
39 quælibet beneficii proviſio fieri valeat, nondum tradito ſepulturæ corpore Rectoris defuncti. Et de affirmativa reſponſione nullibi eſt ambigendum; namquè de neceſſitate non eſt expectanda traditio cadaveris defuncti ſepulturæ: ſed præſentantes poſſunt procedere ad præſentationem, etiam illo adhuc ſepulturæ non tradito, cum totum tempus datum à jure patronis ad præſentandum, ſit certum, & eis currat à die, immo ab hora mortis, ut per *DD. in c. bona, de elect.* Garc. *de benef. par. 19. cap. 10. num. 57.* ubi etiam
40 ex pluribus probat, quod beneficium conferri poteſt ſimulatquè beneficiatus mortuus eſt, vel alias vacat, ab Ordinario, etiam ignorante mortem, ſeù vacationem.

Quamvis de honeſtate debeat expectari corpus, ut tradatur ſepulturæ, ut in *c. nullus 79. diſt.* Ripa *lib. 2. reſp. 13. n. 4.* & alii relati per eundem Garc. *d. p. 10. cap. 1. num. 36.* licèt aliud dicendum ſit de electione Prælati, ut in *d. c. nullus, & d. cap. bona*, ex quibus habetur, electionem non poſſe fieri, antequam mortuus tradatur ſepulturæ, ut tenet, etiam Majol. *de irregul. lib. 4. cap. 35. num. 6. &* Emman. Rodrig. *quæſt. regul. tom. 2. q. 53. art. 13.*

Perſcrutari quoquè plurimum intereſt habentem inſtituere, ut ſuperius tetigimus, an præſentatio fuerit facta ſervata forma tradita à teſtatore, ſeù fundatore beneficii, cum illius collatio, & inſtitutio fieri non poſſint niſi cum quali-
41 tatibus requiſitis, ſecundum inſtitutionem, & naturam beneficii, ut voluit Barbatia *in cap. cum dilectus, de off. leg.* nempè ſi præſentandus debeat eſſe presbyter, & non ſit talis, nam tunc patronus non poteſt excuſari, quia videtur delinquere, non ſervando diſpoſitionem teſtatoris, ſed abutendo jure ſibi conceſſo, Caval. *deciſ. 231. num. 3.* & cum teneatur ſcire qualitatem requiſitam in fundatione, ut in *dicto num. 3.* ſi infra tempus ad præſentandum non correxerit errorem, alium habilem præſentando, devolutio fiet ad Superiorem, ad quem etiam illa ſit cum ſuis qualitatibus Achill. de Graſſ. *deciſ. 13. de jurepatron.* & nos alibi diximus.

42 Qui quidem Superior, vice verſa tenetur admittere præ-
ſentationem cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus ipſius beneficii in limine fundationis adjectis, etiam ſi illæ ſint juri communi contrariæ: quia nihilominus, accedente conſenſu Ordinarii, in limine fundationis poſſunt adjici, Felin. *in tract. quando littera apoſt. noc. patr. col. 2. verſ. corroboranti.* Hoc enim tendit ad divini cultus augmentum, & proinde ubiquè, & in quibuſcunque Eccleſiis poſſunt beneficia Eccleſiaſtica erigi: etiam cum reſervatione juriſpatronatus, & conditionibus ſupradictis, etiam ſi ipſæ Eccleſiæ, & altaria, aut Capellæ in illis exiſtentibus, fuerint de hujuſmodi jurepatronatus, quod quidem fieri poſſe certum eſt, etiam prædictarum Eccleſiarum Prælatis, ſeù rectoribus contradicentibus, cum conſenſu tamen Ordinarii: non autem alterius, ex eo, quòd nullum prædictis Prælatis, ſeù Rectoribus proinde præjudicium infertur: qui neque prætextu ſundi, quicquam prætendere poſſunt, ut concludit Abb. *in cap. ad audientiam, 1. de Eccleſ. ædific.* cum aliis adductis per Roch. de Curt. *in tractat. jurispatr. verbo, & dotavit, num. 23.* hoc etenim de conſuetudine ferè per totum receptum eſt, per quam ſolus dotans, ex præmiſſis efficitur patronus, non autem ſit compatrona Eccleſia, illiuſque Rector ratione fundi, ſed ſolum in ea conſtruentes, & dotantes, quia in proviſione beneficii, conſuetudo prædicta plurimum præfertur juri communi *cap. cum Eccleſia Vulterana, de elect. & cap. fin. de inſtit.* cum aliis ad id adductis per eundem Rocc. *d. verbo, & dotavit, nu. 2.*

Idem quoquè dicendum ſi Eccleſia fuerit de jurepatronatus, ſivè ſingularium perſonarum, ſivè Collegii, aut Univerſitatis, quia neque ad hoc requiritur conſenſus prædictorum patronorum, nã ipſi non habentes jus in fundo Eccleſiæ, ſed tantum præſentandi in ea Rectorem, ſeù beneficiatum, & alia ſibi de conſenſu Ordinarii reſervata in fundatione, prout comprobat idem Rocc. *in verbo conſtruxit num. 10. & 11.* & ſequitur Lambert. *eodem tract. p. 1. lib. 3. 3. quæſt. princ. art. 16. num. 1. & art. 17. num. etiam 1.* & ita quotidie practicatur, ac proindè hujuſmodi erectiones nequeunt modo præmiſſo impediri, cum beneficia hujuſmodi ubique ut dictum eſt, erigi poſſint, & quacunquè pia loca, & ad libitum fundatoribus prædictis id permittitur, nam licet laici ſint incapaces juriſpatronatus, nihilominus ita efficiuntur capaces, quatenus alliciantur ad dotandas Eccleſias, *Addit. ad Buratt. deciſ. 21. num. 26.* quòd tamen, ut ibidem *num. 26.* procedit quando conſtructio, ſeù dotatio ſit voluntaria, non autem quando ex neceſſitate, quæ excludit omnem liberalitatem, *l. rem legatam, ff. de adim. leg.* nec beneficium præſtat, qui debitum impendit, *l. ſi ſervo ff. de hæred. inſtit.* juxtà caſum *deciſ. 157. par. 2. diverſ.*

Aliàs enim nimis adverſaretur intentioni conditoris canonum, ſi coactè, & non voluntariè fierent dotatio, & fundatio, & nihilominus acquireretur juſpatronatus, cum potius ſupradicta intentio ità fuerit, ut laici alliciantur ad dotandas Eccleſias, Ludoviſ. *deciſ. 397. num 2. & ibi Additionator num. 5.* & airet *Addit. ad Buratt. dicta deciſ. 21. num. 26.* Ac proinde videndum erit, ſi caſus ita feret, an ſpontè, vel coactè hæres adimpleverit voluntatem teſtatoris, fundando, ſeu dotando Eccleſiam quando fuit ab eodem teſtatore gravatus ad fundandum, ſeù dotandum, & tamen id non fecit, niſi compulſus à Judice, nam ut concludit *idem* Lambert. *lib. 1. art. 7. 4. quæſt. princip. num. 1. fol. 1.* hæres 43
ſic non acquirit juſpatronatus.

Supradictis igitur ſic diligenter per Superiorem recognitis, atque examinatis, præſentatum docere oportet, ſe ma- 44
joris partis patronorum voces habere, ut veniat inſtituendus, *juxta tex. in cap. quoniam, de jurepatr.* ibi, *Præſenti decreto ſtatuimus, ut ſi fortè in plures partes fundatorum ſe vota diviſerint, ille præficiatur Eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu* Mantic. *deciſ. 86. num. 4.* Rota *deciſ. 117. par. 2. diverſ. & deciſ. 202 par. 3. recent.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegation. 72. num. 197.* ſicut etiam dicendum de eo, qui habet majorem partem vocum unius ſtipitis, nam ille dicitur habere totum ſtipitem, *Addit. ad Ludoviſ. deciſ. 452. num. 23.*

Verum tamen eſt, quòd ſi ex pluribus compatronis, unus ſolus præſentet, præſervat nihilominus quaſi poſſeſſio- 45
nem aliorum patronorum non præſentantium, ſivè dicta præſentatio fuerit ſortita effectum, ſivè non: quia non propterea prædicti patroni cenſentur prædicta quaſi poſſeſſione privati: quinimmò magis illa ipſis præſervatur, Caputaq. *deciſ. 292. par. 2.*

Exemplum affert Rocc. de Curte *de jurepatr. verbo, competens, q. 17.* ubi, quod ſi unus ex pluribus patronis præſentat, & alii ſunt negligentes, propter hoc non ſunt illi ſua poſſeſſione privati, & ſi non appareat, eum, qui præſentavit, eam præſentationem feciſſe animo privandi alios ſua 46
quaſi

quaſi poſſeſſione, alii ſunt privati, quinimmo per præſentationem factam per unum, conſervatur quaſi poſſeſſio aliorum; quod magis ipſe Rocc. exemplificat, quando patronus, qui præſentavit, non dixit, ſe eſſe unicum patro-
47 num, ſed ſe eſſe unum ex compatronis; tunc enim teſtatur, alios habere compatronos; & eo modo jura illorum conſervat, per *tex. in l. communis ſervus, ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi, quod ſi unus poſſideat rem communem, ab omnibus ſociis poſſideri intelligitur, & ibi dixit Bart. quod ſi plures ſunt hæredes, qui habebant bona communia, & unus ſolus adminiſtrat, & fructus percipit, dicuntur alii poſſidere, quia ille, qui adminiſtrat totum, videtur geſſiſſe jure familiaritatis, & communi nomine.

Hæc tamen concluſio ita demum accipienda eſt, quando videlicet patroni non præſentantes veniunt ex eodem jure; ſecùs verò ſi ex diverſo jure, maximè quando unum eſt excluſivum alterius, Rota *deciſ. 189. num. 1. par. 1. diverſor.* & propterea requiritur, quod alii compatroni non præſentantes, ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi; alias enim præſentatio ab uno facta non poteſt dici, quod aliorum quaſi poſſeſſionem præſervet: quia quod non eſt, præſervari non poteſt, Put. *deciſ.* 290.

Et quod dicta quaſi poſſeſſio per præſentationem unius compatroni non cenſeatur præſervata cæteris patronis in ea non exiſtentibus, tenuit Rota *in una Viterbien. Capella 12. Iunii 1606. coram Manzanedo relata per* Luduvis. *deciſ.* 417. *num.* 10.

Quod ſi patronus ſolus præſentaverit ad effectum præ-
48 ſcribendi juſpatronatus contra compatronos, neceſſarium eſt, quod præſentatio fuerit facta animo illos privandi, quod in dubio non præſumitur, prout tenuit Rota in una *Papien. juriſpatronatus*, relata per Garc. *de benef. par. 5. cap. 5. num* 116. ſubdens *num.* 117. quod tunc diceretur fieri animo privandi alios, quando diceret omnimodam præſentationem ad ſe ſpectare, ſeù ſe eſſe unicum compatronum. Unde ſi conſtet, unicum præſentantem præſentaſſe nomine proprio privativè quoad compatronos, veluti, ſi etiam dixiſſet, quod præſentabat ad beneficium ſui ju-
49 riſpatronatus, ex vi pronominis *ſui*, quod eſt perſonaliſſimum, Seraph. *deciſ.* 1337. *num.* 4. præſentans non dicitur præſervare jus aliorum compatronorum; ſicut etiam dicendum eſt è contra, quod præſentatio facta ab uno patrono ſeorſum ab alio, non præjudicat alteri dictam præſentationem ignoranti Rota *deciſ.* 707. *num.* 7. *&* 9. *par. 2. recent.*

Sed hic cum agatur de præſentato à majori, vel minori parte patronorum, juxtà *tex. in dicto cap. quoniam, de jurepatr.* non abs re, ſaltem per tranſennam, antequam ad praxim inſtitutionis deveniamus, pauca adiiciſe de modo præferendi magis idoneos, ac gratificandi æqualiter præſentatis: ac propterea dicendum eſt, quod ubi duo æqualiter fuerint præſentati, vel cumulativè ab eodem patrono, vel unus videlicet ab una, alter verò ab altera medietatibus patronorum, quorum quidem præſentatorum æqualia ſint merita,
50 tunc quidem, cum ſit locus gratificationi, inſtituet Superior quem voluerit, *cap. cum autem, & ibi DD. de jurepatr.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 1. num. 9. de jurepatr.* Barbol. *de poteſt. epiſc. alleg. 72. num.* 199. Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 12. cap. 9. num. 1.*

Sicut etiam dicendum eſt, quod præſentatus à majori parte unius vocis, eſt etiam in pari gradu cum præſentato ab omnibus patronis unius vocis, & ſic eſt etiam locus gratificationi, Cavaler. *deciſ.* 519. *num.* 4. nam qui habet majorem partem corporis, interpretativè dicitur habere conſenſum omnium; & factum à majori parte, proinde habetur, ac ſi ab omnibus factum eſſet, & major pars deſcendentium ab uno ſuffocat, & abſorbet minorem, *dicta deciſ. 519. num. 2. & 3. ex* Lambert. *de jurepatr. lib. 2. par. 3. q. 4. art. 7. num. 2.*

Prout etiam dicitur de patronis habentibus integras voces, quia ſi major pars præſentaverit, præſentatus erit inſtituendus: nam cum ipſa minor pars non poſſit impedire præſentationem aliorum patronorum, nec eſt neceſſariò vocanda idem Lambert. 2. *par. lib.* 2. *quæſt.* 2. *princip. art. 2. num. 4.*

Ubi tamen ex duobus æqualiter præſentatis, unus ſit dignior, & magis idoneus, debet talis inſtitui, Barbol. *dicta*
51 *Alleg.* 72. *num.* 200. & fuit dictum in una *Aretina Capellaniæ 1. Iunii 1584. coram Bubalo*; quod ſi aliter Epiſcopus inſtituat dignum, omiſſo digniore peccat mortaliter, Vivian. *d. lib. 12. cap. 9. num.* 5. Fratian. *Rota Marchia deciſ. 97. nu.* 21. nec tamen, ut idem ait, tenetur ad reſtitutionem, niſi tamen tale beneficium deberetur digniori ex aliquo ſtatuto vel lege, reperto in concurſu, tunc enim ſi minus digno conferat, peccat, & tenetur ad reſtitutionem, ut per Navarr. *in Manuali cap. 17. num.* 74. Et in una *Bergomen. Capellania coram Buratto deciſ. 316. num.* 18. fuit reſolutum, quod præſentatus medietate patronorum, eſſet inſtituendus, ex eo, quod erat de familia fundatoris, vel magis qualificatus, quia ætate ſenior, vel quia actu Sacerdos, prout fuit dictum in una *Forolivienſ. die 27. Maii 1616. coram Bubalo, ut in dicto Bergom. Capellaniæ num.* 13.

Eſt etiam hic advertendum, quod dignior non ita cenſendus eſt, quia doctior, aut ſanctior, ſed ille, qui juxtà munus, & rem, cui præficiendus eſt aptior, idem Vivian. 52
loco citato num. 8. ubi probat, quod ſit dignus, omiſſo digniore, quia Superior habens jus inſtituendi, tenetur digniorem inſtituere; ſed quamvis præferendus ſit magis idoneus ante factum, ſi tamen idoneus fuerit inſtitutus, tenebit inſtitutio, etiam omiſſo magis idoneo, eo tamen non appellante, & tenuit Rota in una *Salamantina Capellania del Voto 3. Iunii* 1585. in qua fuit dictum, quod qualitas originis debeat præferri extraneo, per Abb. *in cap. ad decorem, in fin. de inſtit.* item qualitas nobilitatis, juncta cum paupertate, Hoſt. *in c. tuam*, & ibi Butr. *de ætat. & qualit. Rocalis dicto verbo, honorificum, quæſt.* 15. necnon, quando unus ex præſentatis eſt actu Sacerdos, alter verò non, maximè cum Capellania habeat annexum onus celebrandi miſſam, quia licèt illa non ſit ſacerdotalis ex ſui inſtitutione; ac proinde præſentatus poſſet onus miſſarum per alium presbyterum ſubire, nihilominus Sacerdotium præſentati reddit cum magis dignum, alio non Sacerdote exiſtente; de quibus quidem qualitatibus videnda eſt Rotæ *dec.* 169. *coram* Cæſare de Graſſis, quam refert Garc. *de Beneficiis par. 7. cap. 9. num.* 11. Vivian. *dicto lib. 12. cap. 9. nu.* 9. ubi *nu. ſeq.* ex pluribus probat, quod ſi dignus ſit pauper, & dignior ſit dives, pauper erit præferendus, ut fuit dictum in 53
dicta Salamantina Capellania, & in una *Pampilonen. Beneficii de Huarte 19. Decembris 1597. coram Litta*, quas refert idem Vivian. *loc. cit. num. 9. in fine*, ubi *num. ſeq.* ſubdit, quod ſi Eccleſia eſſet debitis onerata, dives eſt inſtituendus, Barbol. *d. alleg. 72. n. 205. in fin.*

Quòd quidem non ſine optima ratione dignoſcitur plorimum ad praxim deductum extitiſſe; quandoquidem vidimus non ſemel beneficiatos divites, eorum Eccleſiis valde profuiſſe, juxtà *gloſ. in cap. conſtitutus, verbo, impotentiam, de appellat.* in qua dicitur, quod per manus divitum Eccleſiæ ſuſtentantur, & augentur, ſed à clericis pauperibus ſpoliantur pro ſublevandis eorum familiis, & *gloſ. in cap. ex litteris, de pignor.* dicit, quod bona Prælati ſunt hypothecata Eccleſiæ, ſi malè adminiſtrabit, & in Prælato paupere, Eccleſia caret refugio talis hypothecæ, quas *gloſ.* ad id refert Felin. *in cap. ad aures, num. 1. circa fin. de reſcript.*

Sicut etiam dicendum eſt de eo, qui eſt de linea fundatoris; quia adhuc tanquam dignior eſt inſtituendus, *text. eſt in cap. bona circa fin* & ibi Abb. *de poſtul. prælat.* idem Vivian. *loco citato num.* 11. ubi ità fuiſſe deciſum ait in una *Romana Capellaniæ 15. Ianuarii, & 15. Martii 1564. coram Cotta.*

Necnon ſi duo concurrant æqualiter in præſentatione, quorum unus, ob aliquod impedimentum indiget diſpenſatione ad illud beneficium obtinendum, ille eſt præferendus, qui non eget tali diſpenſatione; namque enim unus ex præſentatis prædictis ſit habilis de jure communi; alter verò habilitatus per viam diſpenſationis, & privilegii, potentius eſt jus commune quam diſpenſatio, & privilegium Rota *deciſ. 16. num. 8. par. 2. diverſ.* Vivian. *cap. 9. nu.* 29. & diximus etiam ſupra, *num.* 5. 54

Necnon præferri debet Diœceſanus, etiam ſi exterus præſentatus ſit magis idoneus; quia cum ſit Diœceſanus, debet haberi in magna conſideratione ad *tex. in cap. nullus, & ibi gloſ. in verbo Civitatis, in princ. 61. diſt. & in cap. Sacrorum poſt princ. 63. diſt.* & de repertis idoneis in Diœceſi, illi præferantur; ac proinde præſententur, & inſtituantur, Mandoſ. *regul. 16. quæſt. 43. num.* 3. Marius Antonin. *varior. reſolut. lib. 1. reſol.* 104. *num.* 2. Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 1. num. 22. de jurepatr.* & potius oriundis, quam extraneis ſunt beneficia conferenda, Covarr. *cap. 35. pract. quæſt. num.* 5. Pam. *de reſign. benef. lib. 4. quæſt. 7. num.* 3. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. *gloſ. 9. §. 1. num.* 37. Vivian. *dicto cap. 9. num.* 16. ubi quod

præ-

præfertur compatronus præſentatus à medietate compatronorum, excluſo alio compræſentato ab altera medietate; quia ille eſt compatronus, & de genere fundatoris; niſi ille, qui non eſt compatronus, obtineat derogationem pro altera medietate à Summo Pontifice.

Sicut etiam data paritate, debet potens impotenti præferri; quia ille melius poteſt Eccleſiam conſervare, *gloſ. in cap. conſtitutis, verbo, impotentiam*, & ibi Abb. *de appellat.* niſi talis potens eſſet parvus, idem Vivian. *dicto cap. 9. num.* 21. & inter præſentatos, eſt non beneficiatus præferendus beneficiato, maximè ſtante decreto Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 17. de refor.* ſingulis perſonis, ſingula ſint beneficia conferenda, etiam ſi præſentatus, ſit paratus impetrare à Sede Apoſtolica diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum, quia certum eſt, illum eſſe magis idoneum, qui non indiget diſpenſatione, ut ſupra dictum eſt, ac proinde benè advertit Lambert. *de jurepatron. 3. par. 2. lib. art. 27. num. 6. fol. mihi* 954. quod Epiſcopus habens gratificationem, debet præferre præſentationem magis rationa-
56 biliter factam, ut in *cap. cum olim, poſt princ. de dol. & cont.* quia gratificatio eſt facienda cum judicio rationis, ut not. *in cap. cum autem, & ibi DD. hoc tit.* ac proinde informet habens inſtituere ſui judicii rationem, & cogitet, videndo æqualitatem in præſentatos, meliorem electionem debuiſſe, & potuiſſe facere clericum, quam laicum, cum laicus neſciat eligere idoneum, ſicut clericus, idem Lambert. *loc. cit. num. 7. circa fin.* qui tandem *nu.* 8. concludit, qualitatem præſentantium non arctare habentem inſtituere circa gratificationem faciendam, ſed informare ejus conſcientiam, ut potius gratificetur illi, qui fuit præſentatus ab illis, qui habebant judicium rationis, vel illi qui poterit utilior eſſe Eccleſiæ; quarè ſi inſtituens hæc conſiderabit, rectè procedet ſecundum verum judicium rationis; quod ſi ſecus fecerit, tenebit quidem inſtitutio, cum omnia merita præſentantium ſint æqualia: ſed omnia ſua erunt in manica ſua, ut per *DD. in dicto cap. cum ante, idem* Lambert. *dicto num.* 8.

Cæterùm autem, ubi nulla alia ratio ſuadeat, cur potius uni quàm alteri debeatur gratificatio, Epiſcopus, ſivè Vicarius, aut alius habens jus inſtituendi, inſtituet, quem ipſe voluerit, & ſufficit, quod ita ſibi videatur; niſi ejus conſcientia aliud ſibi ſuadeat: & à tali gratificatione non dabitur appellatio, Fuſc. *de viſit. lib. 2. cap.* 10. *num.* 3. quem refert, & ſequitur Vivian. *in dicta praxi jurispatr. lib.* 10. *cap. 4. num. 9.* nam ſi habens inſtituere, arbitrium ſuum legitimè non interponet, ſolum Deum judicem habebit; quia Superior, ad quem fortaſſe appellaretur, non poteſt animum, & conſcientiam inferioris immutare, Bald. *in l.* 1. *num.* 20. *verſ. ſcias tamen, Cod. de ſent. ex peric. recitan.* & alii quos refert Barboſ. *in vot. deciſ. canon. lib. 1. vot. 4. num. 59. & 60.*

Eſt tamen notandum contra nonnullos, hanc gratificandi facultatem competere etiam Vicario Epiſcopi; quia licet in generali facultate Vicarii non veniat poteſtas conferendi beneficia, niſi exprimatur, aliud tamen dicendum eſt de facultate gratificandi; quia non eſt mera gratia; ex eo quod uni ex præſentatis tenetur Ordinarius gratificari Reboff. *ad*
57 *concord. § ſtatuimus, de collat. verbo, gratificari.*

Eſt præthereà hic notandum circa modum hujuſmodi gratificationis, ſæpiſſimè haberi recurſum ad Sedem Apoſtolicam ex parte illius, qui aſſerit fuiſſe præſentatum à medietate patronorum, petendo proviſionem à prædicta Sede, cum derogatione pro altera medietate, cum clauſula juris tertii præſervativa, ſcilicet, *dummodo tempore data præſentium non ſit in eodem beneficio alteri jus quæſitum.* Quare advertendum eſt, verum eſſe, prædictam clauſulam præſervare jus competens ex præſentatione, etiam ſi non fuerit inſtitutio ſequuta, ut per *Add. ad Buratt. deciſ. 651. num.* 10. qui *num. ſeq.* op-
58 timè declarat, id procedere quando quis eſt præſentatus à majori parte patronorum; & ſic præſentatio eſt talis, ut ex illa præſentatus veniat neceſſariò inſtituendus; ſecus autem quando in paritate vocum, plures ſunt præſentati; quo caſu nulli cenſetur jus quæſitum, Mohed. *deciſ. 1. de præb.* Garc. *de beneſ. par. 4. cap. 3. num.* 14. ubi adducit deciſionem Rotæ in una *Mediolanen. Capellaniæ* 27. *Martii* 1602. *coram Corduba*, in qua quidam Bernardinus impetravit à Sede Apoſtolica proviſionem cum prædicta clauſula, *dummodo tempore data, &c.* quam fuit dictum, validam eſſe, quandoquidem non obſtat, quod quidam M. fuerit præſentatus à medietate patronorum, & hoc ſufficeret, ut poſſet dici habere jus ad rem, ſtante quod potuit ab Epiſcopo inſtitui per gratificationem, ut fuit effectum; nam fuit dictum, neutrum ex præſentatis habere præſentationem; & licèt potuiſſet Epiſcopus gratificari, hoc tamen non intrabat; quia gratia Apoſtolica præceſſit inſtitutionem Epiſcopi.

Rationem autem hujus rei reddit *idem Add. ad Buratt. dicta deciſ. 651. num.* 11. nempè, quia, ubi eſt locus gratificationi, nemini dicitur jus quæſitum; quod ſi ante obtentam gratiam Apoſtolicam, alter ex præſentatis à medietate, eſſet inſtitutus, & gratificatus ab Ordinario, perinde eſſet, ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus, ut fuit reſolutum in una *Faventina Iurispatronatus* 8. *Febrvarii* 1588. *coram Comitulo*, unde poſterior proviſio Apoſtolica obtenta à præſentato ab altera medietate, non ſuffragaretur ex dicta clauſula, *dummodo tempore data, &c.* ut fuit dictum in una *Calaguritan. de Turbano* 14. *Februarii* 1605. *coram Penia*, & in una *Camerinen. Beneficii* 16. *Februarii* 1629. *coram D. Merlino.*

Imò *idem Addit.* ex pluribus, ibi adductis credit, ſufficere hoc caſu collationem Ordinarii, etiam ſi ex aliqua cauſa non eſſet ſubſequuta inſtitutio, nec capta poſſeſſio ante obtentam ab alio gratiam Apoſtolicam, ex eo, quod clauſula *dummodo, &c.* præſervat collationem etiam imperfectam, Achill. de Graſſ. *deciſ. 4. num. 11. & 17. de præb.* & fuit reſolutum in una *Panormitana Archipresbyteratus* 6. *Maii* 1623. *coram Vbaldo ſeniore.*

Illud tamen pro hac praxi non omittam, nempè, hujuſmodi gratificationis negotium, locum ſibi vendicare inter duos, à patronis æqualiter ad beneficium præſentatos, non autem in beneficiis liberæ collationis, quando videlicet illa eſſet ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, aut inter alios, & detur caſus, quod Epiſcopus uni, Capitulum verò alteri beneficium conferret, tunc enim neutra collatio valet; ex eo, quod ad invicem ſe impediunt, Gonz. *ad reg. 8. Cancell.* 59
gloſ. 45. nu. 58. prout tenuit Rota in una *Iſpalen. Portionis*, in qua dicitur, ceſſare, quod prætendebatur pro parte Capituli, Papam in hac diſcordia teneri uni, vel alteri ex nominatis conferre portionem, de qua ibi, & gratificari proviſo ab ipſo; uti digniori; quia, quicquid dicendum ſit de pluribus præſentatis in diſcordia patronorum, in materia tamen collationis, cujus termini non ſunt confundendi cum præſentatione communia, & vera eſt concluſio *DD.* quod neutra collatio teneat, idem Gonz. *loco citato num. 63. cum duobus ſeqq.* Sicut etiam eſſet nulla collatio Epiſcopi in ſupradicto caſu; licèt eidem accederet minor pars Capituli; ex eo, quod iſta minor pars abſorbetur per majorem partem Capituli alteri conferentem, & ſic nullius eſt conſiderationis, ut per eundem Gonz. *loc. cit. num. 59. & 60.*

Licèt aliud dicendum ſit, ubi Epiſcopus, & Capitulum inſimul congregantur, & efficiunt unum corpus: quia tunc ſtatus majori parti: nam duo corpora confuſa in unum, habent exercitium actus; ita quod non remaneant ambo integra, & ſic attenditur major pars, habito reſpectu ad totum numerum perſonarum: ita Felin. *in capit. cum omnes, numer. 18. fall. 8. de conſtit. & in cap. paſtoralis, num. 9. de reſcript.* & fuit dictum in una *Gadicen. Portionis*, *quæ eſt deciſ.* 713. *part. 1. diverſ.* Gonz. *dicta gloſ. 45. num.* 66. ubi enim duo corpora conjunguntur in unum ad actus, expeditionem, non ut diverſæ Univerſitates, ſed unum corpus, computantur voces per capita, idem Felin. *loco citato dicto num. nono verſ. Adde etiam.*

Quo verò ad validitatem, ſeù invaliditatem hujuſmodi collationis, ſcilicet, an fuerit facta in concordia, vel diſcordia, obſervandum eſt, quòd aliàs in una *Iſpalen. Portionis* 20. *Iulii* 1594. *coram Blanchetto* fuit reſolutum, quòd licèt Archiepiſcopus uni, & Capitulum alteri conferre dictam portionem contenderent, & ex hoc tantùm prætenderetur fuiſſe factum locum devolutioni ad Sedem Apoſtolicam, ab hac tamen deciſione fuit poſtmodum receſſum in eadem *Iſpalen.* ſub die 14. Aprilis 1595. in qua cum prædicta portio fuiſſet impetrata à Papa, fuit tentum pro illius validitate, non ex capite devolutionis, ſed præventionis, nam cum ipſe Papa 60
contuliſſet ante lapſum ſemeſtris conceſſi Ordinariis Collatoribus, in neceſſarium antecedens apparuit quod voluerit prævenire juxtà *tex. in cap. quamvis, de præb. in 6.* non obſtante, quod litteræ continerent tantum narrativam vacationis ob collationem ſequutam in diſcordia.

Et hæc poſterior deciſio fuit confirmata 17. Maii 1595. ubi quod prædicta gratia viſa fuit poſſe ſuſtineri in vim præventionis,

tionis, & hic fuit ſemper hujuſmodi collationi Pontificiæ germanus ſenſus, etiam Datariæ Apoſtolicæ, in qua non ſemel de hac re habetur ſermo, ex eo quod, cum in ſupplicatione Papæ porrecta narretur factum, ex quo non reſultat devolutio, prout reſultaret, ſi narraretur lapſus ſemeſtris, aut alia cauſa devolutionis inductiva, & nihilominus Papa contulerit, certum eſt, illum voluiſſe prævenire; prout habetur in alia *Iſpalen. Portionis*, *impreſſa penes* Garc. *par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 59. & repetitum *Iſpalen. Canonicatus penes Buratt. deciſ.* 225. *num.* 1.

His inſuper accedit, quod quando collatio eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, ut dictum eſt, ſi illam fieri contingat ab altero illorum tantùm, ſivè ab Epiſcopo, ſivè à Capitulo, & ab altero nulla fiet collatio, & tenebit talis collatio per unum illorum facta: ex eo quod jus conferendi competit

61 cuilibet in ſolidum, & ſi unus non confert, cenſetur conſentire collationi ab altero factæ, videlicet ab Epiſcopo, non contradicente Capitulo infra ſex menſes, & è contra: quia poteſt fieri ſeparatim, prout fuit dictum in una *Toletana Canonicatus, & præbendæ penes Baratt. deciſ.* 124. ubi valida fuit habita talis collatio propter patientiam Capituli poſt traditam poſſeſſionem Capitulariter: nam ſi Capitulum voluiſſet alteri conferre, contradixit infra ſex menſes, quarè non contradicendo, videbatur illi collationi acquieſcere, & acquieſcendo, jus ſibi competenti pro illa vice, donare, necnon quia in collatione non requiritur alia forma verborum, unde Capitulum non contradicendo, videbatur conferre. Mandol. *reg.* 17. *q.* 14. Gonz. *gloſ.* 45. *num.* 69. Garc. *dicta par.* 5. *cap.* 4. *num.* 42. & ſic facta collatione per quemlibet prædictorum, ſtatim jus acquiritur proviſo, cum ſufficiat, alterum non contradicere; nam licèt actus ſit ſimultaneus, eſt tamen inſolidum apud utrumquè, & ſic dividuus reſpectu exercitii: undè parum, aut nihil refert, quod fiat ſeparatim ab uno, altero non contradicente, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 24. & 25. & fuit dictum in una *Calciaten. & Legionen. coram Coccino inter ejus impreſſas deciſ.* 122. *num.* 4.

Additur etiam hìc, quod antequam deveniatur ad insti-

62 tutionem præſentati, in quolibet actu debet audiri Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, de cujus intereſſe agitur, qui loco ipſius Ordinarii poteſt opponere, & dicere, quod de jurepatronatus non conſtat ad præſcriptum Sacrorum Canonum, ſeù, quod præſentatores non ſint verè patroni, neque in quaſi poſſeſſione juris præſentandi, aut, quod Eccleſia ſit libera, vel de jurepatronatus ex privilegio, aut præſcriptione, & ſic non ad mentem Concilii Tridentini, ſed eſt ab ipſo Concilio ſublatum, vel uſurpatum: vel quod præſentatus eſt indignus, non idoneus, incognitus, abſens, quod non acceptaverit præſentationem infra tempus datum ad præſentandam, vel non ſervatis conditionibus in fundatione beneficii appoſitis, aut nec coram legitimo Superiore, aut quod non conſtat de vera vacatione beneficii, & de aliis inquirer, quæ ultra præmiſſa congerit Vivian. *in praxi juriſpatr. lib.* 11. *cap.* 2. Seraph. *deciſ.* 1395. *nu.* 7. in qua agitur de cauſæ cognitione adhibenda per Ordinarium in jurepatronatus, & dicitur non obſtare, quod præſumatur cauſæ cognitio per Ordinarium adhibita, qui præſentationem admiſit, quia ea deducta apparebat de contrario, nec fuit citatus procurator Curiæ Epiſcopalis, de cujus intereſſe agebatur, Rota *in una Ferrarien. Archipresbyteratus coram Coccino*, cum non ſtetur aſſertioni Ordinarii, ſed ex actis de probatione neceſſario conſtare debet, & fuit dictum in una *Treventin. Monaſterii, impreſſa penes* Farin. *deciſ.* 421. *par.* 3. *num.* 3. ubi non obſtare viſum fuit, aſſertionem Epiſcopi; quia illa non probat juſpatronatus: nec præfati Epiſcopi aſſertio poteſt præjudicare Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus, *Addit. ad Baratt. deciſ.* 832. *n.* 9. ſicut etiam alibi diximus.

Hæc autem omnia adverſus inſtitutionem ab Ordinario faciendam opponi poſſunt, nedum ab intereſſe habentibus, verum etiam à quocunque extraneo, ad dictam inſtitutionem impediendam, quod quidem ſatis liquidò conſtat ex conſueta formula litterarum edictalium, cum illæ proponantur, ut ſi qui ſint, qui ſe opponere velint, compareant, ne electus confirmetur, ſeù inſtitutio ſequatur, ut habetur in *cap. fin. de elect. in* 6.

Ac etiam, ſi non obſtante proteſtatione patronorum, quòd volebant gaudere termino illis à jure conceſſo, fiat inſtituto, quæ proinde redditur nulla, prout tenuit Rota in una *Hieracen. Parochialis coram Buratt. deciſ.* 727. *n.* 7.

CAPUT VII.

Praxis inſtitutionis in beneficio Eccleſiaſtico faciendæ, etiam per Inferiorem ex privilegio, &c.

S U M M A R I U M.

1 *Præſentatione facta coram Inferiore, non habente facultatem inſtituendi, quomodo patronus poſſit iterum præſentare.*
2 *Inſtituendi jus in beneficio, Inferiori competit ex præſcriptione, vel privilegio.*
3 *Divinare nemo tenetur.*
4 *Iura privatorum nemo ſcire tenetur.*
5 *Patrono ſcienter præſentante coram non habente facultatem inſtituendi, collatio devolvitur ad Superiorem.*
6 *Papa non præſumitur habere notitiam juris ſpecialis alicui competentis.*
7 *Inſtitutionis ſententia, nulla, non præcedentibus edictis.*
8 *Beneficiatus quomodo poſſit ſibi deſignare ſucceſſorem in beneficio, ſine inſtitutione Ordinarii.*
9 *Ut tunc hæc deſignatio habeatur loco inſtitutionis.*
10 *Fundans Eccleſiam, non diſponit circa ſpiritualia, ſine conſenſu Epiſcopi.*
11 *Inſtitutio in beneficio, licet non habeat tempus præfinitum, non ideo eſt plurimum protrahenda.*
12 *Ex lege fundationis, quandoque infra triduum facienda.*
13 *Præſentatus ingerens ſe in beneficio, ante inſtitutionem, amittit jus ſibi quæſitum.*
14 *Poſſeſſio beneficii tradita ab habente facultatem conferendi, habet vim collationis.*
15 *Collatio beneficii non requirit certam formam.*
16 Cap. avaritiæ, de præb. in 6. *habet locum etiam in præſentato, ante inſtitutionem,*
17 *Requiritur tamen ad incurrendam illius pœnam adminiſtratio cum fructuum perceptione.*
18 Cap. avaritiæ *pœna habet locum, etiam in proviſione Papæ de beneficio juriſpatronatus.*
19 *Conſtitutio Iulii III. contra apprehendentes poſſeſſionem, ſine litteris Apoſtolicis, habet locum etiam in beneficiis juriſpatronatus laicalis.*
20 *Præſentatio, & inſtitutio in beneficio juriſpatronatus, ſi ſpectent ad ipſum Epiſcopum ex diverſis qualitatibus, quomodo facienda.*
21 *Inſtitutionis in beneficio juriſpatronatus, ſententiæ formula proponitur.*
22 *Inſtituendi jus in beneficio, poteſt acquirere inferior cumulativè ad Ordinarium.*
23 *Inſtitutionis ſententia fertur etiam poſt obitum præſentantium.*
24 *Inſtitutionalium litterarum in beneficio juriſpatronatus, formula proponitur.*
25 *Iuſpatronatus noluiſſe fundatorem ſibi reſervare, quomodo dignoſcendum.*
26 *Iuſpatronatus non acquiritur ex eleemoſynis.*
27 *Inſtituendi jus habent Præceptor S. Antonii de Vienna; Necnon Archipresbyter Terræ Gragnani, eorumque inſtitutionum formula proponuntur.*
28 *Etiam laico competit ex approbatione Papæ hujuſmodi jus.*
29 *Inſtituendi facultas, in beneficiis juriſpatronatus, reſervatur quandoque Summo Pontifici.*
30 *Et proponitur formula ſupplicationis cum ipſa reſervatione.*
31 *Inſtituendi facultate Papæ reſervata in beneficio juriſpatronatus, litteræ Apoſtolicæ non concipiuntur ſub verbo inſtitutionis, ſed collationis.*
32 *Collatio cadit in beneficio libero, inſtitutio autem in beneficio juriſpatronatus.*
33 *Collationis verbum comprehendit etiam inſtitutionem.*
34 *Præſentatio ad beneficium, licet facienda coram Papa ex fundatione, fit tamen coram Notario Cancellariæ, vel Cameræ.*
35 *Et ſub qua formula fieri conſuevit.*
36 *Præſentationis ad beneficium, facta coram Papa, non requiritur expreſſa acceptatio.*

37 *In-*

37 *Inſtitutione ſequuta in beneficio iuriſpatronatus, illius bonorum poſſeſſio tranſit in inſtitutum.*
38 *Prælato mortuo, vacat poſſeſſio Prælaturæ, non autem bonorum Eccleſiæ.*
39 *Eccleſia nunquam deſinit poſſidere, etiam mortuo Prælato.*
40 *Dominium rerum Eccleſiæ, eſt penes ipſam Eccleſiam, adminiſtratio autem penes Prælatum.*
41 *Poſſeſſio beneficii acquiritur per altaris oſculum, ac per tactum annuli ianuæ Eccleſiæ clauſæ.*
42 *Necnon ſufficit ocularis inſpectio Eccleſiæ beneficii.*
43 *Et quid ſi beneficium non habeat Eccleſiam, ſeù Capellam materialem, nec nomen alicuius Sancti.*
44 *Poſſeſſione apprehenſa bonorum Eccleſiæ, non cenſetur adepta ipſius Eccleſiæ.*
45 *Poſſeſſio beneficii, quando non extenditur ad illius bona.*
46 *Lis ſuper beneficio cenſetur mota, etiam ſuper poſſeſſione illius bonorum.*
47 *Bonorum beneficij adminiſtratio, quomodo penes aliũ, ex voluntate teſtatoris.*

NEC ſuperfluum erit inſpicere, an Ordinarius, qui admittit præſentationem, habeat jus inſtituendi in beneficio, ad quod facta eſt præſentatio, prout de jure certum eſt habere, an verò illud alicui competat inferiori ex privilegio, ſeù præſcriptione.

3 Ac proptereà dicendum eſt, quod ſi patronus præſentavit coram non habente facultatem inſtituendi, ad quem tamen ſpectare probabiliter credebat, tunc à die ſcientiæ nullitatis præſentationis, habebit aliud ſemeſtre, ſeù quadrimeſtre, Rocch. *in tract. iuriſpatron. verbo, honorificum, quæſt. 37. num. 68.* & fuit dictum in una *Forolivien. iuriſpatronatus S. Mercurialis 10. Iunii 1587. coram Bubalo*, Vivian. *in praxi iuriſpatron. lib. 5. cap. 2. ſub num. 27. verſ. idem eſt.*

Et eſt circa hoc notabilis Lapi *alleg. 95.* quam tanquam ſingularem extolli ubiquè obſervavi, & hic ſummatim ſubnectere non gravabor: ibi enim cum patroni præſentaſſent Rectorem ad Eccleſiam N. non tamen coram Ordinario loci, ad quem ſpectabat ipſum inſtituere præſentatum, ſed coram alio Prælato, non habente hanc inſtituendi facultatem, à quo nihilominus fuit inſtitutus, reſolvitur, quòd licèt patroni præſentaverint coram eo, qui non habebat hanc facultatem, tamen quia dicebatur, ipſum illam habere, tenuit præſentatio: deinde idem Rector permutavit dictam Eccleſiam cum quadam Eccleſia S. Damiani, quam poſſidebat quidam presbyter Vaſtagius, ipſis ambobus renunciantibus, & Epiſcopo conferente; prout in permutatione fieri ſolet. Moritur dictus Vaſtagius, & patroni dictæ Eccleſiæ volunt præſentare ad illam, tanquam nunc vacantem, aliqui ſe oppoſuerunt, dicendo, Eccleſiam eſſe devolutam ad Sedem Apoſtolicam, cum tanto tempore vacaverit: allegantes primam præſentationem fuiſſe nullam, tanquam factam coram non habente facultatem inſtituendi, ſed in eadem allegatione concluditur, patronos potuiſſe præſentare: quandoquidem ille inferior habebatur, & credebatur tanquam habens poteſtatem inſtituendi, ut evitetur craſſa, & ſupina ignorantia, & ideo non reputantur negligentes: nam præſupponitur, illum Prælatum fuiſſe in quaſi poſſeſſione inſtituendi, & per conſequens illius inſtitutionem tenuiſſe, allegando *cap. conſultationibus, de inſtit. &c. querelam de elect.* Quam quidem allegationem reperies etiam truncatè penes Lambert. 2. *par. lib. 2. artic. 24. 1. quæſt. princ. fol. 712.*

Unde omnino patronus venit excuſandus à devolutione, quotieſcunque præſentavit coram eo, quem, ut dictum eſt, ex rationabili cauſa, credebat habere jus inſtituendi, & alias in una *Mediolanen. Iuriſpatronatus 29. Ianuarii 1596. coram Blanchetto* fuit reſolutum N. eſſe inſtituendum, & præſentationem factam coram Præpoſito M. impedire devolutionem, quia ad hunc effectum ſufficit, patronos juſtam habuiſſe cauſam credendi illum, cui præſentarunt, habere jus inſtituendi, licèt in veritate non haberet, quam deciſionem refert Garc. *de benef. p. 10. cap. 3. num 8.* Sicut etiam ſecùs dicendum eſt, ſi præſentatio fuerit facta coram Ordinario, & erat nihilominus facienda coram alio, habente jus inſtituendi, tunc enim patronus ſic præſentando etiam excuſatur à devolutione.

Quod enim Inferior habeat jus inſtituendi, non procedit de jure communi, ſicut in Ordinario; ſed ei competere poteſt ex legitima præſcriptione, ſeù privilegio, quod quidem 2 facile eſt, patronum ignorare, *cap. porro, de privileg. ubi gloſ. in verbo, inſpectione*, quod privilegia ſunt inſpicienda, ad hoc, ut ſciatur quid in eis contineatur. Aliàs oporteret, patronum ſic præſentantem divinare, illum Inferiorem habuiſſe jus inſtituendi; & nihilominus nemo divinare tene- 3 tur *l. ſi fidejuſſor, §. ſi cum debitor, ff. mand. l. ſi putator, ff. ad l. Aquil.* quod ampliatur nedum in Sapiente, ut ille divinare non teneatur, verùm etiam in ipſo Summo Pontifice, *cap. un. §. porro, ibi, quoniam etſi locum Dei teneamus in terris, non tamen de occultis poſſumus divinare, ut Eccleſ. benef. ſin. dimin. confer. ubi gloſ. in verbo divinare*, quod neque Paulus, licèt eſſet Spiritu Dei plenus, potuit ſecreta Divini Concilii agnoſcere, *cap. Beatus 22. q. 2.* Mandoſ. *ad reg. 32. q. 3. num. 9.*

Unde, cum nemo teneatur ſcire jura privatorum, *d. cap.* 4 *porro*, cum aliis allegatis per Vivian. *in praxi juriſpatr. lib. 7. cap. 6. num. 1.* licèt fuerit lapſum tempus ad præſentandum coram habente facultatem inſtituendi, ex juſta cauſa ignorantiæ, poterit patronum iterum præſentare, Barboſ. *de pot. Epiſc alleg. 72. num. 141.* Secùs verò, ſi ſcienter, & dolosè 5 præſentavit coram non habente poteſtatem inſtituendi; quia tunc devolvitur ad Superiorem beneficii collatio prout fuit dictum in una *Lunenſarnen. Capellaniæ 5. Decembris 1601. coram Cardinale Sacrato, & in una Roman. Iuriſpatronatus 9. Maii 1603. coram Iuſto*, ut refert id Vivian. *loc. cit.*

Sic etiam, nec Papa præſumitur habere notitiam Juris ex 6 ſpeciali conceſſione alicui competentis, ſed ejus tantùm, quod ex Juris communis diſpoſitione competit; & ſic in privilegio præſumitur in eodem Papa ignorantia, ut ex pluribus comprobat Marcicott. *var. reſ. lib. 2. c. 40. num. 23. 33. & 34.*

Porrò, præter illa quatuor requiſita ad inſtitutionem de quibus per Abb. *in c. cum Bertoldus num. 12. de re jud. & in una Lunenſarnen. Beneficii impreſſa penes* Vivian. *in calce d. ſuæ prax. quæ eſt deciſ. 110. num. 1.* plurimum intereſt ſervari formam *cap. fin. de elect. in 6.* circa propoſitionem edicti cum aliàs inſtitutio eſſet nulla, potiſſimùm verò circa illius terminum, Put. *deciſ. 183. lib. 1.* nam in caſu *d. deciſ.* proponebatur, quod eadem die, qua fuit facta præſentatio, ſequuta erat inſtitutio, quæ fieri debuerat propoſitis edictis, cum intervallo temporis, de quo non apparebat; ac proinde fuit dictum, quod illa erat nulla, ut etiam tenuit Rota *in una Romana juriſpatronatus 15 Martii 1630. coram D. Merlino, quæ eſt deciſ. 362. num. 17. diverſ. recent.* in qua habetur, nullam eſſe inſtitutionem factam, ex eo, quod 7 non præceſſerint edicta, & nimis properè actum fuerit, & ſic præſentatus ceciderit ab omni beneficio, etiam præſentationis, juxta *tex. in cap avaritiæ, de elect. in 6.* quia ex nimia feſtinatione, non ſervata forma *d. c. fin. de elect. in 6.* præſertim, ubi edicta non præceſſerunt, nulla erit inſtitutio, nam dum proceditur per modum inſolitum, non arguitur bona fides, imò potiùs fraus, & certum eſt, quod talis feſtinantia, & celeritas arguunt nedum fraudem, verum etiam metum, per ea, quæ adducit Paul. Caſtr. *conſil. 174. num. 3. circa med. verſ. eſt, & hæc præſumptio lib. 1.* ut in terminis contracti matrimonii loquitur Rota penes Ludoviſ. *deciſ. 326. num. 36.* & in una *Colimbrien. Matrimonii coram Baratto impreſſa penes* Farin. *deciſ. 643. num. 10. tom. 2.* Barboſ. *in ſuis votis deciſivis canonicis impreſſis poſt prax. exig. penſ. lib. 1. vot. 1. num. 64.* & in propriis terminis tenuit Rota in una *Ferrarien. Archipresbyteratus deciſ. 197. p. 5. diverſ. recent. num. 54. & 55.* ubi eadem die fuerunt appoſita edicta, facta præſentatio, & inſtitutio, unde ex hujuſmodi brevitate temporis, ſatis apparebat, quod non fuit adhibita cauſæ cognitio, & quamvis in *d. deciſ. num. 57.* dicatur, illa non procedere, quando temporis brevitate Judex potuit inſtrui, quia tunc non vitiatur actus *ex juribus ibi allegatis* attamen fuit dictum, quod brevitas temporis non ſufficiebat, cum requireretur congruum tempus ad docendum de titulo fundationis, & dotationis, aut privilegio, ac proptereà requirebatur congruum tempus ad probandam immemorabilem cum præſentationibus effectum ſortitis ſpatio 50. annorum caſu illius deciſionis.

Niſi tamen eſſemus in caſu, quo ita in fundatione beneficii diſpoſitum fuiſſet, ut videlicet beneficiatus deſignet ſibi ſucceſſorem, ſicut vidi in pluribus fundationibus, in quibus 8 diſponebatur, ut ſucceſſor ſic deſignatus, valeat ſine Ordinarii, aut cujuſcunquè licentia beneficium, abſquè aliqua inſtitu-

ſtitutione obtinere, & retinere; quia hujuſmodi diſpoſitio eſt omnino ſervanda, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 40. ubi probat prędictam diſpoſitionem, ſeu nominationem habere vim præſentationis; quatenus inductum eſt, ut ſimpliciter fiat, & licèt adiectum fuerit, ut alia inſtitutio Ordinarii non requiratur; tamen non cenſetur excluſa, proinde inſtitutio; ſed ipſa deſignatio habet vim inſtitutio-
9 nis, tanquam facta per Eccleſiaſticam perſonam, quod non eſt contra naturam beneficii, prout eſſet, ſi ſimpliciter ordinatum foret, ut ſine inſtitutione alicujus poſſit beneficium obtineri, idem Lotter. loco citatu, & fuit in *Faventina Beneficii* 20. *Novembris* 1613. quæ eſt *deciſ.* 530. *part.* 2. *recent.* valere conditionem in limine fundationis adjectam, ut prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſorem, etiam nulla ſequuta Ordinarii inſtitutione, ex Lambert. *de jurepatron. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 70. *& art.* 3. *in princ.* ubi refert *conſ. Corſetti* Rotæ Auditoris ab Eminentiſſimis Juriſconſultis ſubſcriptum, & ut in caſu prædictæ deciſionis 530. ubi *num.* 2. patronus beneficii erat etiam illius Rector, & ſic perſona eccleſiaſtica, qui ex præmiſſis etiam tanquam talis, potuit ſibi ſucceſſorem in beneficio deſignare, & nominare abſque aliqua requirenda inſtitutione, idem Lambert. loco citato *num.* 70. *fol.* 193. 9. *ampliat.* dicens, id procedere, etiam ſi eſſet conditio, quod nulla Superioris requiratur inſtitutio, ſed Sacerdos primò beneficiatus, & ſic ſucceſſivè poſſit alium ſacerdotem, in ultimo vitæ ſpiritu, eligere in ejus ſucceſſorem in ipſo beneficio, qui authoritate propria poſſit illud ingredi, electore mortuo; abſque aliqua Superioris inſtitutione, nam cum hoc fit per eundem Rectorem beneficiatum, fit per perſonam capacem Juris ſpiritualis: ſecùs autem, ſi conditio talis eſſet, quòd ſola præſentatio facta per laicum ſufficeret, abſque aliqua inſtitutione canonica, etiam ſi talis conditio apponeretur in limine fundationis de conſenſu Ordinarii, quia ille actus præſentationis fiet per laicum, & ſic per perſonam incapacem meri juris ſpiritualis, *cap. Meſſana, & cap. Sacroſancta, de elect. cap* 2. *de judic.* idem Lambert. loco citato *dicto n.* 70. *fol.* 194. *& art.* 3. 9. *quaſt. princip. in princip. fol.* 207. ubi ait, hanc quæſtionem in facto habuiſſe Paduæ, cum quidam Vicarius, non obſtante ſupradicta conditione, adjecta in limine fundationis de conſenſu Ordinarii tentaret inſtituere quoſdam beneficiatos, ad quædam beneficia, quę de ordine fundatoris, ut dictum eſt, incedunt de Sacerdote in Sacerdotem, ſine aliqua inſtitutione, & ſic communicato conſilio cum aliis peritiſſimis juriſconſultis, omnes iverunt in eandem ſententiam, & ita fuit obtentum, ut in *d. fol.* 207. *n.* 14. *circa med.*

Quòd tamen intelligendum, ut prædicta conditio fuerit appoſita in limine fundationis beneficii de conſenſu Ordinarii, non autem poſt fundationem: quia tunc ſi Epiſcopus id faceret, alienaret jus inſtituendi ſpectans ad Epiſcopatum, quod ſine cauſa fieri non debet, Rocch. *de jurepat. verbo, pro eo, quod de Diœceſani conſenſu, nu.* 26. *circa med.* cum Prælatus in acquirendis poſſit Eccleſiæ ſuæ præjudicare, ſecùs verò in quęſitis Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 96. *nu.* 1. Rota *dec.* 233. *n.* 6. *par.* 3 *diverſ.*

Quòd eo magis dicendum eſt de teſtatore, vel fundatore; qui non poteſt immutare diſpoſitionem ſacrorum canonum in Epiſcopi præjudicium, ſine illius conſenſu, *cap. requiſit. de teſtam.* & nemo facere poteſt, quin jura locum habeant in ſua diſpoſitione *l. nemo, ff. de leg.* 1. nec fundans Eccleſiam
10 poteſt circa ſpiritualia diſponere ſine cõſenſu Epiſcopi, Abb. *in c. ſignificatum in* 1. *not de preb.* ubi dicit, quod patronus non poteſt apponere modum celebrandi divina in Eccleſia patronata, nec reſtringere aliter inſtituendum in illo beneficio, ſed hoc ſpectat ad Superiorem, Rocch. *de verbo pro eo, &c. n.* 25. 26. 27. dicens, quod propterea non valebit diſpoſitio, quod tres, vel quatuor miſſę in hebdomada celebrentur per inſtituendum, niſi Epiſcopi conſenſus interveniat.

Sanè, ubi nihil obſiſtat, quod Superiorem à ferenda inſtitutionis ſententia retrahat, omnibus jam probatis, eam quamprimum ferre tenetur; quandoquidem, licet non ſit tempus præfixum Superiori ad inſtituendum, ſicut aliàs di-
11 ximus, nec tamen proindè inſtitutionem ipſam longiùs, quã par eſt, protrahere debet; quinimmò ex juribus, quæ patrono tempus ad præſentandum ſtatuerunt, nulla alia ratione id traditum eſſe conſpicitur, niſi quatenus congruo ipſe, tempore pręſtituto valeat maturius de Idoneo Rectore providere. At verò Superior idem, compilato proceſſu, debet ſtatim præſentatum ipſum inſtituere.

Quapropter optimè concludit idem Rocch. *verbo honorificum quaſt.* 25. *nu.* 55. per Abb. *in c.* 2. *de conceſſ. prab.* quod habens inſtituere non habet tempus prolixum, ſicut is, qui habet conferre, cum Inſtitutio fiat de perſona præſentata; unde nihil ſupereſt Superiori faciendum, niſi pręſentatum examinare, Selu. *de benef p.* 3. *q.* 64. *n.* 1. Paul. de Citad. 6. *par.* 3. *n.* 103. Lambert. *par.* 1. *lib.* 2. *art.* 23. *queſt.* 1. *lib.* 2. *art.* 23. *q.* 1. *nu.* 2. *fol.* 721. Garc. *de benef. p.* 10. *cap.* 4. *per tot.* Quinimmò ſolet quandoquè ipſi fundatores in fundatione, præfigere terminum, infra quem præſentandum debeat inſtitui; Nec ſemel in Dataria Apoſtolica vidimus, concedi erectiones beneficiorum, cum reſervatione juſpatronatus, adjecta temporis etiam parvi præfinitione ad inſtituendum, & in erectione cujuſdam Eccleſiæ Collegiatæ inſignis, fuit conceſſum quod ad illius dignitates, quoties illæ quomodocunquè vacarent, etiam apud Sedem poſſint perſonæ idoneæ ad illas ſic vacante præſentari Ordinario loci, qui perſonas prædictas intra triduum inſtituat. Ita quod ſi idem Ordina- 12
rius illa ſic inſtituere indebitè recuſaverit, tunc, & eo caſu Ordinarius vicinior, aut altera perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, pręſentatas perſonas hujuſmodi, Apoſtolica authoritate inſtituere poſſit.

Quamvis autem ipſe Superior, quantumlibet inſtitutio-
nem hujuſmodi differat, non tamen licebit præſentato, in be- 13
neficio ſe ingerere ante ipſam inſtitutionem; aliàs enim omne jus ſibi per præſentationem quæſitum, amittit; unde poterit tale beneficium impetrari: prout notatur inter *notabilia Cancellaria Apoſtolica fol. mihi* 161. *à ter.* Hoc autem, ubi agitur de beneficio juriſpatronatus; quia ipſa ſola pręſentatio non ſufficit; ut pręſentatus ſe ingerat in beneficio, ut dictum eſt, ſecùs verò in beneficio liberæ collationis, quia tunc poſſeſſio tradita ab illis, qui habent poteſtatem conferendi,
habet vim collationis, ut tenuit Rota penes Coccin. *dec.* 122. 14
n. 5. ubi fuit dictum non obſtare inſtrumentum, quod dabatur, continens ſolam electionem Capituli; quia cum poſſeſſio fuerit tradita per eoſdemmet Canonicos, illa ſufficit
per collationem, in qua non requiritur certa forma verbo- 15
rum, prout dictum fuit in una *Toletan. Canonicatus penes Puteum deciſ.* 124. *num.* 2. *par.* 3. à nobis ſuperius in ſimili allata.

Cæterùm verò, prout antea dictum eſt, ſi ſic præſentatus
ſe ingeſſerit, ſcilicet ante dictam inſtitutionem, non evadet 16
pęnas contentas, in *cap. avaritia de elect. in* 6. quicquid nonnulli dixerint in contrarium contra communiorem opinionem, & praxim, cum non ſemel Rota tenuerit, quod cum præſentatus ante inſtitutionem acceperit poſſeſſionem beneficii, ac fructus perceperit, intelligitur ipſo jure privatus quia ratio prædicti textus ſatis eſt generalis, & habet locum in quolibet beneficio, ut in *cap. tranſmiſſam, & cap. noſtri de elect.* & quamvis Gemin. *in d. cap. avaritia*, & Lambert. 2. *par. lib.* 2. *quaſt.* 5. *princip. art.* 11. dicant illum text. procedere tantùm in dignitatibus, non autem in eo, qui ante inſtitutionem ſe ingerit, quia non incurrit illius pęnam, nihilominus contrarium eſt verius, nam diſpoſitio *dicto cap.* eſt favurabilis, ut dictum eſt, & eadem ratio in ſimplicibus militat, ut per Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 47.

Hoc tamen verum eſt, quod licèt *d. c. avaritia* ſit extendendum ad præſentationem, ut ſupra dictum eſt & infra di-
cetur; nihilominus ex eadem ratione, ſola poſſeſſio, abſquè 17
adminiſtratione, vel fructuum perceptione non ſufficit ad incurrendam pęnam *d. c. avaritia*; quia ſumus in pœnalibus, & text. loquitur de electo miniſtrante in temporalibus, & ſpiritualibus ante confirmationem, & ita fuit firmatum in una Calaguritan. Abbatiſſatus coram Put. *dec.* 45. *lib.* 3. ubi tamen, in caſu ibi propoſito, fuit dictum, ex eo quod omnes moniales, Abbatiſſę ante illius confirmationem, obedientiam præſtiterant, per talem præſtationem obedientiæ, dicebatur adminiſtraſſe, ac in pęnam, *dicto cap. avaritia* incidiſſe; prout regulariter dicendum eſt nedum de præſentato, ſed etiam nominato à patronis ad beneficium juſpatronatus; nam ſi ante præſentationem, aut nominationem adminiſtrat, incidit in pęnas *d. cap. avaritia*.

Quinimmò (quòd magis eſt) penes Mant. fuit dictum *deciſ.* 261. *ſub num.* 3. *verſ. neque obſtat*, non obſtare in caſu ibi propoſito, quòd præſentatus fuerit inductus in poſſeſſionem authoritate Archiepiſcopi Tranen. & ideò tacitè potuiſſet intelligi inſtitutus, *arg. lege illud de acquir. heredit. & l. ad rem mobilem, ff de procur.* quia cum eſſet Judex delegatus, non potuit eum inſtituere; immò

T pro-

pronunciavit tantùm dictum præſentatum fore,& eſſe inſtituendum,prout eum inſtitui,& inveſtiri mandavit.

Sicut neque inductio in poſſeſſionem, facta authoritate prædicti Archiepiſcopi potuit habere effectum tacitæ collationis, quia ſi non potuit eum expreſsè inſtituere, multò minus tacitè, *leg. cum quid, ff. ſi cert. pet. & leg. precibus*, *ff. de impub. & à leg. ſubſtit.* idem Mani. *loco citato num.4.*

Quod quidem tanti eſſe momenti dignoſcitur, ut adhuc vigeat diſpoſitio *dict. capit. avaritiæ*, ubi inſtitutio ipſa ea defectu juriſdictionis, nulla prorſus reddatur, quæ nullo modo proinde præſentatum excuſat, qui ſupradictæ ſe ingerit adminiſtrationi, Card. *conſil.* 31. *num. 6. cum ſequent.* Roman. *conſil.* 330. *num.* 21. *cum ſeqq.* nos refert, & ſequitur Mareſcott. *dict. lib.2. cap.35. num.39.* qui tamen advertit *num.* 50. pœnam dictæ decretalis excuſare præſentatum, ſi contingat, ipſum inſtitui ea errore Juris ambigui, & obſcuri, ubi talis error ſit probabilis, ut in caſu Seraphin. *deciſion.* 1274. ibi enim, cum quidam eſſet præſentatus ad Parochialem Eccleſiam, & fuerat examinatus ab Examinatoribus, à quibus fuit facta relatio quoad ſcientiam tantum, non autem quoad mores, & ætatem, juxta ſancita per Conſil. Tridentin. *ſeſſion.24. cap.8.* & Epiſcopus eundem præſentatum inſtituerat, qui poſt dictam inſtitutionem ſe ingeſſit adminiſtrationi, dubitabatur de nullitate inſtitutionis, ob non ſervatam formam dict. Concil. ac proinde, an incidiſſet in pœnam *dict. cap. avaritiæ*, & fuit reſolutum negativè; quia talis inſtitutus potuit credere, ſe fuiſſe ab Examinatoribus approbatum in omnibus; ex quo Ordinarius eum inſtituerat; nam præſumitur fuiſſe informatus de omnibus requiſitis, ad tradita per Felin. *in capit. final. numer. 2. de præſumption.* ut dicitur in *Caſalen. Parochialis*, quam etiam refert idem Mareſcott. *dicto num.50.*

Sanè docet hæc noſtra praxis, præmiſſa locum ſibi vendicare nedum circa inſtitutionem in beneficio ab Ordinario faciendam, verumetiam ubi illa ſpectaret ad Papam, etiam in beneficio juriſpatronatus laicalis, prout non rarò evenit, ſed in multis caſibus in quibus illud non poteſt ab ipſo Ordinario obtineri, ſed à Sede Apoſtolica, nempè ob diſpenſationes ſuper pluralitate beneficium, ſeù reſervatione penſionum, aut aliàs quomodocunque quia proviſus de tali beneficio non poterit ſe ingerere in illius adminiſtratione, ſeù fructuum perceptione, litteris inſtitutionis non expeditis; nam non poteſt Orator, conſumpta vacatione per ſupplicationem ſignatam, & regiſtratam, ea omiſſa, adire Ordinarium pro inſtitutione, & burſale commodum Principis fraudare, contra formam Conſtitutionis Julii III. qua cautum eſt, ne quiſquam Apoſtolica authoritate de beneficio proviſus, illius poſſeſſionem apprehendere valeat ſine litteris Apoſtolicis ſuper illius proviſio-

19 ne expeditis, & ſic in ſui ratione, omnia beneficia, etiam juriſpatronatus laicalis comprehendentis, ut habetur in una *Romana Præpoſituræ* penes Rub. *deciſio.* 216. *per totum*, quòd quidem habet locum etiam in beneficiis juriſpatronatus Regum, & Imperatorum, quæ in ſuis caſibus expediuntur cum ſolutione taxarum, & annatarum, prout cætera beneficia, abſque aliqua exceptione emolumentorum Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ; nam dicta conſtitutio Julii III ita prohibitoria, & pœnalis generaliter concepta, æqualiter debet determinare omnia, quæ ſubjacent ſolutioni emolumentorum; ea quo fraus non minimè cadere poteſt in expeditione beneficiorum de Jurepatronatus, quàm in aliis liberæ collationis, ut in eadem *Romana Præpoſituræ* penes eundem Rub. *deciſion.* 287. *numer.8. & 9. tom. 1.*

Cum verò jam ſupra diximus, quid agendum eſſet, quando præſentatio, & inſtitutio ex diverſis qualitatibus ad eundem Epiſcopum ſpectet, propterea ſciendum eſt, quòd hæc praxis fuit pluries obſervata ſecundum caſus, quos nimis utiliter congerit Lambertin. *hoc tractat. part. 3. lib.2. art.19. per tot. fol. mihi* 928. quorum Primus eſt quando Epiſcopus eſt Abbas alicujus Eccleſiæ, & tanquàm Abbas eſt patronus alterius Eccleſiæ, & ſic uti Epiſcopus haberet jus Inſtituendi in dicta Eccleſia patronata; tunc enim præſentatio, & inſtitutio non debent per ipſum Epiſcopum 20 unico actu expediri, ſed ſeparatim; quia primò debet præſentare tanquam Abbas: licèt melius eſſet, ſi procurator, ipſius Abbatis nomine præſentaret, & poſteà Epiſcopus inſtitueret, ſecundum tex. *in cap. à collatione, de appell. in 6. in cap. cum olim*, & ibi Felin. *num.* 1. 2. *& 3. de ſent. & re jud.* & hunc caſum affert Barboſ. *de poteſt. Epiſc. gloſ.* 72. *num.* 196. & hic etiam debet ſervari forma *cap. fin. de elect. in 6.* Secundus caſus eſt, quando ad habentem inſtituere ſpectaret juſpatronatus, ratione ſui patrimonii, licèt inſtitutio ad eum ſpectet ratione ſuæ Prælaturæ: quia cum ſit patronatus laicale, eſt ſeparatum ab Eccleſia, & ſua Prælatura. Tertius caſus eſt, ſi talis habeat compatronos: quia poteſt eum eiſdem patronis præſentare, ac poſteà inſtituere. Quartus caſus eſt, ſi compromittatur jus præſentandi in habentem inſtituere. Quintus caſus eſt, ſi Epiſcopo, tanquam privatæ perſonæ ſit facta donatio juriſpatronatus. Sextus caſus eſt, quando integrum juſpatronatus transfertur à laicis in Epiſcopum, ratione ſuæ Eccleſiæ Epiſcopalis: quia erit in ejus arbitrio, an velit providere unico actu. Septimus caſus eſt, ſi fuerit translatum juſpatronatus cum reſervatione, quod quis præſentet cum conſilio alicujus, vel præſentet aliquem de tali familia: nam in his caſibus actus præſentationis, & inſtitutionis ſunt, ſeparatim expediendi. Octavus caſus eſt, quando Superior conferret ex devolutione beneficium: cum tunc in ejuſdem Epiſcopi arbitrio erit unico, vel duplici actu negotium expedire: licèt melius ſit unico actu providere, ne Eccleſia diutius vacet: quia res de facili revertitur ad ſuam naturam & cum proviſio Eccleſiæ ad illum mero jure ſpectabat tanquam Ordinarium, ſublato impedimento præſentationis: providebit per collationem, ut habeat unicum tempus, & non plura.

Nonus caſus eſt, quando adhuc eſſemus in jure devoluto, ſed præſentatio ſit facienda ſub certa forma, quæ obſervanda veniret per illum, ad quem jure devoluto venit poteſtas, ne illis præjudicetur, qui in præſentatione debebant intervenire, & tunc fiet neceſſariò proviſio duobus actibus, & non erit in optione Epiſcopi.

Decimus caſus eſt, quando eodem jure quis haberet duas poteſtates exercere, & tunc unico contextu ſe poteſt expedire: quia collatio habet vim electionis, præſentationis, confirmationis, & inſtitutionis: ut notatur *in capit. cum olim, de cau. poſſ. & prop.* Ex quibus caſibus nonnullos etiam notat Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *num.* 196 & nos ſupra diximus.

Poſtquàm egimus de jis omnibus, quæ pertinent ad praxim erectionis beneficiorum Eccleſiaſticorum cum reſervatione juriſpatronatus, eorumque requiſitis ad obtinendam legitimam inſtitutionem; legitimando videlicèt perſonas præſentantium, ac præſentatorum, ac quando ipſa præſentatio cadat, Eccleſiaque vacare dicatur, necnon de actualitate ipſius præſentationis, ac infra quod tempus, ubi quando, qualiter, & quomodo facienda, ac coram quibus ipſa præſentatio fiet, quid faciendum per præſentatum, quod jus ex præſentatione acquirat; ad quid ille teneatur, & de citatione per edictum, variatione patronorum in præſentando, de diſcuſſione negotii ex officio habentis inſtituere facienda, ac de contradictionibus, oppoſitionibus, & litibus, quæ in ea ſuccedere poſſunt, deque toto proceſſu uſque ad actum inſtitutionis, ac aliis, quæ per Lambert. *de jurepatr. par. 3. lib. 2. in princ.* dicta ſunt, & per ad nos quotidianam praxim redacta: ſequitur nunc neceſſariò eorundem præmiſſorum omnium perfectio: quæ in legitima erectione, & præſentanti inſtitutione conſiſtunt, unde hujuſmodi inſtitutionis formulam de more ſubjicimus, quæ ſecundum communem uſum Curiarum Eccleſiaſticarum concipi conſuevit, tenoris ſequentis, videlicet.

Fælix Tamburellus V. I. D. Prothonotarius Apoſtolicus, Eminentiß. et Reverendiſſimi Domini D. Franciſci, miſeratione divina tituli SS. Quatuor Coronatorum, Presbyteri Cardinalis Boncompagni, Archiepiſcopi Neapolitani Vicarius, et Officialis Generalis.

In cauſa in hac Curia Archiepiſcopali Neapolitana vertente inter ipſius R. Promotorem fiſcalem ex una, et R. N. Clericum Neapolitanum ex altera partibus, de et ſuper perpetuò ſimplici beneficio Eccleſiaſtico, ſeù Capellania, ſub invocatione S. N. intus Eccleſiam N. noviter erecto, ſeù erecta, prout ex actis, etc.

Viſa

Viſa præſentatione facta per D.N. procuratorem ſpecialiter conſtitutum per D.N. juſpatronatum habentem, tam ex primæva erectione, quàm toties, quoties caſus vacationis occurrerit, viſoq; edicto per nos expedito contra intereſſe prætendentes, & affixione in dicta Eccleſia, viſiſque actis, aliiſque omnibus videndis, conſideratiſque omnibus debitè conſiderandis, factaque relatione in Congregatione, Chriſti nomine invocato.

Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quàm in his ſcriptis, pro tribunali ſedentes ferimus, dicimus, decernimus, & pronunciamus, ac de voto ejuſdem Congregationis, diffinitivè ſententiamus, prædictum Rev. D. N. tanquam habilem, & idoneum repertum, approbatum, prævio examine coram Adm. RR. DD. Examinatoribus ſynodalibus, quoad doctrinam, per acto, inſtituendum fore, & eſſe; prout præſenti noſtra diffinitiva ſententia ipſum inſtituimus in beneficiatum, & Capellanum beneficii, ſeu Capellaniæ ſub invocatione Sancti N. intus Eccleſiam S. N. cum omnibus, & ſingulis illius juribus, fructibus, redditibus, proventibus, ac honoribus, & oneribus; atque proinde eſſe expediendas bullas, ſeù litteras inſtitutionales in forma, & ita dicimus, decernimus, pronunciamus, & diffinitivè ſententiamus, non ſolum iſto, ſed omni alio meliori modo.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Quòd ſi jus inſtituendi ad duos pertineat cumulative, prout pertinere poteſt, ambo, omnes actus ſubſcribant, ipſamque ſententiam ferant, prout in una *Comen. Capellæ*, relata
22 per Garc. *de benefic. par. 5. cap. 9. num. 92. circa fin.* ubi quod Inferior poteſt acquirere jus inſtituendi cumulativè ad Ordinarium.

Et licèt hìc ſola ſufficiat ſententia inſtitutionis ex præmiſſa formula, ut tenuit Rota penes Farin. *dec. 521. num. 1. tom. 1.* quia per eam ſatis declaratur, & pronunciatur, præſentatum eſſe inſtitutum, conſueverunt nihilominus litteræ inſtitutionales ad partem expediri, quæ etiam ſine peculiari ſententia probant; quandoquidem bonum eſt ſcripturam adhiberi; nam, ut ait Vivian. *in praxi juriſpatron. lib. 13. cap. 1. num. 5.* ſervatur in praxi de communi ſtylo, ut inſtitutio ſemper fiat in ſcripturis cum interventu, & rogitu Notarii in præſentia duorum teſtium; ut ita ſemper illa facilius probari poſſit, idemque Vivian. *d. lib. 13. c. 4. ſubn. 2.* aliam formulam adiici hujuſmodi literarum inſtitutionalium, etiam vim ſententiæ habentium.

Ad hujuſmodi verò Inſtitutionis ſententiam ferendam, deveniri poteſt Superiorem, etiam poſt obitum præſentantium 23
quamvis alii patroni ſucceſſerint, ex Bartol. *in lege ſi ita, §. ſi domui, ff. de leg. 1.* idem Vivian. *lib. 12. cap. 5. num. 35.* & ita vidimus pluries practicari: quinimmò patroni ſuccedentes, ſi ſint laici, & adhuc duret tempus datum ad præſentandum, poſſunt variare; quia dicuntur una eademque perſona ſucceſſor cum prædeceſſore, idem Vivian. *loco citat. num. 36.*

Formulam litterarum inſtitutionalium ſatis amplam ponit idem Lambert. *d. 3. p. lib. 2. art. 15. qu. 11.* ex qua poſſunt aliæ formulæ concipi; ſecundum caſuum diverſitatem: hic verò eam ſubnectere viſum eſt, quæ de more hujus Curiæ Archiepiſcopalis concipi conſuevit, & eſt tenoris ſequentis videlicet.

24 *Felix Tamburellus, &c. Univerſis, & ſingulis has præſentes noſtras inſtitutionis litteras inſpecturis, viſuris, atque lecturis, ſalutem in Domino, Notum facimus, atque teſtamur, quod vacante perpetuò ſimplici beneficio Eccleſiaſtico, aut perpetua ſine cura Capellania ſub invocatione S. N. intus Eccleſiam N. Neapolit. noviter erecto ſeù erecta, & à primæva illius erectione, (ſeù per obitum, aut ceſſionem N.) quod, ſeù quæ de jurepatronatus laicorum exiſtit familiæ videlicet N. comparuit coram nobis, & in noſtra Curia Rev. N. Clericus Neapolit. aſſerens ſe fuiſſe præſentatum ad dictum beneficium ſeù Capellaniam ab illius patronis exiſtentibus in pacifica poſſeſſione, ſeù quaſi præſentandi Rectorem beneficiatum, ſeù Capellanum, toties quoties caſus vacationis occurrerit, petens à nobis inſtitui, & confirmari in Rectorem beneficiatum, ſeù Capellanum dicti beneficii, ſeù Capellæ, cum omnibus honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis. Auarè Nos volentes in præmiſſis maturè procedere generale edictum ad inſtantiam prædicti N. Clerici expediri, & ad valvas dictæ Eccleſiæ, ac prædicti beneficii, ſeù Capellæ Altare affigi, legi, & dimitti juſſimus, per quod citari fecimus, & moneri omnes, & ſingulas perſonas; ſua quomodolibet intereſſe putantes, quatenus infra terminum certum, & competentem in eodem edicto præfixum, comparere debuiſſent coram nobis, & in dicta noſtra Curia ad dicendum, & opponendum, & allegandum quicquid voluiſſent, tam contra perſonam præſentatam, quàm præſentantes; quarè dicta inſtitutio fieri non debuiſſet. Quo quidem edicto affixo, ac poſtmodum amoto, accuſatiſque debitis contumaciis; & quia ex ſcripturis, aliiſque juribus productis, & præſentatis, exiſtentibus penes infraſcriptum noſtrum Actuarium, clarè conſtitit, & conſtat de vacatione, & præſentatione prædictis, & quod prædicti N. & N. præſentantes fuerunt, & ſunt veri patroni prædicti beneficii, & ſunt Capellæ, & exiſtunt in pacifica poſſeſſione, ſeù quaſi dicti juriſpatronatus, & præſentandi prædictum beneficiatum ſeù Capellanum. Idcircò eundem N. Clericum ſic præſentatum per ejuſdem Curiæ Archiepiſcopalis Examinatores ad id deputatos examinatum, & approbatum, tanquam habilem, idoneum, & ſufficientem, inſtituendum, & confirmandum duximus; prout ipſum tenore præſentium inſtituimus, & confirmamus, & de eodem beneficio, ſeù Capella eundem N. Clericum coram nobis genibus flexis conſtitutum, & acceptantem per bireti capiti ſuo impoſitionem inveſtimus. Quo circa univerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Notariiſque ac tabellionibus publicis hujus noſtræ Diœceſis, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœnis, & cenſuris contra obedientes Superiorū mandatis à jure inflictis, & arbitrio noſtro infligendis, per præſētes præcipimus, & mādamus, ut cū pro parte ejuſdē N. Clerici, vigore præſentium requiſiti fuerint, vel eorum aliquis requiſitus fuerit, ad prædictam Eccleſiam N. accedant, dictumque N. Clericum, vel procuratorem ſuum pro eo in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem prædicti beneficii, ſeù Capellæ, ac omniū illi forſan, & annexorum jurium, & pertinentiarum ſervatis ſervandis, authoritate noſtra inducant, & defendant inductum. Amoto exindè quolibet illicito detentore, quem nos harum ſeriè amovemus, & denunciamus amotum, ac faciant dicto N. Clerico, vel procuratori ſuo de dicti beneficii, ſeù Capellæ, ac annexorum prædictorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integrè reſponderi, omniaque, & ſingula dicant, & faciant, quæ in ſimilibus poſſeſſionis tradendis neceſſaria fuerint, et conſueta, Contradictores quoslibet, et rebelles eadem authoritate noſtra per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcendo. In quorum omnium, et ſingulorum fidem præſentes manu noſtra ſignatas, et per infraſcriptum Curiæ Archiepiſcopalis Notarium ſubſcriptas, ſigillique noſtri appenſione munitas fieri juſſimus.*

Datum in noſtro Archiep. Palatio Neapolit. Anno Domini, &c.

Fœlix Tamburellus Vicarius Generalis.

Locus Sigilli.

N. Actuarius.

Hæc eſt conſueta formula literarum inſtitutionalium pro præſentato; quod vero ad proviſionem beneficii liberæ collationis, poteſt modus deſumi ex formulis à nobis ſuo loco appoſitis nulla habita mentione juriſpatronatus, etiam atteota fundatione, ſeù dotatione; nam licèt ſicut alibi diximus, illud etiam tacitè reſervatum cenſetur, nihilominus verò quàplurima beneficia Eccleſiaſtica fundantur paſſim; ex quibus elicitur, fundatores nullum juſpatronatus ſibi reſervare voluiſſe; etiam quod illud expreſsè non remiſerint. Quod qui-
25 dem deprehenditur, ſi in fundatione illorum narretur cauſa; exempli gratia, quod fuerint moti ad fundandum pro eleemoſina, intuitu retributionis æternæ, & pro redemptione peccatorum ſuorum, parentum, & conſanguineorum, aut quid ſimile, ut fuit conſideratum in una *Albanen. Prioratus*, relata per Garc. *par.5. cap. 9. num. 99. poſt med.* & ſic excluditur cauſa, propter quam regolariter acquiritur juſpatronatus, necnon remuneratio temporalis, idest juſpræſentandi; tunc enim dici poteſt, quod fundator recepit in hac vita mercedem ſuam, recipiendo fructus præſentationis, ex Calder. *conſ.19. in fin. de jurepatr.* Vivian. *lib.5.c.2.n.3.* quia aliàs hoc factum pro eleemoſyna, & certum eſt, quòd ex eleemo-
26 ſynis non acquiritur juſpatronatus, Cocein. *dec.606. num.1a.* Cavalet. *dec.159 n.9.*

Nec omittam, quod hujuſmodi inſtitotio præſentati fieri poteſt etiam per Vicarium foraneum Epiſcopi in loco Diœceſis deputatum: ſi ex vi ſuæ deputationis, exerceat ibi juriſdictionem, prout tenuit Rota in una *Agrigentin. Beneficii S. Antonii 12. Novembris* 1601. *coram Corduba* in qua habetur, præſentationem tribuere jus etiam factā coram vicario foraneo; quia eum juriſdictionem haberet in illo loco, ibi facere poterat omnia quæ Vicarius Generalis totius Diœceſis: Garc. *p.6.c.2.n.123. circa fin.*

Et licèt regulariter, poſt ſententiam erectionis beneficii de jurepatronatus, necnon inſtitutionis, ſequantur illico litteræ inſtitutionales: id tamen eſt in arbitrio Superioris inſtituentis: aut ipſius præſentati illas petentis: cum certum ſit, quod, ut etiam ſupra dictum eſt, ad dictam inſtitutionem faciendam non reperitur tempus a jure præfixum, ſicut patrono ad præſentandum, qui tenetur intra quatuor, vel ſex menſes præſentare, Lambert. *de jurepatr. 2.p.2. lib. art.23.1.q. princ. num.1. fol.711.* nam remanet in arbitrio prædicti Superioris, an velit ſtatim probatis omnibus de jure requiſitis, inſtituere præſentatum, vel ne: cum ſibi non ſit dictum tempus ad inſtituendum, & confirmandum, præfixum, Rota *dec.4. de jurepatr. in nov.* Abb. *in cap. nulla numer.12. & 13. de conceſſ. præb.* Selva *de benef. 3.p.q.64. num.1.* Rocc. *de jurepatr. verbo honorificum, q.25. nu. 55.* Paul. de Cittad. *de jurepatr. 6. part.* 203. Zerola *in praxi Epiſc.p.1. verbo, Iuriſpatronatus, §. Ad octavum, verſ. tertium dubium*, Garc. *de benef. p.10. cap.4. numer.* 1. Vivian. *lib.7. c.5. n.9. & lib.12. c.4. num.7.* Lotter. *de re benef. lib.2. q.13. n.59.* Add. ad Buratt. *dec.567. nu.* 11. Illuſtriſſ. D. Carolus Maranta Epiſcopus Juvenacen. *in ſuis reſp.10.3. reſp.47. num.*38.

Eadem inſtitutionis formula deſervire poteſt pro Inferioribus, jus inſtituendi habentibus, poſtquam tamen præſentatus, fuerit ab Epiſcopo examinatus, idem Vivian. *lib.13. cap.4. ſub num.3.* ubi adiicit inſtitutionis formulam, qua utitur Capitulum Piſanum, habens hujuſmodi jus inſtituendi.

Verùm quia poteſt etiam ſupradictum jus competere Inferioribus ex conſuetudine, præſcriptione, ſeù privilegio, ut habet Præceptor S. Antonii, Ordinis Viennen. cujus inſtitu- 27
tiones fieri conſueverunt ab ipſo Abbate, qui Præceptor nũcupatur S. Antonii de Vienna, Civitatis Neapolis, ſeù ejuſdem Abbatis, Vicario, nam ex privilegiis *Clementis VII. & Pauli III.* eſt Ordinarius Proviſor omnium beneficiorum ſub invocatione S. Antonii de Vienna Regni Neapolis, cuique de jure communi eſt tale privilegium reſervatum, per tex. *in c. porro, ibi, ſic enim eos volumus privilegiorum ſuorum ſervare tenorem, &c.* Bald. *in c. cum veniſſent, n.4. de jud.* Mant. *dec.320, num.1.* & fuit dictum in una *Caſertan. Beneficii 17. Martii 1627. coram Durano dec.71 n.7.* ubi in terminis ejuſdem Præceptatiæ Sancti Antonii de Vienna Neapolitan. eo magis id procedere viſum fuit, quia beneficium, de quo in *dicta dec. n.8.* erat membrum, ſeù grancia dict. Abbatię, ut conſtabat ex ſententia Nuncii Neapolitan. confirmata de anno 1579. per Vicarium Archiepiſcopi ejuſdem Civitatis, Judicem Commiſſarium: ac proinde, quòd etiam illius inſtitutio ad id Abbatem ſpectare debet, ad tex. *in c. in Lateranenſis, §. nos autem*, ubi Ab. *de præb.* qua propter in dies videmus emanare hujuſmodi inſtitutiones ab ipſo Abbate, eo quo ſequitur modu videlicet.

ALEXANDER MAGALOTTUS.

GEneralis Præceptoriæ S. Antonii de S. Antonio Ordinis Viennen. extra Portam Capuanam Neapolitanæ Civitatis, authoritate Apoſtolica Præceptor Generalis, necnon omnium beneficiorum Eccleſiarum, & Hoſpitalium ſub invocatione S. Antonii, in utriuſque Siciliæ, tàm ultra, quàm citra Pharum Regno, Generalis Præceptor; & Collator. Et pro eo Lucas Portionarius V. I. D. & Clericus Forolivien. ejuſdem D. Alexandri Procurator ad infraſcripta ſpecialiter deputatus Dilecto nobis in Chriſto Don Michaeli de Ferdinando de Neap. Vita, ac morum honeſtas, &c. nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur. Cum itaque ſicut accepimus, Eccleſia, ſeù Capella S. Antonii, Terra Summæ Nolan. Diœceſis, quæ de jurepatronatus familiæ Filiolæ exiſtit; ad quam tu præſentatus fuiſti per Iſabellam Iovino filiam, & hæredem Hieronymæ Filiolæ, vacaverit, & vacent ad præſens, illaque inſtitutioni, & manualitati Præceptoris pro tempore exiſtentis ſubjacet. Nos, ad quos omnium Eccleſiarum, beneficiorum, & Hoſpitalium ejuſdem S. Antonii collatio, inſtitutio, & manualitas ſpectat, & pertinet, prædictæ Eccleſiæ, ſeù Capellæ indemnitati providere, Tibique ſpecialem gratiam facere volentes, Te, qui ut ſupra, nominatus fuiſti in dicta Eccleſ. ſeù Capella, cui non imminet animarum cura, Adminiſtratorem, & Gubernatorem, ad noſtrum beneplacitum, & nutum amovibilem, creamus, inſtituimus, & deputamus Dantes tibi gubernium, regimen, & adminiſtrationem, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus d. Eccleſiæ, ſeù Capellæ, ejuſque jurium annexorum, & bonorum omnium; necnon liberam diſpoſitionem omnium, & quorumcunque fructuum, redditυum, & proventuum prædictæ Eccleſiæ, ſeù Capellæ quomodolibet obvenientium (Alienatione tamen bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium tibi penitus interdicta,) ac facultatem ejuſdem Eccleſię, ſeù Capellę, Terras, Domos poſſeſſiones, & bona quęcunque à predeceſſoribus tuis, vel aliàs à quacunque alienata, reintegrandi, recuperandi, & quatenus opus ſit, coram quocunque Iudice, ad hunc effectum comparendi, aliàq; omnia neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi pro integra recuperatione bonorum, & jurium prædictorum, & illorum defenſione; necnon quaſcunque perſonarum, & rerum quantitates, juraque alia quæcunque eidem Eccleſ. ſeù Capella per quaſcunque perſonas debita, & debenda recipiendi, & de receptis quietandi, & penitus abſolvendi, tibi damus, & concedimus. Volumus autem, quod de fructibus, redditibus, & proventibus ejuſdem Eccleſia, ſeù Capellę nobis, & pro tempore exiſtentibus dictæ Generalis Præceptoriæ Pręceptoribus quolibet anno in feſto S. Antonii, ſolvere, & aſſignare tenearis carolenos decem monetę Regni Neapolis in ſignum recognitionis, & ſubjectionis, ſuperioritatis, & dominii dictæ Generalis Præceptorię; & ad hoc ſe obligare debeas per acta Cancellarii dictę noſtrę Generalis Pręceptorię in Civ. Neapolis, ſeù per acta Dominici Fonthię A. C. & d. noſtrę Generalis Pręceptorię in Vrbe Notarii à nobis ſpecialiter conſtituti. Ac etiam infra quatuor menſes à Die data preſentium, actum poſſeſſorium, inventariumq; omnium bonorũ mobiliũ, & immobiliũ d. Eccleſię, ſeù Capellę conficere, illudq; & illa in actis ejuſdẽ Cancellarię d. noſt. Generalis Pręceptorię conſignare debeas. Necnon S. Sedis Apoſtol. & nobis, ac pro tempore exiſtentibus Pręceptoribus Generalibus, devotam obedientiam, & ſinceram fidelitatem, medio juramento promittere, & exhibere tenearis; aliàs pręſentes nullę ſint eo ipſo. Reliquos autem fructus, redditus, & proventus tibi pro onere celebrationis miſſarũ, & manutentione cultus

Divini,

Divini, ac conſervatione ejuſdem beneficii Eccleſiæ, ſeù Capellæ, ac aliorum onerum illius Rectori incumbentium ſupportatione, relaxamus, & gratioſè aſſignamus. Ita tamen, quod ſi per biennium continuum dictam annuam ſolutionem nobis, ut ſupra faciendam, facere ceſſaveris, vel malè in hujuſmodi adminiſtratione te geſſeris, eo ipſo regimine, & adminiſtratione prædicta privatus exiſtas: præſenſque noſtra proviſio nulla ſit, & habeatur, prout ſi facta non fuiſſet, liceatque nobis, & Succeſſoribus noſtris dictæ Eccleſiæ, ſeù Capellæ alteri adminiſtrandam sommitsere, & illi de alio Adminiſtratore, & Gubernatore providere, abſque aliqua notificatione tibi perſonaliter facienda. Hortantes propsereà omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, Notarios, & tabelliones publisos omneſque noſtros Generalis Præceptoriæ ſubditos quoſcumque, qui deſuper fuerint requiſiti, ſeù aliquis eorum fuerit requiſitus, quatenus te, vel procuratorem tuum, tuo nomine in corporalem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ, ſeù Capellæ, ac illius annexorum jurium, & pertinentiarum præfatorum, authoritate noſtra inducant, & inductum defendant. Amoto exinde quolibet detentore, quem nos, in quantum poſſumus, amovemus, & denunciamus amotum, Tibique de illius, & annexorum fructibus, redditibus, & obventionibus univerſis integrè, donec noſtræ placuerit voluntati, reſponderi faciant, Invocato, etiam ad hoc ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio. Volumus autem, & expreſſè mandamus, quod nullatenus, te intromitsere debeas, nes audeas in perceptione votorum, oblationum, legatorum, & animalium dictæ noſtræ Eccleſiæ, ſeù Capellæ pro tempore offerendorum; quæ omnia expreſsè per præſentes dictæ Generali Præceptoriæ; & Hoſpitali reſervamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has præſentes litteras, manu noſtra ſubſcriptas fieri, & per infraſcriptum Secretarium ſubſcribi, ſigilliſque dicti Illuſtriſſ. & Reverendiſſimi Domini Præceptoris, Abbatis, & Commendatarii, quo in salibus utitur, juſſum, & fecimus appenſione sommuniri. Datum extra Portam Flamminiam Almæ Vrbis, Anno à Nativat. D. N. I. Chr. M. DC. XXXXI. Die verò 9. menſis Oct. Pontiſis. S. D. N. Vrbani Divina providentia Papæ Octavi, anno ejus vigeſimo.

N. Procurator Generalis Deputatus.

Locus Sigilli.

N. Pro Secretario.

Quinimmò, nedum Prælatis Inferioribus, eo modo, quo ſuperius dictum eſt, poteſt competere dictum jus inſtituendi ſervata tamen forma *d.c.fin. de elect. 16.* verum etiam Laicis, qui etiam abſque præſentatione, inſtituunt ex conſuetudine,
28 ſeù præſentatione tanti temporis, cujus initii memoria non extet; dummodò fuerit per Papam approbata, cum aliàs jus conferendi, ſeu inſtituendi in beneficio Eccleſiaſtico nō poſſit competere laico, etiam ex antiqoa conſuetudine, cum laicus non ſit capax iſtorum jurium, *c. ſi quis deinceps 16. q. 7.* Lamb. *de jurepat. 3. p. 2. lib. art. 12. fol. mihi 904. per tot.*

Similem facultatem habet etiam Rever. D. Archipresbyter Gragnani Litteren. Diœceſis, limitatam in Territorio dictæ Terræ, tum inſtituendi præſentatos in beneficiis juriſpatronatus, tum etiam illa conferendi; dummodò præſentandi, ſeu providendi prius fuerint per loci Ordinarium examinati, & approbati, ac quod parochiales Eccleſias, prævio concurſu, ſervata forma Concilii Tridentini *ſeſſion. 24. cap. 18 de reform.* Litteræ autem ab ipſo D. Archipresbytero ſuper hujuſmodi proviſionibus, ita concipi conſueverunt, videlicet,

Aſcanius de Medicis, Dei gratia Archipresbyter Terræ Gragnani ad quem beneficiorum omnium Eccleſiarum in territorio d. Terræ ſitorum collatio, proviſio, inſtitutio, ac omnimoda diſpoſitio ex antiqua, approbata, & præſcripta, ac à Sede Apoſtolica confirmata, & à tanto tempore hactenus obſervata conſuetudine, quod hominum memoria in contrarium non exiſtit, ſpectare, & pertinere dignoſcitur Dilecto nobis in Chriſto R. D. Octaviano Iuveni ejuſdem Terræ Gragnani ſalutem in Domino, Vita, ac morum honeſtas, &c. nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Quia dignum nobis videtur, illos ad regimina Parochialium Eccleſiarum adhibere, quorum ſcientia, atque idoneitas, cæteraque virtutum merita ſuffragantur. Proinde, vacante nuper parochiali Eccleſiæ S. Thomæ loci li Ioveni nuncupati, pertinentiarum d. Terræ Gragnani Litteren. Diœceſis, cui cura imminet animarum, quæque de jurepatronatus laicorum, ex fundatione, & dotatione exiſtit, & ad noſtram inſtitutionem ſpectat, & pertinet, per obitum quondam Lucæ Iuvenis ejuſdem Terræ dictæque parochialis Eccleſiæ S. Thomæ ultimi, & immediati Rectoris, ac poſſeſſoris, comparuerunt coram nobis N. N. aſſerentes, ſe eſſe patronos, ac juſpatronatus, & præſentandi ad dictam parochialem Eccleſiam quoties illius vacationis caſus occurrerit, habere, & in pacifica poſſeſſione, ſeù quaſi præſentandi exiſtere; prout nobis legitimis documentis conſtare fecerunt. Nos volentes ejuſdem Parochialis Eccleſiæ; indemnitati providere, ne eam diutius animarum periculum, vacare contingat, Te prædictum R. D. Octavium, qui coram nobis infra legitima tempora ab eiſdem patronis præſentatus fuiſti, tanquàm idoneum, & ſufficientem, ac compatronum ejuſdem Parochialis Eccleſiæ, quique præſentationem, ac inſtitutionem, & Inveſtituram dictæ Parochialis Eccleſiæ in tui favorem, debita cum inſtantia petierunt. Nos hujuſmodi præſentatione admiſſa, & recepta ſit, & in quantum de jure admitti debuerat, ſequi volentes dictum Apoſtoli dicentis: Nemini citò manum impoſuas, edictum publicum in valvis ejuſdem Paroch. Eccleſiæ S. Thomæ in forma, in ſimilibus conſueta, ac termino in eo decem dierum præfixa, jam elapſo prædictoque edicto in præſentia nonnullorum teſtium inde amoto, comparuerunt coram nobis prædicti patroni, una tecum inſtantes, quatenus ad infraſcriptam inſtitutionem, ac inveſtituram procedere deberemus. Proinde nos in Chriſti nomine Te prædictum R. D. Octavium, tanquam idoneum, & approbatum à Perilluſtri, & Reverendiſſ. D. Io. Leonardo Bottilierio, Epiſcopo Letteren. prævio examine, per Examinatores in Synodo Diœceſana deputatos ad præſcriptum decretorum S. Concil. Tridentini, habito de quo nobis plenè, ſufficienterque conſtiti per illius fidei exhibitionem nobis præſentatam, inſtituimus, ordinamus, creamus, facimus, & conſtituimus Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ Sancti Thomæ per noſtri biretti in tuo capite impoſitionem; Tradentes, & concedentes tibi prædictam parochialem Eccleſiam cum omnibus, & ſingulis illius Iuribus, & pertinentiis ſuis, curamque regimen, & adminiſtrationem pleno jure, tàm in ſpiritualibus, quàm temporalibus. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis partionariis, colonis, cenſuariis, ac rendentibus ejuſdem parochialis Eccleſiæ, quod deinceps Te prædictum R. D. Octavium in Rectorem recognoſcant, tibi reſpondeant, &c. de dictis redditibus. Inſuper mandantes R. D. N. quod te ex parte noſtra, in actualem, realem, & corporalem poſſeſſionem dictæ parochiali Eccleſiæ, illiuſque jurium, & pertinentiarum ponat, & inducat, ac poſitum, & inductum manuteneat, atque defendat. Amoto exinde quolibet illicitò detentore. Contradictores quoslibet per cenſuras

Eccleſiaſticas compeſcendo. Invocato etiam ſi opus fuerit, ad id brachii ſacularis auxilio. In cujus rei teſtimonium, has noſtras litteras fieri juſſimus, ac fecimus appenſione noſtri, quo utimur, ſigilli manuque noſtra ſubſcriptas, muniri. Data in prædicta Terra Gragnani, in Domo noſtræ ſolita habitationis, Die ſexto menſis Iulii ſeptimæ Indictionis 1594. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Clementis Divina providentia Papa VIII. Anno octavo.

Aſcanius de Medicis Archipresbyter Terra Gragnani.

Locus Sigilli.

N. Actuarius.

Hoc autem quoad praxim inſtitutionis in beneficiis juriſpatronatus, ſivè laicalis, ſivè Eccleſiaſtici, ab Ordinariis, ſivè aliis inferioribus Collatoribus faciendæ. Aliud verò ſer-
29 vatur, cum à fundatore reſervetur Summo Pontifici facultas inſtituendi: prout ſæpè contingere vidimus in ſimilium beneficiorum Eccleſiaſticorum juriſpatronatus erectionibus, quæ fiunt à Summo Pontifice. Adducimus inter aliàs, exemplum erectionis Abbatiæ della Cæſarea nuncupatæ, Neapolitan. factæ à fel. recordat. Clemente Papa VIII. in qua, de conſenſu fundatoris fuit Summo Pontifici pro tempore exiſtenti, reſervata inſtitutio ad illius patronorum præſentationem, ac proindè voluit, quòd fundatori, quoad vixerit, & poſt ejus obitum, perſonis ad id per eum in ſuo teſtamento, vel alias quomodocumque declarandis, & nominandis, eorumque poſteris, & ſucceſſoribus in perpetuum, juſpatronatus honorificum hoſpitalis, & Eccleſiæ hujuſmodi, ac præſentandi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, perſonam idoneam ad dictam Abbatiam, tàm illa prima vice, ab illius primæva erectione, & inſtitutione hujuſmodi, quàm deinceps, quoties eandem Abbatiam per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeù quamvis aliam dimiſſionem, privationem, vel amiſſionem, illam pro tempore obtinentis, vel aliàs quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, etiam ejuſdem, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſeu cujuſvis S. R. E. Cardinalis, etiam tunc viventis, familiaribus, continuis commenſalibus, ſeù Romanæ Curiæ Officialibus, aut aliàs quomodolibet reſervationem inducentibus, etiam apud Sedem Apoſtolicam, vacare contigerit, per ipſum, ſeù Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ad præſentationem hujuſmodi in forma ſolita inſtituendum, eiſdem authoritate, & tenore, etiam perpetuò reſervavit, conceſſit, & aſſignavit, &c.

Nec tamen refert, quod in ſupradictis beneficiis, inſtitutio Summo Pontifici ſub forma prædicta reſervatur: quia nec propterea ille tenetur, aut debet, ſervata forma Sacrorum Canonum procedere, ſeù alias ſervare formam, *cap. fin. de elect. in 6.* ſicut tenentur Ordinarii, ſivè alii Inferiores Collatores, jus inſtituendi habentes: nam, etſi verum ſit, quòd advenıente tempore vacationis, pro ea porrigatur Summo Pontifici ſupplicatio, quæ juxta ſtylum Datariæ Apoſtolicæ contineat admiſſionem præſentationis, ac petitionem inſtitutionis, nihilominus poſtmodum literæ Apoſtolicæ ſuper ea, ſub alia formula, quoad inſtitutionem prædictam per Cancellariam Apoſtolicam expediuntur, ut infra patebit.

Et cum hæc materia ſit nimis in Romana Curia frequens nè prædictæ ſupplicationis formula careant Tyrones, illam de more hìc ſubnectere viſum eſt, eo quo ſequitur modo, videlicèt.

30 *Beatiſſime Pater. Cum Abbatia ſecularis della Cæſareà nuncupatà, Eccleſia Hoſpitalis de Patientia Cæſareà, etiam nuncupata per quondam Annibalem Cæſareum, laicum Neapolitan. ex ſuis propriis, & laicalibus bonis fundata, & dotata, qua de jurepatronatus Laicorum ex hujuſmodi fundatione, vel dotatione exiſtit; & in cujus erectione, Apoſtolica Authoritate facta, cavetur expreſſè, quod ad illam, dum pro tempore vacat, perſona idonea, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per eundem Pontificem ad præſentationem hujuſmodi in illa inſtituenda, præſentari debeat, per obitum quondam Thomeanelli de Mercato, illius, dum viveret, ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam, de menſe Novembris proximè præterito, defuncti, vel aliàs certo alio modo vacaverit, & vacet ad præſens. Supplicat igitur humiliter S. V. devotus illius Orator Ioſephus, etiam Cæſareus, Clericus Neapolitan. unus ex dicta Abbatia compatronis V. I. D. qui ad prædictam Abbatiam, ut præfertur, vacantem, ab aliis illius compatronis Sanctitati Veſtræ infra legitimum tempus præſentatur, quatenus ſpecialem ſibi gratiam faciendo, Abbatiam prædictam, quæ in aliqua Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia Dignitas non eſt, & cura caret; ac cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c. CLXX. ducat. au. de Cam. ſec. comm. eſt val. an. non excedunt, ſivè promiſſo, ſivè alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeù per liberam reſignationem dicti defuncti, vel cujuſvis alterius de illa in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſequutionem, &c. vacet, etiam ſi devoluta, affecta, ſpecialiter, vel aliàs ex quavis cauſa in litteris, etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervata, litigioſo, cujus litis ſtatum, &c. exiſtat, eidem Oratori conferre, & de illa etiam providere dignemini de gratia ſpeciali; Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.* Fiat, ut petitur I. *Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & committatur Ordinario cum clauſula, ſi per diligentem, &c. Et verificato in primis, & ante omnia coram eo, dicto jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione hujuſmodi.* Fiat I. *Dat. Romæ apud S. Petrum, Vndecimo Kal. Ianuarii Anno primo.*

In litteris verò proviſionis deſuper expediendis, fit tantum mentio præſentationis, non autem inſtitutionis, in eiſque dicitur. *Nos volentes prædictum Ioſephum, qui, ut aſſeris, unus ex dilectis filiis modernis dicta Abbatia compatronis exiſtit, & ad eandem Abbatiam, ut præfertur vacantem, ab aliis compatronis hujuſmodi nobis infra legitimum tempus præſentatur, præmiſſorum meritorum intuitu, &c.* & Cancellaria Apoſtolica non loquitur de inſtitutione, ſed de collatione: prout ſervat, quoties ſit adeundus Papa a præſentato ad beneficium juriſpatronatus pro inſtitutione prædicta: quare, ſi prædictæ literæ expediantur in forma *Dignum*, ſeù commiſſaria, dicitur *authoritate noſtra conferas, & aſſignes, &c.* ſi verò in forma gratioſa, *conferimus, & providemus*, non autem *inſtituas, ſive inſtituimus*: nam collatio Papæ comprehendit in ſe proviſionem, electionem, præſentationem, confirmationem, & inſtitutionem, *tot. tit. ut benef. eccleſ. ſine dimin. conf. Clem. un.* juncta gloſ. *in verbo, conferantur, in fin. de rer. permut.* Jo. Andr. *in c. ex tenore, circa med. verſ. dic contra, de conceſ. præb.* Rebuff. *ſuper concord. §. ſtatuimus 2. ſub rub. de collat. in ult. gloſ.* Mandoſ. *ad reg. 33. qu. 4. num. 2.* Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 16. nu. 9.* Garc. *de benef. p. 1. cap. 9. num. 31.* & ſic proviſio Papæ ſufficit pro inſtitutione, prout fuit etiam dictum in una *Corton. Plebaniæ 1. Iulii 1633. coram Ghiſlerio*, impreſſa penes Rub. *dec. 228 n. 2.*

Unde parum refert, Papam ſibi reſervaſſe inſtitutionem, per illa verba, in litteris erectionis adjecta, nempè, *per nos ad præſentationem hujuſmodi, in forma ſolita inſtituendum*: quia nihilominus id non intelligitur de forma Inferioribus à Papà per Canones præſcripta, ſed loquitur de illa forma, qua ipſe uti conſuevit in proviſionibus, & collationibus beneficiorum juriſpatronatus; nam licèt collatio cadat

in be-

in beneficio libero, inſtitutio autem in beneficio juriſpatro-
natus, Addit. ad Buratt. *dec.*551. *n.* 14. ubi, quod inſtitutio
propriè convenit proviſioni factæ ad præſentationem patro-
norum, ut dixit Rota *in una Piſcien. Capella* 25. *Iunii* 1622.
coram Domino Merlino, nihilominus novum non eſt, neque
apud ſcribentes, neque apud ipſos Curiales, etiam mediocri-
ter verſatos ſub verbo *collationis* comprehendi etiam inſti-
33 tutionem, quę eſt quædam collatio beneficii, licèt non libe-
ra, facta præſentato per patronum, ut per Abb. *in cap. ex fre-
quentibus, n.*7. *de inſtit.*

Sicut neque pari modo refert, quod in erectione benefi-
cii, authoritate Apoſtolica facta, caveatur expreſſe,
quod ad illud, dum pro tempore vacat, perſona idonea
Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, & per eundem
ad præſentationem hujuſmodi in illo inſtituenda, præſen-
tari debeat, prout ex ſupradicta formula ſupplicationis pa-
tet; ac proinde, tempore illius vacationis in ſupplicatione
eidem Pontifici porrigenda, dicatur, *Supplicat N. Orator,
qui ad dictam beneficium, &c. ab illius patronis infra legiti-
mum tempus Sanctitati Veſtræ præſentatur*, quia nec pro-
inde hujuſmodi præſentatio facienda eſt coram Papa, qui
totius Mundi negotiorum mole preſſus, non poteſt vacare
receptioni hujuſmodi præſentationum; nec proinde præſen-
tatus debet ſenſibus corporeis ſe coram eodem Papa præſen-
tare, qui non poteſt ex præmiſſa ratione in ſimilibus actibus
ſe exhibere præſentem; qui propterea ſuis Officialibus hujuſ-
modi negotium demandavit: & ſic ſuccedit regula, qui per
alium facit, per ſeipſum facere videtur, *l.* 1. *§. ſi iuſſerim. ff. de
acquir. poſſeſſ.*

Unde videmus, quamplures ſupplicationes Papæ dire-
ctas, atque porrectas ſignari nihilominus per Prælatum ha-
bentem ab ipſo Papa facultatem ſignandi prædictas ſupplica-
tiones, etiam in privata ipſius Prælati domo: qui ita ſignat,
Conceſſum, ut petitur in præſentia D. N. PP. I. B. Coccino, licèt
dictas ſupplicationes non ſignet in præſentia ipſius Papæ:
cum ſic ſufficiat in Urbe ſignare, ubi adeſt Papa, vel intelligi-
tur de pręſentia ficta, circa quam Princeps fingere poteſt, *l. ſi
is, qui pro tempore, ff. de uſucap.* Pariſ. *conſ.* 44. *num.* 8. *volum.*
4. cum aliis adductis per Parti. *de reſign. benef. lib.* 8. *quæſt.* 7.
num. 80. & 81.

Quarè in his hic ordo ſervatur, ut hujuſmodi præſenta-
tiones, coram Papa, ex præſcripto fundationis, aut alias
non alio modo fiant, niſi, quod ſi patroni ſunt in Roma-
na Curia præſentent, præſtent eorum conſenſum, vel qua-
tenus ab ea abſentes, conſtituant procuratorem ad conſen-
tiendum; præſentando Oratorem coram Notario Cancel-
34 lariæ, vel Cameræ ad recipiendum conſenſus beneficiales
deputato, ac habenti ad id ab eodem Papa facultatem; quæ
quidem præſentatio perinde valet, atque ſubſiſtit, ac ſi
fuiſſet facta coram eodemmet Papa; etiam ſi in mandato di-
catur ad præſentandum coram Papa, vel ut etiam dici ſolet,
coram illius D. Datario; immò quandoque additur, vel
alio ad id poteſtatem habente; quare, ut etiam teſtatur
Vivian. *in prax. iuriſpatronat. lib.*6. *cap.*8. *ſub num.* 23. *ver-
ſic. & ſi fiet*, præſentatio in manibus Papæ fit per inſtrumen-
tum, & ſufficit conſenſus præſtitus in Cancellaria, vel
Camera, ut dictum eſt; & tunc valet etiam præſentatio
de abſente; & ita pluries habui in praxi: ac cum hujuſmo-
di præſentatio fieri debeat coram Papa, vel alio, eo mo-
do, quo ſupra dictum eſt, non requiritur ille ordo, quo uti-
mur, quando fit coram Inferiore, ſervata forma *cap. final.
de elect. in* 6. prout aliàs diximus; quarè conſenſus ſic in ma-
nibus prædicti Notarii præſtitus per patronos, habet vim
præſentationis. Rota *dec.*532. *nu.*4. *p.*2. *diverſ.* & fuit dictum
in una *Soran. Beneficiorum* 6. *Iunii* 1603. *coram bo. me. Cardi-
nale Pamphilio*, quam ad id refert Buratt. *dec.* 142. *n.* 5. & *dec.*
481. *num.* 8.

Formula autem præſtandi hujuſmodi conſenſum, ac præ-
ſentandi, necnon admittendi prædictam præſentationem,
qui extendi conſuevit à tergo litterarum Apoſtolicarum,
35 continentium beneficii prædicti collationem, talis eſt, vi-
delicet, *Anno incarnationis Dominicæ* 1644. *Die* 22. *De-
cembris, Domini Annibal, & Scipio, ac Iulius Cæſar,
necnon Ioſeph Ianuarius, & Dominicus Cæſareo fratres utrin-
que coniuncti, ad quos juſpatronatus, & præſentandi perſo-
nam idoneam ad retroſcriptam Abbatiam, ut prætenditur,
ſpectat, & pertinet per Dominum Henricum Godefridi pro-
curatorem eorum ad Abbatiam hujuſmodi, ut retro vacan-
tem, retroſcriptum Ioſephum, unum ex dicta Abbatia com-
patronis, Sanctiſſimo præſentarunt, præſentationique hu-
juſmodi, ac litterarum expeditioni conſenſerunt, &c.* Jo. Ant.
Ghezzius.

Et hoc modo, licèt præſentatio, & conſenſus hujuſmodi
fuerint recepti per Notarium ſupradictum, à Papa ad id de-
putatum, non tamen iſte actus attribuitur Notario, ſed Pa-
pæ, ad text. *in l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de off. eius, cui mand.
eſt juriſd.* & fuit dictum in una *Florentin. Parochialis coram
Comitulo, dec.*92. *num.* 12. ubi, quod coram Papa non fiunt
hujuſmodi præſentationes perſonales de ſtylo Curiæ omni-
bus noto; ſed conſenſus præſtitus à patronis proviſioni Apo-
ſtolicæ factæ ad eorum præſentationem, habet vim legitimę
præſentationis; & ſic non attenditur hoc modo, abſentia Su-
perioris, ſivè præſentati, ſi fiat præſentatio in Romana Cu-
ria pro obtinenda inſtitutione à Papa; cum ſatis ſit, quod de
conſenſu, modo præmiſſo conſtet; cum is habeat vim pręſen-
tationis, prout fuit etiam dictum in una *Spoletan. Capellania*
15. *Iunii* 1620. *coram Buratto*, teſte Lotter. *de re benef. lib.* 2.
*q.*6. *num.*49.

Prout quando præſentatio fit coram Papa, neque opus
eſt quod apponatur edictum, juxta text. *in d. cap. final. de
elect. in* 6. cujus diſpoſitioni non ſubjacet Summus Pontifex
ſicut aliàs diximus; ſed ad illius obſervantiam tenentur
omnes Inferiores, etiam ſi fuerit Legatus à latere in Pro-
vincia ſibi demandata, in qua tanquam Ordinarius repu-
tatur; nam licèt omnem poteſtatem, omneque imperium
recipiat pro Provincia ſibi commiſſa, ibique gerat vices Se-
dis Apoſtolicæ, *cap. mandata, de præſumpt.* & ſic ad ſimi-
litudinem Summi Pontificis, ut per Mandoſ. *reg.* 19. *quæſt.* 19.
num. 8. & 9. nihilominus, niſi etiam ipſe præmittat edictum,
inſtitutio facta de præſentato coram ſe, eſt ipſo jure nulla;
prout fuit dictum in una *Valent. Benefic.* 10. *Mart.* 1617. *cor.
Martino Andrea*, relata per eund. Lott. *d. li.* 2. *q.* 13. *n.* 42. & 43

Sicut etiam neque præſentatio coram Papa, eo modo,
quo dictum eſt, requirit ſpecialem actum acceptationis præ- 36
ſentationi, prout requiritur in præſentatione coram Inferio-
ribus facta, ut per Rocc. de Curt. *de jurepatron. verbo hono-
rificum, qu.*6. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.*83. Genuen. *in
prax. Archiep. Neapol. cap.*82. *num.* 2. cum aliis relatis per Vi-
vian. *de jurepatron. lib.*6. *cap.*7. *num.* 15. quia in ipſa ſupplica-
tione Papæ porrecta, aſſerit Orator, ſe fuiſſe infra legitimum
tempus pręſentatum, & unico contextu petit ſibi beneficium
conferri; quæ quidem petitio æquipollet ſpeciali acceptatio-
ni; unde non refert quid ex æquipollentibus fiat, *l. ſi mater*,
& ibi gloſ. *Cod. de impub. & aliis ſubſtitut.* Jaſ. *in l. ſi quis mi-
hi bona. §. ſed quid ſi mandavit, in* 2. *not. ff. de acquir. vel. omit. hæ-
reditat.*

Sequuta denique præſentati inſtitutione in beneficio ju-
riſpatronatus, poſſeſſio bonorum pro dote hujuſmodi be- 37
neficii aſſignatorum tranſit in inſtitutum per ſolam inſtitu-
tionem, vel adeptionem poſſeſſionis beneficii, ſine tradi-
tione, ac rerum apprehenſione; quandoquidem ipſo jure
cenſetur tranſlata illorum poſſeſſio Ancharan. *in reg. bene-
ficium num.* 12. *de reg. jur. in* 6. & *latius in reg. ſine poſſeſſione,
num.* 10. *in fin.* & *in ſeq. eod. tit.* Aretin. *in l. cum hæredes, nu.*
5. *ff. de acquir. poſſ.* Ratio enim eſt, quia Eccleſia non deſinit
poſſidere: etiam quod ſimus in proviſione Eccleſiæ, quæ va-
cat ab illius primæva erectione; quia ſic erecta, confertur
cum omnibus juribus eidem Eccleſiæ annexis, Innoc. quem
DD. ſequuntur in *cap. cum ſuper de cauſ. poſſ. & propriet.* &
in cap. in officiis, de teſtam. Affinct. *deciſ.*361. *num.*33. Pariſ.
*conſil.*24. *num.*5. *lib.* 1. Rot. *dec.*19. *num.* 7. 8. & 11. *p.* 2. *di-
verſ. & deciſ.*322. *num.*3. *p.* 1 *recent.* qua quidem poſſeſſio-
ne ſic ſtante, debet ex præmiſſis, ſi opus fuerit, dari Recto-
ri, ſeu beneficiato, mandato de manutenendo in poſſeſſio-
ne omnium Eccleſiæ bonorum: namque mortuo Prælato
vacat poſſeſſio Prælaturæ, non autem bonorum Eccleſiæ: 38
quia ipſa jam poſſidet, Lambert. *de jurepatron. par.* 3. *lib.*
2. *quæſt.* 11. *princip. fol.*1006. ubi, quod nedum poſſeſſio bo-
norum eſt apud ipſam Eccleſiam cujus ſunt bona, ſed etiam
apud Eccleſiam univerſalem: ex qua Chriſtus dicitur poſſide-
re, Abb. *in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſ. & propr. col.*4. *verſ. ad
ſecundam quæſtionem*, & dixit Bart. *in l. cum hæredes, in princ.
ff. de acquir. hæred.* quod novus Prælatus poſſidet bona Ec-
cleſiæ ſine nova apprehenſione: quia Eccleſia non de- 39
ſinit poſſidere, etiam mortuo Prælato, & intelligitur ipſo ju-
re, ſine aliqua apprehenſione, poſſeſſionem bonorum tran-
ſferri ad beneficiatum: quo mortuo, vacat tantum poſſeſ-
ſio Prælaturæ, & beneficii, non autem bonorum quæ ab
Eccleſia poſſidentur, idem Lambert. *d. q.* 11. *art.* 9. Rot. *deciſ.*
19. *num.* 11. *p.* 2. *diverſ.* Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 5. *num.*38. nam-

40 quę ſicut dictum eſt, de jure, dominium rerum Eccleſiæ, eſt penes ipſam Eccleſiam, adminiſtratio autem penes Prælatum, qui ſtatim ac nanciſcitur poſſeſſionem beneficii, cenſetur acquiſiviſſe poſſeſſionem omnium illius bonorum, Rot. *d. dec.* 19. *num.* 8. ubi hujus rei redditur ratio, nempe, quia poſſeſſio bonorum beneficii vacantis, eſt penes Eccleſiam, tanquam perſonam fictam, & repræſentatam: præterea, quia abſurdum nimis videretur, quod ſi ad acquiſitionem poſſeſſionis ſingulorum bonorum, & rerum, eſſet neceſſaria corporalis apprehenſio, difficilis quidem eſſet hujuſmodi poſſeſſionis acquiſitio, ſicut omnes fundi glebas circumambulare, ut dicit text. *l.* 3. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Ad capiendam autem poſſeſſionem beneficii, ſufficiunt 41 altaris oſculum, & alii actus, qui fiunt in Eccleſia; immò etiam per tactum annuli januæ Eccleſiæ clauſæ, acquiritur poſſeſſio, Natt. *conſil.* 563. *num.* 13. Ludoviſ. *deciſ.* 54. *num.* 2. quod ſi neque fieri poſſit ea aliqua cauſa, nempè, quia, ut plurimum contingere ſolet, præſertim in hoc Regno, in quo, ſivè Barones, ſivè alii ægrè ferunt collationes beneficiorum in perſonam Rectorum ſibi minimè gratorum; proindèque illorum poſſeſſionem, etiam cum armis ſatagunt impedire, tunc enim ſufficit ocularis inſpectio Eccleſiæ 42 beneficii: quia licèt ille modus apprehendendi poſſeſſionem, ſit à jure reprobatus, ut per Bart. *l.* 1. *in princ. verſ. ſed quid ſi exequantur, ff. de acquir. poſſeſſ.* Specul. *de primo, ſecundo decreto, verſic. iam de effectu poſt princ.* ut dicitur in una *Concordien. concurſus coram Pirovano* 18. *Martii* 1611. *quæ inter deciſ. crimin.* Farin. *eſt* 319. *num.* 2. nihilominus ibidem *num.* 2. dicitur quod ſtante impedimento per homines illius Plebis præſtito, dum armati aſſiſtebant, explorantes inſendere eos, qui ad accipiendam poſſeſſionem ſe conferebant, de quo atteſtabatur Notarius in eodem inſtrumento, benè poterat idem Notarius per aſpectum, aut alium modum fictum, eam poſſeſſionem tradere, per tex. *in l. cum unus, §. ultimo, cum l. ſequenti, ff. de bon. auth. iud. poſſid.* Bart. *in l.* 1. ubi etiam Aret. Alex. & Jaſ. *ff. de acquir. poſſ.* Abb. *in cap. cum aliquibus, num.* 5. *verſic. & ſigna illam limitationem de ſent. & re jud.* Unde Rota, ſtante hujuſmodi poſſeſſione conceſſit mandatum de manutenendo pro Rectore cujuſdam parochialis Eccleſiæ, licèt hujuſmodi impedimentum non probaretur, niſi per atteſtationem ejuſdem Notarii, ut in *d. deciſ. num.* 4. Et iſte modus fuit pluries in praxi ſervatus; ubi tamen alius non erat in poſſeſſione. Quod ſi beneficium non habet Eccleſiam, ſeu Capellam 43 materialem, nec nomen alicujus Sancti, & narrativa in gratia impetrationis ſit de nuda nuncupatione beneficii, fuit aliàs per Rotam decitum in una *Neapolitan. coram Cardinale Vyrili deciſ.* 181. *num.* 6. *diverſ. in recent.* quod dum proviſo Apoſtolico opponebatur, beneficium non habere Eccleſiam, ſeu Capellam: ac proinde poſſeſſionem fuiſſe captam in quadam maſſaria dicti beneficii, id ſufficere, & fuit dictum in una *Montis Regalis Iuriſdictionis*, impreſſa penes Marchel. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 38. ubi etiam, quod capta poſſeſſione Eccleſiæ principalis, cenſetur capta poſſeſſio Eccleſiæ ſubjectæ: ac proinde, cum in caſu ibi propoſito in erectione Archiepiſcopatus Montis Regalis, facta per Lucium III. Epiſcopatus Cathanien. ei fuerit aſſignatus pro ſuffraganeo, per adeptionem poſſeſſionis Archiepiſcopatus, tempore promotionis Archiepiſcopi, cenſetur capta poſſeſſio ſubjectarum, & annexarum, & fuit reſolutum in cauſa *Placentin. Decimarum Februarii* 1582. *coram Seraphino*. Quia beneficium habetur tanquam principale, & bona tanquam acceſſoria, quæ ſequuntur ſuum principale, Rot. *deciſ.* 330. *num.* 32. *diverſ. in recent.* Secùs verò, ſi apprehenſa fuerit poſſeſſio bonorum tantùm; quia ſi beneficium habet ſuam Eccleſiam, debet illius capi poſſeſſio, non autem dictorum bonorum, quorum capta poſſeſſio- 44 ne, non cenſetur capta poſſeſſio Eccleſiæ, ut fuit dictum in una *Mutinen. Canonicatus* 14. *Martii coram Cardinal. Lancellotto*: quia tunc acceſſorium non trahit ad ſe ſuum principale, idem Addit. ad Ludoviſ. *dict. deciſio.* 364. *eodem num.* 6.

Hæc tamen concluſio, nempè, quod capta poſſeſſione beneficii, cenſeatur etiam illius bonorum apprehenſa poſſeſſio, non habet locum, niſi reſpectu bonorum, & ju- 45 rium vacantium: non autem quoad bona, & jura per alium poſſeſſa, idem Addition. ad Ludoviſ. *deciſ.* 54. *num.* 2. nam, ubi apparet, quod Eccleſia vacante, ejus bona fuerint ab alio poſſeſſa, tali caſu debet illa agere ſpolio; licèt debeatur Eccleſiæ manutentio ratione civilis poſſeſſionis, quæ tamen ſolo animo ab illa retinetur, etiam mortuo Prælato, Cavaler. *deciſion.* 209. *numer.* 2. prout in una *Senen. Pontis Arrigi* 12. *Iunii* 1573. & 12. *Decembris* 1580. *coram Seraphino cum aliis deciſionibus ibidem allegatis*; & fuit etiam dictum in una *Bergomen. Prioratus* 28. *Ianuarii* 1594. *coram Cardinal. Blanchetto*, idem Addit. ad Ludoviſ. *deciſ.* 364. *numer.* 6. ubi, quod ſupradicta concluſio non procedit reſpectu bonorum, & jurium, quæ poſt vacationem, medio tempore, fuerunt ab alio occupata, ante adeptionem poſſeſſionis Eccleſiæ; tunc enim ceſſat prædicta manutentio in bonis à tertio occupatis, Rota *dict. deciſ.* 171. *numer.* 3. *part.* 2. & *deciſ.* 322. *numer.* 3. *part.* 2. *recent.* ſed procedit reſpectu bonorum, & jurium, in quorum poſſeſſione conſtat Eccleſiam fuiſſe; ſecùs verò reſpectu eorum, in quorum poſſeſſione non erat, vel poſſeſſio erat controverſa, ut fuit dictum in una *Piſtorien. Prioria* 13. *Martii* 1615. Addit. ad Buratt. *deciſio.* 80. *num.* 7. & 8.

Hinc infertur, quòd eo ipſo, quod movetur lis ſuper 46 beneficio, cenſetur mota, etiam ſuper poſſeſſione illius bonorum, & fructuum. licèt de ea nihil dicatur, ut probatur in *cap.* 2. *ut lit. pendent. in* 6. & tradit Calderin. *conſil.* 5. *tit. de præbend.* Satnen. *ſuper regul. de triem. quæſt.* 53. *numer.* 3. ubi ait, id adeò verum eſſe, quod ſi conventus ſuper titulo beneficii ſpoliatetur poſſeſſione; ad reſtitutionem ejus agere non poſſet, tanquam, quod pacificè poſſediſſet.

Prætereà notandum, quod licèt dominium rerum Eccleſiæ ſit penes ipſam Eccleſiam, adminiſtratio autem penes Prælatum, ſeù beneficiatum, ut dictum eſt, contingere etiam poſſet ex voluntate fundatoris, ſeu teſtatoris, ut ſaltem per aliquod tempus hujuſmodi adminiſtratio poſ- 47 ſit eſſe penes alium, ut eſt caſus in una *Lunen. Sarzanen.* impreſſa penes Farinac. *deciſio.* 579. *numer.* 1. *part.* 4. ubi teſtator, poſtquam nominavit beneficiatum, voluit, quod donec ipſe beneficiatus aſſumeret habitum Sacerdotalem, & quod decantaret miſſam novellam, Executores tenerentur officiari facere, & miſſam dici ſemel in hebdomada, ſumptibus hæreditatis: & poſtquam dictus beneficiatus veniret ad habitum Sacerdotalem, ſuamque miſſam novam cantaſſet, teneretur, & deberet dicere, & celebrari facere duas miſſas pro anima, &c. & quod donec veniſſet ad habitum Sacerdotalem, non poſſet aliquo modo ſe intromittere in aditione bonorum prædicti beneficii, niſi ad recipiendos illius fructus per manus fideicommiſſariorum: quo habitu Sacerdotali ſuſcepto, & miſſa decantata per ipſum beneficiatum, aditio bonorum ſtatim deveniat ad manus illius.

CAPUT VIII.

Praxis Erectionis Seminarii Puerorum Eccleſiaſtici, ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 23 cap. 18. de refor.

SUMMARIUM.

1 *SEminarii Eccleſiaſtici puerorum erectio, non ſervata forma Conc. Trid. eſt nulla.*
2 *Seminario nondum erecto Papa unit beneficia Eccleſiaſtica.*
3 *Seminarii erectio, ſub qua formula petitur à Papa.*
4 *Seminarium Papa erigit cum unione beneficiorum unico contexta.*
5 *Seminario ſub qua formula fit ab Epiſcopo unio beneficiorum.*
6 *Unionis ſuſpenſio non comprehendit factas vigore Concilii Tridentini.*
7 *Unionis beneficii ſuſpenſio, ſub qua formula detur in reſignationibus, à Cancellaria Apoſtolica.*
8 *Et quomodo petenda.*
9 *Et quod remedium adhibendum, ne ſuſpenſio prædicta locum habeat.*
10 *Seminarii taxa tenentur contribuere, etiam S.R.E. Cardinales.*
11 *Fructuum beneficiorum detractio, & Seminario applicatio, ex forma Concilii, debet præcedere unionem beneficiorum.*

12 *Seminario tenentur Hoſpitalia contribuere pro rata fructuum beneficii, illi annexi.*
13 *Necnon penſionarii.*
14 *Etiam de penſionibus reſervatis ante erectionem Seminarii.*
15 *Et quænam ratio, circa hoc, ſit ineunda.*
16 *Seminario non ſolvitur taxa ex diſtributionibus quotidianis.*
17 *Quinam contribuere non teneantur.*
18 *Seminario, taxam ſolvere recuſantes, quomodo compellantur.*
19 *Uniones beneficiorum, quo tempore fieri poſſint.*
20 *Et quænam cautela adhibenda pro validitate unionis.*
21 *Seminario non poteſt Epiſcopus unire Dignitatem, aut Canonicatum.*
22 *Sed à Papa uniri ſolent. Et afferuntur exempla.*
23 *Seminario uniri non poſſunt beneficia curata, habita tantum.*
24 *Unio beneficii Seminario facienda, non requirit conſenſum Capituli, ſed quatuor Deputatorum, ex Concil. Tridentino.*
25 *Et aliter facta, eſt nulla. Licet non teneatur Epiſcopus ſequi illorum conſilium, nu. 27.*
26 *Epiſcopo credendum in ſpectantibus ad ejus officium.*
28 *Seminarii quatuor Deputatorum electio fieri poteſt, etiam extra Synodum.*
29 *Conſenſus beneficiati non requiritur in unione beneficii, & quarè.*
30 *Conſenſus patronorum requiritur in unione beneficii de jurepatronatus, ſive clericali, ſive laicali.*
31 *Necnon Inferioris Collatoris, ſeu Electoris.*
32 *Seminario nondum erecto, an fieri poſſit applicatio taxa, & unio beneficiorum.*
33 *Et reſolvitur negativè, cum exemplis, & declarationibus Sacra Congregationis, & Rota deciſionibus.*
34 *Seminarii Collegium dici non poteſt, ante introductionem puerorum.*
Et refertur optima Rota deciſio, nu. 36.
35 *Seminarium non dicitur erectum ex emptione domus pro eo, & creatione Deputatorum.*
37 *Seminario legitimè erecto, facta unio beneficii, an expiret deficientibus poſtea Scholaribus.*
38 *Seminario quomodo poſſit Epiſcopus unire beneficia reſervata, juxta mentem Concilii Tridentini.*
39 *Uniri non poſſunt beneficia reſervata per regulas Cancellaria, neque ab Ordinario, neque ab Inferiore.*
40 *Unio de beneficio reſervato, tempore unionis, quomodo ſuſtineatur.*
41 *Unire non poteſt Epiſcopus beneficium devolutum ad Papam.*
42 *Unio beneficiorum, non ſolo verbo, ſed ſcripturis authenticis facienda.*
43 *Unire an poſſit Cardinalis Epiſcopus beneficia, duplici reſervatione affecta. Et deciſio Rota proponitur.*
44 *Et pro nullitate unionis proponitur Motus proprius Urbani Papa VIII.*
45 *Seminario, an poſſint uniri beneficia per Epiſcopum obtenta ante ſuam promotionem.*

POſtquam de Parochialium Eccleſiarum in Sæculares, & Collegiatas; necnon ipſarum Parochialium de per ſe, ac ſucceſſivè aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, tum liberæ collationis, tùm jurispatronatus, aliorumque piorum locorum erectionibus, egimus, quæ plures circa hanc praxim continent partes, non incongruum, etiam ſubnectere viſum eſt, quid circa erectionem Seminarii puerorum Eccleſiaſtici, ex præſcripto Sacri Concil. Trid. ſervetur, pro illius validitate, & obſervantia illius formæ ex *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de reform.*

Et quidem, jam ex eodem Concil. *loc. citato* deſumitur forma illius erectionis; adeò, ut ea non ſervata, corruat erectio; potiſſimum verò, ſi illius ordo pervertatur, circa erectionem ipſam, necnon detractio- 1
nem taxæ Eccleſiarum, & Capitulorum earumdem, ac unionem beneficiorum; & alia ad id requiſita; tunc enim, cum nihil poſſit Epiſcopus, ad Summum Pontificem eſt omninò recurrendum; qui non ligatur decretis ſupradicti Concilii, ſicut Epiſcopus: ipſe namque
Pontifex prædictam erectionem, ac unionem facit, pro- 2
ut ſibi videbitur; & teſtatur Addit. ad Ludoviſ. *deciſ.* 258. *num.* 10. *verſic. illud autem*, ubi, quod licèt unio fieri non poſſit Seminario nondum erecto, hoc procedit in unione facienda ab Inferiore, non autem à Papa; qui poteſt etiam huic Collegio, licèt nondum erecto, ſed erigendo, unire beneficia, prout fuit dictum in una *Portugalen. Unionis* 6. *Martii* 1598. *coram Orano*, & prius in eadem coram *Juſto* 17. *Aprilis* 1595. & patet in praxi ex ſequenti formula Supplicationis Papæ, de more Curiæ, porrigenda pro hujuſmodi erectione, tenoris ſequentis, videlicet.

3 *Beatiſſime Pater. Cum in Civitate N. nullum Seminarium puerorum Eccleſiaſticum juxta Sacri Concilii Tridentini decretorum diſpoſitionem, erectum, & inſtitutum exiſtat, adoleſcentiumque ætas, niſi rectè inſtituatur, boniſque moribus, & diſciplinis imbuatur, ad quaſcunque mundi voluptates amplectendas prona exiſtat; & niſi à teneris annis ad pietatem, religionemque informetur, antequam vitiorum habitus totus, eos poſſideat, nunquàm perfectè, ac ſine maximo, & ſingulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret; & pro eorumdem decretorum complemento, ſi in dicta Civitate unum Seminarium puerorum Eccleſiaſticum, pro uno illius Rectore, & competenti adoleſcentium numero, qui grammatices, cantus, computus Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam, ſacramque Scripturam, libros Eccleſiaſticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confeſſiones videbuntur opportuna, ac rituum, & cæremoniarum formas ediſcere debeant, & teneantur, perpetuò erigeretur, & inſtitueretur, illique ſic erecto, & inſtituto, pro ejus dote, illiuſque Rectoris, & Scholarium ſuſtentatione, perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione Sancti N. in Eccleſia N. prædictæ civitatis, cum primùm illud vacare contingeret, etiam perpetuò uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profectò ipſi adoleſcentes ad falſas hæreticorum opiniones, hac maximè tempeſtate vigentes, refutandas, & reprimendas, ac ad Sacros Ritus, & cæremonias faciendas promptiores redderentur, divinique cultus augmento, & Reipublicæ Chriſtianæ, dictorumque Rectoris, & Scholarium congrua ſuſtentationi, ac dictæ Civitatis decori, venuſtati, ac ornatui, etiam cum illius Civium, & incolarum ſpirituali conſolatione plurimùm in Domino conſuleretur. Supplicat igitur humiliter Sanctitati Veſtræ devotus illius Creatura N. modernus prædictæ Civitatis Epiſcopus, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, eumque ſpeciali gratiæ favore proſequendo in dicta Civitate N. unum Seminarium puerorum Eccleſiaſticum, pro unius illius Rectoris, & competentis numeri adoleſcentium perpetui uſu, & habitatione, qui grammatices, cantus, computi Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam, Sacram Scripturam, necnon libros Eccleſiaſticos, atque homilias Sanctorum, utque ut præfertur Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confeſſiones audiendas videbuntur opportuna ac Rituum, & cæremoniarum formas ediſcant, perpetuò erigere, & inſtituere; illique ſic erecto, & inſtituto, pro ejus dote, illiuſque Rectoris, & Scholarium ſuſtentatione, prædictum beneficium, cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus L. ducatos auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedunt, cum primum illud per ceſſum, vel deceſſum, etiam ex cauſa permutationis, &c.* prout in formula unionis, & proſequitur, *illiuſque fructus, &c. prædicto Seminario; ita quod liceat illius Rectori, & Scholaribus pro tempore exiſtentibus per ſe, vel alium, ſeù alios, etiam dicti Seminarii nomine, ſeù nominibus, propria authoritate, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dicti beneficii, illorumque fructus,*

fructus, &c. libere apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, eoſdemque fructus, &c. percipere, exigere, & levare, ac in ſuos, & dicti Seminarii uſus, & utilitatem convertere; cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita, itidem perpetuò applicare, & appropriare; necnon erectionem, & inſtitutionem, applicationem, & appropriationem præfatas, ac deſuper conficiendas litteras de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, ſeù invalidari, &c. unquam poſſe, &c. ſicque per quoſcunque Iudices, &c. judicari, &c. irritum, &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus, &c.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et cum clauſula, Ad perpetuam rei memoriam.

Quo verò ad erectionem eandem, ab Ordinario faciendam, ex præinſerta formula poteſt faciliimè modus deſumi, paucis mutatis, ſivè additis, prout facti qualitas ſuadebit.

Ex eadem inſuper ſatis patet, quod licet dicta erectio Seminarii omnino præcedere debeat, ac ſubinde, ad taxam, & unionem beneficiorum Eccleſiaſticorum deveniri, nihilominus Papa, unico contextu, erigit, cum
4 unione; quandoq; verò cum ſuppreſsione beneficiorum, & eorundem fructuum eidem Seminario applicatione, prout alias ſuppreſsit ex legitima cauſa duo Monaſteria monialium, illorumque fructus, &c. Seminario applicavit, &c. & ſic de ſingulis.

Et cum, ut ſupra dictum eſt *num.* 2. & infra ſuo loco dicetur, prius debeat erigi Seminarium, ſubindeque ab Ordinario fieri applicatio taxæ, ac unio beneficiorum, ex ordine litteræ, & præſcripto ſupradicti Concilii Tridentini *loc. cit.* proinde unionis formula ab ipſo Ordinario faciendæ hic ſubnectere placuit, quæ talis eſſe poteſt, videlicet.

N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N.

Die &c. in Epiſcopali Palatio N. & in Camera ipſius Reverendiſſimi Domini N. Epiſcopi N. ac coram ibidem inſimul convenientes admodum RR. DD. N. & N. ac N. & N. omnes ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini Deputati
5 *pro regimine, adminiſtratione, ac manutentione rerum, & bonorum Collegii Seminarii puerorum Eccleſiaſtici ſupradictæ Civitatis, per bonæ memoriæ N. tunc Epiſcopum prædeceſſorem ſuum, ac pro eiſdem pueris in eo alendis, eorumque neceſſitatibus de more ſublevandis, necnon pro mercede Magiſtrorum Grammatices, Cantus, ac computi Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinæ, cæterorumque etiam in eo inſervientium, idem Epiſcopus N. cum conſilio eorundem DD. Deputatorum animadvertens, annuos redditus, & proventus hactenus per ſupradictum Epiſcopum prædeceſſorem, ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis N. ac illius Capituli pro ſuſtentatione decentis numeri Alumnorum prædicti Collegii, etiam ex unione quorundam beneficiorum eccleſiaſticorum per dictum Epiſcopum prædeceſſorem facta, ac pro cæteris expenſis in eodem Collegio ſubminiſtrandis, minimè ſufficere, et ob eorundem fructuum tenuitatem, ac diminutionem, prædictum Collegium penè deſtitutum exiſtere. Proinde vacantibus ad præſens in hac Civitate, et Diœceſi tria perpetua ſimplicia beneficia eccleſiaſtica, nullibi perſonalem reſidentiam requirentia, ſub invocationibus videlicet Sanctorum N. N. et N. idem Reverendiſſimus Epiſcopus præmiſſorum intuitu illa per obitum illorum ultimorum poſſeſſorum extra Romanam Curiam nunc vacantia, necnon alia duo ſimilia beneficia eccleſiaſtica, nempè Sanctorum N. et N. loci N. hujus Diœceſis N. quæ ad præſens N. et N. obtinent, per eorundem ceſſum, vel deceſſum, aut aliàs quocunque alio modo vacabunt, etiam ſi ultima dicta duo beneficia hujuſmodi, tempore illorum vacationis fuerint Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſeù affecta, juxtà formam ejuſdem Sacri Concilii, ex nunc, prout ex tunc, cum illorum vacationis caſus occurret; eorundem beneficiorum omnium fructus, redditus, & proventus cum omnibus juribus, & actionibus ſuis eidem Collegio, authoritate ejuſdem Sacri Concilii, ac etiam ſua ordinaria, & aliàs omni alio meliori modo univit, annexuit, incorporavit, & applicavit, ſine tamen, quoad ultimo dicta beneficia, divini cultus detrimento, ac illa obtinentium præjudicio. Itaut, tàm ſupradictorum beneficiorum nunc vacantium, quàm aliorum duorum vacaturorum eorundemque omnium fructuum, redditnum, proventuum, ac jurium quorumcumque iidem Domini Deputati, illico, & immediatè poſt illorum vacationem, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeù alios, vigore præſentis decreti unionis, annexionis, incorporationis, & applicationis, apprehendere, & apprehenſum, nomine dicti Collegii, perpetuo retinere: eorundemque beneficiorum omnium fructus hujuſmodi in utilitatem, commodum, ac neceſſitates prædicti Collegii, abſque ulteriori prædicti Reverendiſſimi Epiſcopi, aut ſucceſſorum ſuorum licentia, vel decreto, convertere liberè, & licitè poſſint, & valeant, decrevit: præſentibus ibidem N. N. N. pro teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula adhibitis, atque rogatis.*

Conſimilem formulam habes in *primo Concilio Provinciali Mediolanen. tom. 1.* qua uſus eſt glorioſæ memoriæ S. Carolus Borromæus, ſub *tit. de Seminario Clericorum fol. 13. in act. Eccleſ. Mediolan.*

Præter ſupradictum decretum unionis, ſolent quandoque Epiſcopi ſuper ea conficere etiam litteras patentes, quas non puto ſimpliciter neceſſarias, ſed ſufficere prædictum decretum, adhibitis Notario, & teſtibus. Si tamen Epiſcopus voluerit dictas litteras expedire, poſſent illæ concipi ex iis, quæ in dicto decreto continentur.

Quo verò ad beneficia Eccleſiaſtica, quæ per Ordinarium, nec conferri, nec uniri poſſunt, obſiſtentibus reſervationibus Apoſtolicis, ut etiam infra dicetur, pro illorum unione recurritur ad Papam, à quo aliàs petita fuit unio ad favorem Seminarii Surrentini, Abbatiæ Monaſterii S. Petri, Ordinis S. Benedicti, quod erat commendatum Epiſcopo Bojanen. cujus fructus ad florenos triginta tres cum dimidio unius tertii ſimilis florent, in libris Cameræ taxati reperiuntur; prout in litteris dictæ unionis factæ per fel. record. Sixtum V. de anno 1585. Quinto idus Januarii, anno primo.

Poſt ſupradictam unionem ſic, ut præfertur factam, idem Epiſcopus Bojanen. ſupradictum Monaſterium reſignavit cum penſione ad favorem Fabii Caraccioli, in manibus Clementis VIII. qui in reſignatione ſuſpendit dictam unionem, prout in his, & ſimilibus caſibus ſæpè contingere ſolet; ex eo namque movetur Papa ad ſuſpendendum dictas uniones in reſignationibus ad favorem, quia inde parum præjudicii reſultat, quinimmò tales reſignationes magis proficuæ reddi poſſunt; prout infra dicetur.

Hanc verò nactus occaſionem, monitos volo novos Curiales, in quacumq; quantumvis generali ſuſpenſione unionum, quæ per Summum Pontificem dari conſuevit in reſignationibus ad favorem, de beneficiis jam antea unitis, nunquam venire ſuſpenſionem beneficiorum unitorum in vim decretorum Concilii Tridentini; niſi de illis fiat expreſſa mentio; prout tenent etiam peritiſſimi Curiales; ipſa verò ſuſpenſio, quando datur, ita per Cancellariam extendi conſuevit, videlicet. *Et per nos quaſcunque ſpeciales, vel generales, etiam mentales, ac perpetuas, & temporales uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes,*

cationes, expectativas, & alias gratias preventivas, necnon abſque conſenſu, Coadiutorum deputationes, & nominationes, ac citra acceſſus, & regreſſus, facultates, litteras, conceſſiones, mandata, & indulta quæcunque quomodolibet conceſſas, & conceſſa hactenus ad effectum tamen præſentis reſignationis dumtaxat, ſuſpendendo, ac in præſenti reſignatione hujuſmodi, locum ſibi vendicare non poſſe, neque debere decernentes.

Et in termino ſuſpenſionis unionis Seminario factæ, praxis ea eſt, ut aliquo modo de hujuſmodi unione fiat mentio in ſupplicatione, quàm diverſimodè fieri obſervavimus; vel nimirum, quod reſignatarius in diſpoſitiva ſupplicationis dicat, *ſupplicat igitur humiliter S. V. dictus Orator, quatenus, &c. ſpecialem gratiam faciendo, unionem de dicto beneficio, Seminario puerorum Eccleſiaſtico Civitatis N. ordinaria, ſeu Apoſtolica authoritate factam, illiuſque vim, & effectum hac vice ſuſpendendo, ex hujuſmodi vacatione effectum hujuſmodi ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe, neque debere decernendo, reſignationemque hujuſmodi admittendo, &c.* Vel etiam ſupradicta ſuſpenſio petitur in clauſulis non obſtantiarum in calce primæ partis ſupplicationis, nempè, *Non obſtantibus prætenſa unione de dicto beneficio, Seminario puerorum eccleſiaſtico Neapolitan. ordinaria, & ſeu Apoſtolica authoritate, ut prætenditur, factam, quàm, illiuſque effectum, ad effectum præſentis reſignationis ſuſpendere placeat, aliiſque præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, &c.* Aliàs enim ſi de unione Seminario facta, non fuerit habita ſpecifica mentio, illa non comprehenditur in generali ſuſpenſione. Imò plures vidi hujuſmodi ſuſpenſionis petitionem, etiam pro prima vice denegari; ne contingat numquam ferè uniones prædictas ſortiri eorum effectum; nam ſi beneficium ſic unitum de uno in alium reſignetur, datetur proceſſus in infinitum; cum beneficium jam unitum, per plures manus ambularet, ut optimè ait Oldrad. *conſ. 257. num. 43.* & ſi ſemper per reſignationem peterentur fieri uniti beneficii collationes, cum dicta ſuſpenſione unionis, prædicta unio redderetur fruſtratoria, præter mentem Papæ, qui eatenus concedit dictas ſuſpenſiones, quatenus credit, per hujuſmodi reſignationem cujus unionem ſortiri effectum; cum contingere poſſit, quod reſignatarius præmoriatur reſignanti, ut ſæpè evenire ſolet.

Vidimus etiam hujuſmodi unionis ſuſpenſionem dari ſub ſequenti forma, videlicet. *Et cum opportuna ſuſpenſione, ac derogatione, vel quatenus opus ſit, diſſolutione, ac revocatione, caſſatione, & annullatione cujuſcunque unionis, & incorporationis de dicto beneficio, cum primum illud per ceſſum, vel deceſſum dicti N. aut aliàs quovis modo vacare contigerit, ex nunc, prout ex tunc ex ea die, & è contra, per tunc exiſtentem Epiſcopum N. aut quoſcunque alios, etiam vigore, ſeu prætextu decretorum Concilii Tridentini, aut aliàs quomodolibet Seminario puerorum eccleſiaſtico N. forſan factam, cujus tenor pro expreſſo habeatur; ità ut in vacatione hujuſmodi, effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſit, neque debeat, ac irritum, &c.*

Ad reſecandas tot reſignationes cum dictis ſuſpen-
9 ſionibus, ſcio aliàs Seminarii Deputatos egiſſe cum beneficiato, ut beneficium ſic unitum, ad favorem prædicti Seminarii reſignaret, etiam cum reſervatione penſiones, ſuper fructibus prædicti beneficii æquivalentis, ſivè pro ipſo reſignante, ſivè pro alia perſona ſibi beneviſa, ut ſequeretur effectus prædictæ unionis, & ſic fuit ablata occaſio tot reſignationum ob favorem in præjudicium Seminarii.

Ex formulis verò ſuperius ſic inſertis, nulla modò veniunt in praxi adnotanda, etiam prædicti Concilii ordinem proſequendo *d. ſeſſ. 23. cap. 8.* videlicet, ibi, *Et quia ad Collegii fabricam inſtituendam, ac ad mercedem præceptoribus, & Miniſtris ſolvendam, & ad alendam juventutem, & ad alios ſumptus, certi redditus erunt neceſſarii, ultra ea, quæ ad inſtituendos, vel alendos pueros, &c. ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcunque Dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, Prioratuum cujuſcunque ordinis, &c. necnon beneficia aliquot ſimplicia, &c. applicabunt, etiamſi ſint reſervata, vel affecta; nec per reſignationem ipſorum beneficiorum uniones, & applicationes ſuſpenai, &c.*

Ac proinde dicendum eſt, quod Epiſcopus debet primum ex ſuæ, & Capituli menſa contribuere Seminario, ac poſtea alios cogere, ut exemplo illius contribuant: quod ſi ille in hujuſmodi erectione, negligens fuerit, vel ſuam portionem denegaverit, ſupplebit Metropolitanus hanc ſuam negligentiam, ut in d. Concil. Trid. *d. cap. 18.*

Porrò, ad hujuſmodi contributionem tenentur etiam 10
S. R. E. Cardinales de fructibus beneficiorum, quæ habent in illa Diœceſi, in qua Seminarium erectum eſt, ac omnes, qui in eodem Concilio nominatim excepti non ſunt.

Exigitur namque pro forma, ut præcedat detractio fructuum de menſa ipſius Epiſcopi, & aliorum beneficiorum 11
ſuæ Diœceſis, ad præſcriptum prædicti Concil. ut cenſuit Rota in una *Averſan. Beneficiorum 3. Junii 1666. coram Cardinale Sacrato, & dec. 361. nu. 7. p. 2. recent.* niſi fortè loco illius diſmembrationis à propria menſa, Epiſcopus pinguius mentem Concilii adimplevìſſet, aſſignando pecunias, redditus ex proprio patrimonio, ut fuit reſponſum per Sacr. Congreg. *in una Tiraſonen. unionis de anno 1610.* teſte Barboſ. *in addit. ad alleg. 77. nu. 2.* namque omiſſa detractione fructuum menſæ Epiſcopalis, & Capitularis, ac cunctorum beneficiorum Diœceſis, prout dictum Concil. pro forma requirit, vel aliàs, forma prædicta non ſervata, unio de facto fieret, ut declaravit *Sacra Congregatio Concil. in d. Averſana Beneficii*, ubi fuit reſolutum, quod unio ſit nulla, ſi detractio fructuum non præceſſit, ut per Gonz. *gloſ. 5. §. 7. ſub num. 75. verſ. Ac etiam*, & in una *Piſaurien. Beneficiorum penes* Cavaler. *deciſ. 472. nu. 2.* fuit dictum, quod præcedere debent exiſtentia Seminarii ante unionem, & diſmembratio fructuum pro ſuſtentandis pueris Seminarii; quæ duo neceſſariò concorrere debent pro ſuſtentanda unione facta eidem Seminario, ex aliis deciſionibus ibi etiam allegatis, & prout infra dicetur.

Ita pariter Hoſpitalia, quæ dantur in titulum, vel admi-
niſtrationem, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus, 12
aut proventus eccleſiaſticos, etiam tenentur ſolvere, Zerol. *in praxi Epiſc. verbo, hoſpitale, verſ. decimum dubium*, ubi ait, ita declaraſſe Sacram Congregationem, idem Barboſ. *d. alleg. 77. num. 6.* qui *num. 9.* ait, hoſpitale unius Diœceſis habens beneficium annexum, quod eſt alterius Diœceſis, teneri contribuere pro rata fructuum beneficii annexi Seminario, quod eſt in Diœceſi, in qua ſitum eſt beneficium.

Similiter Confraternitates, Capellæ, & Scholæ habentes redditus Eccleſiaſticos, etiam intra regularium Eccleſias exiſtentes, nam tenentur Seminario contribuere, idem Barboſ. *loc. cit. nu. 10.* qui ita ait fuiſſe declaratum per dictam Sacram Congregationem.

Necnon penſionarius tenetur contribuere Seminario;
cum penſio apponatur ſuper fructibus, & redditibus benefi- 13
cii pro rata penſionis, eo modo, quo tenetur ad alia onera impoſita, reſpectu fructuum beneficii, Gigas *de penſ. quæſtio. 38. 59. 60. & 90. & conſ. 117.* Rebuf. *de pacific. poſſeſſ. num. 138.* Navar. *conſil. 1. de Eccleſ. ædific.* Mohed. *deciſ. 4. de locato*, Put. *deciſ. 386. lib. 2.* Marchet. *de commiſ. par. 2. cap. 4. de commiſſ. appellat.* & alii, quos refert Garc. *de benef. p. 1. cap. 5. num. 171. & in addit. ibid.* ubi, quod Sacra Congregatio declaravit, & cenſuit, hujuſmodi contributionem habe-
re locum, etiam in penſionibus reſervatis ante erectionem 14
Seminarii, & refert aliam declarationem, ſic dicentem, *An decretum Concilii cap. 18. ſeſſ. 23. verſ. Ad hanc autem portionem, habeat locum, ſivè Seminaria erecta ſint ante reſervationem penſionum, ſivè poſt, Congregatio cenſuit, habere locum; ideo beneficiatum compellendum eſſe pro penſione, quam ſolvit, quamvis Seminarium erectum fuerit poſt penſionis reſervationem, ſed beneficiatum poſſe retinere pro rata quicquid occaſione penſionis ſolverit Seminario. Et 30. Martii 1594. Congregat. Concil. cenſuit, titularem, occaſione contributionis per eum facta Seminario, non poſſe detrahere ex penſione, quam ſolvit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, ad quam ipſe titularis contribuit.*

Et aliàs eadem Sacra Congregatio declaravit, ut ſequitur, *In taxa Seminario pro penſionibus ſolvenda, ea ineunda eſt ratio, ut primum inquiratur quanta ſit taxa antiqua* 15
unius decimæ, cujus taxæ partem dimidiam beneficiatus perſolvit: ex penſionibus vero retinebitur proportionabiliter, habito reſpectu ad verum valorem beneficii, & taxam perſolutam, hoc modo videlicet, ſi beneficium in taxa eſt, pro decima integra, puta ſcutorum ſexaginta, triginta quidem à beneficiato

neficiato Seminario perſolventur, quæ ſunt pars dimidia decima. Attendatur poſtea ad valorem beneficii, nempè ſcutorum nongentorum, penſio fingatur ſcutorum ſexcentorum; atque ita ex triginta Seminario ſolutis, Beneficiatus nomine penſionis viginti, reliqua ex portione beneficii præſtabit, idem Garc. *loc. cit. nu.* 176.

16 De diſtributione verò quotidianis non ſolvitur taxa aliquo Seminario, Mandoſ. *conſ.* 15. *num.* 2. *& ante num.* 5. ubi quod Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. de contributione facienda Seminario, non comprehendit hujuſmodi diſtributiones, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. numer.* 171. Barboſ. *loc. citato num.* 13. Contributio namque ſupradicta debet fieri de fructibus beneficiorum; ut diſponit dict. Concil. *loco citato* diſtributiones autem non computantur in fructibus beneficii, Rot. *deciſ.* 7. *de præb. in nov.* Caputaq. *deciſ.* 65. *nu.* 3. *par.* 1. Zerol. *in dicta praxi epiſc. verbo, diſtributiones, verſ. ad quintum*, ubi in terminis hujuſmodi contributionis, ita ait, eandem Sacram Congregationem cenſuiſſe.

17 Præterea, ab hujuſmodi contributione eximuntur Collegia, & Monaſteria Mendicantium ex eodem Concil. *d. cap.* 18. quorum nomine veniunt Monaſteria Ordinum S. Dominici, S. Franciſci, ac Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, ac Servorum B. Mariæ, ex declaratione Pii V. quæ incipit, *Romanus Pontifex* 1. *Octobris* 1568. necnon Patres Societatis Jeſu, idem Pius V. in ſua conſtitutione, quæ incipit *Indefeſſa* 7. *Iulii* 1571. S. Franciſci de Paula, ex eodem Pio V. Conſtitutione, quæ incipit *Apoſtolica*, 9. *Novembris* 1567 Necnon Congregat. Jeſuatorum, Clemens VIII. Conſtitutione, quæ incipit *Romano Pontifici* 20. *Auguſti* 1603. & antea idem Pius V. Conſtitutione, quæ incipit *Romanus* 29. *Novembris ejuſdem anni* 1567. ac Carmelitarum Diſcalceatorum, ut idem Clemens declaravit, Barboſ. *d. alleg.* 74. *numer.* 14. *cum plurib. ſeqq.* atque omnes, & ſingulæ perſonæ in beneficiis Sancti Joannis Hieroſolymitani exiſtentes, pariter à Seminario contributione eximuntur in qualibet Civitate, tàm erecti, quàm erigendi, ex eodem Concilio, ac Conſtitutione Gregorii XIII. quæ incipit, *Quo magis*, *ſub Dat.* 23. *Martii* 1580. Præterea declaravit *S. Congreg. ejuſdem Concilii. A contributione Seminarii nullum eſſe exemptum, niſi qui nominatum à Concilio exprimuntur* 11. *Ianuarii* 1601. teſte Barboſ. *in collect. Bull. verbo. Qui Seminario contribuere teneantur*, *fol.* 633. & alia declaratio,
18 ſic ait, *Seminario taxam ſolvere recuſantes, poteſt Epiſcopus punire, interdicendo, & alia graviora juris remedia adhibendo*, prout in una *Marſicana*, idem Barboſ. *loco citato verſ.* 4. Et alia, *Seminario contribuere tenentur Eccleſiæ ſæculares, quæ non ſunt de menſa Monaſteriorum, licèt ad eorum inſtitutionem, & collationem pertineant, in una Caputaq.* 23. *Iunii, &* 4. *Februarii* 1593. idem Barboſ. *loc. citat. verſic.* 5.

19 Inſuper, circa beneficiorum uniones eidem Collegio faciendas, illæ etiam diverſis temporibus fieri poſſunt, ſecundum caſuum contingentiam, & ſic non tantum ſtatim poſt illius erectionem, verum etiam omni futuro tempore; veluti, ſi tractu temporis, illius redditus ſunt adeo diminuti, ut ad victum Scholarium, aliaque in eo onera ſubeunda minimè ſufficiant, ſicut jam in ſupraposita formula unionis ab Ordinario factæ apparet, vel etiam ſi idem Collegium, ingentem puerorum numerum habens, egeat majoribus proventibus, ſivè redditibus, illi proinde uniendo alia beneficia, quæ eidem uniri poſſunt, tàm tempore unionis vacantia, quàm in futurum vacatura.

Quæ quidem uniones non oſcitanter fieri debent; quandoquidem, (ſicut non ſemel experientia compertum eſt) contingere ſolet, quòd ſi poſt unionem prædictam de beneficiis, præſertim vacaturis, illa vacabunt in menſe reſervato, ſeù aliàs Sedi Apoſtolicæ affecta reperientur, niſi in Dataria conſtet de hujuſmodi unionis validitate, ipſa beneficia conferuntur per Summum Pontificem; potiſſimum verò ſi appareant, aut aliquo modo deprehendatur, fuiſſe unita poſt illorum vacationem; indeque oriatur aliqua Antidatæ ſuſpicio. Quarè in decreto hujuſmodi unionis
20 ad ipſam fraudis ſuſpicionem excludendam, optimum erit adhibere teſtes, prout in formula ſuperius allata, qui non ſint ipſius Epiſcopi familiares, aut domeſtici; & occurrente eorundem beneficiorum unitorum vacatione in menſe reſervato, Epiſcopus, qui legitimè univit, de hujuſmodi unione, & vacatione, certiorem reddat D. Datarium, ei tranſmittendo ſcripturas, prædictam unionem concernentes; quibus perſpectis, atque examinatis, ſi ex illis appareat, unionem fuiſſe validam, reiicit ſupplices libellos Summo Pontifici porrectos pro impetratione prædictorum beneficiorum ſic unitorum; ſi verò aliqua ex ſcripturis prædictæ unionis, ſuſpicio dignoſcatur exoriri per quam deprehendatur nullitas unionis, beneficia ſic nulliter unita, conferuntur ab ipſo Pontifice. Inter alias verò ſuſpiciones nullitatis unionis, eam præcipuè obſervant in Dataria Apoſtolica, quæ ex Antidata litterarum dictæ unionis, poteſt conîici, quæ cadere poteſt, ita in unionibus, ſicut in collationibus beneficiorum Inferioris, ſicut jam aliàs diximus; niſi decretum, ſeù inſtrumentum unionis fuerit in publica forma confectum, cum ſubſcriptione teſtium, ad id adhibitorum, ac aliis ſolemnitatibus; aliàs etenim non benè probat unionem, etiam ſi ſuper ea fuerint confectæ litteræ patentes Epiſcopi, cum illius ſigillo, ac ſubſcriptione, etiam Secretarii, aut Actuarii, & licèt ex ſupradicta formula decreti, cùm teſtibus ibi deſcriptis, ſatis conſultum validitati prædictæ unionis dignoſcatur, nihilominus vidi per peritiſſimos Epiſcopos ſervari, quod de prædicta unione fiat publicum inſtrumentum cum teſtibus ſe ſubſcribentibus; ac ſubſcriptione Epiſcopi, illiuſque Actuarii, ad evitandam fraudis ſuſpicionem, ut ex ſuperiori formula hujuſmodi inſtrumenti apparet, & in materia collationis docet Gonz. *ad reg.* 8. §. 3. *proœm. num.* 146. *cum pluribus ſeqq.* & Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 23. *numer.* 10. *cum pluribus ſeqq.*

Nec tamen, pro hac praxi prætermittere viſum eſt, circa illud, quod per dictum Concilii decretum, ſtatutum eſt, nempè, quòd Epiſcopus, & fructibus menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcunque Dignitatum, perſonatuum, Officiorum, & præbendarum, &c. partem aliquam detrahat, &c. huic Collegio applicabit, hæc applicatio non extenditur ad unionem hujuſmodi Dignitatum, ac Cano- 21
nicatuum dicto Seminario faciendam, quæ nullo modo Epiſcopo permittitur, prout à Papa uniri ſolent; ſicut etiam ejuſdem authoritate legimus fuiſſe eidem Seminario aliàs 22
unitos nedum Canonicatus, verùm etiam Dignitates, prout in quibuſdam notabilibus Datariæ Apoſtolicæ adnotatum reperitur; ubi Epiſcopo Auguſtan. conceſſum fuit, ut Seminario uniret Prioratum S. Viti, Urbis Auguſtanæ, necnon Epiſcopo Herbipolenſi à Gregorio XIV. Monaſterium Monialium deſertum: ne in hæreticorum manus veniret: quod contigit de Anno 1582. Ac etiam aliàs fuit Seminario unitus quidam Prioratus, qui erat Dignitas in ſua Eccleſia, nomine titulo, & eſſentia illius ſuppreſſis, & extinctis.

Necnon ſimilis Prioratus, ad effectum hujuſmodi unionis, fuit in manibus Summi Pontificis per Priorem reſignatus, & pro parte Seminarii Adminiſtratorum eidem Pontifici ſupplicatum; quatenus Prioratum eundem, cum omnibus ſuis juribus eidem Seminario, perpetuò uniretur, prævia illius ſuppreſſione, & extinctione, & ita fuerunt litteræ deſuper expeditæ.

Et aliàs Prioratus, cum Canonicatu Regularibus, eadem Apoſtolica authoritate fuit Seminario unitus, cum clauſula, *Proviſo, quod Canonicis regularibus in dicto Prioratu, ad præſens legitimè degentibus in eodem, vel alio dicti Ordinis Prioratu, vel Monaſterio per modernos, & pro tempore dictorum Seminarii, & Collegii Rectores, & Miniſtros, ſeu pro eis agentes, victus, & veſtitus ad eorum vitam miniſtrentur*; prout pariter *in prædictis notabilibus* adnotatum reperitur.

Quòd verò ad beneficia ſimplicia ex prædicto Concilii decreto, Seminario unienda, aliàs, *Sacra Congregatio declaravit, Epiſcopum non poſſe vigore prædicti decreti applicare, & unire Seminario beneficia, quæ reſidentiam requirunt, veluti Canonicatus, &c. nec ea beneficia, quorum collatio ad Inferiorem collatorem pertinet*, prout, neque hæc facultas uniendi prædicto Seminario ex eodem Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. beneficia ſimplicia, extenditur ad beneficia curata habitu tantùm, ex alia declaratione ejuſdem S. Congregationis in una *Meliten. de anno* 1621. & antea in una *Cathacen.* teſte Lotter. *de re benef.* ſicut, neque poſſit ſuſtineri unio, ſeù diſmembratio in aliqua minima parte fructuum, ut fuit reſponſum in una *Lancianen.* idem Lotter. *loc. cit.*

Et quatenus ſupradictum Concilium Tridentinum, *loco citato*, ait, *aliquot beneficia ſimplicia*, *&c.* licèt non determi-

terminet illorum quantitatem, non tamen poteſt Ordinarius unire Seminario omnia beneficia ſimplicia ſuæ Diœceſis. Unde *Sacra Congregatio dicti Concilii ſuper dicto cap. 18. ſeſſion. 23. de reform. ſic cenſuit, Concilium non decernit, ut omnia ſimplicia beneficia uniantur Seminario, ſed aliquot; ideo unio facta omnium beneficiorum non valet*, teſte Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 77. num. 29.*

Proſequendo autem ordinem ſupradicti *Concilii Trid. d. ſeſſ. 38. cap. 18.* ibi, *iidem Epiſcopi cum conſilio duorum de Capitulo, &c.* notandum eſt, quod licèt in cæteris unionibus per Epiſcopum faciendis, requiratur pro forma conſenſus Capituli; adeò, ut, eo non adhibito, illæ nullæ reddantur *cap. paſtoralis, de donat. Clem. ſi una de reb. eccleſ. non alien.* Rebuff. *in praxi, reg. de union. gloſ. 11. num. 2.* Rot. *deciſ. 133. num. 2. par. 2. diverſ. & alii*, quos citat Garc. *de benef. par. 12. cap. 2. nu. 145.* cujus Capituli conſenſus poteſt intervenire, etiam poſt factam unionem.

Attamen in unione Seminario facienda, ex eodem
24 Concil. Trid. non requiritur ipſius Capituli conſenſus; ſed ejus loco, quod fiat cum conſilio quatuor Deputatorum; quorum duo ſint de Capitulo, duo verò de Clero, ut ex ipſo Concilio habetur; & aliter facta unio nullius eſt roboris; ut etiam in una *Brixien. Beneficii penes* Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 132. ſub tit. de reb. Eccleſ. non alien.* in qua habetur, quod cum vacaſſet quoddam beneficium ſimplex per obitum, Papa illud contulit tanquam reſervatum; quod tamen Epiſcopus antea univerat Collegio Seminarii ſuæ Civitatis; quare, introducta cauſa in Sacro Rotæ Auditorio, fuit propoſitum dubium, An fuiſſet valida prædicta unio, vel potius proviſio Apoſtolica. Hujus quidem rei dubium inde oriebatur, nempè, quia proviſus Apoſtolicus prætendebat dictæ unionis nullitatem, tanquam non factam ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini *dict. ſeſſ. 23. cap. 18.* ex eo, quod in ea non apparebat, fuiſſe adhibitum conſilium prædictorum quatuor Deputatorum. Nihilominus tamen, quia Epiſcopus in ſcripturis dictæ unionis aſſerebat, in ea interveniſſe dictum conſilium, fuit prædicta unio valida iudicata; quandoquidem in hoc creditur prædictæ aſſertioni; ex eo, quod in dubio facienda eſt interpretatio, ut actus potius valeat, quàm pereat; juxta *tex. in l. quoties, de reb. dub.* maximè in materia tam pia, & favorabili, qualis eſt Seminarii, ut in *d. deciſ. num. 1.* Aliàs enim, niſi id ſaltem per prædictam Epiſcopi aſſertionem appareret, prædicta unio invalida reputaretur; prout pluries vidimus, & audivimus, etiam in praxi ſervatum; namque dictum conſilium eſt pro forma adhibendum; ac propterea illius inobſervantia facit corruere actum, ad not. per Felin. *in cap. ex parte de conſtit. n. 4.* licet in contrarium aliud habeatur in *d. deciſ. num. 12. in fin.* Et aliàs *Sacra Congregatio ejuſdem Concil. ſic cenſuit, Uniones factas Seminario abſque conſilio eorum qua-*
25 *tuor quos jubet Concilium adhibere, minimè valere*; Et alia ſic ait, *Non valent uniones ſimplicium beneficiorum facta irrequiſito Deputatorum conſilio.*

Cæterum, ut ſupra dictum eſt, ubi non appareret, fuiſſe tale conſilium adhibitum, creditur aſſertioni Epiſcopi, *d. deciſ. 132. nu. 18.* in qua etiam dictum fuit, quod cum ſimus
26 in ſpectantibus ad officium Epiſcopi, & in ei per Sacrum Concilium commiſſis, videtur ſibi credendum, ut per Felin. *in cap. poſt ceſſionem col. 4. verſ. fallit ſeptimo, de probat.*

27 Eſt tamen notandum, quod aliàs eadem Sacra Congregatio decrevit, quod Epiſcopus non tenetur ſequi conſilium prædictorum Deputatorum, his verbis, *Epiſcopus quatuor Deputatos Seminarii debet adhibere in conſilium pro tota temporali adminiſtratione prædicti Seminarii, excepta exactione quæ ſolum ad Epiſcopum ſpectat, non tamen tenetur eorum ſequi conſilium*, quam declarationem affert idem Garc. *d. par. 12. cap. 2. num. 291.*

Et aliàs, etiam ob non adhibitum conſenſum prædictorum quatuor Deputatorum, fuit in Rota reſolutum pro nullitate unionis; ac proinde quod dictum beneficium erat devolutum ad Sedem Apoſtolicam, ut in una *Mediolanen. Beneficii 5. Junii 1596.* ubi, quod devolutio fuit juſtificata lapſu temporis à die vacationis, juxtà *cap. 2. de conceſſ. præb.* neque obſtabat unio facta Seminario, quæ ſine conſenſu Capituli eſt nulla, ſecundum jus commune, *Clem. 2. de reb. eccleſ. non alien.* & attento Concilio Tridentino, ad cujus validitatem requiritur interventus adjunctorum, ut fuit ſæpè à Congregatione declaratum, & conſequenter non impedit devolutionem; nam ignorantia juris non præſtat juſtam cauſam, ex deductis in cauſa *Giennen. Præſtimonii*; nec regula de triennali ſuffragatur Seminario; quia illa defendit titulo poſſidentem, non autem uti unitum, ut per eundem Garc. *loco cit. num. 192.* ſubdens ibi, ſe quandoque audiviſſe diſputare de validitate, aut invaliditate ſupradictarum unionum Seminario factarum ea defectu præſentiæ Deputatorum; & eas pro nullis reputari; ad quod animadverteret, debere ait Ordinarios, ad evitandam nullitatem unionum, Barb. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 77. num.* 33. quarè omninò tale conſilium eſt requirendum.

Eſt tamen circa hujuſmodi deputationem faciendam, notandum, quod licèt illa ut plurimum fieri conſueverit in Synodo Diœceſana, in qua Capitulum cum toto Clero congregatum reperitur; ſi tamen fieret extrà Synodum, erit valida; quia non requiritur neceſſariò, quod fiat in Syno-
do: nam hoc non diſponit prædictum Concilium, Leo *in* 28
theſaur. for. Eccleſ. cap. 16. n. 24. quamvis, ſicut non ſemel obſervavimus, per ſapientiſſimos, & timoratos Epiſcopos, id fieri, & determinari in ipſa Synodo viderimus, potiſſimum verò electionem hujuſmodi Deputatorum; cum ipſi Epiſcopi nimis in ſupradicto ſibi demandato munere, & in re tam gravi prodeſſe poſſunt; quod ſi electio prædictorum Deputatorum fiet in ipſa Synodo, omnibus in ea intervenientibus, & approbantibus talem deputationem, conſultius erit ipſi Epiſcopo ſuper tali deputatione proborum virorum; cum in dicta Synodo reperitur congregatum Capitulum toto Clero: ſicut, nec unio beneficiorum neceſſe eſt, quod fiat in ipſa Synodo, nec in generali viſitatione, cum ſupradictum Concilium id non requirat.

An verò in hujuſmodi unione, & pro illius validitate re- 29
quiratur conſenſus Rectoris beneficii uniti, negativa eſt reſponſio: quia ille non eſt vocandus, cum nullum ſibi, ejus vita durante, præjudicium inferatur: ſed poſt illius obitum, unio hujuſmodi ſortitur ſuum effectum: neque ejus defenſor erit vocandus, aut illius conſenſus requirendus *text. eſt in cap. conſultationibus, de donat. & probat text. in Clem. un. de reb. eccl. non alien.* imò nec prædicto Rectori eſt inſinuanda talis unio, poſtquam illi non præjudicat: licèt hujuſmodi inſinuationem, ſeù notificationem fieri in praxi viderim: quæ, ut aliqui dicunt, ſaltem operabitur, ut beneficiatus, ſeù Rector, nequeat ſuum beneficium, quod unitur alteri reſignare, ſeu pro alio beneficio permutare, *arg. text. in cap. ad hoc de poſtul. prælat.* quod tamen puto eſſe parvi momenti, quia licet hujuſmodi beneficium fuerit, ſic, ut præfertur, unitum, nihilominus beneficiatus non impeditur, quominus poſſit illud cum alio beneficio permutare, vel aliàs ad favorem alterius reſignare, cum utrumque facere poſſit cum conſueta clauſula ſuſpenſiva unionis, prout omnibus notum eſt, & teſtatur Garc. *de benef. p. 11 cap. 4. nu. 30.* nec propterea eſt neceſſaria derogatio regulæ *de jure quæſ. non toll.* Pariſ. *de reſig. benef. l. 2. q. 9. nu. 8. in plurib. ſeqq. Addit. ad Ludoviſ. deciſion. 159. circa med.* Et quod talis unio fieri poſſit irrequiſito Rectore, probat etiam Card. *in d. Clem. q. 1. n. 7.* Rota *deciſ. 133. num. 13. par. 2. diverſ.* ubi aſſignat rationem, nempè, quia per unionem non fit præjudicium Rectori, cum ſortiatur effectum poſt ejus obitum, & ideo ejus non intereſt vocari, & ſi Rector eſſet præſens unioni, non poſſet contradicere, ut in *d. dec.* 133.

Quinimo fuit dictum in eadem deciſione *num.* 14. non obſtare, ſi effectus unionis non fuit collatus poſt mortem Rectoris, ſed ſtatim eo vivente, ſequutus, namque adhuc dicitur, Rectorem non eſſe citandum, quia nullum habebat intereſſe, Hojed. *de incompat. benef. p. 2. cap. 3. ſub num. 9. verſ. ſed utrum hujuſmodi conſenſus requiratur circa med.*

Idem quoque procedit, ſi fiat unio de aliquo beneficio intra Eccleſiam exiſtente, namquè ejuſdem Eccleſiæ Rectoris conſenſus minimè requiritur, ut in *d. deciſ. 133. nu. 15.* ubi in caſu, de quo ibi agitur, fuit reſponſum, quod etiam ſi Præſtimoniarius teneretur Eccleſiæ ad aliquod ſervitium, nihilominus ex hac unione nullum factum fuit præjudicium Rectori, quia per unionem unius Eccleſiæ ad aliam, non alteratur ſtatus Eccleſiæ unitæ, ſed debet in ea, more ſolito, deſervire, ut per Abb. *in cap. expoſuiſti, nu. 7. de præb.*

Conſenſum autem patronorum in hujuſmodi beneficii 30
unione, certum eſt requiri, ſivè illud ſit de jure patronatus Laicorum, ſivè Clericorum, necnon Inferioris collatoris,

ſeù

ſeù electoris, namque id præter *Clemen. un. §. ad hæc de ſta-*
31 *tu monach.* cavetur etiam decreto *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 15. de refor.* Rebuff. *in praxi, tit. de union. num.* 58. *& in reg. de union. gloſ.* 11. *num.* 61. & ea multis, quæ adduci hic poſſent, ſatis abundè conſtat, unionem beneficii juriſpatronatus fieri non poſſe, patronis non vocatis, illiſque conſentientibus, Rocch. de Curt. *in tract. juriſpatr. verbo, honorificum, q. 3. circa med. verſ. item in quantum,* Vivian. *in praxi juriſp. lib.* 14. *c.* 5. *n.* 58. Felin. *in tract. quanto lit. apoſt. voc. patr. in 7. limit.* ubi, quod talis conſenſus requiritur, etiam ſi patronus haberet tantummodo jus honorificum, veluti proceſſionis, aut alimentorum, ut ſolet eſſe, præſertim in Eccleſiis Conventualibus, juxta *tex. in c. nobis, §. 2. de jurep.* ſubdens ibi, quod licèt tale beneficium conferatur à Papa, non facta mentione de patrono collatore, tenebit nihilominus collatio; quia prædictum jus honorificum ſemper firmum remanet, nec dicitur impediri eo modo, quo impediretur, quando quis haberet jus præſentandi, prout ſentit Card. *conſ.* 99. ubi, quod ſi fieret unio de Eccleſia Conventuali patronata, ad aliam Eccleſiam, per quam dictum jus honorificum amitteretur, non valerent litteræ unionis obtentæ, tacito de dicto jure; idem Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, col. 7. de conſtit.* Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 2. *q.* 4. *num.* 11.

Quatenus autem prædictum Concilium Tridentinum *d. ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de refor.* ait, quod taxæ ſupradictæ, necnon beneficia, erunt Collegio Seminarii applicanda, ibi; *huic Collegio applicabunt, & incorporabunt,* non abs re illud quæri poteſt, quod non ſemel in controverſiam vidimus vocari nempè, an ad effectum validitatis hu-
35 juſmodi unionis, & antequam illa fiat, requiratur, quod Seminarium ſit actu erectum, actuque habeat ſcholares, & magiſtros.

Et quicquid pro opinione negativa nonnulli ſcribentium tenuerint, non eſt aliquo modo à quotidiana praxi recedendum; quæ ſatis ſuperque ſuis nititur fundamentis, ut infra patebit; nec ſupradicta opinio habet locum, etiam propter rationes per DD. allatas, nec per ea, quæ dicit Bart. *conſilio quinquageſimo octavo,* ubi dicit, quod rebus fortunæ provideri poteſt in præparatione, & præparatio valde convenit rei gerendæ; nam dum curatur Collegium, expectatur res, quæ ſtatim quod eſt producta, exigit unde vivat ex perceptis fructibus, cum percipiendos expectare non poſſit; quia iſtud corpus naſcitur cum dentibus, & ſtatim quærit cibum, Nam nihilominus hoc, & aliis quibuſcunque nequaquam obſtantibus, contraria ſententia verior eſt;
33 quandoquidem, hoc minimè fieri poſſe certum eſt, niſi prius Seminarium hujuſmodi fuerit erectum, & in eo ſcholares actualiter introducti: quod ſi fieret talis unio ante erectionem, & eorundem ſcholarium introductionem unio non teneret, ut cenſuit Sacra Congregatio anno 1588. in una *Giennen.* his verbis, *Congregatio Concilii cenſuit, unionem nullam eſſe, & invalidam, cum Seminarium non fuerit erectum juxta formam Concilii, utpotè, nec magiſtris, nec ſcholaribus vere, & actu in eo exiſtentibus;* quæ declaratio fuit confirmata per Breve Sixti V. in ejus executionem datum 26. Octobris 1588. prout refert idem Garc. *d. p.* 12. *cap.* 2. *nu.* 193.

Et ſi huic Collegio, prædicti Concilii prætextu, fiet unio de beneficiis reſervatis, dictumque Collegium non ſit vere ad ſuum eſſe deductum, dicta unio minimè ſubſiſtit, ſed ſtante illius nullitate exinde reſultante, prædicta beneficia conferuntur à Papa; prout cum effectu pluries vidimus; præſertim de anno 1616. quo duo ſimplicia in menſe Apoſtolico vacantia, ſic perperam per Epiſcopum Caſtien. ſuo Seminario unita, fuerunt per fel. record. Paulum V. cognita invaliditate prædictæ unionis, collata. Quod ſi beneficia ſic nulliter unita, non fuerint reſervata, & tempus ſex menſium Ordinario ad conferendum præfixum, lapſum fuerit, fiet devolutio ad Superiorem, qui jure devoluto, hujuſmodi beneficia conferre poteſt, ſicut aliàs diximus; quandoquidem de prædicta unione, ſicut in aliis caſibus circa eam non fuit ſervata forma Concilii Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 57. *d. num.* 13. *ad* 23. Rot. penes Caval. *deciſ.* 472. *num.* 2. ubi pro unione facienda Seminario Piſantien. de beneficio, illiuſque validitate, articulabatur exiſtentia Seminarii in prædicta Civitate, ante unionem, ac diſmembratio fructuum pro ſuſtentandis pueris Seminarii; cum hæc duo neceſſariò concurrere debeant pro unione facta d. Seminario, ut dicetur in infraſcripta *Oxomen. Beneficii,* & aliis deciſionibus ibi allegatis.

Et aliàs Epiſcopo Caurien. fuit, ut infra reſcriptum. *Perilluſtris, & Reverendiſſime Domine uti frater. Cum nomine Capituli iſtius Eccleſiæ expoſitum fuerit Congregationi Illuſtriſſimorum Patrum, qui Trid. Concil. decretis interpretandis præfecti ſunt, decem ab hinc annis vix extitiſſe ceptam Seminarii fabricam, illam tamen nunquam perfectam, ac ſuper beneficiis non fuiſſe certam taxam conſtitutam, minuſque in ipſo Seminario magiſtros, & ſcholares habitos cenſuit ipſa Congregatio, beneficia eidem Seminario unita, atque in menſibus Apoſtolicis vacata, ſpectare ad liberam Sanctiſſimi D. N. diſpoſitionem. Quam Congregationis ſententiam Amplitudini tuæ notam eſſe volumus, &c. Romæ Die 26. Ianuarii 1596. Hier. Card. Matta.* & hanc declarationem affert idem Garc. *d. cap.* 2. *num.* 164. *& ſeq.*

Et ſtante nullitate unionis beneficiorum, ut præfertur reſervatorum, quæ proindè ſunt per Papam conferenda, hujus rei praxis talis eſt, ut idem Papa illa non conferat, niſi docto prius coram illius Domino Datario de invaliditate prædictæ unionis: cum videlicet Epiſcopus validitatem, impetrans verò Apoſtolicus invaliditatem dictæ unionis alleget. prout non ſemel in Dataria Apoſtolica obveniſſe obſervavimus: quæ ut plurimum petit prædictam invaliditatem declarari, antequam Papa beneficia ſic vacantia conferat. Et pro hac praxi aliàs Sacra Congregatio ſic cenſuit in cætera, videlicèt, *Uniones verè legitime facta ſortiri debent effectum, non ſolum cum unita contigerit vacare per obitum, ſed etiam, cum per reſignationem, debetque Epiſcopus Dom. Datarium de hujuſmodi unionibus docere.*

Et ex ſuperius dictis in eadem *Oxomen. Beneficii,* quæ eſt *deciſ.* 361. penes Farinac. *tom.* 3. *diverſ. in recent.* non fuit habita conſideratio cujuſdam unionis factæ Seminario: quia non conſtabat de introductione puerorum: quæ quidem introductio, ad effectum validitatis hujuſmodi unionis, fuit exiſtimata neceſſaria, ut Seminarium poſſet dici erectum, & in una *Cordnben. Præſtimoniorum, impreſſa penes* Marcheſ. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 1. in qua, quia Adminiſtratores Seminarii apprehenderunt poſſeſſionem beneficii uniti, fuit dictum, id non obſtare: quia cum Seminarium adhuc non eſſet in rerum natura, nulla poſſeſſio potuit conſiderari tempore illius, & minus tempore prætenſorum Adminiſtratorum, &c. quia dominium habere non poteſt res, quæ nondum eſt in rerum natura, *cap.* 1. *de Eccl. ædif.* Bart. *d. conſ.* 58. *circa princ.*

Ante etenim hujuſmodi puerorum introductionem, non 34
poteſt dici Collegium, quod neceſſariò debet conſtare, ex tot perſonis, puta decem, &c. nec fabrica tantum ſivè muri conſtituunt hoc Collegium, ſed ſcholares: in quorum gratiam fit hujuſmodi erectio, facit *tex. in cap. ad audientiam* 2. *cum gloſ. verbo, non poſſumus, de eccleſ. ædif.* Gonz. *gloſ.* 5. *§.* 7. *n.* 73. Et quatenus probaretur introductio puerorum: oportet tamen probari, quod unio fuerit facta Seminario poſt prædictam introductionem: ex eo quod, quando tempus eſt de ſubſtantia, debet præcisè probari, ut dicitur in ſupradicta *Oxomen. Beneficii num.* 6.

Quarè ex ſupradictis concludit etiam Lotter. *lib.* 1. *q.* 29. *num.* 48. *cum plurib. ſeqq.* quod ad effectum validitatis ſupradictæ unionis, omninò requiritur, quod præcedat introductio puerorum, ac proinde reiicit contrariam omnium opinionem, præſertim Gonz. *gl.* 5. *§.* 7. *ex num.* 76. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 248. *num.* 71. *& cap.* 35. *nu.* 5. *necnon Addit. ad Ludov. deciſ.* 258. *ſub n.* 10. & omnia contraria ceſſant poſtquam emanarunt ſupradictæ declarationes, necnon Rotæ deciſiones, præſertim in una *Adiacen. Beneficii* infra inferenda.

Et aliàs fuit in Rota reſolutum, quòd ſeminarium non 35
dicitur erectum ex emptione domus pro eo, & creatione Deputatorum: ſed dumtaxat ex introductione puerorum: ea qua in eſſe deducitur, ſicut Collegium ex perſonis, *l. Neratius, de verb. ſignif. gloſ. in cap.* 1. *de elect.* & ſic antea, non poteſt fieri unio, & nulla poſſeſſio poteſt conſiderari reſpectu dicti Seminarii, ante prædictam introductionem, nec reſpectu prætenſorum Adminiſtratorum, qui eam apprehenderunt: cum ea intentione, & animo non fuerit per eos apprehenſa, ſed nomine Seminarii, quod non erat in rerũ natura, *l. un. C. uti poſſid.* ut ex plurbus deciſ.

quas

quas refert Garc. *in addit. ad tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 196.*

Et eum plurimùm ad præmiſſa conferat præfata deciſio *Coccini in d. Adjacen. Beneficii*, illius tenorem hic per extenſum ſubnectere placuit, qui talis eſt, videlicet.

R. P. D. Coccino Decano Adiacen. Beneficii 15. Aprilis 1622.

36 DUbitavi, An conſtaret de exiſtentia Seminarii ad effectum, de quo agitur; effectus autem dubii eſt, ut vacatur, an Seminarium poſſideat; quia ſi poſſidet, non poteſt dari de attentatis: cum attentata in hoc caſu pendeant à poſſeſſione juxta reſolutionem factam in hac cauſa 21. Maii ſuperioris anni.

Hoc dubium habet tres inſpectiones. Prima eſt, an unio poſſit fieri Seminario nondum erecto. Secunda, dato, quod non poſſit fieri, an poſſeſſio capta nomine Seminarii de facto erecti, ſuffragetur. Tertia, an conſtet de valida erectione

Et quantum attinet ad primam difficultatem, Domini fuerunt concordes, quod unio Seminario nondum erecto, fieri non poſſit, & quod ad hunc effectum requiritur præparatio Domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum, ut fuit reſolutum in cauſa *Oxomen. Beneficii 24. Octobris 1611. coram Illuſtriſs. Card. Sacrato in deciſione* 316. *nu.* 3. *& ſeqq. p. 2. in recent.* ubi refert ſententiam Congregationis Illuſtriſſimorum Interpretum Concilii Tridentini, & alias deciſiones Rotales, & latè proſequitur Garc. *de benef. p. 12. cap. 2. n. 193. cum plurib. ſeqq.* & admittit Gonz. *ſuper reg. 8. gloſ. 5. §. 7. nu. 68.* qui licèt *nu. 75.* teneat, quòd ceſſante fraude, unio facta Seminario nondum erecto, valeat, quem ſequitur Moder. *diſcept. for. cap. 248. nu. 91. & cap. 358. nu. 5.* tamen iſta ſententia, ut advertit Garc. *in loc. cit. nu. 196. in fin.* eſt contra declarationes Congregationis Concilii, & contra ſententiam Rotæ.

Quantum attinet ad ſecundam difficultatem, aliqui ex Dominis dicebant, quod ad effectum poſſeſſionis, ſufficit quod Oeconomi deputati acceperint poſſeſſionem, etiam de facto, ad effectum, ut dicatur eſſe in poſſeſſione, ſeù detentione, Bald. *conſ. 135. num. 2. & 3. lib. 2.* ubi loquitur de miſſo in poſſeſſione a Prætore nulliter procedente, contra quem uti poſſeſſorem datur actio ſpolii DD. *in l. juſtè poſſidet, ff. de acq. poſſeſſ.* Aym. *conſ. 18. num. 8.* & benè Mohed. *deciſ. 20. de reſtit. ſpol.* Cæterum reſpondebatur ab aliis Dominis, quod concluſio procederet, ſi Oeconomi voluiſſent acquirere poſſeſſionem, nedum nomine Seminarii, ſed etiam nomine proprio; quia illo caſu falſitas verſatur tantum circa cauſam poſſeſſionis; quarè non impediret acquiſitionem; quia non deficeret voluntas poſſidendi, aut nomine proprio, aut nomine Seminarii, *l. 2. § ſi à pupillo, l. quod vulgo, ff. pro empt.* & facit text. *in l. cum in corpus 36. ff. acquir. rer. domin.* prout Bart. & Jaſ. *in l. ſi is, ad quem num. 2. ff. de acquir. hæred.* & fuit in cauſa *Maceraten. Hæreditatis 4. Junii 1596. coram Card. Pamphilio* Sed in hoc caſu, ſi Seminarium non erat erectum, quia pueri nondum erant introducti, non poterant Oeconomi acquirere quaſi poſſeſſionem; quia noluerunt acquirere nomine proprio, ſed nomine Seminarii; quod cum non ſit erectum, poſſeſſio eſt ex falſa cauſa circa factum, hoc eſt circa exiſtentiam Seminarii; & ideo eſt nullius conſiderationis, nec producit juris effectus, *l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis, fiat ei*, Bald. *d. conſ. 35. nu. 2. lib. 2.* Port. Imol. *conſil. 75. num. 11.* & facit text. *in l. ſi me in vacuam, ff. de acquir. poſſ.*

Quantum attinet ad tertiam difficultatem, viſum fuit, conſtare de exiſtentia Seminarii. Conſtat enim Epiſcopum elegiſſe duos Canonicos pro regimine, & gubernio Seminarii. Secundo elegit duos Conſultores pro inſtituendis taxis, & faciendis unionibus, alterum de Capitulo, & alterum de Clero, & mandavit, quod alii duo eligerentur alter per Capitulum, & alter per Clerum, prout fuerunt electi, & deinde cum conſilio prædictorum taxavit Epiſcopus ſe ipſum, & menſæ ſuæ redditus, necnon alios in decima parte fructuum, relaxando præceptum de ſolvendis taxis, & conſtituti Exactores; necnon in domum Seminarii introduxit pueros, ut patet ex mandatis procuræ datis per ipſos Seminariſtas; unde ſatis conſtat de exiſtentia Seminarii legitima de tempore unionis, ad præſcriptum *Concilii cap. 18. de refor. ſeſſ. 23.* Et ita concluſum.

Ex qua quidem deciſione ſatis liquet, quænam ſint neceſſaria, ut ſeminarium dicatur legitimè erectum, nempè Primum, paratio domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum. Secundum, electio duorum Canonicorum pro regimine, & gubernio Seminarii. Tertium electio duorum Conſultorum pro inſtituendis taxis, & faciendis unionibus, alterius de Capitulo, & alterius de Clero, præter totidem alios per Capitulum, ſcilicet unum, & alterum per Clerum; qua quidem forma ſic præſcripta, niſi ea ſervata fuerit, utique nec in articulo poſſeſſorii ſummariſſimi retinendæ, poſſunt ejus partes ſuſtineri in perſona ejus, qui poſſeſſionem cepiſſet nomine ipſius Seminarii, eo non præexiſtente, ſicut jam ſatis dictum, & probatum eſt, & ſignanter concludit Lotter. *dict. q. 29 num. 51.*

Poſtremò, non incongruè ſequitur hic videre, nunquid
ſi ſemel facta fuerit unio prædicto ſeminario jam erecto, 37
& ſcholares jam habenti, qui nihilominus poſtmodum, tractu temporis, ſeù aliàs deſinant, prout aliquando eveniſſe ſcimus, quamvis prædicta unio ſit legitimè facta, ac conſtet, omnia ad id requiſita interveniſſe; ac proinde redditus inſumantur in fabricam, ſeù reparationem domus ipſius Seminarii, vel alia cauſa, expiret unio beneficiorum eidem Seminario facta?

Et quidem negativam partem tueri conatur Garc. *d. p. 12. cap. 2. num. 199.* authoritate Abb. *in cap. gratum, de poſtul. prælat. num. 12.* & aliorum, quod tamen intelligendum eſt de unione perfecta, conſummata, & effectum ſortita per vacationem primi beneficii, nam unio de beneficio non vacante, videtur expirare, ſi ante vacationem primi beneficii deſinant eſſe ſcholares; quia actus non perfectus, & conſummatus vitiatur, ſi deveniat ad caſum, à quo non potuit inchoari, *l. pluribus, §. & ſi placeat, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig.* quod videtur procedere, etiam ſi tempore vacationis beneficii rediiſſent ſcholares; quia ceſſante cauſa extinctionis, ſeù annullationis, non ceſſat effectus, *d. §. ſacram. & ibi* Jaſ. *num. 8. & 9. l. qui res, §. aream, de ſolut.* idem Garc. *in addit. ad num. 201.*

Mandat ſubinde prædictum Concilium *d. ſeſſ. 23. c. 18. de refor.* eidem Seminario uniri beneficia eccleſiaſtica ſimplicia, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervata, ibi, *etiam ſi beneficia ſint reſervata, vel affecta.* Quarè opportunè ſequitur
hic videre, quonam modo ſint ſupradicta verba accipienda. 38
Et certum eſt, quod non poteſt Epiſcopus beneficia, quæ jam vacaverant in menſe reſervato, vel quæ aliàs ſunt indubitanter reſervata, unire Seminario vigore dicti Concilii; cum id fiat in præjudicium Apoſtolicæ reſervationis: prout Sacra Congregatio declaravit; quandoquidem ſupradictum Concilium in illis verbis, *quod locum habeat etiam ſi beneficia ſint reſervata, vel affecta*, loquitur, & intelligitur de unione facienda de tempore habili, videlicet, antequam conſtet de effectuali reſervatione, vel affectione; ſecùs verò, ſi jam conſtaret; ut ceſſet occaſio fraudis: vel poteſt intelligi, ut teneat dicta unio, illius tamen effectus ſuſpendatur, donec pro illa vice, reſervationis effectus locum habeat, ut ad verbum tradit Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 5. §. 7. num. 75.*

Quarè hinc fit, quòd beneficia reſervata per regulam 39
Cancellariæ, uniri non poſſunt, neque ab Ordinario, neque ab alio quocunque Inferiore, etiam in caſibus permiſſis ante vacationem, nec poſt vacationem, cum Inferiores habeant manus ligatas: nec facere poſſunt, quin minus reſervationes effectum ſortiantur, aliàs etenim Inferior, facto ſuo præjudicaret Superiori, quod eſt omninò reſpuendum, *Clem. Ne Romani, de elect.* quia ſuper reſervatis Inferiores ſe intromittere non poſſunt, Pariſ. *de reſig. benef. lib. 12. q. 10. num. 8.* alter Pariſ. *conſ. 36. num. 13. lib. 4.* Gonz. *d. §. 7. nu. 136.*
ubi quod unio de beneficio reſervato, non erit propterea 40
nulla, ſed valebit à principio, effectus tamen ejus ſuſpendetur, donec proviſus à Papa de beneficio in menſe reſervato cedat, vel decedat in menſe Ordinario, Mandoſ. *ſuper reg. 12. q. 5. num. 3.*

Et aliàs Sacra Congregatio ejuſdem Concilii id declaravit, locum habere in unionibus factis ante vacationem beneficiorum; aliàs autem non valere uniones de beneficiis reſervatis, factas virtute illorum decretorum *cap. 18. & 19.* ut ex infraſcriptis declarationibus, quarum Prima *ſuper d. cap. 18. Giennen. Congregatio Concilii cenſuit, uniones beneficiorum validam eſſe, modo facta fuerint ante ipſorum vacationem*,

tionem, ſervata forma Concilii Tridentini præſcripta anno 1589. Secunda. *ſuper cap. 15. ſeſſion. 21. de refor. Idem ſervandum eſt hic, quod S. Memoria Pius V. & Sanctiſſimus D. N. Gregorius XIII. decreverunt in unionibus factis, & faciendis Seminariis, quod uniones de beneficiis reſervatis validæ ſint, ſi fuerint factæ ante ipſorum vacationem factæ reperiantur, nulla ſint, & proviſi à Sede Apoſtolica mitti debent in poſſeſſionem dictorum beneficiorum,* quaſquidé declarationes habeo authenticas penes me, ac etiam affert idem Garz. *p.* 12. *cap.* 2. *n.* 102. *& nu. ſeq.* ubi etiam refert Concilium Bononienſe in titulo, *de Seminario*, §. *Quæ beneficia Seminario univi nequeunt*, ubi ſic dicitur, *Sicuti nec beneficia reſervata, quando poſt eorum vacationem unio fieret; nam ſi ante vacationem unita fuiſſent, unio obtineret*, & tunc intelligendum eſt hujuſmodi unionem ſibi locum vendicare, etiam ſi beneficia ipſa vacent quocunque modo in Curia, ut declaravit dicta Sacra Congregatio, teſte Zerola in *praxi Epiſc. verbo, unio*, §. 7. *circa fin.*

Nec quidem immeritò hujuſmodi declarationes, cæteraq; ad id remedia adhibita eſſe noſcuntur, ne videlicet fraudibus via pateret: unde ab eadem Sacra Congregatione emanavit ſupradicta declaratio in cauſa Giennen. cujus Epiſcopus, ita rem ſe habere poſſe exiſtimaverat, ut ubi poſt factam unionem, ſi beneficia unita vacabant in menſe ordinario, Ordinarius illa conferebat ſuis nepotibus, & familiaribus, dicens, unionem eſſe nullam; ſi verò vacabant, in menſe reſervato, dicebat eſſe validam, & a Sede Apoſtolica provideri, non poſſe prætendebat, & poſt dictam declarationem, idem reſolvit Rota in eadem cauſa *Giennen. Preſtim.onii* 17. *Aprilis* 1594. *coram Blanchetto*, ut refert idem Gonz. *de gloſ.* 5. §. 7. *num.* 68. & 75.

Praxis autem, quæ circa id ſervatur, ſtantibus verbis prædicti Concilii, nempe, *etiam ſi reſervata, ſeu affecta*, ea eſt, videlicet, quod ſi Epiſcopus faciat unionem beneficii non vacantis, & aliquis, ſuccedente vacatione, impetret illud à Papa, certè quoad Seminarium, non irritabitur unio, nec impedietur quocunque modo vacet beneficium, etiam in Curia, ſivè per obitum, ſivè per reſignationem; quia favore Seminarii, ſequuto obitu obtinentis, unio habebit locum; & alias cum vacaſſet quoddam beneficium, in Diœceſi Cathacen. per obitum in menſe reſervato, fuiſſetque per fel. record. Paulum V. mihi collatum; certiorato Domino Datario ab Epiſcopo, quod illud beneficium fuerat unitum Seminario Cathacen. collatio prædicta fuit invalida reputata; ac loco prædicti beneficii ſic uniti, alterum mihi, amplioris reddit us collatum extitit.

Hic verò non eſt in praxi reſpuendum, quod non ſemel accidiſſe ſcimus; ut ſi Epiſcopus fuerit negligens in conferendo beneficium, quod proinde devolvatur ad Papam, non
41 poterit idem Epiſcopus prædictum beneficium unire Seminario, vel Parochiæ, aut Cathedralibus, vel Collegiatis: quia ſatis eſt, quod ſua negligentia Epiſcopus ſit privatus, ut non poſſit illud conferre, Zerol. *loc. cit. verſ. ſecundum dubium*, vel opiniones contrarias refert.

Porrò ex eadem cauſa vitandi fraudes, fuit etiam aliàs decretum, quod ſi Epiſcopus, poſt erectionem Seminarii, beneficia ſimplicia vacantia, ei non applicavit, ſed ſuis conſanguineis, vel familiaribus contulit, aſſignet tantùm taxæ Seminarii, quantum illa redderent; & id de ſua menſa Epiſcopali aſſignet d. Seminario, quoad vixerit, vel alia beneficia vacantia, ſaltem ejus reddit us, & ad ejus collationem ſpectantia Seminario uniret, Zerola *in d. praxi epiſc. p.* 1. *verbo Seminarium, verſic. ad quantum, fol. mihi* 197. idem Garc. *loc. cit. num.* 107.

Hæc autem unio debet fieri non ſolo verbo, prout ſu-
42 pra, *num.* 20. dictum eſt, ſed authenticis ſcripturis, vel decretis viſitationum; quibus claré probetur dicta unio, & quod requiratur ſcriptura, ait Maſcard. *de prob. concl.* 587. *num.* 1. & fuit reſolutum in una *Theane. Beneficii S. Euſtachii* 20. *Maii* 1587 *coram Gypſio*, neque ad id ſufficiunt teſtes, ut cenſuit Rota *dec.* 557. *num.* 4. *lib.* 3. *p.* 3. *diverſ.* idem Garc. *d. p.* 12 *cap.* 2. *num.* 217. quod niſi, eo modo, quo dictum eſt, unio hujuſmodi probaretur, beneficia unita cenſerentur jure vacare, ſi ſolo verbo, & facto unirentur, & hoc accidiſſe in facto ait Beneventi: ubi quædam beneficia erant unita Seminario, ſolo verbo, & facto, ſicque per multos annos unita ſteterunt, ſed Reverendiſſimus Nuncius Apoſtolicus hoc præſentiens, tulit ſententiam, qua hujuſmodi uniones irritavit; & condemnavit Seminarium Beneventanum ad multam pecuniarum quantitatem pro fructibus interim malè perceptis; quia enim Pius IV. in Regno Neapolitano fecerit reſervationes Cameræ Apoſtolicæ de fructibus beneficiorum à die vacationis, quouſque de manu ejuſdem Nuncii caperetur poſſeſſio, hoc non ſolùm procedit tempore vacationis per obitum, ſed etiam ſi fuerint beneficia malè unita alicui loco, prout Seminario, &c. vel malè collata, quia tunc cenſentur vacare; idem Zerola *d. par.* 1. *ver. unio*, §. *ad novum, fol. mihi* 212. *à tergo*.

Ad hæc, circa hujuſmodi unionem Seminario faciendam, notandum eſt, quod ubi Epiſcopus Cardinalis habet indultum conferendi beneficia reſervata, poterit nedum illa unire reſervata tempore vacationis, verum etiam tempore unionis; tunc enim per hujuſmodi indultum ceſſat ſuſpicio fraudis, quæ conſideratur in aliis Epiſcopis, non habentibus prædictum indultum; quod, cum removeat obſtaculum reſervationis, omnes menſes remanent Ordinarii de jure communi; necnon ex eadem cauſa videtur, quod ſicut poteſt Epiſcopus Cardinalis conferre beneficia dupli-
ci reſervatione affecta, ita etiam poterit illa unire, prout 43
in his terminis tenuit Rot. *penes Cavaler. deciſio.* 627. quam hic ad verbum tranſcribere placuit, quæ eſt tenoris ſequentis, videlicet.

Illuſtriſſimus Cardinalis Lantes Epiſcopus Tudertinus, juxtà diſpoſitionem Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de reformat.* erexerat in Civitate Tuderti Seminarium Puerorum, illique inter alia univerat beneficium ſimplex S. Mariæ de F.cu, quod controvertitur, tunc poſſeſſum à Hieronymo Ambiuica, quo poſteà defuncto, Seminarium dicti beneficii poſſeſſionem accepit. Interim autem fuit à Sede Apoſtolica de illo proviſus Marcellus Carenus, qui illud poſtea reſignavit ad favorem Alexandri fratris, non facta mentione dictæ unionis. Cum autem A. C. prævio voto Illuſtriſſimi Cardinalis Sacrati, & Reverendiſſimorum Dominorum meorum Decani, Patriarchæ, & Pamphilii, pronunciaſſet, literas eſſe exequendas, & dandam immiſſionem Alexandro, cauſa appellationis per Seminarium interpoſitæ, commiſſa in Rota. Dubitavi, an ſententia A. C. eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Domini reſponderunt eſſe infirmandam.

Moti ſunt autem ex eo, quia gratia Alexandri fundabatur in vacatione hujus beneficii per mortem Hieronymi; quod tamen non ſubſiſtebat; cum dictum beneficium jam multo ante fuiſſet per Cardinalem Epiſcopum unitum Seminario, & ſic amplius non vacaret, Oldrad. *conſil.* 275. *ſub num.* 15. *circa fin.* Caſſad. *deciſ.* 13. *num.* 1. *ſuper reg.* Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 7. *num.* 2. & dictum fuit coram *Reverendiſſimo Lugdunen deciſ.* 186. *ſub num.* 2. *par.* 2. *in recent.* & *coram Sanctiſſimo Domino Noſtro deciſio.* 77. *numero* 2. & alias ſæpè.

Neque obſtare viſum fuit, quod hoc beneficium tanquam obtentum a familiari felic. recordat. Clementis VIII. eſſet reſervatum, quia *Concil. Tridentin. dict. cap.* 18. *verſic. nec non beneficia*, dat facultatem Epiſcopo uniendi Seminario etiam beneficia reſervata, ut fuit etiam dictum coram me in *Piſauren. Beneficiorum* 4. *Julii* 1618.

Minus obſtare viſum fuit, quod beneficium controverſum de tempore factæ unionis per Cardinalem, eſſet jam reſervatum per familiaritatem cum Clemente VIII. Hieronymi illud obtinentis. Undè, cum, ſtante declaratione Concilii confirmata per decretum ejuſdem Clementis, non poſſet Epiſcopus unire omnia reſervata, ſed tantum ea, quæ eſſent reſervata tempore vacationis, non videbatur unio de hoc beneficio jam ante vacationem reſervato, poſſe ſuſtineri.

Nam reſponſum fuit, ſub dicto decreto non comprehendi Cardinales Epiſcopos, qui habent indultum conferendo non obſtantibus quibuſvis reſervationibus, quale indultum habebat Illuſtriſſimus Cardinalis Lantes, ut poſtea pluries declaravit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilii Interpretum. Tunc enim ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, propter quam dictum decretum emanavit: & quam poſſent Epiſcopi committere uniendo reſervata, & omittendo libera; cum vigore Indulti removeantur obſtacula reſervationum, & Epiſcopus conferat authoritate propria; perinde ac ſi reſervationes non emanaſſent, Put. *deciſio.* 163. *lib.* 3. & *deciſ.* 158. *num.* 3. *lib.* 2. Capuraq. *deciſ.* 66. *num.* 2. *p.* 1. Caſſad. *deciſ.* 8. *num.* 5. & 6. *de præben.* Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 53. *num.*

53. *num.* 38. *& gloſ.* 24. *numer.* 24. *&* 25. Unde, ſicuti tunc Epiſcopus poteſt liberè conferre, ita etiam poteſt unire ex facultate, quam de jure habet, *cap. ſicut unire, de exceſſ. prœl. Clem.* 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* Oldrad. *conſ.* 257. *num.* 5. Rot. *deciſio.* 133. *num.* 5. *part.* 2. *diverſ.* & fuit dictum in *Cæſaraugusta Vicariæ* 30. *Maii præteriti coram me*.

Neque effectus indulti ceſſare videbatur ob duplicem reſervationem hujus beneficii, nempe ex familiaritate Papæ, & obitu in Curia; itaut indultum non comprehendat beneficia duplici reſervatione reſervata, Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 13. *numer.* 101. Mandoſ. *in prax. Signat. Grat. verbo, Indultum, verſ. An autem* Bellam. *deciſ.* 425. Caputaqu. *deciſ.* 85. *part.* 2. quia, ultra quod negabatur, tempore unionis adfuiſſe iſtam duplicem reſervationem, Reſpondebatur, hoc procedere potuiſſe, ſi in indulto non fuiſſet facta mentio harum reſervationum, ut in dictis juribus; ſed cum facta fuerit mentio reſervationum ex capite familiaritatis cum Papa defuncto, & reſervationis ex capite vacationis apud Sedem, utique videbantur ad collationem Cardinalis habentis indultum, ſpectare beneficia, etiam ſi utraque reſervatione eſſent reſervata; cum Cardinalis, ſublato obſtaculo reſervationum propter indultum, conferat jure proprio, perindè ac ſi non eſſent inductæ reſervationes.

Denique non viſum fuit obſtare, quod aliàs in ſupradicto voto contrarium fuerit determinatum, quod ſ., ſtante dicto decreto Clementis VIII. Cardinalis habens indultum, non poſſet unire reſervata de tempore unionis, ſed tantùm de tempore vacationis; quia licèt antea primæ declarationes eſſent in uſu, præſertim tanquam confirmatæ per dictum decretum Clementis VIII tamen dum poſteà ſupervenerint novæ declarationes, quas Rota ſolet reverenter ſuſcipere, & illis, acquieſcere, per quas declaratur, Epiſcopum habentem indultum, poſse unire etiam reſervata de tempore unionis, ceſsare videbatur illa lex prior negativè, quatenus, ſcilicet declarator: ſub illa amplius non comprehendi hunc caſum, quem ratio antea comprehendi ſuadebat, Cajet. 2. 2. q. 120. *art.* 1.

Ex quibus reſolutum fuit pro infirmatione ſententiæ A. C.

Verùm, poſtquam emanavit ſupradicta Rotæ deciſio, quæ plures in ſe continet partes circa eandem unionem, anceps fuit de illius obſervantia, quoad uniones beneficiorum, quæ Sedi Apoſtolicæ ſunt duplici reſervatione affecta, donec audivi in Dataria deſuper opportunè proviſum; quandoquidem licèt verum ſit, quod Cardinalis Epiſcopus habens indultum, poſſit omnia beneficia reſervata unire, quæ remoto reſervationis obſtaculo, conferre poteſt; & propterea effectus indulti hujuſmodi non videatur ceſsare ob duplicem reſervationem; nam cum in illo ſit facta mentio omnium reſervationum videtur dicendum, ad collationem prædicti Cardinalis habentis indultum, ſpectare beneficia, etiamſi duplici reſervatione eſsent affecta.

Si tamen verba indulti adamuſſim conſiderentur, ex illis liquidò apparebit, non poſse Cardinalem Epiſcopum unire beneficia duplici reſervatione, reſervata: quia, licèt fiat mentio in indulto de pluribus reſervationibus, quando tamen illæ non ſunt, ſicut regulariter eſse non ſolent, copulativè appoſitæ per dictionem, *&*, per quam poſset prætendi, illam comprehendere plures reſervationes inſimul, ex eo, quod ſit conjunctiva, & copulativa ad text. *in l. Titia textores*, §. *nihil*, *ff. de leg.* 1. Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 7. *numer.* 7. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. num.* 123. ac propterea augeat, & ampliet diſpoſitionem, *L. ea tamen adjectio*, *ff. de leg.* 3. *& not. in l. Gallus*, §. *etiam ſi parentis*, *ff. de lib. & poſthum.* Ludoviſ. *deciſ.* 21. *numer.* 3. tunc tantum dici poſſet, quod prædictum indultum comprehenderet omnes ſequentes in eo expreſsas reſervationes; cum ſupradicta copula, *&*, qualitatem præcedentis extremi attribuat ſequenti, & in ea uniformiter jungat, idem Ludoviſ. *deciſ.* 308. *num.* 3.

Sed quando ſupradictæ reſervationes ſunt in prædicto indulto appoſitæ, cum disjunctiva, ſeù, prout regulariter in hujuſmodi indultis dici conſuevit, quæ de ſui natura, eſt disjungere, per text. *in l.* 1. §. *ſublata*, *ff. ad Trebell. & l. ſi quis ita legaverit*, *ff. de aur. & arg. leg.* nunquam indultum comprehendit duplicem reſervationem, & ita in terminis collationis tenuit Rota *in illa Ravennaten. Canonicatus*, infra ſuo loco inſerenda.

Undè, cum aliàs de anno 1632. vacaſset quoddam beneficium Eccleſiaſticum, quod duplici reſervationi erat obnoxium, quidam Eminentiſs Cardinalis Epiſcopus, prætextu ſui indulti, illud univit Seminario puerorum ſuæ Eccleſiæ; quod tamen fuerat à Papa, ex cauſa hujus duplicis reſervationis, collatum; & cum impetrans expediviſset litteras in forma Brevis de capienda poſseſſione nomine Cameræ, reperit prædicti beneficii poſseſſionem fuiſse pro Seminario à ſuis Agentibus apprehenſam, vigore ſupradictæ unionis; qui recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem Concilii pro declaratione validitatis prædictæ unionis: impetrans verò adivit Signaturam Gratiæ, in qua Papa ægerrimè tulit hujus materiæ propoſitionem: qui nihilominus juſſit hinc inde ſcribi per Advocatos, necnon ipſum Datarium pro Dataria, ac Illuſtriſſimum Dominum Franciſcum Paulutium, Secretarium dictæ Congregationis pro ea; ſed antequam fuiſset quicquam determinatum in vim allegationum pro utraque parte, ipſe Papa, cui viſum extitit, hanc reſervationem, tanquam duplicem, non fuiſse comprehenſam in prædicto indulto; ſed beneficii ſic vacantis hujuſmodi collationem ad Datariam ſpectare, mandavit bon. mem. Marco Aurelio Maraldo, tunc Brevium Apoſtolicorum Præfecto, quatenus illicò extenderet Conſtitutionem in forma Motus proprii, ad favorem ipſius Datariæ Apoſtolicæ, pro ſuſtinenda collatione ex capite duplicis reſervationis, non obſtante indulto Cardinali Epiſcopo, conceſſo conferendi beneficia reſervata, & in eo expreſsa, & ſic emanarunt litteræ prædictæ Conſtitutionis, tenoris ſequentis, videlicet.

URBANUS PAPA VIII.

44 *AD perpetuam rei memoriam. Quamvis fel. record. Clemens Papa Octavus Prædeceſſor noſter, accepto, quod aliqui Ordinarii beneficia Eccleſiaſtica in ſuis menſibus vacantia, & aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ non reſervata, perſonis ſibi beneviſis conferebant; illa verò, quæ reſervata erant, Seminariis puerorum ſæpè uniebant; ad evitandum hoc Sedis Apoſtolicæ præjudicium, per ejus decretum prohibuerit, ne uniones beneficiorum Eccleſiaſticorum, diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ, tempore, quo uniuntur, reſervatorum, vel affectorum, fieri poſſent, etiam vigore Decretorum Sacri Concilii Tridentini, in favorem Seminariorum puerorum ad præſcriptum ejuſdem Concilii erectorum, ſivè erigendorum, nihilominus poſteà prætextu indultorum Apoſtolicorum conferendi beneficia reſervata, vel affecta, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos aliquibus perſonis, præſertim S. R. E. Cardinalibus conceſſorum, executio prædicti Decreti Clementis prædeceſſoris, de facto impedita fuit, & impeditur; quoniam Cardinales indulta conferendi, & diſponendi de reſervatis, vel affectis, habentes, aſſerunt, ſe non eſſe in prædicto Decreto comprehenſos, tanquam in eo expreſſim non nominatos; & ulterius, tàm ipſi Cardinales, quàm alii, qui ex prædictis Indultis Apoſtolicis habent facultatem conferendi reſervata, ſeù affecta, ac de eis diſponendi, nedum prætendunt, Indulta hujuſmodi continere facultatem diſponendi de eiſdem beneficiis, etiam per modum unionis, & extinctionis, in præjudicium perpetuum Sedis Apoſtolicæ, quæ illorum proviſione privata remaneret, ſed etiam ex ipſis Indultis eſſe ſublatam, & extinctam reſervationem, & affectionem quamcumque, ideò etiam authoritate ordinaria potuiſſe, & poſſe per eos fieri eorundem beneficiorum, uti non reſervatorum, nec affectorum, unionem; Decretaque Concilii eis concedere facultatem uniendi, etiam reſervata, eiſdem Seminariis. Quinimmò etiam ſi in Pontificatu recor. mem. Pauli V. etiam prædeceſſoris noſtri, hactenus ex voto duorum Rotæ Auditorum, fuerit in Dataria obſervatum, & obſervetur, beneficia duplici re-*

ſervatione perſonali reſervata, vel affecta non comprehendi in prædictis indultis, tamen etiam prætendunt hanc reſervationis duplicitatem non impedire eorum proviſionem vigore prædictorum Indultorum faciendam; eiſdemque beneficiorum unionibus non obſtare; & propterea diverſimodè; etiam exequutio litterarum Apoſtolicarum proviſionis eorundem beneficiorum indebitis prætenſionibus hujuſmodi impedita fuit, & impeditur de facto in diverſis Tribunalibus, & Congregationibus, præſertim Rotæ, & Congregationis Concilii Tridentini; in quibus reperiuntur factæ reſolutiones, etiam inter ſe diſcordantes. Volentes igitur prædicta impedimenta tollere, & noſtro Oraculo, prætenſas dubitationes dilucidare. Motu proprio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetua Conſtitutione, prædictum decretum Clementis prædeceſſoris prædicti ſuper exequutione, ſeu interpretatione ejuſdem Concilii emanatum, confirmamus; inviolabiliterque de cætero obſervari mandamus per quoſcunque Patriarchas Metropolitanos, Archiepiſcopos, Epiſcopos, etiam S. R. E. Cardinales. Declaramuſque prædictum Decretum, etiam eoſdem Cardinales comprehendiſſe; prædictoſque Cardinales, & quoſcunque alios prædicta Indulta Apoſtolica conferendi prædicta beneficia reſervata, ſeu affecta, & de eiſdem diſponendi, habentes, non potuiſſe hactenus, poſt prædictum Decretum Clementis prædeceſſoris, nec in poſterum poſſe in vim illorum, neo vigore ejuſdem Concilii, aut aliàs, etiam authoritate eorum ordinaria, prætextu, quod ex prædictis Indultis extincta, & ſublatæ ſint reſervationes, & affectiones, eadem beneficia quomodolibet, tempore unionis reſervata, vel affecta unire etiam Seminariis prædictis puerorum, nec de eis per viam cujuſcunque unionis, ſuppreſſionis, vel applicationis diſponere, nec etiam in vim prædictorum Indultorum reſervata, & affecta conferendi, ac de eis diſponendi potuiſſe, nec poſſe conferre beneficia dupliciter reſervatione perſonali reſervata, vel affecta. Præſentes quoque litteras de ſubreptionis, ac obreptionis, ſeu nullitatis vitio, noſtræque intentionis defectu, etiam ex eo, quod Seminaria, & quicunque, & cujuſcunque ſtatus, conditionis, gradus, qualitatis, ac dignitatis, etiam Eccleſiaſtica deſuper intereſſe habentes, vel habere prætendentes, ad hæc vocati non fuerint, vel præmiſſis non conſenſerint, notari, impugnari, redargui, aut in jus, vel controverſiam revocari non poſſe. Sicque & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ac S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, & quoſcunque alios, ſpeciali expreſſione indigentes, judicari, diffiniri, & interpretari debere. Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, ſeu interpretandi facultate, & authoritate. Ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, Regulis Cancellariæ, & quatenus opus foret, etiam illa de non tollendo jure quæſito, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Quorum omnium, & ſingulorum tenores, earumdemque litium, & cauſarum; etiam hactenus pendentium, ſtatum, & merita, ipſorumque beneficiorum nuncupationes, ſituationes, & qualitates, partiumque collitigantium, necnon Iudicum nomina, & cognomina, Tribunaliumque, & Congregationum præeminentias, & facultates, cæteraque hic forſan exprimenda, & inſerenda pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus. Dat. Romæ, apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, Die XV. Iulii M.DC.XXXII. Pontificatus Noſtri Anno Decimonono.

M. A. Maraldus.

Nec in propoſito unionis beneficii reſervati, faciendæ prædicto Seminario, omittendum duxi; quod cum fuiſſet aliàs dubitatum, numquid unio beneficiorum ab Epiſcopo, ante ſuam promotionem obtentorum, poſſet validè Seminario fieri, fuit ita propoſitum videlicet.

Die 24. Auguſti 1619. Præſuppoſito, quod Archiepiſcopus Brundusinus de anno 1610. ſeu alio veriori tempore, poſt tamen annum 1602. univerit Seminario Brundusino nonnulla beneficia ſimplicia per Epiſcopum Oritanum, ante ſuam promotionem obtenta, quæ ſecundum Extrav. Ad Regimen, cum ſint affecta, & conſequenter uniri nequeant, petitur, dictam unionem declarari nullam, & invalidam. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum cenſuit, ſi beneficia hujuſmodi ab Epiſcopo Oritano, tempore ſuæ promotionis obtinebantur, tanquam propterea Sedi Apoſtolicæ reſervata, minimè potuiſſe uniri Seminario Brundusino, &
45 *unionem, ut ſuperius proponitur factam ab Archiepiſcopo, nullam prorſus, atque irritam eſſe. C. Cardinalis de Torres.*

Quæ quidem declaratio habetur penes Vivian. *poſt deciſionem 48. in calce ſuæ praxis juriſpatr.*

Et alias eadem Sacra Congregatio ſic etiam cenſuit, *Ad obviandum fraudibus, oportere decerni, ut non poſſint etiam ante vacationem uniri Seminario beneficia, quæ obtinent perſonæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſunt, ut quocumque tempore decedant, certum ſit, ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ. Die 22. Februarii 160*

Præterea declaravit, *ſi Epiſcopus beneficia ſimplicia, ſervata forma Concilii univerit Seminario ante eorum vacationem, eveniente poſtmodum eorum vacatione, etiam in menſe reſervato, unionem effectum debere ſortiri. Die 18. Decembris 1597.*

Ratio namque hujus poſterioris declarationis ea eſt, quia per talem unionem factam, ante vacationem de beneficio, tunc non reſervato, non poteſt aliqua fraus conſiderari, cum verè illa fuerit facta ad præſcriptum, & ſecundùm mentem ſupradicti Concilii.

FINIS QVARTI LIBRI.

PRA-

PRAXIS RESIGNATIONIS

BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM

Tùm ſimplicis, tùm conditionalis, ſcilicet ad favorem, cum penſionis annuæ, necnon illius loco, fructuum Reſervatione.

LIBER QVINTVS.

CAPUT I.

Praxis Supplicationis pro admiſſione Reſignationis Beneficii Eccleſiaſtici, cum Reſervatione Penſionis, ac nonnullarum Clauſularum illius Primæ Partis.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationis Beneficii Eccleſiaſtici, cum reſervatione penſionis annuæ, ſupplicationis formula proponitur.*

2 *Eccleſiæ appellatione, ſine aliquo adjuncto, intelligitur de Cathedrali.*

3 *Clauſula* Aliundè valens, &c. *quando apponenda in reſignatione beneficii.*

4 *Verba*, unà cum infraſcripta penſione annua, *appoſita in reſignatione beneficii, cum reſervatione penſionis, quomodo intelligenda.*

5 *Verba*, commodè ſuſtentari, *in reſignatione beneficii, reſpiciunt ſubſtantiam gratiæ.*

6 *Clauſula*, certis ex cauſis, &c. *in reſignatione beneficii, in manibus Papæ, an ſit neceſſaria.*

7 *Reſignatio beneficii præſumitur facta cum cauſa.*

8 *Beneficiatus, de crimine accuſatus, quomodo poſſit renunciare beneficio.*

9 *Etiam cum reſervatione penſionis.*

10 *Decretum, quod detentor beneficii non poſſit reſignare, niſi in favorem impetrantis, quomodo detur per Datariam.*

11 *Tempus poſſeſſionis beneficii reſignandi, quarè exprimendum in reſignatione.*

12 *Reſignationis Parochialis Eccleſ. ad favorem, formula proponitur.*

13 *Et quænam ſint explicanda in ipſa ſupplicatione.*

14 *Temporis poſſeſſionis expreſſio in reſignatione parochialium, quando inceperit.*

15 *Eſt illud verificandum.*

16 *Narrativa, cum ſit individua ratione formæ, debet verificari.*

17 *Temporis poſſeſſionis expreſſio requiritur, etiam in permutatione Parochialis, ſeu alterius Beneficii, reſidentiam requirentis.*

18 *Parochialis Eccleſia, ſi intra triennium reſignetur, quodnam decretum detur per Datariam.*

19 *Et quarè illud detur.*

20 *Parochialium Eccleſiarum Rectorum continua mutatio damnoſa.*

21 *Examinetur, quomodo in Dataria detur pro Oratore præſente in Curia.*

22 *Qui tamen ſi reſignet, poſt juramentum, valet reſignatio; ſed peccat mortaliter.*

23 *Quomodo tamen intelligatur prædictum juramentum.*

24 *Parocho, qui parochialem intra triennium reſignavit, & aliam in concurſu obtinuit, datur nova proviſio, attento decreto inhabilitatis.*

25 *Et quomodo indulgeatur adverſus dictum decretum.*

26 *Et proponitur formula indulti.*

27 *Penſio ſuper fructibus parochialis Eccleſiæ ante Concilium, quomodo reſervabatur.*

28 *Penſionis reſervatio ſuper fructibus parochialis Eccleſiæ, cum Clauſula*, Centum pro Rectore, *quomodo hodie in Dataria practicetur.*

29 *Reſignanti parochialem Eccleſiam, cujus fructus, &c. incapaces ſunt penſionis, quomodo ſuccurratur, ſi non habeat aliunde, &c.*

30 *Clauſula*, Dummodò Centum ducati remaneant pro Rectore, *importat conditionem.*

31 *Penſione reſervata, ſine Clauſula*, Dummodo Centum pro Rectore, *quomodo non ſit gravandus penſionarius duriori probatione.*

32 *Penſio Conſiſtorialiter, ſine conditione reſervata, non eſt juſtificanda, & quare.*

33 *Clauſula*, Dummodò Centum pro Rectore, *quandoque à Papa alteratur pro majori quantitate, ut hic.*

34 *Et quomodo hujuſmodi ducati ſint accipiendi.*

35 *Et quomodo mille pro Epiſcopo.*

36 *Ducati* Centum liberi, *pro reſignatario, quomodo accipiendi.*

37 *Onera ordinaria, & neceſſaria, non autem alia, deducenda ex fructibus beneficii.*

38 *Clauſula*, Dummodò Centum pro Rectore, *non comprehendit domum Rectoralem.*

39 *Ducati centum liberi pro Rectore, & mille pro Epiſcopo, de quo tempore intelligendi.*

40 *Clauſula*, Dummodò Centum pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo, *an à penſionario, vel titulari verificanda.*

41 *Obtinere, & poſſidere beneficium, quomodo inter ſe differant.*

42 *Reſignare non poteſt quis beneficium ad favorem, ad quod habet jus ad rem tantùm.*

43 *Reſignari non poteſt beneficium, ad cujus titulum quis promotus fuit ad ſacros ordines.*

44 *Hoc tamen non intelligitur de privationibus, & renunciationibus à jure inductis.*

45 *Beneficia eccleſiaſtica reſignanda in manibus Superiorum.*

46 *Præſentatus ad beneficium, poteſt ante inſtitutionem reſignare in manibus patronorum.*

47 *Clauſula* Reſervatis ſibi validè infraſcriptis, *in reſignatione beneficii cum reſervatione penſionis, quomodo intelligenda.*

48 *Clauſula*, reſignare proponat, *in ſupplicatione pro reſignatione ad quid appoſita.*

49 *Reſignatio beneficii non requirit expreſſionem menſis, quo illa ſit.*

50 *Supplicatio pro reſignatione beneficii ad favorem, quomodo reformata à tempore Gregorii XIII.*

51 *Clauſula*, Sivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo, *de quibus modis intelligenda.*

52 *Clauſula*, Ex alterius cujuſcunque perſona, *quid operetur in impetratione beneficii.*

53 *Clauſula*, etiam coram Notario publico, &c. *quid operetur in reſignatione beneficii.*

54 *Reſignatio facta coram teſtibus, etiam ſine Notario, admittitur à Papa.*

55 *Clauſula*, Etiamſi beneficium vacet per aſſecutionem, *quid operetur.*

56 *Clauſula*, Non tamen per obitum, *quid importet in im-*

in impetratione beneficii vacantis per reſignationem.
57 *Supplicationis formula pro impetratione beneficii per obitum vacantis, proponitur.*
58 *Reſervatio beneficii vacantis apud Sedem, fortior omnibus aliis.*
59 *Beneficii vacatio in Curia, & vacatio apud Sedem, quomodo differant.*
60 *Devolutio beneficii, quarè inventa.*
61 *Et quomodo fiat.*
62 *Devoluta beneficia, etiam ad Inferiores Papa conferre.*
63 *Illaque libentiſſimè conferre ſolet, & quarè.*
64 *Et devolutio datur in litteris, diſpoſitivè, & quare.*
65 *Et qua ſit formula ſupplicationis impetrandi per devolutionem.*
66 *Devoluta beneficia non cadunt ſub reſervatione.*
67 *Affectum beneficium, quodnam dicatur.*
68 *Affectio eſt diſpoſitivè in litteris exprimenda.*
69 *Quando intret, quando vero, non.*
70 *Reſervatio ſpecialis, quænam dicatur.*
71 *Et qua generalis.*
72 *Reſervatio, in materia beneficii eccleſiaſtici, quid ſit.*
73 *Clauſula,* Etiam ſi beneficium ſit litigioſum, *unde extracta.*
74 *Clauſula,* Cujus litis ſtatus, &c. *ad quid, in impetratione beneficii.*
75 *Et quomodo præſervet gratiam à ſubreptione.*
76 *Litigioſi beneficii impetratio, requirit mentionem litis.*
77 *Collatio beneficii quid ſit.*
78 *Commenda dicitur palliata diſpenſatio.*
79 *Verbum,* providere, *quid importet.*

DE beneficiorum Eccleſiaſticorum reſignatione, ampliſſimum edidit tractatum Flaminius Pariſius Comprovincialis meus; in eoque quamplurima, circa materiam, accumulavit in praxi, quarè ad ipſum remitto Lectorem; à quo non parum capies utilitatis. Ego verò ea tantummodo pro eadem praxi adducam, quæ poſt dictum Tractatum, ſucceſſivis inde temporibus, tàm ex novo ſtylo Dataria, & Cancellariæ Apoſtolicæ, quàm variis, noviſſimiſque Pontificiis Conſtitutionibus, Sacrarumque Congregationum Declarationibus, Decretis, Sacræ Rotæ Deciſionibus, aliiſque ad ipſam praxim pertinentibus, perquam utilia, atque neceſſaria eſſe duxi. Operæ pretium proinde exiſtimavi, non aliundè exordiri, quam ex Supplicationis formula, pro hujuſmodi reſignatione ad favorem, cum penſionis annuæ reſervatione; quæ tanquam plures, ac generales Clauſulas continens, ſatis abundè in ſuas diffunditur partes: quandoquidem ipſæ Clauſulæ, propter disjunctivas, dicuntur omninò ſeparatæ, & diverſæ, ac principales, non autem ad cæteras acceſſoriæ, & dependentes atque connexæ, & tot videntur conceſſiones, quot ſunt Clauſulæ, & ad omnes illas refertur conceſſio Papæ, ut optimè tradit idem Pariſ. *in d. tract. lib. 8. q. 7. nu. 138. & ſeq.*

Quod quidem intelligendum eſt, quatenus gratia principalis, quæ continet ſupradictas Clauſulas, valida, ac firma remaneat; nam aliàs ea annullata, annullantur conſequenter omnes Clauſulæ in ea contentæ; prout ex pluribus comprobat Sarnen. *in reg. de infir. reſign. q. 34. num.* 3. ubi, in propoſito, quod ſi annulletur proviſio per reſignationem factam reſignatario, fortaſsè in pœnam ipſius, inducentis infirmum ad reſignandum; vel propter ſuſpicionem, quæ de eo haberi poteſt, annullata proviſione, omnes Clauſulæ ibi poſitæ ſunt nullæ. Ipſius igitur ſupplicationis formula, de more Curiæ concipienda, ac Summo Pontifici porrigenda, talis eſſe poterit, videlicet.

Beatiſſime Pater. Cum devotus S. V. Orator A. Canonicus Majoris Eccleſiæ B. aliundè valens unà cum infraſcripta
1 *penſione annua, commodè ſuſtentari, certis, ex cauſis animum ſummoventibus, Canonicatum, & præbendam, quos in dicta Eccleſia, à viginti annis obtinet; & ad cujus titulum ad Sacros Ordines promotus fuit, in manibus ejuſdem S. V. reſervatis tamen ſibi validè infraſcriptis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ſponte, & liberè reſignare proponat, prout reſignat de præſenti, Supplicat igitur humiliter E. S. V. tàm dictus A. quàm devotus etiam illius Orator C. Clericus Mediol. in Sacro Diaconatus ordine conſtitutus, Canon. Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſ. D. ejuſdem A. ex fratre germano, nepos, ſeù aliàs conſanguineus, quatenus reſignationem hujuſmodi admittendo eiſque ſpecialem gratiam faciendo, primodictos Canonicatum, & præbendam, quorum, & illis forſan annexorum fructus, &c CL. computatis verò diſtributionibus quotidianis, CCC. ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedunt: Sivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona, ſeù per ſimilem, vel aliam liberam reſignationem dicti A. vel cujuſvis alterius de illis in Rom. Curia, vel extrà eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſpontè factam, aut aſſequutionem, &c. præterquàm per obitum, &c. vacent, etiam ſi devoluti, affecti, ſpecialiter, vel aliàs, ex quavis cauſa in litteris, etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervati, litigioſi, cujus litis ſtatus, &c. exiſtat. C. conferre, & de illis etiam providere. A. verò Oratoribus præfatis, ne ex reſignatione ſua hujuſmodi, nimium diſpendium patiatur, ſed ut commodius ſuſtentari valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providendo, ſibi penſionem annuam ab omni decima, quarta, media, & quavis alia fructuum parte, necnon ſubſidio, etiam charitativo, & quovis alio ordinario, & extraordinario onere, quomodolibet nuncupato, etiam pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Cruciata ſancta, & expeditione contra Turcas, ac infideles, & hæreticos, ac quoſcunque fidei Catholicæ hoſtes, ac pro Seminario puerorum eccleſiaſtico, & quavis alia, etiam urgenti, urgentiſſima, & neceſſario exprimenda cauſa; etiam ad ſupplicationem Imperat. Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, canonicè, vel de facto, nunc, & pro tempore impoſitis, & quomodolibet imponendis, etiamſi impoſitionibus hujuſmodi caveatur expreſſè, quod penſionarii quicunque pro rata penſionum ſuarum quantumvis exemptarum, præmiſſis contribuere teneantur; quam ratam dictus C. tàm ſuo, quàm infraſcriptorum ſucceſſorum nominibus, de ſuo, & eorum proprio promittit, abſque ſpe aliquid unquam poſtea repetendi, ſeù defalcandi, onuſque ratæ hujuſmodi in ſe: & eoſdem ſucceſſores ſuſcipit; & quidquid propterea ſolverit, vel ſolverint, quod ipſam ratam concernet, eidem A. irrevocabiliter, etiam donatione, quæ dicitur fieri inter vivos, gratioſè donat, & remittit: necnon, belli, peſtis, ſterilitatis, ſiccitatis, alluvionis, deprædationis, devaſtationis, agrorum depopulationis, incurſus militum, fructuum non recollectionis, ac cujuſvis alterius fortuiti, & inopinati, & de jure evenire inſoliti caſus, & eventus, pro tempore contingentis, liberam, immunem, & exemptam, ducatorum L. ſimilium ſuper primodictorum Canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, etiam incertis, necnon diſtributionibus quotidianis eidem A. quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per dictum C. cujus ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos, primodictos Canonicatum, & præbendam pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis, in loco, & terminis, in litteris, ſtatuendis, ac ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis in ſimilibus apponi ſolitis, & conſuetis, integrè, vigore tamen litterarum apoſtolicarum deſuper infra ſex menſes proximos expediendarum, nec aliàs, alioquin præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo, perſolvenda, reſervare, conſtituere, & aſſignare, Sibique quod C. aut aliquo ex ſucceſſoribus prædictis, in ſolutione dictæ penſionis annuæ, modo, & forma præmiſſis facienda, in toto, vel in parte ceſſante, aut deficiente, vel illam ad minorem ſummam reduci petente, inſtante, vel procurante; ſeu penſionem ipſam, nullam, & invalidam, ſeù malè, aut*

nulliter

nulliter aſſignatam eſſe , dicente , vel allegante , liceat eidem A. ad primos dictum Canonicatum , & præbendam liberos habere regreſſum , & ingreſſum , illiaſque corporalem , realem , & actualem poſſeſſionem per ſe , vel aliam , ſeù alios ejus nomine , propria authoritate , liberè apprehendere : ac tam ſui prioris tituli , quàm ſuper præſentibus conficiendarum litterarum vigore , abſque alia ſibi deſuper de novo facienda proviſione , ut prius retinere liberè , & licitè valeat , in omnibus , & per omnia , ac ſi nunquam reſignaſſet , concedere , & indulgere , Irritumque &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali . Non obſtantibus conſtitutionibus , & ordinationibus apoſtolicis : necnon primodictæ Eccleſiæ , etiam juramento , confirmatione apoſtolica , vel quavis firmitate alia roboratis , ſtatutis , & conſuetudinibus , etiam de optando majores , & pinguiores præbendas , privilegiis quoque indultis , & litteris apoſtolicis , illi ejuſque Præſuli , Capitulo , Canonicis , aliiſque Superioribus , & perſonis , ſub quibuſcunque tenoribus , & formis , ac cum quibuſvis clauſulis , & decretis , in contrarium forſan quomodolibet conceſſis . Quibus omnibus , etiam ſi de illis , &c. latiſſimè hac vice derogare placeat , cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis .

Fiat , ut petitur F.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum , &c. & quod dictorum Oratorum diſpenſationes , veraſque & ultimus primodictorum Canonicatus , & præbenda vacationis modus , etiam ſi ex illo quavis generalis reſervatio , etiam in corpore juris clauſa reſultet , necnon lites , & cauſa , ſi quæ ſint ſtatus , & merita , nominaque , & cognomina Iudicum , & collitigantium , eorumque ac dicti A. aliorumque quorumcumque conceſſiones , proviſiones , aliaque jura , & tituli , etiam proprii tituli , ac lites habeantur pro expreſſis , ſeù in toto , vel parte exprimi poſſint , & cum Clauſulas , generalem reſervationem importante , ex quavis cauſa in litteris , etiam diſpoſitivè exprimenda . Et de admiſſione reſignationis hujuſmodi , ac proviſione primodictorum Canonicatus , & præbenda pro dicto C. ut ſupra , cum gratificatione opportuna , quatenus ille locus ſit ; necnon dictæ penſionis annuæ reſervatione pro A. Oratoribus prædictis latiſſimè extendenda . Ita quod litteræ deſuper in forma ſimplicis proviſionis , gratioſa ſubrogationis , etiam quoad poſſeſſionem gratiæ ſi neutri , ſi nulli , ſi alteri perinde , ac etiam valere , aut aliàs ſimul ad partem expediri poſſint . Et cum derogatione regularum de non ſubrogandis non collitigantibus , quia non in potentiorem , ac de annali poſſeſſore , quoad primam ejus partem , necnon juriſpatronatus , quatenus de illo exiſtant ; quod diſpoſitivè in litteris ſi videbitur , regula contraria non obſtante , exprimi poſſit , videlicet , ſi laicorum tantùm , etiam nobilium , & Illuſtrium , eiſque ex fundatione , vel dotatione competat , pro medietate , ſeù ſi ipſorum , & Clericorum mixtim , aut Clericorum tantum , aliàs , ſeù ſi litigioſi , vel devoluti ſiat , in totum , latiſſimè extendenda . Et de reſervatione dictæ penſionis annuæ ducatorum L. hujuſmodi , quæ tranſeat ad ſucceſſores , cum regreſſu , acceſſu , & ingreſſu in non ſolutionis , & alios eventus præmiſſos , pro dicto A. pariter latiſſimè extendenda . Et cum ſuſpenſione quarumcunque ſpecialium , vel generalium , etiam mentalium reſervationum , unionum , ſuppreſſionum , mandatorum , etiam de providendo , expectativarum , aliarumque gratiarum præventivarum , facultatum ; & indultorum , quibuſvis etiam S. R. E. Cardinalibus , ac eis , etiam in nullius favorem quomodolibet conceſſorum ; cum decreto deſuper opportuno , quod ſe ad præmiſſa non extendant in litteris latiſſimè extendendos : citra tamen acceſſum , & ingreſſum , ac de conſenſu Coadiutoris . Et quod præmiſſorum omnium , & ſingulorum , etiam denominationum , qualitatum , annexationum , invocationum , fructuum , etiam augendo , aliorumque neceſſariorum major , & verior ſpecificatio , & expreſſio fieri poſſit in litteris . Cum expreſſione quod A. præter dictam penſionem annuam , duo perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica in aliis , quàm dictis Eccleſiis , conſiſtentia , quorum fructus , &c. 24. ducatorum auri de Camera , valorem annuum inſimul non excedunt , C. verò præfati , unam ſub Sancti Andreæ de Mianis , & alteram , ſub Sancti Pauli , reſpectivè nuncupatorum in Parochiali , ſeù alia Eccleſia S. N. abſque diſpenſatione Apoſtolica ibi obtineri per annum , & eandem , conſuetas Capellas , quæ ſine cura ſunt , & perſonalem reſidentiam non requirunt , quarum pariter inſimul fructus , &c. 40. ducatorum ſimilium valorem annuum non excedunt , reſpectivè , obtinent ; ac ad perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione , ſeù ad altare S. N. in Eccleſia S. N. cui etiam fructus , &c. 20. ducatorum parium valorem annuum itidem non excedunt , jus habet necnon penſionem annuam aliorum ducatorum 50. ſimilium ſuper fructibus ſine cura Eccleſia S. N. ſibi Apoſtolica authoritate reſervatam , annuatim percipit . Et cum decreto , quod dictus C. intra duos menſes , à die habita per eum pacifica poſſeſſionis primodictorum Canonicatus , & præbenda , ſeù qua per eam ſteterit , quominus illam aſſequatur , computandos ſecundodictos Canonicatum , & præbendam , in manibus Romani Pontificis , liberè , cum ſpecifica mentione præſentis decreti , dimittere omninò teneatur ; alioquin , tàm primò , quàm ſecundodicti Canonicatus , & præbenda hujuſmodi vacent eo ipſo ; ita ut de illis per Sed. Apoſtolicam , dumtaxat diſponi poſſit , Irritum , &c. quoque ſupradictus C. omnes , & ſingulas expenſas , circa expeditionem litterarum , et iam reſervationis , penſionis hujuſmodi , ſupradictum A. quomodolibet tangentes de ſuo proprio abſque ſpe aliquid unquam poſtea repetendi , ſeu defalcandi ſuppeditare teneatur , & ad id obligatus exiſtat , ac cogi , & compelli poſſit ; quodque quoad hoc , ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat , & ubique in judicio , & extra fidem faciat , regula contrarium non obſtante , Et quoad proviſionem , committatur in forma , dignum noviſſima ; Et citra approbationem juriſpatronatus .

Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Quinto Id. Iulii Anno Primo.
Miſſa xxiij. Iulii. I. Prodat.

Alias conſimiles formulas, tàm ſupplicationum, quàm litterarum Apoſtolicarum, ad hanc materiam pertinentes, reperies penes eundem Pariſ. *dict. quæſt.* 7. *per tot.*

Et quia præter ea, quæ ad ipſam noſtram materiam pertinent, multæ in ipſa ſupplicatione adſunt clauſulæ, materiam, & praxim beneficialem concernentes; præcipuè circa impetrationes beneficiorum, in quibus ſemper ferè ſunt eædem clauſulæ, ob id operæ pretium me facturum exiſtimavi pro iuvenibus, & in Romana Curia novis, Clauſulas ipſas, ea, qua potui brevitate, declarare; ne ſaltem ipſi, in conficiendis ſupplicationibus beneficialibus, efficiantur ſimiles pſyttacis, qui cum linguam habeant, præ cæteris avibus expeditiorem, eo facilius verba hominis articulantur patentioribus plectro, & palato, ut refert Plin. *lib.* 10. *cap.* 24. vocemque humanam miro artificio exprimunt; quid tamen illa ſibi velint, ignorant, cui refert illud Martial. *lib.* 14. *Pſyttacus à vobis aliorum nomina diſco*: Quarè, ita dicendum eſt, videlicet.

Beatiſſime Pater. Vide, quæ diximus in declaratione formulæ ſupplicationis diſpenſationis ſuper bigamia, in mea *Praxi diſpenſ. Apoſtol. lib.* 1. *cap.* 2. *no.* 1.

Cum devotus, &c. Vide etiam ſupradicto *loco citato, eod. verbo.*

Canonicus Eccleſiæ B. Et cum ita dicatur, ſine alio adjuncto, interpretatio communiter recepta eſt, ut intelligatur de Cathedrali, quæ ſemper venit appellatione Eccleſiarum, text. *in c. cum Clerici, in verbo Eccleſiæ, de verb. ſign.* ubi Eccleſia accipitur ſolùm pro Epiſcopo, & Canonicis Cathedralis, & in *Clem. in pleriſque, de elect.* Non tamen eſt neceſſaria expreſſio invocationis Eccleſiæ Cathedralis cum ſufficiat ſimpliciter dicere, *Eccleſia Mediolanen.* abſque eo, quod dicatur ſub invocatione N. Quod ſi Eccleſia Cathedralis, ſit etiam Parochialis, ſeù Curata, vidi pluries hanc qualitatem, ita exprimi, videlicet, *Cum beneficium curatum Eccleſia* B. ut aliàs dixi; quamvis aliter frequentius exprimi viderim, nempè, *Vicaria perpetua Eccleſia B. qua etiam Parochialis exiſtit, &c.*

2 Verum eſt tamen, quod ſi impetretur aliquod beneficium in ipſa Cathedrali Eccleſia exiſtens, debet exprimi nomen Sancti ipſius beneficii; & ita eſt communiter receptum, ut docet notorio ſtylus Curiæ, & Cancellariæ, qui eſt pro lege ſervandus, Dec. *conſ.* 699. *numer.* 5. nam licet *gloſ. in cap. quamvis, verbo, non extendit, de preb. in* 6. dicat hunc eſſe ſtylum Curiæ, ut non ſit neceſſaria expreſſio Sancti, ſub cujus invocatione eſt beneficium in ipſa Cathedrali exiſtens, nihilominus ad evitandas controverſias, quæ in diea videntur exoriri ob omiſſam talem expreſſionem, conſuevit exprimi; quia hæc cautela potius prodeſt, quam nocet, & ita ſervatur.

Aliundè valens, &c. Hæc clauſula, tunc tantum eſt neceſſariò
3 in ſupplicatione reſignationis apponenda, cum reſignans eſt in aliquo ex ſacris ordinibus conſtitutus. Undè, optimè ſecundum hanc praxim diſtinguitur, nempè, quod, aut reſignans eſt in minoribus ordinibus conſtitutus, aut in ſacris; nam primo caſu, admittitur renunciatio, etiam ſi non habet aliundè, unde vivere poſſit, etiam ſi renunciatio fiat coram Ordinario in caſibus permiſſis; quia talis renuncians poteſt etiam tacitè renunciare, contrahendo matrimonium, &c.

Secundo verò caſu, quando eſt in Sacris conſtitutus; non admittitur ſupplicatio, niſi dicatur, quod aliundè habeat, &c. juxta terminos conſtitutionis Pii V. ſuper modo, & forma faciendi reſignationes, illis verbis *Nec horum alius ſacro ordine mancipatus, aut religionem ingreſſurus, valeat beneficium vel Officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commodè ſuſtentari*; nam licèt Conſtitutio hæc loquatur de reſignationibus coram Ordinariis non autem coram Summo Pontifice, attamen, quia militat eadem ratio in utroque caſu, ideo erit idem ſtatuendum, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* ac propterea, cum reſignans ſit in minoribus tantummodo conſtitutus, in principio ſupplicationis ſemper dici conſuevit, *Cum devotus veſter N. Clericus, in nullo ex ſacris ordinibus conſtitutus, &c.* vel in corpore ipſius ſupplicationis dicetur, *beneficium prædictum, quod nullum ordinem Sacrum annexum habet, vel requirit*; & ſic non apponitur hoc caſu dicta clauſula *aliundè, &c.* ſicut, nec quando reſignans fuerit Epiſcopus, cum jam habeat aliundè, &c.

Quod ſi reſignans fuerit in Sacris Ordinibus conſtitutus, & velit ingredi Religionem, erit in ſupplicatione id exprimendum, videlicet, *quique aliunde habet, unde ſi profeſſione regulari per eum non emiſſa, e dicto Ordine egrediatur, ut commodè ſuſtentari poſſit.* Et quandoque per ipſos Officiales additur decretum in calce ipſius ſupplicationis, videlicet; *Et dummodo ſi dictus N. ſacris initiatus ſit, & profeſſionem regularem non emittat, aliunde habeat, unde commodè vivere poſſit.*

Et eſt hic notandum, quod ſi ipſe reſignans per ingreſſum Religionis, inde poſt emiſſam in ea profeſſionem, ex aliqua cauſa exierit, ac ſecum diſpenſatum fuerit, ut habitu Clerici ſæcularis reaſſumpto, poſſit beneficia eccleſiaſtica obtinere, non tamen poteſt ad illud beneficium redire, quod ante profeſſionem dimiſit, *cap. poſt tranſlationem, de renunc.* Pariſ. *lib.* 3. *q.* 13. 14.

Hæc Clauſula *Aliunde valens*, nedum apponitur in reſignationibus, ſivè ad favorem, ſivè ſimplicibus, verùm etiam in quibuſcunque ceſſionibus beneficiorum, quando reſignans aſſerit, ſe in aliquo ex ſacris ordinibus conſtitutum; quia in omnibus ſupradictis caſibus militat eadem ratio, ne videlicet, ſi ordinatus cogatur cum dedecore Clericalis ordinis mendicare; etiam ſi quælibet ceſſio, ſeù dimiſſio hujuſmodi fiat in vim ſolius ſupplicationis ſignatæ, cum Clauſula, *quod illius ſola ſignatura ſufficiat*; tunc enim tenetur etiam reſignans, ſeù dimittens, coram Ordinario docere, ſe aliunde commodè ſuſtentari, mediante illius patrimonio illiuſque poſſeſſione, ac fructuum perceptione; aliàs reſignatio, ceſſio, aut dimiſſio erit nulla.

Quarè, ſi poſtquàm admiſſa fuerit reſignatio, cum ſupradicta Clauſula *Aliundè, &c.* compertum fuerit, reſignantem non habere, unde commodè vivere poſſit, recurritur ad Summum Pontificem, qui alicui Judici per ſuas litteras in forma Brevis, factum hujuſmodi committit ſequenti modo, videlicet. *Urbanus, &c. Venerabilis frater, ſeù dilecte Fili, &c. Exponi, &c. fecit A. presbyter, & Canonicus Eccleſiæ B. Quod aliàs ipſe Exponens Canonicatum, & præbendam dictæ Eccleſiæ ad favorem C. ejus nepotis in manibus noſtris reſignavit, cum aſſertione, quod aliunde commodè vivere valebat. Cum autem, &c. dictus Exponens non habeat aliunde vivere, & propterea dictam reſignationem nullam, via juris declarari facere intendat. Nobis, &c. quatenus cauſam, & cauſas nullitatis, & invaliditatis dictæ reſignationis, ac quam, & quas, &c. contra prædictum C. adverſarium, omneſque alios, &c. cum omnibus ſuis incidentibus, &c. Nos igitur, &c. fraternitati tuæ committimus, quatenus vocatis, &c. in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ſine præjudicio litterarum Apoſtolicarum, authoritate noſtra facias, prout de jure fuerit faciendum. Dat. Romæ, &c.*

Similis commiſſio fuit obtenta per Rectorem Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ rotundæ nuncupatæ, cum expreſſione. *Quod aliàs ipſe Exponens Parochialem Eccleſiam prædictam reſignavit abſque aliqua penſionis reſervatione ad favorem B. in manibus noſtris, cujus reſignationis vigore dictus B. de dicta Eccleſia, Apoſtolica ſibi authoritate provideri obtinuit, litteraſque Apoſtolicas deſuper in forma gratioſa expeditas, cum Clauſula, ſeù narrativa, quod dictus Exponens aliunde commodè vivere valeret, Iudice Exequutor de facto, abſque verificatione, quod dictus Exponens aliunde commodè vivere poſſet, dictas litteras exequutioni demandavit, prædictum B. in poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ immittendo, cumque dictus Exponens aliundè vivere nequeat, a decreto exequutionis litterarum Apoſtolicarum, & immiſſionis hujuſmodi infra legitima tempora, &c. ad Sedem Apoſtolicam appellaverit, & aliàs principaliter de nullitate dixerit Nobis, &c. Nos igitur, &c. fraternitati veſtræ, &c. ſeu Diſcretioni tuæ, &c. mandamus, quatenus, &c. vocatis, &c. cauſam, & cauſas, &c. cum omnibus incidentibus, &c. totoque negotio principali, ſine præiudicio exequutionis prædictarum litterarum Apoſtolicarum, authoritate noſtra audiatis, &c. Nos enim vobis, &c. dictumque Exponentem, &c. reſtituendi, cæteraque, &c. faciendi, &c. plenam, & liberam Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, &c. 31. Octobris 1645. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.*

Hæc

Hæc autem Clauſula *Aliunde, &c.* verificari debet tempore exequutionis gratiæ dictæ reſignationis; namque illa verba appoſita in dictis litteris, *ſi tibi conſtiterit, &c.* ſunt futuri temporis, & qualitas adjecta verbo, debet intelligi juxtà tempus verbi, Abb. *in cap. cum in cunctis, §. inferiora, num. 10. de elect.* quarè, ſi tempore exequutionis, reſignans eſſet mortuus, nihil circa hanc Clauſulam, debet verificari: quia mortuus non indiget alimentis, Vivian. *in prax. juriſpatron. lib. 13. cap. 5. num. 44. cum duobus ſeqq.*

4 **Vnà cum infraſcripta penſione,** *annua, &c.* Attamen notandum eſt, quod per hæc verba non arctatur reſignans ad probandum, ſe aliunde habere, ſi penſio, quæ ſibi ea cauſa præſentis reſignationis reſervatur, ſit ſufficiens ad ejus vitam ſuſtentandam, nam intentio Papæ eſt, quod remaneat congrua ſuſtentatio reſignanti, ſivè ex penſione tantùm, ſivè etiam aliundè. Garc. *de benef. p. 6. cap. 2. num. 293.* ubi refert ita fuiſſe reſolutum in una *Zamoren. Beneficii* 20. *Iunii* 1594. *coram Corduba, & num. ſeq.* ait, quod verbo, aliundè, ponitur ad excluſionem beneficii reſignati, non autem penſionis, prout fuit dictum in una *Brixien. Parochialis* 20. *Novembris* 1598.

5 **Commodè ſuſtentari.** Quia verò, tàm hæc, quàm ſupradicta verba reſpiciunt ſubſtantiam gratiæ, ex quo aliàs talis reſignatio nunquam admitteretur, idem Garc. *p. 2. c. 5. n.* 201. propterea tollendum eſt dubium, quod poſſet deſuper oriri, ad dignoſcendum, quænam dicatur congrua ſuſtentatio, juxta dicta verba, *commode vivere poſſit*. Et quamvis multi multa dixerunt, attamen ſemper hoc vidi determinari ab Ordinario; qui inſpecta qualitate perſonarum, locorum, & temporum, judicarunt (loquor de ſimplicibus beneficiis) non attendendam eſſe nobilitatem, ſeù litteraturam reſignantis, ſed honeſtam, congruam, & commodam ſuſtentationem; de quo videndus eſt Garc. *d. cap. 5. nu.* 205. *cum ſeqq* & de titulo promovendorum, dixi in mea *Praxi diſpenſat. Apoſt. lib. 4. cap. 7. num. 21. & 22.*

Certis ex cauſis, *animum ſuum moventibus, Canonicatum, & præbendam, &c.* Licèt clauſula hæc apponi conſueverit in ſupplicationibus reſignationum ad favorem, tàm ſimplicium, quàm conditionalium, attamen eam non puto neceſſariam; reſignationes enim,
6 quæ fiunt in manibus Papæ, non requirunt expreſſionem cauſæ, cum renunciatio ex cauſa fiat tantùm coram Ordinario, qui ſine aliqua ea expreſſis in *Conſtitutione Pii Quinti, quæ incipit, Quanta,* non poteſt illam admittere.

Porrò, quamvis in reſignatione beneficii, ſaltem indiſtinctè requiratur cauſa, ut voluit Imol. *in cap. 1. num. 7. de rer. perm.* tamen ſemper in dubio præſumitur facta, &
7 admiſſa cum cauſa, Butr. *in cap. ſuper hoc, num. 5. de renunc.* præcipuè cum reſignationes admittuntur per Summum Pontificem; in quo præſumitur cauſa, etiam ſi adſit præjudicium tertii; talis enim præſumitur Princeps; qualis de jure eſſe debet, Dec. *conſ.* 580. *num.* 2. Imò hodie in reſignationibus, quæ fiunt coram Papa, ſatis exprimitur cauſa, cum in ſupplicatione ſemper dicatur, habens aliundè, unde vivere poſſit; & ex parte reſignantis, cauſa ſolet, utplurimùm, eſſe affectio: quia vult ipſe reſignans præficere Eccleſiæ conſanguineos, & familiares, ut dicunt veteres Curiales.

Et quatenus nulla cauſa ſpecificetur, ſufficit nihilominus expreſſio ſupradictorum verborum, videlicet, *ex certis cauſis*; quæ ſunt tanti ponderis, ut beneficium reſignatum, reſervata penſione, patiatur defectum tituli; eo quod, de eo non fuerit facta mentio in reſignatione, valeat nihilominus reſignatio, ac etiam penſionis reſervatio: quia ſub prædictis verbis videtur poſſe comprehendi defectus tituli, & ità cenſetur expreſſus, ſaltem in genere, Navarr. *conſ. 12. num. 7. de reſcript.* Garc. *par. 11. cap. 3. num.* 131.

Sicut etiam dicendum eſt ex parte ipſius reſignantis: quod licèt fuerit de aliquo crimine accuſatus; ex quo veniret privandus beneficio, poterit tamen illud renunciare, per *gloſ.*
8 *in cap. 2. ut lit. pend. in 6. in verbo, finita*, quæ ait, quod ſi accuſatus, lite pendente, cedit, non impedietur proviſio propter litem; ex eo quod ipſa lis non ſit ſuper beneficio, ſed ſuper crimine; ac propterea cum beneficium non vacaverit ipſo jure, ſed beneficiatus veniat privandus per ſententiam, veluti propter homicidium, & alios ſimiles caſus, poterit ille reſignare beneficium in favorem alterius, ante privationem per tres ſententias conformes, ſubſequutam, Gonz. *in gloſ. 15. num.* 147. ubi refert, ità fuiſſe reſolutum in una *Legionen. Canonicatus* 15. *Februarii* 1593. *coram Arrigonio.*

Et in tantum præmiſſa procedunt, quod beneficiatus poterit renunciare in favorem alterius, etiam cum re- 9
ſervatione penſionis, idem Garc. 3. *num.* 64. qui id ampliat *num.* 84. ut poſſit renunciare, ſivè ſimpliciter, ſivè ad favorem etiam poſt ſcientiam impetrationis factæ à tertio de ejus beneficio, in eventum privationis; nam ita renunciando, nullam fraudem committit, niſi ex aliquibus conjecturis fraus appareat, ut in *cap. de renunc. lib. 6.*

Quæ quidem procedunt etiam poſt concluſum in cauſa, Boer. *deciſ. 206. num. 3.* ſive renunciatio fuerit ſimplex, ſivè ad favorem, idem Garc. *num.* 90. ubi *num.* 91. etiam ampliat in accuſato, qui poteſt renunciare etiam lata privationis ſententia, ſi ab ea fuerit appellatum; manet enim integrum ejus jus; quia appellatione pendente, nihil eſt innovandum, *l. furti, ff. de his, qui not. infam.* & appellatio ſuſpendit ſententiam, *ten. in l. 1. §. fin. ff. ad Turpill.* & in renunciatione non eſt opus facere mentionem de appellatione, nec de accuſatione, ſeù inquiſitione, aut proceſſu, nec de privatione, quia jure non cavetur, ut requiratur talis mentio, id. Garc. *d. c. 3. num.* 121. prout etiam in praxi ſervari videmus.

Hæc autem concluſio limitatur primò, ut non procedat, quando in impetratione facta à tertio, in eventum privationis, fuerit appoſita clauſula cum decreto, quod reſignatio illius cedat in favorem impetrantis, Garc. *dict. par. 11. num.* 122. Quod quidem decretum pro cautela impetrantis, ſecundum uſum Datariæ ità extendi conſuevit in ſupplicatione, ſcilicèt, *Cum decreto, quod ſi contigerit ipſum detentorem poſt motam deſuper, vigore præſentium, ſeu litterarum exinde expediendarum, litem, & poſt primam privationis, ſeu declarationis ſententiam contra eundem ferendam, beneficium prædictum reſignare, ſeu dimittere velit, talis reſignatio, ſeu dimiſſio in ejuſdem Oratoris, & non alterius cujuſcumque favorem, cedat, latiſſimè extendendo, & quoad hujuſmodi decretum ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, &c.*

Vel alio modo poterit dictum decretum obtineri, nempè, *Et cum opportuno decreto, quod dictus N. in fraudem, ſeu præjudicium futuræ privationis, vel illius declarationis, dictum beneficium in S. V. ſeu cujuſvis alterius manibus, aut* 10
etiam coram Notario publico, & teſtibus, vel alias quomodolibet in cujuſcunque perſonæ, vel etiam in nullius favorem, ſeu etiam ex cauſa permutationis, aut juri ſuo cedere, vel cum aliquo deſuper concordare, nullatenus poſſit, aliàs talis reſignatio, ſeu dimiſſio, aut ceſſio, vel concordia, & quævis alia diſpoſitio in dicti Oratoris, & non alterius favorem, & commodum facta ſit, & eſſe cenſeatur eo ipſo. Et cum opportuna etiam admiſſione dictæ reſignationis, ſeu dimiſſionis, aut ceſſionis, in & ad favorem, & commodum d. Oratoris ex nunc, prout ex tunc, & è contra, aliàs, ut ſupra latiſſimè extendendo, Irritum, &c.

Secundo limitatur, ut non procedat in criminoſo, privato ipſo jure beneficii; quia ipſe non poterit reſignare ad favorem, Boer. *deciſion. 205. num. 8.* Navarr. *conſil. 1. de reſcript.* idem Garc. *num.* 124.

Modos autem, quibus vacant beneficia Eccleſiaſtica, ipſo jure ponit Gonz. *gloſ. 15. per tot.*

Sed redeundo, unde digreſſi ſumus, dicendum eſt, quod, quamvis nulla prorſus appareat cauſa in reſignationibus, quæ fiunt in manibus Summi Pontificis, nihilominus validæ erunt; cum poſſit Papa diſpenſare in iis, quæ ſunt juris poſitivi, etiam ſinè cauſa, ut eſt communis opinio, Curt. jun. *conſ.* 75. eò magis, cum ſimus in beneficialibus, in quibus ipſe habet pleniſſimam poteſtatem Card. *in Clemen. 1. primo not. ut lit. pend.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, num.* 40. Dec. *num. 26. de conſtit.* quamvis ille, cum quo eſt diſpenſatum ſinè cauſa, non ſit tutus quoad Deum, ut eſt communis opinio, *teſte Covar. lib. 4. diſpenſ. 2. p. §. 6. num. 8.*

Quos à viginti annis. Quàvis de jure non

requiratur expreſſio temporis, per quod reſignans poſſederit beneficium, ſervat tamen quandoq; Dataria Apoſtolica, ut quoties reſignatur beneficium, quod perſonalem reſidentiam requirit, & ſuper illius fructibus reſervatur aliqua penſio, non admittatur reſignatio, niſi in ſup-
11 plicatione exprimatur per quod tempus Orator illud poſſideat; quod ſi breve eſt, reiicitur ſupplicatio, vel in calce ipſius reſpondetur, *Reſignet abſque penſione*; ſicut etiam vidimus idem practicari in permutationibus ſimilium beneficiorum cum aliis nullam reſidentiam requirentibus.

Et eſt in praxi notandum, quod tempus poſſeſſionis cujuſcunque beneficii Romano Pontifici expreſſum, parte opponente, debet verificari coram exequutore; prout eſt in reſignatione, ſeù permutatione parochialium, ſeù alterius beneficii reſidentiæ, quòd reſignatur ad favorem alterius, cum reſervatione penſionis, ut fuit dictum in una *Colimbrien. Canonicatus penes Farinac. in poſthumis, deciſ. 355. num. 11. tom. 2.*

Nec alia opportuniore ratione his conſultum agnovimus, quàm hujuſmodi reſignationis ad favorem factæ, formulam ſupplicationis de more, ſubiiciamus; quatenus illius ſubinde eſſentiales partes, ſivè clauſulas, ſecundum currentem Datariæ Apoſtolicæ ſtylum, & uſum enucleando, omnes hæſitationes, quas in dies deſuper exoriri expertiſſumus, è medio pro viribus tollantur. Potiſſimum verò, ubi ea cauſa reſignationis hujuſmodi, aliqua ſuper Parochialis Eccleſiæ reſignatæ fructibus reſignanti penſio reſervatur. Ipſa igitur formula, talis eſſe poteſt, videlicèt.

12 *Beatiſſime Pater, Cum devotus S.V. Orator Chryſoſtomus à Valle, Rector Parochialis Eccleſiæ ſancti N. Neapol. aliundè valens, unà cum infraſcripta penſione annua, commodè ſuſtentari, certis ex cauſis animum ſuum moventibus, Eccleſiam prædictam, quàm à quinquennio, & ultra obtinet, in manibus S.V. ſpontè, & liberè reſignare proponat, prout reſignat de præſenti. Supplicat humiliter E. S.V. tàm dictus Chryſoſtomus, quàm etiam devotus Orator veſter Hiacynthus Avenia, Presbyter Neapolitanæ Civitatis, vel Diœceſis, quatenus reſignationem hujuſmodi admittendo, ejuſque ſpecialem gratiam faciendo, Eccleſiam prædictam, cujus, & illi forſan, annexorum fructus, &c. CL. ducatorum auri de Cam. ſe com. æſtim. val. an. non excedunt. Sivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo, &c. vacet, &c. Hiacyntho conferre, &c. Chryſoſtomo verò Oratoribus præfatis, ne ex reſignatione ſua hujuſmodi nimium diſpendium patiatur, &c. ſibi penſionem annuam XXX. ducatorum ſimilium ſuper ejuſdem Eccleſiæ fructibus, redditibus, & proventibus, eidem Chryſoſtomo, quoad vixerit, &c. vigore tamen litterarum Apoſtolicarum, &c. Et dummodo ex fructibus dictæ Eccleſiæ, illius Rectori pro tempore exiſtenti centum ducati liberi annuatim remaneant, perſolvendam, reſervare, &c. Non obſtantibus, &c.*

Fiat, ut petitur F.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et quod Oratoris diſpenſationes, veruſque & ultimus dictæ Parochialis Eccleſiæ vacationis modus, etiam ſi ex illo quævis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſula reſultet, &c.

Fiat F.

Cæteras verò clauſulas apponi ſolitas in ſecunda parte ſupplicationis, habes in alia ſecunda parte ſupplicationis primo loco propoſitæ.

Ea qua quidem præinſerta formula, obiter placuit, eſſentialia quædam ad reſignationes Parochialium Eccleſiarum pertinentia, adnotare; cum reliqua, circa reſignationem cæterorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiam ad favorem, & cum penſionis reſervatione, aptius, abundantiuſque
13 ſuo loco dicemus; quorum Primum eſt, ut Papæ explicetur à quanto tempore reſignans obtineat Parochialem Eccleſiam, quam reſignat. Secundò, quanta penſio ſuper fructibus prædictæ Parochialis, tàm ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 13. de refor.* quàm ea ſtylo, & conſuetudine Datariæ Apoſtolicæ reſervetur. Tertiò, quomodo accipiendi ſint centum ducati liberi pro Rectore Parochiali Eccleſiæ ſic reſignatæ.

Et quoad Primum, monitos volo Romanæ Curiæ Tyrones, vulgatiſſimum eſſe Datariæ Apoſtolicæ uſum, per quem non abſolutè, & indiſtinctè admittuntur in ea reſignationes Parochialium Eccleſiarum, aliorumque beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium; præſertim cum reſervatione penſionis, ſine temporis expreſſione, quo beneficium reſignandum, reſignans obtinuerit; nam licèt unuſquiſque poſſit ſuum beneficium renunciare, ut ex Jo: Andr. *in rubr. de renunc. num. 4.* Rot. *deciſ. 26. in fin. de procur. in antiq. & deciſ. 31. num. 4. de re jud.* Boer. *dec. 205. num. 4. & deciſ.* 308. Bald. *in cap. cum omnes, num. 24. de conſtitut.* & alii relati per Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. q. 3. num. 1.* nec tamen aliquo jure cautum ſit, de temporis expreſſione, quo beneficiatus beneficium obtinuerit, ſeù poſſederit.

Nihilominus, ſupradictus uſus exprimendi hujuſmodi tempus, adeo in Dataria Apoſtolica, præſertim circa beneficia reſidentiam requirentia, viget, quod ubi in manibus Summi Pontificis fit dicta reſignatio, & ſuper fructibus, &c. penſio ſivè reſignanti, ſivè alteri reſervatur, ipſa Dataria ſupplicationes pro hujuſmodi reſignationibus non admittit; niſi in eis exprimatur, per quantum tempus reſignans tale beneficium poſſederit; quod ſi illud breve eſt, reſignatio reiicitur; ſi autem hoc expreſſo, Papa admittat talem reſignationem, nulli dubium eſt, illam valere; & ità practicatur, prout teſtatur idem Pariſ. *lib. 3. q. 3. num. 21.*

Qui quidem uſus, ſeù ſtylus, præſertim circa Parochiales Eccleſias, exordium duxit à tempore Pontificatus Gre- 14
gorii XIV. in quo fuit datus iſte ordo in Dataria: nec eſt verum adeſſe de hac re Motum proprium prædicti Pontificis, ut quidam antiquiſſimi Curiales dicebant; nam fuit ſimplex ordo datus oretenus Datario: & ità legi in quibuſdam notabilibus bo. mem. Bernardini Paulini, qui fuit Datarius fel. record. Clementis VIII.

Benè tamen credendum eſt, prædictum Gregorium XIV. ad id fuiſſe motum, ex eo quod Innocentius Nonus, id antea ſtatuerat, nempè, ut accipiens beneficium curatum, vel ſimile, non poſſit illud renunciare antè triennium: quod intelligi debet ad favorem, de quo teſtatur Iſidorus Moſcovius *in tract. de Maieſt. Militan. Eccleſ. lib. 1. par. 3. cap. 2. rubr. de benef. fol.* 451. quem refert Proſp. de Auguſt. *in add. ad Quarant. in Summ. bull. tit. reſign. benef. ult. verſ.*

Proindeque ſicut teſtatur, etiam Garc. *de benef. part. 11. cap. 3. num. 47.* regulariter requiritur, quod reſignans poſſederit hujuſmodi beneficium per quinque annos, vel circa, aut ſaltem tres: quamvis antea requirerentur ſeptem, vel ſex anni.

Verùm, cum hujuſmodi tempus, quo reſignans ob-
tinuerit beneficium, debeat omnino verificari, qua- 15
lecumque fuerit illud expreſſum; ſi tali expreſſioni adiiciatur dictio, *vel circa*, aut *circiter*, veluti, quod poſſedit à quinque annis, vel circa, ſufficit verificare, quod poſſederit per quatuor annos cum dimidio, ſicut dicitur de ætate, Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſat. ratione ætatis, verſic. ſeu circa, & in concord. form. mand. Apoſt. verbo, pro expreſſis, verſ. 29.* & fuit dictum in una *Meliten. Parochialis 2. Iunii* 1552. *coram Caputaqu.* ut refert idem Garc. *d. part. 11. cap. 3. numer. 49. qui num.* 50. ait, quòd ſi diceretur, quod illud poſſederit per quinque annos, vel quod illud obtinet à quinque annis, debet illud tempus integrè verificari: ex eo quod narrativa ſit individua, ratione formæ; ſicut dicitur de ſententia continente unam ſummam: nam ſi non valet in toto, neque valet pro illa parte, pro qua juſtè con-

demna-

demmario fieri debet, ut inquit Salyc. *in l.2. C. de re jud.* & dicitur in una Salamantin. Penſionis quæ eſt *dec.221. n.1. p.2. diverſ.* idem Garc. *d. p.6. c.2. num.274.*

Quæ quidem temporis expreſſio, nedum requiritur in reſignationibus, verùm etiam in permutationibus hujuſ-
17 modi beneficiorum, cum aliis etiam reſidentiam non requirentibus, teſte eod. Garc. *d. par.11. c.3. n.46.* Non tamen datur dictum decretum inhabilitatis, ſi permutetur Parochialis cum alia Parochiali; tunc enim non militat eadem ratio fraudis.

Verum eſt tamen, quod ſi aſſeratur, reſignantem intra triennium reſignare dictam Parochialem, hodie non rejicitur ſupplicatio, ſed tamen in illius calce adjicitur decretum
18 in prædicta Dataria, quod talis reſignans, ad Parochiales Eccleſias in futurum, in concurſu obtinendas, omnino inhabilis remaneat: & hoc modo valebit dicta reſignatio, ſeu permutatio.

Quarè opportunè, & non niſi ſalubriter huic malo per dictum decretum conſultum eſt per duas potiſſimas rationes. Quarum altera eſt ad coercendas frequentes hujuſmo-
19 di Parochialium Eccleſiarum reſignationes: quandoquidem, neminem latet, ex continua mutatione Rectorum,
20 præſertim Parochialium Eccleſiarum, Eccleſias non modicum pati detrimentum; quarè benè hic confert, quod in Eccleſiis Parochialibus difficile admittitur remotio illarum Rectorum ad nutum, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium; prout declaravit Sacra Congregatio Concilii teſte Gonz. gloſs. 5. §. 6. *num.60.* necnon Rota *in una Toletan. Iuris nominandi 29. Novembris 1582. coram Blanchetto* dubitavit, an laicus fundator Parochialis, poſſit in fundatione adjicere, quod Rector ſit amovibilis ad nutum patroni, & in partem negativam inclinavit, idem Gonz. loc. cit. *n.61.* & nos aliàs diximus.

Hæc tamen noſtra praxis accipienda eſt, ut ex ſe patet, de reſignationibus, quæ fiunt in Curia, in manibus Papæ: ſicut jam ſupra dictum eſt, non autem coram Ordinarius.

Altera ratio eſt, ad repellendas illicitas negotiationes, quæ poſſent committi à reſignantibus; qui propterea tales Eccleſias quandoque aſſequuntur, ut poſtmodum aliis illas reſignent; & ſic in præjudicium aliorum concurrentium: quandoque enim unus vir doctus, poſtquam fuit approbatus, ac prælectus in concurſu, poſſet illam Parochialem reſignare cum penſione, vel ſimpliciter: & deindè ad alias Parochiales concurrere: & ſic diverſas Parochiales in concurſu obtinere, animo reſignandi, & in fraudem prædictorum concurrentium: qui quidem animus præſumitur, quando prædicta Parochialis reſignatur intra triennium, ut tenet Dataria.

Undè, optima ratione ſervat ſtylus dictæ Datariæ, jam noto, ut in quocunque beneficio, ſivè curato, ſivè ſimplici, cujus collatio ſpectat ad Papam, & Orator ſit præſens in Curia, poſtquam ſignata eſt ſupplicatio, ſi velit expedire litteras in forma gratioſa, ac propterea examinari ab Examinatoribus Urbis, ab illis, ſivè Notario recipiatur juramentum, quod ipſe Orator tale beneficium non aſſequitur animo illud reſignandi; ac proindè in Officio parvæ Datæ traditur Oratori quædam parva ſchedula hujus tenoris, videlicet. *Examinetur à RR. Patribus Exa-*
21 *minatoribus Vrbis N. N. presbyter, (ſeu Clericus) Diœceſis N. ad ſine cura, & perſonalem reſidentiam non requirentem, Eccleſiam, ſeu Capellam Sanct. N Diœceſis N. ſed antea præſtet juramentum, quod non eo animo, nec intentione, examini hujuſmodi ſe ſubjicit, ut ſi dictam ſine curam Eccleſiam conſequatur, poſtea illam dimittat.* E Dat.

Undè, ſtante hujuſmodi juramento, ſi Orator aſſequitur beneficium, animo reſignandi ad favorem alterius, & cum effectu reſignet, licèt reſignatio teneat, nihilominus hujuſmodi reſignans mortaliter peccat, idem Pariſ. *lib. 9. quæſt.10. num.4.* & 5. ubi ſimpliciter dicit, quod acceptans beneficium, ut illud poſtea renunciet, peccat ut ſupra; & ſic id intelligitur, etiam ſi non præſtetur tale juramentum, qui *num. 5.* teſtatur, etiam de ſupradicto ſtylo Datariæ Apoſtolicæ circa præmiſſa.

Quod tamen juramentum ità demum eſt intelligendum,
23 ut videlicèt proviſus non habeat animum, & intentionem illud beneficium ſtatim poſtea reſignandi, ſeù infra parvum tempus: non autem de habentibus animum, & intentionem illud reſignandi poſt aliquot annos, ſeù longum tempus: quia non tenetur quis habere animum, ſemper retinendi illud beneficium: maximè cui incumbit onus animarum, aut reſidentiæ perſonalis, & ità eſt uſu receptum, teſte Garc. *p.11. c.3. ſub n.191.*

Eſt quidem pro hac praxi ſciendum, quod ſi obſiſtente hujuſmodi decreto, nihilominus quis fuerit Parochialem aſſequutus, & illam intrà dictum triennium reſignaverit, poſtmodum verò aliam Parochialem in concurſu obtinuerit, pro illius retentione, debet petere novam proviſio- 24
nem a Papa, quæ concedi conſuevit; ſi tamen primo dictam Eccleſiam aſſerat, ex aliqua legitima cauſa reſignaſſe, puta ob aeris intemperiem, inimicitias capitales, vel quid ſimile; nam, ut etiam pluries Sacra Congregatio declaravit, habens Parochialem Eccleſiam, in qua non poteſt ſinè diſcrimine vitæ reſidere propter inimicitias; non eſt cogendus, dum ſubeſt inimicitiarum cauſa; & alias fuit Ordinario ab eadem Congregatione reſcriptum, ut ille cognoſcat, ſi ſint veræ, & graves inimicitiæ, quæ narrantur, & abſque ejus culpa, &c. Et aliàs, quod habens graves inimicitias in ſua Parochiali, illis durantibus, poteſt de licentia Epiſcopi, ab ea per annum abeſſe, & interim Ordinarius debet conſtituere Vicarium cum mercede congruente ex ejus fructibus illi aſſignata, qui dictæ Parochiali inſerviat. Et regulariter, ut tradit Pariſ. *lib.3. quæſt.2. num.20.* propter tenuitatem fructuum, aeris intemperiem, vel ſimilem cauſam, hujuſmodi Parochiales Eccleſiæ poſſunt reſignari, ex ibi per eum allegatis.

Quod ſi ille cui obſtat ſupradictum decretum inhabilitatis, concurrere intendat ad aliam Parochialem, conſuevit
id ſibi quandoque indulgeri; ſi tamen adfuerit aliqua legi- 25
tima cauſa, ut dictum eſt; quod quidem indultum proponunt in Signatura gratiæ præſertim, ubi pro cauſa allegantur ſupradictæ inimicitiæ, & aliàs vidi illud, eo quo ſequitur modo, & forma petitum, & conceſſum, videlicet.

Beatiſſime Pater. Aliàs, ſeu nuper altera ex duabus por- 26
tionibus Parochialis Eccleſiæ S. Laurentii Oppidi Civitatis nuncupati Drepani Mazarien. Diœceſis per duos Rectores portionarios nuncupatos regi ſolita per liberam reſignationem devoti S. V. Oratoris A. Clerici, de illa, quam à triennio, vel circa obtinebat, in manibus ejuſdem S. V. ſponte factam, & per eandem admiſſam vacante, de illa ſic vacante devoto veſtro B. Clerico Oppidi, & Diœceſis prædictorum Apoſtolica authoritate proviſum fuit; cum decreto, quod dictus Orator, ex tunc deinceps ad Parochiales Eccleſias in concurſu obtinendas, inhabilis remaneret, & aliàs, prout in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis, plenius continetur. Cum autem Pater Sancte, idem Orator dictam portionem occaſione inimicitiarum, quas cum particularibus hominibus dicti Oppidi habeat, reſignaverit, & propterea, ne per appoſitionem decreti, aliquod præjudicium ſibi inferatur, ſed ut ejus indemnitati opportunè conſulatur. Supplicat humiliter S. V. dictus Orator quatenus ſibi in præmiſſis opportunè providendo eumque ſpecialis gratia favore proſequendo, ſibi, ut dicto decreto non obſtante, ad quaſcunque Parochiales Eccleſias ſibi benevisas, concurrere, eaſque ſervata forma Conc. Trid. ac Conſtitution. Pii V. ejuſdem S. V. prædeceſſoris ſuper modo, & forma providendi de Parochialibus Eccleſiis edita, aſſequi, & obtinere liberè, & licitè poſſit, & valeat concedere, & indulgere, eumque ſuper præmiſſis, vel illorum occaſione à quoquam directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus unquam poſſit, irritumque, &c. dignemini, &c.

Ex ſupradicta igitur praxi ſatis, ſuperque patet, quod licèt beneficiorum eccleſiaſticorum præſertim inferiorum reſignationes non devient à juris communis diſpoſitione, ut in *tot. tit. de renunc.* non permittuntur tamen beneficiorum curatorum, niſi Rector Curatus ſuæ Eccleſiæ per triennium inſervierit ſine decreto inhabilitatis, de quo ſupra dictum eſt, & ſciunt omnes Curiales.

Unde, ſi quis; non obſtante dicto decreto inhabilitatis, obtinuerit nihilominus aliud beneficium curatum in concurſu, ut ſupra, *n.24.* certum eſt, illud non poſſe retinere, nec Papa dabit illius retentionem; niſi cauſæ, propter quas reſignavit primum curatum, fuerint pluſquam legitimæ: quare ſic nulliter proviſo ſuccurritur quandoque etiam per viam reſtitutionis adverſus dictum decretum inhabilitatis; & ſi jam reperiatur in poſſeſſione ſecundi beneficii curati in concurſu obtenti; ſine dubio eget alia gratia, in forma novæ proviſionis, ut dictum eſt; quod ſi ex illo

perce-

perceperit fructus, illos tenetur reſtituere, vel pro illis componet in Dataria pro duobus tertiis, ex eo quod ex dicto decreto inhabilitatis non excuſatur etiam prætextu ignorantiæ.

Quoad ſecundum, hęc praxis reſervandi penſionem ſuper fructibus, &c. Parochialis Eccleſiæ vacantis, ſivè ex cauſa reſignationis, ſivè quocunque alio modo, ſervatur ad præſcriptum S. Concil. Tridentini *ſeſſ. 24. c. 13. de reform. ut in §. ad Fec*, ubi quod Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum Mille, & Parochiales, quæ ſummam ducatorum Centum, ſecundum verum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſervationibus fructuum graventur.

Quarè omnibus notum eſt, quod nunquam ſuper hujuſmodi Parochialium fructibus imponitur penſio, ſi valor non excedat Centum ducatos; quia de jure, parochialis Eccleſia non debet adeò gravari, quin illius Rector poſſit vivere ex ejus redditibus, ac jura Epiſcopalia ſolvere, juxtà text. in *cap. vacante, & c. cum cauſam, & cap. de Monachis*, & ibi Abb. *in 3. & 4. not. de præb.* & alii, quos refert Pariſ. *de reſign. benef. li. 6. q. 2. nu. 1.*

Quod ſi Parochialis Eccleſię fructus, &c. excedunt ſupradictos ducatos Centum, conſuevit penſio ſuper illis conſtitui pro ea quantitate, quæ excedit dictam ſummam; licèt aliud ſervaverit praxis Curiæ ante Concilium; tunc
27 etenim dictæ Parochiales gravabantur, etiam uſque ad tertiam partem fructuum, ſicut quæcunque alia beneficia, & in dictis Parochialibus adjiciebatur conſueta clauſula, quæ in aliis proviſionibus beneficiorum nunc apponitur, quando ita caſus ſuadet, videlicet, *Dummodo tertiam partem non excedat*; licèt hodie de ſtylo, quoad ſimplicia reſervetur penſio regulariter; uſque ad medietatem idem Pariſ. *loc. citat. numer. 22. cum pluribus ſeqq.*

28 Et tamen advertendum, quod non ita paſſim, & de facili, Dataria Apoſtolica admittit dictam expreſſionem; cum in ea poſſit fraus intervenire; namque ſi expreſſero in ſupplicatione, fructus Parochialis aſcendere ad ſummam ducatorum Centum, & triginta, & petam mihi reſervari penſionem triginta ducatorum, quos aſſero excedere dictos ducatos Centum, profectò reſervatio hæc non admittitur; quamvis appareat, quod remaneant Centum ducati pro Rectore, juxtà diſpoſita per dictum Concilium, et quia re vera hujuſmodi expreſſio, per quam videtur remanere Centum ducati pro Rectore, ut plurimum eſt doloſa. Ac proindè, ut quoad fieri poſſit, excludatur fraus, penſionis reſervatio non admittitur pro dicta ſumma triginta ducatorum, niſi narretur fructus Parochialis aſcendere ad annuos ducatos Centum quinquaginta, vel Centum quadraginta.

Et ſic videmus, quod ſi fructus Parochialis Eccleſiæ reſignatæ appareant tenues, ita ut vix poſſint remanere Centum ducati pro Rectore, vel rejicitur ſupplicatio, vel Dataria mandat reſignari ſine penſione.

Servat prætereà Dataria prædicta, ut licèt ex reſignatæ Parochialis Eccleſiæ fructibus debeant Centum ducati pro illius Rectore remanere, nihilominus ſi ſuper illis aliqua petitur penſio alicui reſervari: præter caſum ceſſionis, vel reſignationis, ſed ex cauſa aliqua puta paupertatis, aut ſtudii jam incepti, ſivè etiam (quod rarò admitti conſueverit) ſine cauſa, quæ etiam de ſtylo Curiæ, *penſio de conſenſu* nuncupari conſuevit; tunc cum agatur de imponenda ſervitute beneficio, longè minor penſio reſervatur; quamvis prædicto Rectori ultra Centum remaneant: quod etiam ſervatum quandoque vidimus in aliis beneficiis, etiam ſimplicibus. Cujus quidem rei ratio eſſe poteſt, quia id diſcriminis inter utramque reſervationem penſionis conſtituit Summus Pontifex, ut videlicèt iſta reſervatio *de conſenſu*, ſit ex mera gratia Sedis Apoſtolicæ, illa verò conſtituitur ex contractu, & contraventione privatorum in reſervatione, per eandem Sedem reſervatam, & confirmatam, ut conſideravit Marcheſ. *de commiſ. p. 1. §. 2. num. 30. fol. 584.*

Hoc etiam pluries vidimus in hac praxi ſervari, quod ubi Parochialis Eccleſiæ reſignandæ fructus adeò ſint exiles, ac tenues, ut vix ſufficiant ad illius Rectoris congruam ſuſtentationem, proindèque ſuper illis pro reſignante non poſſit penſio reſervari: nec ille habeat undè commodè vivere poſſit: hæcque ſit cauſa reſervationis pro reſignante, nempè, ne nimium diſpendium patiatur, ac, ut commodius valeat ſe ſuſtentare: quia tunc penſio hęc ſuccedit loco alimentorum, Gabr. *conſil. 191. num. 4. volum. 2.* Gigas *de penſion. 9. 52. & ſeq.* Mandoſ. *regul. 19. quæſt. 11. num. 6.* Pariſ. *lib. 6. quæſt. 2. numer. 8.* conſuevit proindè Summus Pontifex admittere hujuſmodi Parochialis Eccleſiæ reſignationem: ita ut reſignatarius, ſivè illius conſanguinei ſubminiſtrent alimenta reſignanti; unde cum totum hoc explicatur in mandato procurationis ad reſignandum, additur in calce ſupplicationis decretum tenoris ſequentis, videlicèt. *Et attento quod fructus dictæ Parochialis Eccleſiæ reſignatæ penſionis incapaces exiſtunt, & dictus N. reſignans non habet unde commodè vivere poſſit, niſi de alicujus ſubventionis auxilio provideatur, tum decreto quod dictus N. reſignatarius, & N. & N. laici illarum partium, ejuſdem reſignatarii fidejuſſores inſolidum frumenti, & vini, ac pecuniarum quantitatem eidem reſignanti quoad vixerit pro illius victu, & veſtitu, gradu, & qualitati presbyteri convenientibus per Ordinarium loci taxandam, annuatim de eorum proprio ſubminiſtrare, & ad ſubminiſtrationem hujuſmodi, etiam ſi dicta Eccleſia reſignata per ceſſum, vel deceſſum, aut aliàs quomodolibet vacaverit, ad vitam ejuſdem reſignantis faciendam, cautionemban. bariam in actis Curiæ Epiſcopalis N. antequam ad executionem litterarum Apoſtolicarum procedatur, & dictus reſignatarius poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ apprehendat præſtare, & ultra hujuſmodi cautionem, ſe, ſuaque, & fidejuſſorum, ac ſuorum, & illorum heredum bona in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ pro præmiſſorum obſervatione validè, & efficaciter obligare teneantur.* Quod quidem unquam nemini reſervatum fuiſſe; niſi in Pontificatu Urb. VIII. & hujuſmodi decretum non admittatur in Dignitatibus, aut Canonicatibus, vel aliis beneficiis, ſed tantùm in Parochialibus ut dictum eſt.

Quoad Tertium, Adjicitur in ſupplicatione, conſueta Clauſula, *Dummodo ex fructibus, &c. dictæ Parochialis Eccleſiæ, Centum ducati, &c. pro Rectore, &c.* quam certum eſt, ex dicta dictione, *Dummodo*, importare conditionem, ut fuit pluries reſolutum in pluribus cauſis, nempè in una *Paduan. coram Rubeo, & in una Vercellen. coram Gypſio*, Seraph *dec. 1122. n. 2.* ubi quod ad hoc probandum, non ſufficit ſemiplena probatio, ſed requiritur plena; prout fuit etiam reſolutum *coram Lancellotto in Cluſin. Penſion. 9. Decemb. 1573. & in alia Oppiden. 7. Junii 1585. & in una Crem. Penſionis 23. Ianuarii 1612. coram Cavaler. dec. 181. n. 1.* in qua dicitur, onus probandi remanere Centum pro Rectore, incumbere penſionario, ex eo quod pēſio fuit reſervata, cum clauſula, *Dummodo*, quæ importat conditionem; & antequam ſic juſtificata, nihil ponit in eſſe, ut fuit dictum in una *Melvitan. Penſionis 28. Novembr. 1597. coram Litta, & in Salamantin. Penſionis 26. Martii 1596. coram Gypſio*, in qua firmatum fuit, hoc procedere, etiam ſi agatur contra illum, qui conſenſit reſervationi: quia ejus conſenſus cenſetur cum eadem conditione, Buratt. *dec. 261. n. 8.*

Quinimò, ſtante hujuſmodi conditione, ſi quantitas in eadem conditione adjecta, non verificatur in totum uſque ad ſummam expreſſam, penſio ipſa in nulla parte ſubſiſtit; quia, ut dictum eſt, deficit conditio, ſub qua fuit reſervata, & per conſequens in totum corruit; & titularis in hoc caſu poteſt petere nullitatem penſionis, etiam in obolo nullam: quia in totum eſſet nulla, prout fuit dictum in una *Rom. Grani*, quæ eſt *dec. 626. p. 1. diverſ.* ubi, quod confeſſio certæ ſummę continet quoddam integrale, continens certam ſpeciem, quæ vitiata in aliquo, tota corruit, ut per DD. *in l. 1. §. ſi ſtipulatus ff. de verb oblig.* ac proinde, nec creditor poteſt partem petere, nec debitor partem debiti offerre, ut *in d. dec. n. 4. 5. & 6.*

Unde benè advertit eruditiſſimus, & nunquam ſatis laudatus, rerumque Romanæ Curiæ optimus practicus Melch. Lotter. *de re benef. p. 1. q. 38. nu. 52. cum plurib. ſeqq.* pro inſtructione juvenum, quòd quando imponitur penſio ſuper beneficio, nondum alia penſione gravato, Papa nil aliud attendere conſuevit, quàm valorem; qui tunc ſibi per titularem exprimitur, & ſi apponitur clauſula, *Dummodo tot pro Rectore*, prædicta clauſula continet proteſtationem Papę, quod niſi res ita ſe habeat, nolit gratiam aliquam feciſſe, ac propterea ſi penſio ſit nulla ob defectum unius oboli, non eſt locus reductioni, ſed in totum corruit, ut per Gig. *de penſion. q. 35. n. 2.* quia cùm conſideretur tanquam unum integrale, non poteſt pro parte valere, & pro parte non, ut *in d. dec. 626. n. 5.*

Nec tamen in propoſito, Conc. Trid. *loc. cit.* ubi dicit, quod remaneant Centum ducati, excludit hujus quantitatis exceſſum; ac proinde, ubi reſignatus Parochialis Eccleſia amplio-

rum

rum non redditaum, præſertim cum reſignatas Iuſſu perſona qualificata, conſuevit addi clauſula videlicet, *Dummodo remaneant ducati* 150. vel ultra.

Verum eſt tamen, quòd aliquando ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ vacantis, reſervari, non ſemel vidimus penſionem, ſive ex cauſa oneroſa, ſive lucrativa, etiam ſine ſupradicta clauſula, *Dummodo, &c.* quam Conc. Trid. requirit; quo
31 caſu, cum literæ reſervationis non contineant dictam conditionem, penſionarius, qui agit ad penſionem, non eſt gravandus duriori probatione, ex Mohe. *dec.* 11. *de loc.* ubi quod d. clauſula, *Dummodo*, nunquam ſubintelligitur, niſi exprimatur in literis: pro quo facit optima *dec.* 62. Mattin. Andr. in una *Paduan. Penſionis*, quam hîc ſubiicere placuit, quæ talis eſt, videlicet.

Dubitavit, An D. Serano deberetur penſio; & deberi fuit unanimiter reſolutum: quia illa reperitur reſervata à Sanctiſſimo, &c. & cum ſit ſimpliciter, abſque aliqua conditione reſervata, nulla eſt neceſſaria juſtificatio, Guidob. *dec.* 141. *incipien una Florentina*, Seraph. *dec.* 1017. *n.* 3 & fuit dictum *in Salamantina Penſiones* 26. *Martii* 1593. *coram Gypſio, & in Portugalen. Penſionis* 6. *Iunii* 1606. *coram Reverend. D. meo Decano, & in Cremon. Penſionis* 21. *Feb.* 1614. *coram R.P.D. meo Pirovano*.

Non obſtat præcipuum fundamentum Jacobi, quod non remaneant Centum pro Rectore, juxtà formam Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 13. quia cum literæ non contineant aliquam conditionem, per Clauſulam *Dummodo, &c.* vel ſimiles, non poſſunt ſubintelligi ad onerandum penſionarium duriori probatione, Mohed. *dec.* 11 *in fi. de loc.* & nihilominus, dum Papa hanc penſionem ſimpliciter reſervavit cum clauſula *Non obſtantibus, &c.* eo ipſo cenſetur, quoad hoc, diſpoſitioni Concilii derogaſſe, ut tenuit Rota *in cauſa S. Angeli Penſionis* 16. *Decembris* 1594. *coram bo. mem. Card. Pamphilio, & in Florentina Penſionis* 23. *Ianuarii* 1602. *coram Reverendiſſ. Attrebaten. & in Campanien. Penſionis* 27. *Iunii* 1609. *coram Iaſto*.

Nec facit, quod Papa reſervavit penſionem, ſine clauſula *Dummodo*, motus, ut dicitur ex narrativa valoris Rectoriæ, quod eſſet annuus redditus ducatorum 202. auri in auro de Camera: qui valor cum non aſcendat, ut dicitur, prout fuit narratum, intentio pariter derogandi in ea parte Concilio, videtur ceſſare; cum in omni gratia ſemper intelligatur clauſula, *Si preces veritate nitantur, c.* 2. *de reſcrip.* quia ultra quod adeſt decretum, quod non poſſit dari de vitio ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, vel defectu intentionis, quod penſionarium liberat ab onere, ſuam gratiam juſtificandi; cum paria ſint narrata eſſe vera, & de eorum falſitate dici non poſſe, Dec. *conſ.* 456. *n.* 1. *& conſ.* 557. *n.* 13. & fuit dictum *in Oſcen. Canonicatus ſeu Officii Pœnitentiaria* 5. *Novemb.* 1597. *& in Pampilon. Prioratus de Artaſſona* 10. *Ianuar. coram bo. mem. Card. Pamphilio*, non ſufficit tacita iſta conditio, *Si preces veritate nitantur* ad conſtituendum penſionarium in obligatione juſtificandi, ut fuit reſolutum *in d. Cremon. Penſion.* 21. *Febr.* 1614. & poſteà confirmatum in eadem *cauſa* 23. *Martii* 1615. *coram R.P.D. meo Pirovano, &c.*

Sicuti pari modo dicendum eſt de penſionibus Conſiſtorialiter ſuper Epiſcopatibus, reſervatis; quia regulariter fatentur omnes, præſumi pro validitate penſionis, tunc enim
32 non venit juſtificanda; quandoquidem præſumitur, Papam voluiſſe Eccleſiam ita gravare: cum habeat veriſimilem notitiam quantitatis ſufficientis redditaum illius Eccleſiæ gravatæ ea ratione, nempè, quia in relationibus Eccleſiarum, quæ fiunt in Conſiſtorio, dum illæ proponuntur, exactiſſima diligentia ſuper illarum ſtatu, & valore, fieri ſolet, & etiam quod redditus non ſufficerent, cenſetur nihilominus Papa eam Eccleſiam ſic voluiſſe gravatam remanere; ſi tamen in hujuſmodi reſervatione non eſt appoſita prædicta conditio, *Dummodo remaneant Mille prædicto Epiſcopo*, ut dixit Rota *in una Maurianen. Penſionis* 18. *Aprilis* 1622. *coram Pirovano, & coram eodem in una Alben. Penſionis* 20. *Martii* 1628. quas deciſiones refert Add. ad Bur. *dec.* 261. *n.* 51. prout neq; juſtificanda eſt hujuſmodi penſio, per penſionarium, prout omnes fatētur, quotieſcunq; illa per ſupradictum Summum Pōtificē, Motu proprio, reſervata exiſtit: quia Papę ſemper credendum eſt circa narrativam valoris, ſuper quo fundatur pēſionis reſervatio: & ſic non oportet tunc eā juſtificare, Achil. de Graſ. *dec.* 10. *de prob.* Put. *dec.* 101 *li.* 3. Rota *dec.* 154. *n.* .. *p.* 2. *div. cor. Cantuccio* 13. *Octobris* 1581. ubi habetur, quod narrativa facta alicui, in qua Papa fundatur, probat, ſi emanavit Motu proprio, Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 491. ſubdens *num. ſeq.* quod ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ, imponuntur penſiones cum clauſula, *quorum tertia pars omnes penſiones hujuſmodi, ſeu tam antiquas, quàm modernas penſiones hujuſmodi in ſimul, ut accepimus, non excedunt*, & non eſt opus aliqua juſtificatione; quia reſervatur Motu proprio, cui ſtatur, etiam quia narretur factum alienum, & in eo ſint verba, *ut accepimus*, id. Add. ad Burat. *d. dec.* 261. *n.* 16. ubi ex pluribus etiam probat, id procedere, ſi reſervatio ſit pura, & abſque aliqua conditione: namque ſi adeſſet prædicta conditio, videlicet, *Dummodo tot remaneant, &c.* nihil operaretur expeditio facta Motu proprio, vel alio modo: quia aliàs ſemper gratia eſſet conditionalis, & veniret per penſionarium juſtificanda, ut fuit dictum *in una Neritonen. Penſionis coram Litta* 5. *Novembris* 1601. *n.* 4. impreſſa penes Marchel. *de commiſ. p.* 1. *n.* 4. *fol. mihi* 532. ubi quod nihil refert, quod gratia fuerit expedita Motu proprio, vel aliter: cum ſemper verum ſit dicere, ipſam eſſe conditionalem, & conſequenter nihil tribuere, niſi purificata conditione id. Add. ad Burat. *d. n.* 16. *in fin.*

Cęterùm verò, Datariam Apoſtolicam, circa quantitatem penſionis reſervandæ, hoc ſervare regulariter, certum eſt, ut videlicèt beneficia curata, præſertim per obitum vacantia, non graventur penſione, niſi Rectori remaneant Centum Ducati, & aliquid amplius, ut vidimus: ſicut etiam ſervatur, quando ad inſtantiam Ordinariorum Collatorum in vacationibus, etiam beneficiorum curatorum in eorum menſibus ordinariis, legitimè, illa ex cauſa reſervationis penſionis conferuntur per Summum Pontificem: qui etiam magis gravare ſolet penſionibus Canonicatus Pęnitētiarios, & Theologales vacantes in menſibus reſervatis, quando illorum fructus pingues ſunt, ex eo, quod iſti minus pondus ſuſtinent, quàm curati, qui portant pondus diei, & æſtus.

Quoad Tertium, quomodo hujuſmodi ducati accipiendi 33
ſint, & intelligantur, id jam non ſemel Sacra Congregatio Concilii declaravit, videlicet, *Sac. Congregatio Concilii Tridentini cenſuit, valorem Centum ducatorum, de quibus hoc decreto ſtatuitur, ut debeant remanere Rectori Parochialis Eccleſiæ, qua penſione gravatur, eſſe intelligendum juxta morem cujuſque Regionis*. Et aliàs, *Sacr. Congregatio* 30. *Martii* 1594. *declaravit his verbis, Congregatio Concilii cenſuit, valorem Centum ducatorum, qui ex decreto cap.* 13. *ſeſſ.* 24. *de reform. debent remanere Rectori parochialis Eccleſiæ, quæ penſione gravatur, eſſe intelligendum cujuſque Regionis*, ut refert Garc. *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 373. *& in addit. ad dict. cap.* 5. *eodem num.* 373. & ſic juxtà valorem ducatorum loci, in quo ſitum eſt beneficium.

Prout etiam dicendum eſt de clauſula, *Dummodo remaneant Mille pro Epiſcopo*, ut alias dixit Rota *in una Neriten. Penſionis*, impreſſa penes Farinac. *tom.* 3. *deciſio.* 352. *num.* 5. ubi, quod congrua Epiſcopi eſſe debet ducatorum Mille, monetæ illarum partium, ubi adeſt Epiſcopatus, juxtà diſpo- 35
ſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 13. *verſ. ad hæc*, & in una *Biſignanen. Penſionis coram Buratto dec.* 261. *n.* 3. *in fin.* ubi, quoad Mille ducatos pro titulari, fuit adjecta clauſula, *Dummodo ſcuta Mille moneta Neapolitana eidem reſignatario libera remaneant*, qua quidem clauſula, licèt non adjecta, ſemper talis reſervatio intelligitur de ducatis illarum partium, ideſt uſualibus Regionis, ſeu Provinciæ, in qua eſt aſſignata penſio: prout alias ex mente Sacrę Congregationis fuit reſponſum in una *Romana Penſionis* 20. *Maii* 1575. *coram Blanchetto*. teſte eod. Lott. *lib.* 1. *q.* 11. *n.* 27. Ludov. *dec.* 307. *n.* 6.

Undè ex prædictis declarationibus, & praxi univerſali, parum refert, quod expreſſio valoris beneficii, & penſionis, quę ſuper illius fructibus fit pro reſignante, ſive alia perſona, fiat tam in ſupplicatione, quam in literis, in ducatis: quia nihilominus ſupradicti ducati Centum pro Rectore, ſunt intelligendi juxtà prædictas declarationes: & ita ubique practicatur. Quinimò ita ſervari vidi in parochialibus Urbis, ubi ſuper illarum fructibus imponitur penſio. Quarè non mirum, ſi ita per totum ſervatur: cum Romana Curia ſit mater, & magiſtra aliarum Curiarum, Gonz *ad reg.* 8. *Canc. gloſ* 13. §. 1. *n.* 12. Et ſic, ſupradicti ducati Centum pro Rectore parochialis Eccleſię ipſius Urbis, intelliguntur Centum ſcuta monetę Romanæ, ad rationem decem Juliorum pro quolibet ſcuto dictæ monetę, ut dixit Rota *in Romana Penſionum*, impreſſa penes Burat. *dec.* 418. in qua actum fuit, an ſolutis penſionibus ſuper fructibus parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Tinta, Urbis, remanerent ſcuta Centum libera pro Rectore: nam licèt literæ loquantur de ducatis, nec tamen additur *de Camera*, intelligēdum eſt de illis ducatis, de quibus antiquiſ-

ſimus

ſimus eſt in Romana Curia curſus; nam communiter quilibet ducatus conſtat ex decem Iuliis, qui hodie appellatur ſcutum monetæ, & de his ducatis videndus eſt Sarnen. *ſuper reg. de val. exprim. q. 9. nu. 28.* ubi quod ſimplex ducatus inter Romanos intelligitur de decem carolenis: niſi auri mentio fiat: ſicut etiam dicendum eſt de ipſa penſione, quę reſervatur ſuper fructibus, ſive parochialis Eccleſiæ, ſive alterius beneficii: nam ſi in illius expreſſione non fit mentio de ducatis auri de Camera, vel alterius qualitatis exprimi conſuetæ in literis beneficialibus Summi Pontificis, attendendus erit valor currens in loco beneficii, ut per Gig. *conſ. 58.* poſt Belencin. *de charitat. ſubſidio*, quos refert Garc. *de benefic. par. 5. cap. 3. num. 151.*

Et cum dicatur, quod ſupradicti ducati debeant eſſe liberi, intelliguntur, videlicet, ex fructibus certis, non autem incertis: quia iſta merces eſt congrua, quę ex ſudore ſervitii debetur, & ſapit naturam alimentorum, quæ non patiuntur dilationem: cum nemo vivat ex vento, *l. fin. Cod. de alien. pupil. præſt.* Caſſad. *dec. un. de mut. petit.*

Et ſic incerta non computantur in congruam portionem, Rot. *dec. 5. n. 3. p. 2. div. & in una Pacen. Congrua coram Damaſceno, quæ eſt dec. 420. n. 2. p. 1. rec.* quia venter non debet pendere ab incerto, Surd. *dec. 323. num. 9.* nam iſta congrua debetur Parochis, ne aliàs intenti ad quærendum ſibi victum, deſerant curam animarum; vel aliàs ipſi ob nimiam egeſtatem in illa exercenda committant, quæ non deberent committere, ſive etiam ne ob prædictam egeſtatem ſint ludibrio ipſis Parochianis, quos debet coercere: & à quibus debent revereri: prout fuit conſideratum in *d. dec. 420. num. 5.* & licet, quando à principio fuit congrua ſemel aſſignata, debeat Rector illa eſſe contentus: & videatur, quod id ſibi imputare debeat, tamen hoc non procedit, quando congrua eſt ita tenuis, ut Rector non poſſit ſe ſuſtentare, & ſuſtinere onera Eccleſiæ: quia tunc non habeat locum illa ratio, quod debeat ſibi imputare: cum non agatur ſolum de præjudicio perſonæ, ſed de pręjudicio Eccleſiæ, & ordinis Clericalis, Add. ad Ludovi. *d. dec. 429. num. 8.* & ad hoc videas *d. dec. 420. per tot.* in qua multa in propoſito hujus congruæ reperies.

36 Inſuper, ſupradicti ducati Centum intelligendi ſunt abſq; ullo gravamine, & diminutione, ut fuit dictum in una *Rom. Penſionis coram Blanchetto, quæ eſt dec. 298. p. 1. div.* Garc. *d. p. 1. c. 5. n. 376.* ubi refert declarationē Sacrę Congregationis Concilii, quæ ſic ait, *Quando Parocho reſervatur aliqua portio ſuper fructibus Parochiæ alteri reſervatis, libera eſſe debet ab omnibus oneribus portio prædicta Parocho reſervata:* quare ſupradicta, *Clauſula Dummodo*, eſt juſtificanda, deductis oneribus, Add. ad Ludov. *dec. 245 n. 12.*

37 Sicut è contra habetur in eadem deciſione, quod favore penſionarii, omnia onera, quæ ſunt deducenda, ſunt onera ordinaria, & neceſſaria, & non alia: & quod onera extraordinaria non ſunt deducenda, ſicut etiam onera incerta, & variabilia, non perpetua, Rota penes Farinac. *dec. 158. n. 19. p. 1.* ubi, dum allegarentur onera ad diminuendum valorem fructuum, fuit dictum, quod onus celebrationis miſſæ quotidianæ, ſpectat ad titularem, nec computatur inter onera, neque ex fructibus eſt deducendum: quia reſpicit ſervitium, quod à Rectore præſtandum eſt; cum pro eo detur beneficium, ut fuit reſolutum in una *Romana Penſionis 13. Maii 1602.* ſicut neque deducuntur alia onera, quę non ſunt perpetua: velut pro reparatione Eccleſię, domorum, & ſimilium, quę ſunt incerta, ac variabilia, & non minuunt valorem beneficii, juxta *dec. Put. 202. lib. 3. & in Romana Penſionis 6. Novembr. 1619. coram Buratto*, fuit etiam dictum, quod non poteſt Rector ad libitum imponere onera voluntaria in præjudicium penſionariorum, id. Add. ad Ludov. *d. dec. 245. n. 11. circ. med.* ubi, quod onus, quod poteſt per ipſummet titularem ſubiri; non eſt detrahendum; ſicut etiam onus unius Coadjutoris, ſeu Capellani, aut Vicarii, neque eſt detrahendum, cum regulariter in Parochiali Eccleſia, ultra Sacerdotem, ſufficit unus Clericus: & fuit dictum in una *Valliſoleta. Servitii coram Andrea*, quod non ſufficit probare, quod tempore Quadrageſimæ, & Paſchatis non ſufficiat unus Rector pro audiendis confeſſionibus, & miniſtrando Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, quia tunc pro illo tempore tantùm, poteſt Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes; nec eſt neceſſe toto tempore anni hujuſmodi Coadjutores retinere, ut fuit concluſum *in d. Valliſoletana Servitii.*

Et ſic ſatis hic conſtat, hujuſmodi onera non eſſe detrahēda, ſed tantùm neceſſaria, ut eſt ſalarium unius Clerici in minoribus conſtituti, qui miſſæ inſerviat, cæteriſque neceſſariis, verum tamen eſt, quod detrahenda ſunt onera expenſarum pro cultu divino: ſcilicet pro cera, hoſtiis, vino, oleo pro luminaribus Sanctiſſimi Sacramenti, & pro muſica in feſto ejuſdem Eccleſiæ, & ſimilibus, prout in una *Cremonen. Penſionis 1618. coram Cavalerio.*

At verò, in propoſito fructuum Parochialis pro reſervatione penſionis ſuper illa, & pro eo quod in praxi non ſemel eveniſſe ſcimus placuit, ſubnectere, quod ubi adeſt prædicta Clauſula, *Dummodo centum pro Rectore*, ad augendos fructus Parochialis Eccleſiæ, non eſt habenda ratio domus 38 Eccleſiæ Parochialis pro Parocho, & in qua ipſe reſidet, ut fuit dictum in una *Romana penſionum* penes Burat. *dec. 354. num. 1.* ubi, quod licèt prædicta Domus fuerit æſtimata per peritum, annuæ penſionis ſcutorum 28. tamen ex ea Rector non percipiebat aliquod commodum pecuniarium; quia tenetur in ea habitare, & reſidere, nec poterat in alia, niſi in defectum Domus Parochialis; & tunc etiam non niſi intra limites Parochiæ, ut declaravit *Congregatio Concilii Tridentini*: prout neque obſtare dictum fuit, quod licèt prędicta domus non potuiſſet alteri locari, cum eſſet conjuncta Eccleſiæ, nec niſi per eam aditus pateretur; immò ſuper extructum erat in ea Campanile, ac ſic videbatur eſſe pars dictæ Eccleſiæ, & ſub Eccleſiæ nomine veniret; ſicut etiam nec obſtare, quod licèt non potuiſſet alteri locari, attamen ex ea tantam penſionem percipiebat Rector, quantam eſſet daturus, ſi aliam conduceret, ad tradita per Bald. *in l. in ſumma. §. in frumento*, & ibi Jaſ. *num. 3. ff. de condict. indeb.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt. 8. num. 22. verſ. & ratio eſt.* Quia, cum iſta non ſit habitatio voluntaria, nec ad proprium ipſius Rectoris commodum, ſed potius coacta quædam reſidentia, ad faciliorem officii, & curæ functionem, non poteſt pro commodo, & fructu æſtimari; multo minus poterat prædicta habitatio in fructu computari; cum decretum reſervationis expreſsè caveret de ducatis Centum liberis, quod verbum omne onus, & conditionem excludit, Soccin. *conſil. 43. num. 13. lib. 4.* ſicut jam ſupra diximus; prout in ſimili fuit in eadem deciſione comprobatum, quod pro congrua Epiſcopi, cui in hoc ęquiparatur Rector, tam S. Congregatio, quàm Rota cenſuit, aſſignare Mille abſque computatione Palatii reſidentiæ, ut in d. *Rom. Penſionum, n. 7.*

Benè tamen ſervat praxis, quod quando reſignatur Parochialis Eccleſia cum penſione pro reſignante, cui etiam cum ipſa penſione aliquid aliud reſervatur; ex. gr. quod non ſemel contigiſſe ſcimus, aliqua pars prædictæ Domus Parochialis, quæ aliàs, ut infra pro reſignante, & reſignatario capax exiſtat; tunc cum ipſa pars domus ſuccedat etiam loco penſionis, eſt omninò connumeranda cum ipſa penſione; ac proindè æſtimatio illius annui redditus eſt Summo Pontifici explicanda; ut ſciat, quid in totum ſit ipſi reſignanti reſervandum ex cauſa hujuſmodi reſignationis; & ne ex ea nimium diſpendium patiatur. Caſus evenit, quòd fuit reſignata Parochialis Eccleſia S. Mariæ Advocatæ nuncupatæ Neapolitan. reſervatis reſignanti penſione annua, ac parte domus Parochialis, quæ pro reſignante, & reſignatario capax exiſtebat; ac proinde in litteris hujuſmodi reſervationis fuit ita expreſſum, videlicèt. *Tibi penſionem annuam 90. ducatorum moneta Neapolitan. ſummam 62. ducatorum auri de Camera, vel circa, ut aſſeris conſtituentium ſuper fructibus, &c. dicta Eccleſia ad 170. ducatos auri de Camera, &c. perſolvendum, Necnon uſum, & habitationem unius appartamenti, videlicet trium Camerarum, & ambulacbri, ſeu loggetta domus Parochialis Eccleſia, quam tu inhabitas, cum illi adiacentibus, lo baſſo nuncupato, Cortilo, ſtabulo, paleareo, & Ciſterna, ac pumariolo eidem domui adjacente, capacitatis quartæ partis unius modii terræ, in quo tuis expenſis pro illius conſervatione, muros extollere, ut etiam aſſeris, intendis, cum facultate extruendi gradus extra Cortile pro uſu, & commoditate Camerarum hujuſmodi. Non poſſis tamen, nec debeas dictum pumariolum, tua vita durante cuiquam cenſuare: cum in eadem domo, ut ſimiliter aſſeris, ſatis ampla habitatio prædicto N. Rectori remaneat, ex quibus omnibus, ſi locarentur, non ultra quinque ducatos auri ſimiles, ut etiam aſſeris, annuatim perciperentur: dummodo reſiduum prædicta domus ſit capax pro habitatione Rectoris, ipſiuſque domus abſque incommodo talem diviſionem patiatur, &c. reſervamus, &c.* prout in litteris hujuſmodi reſervationis ſub Dat. apud S. Mariam Majorem Pridie No. Septemb. Pontificatus Urbani Papæ VIII. Anno II.

Hæc

Hæc autem reſervatio domus, ſeù alterius rei pro reſignante nunquam apponitur in litteris proviſionis Parochialis Eccleſię, ſed tantum in litteris reſervationis ſuper illius fructibus, & de hac praxi teſtatur Rota *in una Cremonen. Præpoſitura 27. Junii* 1631. impreſſa penes Rub. *deciſio. 63. num.* 11. ubi fuit dictum, quod, ob omiſſam hujuſmodi partis domus reſervationem in litteris proviſionis, litteræ hujuſmodi non erant ſubreptitiæ, quia ſtylus Officialium Curię admittit ſolummodò hanc reſervationem in litteris penſionum.

Cæterum autem, ſicut ſuperius dictum eſt, nunquam redditus annuus domus Parochialis computatur in ſumma ducatorum Centum, qui liberè remanere debent pro ipſo Rectore; cum talis domus veniat nomine Eccleſiæ, eique cedat, quemadmodum ſub legato, vel donatione domus veniunt hortus, ſtabulum, & horrea contigua, ad quæ per ipſam domum aditus intrinſecus patet, ut per Caſtr. *in l. Olympico, n. 2. ff. de ſerv. ruſtic. prud.* Alex. *conſ.* 223. *n.* 1. Jal. *in l. beneficium, n.* 14. *ff. de conſt. Princip.* Mant. *de conject. ult. vol. lib. 9. tit. 2. n. 35. & de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 23. n. 32.* ut in d. Buratt. *dec.* 354. *num.* 2.

De quo autem tempore ipſi Centum ducati liberi remanere ipſi Rectori intelligantur, ſivè etiam Mille pro Epiſcopo, omnes concludunt, prout pluries Rota pronunciavit, intelligi debere de tempore gratiæ, deducta penſione,
36 etiam ſi contingat poſteà, aliquibus annis, illos non remanere: quia non ideò minuenda erit penſio; nec poterit Rector opponere penſionario, quod ei relinquat Centum ducatos ex fructibus Parochialis, Garc. *de benefic. part.* 1. *cap. 5. num.* 399. ſubdens tamen *num. ſeq.* quod ſi poſt hujuſmodi reſervationem penſionis, fini ita fructus diminuti, ut Rector non poſſit ſe, & onera ſibi incumbentia ſuſtentare, ſolvendo penſionem, tunc poteſt petì illam reſtringi, & reduci ad convenientem quantitatem, Paul. Roman. *de penſ. quæſt. ultim. num. 5. & ſequ.* Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. ante num.* 117. Roman. *conſil.* 360. *in 5. dub. poſt num.* 4. Parìſ. *de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. num.* 143. idem Garc. *loc. cit. num.* 400.

Eſt tamen notandum, quod ut advertit Add. ad Ludoviſ. *dec.* 245. *n.* 13. neceſſe eſt, quod juſtificatio prædictæ clauſulæ *Dummodo*, continuò duret, ut hujuſmodi penſio ſuſtineatur; quia dicta clauſula ſemper loquitur, & habet cauſam ſucceſſivam, Seraph. *dec.* 951. *nu.* 4. ubi quod illi non ſulum verificanda eſt de tempore gratiæ, ſed requiritur, quod continuo duret, ad hoc, ut penſio ſuſtineatur; alioquin ex penſione venit id ſupplendum, quod Rectori deeſt, Garc. *in add. ad d. p. 1. c. 5. n.* 399.

Hæc autem clauſula, *Dummodo Centum pro Rectore ſeu Mille pro Epiſcopo*, requirit plenam, & concludentem probationem; & ideò, licèt regulariter valor ſufficienter probetur per publicam vocem, & famam, tamen id non procedit, quando agitur ad effectum juſtificationis clauſulæ *Dummodo*, ut pluries fuit deciſum, præſertim *dec. 444. ſub num. 1. & 4. par. 2. in recent.* in qua dicitur, quod quando narrativa eſt cauſa, vel fundamentum conceſſionis, non ſufficit levis probatio; ſed concludens ſemper requiritur Rota *in una Marſicana Beneficiorum dec. 268. num. 4. par. 1. diverſ. & in una Caſalen. Præpoſituræ* 21. *Aprilis* 1597. *coram Gypſio*, ac propterea teſtes deponentes de valore Parochialis Eccleſiæ, ad effectum ſuſtinendi clauſulam *Dummodo Centum, &c.* debent concludere de tempore gratię, ut dictum eſt, Cavaler. *dec.* 383. *n.* 4.

Porrò attenta ſupradicta clauſula *Dummodo Centum pro Rectore*, ſi cum effectu probetur, tempore reſervationis penſionis pro reſignante, Parochialis Eccleſiæ fructus incapaces eſſe penſionis reſervatæ, ſicut jam dictum eſt, non poterit propterea ipſe reſignans, vigore regreſſus ſibi reſervati, in eventum non ſolutionis, ad ipſam ſic reſignatam Eccleſiam, eundem habere regreſſum; licèt in amplìſſima forma ſibi reſervatum; quandoquidem, cum idem reſignans nolìtam hujuſmodi reſervationis conſenſit ſub prædicta Clauſula *Dummodo*, *&c.* cum in reſignatione Parochialis ſpecialiter fuerit adhibitus illius conſenſus ſub dicta conditione, ſeù modo, non poteſt ad ipſam Eccleſiam regredi; quia jura ſua remittentibus, non eſt ea dandus regreſſus, *l. quæritur*, *§. ſi creditor*, *ff. de edil. edict. cum aliis adductis* per Anchar. *conſil.* 339. *num.* 10. Soccin. jun. *conſil.* 78. *lib.* 1. Cravett. *conſil.* 114. *num.* 10. *ut una Senen. Penſionis* impreſſa penes Marchetan. *p. 1. §. 1. numer.* 2. *fol. mihi* 542.

Ac propterea, licèt regreſſus fuerit repertus, ut facilius penſiones ſolverentur, & in eventum; quod reſignatarius recuſet, vel differat ſolvere penſionem annuam impoſitam ſuper beneficio reſignato, ut per Parìſ. *de reſign. benef. lib. 6. q. 3. n.* 5. & ſuo loco pro hac praxi dicemus, nihilominus, cum apparet, reſignantem tacitè, vel expreſsè hujuſmodi regreſſui renunciaſſe, non poterit ad beneficium reſignatum regredi, ut ſupra dictum eſt.

Nec pro hac praxi omittere libuit, quod ubi fortaſſe hujuſmodi regreſſum, in eventum non ſolutionis, reſignans minimè reſervavit; ac proinde reſignatarius recuſet ſolvere penſionem ſub prætextu, quod non remaneant Centum ducati liberi pro Rectore, alias vidi in Romana Curia, ad coercendam renitentiam reſignatarii, fuiſſe penſionario conceſſum in vim gratiæ Motus proprii, ut d. reſignatarius ſolveret penſionem, ut ſupra reſervatam penſionario, eidemque teneretur in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi in litteris reſervationis, Clauſula *Dummodo Centum ducati, &c.* minimè appoſita fuiſſet, & per quoſcunque Judices &c. ſublata, &c. ac irritum, &c. quamvis ſimilis gratia hodie non concederetur.

Nam, ubi recuſat reſignatarius ſine cauſa, ſolvere penſionem, agitur via juris; cum Papa regulariter ſe conformare quærat cum diſpoſitione prædicti Concil. Trid. *Seſſ. 24. c. 13. de reform.* volentis debere remanere Centum pro Rectore.

Quatenus etiam ſupradictum Concilium *loc. cit.* decrevit, Mille ducatos debere Epiſcopo remanere, ita intelligendum eſt, ſicut de prædictis ducatis Centum pro Rectore parochialis Eccleſię: quod quidem, ita in Cedula Conſiſtoriali explicari conſuevit, netipſè, *Dummodo ex fructibus, &c. prædictis, Mille ducati liberi pro dicto N. electo, & ſucceſſoribus prædictis annuatim remaneant, reſervavit, &c.* Vel etiam quando Eccleſia reſignatur cum reſervatione fructuum procedente: nam tunc in hujuſmodi Cedula exprimi hoc modo conſuevit. *Demptis ex dictis fructibus ſcutis Mille monetæ pro eodem N. electo, & ſucceſſoribus ſuis dictæ Eccleſiæ N. Præſulibus, ſeu Adminiſtratoribus de manu prædicti N. Cardinalis Reſervatarii recipiendis: ſtu ut ipſe N. electus, & ejus ſucceſſores prædicti, vivente dicto N. Cardinali ultra prædicta ſcuta Mille ſingulis annis quicquam aliud ex dictis fructibus pro N. Cardin. reſervatis, &c. prætendere nullo modo poſſint.* Quarè ſupra Clauſula *Demptis Mille*, ſimilis eſt primo dictæ Clauſulæ, *Dummodo Centum*: quia cum ſit concepta per ablativum abſolutum, etiam importat conditionem, *l. à teſtatore, ff. de cond. & demonſtr.* Jal. *in l. 2. n. 12. C. de jur. emph.* Capuaq. *dec.* 111. *n. 3. p. 1. & l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolv.* Bart. *in l. 1. n. 3. 4. ff. de cond. & demonſtr.* Ludoviſ. *dec.* 492. *n.* 7.

Ac proinde, quoties adjicitur prædicta Clauſula *Dummodo Mille, &c.* vel *Demptis Mille, &c.* debet omninò illa verificari, eo modo, quo ſupra dictum eſt.

Quod ſi fortaſsè contingat, prædictam Clauſulam *Dummodo Mille* in dicta Cedula Conſiſtoriali minime fuiſſe adjectam, non erit diſcedendum à deciſione, quæ aliàs à Rota emanavit in una *Ferentin. Penſionis, coram Ortembergo* 23. *Januarii* 1602. In qua Domini pro validitate penſionis reſolverunt: nam veriſimile erat, Papam habuiſſe notitiam tenuitatis fructuum: quia ipſemet propoſitionem in Conſiſtorio fecit: quo caſu, etſi non fiat proceſſus, tamen ex notorio ſtylo, ante proviſionem, ſolent informationes capi de ſtatu Eccleſiæ, & valore, qui plerumque extenuatur, ne penſionibus gravetur: & ad probationem ſcientiæ, & voluntatis Pontificis, magnum pondus afferebat atteſtatio Cardinalis S. Cæciliæ illius nepotis, cui propter hoc Domini multum tribuendum cenſebant. Necnon conſiderarunt omiſſionem Clauſulæ *Dummodo remaneant Mille pro Epiſcopo*, ſolito apponi in iſtis reſervationibus: ſignum eſſe evidens, quod Papa ſciens, & volens gravaverit Eccleſiam: licèt fructus eſſent tenues, & eo ipſo Decreto Concilii Tridentini derogavit. Nec viſum fuit obſtare, quod dicebatur, fuiſſe neceſſariam derogationem *reg. de ſur. quæſ. non toll.* ſiquidem in reſervationibus penſionum, huic regulæ derogari non conſuevit, nec eſt neceſſaria cum reſervatio penſionis fiat eodem contextu, cum promotione ad Epiſcopatum: & ſic ante jus quæſitum Epiſcopo, quam deciſionem habes penes Marcheſ. *de comm. p. 1. §. 1. fol.* 535.

Illud autem, quod ſæpe in controverſiam deductum, obſervavimus, & proinde ab hac noſtra praxi devium non agnovimus, eſt materia juſtificandi penſionem, ſic, ut ſupra reſer-

reſervatam, cum prædicta clauſula, *Dummodo Centum pro Rectore, vel Mille pro Epiſcopo*, quiſnam, an penſionarius, 40 vel titularis teneatur verificare quantitatem ſic expreſſam remanere.

Quapropter à diſtinctione, quam Rota in his, & ſimilibus adhibet, nunquam recedendum eſt, tanquam ſatis validis ſuffulta fundamentis, Nempè, vel quod penſionarius agit poſſeſſorio, & tunc onus probandi, quod non remaneant Centum pro Rectore, vel Mille pro Epiſcopo incumbit titulari; ac proindè non retardatur penſionario ſolutio; ſub prætextu, quod dictam Clauſulam, *Dummodo*, non juſtificaverit, Mohed. *dec. 9. num. 1. & 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Caſſad. *dec. n. 8. verſ. ubi agens, de reſcript.* & fuit dictum in una *Firman. Penſionis 16. Ianuarii* 1592. *coram Cardinale Blanchetto*, quod etiam procedit contra ſucceſſorem illius, qui ſolvit ex pluribus deciſionibus etiam allegatis in una *Forosempronien. Penſionis*, impreſ. penes Fagin. *tom. 2. dec. 547. n. 4.*

Vel titularis agit petitorio, nempè, dicens, ſe non teneri ad ſolutionem penſionis, ſub prætextu, quod illius reſervatio ſit nulla; & tunc ad ſuſtinendam ejuſdem penſionis validitatem, prædicta conditio debet omninò per penſionarium juſtificari; cui propterea incumbit onus probandi, quod ſoluta, ſeù dempta penſione, tot remaneant pro titulari, cui ſufficit dicere, penſionem hujuſmodi reſervatam, eſſe nullam, ut fuit dictum in una *Vercellen. Penſionis 26. Iunii* 1595. *num. 4.* penes Mart. *dec.* 196. ubi placuit prædicta diſtinctio approbata etiam in una *Paduan. Penſionis coram Io. Baptiſta de Rubeis*; in qua fuit reſervata penſio duorum millium aureorum ſcutorum Cardinali Sarnano ſuper fructibus Epiſcopatus Vercellen. cum Clauſula, *Dummodo Mille remaneãt pro Epiſcopo*; & cum præſupponeretur, dictum Cardinalem eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi, dubitatum fuit, cui incumberet onus probandi, quod Mille remanerent, vel non remanerent pro Epiſcopo: & cũ Cardinalis ageret judicio poſſeſſorio; Epiſcopo incumbebat onus probandi, quod ſibi Mille non remanerent; ex eo, quod quaſi poſſeſſio relevat ab onere probandi, cum non teneatur exprimere cauſam ſuæ poſſeſſionis, vel quaſi: & ideò debebat in ſua quaſi poſſeſſione tueri, donec contra eum fuerit in petitorio pronunciatum.

Aut verò, ut in *d. dec. num.* 3. ſubditur, Epiſcopus agit contra prædictum Cardinalem petitorio, dicens, ſe non teneri ad ſolvendam penſionem: quia reſervatio eſt nulla, ut ſupradictum eſt, & tunc Cardinali incumbit onus probandi, quod remaneant Mille pro Epiſcopo: ex eo quod, cum agatur ſuper proprietate juris percipiendi, cauſa debet exprimi ab eo, qui aſſerit ſibi deberi penſionem; nec quaſi poſſeſſio relevat eum ab onere probandi, ex *juribus in d. dec. allegatis*, ubi ſubditur, quod cum intentio Epiſcopi in judicio petitorio, ex eo ſit fundata tantùm, quia negat, ſe debere penſionem, vel dicat, penſionem eſſe nullam, prædictus Cardinalis debet narrata in ſua gratia verificare, & quòd conſequenter Mille remaneant pro Epiſcopo; ac proinde nihil refert, quod prædicta dictio *Dummodò* inducat modum, vel conditionem; cum clara fuerit intentio Papæ, qui ita demum prædicto Cardinali penſionem reſervavit, quatenus videlicet Mille remanſerint pro Epiſcopo, quæ videntur neceſſaria pro tuenda dignitate Epiſcopali ſecundum Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 3. verſic. ad hæc in poſterum, ut in d. dec. num. 4.* Add. ad Buratt. *dec. 261. num. 17.* ubi plures deciſiones in propriis terminis allegat, qui *verſ. & talis juſtificatio*, ait, quod in hoc caſu talis juſtificatio facienda eſt etiam contra illum, qui reſervationi conſenſit: ex eo quod licèt regulariter penſionarius agens adverſus conſentientem penſioni, non tenetur ad aliquam juſtificationem, ſed titularis volens impugnare, teneatur aſſumere onus probandi, nec interim retardatur executio litterarum Apoſtolicarum; id tamen ait intelligi, quando reſervatio eſt pura; & abſque aliqua conditione: & fuit dictum in una *Lunenſarzanen. 30. Ianuarii 1612. coram Cavaler. dec. 183. num. 2.* quod attenta penſione reſervata ſub conditione *Dummodo remaneant Centum pro Rectore*, hæc conditio in primis, & ante omnia, eſt juſtificanda: cum conditio ante purificationem, nihil ponat in eſſe, *l. Thais ancilla, §. Stichus, de fideic. libert. §. ex conditionali, inſtit. de obligat.* & & fuit dictum *in una Neritonen. 5. Novembris 1601. coram Lura.*

Præterea talis juſtificatio eſt facienda per penſionarium: quamvis reperiatur in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem; quia hujuſmodi quaſi poſſeſſio illi non ſuffragatur, niſi in poſſeſſorio, reſpectu ſolutionis, quæ non retardatur, donec fuerit lata tertia ſententia, & cauſa finita per rem judicatam, Mareſcott. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 73.* dicens, quod ſecus eſſet, ſi de nullitate penſionis in petitorio agatur; nam prædicta quaſi poſſeſſione non obſtante, adhuc debet aſſumere onus probandi validitatem reſervationis penſionis, ut tenuit Rota *in una Salamantin. Penſionis 26. Martii 1593. coram Gypſio*; quod tamen ita demum intelligendum eſt, niſi is, qui penſione fuerat gravatus, dictæ penſioni conſenſerit: quia in hoc caſu contra eum poterit, etiam executivè procedi ſine juſtificatione literarum, maximè ſi ſe obligavit in forma Cameræ, Idem Mareſcot. *loc. cit. num. 74.*

Obtinet, ſcilicet Canonicatum, & redeam, unde pluſquam ſatis digreſſus ſum, quærit Garc. *part. 11. cap. 3. num. 51.* An ſit differentia inter expreſſionem, quod poſſedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore, & concludit expreſſionem, quod poſſedit per tantum tempus, importare, quod illud poſſedit ſaltem de facto, vel cum titulo, vel ſive illo; undè, ait ſufficere, verificare poſſeſſionem 41 de facto; expreſſionem verò, quod à tanto tempore obtinet, importare, quod à tanto tempore in illo habet jus in re, vel illud de facto poſſidet, per text. *in cap. ſi gratioſè de reſcriptis*, quia tunc dicitur quis beneficium habere, quando habet jus in beneficio: non autem ille, qui eſt merus detentor, *c. 1. de reg. iur. in 6.* ubi canonica inſtitutio, ſeù titulus conſideratur, non autem poſſeſſio de facto: unde non ſunt in conſideratione beneficia, quæ quis de facto obtinet, Mand. *reg. 16. q. 39. n. 2.*

42 Et ex his etiam in praxi notabis, quod non poteſt quis reſignare ad favorem alicujus, beneficium, ſuper quo habet jus ad rem; quod tantummodò poterit ad nullius favorem reſignare; nam licèt dictum jus ſit conſiderabile, ac propterea unicuique ſit conceſſum renunciare juri ſibi competenti, attamen non eſt tantæ potentiæ, ut illud poſſit in alium transferri; & propterea oportet, quod ille habeat jus in re; Pariſ. *lib. 2. quæſt. 23. per totum*, & infra dicetur.

Et ad quorum titulum *ad Sacros ordines promotus fuit*. Aliàs enim non valeret reſignatio, non facta mentio- 43 ne, quod ipſe reſignans fuit promotus ad Sacros ordines, ad titulum ejuſdem beneficii, quod reſignatur; id enim expreſsè cavetur Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.* his verbis, *Id verò beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum ſit promotus, &c. & aliter facta reſignatio nulla ſit*; undè, cum verba ejuſdem Concilii indicent nullitatem actus, inde inducitur forma; quæ nullo modo omitti poteſt, Dec. *conſ. 90. n. 6.* nam intentio Papæ ea eſt, ne reſignans, non facta hac mentione, ac quod aliundè habeat, undè commodè vivere poſſit, mendicare cogatur; & hoc fundamentum inducit etiam formam, Caputaqu. *dec. 150. n. 3. p. 3* ac propterea facienda eſt omninò mentio ſupradicta.

Uſus tamen Curiæ admittit, ut ſi tempore reſignationis, ignoretur, an reſignans fuerit promotus ad titulum illius beneficii, addatur dictio *forſan*, nempè, *ad cujus titulum ad Sacros ordines forſan promotus fuit*. Quod tamen intelligendum non eſt de privationibus, & renunciationi- 44 bus inductiva jure; nam Concilium tollit tantum renunciationes voluntarias; & ſic non procedit in reſignatione, ſeù dimiſſione ex decreto Papæ appoſito in gratia alterius beneficii incompatibilis, ut per Garc. *de benefic. part. 2. cap. 5. num. 219. cum pluribus ſeqq.* aliàs verò, niſi in reſignatione fuerit de hoc facta mentio, ipſa reſignatio erit nulla, ut dictum eſt: adeò ut beneficium poſtea vacabit per obitum reſignantis; quia forma dicti Concilii eſt omninò ſpecificè adimplenda; & ſic non ſuffragatur, etiam quod reſignans haberet aliundè, ut vivere poſſit, prout tenuit Rota *in una Leodien. Canonicatus S. Ioannis*, penes Buratt. *deciſ. 856. num. 1. & 2.* Et licèt hoc fuerit dictum procedere etiam in permutatione beneficiorum, nihilominus ex ſententia S. Congreg. Concilii, tenuit Rota, permutationem tenere, ſi permutans aſſequutus fuit poſſeſſionem pacificam alterius beneficii ad ſui congruam ſuſtentationem ſufficientis, Ludoviſ. *dec. 441. nu. 2.* quod intelligendum eſt de beneficio æquivalenti, & nunc permutans, tacendo ordinationem ad titulũ, eſt tutus in foro

con-

conſcientiæ, Garc. *in add. ad part. 2. cap. 5. numer. 218.*

In manibus S. V. Beneficia namque Eccleſiaſtica debent reſignari
in manibus Superiorum, quorum intereſt, ne diminuuntur
45 beneficia, *cap. ſignificaſti. de for. compet.* Unde aliter facta
reſignatio erit nulla, tanquam contra legem, *argum. l. fin.
C. de leg.*

Quod tamen intelligendum eſt de beneficiis acquiſitis,
non autem de acquirendis; cum in his ceſſet ratio vinculi,
quæ viget in beneficiis acquiſitis, & in illorum renunciatione
non adeſt intereſſe Superioris, Pariſ. *lib. 8. quæſt. 1.*
46 *num. 84.* Unde videmus, quod præſentatus ad aliquod beneficium
de jurepatronatus, antequam inſtituatur ab Ordinario,
ſeu alio Superiore, poteſt renunciare præſentationi
in manibus ipſorum patronorum, abſque eo, quod
talis renunciatio admittatur à Superiore; quod quidem procedit,
ut taliter præſentatus, etiam ſi ſtetiſſet poſt annum,
poſſit ſic renunciare; quia renunciat juri ad rem, non autem
in re, cui eſt renunciandum in manibus Superioris; cum
per præſentationem quæratur tantummodo jus ad rem, non
autem in re, Lambert. *de jurepatronat. lib. 3. artic. 5. quæſt.
princip. 3. num. lib. 3.* ubi etiam ſubdit, idem eſſe dicendum,
quando Epiſcopus non admiſit præſentationem, & poſſe
illum præſentatum, non ſolum renunciare in manibus patronorum,
verùm etiam in manibus cujuſcumq; ſimplicis Notarii;
quo caſo patroni habebunt integrum tempus ad præſentandum;
quia per eos non ſtetit, quominus prima præſentatio
ſit conſequuta effectum.

Reſervatis ſibi tamen validè *infraſcriptis.* Quotieſcumque
enim reſervatur penſio, ſemper debet intelligi
47 de reſervatione valida; quia ſi, exempli gratia ſuper eodem
beneficio reperiatur alia penſio antiqua debet fieri mentio
de ea, ſicut de alio onere; aliàs enim ſecunda penſio
erit nulla; dummodò prima penſio fuerit etiam validè reſervata,
Caſſad. *deciſ. 3. de penſ.* ex eo, quod nunquam Papa
intendit gravare beneficium duplici onere; ac propterea
ſi illud reperiatur alia penſione gravatum, dicendum eſt in
ſupplicatione, *cujus fructus, &c. ſuper quibus penſio annua
ducatorum tot auri de camera tali, vel cuidam perſonæ Eccleſiaſtica,
illam annuatim percipienti, Apoſtolica authoritate
reſervata reperitur;* Si enim Papa ſciat, idem beneficium
reperiri alia penſione gravatum, difficilius reſervabit
novam penſionem; quæ ratione ſubreptionis eſſet nulla,
cum hæc qualitas poſſit movere ipſum Papam ad denegandam
aliam reſervationem penſionis, Pariſ. *lib. 6. qu. 2. num.
43. & 44.*

Qui *numer. 74.* id ampliat procedere, etiam ſi antiqua
penſio ſit perpetua, & nova, temporalis, quia adhuc eſt
facienda mentio de prima, aliàs erit nulliter reſervata,
Caputaq. *decıſ. 312. part. 2.* quod quidem vendicat ſibi locum,
etiam ſi reſignans ignoret ſuum beneficium eſſe gravatum
prima penſione, Gamb. *de authorit. leg. lib. 6. tit. de
penſ. verſic. ſed quid dicemus;* Unde ex prædictis elicitur,
quod ſi prima penſio reperiatur nulliter reſervata, profectò
de ea non erit facienda mentio; prout fuſius ſuo loco dicetur.

Item ſupradicta verba, *reſervatis ſibi validè infraſcriptis,*
referuntur etiam ad validitatem ipſius reſignationis:
quæ ſi fuerit nulla, erit quoque nulla reſervatio penſionis,
veluti, ſi illa fuerit ex falſa cauſa reſervata, Caputaquen.
*deciſio. 29. 3. num. 1. part. 2. incip. penſio reſervata, ex falſa
cauſa.*

Reſignare proponat. Quæ quidem verba
nihil aliud
oſtendunt, niſi quod ſi Orator proponat reſignare, etiam
48 ſi hoc redigat in ſcriptis, vel conſtituat procuratorem ad reſignandum,
poteſt nihilominus pœnitere, antequam fuerit
reſignatio admiſſa per Papam: quia res adhuc dicitur integra:
unde id diſcriminis verſatur inter reſignationem,
& conſtitutionem procuratoris ad reſignandum: illa enim
facta, revocari non poteſt, quia remittentibus actiones
ſuas amplius non datur regreſſus, *leg. quæritur, §. ſi venditor,
ff. de edil. edict.* hæc verò, antequam procurator reſignaverit,
poteſt revocari.

Sicut etiam dicimus, quod proponens donare, poteſt pœnitere,
etiam poſtquam donavit, ante tamen acceptationem
donatarii, Pariſ. *lib. 1. quæſt. 16. num. 6. cum ſeqq.* ubi plura in
propoſito congerit.

Ex nunc reſignet, Ac propterea ſubduntur
hæc verba, per quæ
inducitur actus de præſenti, etiam quod alias penderet à
futuro, dummodò ſimus in diſpoſitione pura, non autem
conditionali, Alexand. *conſil. 83. colum. 3. ante num. 7. verſic.
confirmatur,* Mandoſ. *regul. 19. quæſt. 9. num. 3.* ubi
dicit, quod Clauſula *ex nunc, prout ex tunc*, operatur perfectionem
actus de præſenti, collato effectu in tempus futurum,
& unum tempus, cenſetur alteri ineſſe, ſicut alias
diximus.

Vel dici poterit in ſupplicatione, *prout reſignat de præſenti,*
& hoc etiam ſufficit: licèt non apponatur menſis,
quo fit ipſa reſignatio, quia regula de exprimendo menſe
non habet locum in beneficiis vacantibus per reſignationem 49
Rot. *deciſio. 614. numer. 1. lib. 3. part. 3. diverſor.* præcipuè
quæ fiunt ad favorem, ut hic: nam ait Gonzal. *gloſ. 38.
numer. 45.* præterquàm quod vacatio eſt in Curia, & in
ea ceſſat regula ſupradicta: quia beneficium eſt ex alio
capite reſervatum: jam Papa ſcit quo menſe vacatio contingat,
cum ſit ea ipſa hora, in qua ipſe reſignationis gratiam
ſignat

Supplicat, &c. tàm dictus A. quàm C. debet enim uterque ſupplicare, reſignans
ſcilicet pro reſervatione penſionis, reſignatarius
verò pro admiſſione, & proviſione: & ſic unuſquiſque
pro eo, quod ad ipſum ſpectat, Pariſ. *lib. 8. quæſt. 7.
num. 100.* Nec propterea in ſupplicatione fit aliqua mentio,
quod reſignatio fit ad favorem: nam licet antiquus ſtylus 50
id admitteret, attamen à tempore Gregorii XIII. circa,
fuit ſublatum illud verbum, quod in capite ſupplicationis
apponebatur, *Reſignatio ad favorem Presbyteri, aut Clerici,*
& ita etiam in corpore ipſius ſupplicationis, quia,
ut dicebat Cardinalis Contarellus, tunc Prodatarius ipſius
Gregorii, dicta verba *ad favorem*, non ſolum videbantur
non neceſſaria, verùm etiam ſuſpecta: unde à præfato tempore
conſuevit in titulo ipſius ſupplicationis dici, *Reſignatio,*
& poſtmodum: per compoſitores ſupplicationum,
fuit additum, *ſimplex, vel cum penſione:* nam reſignans,
ſimpliciter reſignat in manibus Papæ, qui poſteà ad preces
reſignatarii, ei dictum beneficium reſignatum confert:
quia Papa non habet reſpectum ad mentem reſignantis, ſed
ad ſupplicationem humiliter ſibi factam à reſignatario, &
ab eo dictus reſignatarius habet jus, non autem à reſignante.
Et quamvis ita dicatur, videtur tamen de ſtylo facta
in favorem, ita Pariſ. *dict. quæſt. 7. à n. 35. ad 39.* Boet. *dec.
20. n. 10. de conceſſ. præb.* ubi ait, quod quando fit reſignatio
in manibus Papæ; quomodocumque ſit concepta ſupplicatio,
videtur de ſtylo facta in favorem, & hoc propter correſpectivitatem:
quia unus renunciat, alter verò ſupplicat.

Clericus Mediolanenſ. Eſt præterea exprimendus
in
ſupplicatione locus, onde reſignatarius, Oriundus, ſeu
ortus eſt; nam ſi eſſet Civitatis, ſeu Diœceſis Capuan.
cum ſit Civitatis, ſeu Diœceſis Neapolitan. reſignatio erit
nulla, & ſubreptitia, Pariſ. *lib. 10. quæſt. 2. num. 66.* Verum
eſt, quod uſus Datariæ Apoſtolicæ hanc expreſſionem
alternativè admittit, videlicet, *ſupplicat N. Clericus Mediolanenſ. ſeu alterius Civitatis, vel Diœceſis,* ut omnibus
notum eſt.

Ex Fratre germano nepos. Hæc clauſula
conſuevit apponi in reſignationibus, quæ fiunt coram
Sanctiſſimo Pontifice ad favorem conſanguinei ipſius reſignantis;
cum tamen (ni fallor) non videatur neceſſaria: ex eo,
quod Conſtitutio Pii V. circa modum faciendi, & admittendi
reſignationes hujuſmodi, comprehendit; & ligat
tantùm Ordinarios, annullando ſimiles reſignationes coram
ipſis factas; cum illa prohibeat beneficia vacantia per
reſignationem in manibus Ordinariorum, conſanguineis,
affinibus, vel familiaribus ordinaria authoritate conferri:
continet inſuper dicta Conſtitutio cauſas, ex quibus Ordinarii
poſſunt admittere reſignationes, ac permutationes
beneficiorum Eccleſiaſticorum, cæteraque circa hæc neceſſaria.
Et cùm prædicta Conſtitutio ſit admodum notabilis,
& maximopere vigeat, non alienum viſum fuit illius
tenorem pro omnium commoditate hîc ſubtexere, qui talis
eſt videlicet.

Pius

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Quanta Eccleſia Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidiè magis afferat miniſtrorum in eam ingreſſio vitioſa, jam latè perſpiciant, & cum mœrore expendant Præſules omnes, & paſtores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima; tam multas orbis Eccleſias impiè violarit. Quia verò hoc malum cum in cæteris frequens, tum maximè in beneficiorum Eccleſiaſticorum dimiſſione admittitur, nemini moleſtum eſſe debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoſcuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officii noſtri partes in prohibenda omnibus interim reſignationum hujuſmodi receptione paulò ſeverius interpoſuerimus, omneſque beneficiorum interim reſignandorum diſpoſitiones, quæ fierent, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus, nullam per eas in illis jus, neque titulum, vel coloratum, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio ipſis proviſis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuò inhabiles fore: Collatores verò aliàs in illorum diſpoſitione, etiam tanquam devolutionis jure ſeſe interponere non poſſe, ſed de eis, ut verè vacantibus, ſive per Romanos Pontifices, ſive alios collatorum eorundem ſuperiores, uti præventum eſſet, liberè provideri. Nunc autem intendentes inſtitutum hoc noſtrum, quo ſanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino, perſequi, ac ſimul quantum in nobis eſt cavere, ne reſignationes ipſæ dehinc pro cujuſque arbitrio, nulliſque vel certè levibus cauſis paſſim, & temerè admittantur, prohibitionem, & alia prædicta, ac cætera omnia noſtris ſuper his litteris contenta eatenus relaxamus, ut poſthac Epiſcopi, & alii facultatem habentes eorum dumtaxat reſignationes recipere, & admittere poſſint, qui aut ſenio confecti, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, cenſuriſque Eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, vel beneficio inſervire, ſeù qui unum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri, religionem quoque ingreſſuri, vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſteà id re ipſa exequantur, denique cum quis ex aliis caſibus acciderit, qui conſtitutione felicis recordationis Innocentii Papæ III. de dimittendis cathedralibus Eccleſiis, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii reſidere ſecuri. Sed nec horum ullus ſacro ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus, valeat ullo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliundè ei ſit, quo in victu poſſit commodè ſuſtentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur. Caveant autem Epiſcopi, & alii prædicti, itemque omnes electores, præſentatores, & patroni, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici quicunque ſint, ne verbo quidem, aut nutu, vel ſigno futuri in hujuſmodi beneficiis, & officiis ſucceſſores, ab ipſis reſignantibus, aut aliis eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, vel etiam intentio qualiſcunque intercedat. Cæterum, præcipimus, atque interdicimus, ne ipſi Epiſcopi, aut alii collatores de beneficiis, & officiis reſignandis prædictis, aut ſuis, aut admittentium cõſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant providere; quod ſi ſecus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocumque temerè attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, ut in eo, quo deliquerint puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione; præſentatione, confirmatione, & inſtitutione; prout cuique competierit, tamdiù ſuſpenſi remaneant, donec remiſſionem à Romano Pontifice meruerint obtinere; & qui talia beneficia, ſeù officia receperint, & eos prædictis pœnis volumus ſubjacere. Et nihilominus in eos, qui ſic ſuſpenſi, conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere auſi fuerint, excommunicationis, quoad perſonas, quo verò ad capitula, & conventus à divinis ſuſpenſionis ſententias, ipſo facto promulgamus: quibus etiam nullus alius, quam ipſe Romanus Pontifex ſive abſolutionis, ſive relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, & litteris noſtris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris. Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus quibuſcunque Epiſcopis, & aliis ſuperioribus, ac inferioribus Eccleſiarum Prælatis, nec non Eccleſiis, Monaſteriis, & capitulis, conventibus, collegiis, & univerſitatibus, eorumq; & aliis perſonis etiam Regia, & Imperiali Majeſtate præditis ſub quacumque verborum forma, & conceptione conceſſis, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodocumque, vel differri, etiam ſi de eis, ipſorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, necnon Eccleſiis, Monaſteriis, locis, ordinibus, & dignitatibus, de quibus, necnon cauſis propter quas illa conceſſa ſunt, ſpecialem, & expreſſam præſentibus fieri oporteret mentionem. Cæterum jubemus eaſdem præſentes ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi, voluműſque eas ſic publicatas, omnes, & ſingulos perindè afficere, & obligare, ac ſi illis ipſis fuiſſent ſingulariter intimata, exemplis quoque prædictis etiam impreſſis, manuque Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus curiæ obſignatis, eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis, juſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, M. D L X V I I I. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Et meritò dixit Rebuff. *in praxi benef. in tit. de reſign. expr. pur. & condit. n. 3.* quod hodie cauſa cauſarum eſt affectio carnis, quia omnes volunt ſuos conſanguineos præficere Eccleſiis, quibus fortè malè præfuerunt, ut peſſimè illi quoque præſint, *c. quam grave, de præb.*

Quod quidem optima ratione in ipſa Conſtitutione ſtatutum eſt, ne videlicet conſanguinei, & familiares fiant hæredes bonorum Eccleſiæ, quod eſt prohibitum, *c. 1. de præb.* ac etiam, ut tollantur fraudes, & confidentiales renunciationes.

Eſt tamen hic advertendum, quod prædicta *Conſtitutio in §. Cæterum*, non procedit in beneficiis juriſpatronatus, ex infraſcripta declaratione fel. record. Gregorii X I I I quæ plurimum attenditur, & eſt tenoris ſequentis, videlicet, *Nos Hieronymus tituli S. Pancratii S. R. E. Presbyter Cardinalis Matthejus fidem facimus, & atteſtamur, in libris S. Congreg. Concil. qui apud nos aſſervantur, adnotatum eſſe, quod fel: record. Gregorius X I I I. declaravit, beneficia juriſpatronatus non comprehendi in §. Cæterum, contento in Conſtitutione S. mem. Pii V. relaxante prohibitionem de non admittendis reſignationibus, quo §. prohibentur Epiſcopo beneficia in eorum manibus reſignata, eorum, aut reſignantium affinibus, conſanguineis, vel familiaribus conferre. Hier. Cardin. Matthejus.*

Ratio autem hujus declarationis eſt, quia beneficia juriſpatronatus debent conferri præſentatis à patronis, quibus in *d. §. Cæterum*, non interdicitur præſentatio conſanguineorum affinium, vel familiarium, nec de eis loquitur ille §. qui tamen procedit, & loquitur in collatoribus etiam inferioribus Epiſcopo, teſte Garc. *de benef. p. 11. c. 3. n. 268.*

Cæterum autem, ſi Ordinarii, etiam ignorantes hanc Cõſtitutionem contravenerint, cõferendo hujuſmodi beneficia ſic reſignata prædictis perſonis prohibitis, ligantur pœnis ſupradi-

prædictæ Conſtitutionis, & indigent abſolutione à Summo Pontifice Prosp. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. tit. Benefic. reſign. verſ. Et quid ſi Ordinarii*, *fol.* 123.

Non tamen puniuntur ſupradicti Ordinarii admittentes reſignationem ſine aliqua ex cauſis in dicta Conſtitutione contentis, ſed tantum reſignatio erit nulla ex decreto irritante in eo appoſito *id. addit. loc. cit. verſ. Quid ſi Ordinarii*.

An autem poſſit Epiſcopus admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum, conſanguineos, vel affines, aut familiares ſuos, vel reſignantium, ſtante dicta Conſtitutione, Negativa eſt reſponſio; nam Sacra Congregatio Concilii, ſic cenſuit, videlicet, *Epiſcopus non poteſt admittere in parochialibus, in ſuis manibus reſignatis, conſanguineos, vel familiares, tàm ſuos, quam reſignantium, ex Bulla Pii Quinti anno ejus tertio, Kal. Aprilis. Ita S. D. N. Gregorius XIII. ex ſententia Congregationis declaravit, & ideò admonendum Epiſcopum, ne hujuſmodi conſanguineos, vel familiares admittat ad concurſum*, ut videre eſt penes Garc. *de benef. p. 9. c. 2. n.* 281.
71

Qui *num. ſeq.* teſtatur, id non procedere, in vacatione per obitum, vel aliàs, ut fuit reſolutum in una *Civitatis Caſtelli Parochialis 16. Junii 1589. coram D. Orano, & in una Fanen. Parochialis 28. Janu. 1596. coram D. Corduba*, quas deciſiones affert id. Garc. *loc. cit. n.* 213.

Ex eodem §. *Cæterum* quæri etiam poteſt, an Epiſcopus poſſit talia beneficia conferre alicui ex familiaribus ſui Vicarii; maximè ſi comedat in tinello cum familiaribus prædicti Epiſcopi. Et quidem, quod poſſit, non eſt dubitandum, quantumvis comederet in tinello cum illius familiaribus; ex eo, quod familiaritas non contrahitur ex ſola commenſalitate; ſed requiritur, ut adſit animus, tàm Superioris, quàm famuli, prout ex Creſcent. *deciſ. 15. alias 106. de præb.* concludit Maſſobr. *in prax. hab. concurſ. ad part. requiſ. 7. dub.* 3. ubi quod Vicarius prædictus nullatenus poteſt beneficia prædicta conferre familiari Epiſcopi; quia cum eo cenſetur eadem perſona; nam Epiſcopus fraudulenter curaret, ut fieret reſignatio in manibus Vicarii, ut conferret familiari Epiſcopi; licet ipſe Vicarius poſſit conferre ſuo familiari; quia dicta Conſtitutio prohibet conferri familiaribus collatorum, jure proprio conferentium.

Summus autem Pontifex, ſicut quotidiè videmus, & ſuperius dictum eſt, paſſim confert per reſignationem beneficia, etiam conſanguineis, affinibus, & familiaribus reſignantium; cum dicta Conſtitutio non habeat locum, in proviſionibus Apoſtolicis, ſed tantum ordinaria authoritate factis, ad tollendam ſuſpicionem fraudis; quæ ceſſat in Papa; cum ipſe ſit dominus omnium beneficiorum, & de
72 illis arbitrio ſuo diſponere poſſit, Franc. *Leo in Theſauro for. Eccleſ. part. 3. cap. 2. num. 19. & 20.* Attamen ex notorio ſtylo Curiæ Romanæ in reſignationibus, quæ fiunt in manibus Papæ ad favorem ſupradictorum, explicatur, quod reſignatarius ſit nepos, ſeu aliàs conſanguineus, vel affinis reſignantis.

Reſignationem hujuſmodi admittendo,

Oportet, quod reſignatio ſit prius admiſſa à Papa, ſive ab Ordinario, alias enim nuda voluntate dimittentis, ſine Papæ, aut Ordinarii acceptatione, beneficium non amittitur, Caſſad. *deciſ. 2. de renunciat.* quare oportet, quod reſignans ſupplicet pro admiſſione reſignationis, quæ requiritur ad hoc, ut faciat abdicare jus à reſignante; quia poſt admiſſionem, beneficium dicitur vacare, Burſat. *conſil. 393. num. 1. volum. 4.* Menoch. *de arb. jud. caſu 201. n. 47. & 1. remed. de acquir. poſſeſſ. num.* 303. relatos per Pariſ. *lib. 8. quæſt. 9. num. 13. & 14.* ubi *n.* 16. ait, quod cum hujuſmodi admiſſio fiat ad inſtantiam partis, ideò exprimitur, quia aliàs ſuperior non privat quemcumque beneficio ſine cauſa *d. n.* 16. licet ibi loquatur de admiſſione reſignationis per Ordinarium de beneficio, quod coram eo reſignatur, id etiam intelligendum eſt de ea reſignatione, quæ fit coram Summo Pontifice propter identitatem rationis, *vulg. jur.*

Cujus fructus, &c.

De expreſſione fructuum, redditnum, & proventuum, &c. in impetratione beneficii à Summo Pontifice, vide, quæ dixi ſupra, *lib. 2. c. 7. verſ. cujus fructus, &c. à n.* 28.

Sive præmiſſo, ſive alio quovis modo.

Quod tamen intelligendum eſt de conſuetis modis vacationum, non autem de iis vacationibus, quæ *certo modo* ex communi ſtylo Curiæ nuncupantur, qui ſunt in duplici differentia, quorum alii ſunt minus odibiles, cum ſimpliciter ſupponimus intruſum aliquem, qui ob nullitatem, vel defectum tituli ſit à poſſeſſione amovendus. Alii verò ſunt potius odibiles; quando videlicet aliquod crimen ſuggeritur, unde imminet privatio, ut per Achil. de Graſſ. *deciſ. 397. num. 1. & 2.* & has verè nuncupamus gratias piſcatorias, & impetrationes *Certo modo*, cœtera autem circa hanc clauſulam, vide, quæ dixi *lib. 3. cap. 7. num.* 36. 51

Hic tantum nota, quod hujuſmodi Clauſula, *ſive præmiſſo, &c.* ſi juſtificetur modus expreſſus, de facto, nempè vacandi ex reſignatione, poteſt reſignatarius capere quemcumque modum vacandi ex ſupradicta Clauſula, & hæc concluſio habet locum etiam proviſione ex reſignatione, prout dicitur in una *Oveten. Beneficii, quæ eſt deciſ. 319. n. 2. p. 3. veteri.*

Aut ex alterius cujuſcumque perſona.

Maximè operatur itidem hæc Clauſula; nam illius vigore, proviſus poterit capere beneficium vacans etiam ex perſona non expreſſa in ſupplicatione, ſeu in litteris, nam licet hæc Clauſula comprehendat omnem vacationis modum, non tamen comprehendit ex perſona illius, de quo non eſt facta mentio, Fel. *in c. in noſtra, n. 37. 4. fall. de reſcript.* ac propterea, quando additur ſupradicta Clauſula, illa complectitur vacationem, etiam ex alia perſona, ultra nominatam Genuen. *in praxi Cur. Archiepiſc. Neapol. cap. 99. verſ. ſublimitas, quando additur Clauſula*, prout alias dixi. 52.

Seu per ſimilem reſignationem

dicti A. vel aliam liberam cujuſvis alterius de illa, &c. Si enim reſignans quocumque alio modo, etiam invalidè reſignaverit, nihilominus Summus Pontifex, decernendo vacare beneficium, admittit reſignationem factam quantumvis invalidè, ut ſuſtineatur proviſio facta in favorem reſignatarii, ut docet Pariſ. *lib. 8. q. 7. n.* 66.

In Romana Curia,

vel extra eam. Hæc etiam verba ſunt nimis neceſſaria pro validitate hujus reſignationis; nam ſive reſignatio fiat in Curia, ſive extra eam, valida erit proviſio Papæ ad favorem reſignatarii. Quod ita procedit, etiamsi reſignatio fuerit facta in manibus Epiſcopi, in Romana Curia exiſtentis; quia ille beneficia ſic reſignata conferre non poteſt; nam illa dicuntur vacare in Curia, & ad ſolum Papã eorum collatio ſpectat, ut in *c. 2. de præb. in* 6. & ita hæc verba interpretata fuerunt in una *Lodien. Canonicatus coram Antonio Auguſtino 24. Feb.* 1548. Ac etiam, quia beneficium reſignatum in Curia eſt affectũ Papæ, ut in *Clem. 1. ut lit. pend.* & ſi ſupradicta Clauſula, non apponeretur, non deberetur beneficium in Romana Curia vacans, unde ait Reb. *in prax. in form. ſign. verſ. ſive per liberam reſignationem*, quod utile eſt hoc adducere, ſive beneficium vacaverit per reſignationem, videlicet reſignantis in ſupplicatione nominati, ſive alterius habentis jus in beneficio, ſtantibus aliis verbis in ſupplicatione poſitis, ſcilicet, *vel cujuſvis alterius, &c.*

Etiam coram Notario publico,

Eſt Clauſula hæc magni momenti; nam eſt reſignatio fuerit facta, tam coram Notario, quam quocunq; alio non habente poteſtatem recipiendi reſignationes, valebit, ad quod maximè confert deciſio 22. Moh. *ſub tit. de ren.* quæ apud D. Abbreviatores Majoris Præſidentiæ in Cancellaria Apoſtolica, ſemper habita fuit in maxima conſideratione, prout meo tempore obſervavi, per ea etiam, quæ Rota pluries tenuit, & ſignanter in caſu Nuncii Apoſtolici in Hiſpania pro Sede Apoſtolica, cujus factum hic inſerere non diſplicuit, & tale eſt, videlicet, quod in manibus Nuncii Apoſtolici in Hiſpania reſidentis, non habentis facultatem recipiẽdi beneficiorum reſignationes, fuit facta reſignatio, cujuſdam portionis, &c. tenuit Rota, quod cum Papa providens, dicat in proviſione, *etiam coram Notario publico, & teſtibus*, videtur dicere, quod admittit reſignationem factam coram quocunque non habente poteſtatem, etiam coram Notario, & teſti- 53

X bus,

bus; quo ſtante, jam Papa intellexit, quod jus remanſerit penes reſignantem, & ſic ceſſat ſubreptio: Nec obſtat, quod debet præcedere ſententia privatoria, lata juris ordine ſervato, ut dicit Innoc. *in cap. quod in dubiis de renunc.* quia fuit reſponſum, quod ſi reſignans non mutavit voluntatem, Papa potuit admittere, & providendo, videtur ſolemniter, & legitimè privare, ut in *deciſ. 1. de renunc. in deciſ. Biſignet.* Et licèt idem Papa dicat in proviſione, quod vacat, cum intellexerit, quod jus remanſit in reſignante, vult dicere, quod beneficium vacat propter reſignationem factam, & hanc opinionem tenuerunt, &c. prout ſine difficultate practicatur.

Et licèt ſupradicta deciſio loquatur de impetratione principaliter facta per obitum, & poſtmodum ex vi clauſularum generalium in ſupplicatione appoſitarum, dicatur *etiam coram Notario, &c.* nihilominus præmiſſa procedunt in propriis terminis impetrationis per reſignationem; in cujus ſupplicatione ſemper dici conſuevit, *ſeu per ſimilem reſignationem dicti N. vel aliam liberam cujuſvis alterius de illa, &c.* & ſic ſi reſignatio fuit facta coram ſolo Notario, vel coram laico, contra reſignantem, & in ejus præjudicium, valet, & vacat beneficium; ita quod proviſio facta de illo valeat; quia per ſupradicta verba, Papa intendit dicere, quod admittit reſignationem factam coram quocunq; non habente poteſtatem, ita Rebuff. *in prax. form. novæ proviſionis, verſ. ſive ut præmittitur;* & aliàs in una *Lucan. Abbatia* fuit dictum, quod licet facta fuerit reſignatio coram non habentes jus admittendi, tamen illa valida fuit in præjudicium cedentis; ita ut proviſio Papæ poſtea, vigore dictæ reſignationis, ſubſequuta, valida fuerit; quia Papa conferendo, viſus eſt, ratam habere dictam reſignationem, prout videre eſt penes Cavaler. *deciſ. 202. n. 2.*

Undè, niſi appoſita fuerit dicta clauſula, *Coram Notario, &c.* beneficium nullo modo deberetur Oratori; quia iſto caſu, nullus Notarius, etiam ſi fuerit Apoſtolicus, poteſt recipere reſignationes beneficiorum Eccleſiaſticorum, Navar. *conſ. 2. num. 7. de elect.* ubi loquitur, etiam de renunciatione Epiſcopatus, facta in manibus Capituli; quia licèt nulla ſit; tamen Papa poteſt illam ratam habere, ſicut renunciationes factas coram Notario, & teſtibus, ut ſupra dictum eſt. Et docet notorius ſtylus, circa reſignationes, quod ſi contingat illas fieri coram Notario extra Romanam Curiam, illas ſemper Papa ratificando dicit in litteris proviſionum beneficiorum, *etiamſi illa vacent extra Curiam per reſignationem coram Notario, &c.* ut fuit dictum in una *Leodien. Canonicatus coram Ant. Auguſt. 2. Februarii 1543.*

Et teſtibus. Imò, ad effectum ſupradictum, tenebit reſignatio facta coram te-

54 ſtibus, nullo exiſtente Notario; nam ſufficit, reſignationem eſſe factam; dummodo probari poſſit; quod jam fieri poterit per teſtes, cum parem vim habeant probationes teſtium, & inſtrumentorum *leg. in exercendis, Cod. de fid. inſtrument. ut per Rebuff. in praxi form. ſign. verſic. etiam coram Notario, &c. & ſeq. verſ. item ſi quis reſignat. beneficium, &c.*

Aut aſſecutionem, &c. Nam vigore hujus clauſu-

55 læ poteſt capi beneficium vacans per aſſequutionem alterius, per ea, quæ notantur in *cap. de multa, de præb.* Et quamvis Rebuff. *in prax. benefic. in form. ſign. verſic. ſeu per aſſequutionem, &c.* dicat, quod debet exprimi, an beneficium fuerit aſſequutus Apoſtolica authoritate, vel ne, attamen hæc expreſſio non videtur neceſſaria; quia quomodocunque fuerit aſſequutum primum beneficium, Papa confert nihilominus Oratori ſecundum; nam notorius eſt ſtylus Cancellariæ Apoſtolicæ, ut in hujuſmodi impetrationibus hæc clauſula extendatur, ut ſequitur, videlicet, *vel aſſequutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici quavis authoritate collati, &c.*

Non tamen per obitum; Quæ quidem verba paſſim adduntur in ſupplicationibus reſignationum beneficiorum, ut hic, & quandoque in calce ipſius ſupplicationis additur; *Et citra modum vacandi per obitum.* Quinimmò, hodie reaſſumpta eſt antiqua praxis; nam D. Datarius ad ſubmovendum omne dubium, ac fraudes vitandas, retinet quandoque penes ſe per aliquot dies ſupplicationes reſignationis, ut interim videat, an alius petat idem beneficium, ut vacans per obitum, de qua praxi teſtatur Rot. *deciſ. 75. num. 5. lib. 3. part. 3. diverſ.* ne fortè quis, cum

non ſperet beneficium obtinere per obitum, confingat, il- 56

lud vacare per reſignationem, & ſic per clauſulas generales, beneficium ipſum aucupetur; & hoc modo indirectè aſſequatur, quod via ordinaria non poſſet conſequi, contra *text. in leg. athletas, §. ſed, & qui tunc, ff. de iis, qui not. infam. ut per* Mandol. *in praxi ſign. grat. verbo, reſignationes, verſic. in ſupplicationibus tamen reſignationum:* quod ſi ſupradicta reſtrictiva, *non tamen per obitum*, non apponatur, dubitatur, an ex vi Clauſulæ generalis, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacet, &c.* poſſit reſignatarius capere beneficium reſignatum, vacans per obitum legitimi poſſeſſoris.

Attamen etiam parum verſati Curiales ſciunt, quod Rota ſemper contrarium tenuit, nempè, quod ex vi ſupradictæ Clauſulæ, *ſive præmiſſo, &c.* poteſt reſignatarius capere beneficium vacans, etiam per obitum legitimi, & veri domini; quamvis reſignans nullum jus habeat; Sed in hoc non benè conveniunt Officiales Datariæ, cum Officialibus Cancellariæ; nam illi tenent quod expreſſo uno modo vacationis per reſignationem, non venit vacatio per obitum, Butr. *conſil. 34.* Iſti verò, quod reſignatarius poteſt capere beneficium vacans tunc per obitum legitimi, & veri domini, ut fuit reſolutum in *Rota coram Cardinale Sanctæ Crucis die 27. Februarii 1559.* propter rationem communiter à DD. allatam, nempè, quia per Clauſulam, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacet*, includitur omnis modus vacandi, ſive directus, ſive indirectus, etiam acceſſorius, ea intentione concedentis; dummodò ea perſona expreſſa, & nominata in gratia vacet; Undè, ſi beneficium vacet per obitum, quia reſignans obiiſſet, poteſt reſignatarius illud capere.

Ac propterea, ad omnem hæſitationem ſubmovendum ejuſdem Datariæ Officiales addunt ſupradicta verba, *non tamen per obitum*, ad melius declarandum, quod dixerunt *DD. in cap. ſuſceptum, de reſcrip. in 6.* quod præcipuè introductum eſſe videmus; ne fiat fraus regulæ de menſe, exprimendo, ſi reſignatarius caperet beneficium, etiam per obitum, vigore clauſularum generalium in ſupplicatione appoſitarum; quod exemplificatur per Gonz. *gloſ. 32. num. 32.* videlicet, quod vacavit unum beneficium de menſe Auguſti reſervato, & A. ſe intruſit in illo beneficio, deinde lapſo anno, illud reſignavit in manibus Papæ, in favorem B.

Poſtmodum, C. illud impetravit tanquam reſervatum ratione menſis, & litigabat contra B. reſignatarium, dicens, quod gratia illius ſit nulla, ex quo A. qui reſignavit, fuerat intruſus, & nullum jus habebat, ac conſequenter nullum potuit reſignare, nec transferre. Reſpondet B. quod quando reſignatio locum non haberet, ſaltim ſua gratia erat ſuſtinenda vigore clauſularum generalium, *ſive vacet præmiſſo, ſive alio quovis modo, &c.* Replicat C. quod clauſulæ ſupradictæ nihil poſſunt operari; quia non eſt facta mentio de menſe vacationis, ut in regula diſponitur. Duplicat B. quod ſua gratia principalis, eſt gratia reſignationis, in qua dicta regula non habet locum, & tandem ait fuiſſe in Rota reſolutum, quod obſtabat regula, & ſic gratia B. tortare non poterat vigore generalium clauſularum; ea præcipuè ratione, ne fraudibus occaſio detur, & ne eludatur dicta regula per iſtos, & alios varios piſcationis modos, & ita fuiſſe affirmatum ab omnibus ſenioribus Referendariorum, & Abbreviatorum, qui ſemper viderunt ita in Rota obſervari, prout in *deciſ. 700. p. 3. lib. 3. diverſ.*

Undè, licèt in ſupplicatione multæ adſint clauſulæ generales, ut quis pluribus remediis poſſit capere beneficium, nihilominus videmus hodiè D. Datarium hujuſmodi ſupplicationibus addere ſupradictam clauſulam, *Non tamen per obitum*, quæ oſtendit, quod antea, vigore alterius clauſulæ, *ſeu quovis modo*, poterat quis capere beneficium, etiam per obitum: nam Papa vult exprimi menſem, ut ſciatur, an beneficium ad ſui, vel alterius pertineat collationem, & ſic refrenatur cupiditas involtorum, qui tanquam latrones rugientes, & lupi rapaces, dulcedine beneficiorum, circumeunt, quærentes beneficia, ſanguinem pauperum variis artibus piſcari, aucupari, & deglutire, ut ait Gonz. *d. gl. 32. n. 34.*

Quando verò beneficium vacat per obitum ſimpliciter, oportet, quod porrigatur ſupplicatio præciſa per ſequentem formulam, videlicet.

Beatiſſime Pater. Cum perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione S. N. in Parochiali Eccleſia N. loci N. Averſan. diœceſis, per obitum quondam N. illius dum viveret ultimi poſſeſſoris de menſe Maii proximè præterito, extra Romanam Curiam defuncti, aut aliàs certo alio modo vacaverit, & vacet ad præſens. Supplicat igitur humiliter S. V. devotus illius Orator N. Clericus Neapolitan. quatenus ſpecialem ſibi gratiam faciendo, beneficium prædictum, cujus, & illi forſan annexorum fructus, &c. XV. ducat. aur. de cam. ſec. com. ext. val. ann. non excedunt; ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti defuncti, vel cujuſvis alterius de illo in dicta Curia, vel extra eum, etiam coram Notario publico, & teſtibus, ſpontè factam, aut aſſecutionem &c. vacet, etiam ſi devolutum, affectum ſpecialiter, vel aliàs ex quavis cauſa, in litteris etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervatum, litigioſum, cujus litis ſtatum, &c. exiſtat eidem Oratoris conferre, & de illo etiam providere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis,

Fiat ut petitur F.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et quod Oratoris diſpenſationes, veruſque & ultimus dicti beneficii vacationis modus, etiam ſi ex illo quavis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, præterquam per obitum apud ſedem reſultet, necnon lites, & cauſa, ſi qua ſint ſtatum, & merita nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium, eorumque ac dicti defuncti, aliorumque quorumcunque conceſſiones, proviſiones, aliaque jura, & tituli, etiam nulli, & infectivi etiam proprii tituli, ac lites habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint in litteris. Et cum clauſula, generalem, &c. exprimenda. Et de proviſione dicti beneficii pro eodem Oratore, cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus ſit. Ita quod littera deſuper in forma ſimplicis proviſionis, gratioſæ ſubrogationis, etiam quoad poſſeſſionem, gratia ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri, perinde, & etiam valere, ſimul, vel ad partem expediri poſſint. Et cum derogatione regulæ de annali poſſeſſore, quoad primam ejus partem, necnon juriſpatronatus, quatenus de illo exiſtat, quod diſpoſitivè in litteris, regula contraria non obſtante, exprimi poſſit, videlicet, ſi laicorum tantùm, etiam nobilium, & Illuſtrium, eiſque ex fundatione, vel dotatione competat, pro medietate, aliàs, ſeu ſi litigioſum, vel devolutum ſit in totum, latiſſimè extendenda. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, invocationum, annexorum, fructuum, etiam augendo, vel minuendo, aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris. Et committatur in forma, dignum, noviſſima, & citra approbationem juriſpatronatus,

Fiat F.

In ſupplicationibus ſimilium impetrationum beneficiorum per obitum extra Curiam vacantium, ſemper poſt illa verba ſecundæ partis ſupplicationis, nempè, *etiam ſi ex illo quavis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſula,* additur per Dominos Officiales Datariæ, *Non tamen per obitum apud Sedem*; Et ratio eſt, quia reſervatio vacatio-
58 nis apud Sedem, eſt fortior, & vehementior, & amplioris prærogativæ omnibus aliis reſervationibus, Sarnen. *ſuper regul. de trienn. quæſt. 31. in princip.* & propterea, niſi de ea fieret ſpecialis mentio, non cenſeretur comprehenſa in quacunque diſpoſitione Papæ, vel narrativa, Gambar. *de auth. leg. lib. 3. num. 122.* Et propterea Summus Pontifex habet iſta beneficia, apud Sedem vacantia, in majori conſideratione; quia de illis intendit providere ſpecialibus, & dilectis perſonis, veluti ſuis familiaribus, & miniſtris in vinea Domini laborantibus, Gonz. *gloſ. 13. num. 39.* Sed de his opportunius ſuo loco dicetur.

Sed, ne decipiaris tu, qui novus es in Curia, ſcire debea, quod duo ſunt termini circa hoc, nempè vacare in Curia, & vacare apud Sedem, & unus ab alio ſatis differt, Nam
59 beneficia, quæ dicuntur vacare in Curia, ea propriè ſunt quæ reſignantur in manibus Papæ per procuratores, ut hic, vel quando quis privatur beneficio per ſententiam, in ipſa curia latam; nam quidquid alii in contrarium dixerint, attenditur locus privationis, non autem ubi eſt perſona, quæ privatur ſi reperiretur extra dictam Curiam, Mandoſ. *ſuper regul. 32. quæſt. 8. nu. 13.* id. Gonz. *loc. cit. num. 45.* Sic etiam beneficia reſervata per *Extravag. ad Regimen. de præb. & Extravag. Execrabilis eodem tit.* & omnia beneficia affecta, ſeu reſervata dicuntur vacare in Curia id. Gonz. *num. 46. & 47.*

Apud Sedem verò Apoſtolicam vacatio ea eſt, quæ continetur in *cap. licet, de præb. in 6.* ubi præcipuè diſponitur, ut beneficia vacantia apud Sedem, nemo audeat conferre. Sunt nihilominus, qui inter utramque vacationem nullum conſtituunt diſcrimen; ſed unum pro alio capiunt, & ſic dicunt, quod vacatio apud Sedem capitur impropriè pro quacunque vacatione in Curia, per *tex. in cap. præſenti, de præb. eod. lib. ubi gloſ. in verbo, in Curia,* dicit, quod idem eſt vacare in Curia, quod vacare apud Sedem Apoſtolicam.

Ego tamen re vera non diſcedendo à notorio ſtylo, illam propriè dicerem vacationem apud Sedem, quando beneficium vacat per obitum beneficiati in ipſa Romana Curia; quod ſatis conſtat ex natura vacationis, quàm Dataria in hoc caſu ſemper requirit, & vult, ut in illius ſupplicatione dicatur, *Cum perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, &c. per obitum N. qui apud Sedem Apoſtolicam, &c. diem clauſit extremum*, & in capite ipſius ſupplicationis apponitur hic titulus, ſcilicet, *Per obitum apud Sedem*, quod profectò non ſervatur in aliis beneficiis, quæ diximus, etiam vacare in Curia.

Etiam ſi devoluti.

Pro declaratione hujus clauſulæ, & ut juniores 60
capiant ſubſtantiam hujus termini; præmittendum eſt, quod devolutio inventa eſt ad publicam utilitatem, ac divinum cultum, ne Eccleſia, ſeu beneficium diù in ſuſpenſo remaneat, ſed ut infrà ſex menſes quæ dignè adminiſtrare valeant, conferantur, & tunc contingit devolutio, quando videlicet poteſtas conferendi, ab inferiore, propter negligentiam, abdicatur, ſeu transfertur; quæ quidem devo- 61
lutio fit gradatim, exempli gratia, ſi vacet beneficium etiam juriſpatronatus, & illius inſtitutio, ſeu collatio pertineat ad Capitulum, ſi ipſum Capitulum infra ſex menſes à die notæ vacationis, illud non conferat, devolutio fit ad Epiſcopum; quod ſi Epiſcopus infrà alios ſex menſes non conferat, fit ad Archiepiſcopum; & ſimiliter ab eodem ad Patriarcham, & ab ipſo ad Summum Pontificem, Vivian. *de jurepatron. par. 2. lib. 12. n. 7.* qui omnes habent ſemeſtre, etiam à die ſcitæ vacationis, *c. 2. de conceſſ. præb.* Et quod dictum eſt de beneficiis de jurepatronatus, dicendum eſt, etiam de beneficiis liberæ collationis; nam cum illa vacaverint in menſibus Ordinarii, ille habet pariter ſemeſtre ad conferendum; & ſic de aliis, ad quos devolvitur collatio, ut ſupradictum eſt.

Scias tamen, etiam in praxi, quod Papa conferre ſolet 62
beneficia non modo ad ſe devoluta, verùm etiam ad inferiores; quia ipſe concurrere poteſt cum Capitulo, Epiſcopo, Archiepiſcopo, Patriarcha, Legato, & quocunque alio, ad *text. in cap. cuncta per mundum 9. q. 3. cap. 2. de præb. in 6.* Unde, ſi ceſſet ratio devolutionis, non ceſſat ratio concurſus; cum ipſe habeat utrunque; quia in his devolutionibus Summus Pontifex nunquam ligavit ſe ipſum, quominus conferre poſſit; cum ipſe in beneficialibus habeat plenitudinem poteſtatis, *cap. 2. de præb. in 6.* tum etiam; quia ipſe eſt Ordinarius, omnium *d. cap. cuncta per mundum*, & ſic concurrere poteſt

cum omni Prælato in poteſtate, & juriſdictione, *c. ſi eo tempore de elect. in 6.*

63 Docet ſuper hoc praxis Romanæ Curiæ, quod Summus Pontifex ſemper ferè libentiſſimè confert beneficia vacantia per devolutionem, propter duas rationes. Prima eſt, quia ipſe non patitur Eccleſias diù Rectore carere, ob divini cultus detrimentum. Secunda; quia quando petitur à Sede Apoſtolica beneficium ad eam devolutum, Papa credit, quod antequam fuerit devolutum ad ipſum, jam Epiſcopus, aut Archiepiſcopus, vel Patriarcha illud alteri contulerit. Hujus praxis teſtis eſt Mohed. *deciſio. 17. de preb.* Secus verò eſt, quando Orator intendit capere beneficium alio modo vacans; quia cum ipſe Papa videat beneficii collationem ad ſe omninò ſpectare, non ita facilè confert ſupplicanti; cum potius intendat illud conferre familiaribus, vel aliis benemeritis.

Et quia ſæpè viſum eſt, Oratores ſuper beneficiis ſibi per devolutionem à Sede Apoſtolica collatis, pati controverſiam; cum videlicet adverſarius prætendat fuiſſe ſibi beneficium collatum, antequam devolvatur ad Papam, ſed ex aliqua cauſa non fuit apprehenſa poſſeſſio, imò, nec publicata ipſius Ordinarii collatio; undè in iſtis proviſionibus inferiorum cadere poteſt ſuſpicio datæ anterioris: ideò bonum erit, ſi ipſi inferiores faciant ſuas collationes in forma publici inſtrumenti, cum teſtibus, & aliis ſolemnitatibus, etiam ſi aliàs ſint in forma literarum patentium, cum ſigillo, & ſubſcriptione Epiſcopi, vel ejus Secretarii Bellam. *deciſ.* 321. ubi ait, quod licet literæ Epiſcoporum ſigillis ſigillatæ ſint, vel authenticæ, hoc tamen ſibi locum non vendicat contra apoſtolicos impetrantes, ne confingantur fraudes, *& id. in deciſ.* 441. ait, quod literæ proviſionis Ordinarii in præjudicium apoſtolici, cum de Data dubitatur, non probant; Barboſ. *in addit. ad alleg. 55. p. 3. num.* 15. dicens, quod hoc ſit propter facilitatem ſupplantandi proviſiones apoſtolicas, cujus præſumptio removeretur ex publico inſtrumento, in quo eſſent teſtes adhibiti Rebuff. *in prax. tit. requiſ. ad coll. ben. num.* 12. ut etiam aliàs diximus.

Et nota, quod quamvis in ſupplicatione dicatur, *etiam ſi devolutam*, nihilominus in fine ſupplicationis additur per
64 Dominos Reviſores Dataríæ, quod devolutio detur diſpoſitivè: quo caſu in literis proviſionis, debet hæc vacatio exprimi omninò diſpoſitivè, cum per dictam Clauſulam in fine poſitam, ſit impetranti ſublata facultas expediendi ſuas litteras, cum Clauſula, *etiam ſi, &c.* quæ oſtendit, ut ſi collatio non ſit devoluta ad Sedem Apoſtolicam, Papa non intendat providere, etiam ſi dicatur beneficium vacare quocumque alio modo: quia ſemper coram exequutore Apoſtolico, debet probari devolutio; cum Papa non intendat alio modo providere, quàm per devolutionem, ſtante dicta Clauſula, *diſpoſitivè, &c.* cujus virtus eſt reſtringere omnes modos vacationis antea expreſſos, teſte Mohed. *dict. deciſ. 17. per tot.* Tantum enim eſt dicere, diſpoſitivè, quantum expreſsè, limitatè, ac purè, & verè, Mandoſ. *in praxi ſignat. grat. tit. Certo modo, verſ. in calce ſupplicationis*, ubi ait, quod diſpoſitivè etiam aliquid exprimi dicitur, cum quid certo eſſe affirmamus, non autem dubitativè, vel conditionaliter loquimur; & paulò inferius, *verſic. Niſi adderetur*, quod hæc Clauſula limitativa arctat impetrantem ad probandam devolutionem; qua non probata, nullus alius modus veniret, quia limitata eſt proviſio; unde limitatus eſſe debet effectus, *cap. 1. de ſepult. & l. ne in agris, ff. de acquir. rer. dom.*

Quandò verò principaliter petitur beneficium vacans per devolutionem ad Sedem Apoſtolicam, ſupplicatio concipitur modo ſequenti, videlicet.

Beatiſſime Pater. Cum perpetuum ſimplex beneficium Ec-
65 *cleſiaſt. cum ſub invocat. S. N. in Eccleſia talis Diœceſis N. per obitum quondam N. de menſe N. anni Domini, &c. extra Romanam Curiam defuncti vacaverit, & vacet ad præſens, & tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio omnimodaque diſpoſitio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluta exiſtit, ſupplicat humiliter N, &c.* & proſequitur, ut in aliis impetrationibus beneficiorum, & additur, *quod devolutio detur diſpoſitivè*, ut ſupra dictum eſt.

Cur autem apponantur in ſupradicta ſupplicatione illa verba, videlicet, *juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, &c.* ratio ea eſt, nempè, quod hujuſmodi devolutio fuit inducta per Concilium Lateranenſe, prout habetur in *c. 2. de conceſſ. preb.* cujus titulus ita ibi præponitur, videlicet. *Ex Concilio Lateranenſi, & in §. cum verò* ſtatutum eſt, ut ſequitur, ſcilicet. *Cum verò præbendas Eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia in aliqua Eccleſia vacari contigerit, non diu maneant in ſuſpenſo, ea infra ſex menſes perſonis, quæ dignè adminiſtrare valeant, conferantur, ſi autem Epiſcopus, ubi ad eum ſpectat conferre diſtulerit, per Capitulum ordinetur: quod ſi ad Capitulum pertinuerit, & infra præſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus ſecundum Deum hoc cum religioſorum virorum conſilio exequatur; Vel ſi omnes fortè neglexerunt, Metropolitanus de ipſis ſecundum Deum, abſque illorum contradictione diſponat.*

Et attenta ſupradicta petitione per devolutionem, quæ principaliter narratur in ipſa ſupplicatione, quamvis in ea apponantur aliæ Clauſulæ de ſtylo apponi conſuetæ, nempè, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo*, & alia ſubindè proſequatur clauſula, nempè, *etiam ſi affectum, vel reſervatum &c.* cum litteræ expediantur abſolutè per devolutionem, ſi de ea non ſit doctum, etiam ſi probaretur beneficium eſſe reſervatum, quis illud non caperet: nam ex quo fuit narratum Papæ id, quod facilius movit ipſum ad concedendum, cum devolutum detur cuicumque, non autem reſervatum: per Clauſulam, *quod devolutio detur diſpoſitivè*, reſtricta eſt vacatio per devolutionem: & omnes alii modi cenſentur ſublati, ut ſupra dictum eſt, ita Mandoſ. *in praxi dict. tit. certo modo, verſ. amplio etiam.*

Et in exequutione litterarum debet Orator probare devolutionem in eis principaliter expreſſam: ut dictum eſt, ac proptereà ſcientiam collatoris, à quo tempore currit tempus conferendi uſque ad Sedem Apoſtolicam; quia Summus Pontifex non intelligitur aliàs voluiſſe providere, quàm per devolutionem. Ac proptereà exequutor dictarum litterarum, debet omninò, & exactè inveſtigare devolutionem: nam vidi aliàs hujuſmodi litteras exequutioni demandari abſque eo quod procedatur ad probandam devolutionem, undè perperam, & contra formam litterarum procedit, cum ſemper in illis adſit Clauſula. *Et dummodo collatio ad Sedem Apoſtolicam ſit legitimè devoluta, ut præfertur*, Garc. *de benef. p. 10. c. 3. num. 17.*

Poteſt etiam contingere, beneficium, quod impetratur, eſſe reſervatum, quo caſu non valebit impe- 66
tratio per devolutionem, quæ non cadit in beneficiis reſervatis: cum in eis non detur negligentia Ordinarii id. Garc. *n. 18.*

Affecti. Quia verò frequens ſermo eſt in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica de beneficiis affectis, & reſervatis, hìc ſufficiat de affectis tantùm loqui, & quæ illa ſint; nam paulo inferius, & ſuo loco differentiam inter reſervatum, & affectum beneficium, explicabimos, ut hoc minimè lateat ſimplices Curiales.

Dicendum igitur eſt, quod beneficium dicitur affe- 67
ctum per appoſitionem manus Summi Pontificis, *cap. ut noſtrum, de appellat.* ac ita poteſt diffiniri, videlicet, quod affectio ſit quoddam vinculum, & impedimentum, à manus Papæ appoſitione proveniens, cui datum eſt in prærogativam ſupremæ poteſtatis, ut in quibus ipſe manus appoſuerit, alii ſe intromittere non poſſint *d. cap. ut noſtrum*. Unde, ſi Papa manum appoſuit, ordinando aliquem ad minores, nullus, præter ipſum ad majores ordines eundem promovere poterit; vel ſi à Papa de beneficio proviſus diſpenſatione indigeat, licèt alias Epiſcopus cum illo diſpenſare potuiſſet; ſuper eodem tamen beneficio, propter manus Papæ appoſitionem diſpenſare non poterit, Abb. *in cap. poſtulaſti, ſuper gloſ. verſ. diſpenſari, de cler. excomm. miniſtr.* Mandoſ. *reg. 1. quæſt. num. 7. cum ſequ.* propter rationem ſupradictam; & ex eo, quod per manus Papæ appoſitionem affectio talis, ſeù tale vinculum cauſatur, ut alius à Papa omninò excludatur, nec ſe intromittere poſſit, indignumque ſit, ſi Papa ad ſe proviſionem revocavit, vel alii delegavit, ad inferiorem reverti ſine ipſius Papæ licentia, idem Mandoſ. *reg. 9. q. 6. n. 6.*

Quod quidem ampliatur, etiam ſi collatio facta per Papam, ſit ex aliquo capite nulla; nam adhuc per illius manus appoſitionem, beneficium remanet affectum, nec ab alio illud conferri poteſt *d. c. ut noſtrum.*

Undè in propoſito ait Gonz. *gl. 48. n. 15.* quod ſi Papa, jure præventionis, ac prævenire intendens, contulit alicui beneficium, & collatio non teneat, ex aliquo defectu impe-

tran-

trantis, vel alias ſit inutilis, quod minimè poterit Ordinarius, amplius ſe intromittere in diſpoſitione illius vacationis; quamvis contigerit in ſuo menſe ordinatio.

Et propterea, dato, quod beneficium, de quo in
68 ſupplicatione dicitur, *ſeu affectum, &c.* debet ipſa affectio diſpoſitivè exprimi in litteris, ut ex infra dicendis, nam ſi Papa illud conferret, & in dictis litteris non exprimatur diſpoſitivè, illud eſſe affectum, proviſio non valeret, tanquam ſubreptitia: quia affectio habet vim reſervationis: & Papa non intendit talia beneficia, ita facilè conferre, ut per Rebuff. *in praxi, form. ſignat. in verb. affectum, verſ. imò ſi Papa illud conferret, ſub n.* 8.

Præmiſſa tamen, ita generaliter, circa affectionem, per manus Pontificis appoſitionem, expreſſa, pluribus modis, etiam in praxi receptis limitantur, &

69 Primò, ut non intret iſta affectio, quando Papa appoſuit manum in beneficio vacante, ad effectum proviſionis, ubi ipſe Papa manum apponit in beneficio, quod licet verè vacet, non tamen verè vacat ad effectum proviſionis, veluti, quia collatum eſt alicui, qui nondum ipſum beneficium acceptavit; nam ſi interim alteri conferatur à Papa, talis collatio nulla eſt, & ſubreptitia: eoque magis; quia ipſe Papa in ſuis litteris ſemper ferè apponit clauſulam præſervativam juris tertii, nempè, *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui in eo ſpecialiter jus quaſitum*: quæ etiam non expreſſa ſubintelligitur, Vivian. *de jurepatr. in deciſionibus in calce ſui operis, deciſ.* 56. *num.* 5. quia ſi ille poſtmodum recuſet acceptare beneficium, vel renunciet juri ad rem, aut interim decedat, poterit Ordinarius illud conferre, non obſtante dicta collatione Papæ nulla, qui manum appoſuit in ea tanquam liberè vacante, & in quo non erat alteri jus quæſitum, Franc. *in c. ſi tibi abſenti, num.* 14. *de præb. in* 6. Garc. *part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 150.

Secundò, neque præmiſſa procedunt, quando Papa appoſuit manum ad beneficium vacaturum; verbi gratia, per privationem; mandando alicui de illo provideri, in eventum privationis: quia ſi tale beneficium non vacavit per privationem, ut quia privandus antea deceſſit, non dicitur aliquo modo affectum, cum diſpoſitio Papæ fuerit reſtricta ad beneficium vacaturum per privationem, & etiam quia appoſitio manus Papæ erat conditionalis, ſcilicet in eventum privationis, Rota *deciſio. ultim. ut lit. penden. in nov. ad* Garc, *numer.* 152.

Tertiò, neque procedunt, quando Papa manus appoſuit ſuper beneficio, cujus reſignatio non tenet ex aliqua cauſa, veluti, quia non fuit à reſignatario expreſſus verus valor; nam ipſe Papa non cenſetur manum appoſuiſſe ſuper dicto beneficio, niſi ad effectum, ut reſignatio ſequatur Achill. de Graſſ. *deciſ.* 119. *de reſtit. ſpol. ad.* Garc. *num.* 154. *cum pluribus ſeqq.*

Scias tamen, quod circa præmiſſa, non poteſt in praxi certa regula conſtitui: nam ſciunt Curiales, etiam in his parum verſati, quod quandoque per ſimplicem manus Papæ appoſitionem, quamvis exindè videatur beneficium non remanere affectum, nihilominus conſuevit illud per ipſum Papam conferri, & ſuper hoc innumeras altercationes vidi oriri inter Dominos Abbreviatores Majoris Præſidentiæ, quorum tamen opinionem non vidi ſuper hoc aliqua ſolida ratione fulciri, niſi diceremus, quod Summus Pontifex, ideò taliter confert, quia in beneficialibus eſt Dominus abſolutus, Felyn. *in cap. quæ in Eccleſiarum, numer.* 60. *de conſtitut.*

Et denique dicendum eſt, quod ſtante hoc verbo, *etiam ſi affectum, &c.* proviſio beneficii facta per reſignationem, valida redditur: etiam ſi ipſum beneficium fuerit affectum, Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 7. *n.* 68.

Specialiter. Et hic ſcias, quod reſervatio, alia eſt generalis, alia verò ſpecialis; ſed juxta ordinem verborum ſupplicationis, videamus, quænam ſit iſta ſpecialis reſervatio; & dicendum eſt, quod ea
70 propriè dicitur, quæ fit de certo corpore beneficii, & pro certa perſona; necnon quoad certum corpus beneficii, ſeu beneficiorum, non tamen pro certa perſona, Bellam. *deciſ.* 3. *n.* 3. *ſub tit. de reſerv.*

Quod quidem ita exemplificari poteſt, videlicet, cum Papa Motu proprio, ac nulla expreſſa perſona, ſibi, & Sedi Apoſtolicæ reſervavit beneficia vacatura per obitum alicujus certæ perſonæ, vel certum corpus beneficii, puta Parochialem Eccleſiam S. Franciſci talis Civitatis, vel Diœceſis, de quo eſt notabilis, *text. in cap. ſi eo tempore, de elect. in* 6. Mandoſ. *ad reg.* 11. *q.* 15. *num.* 1. *&* 2.

Vel generaliter, &c. Secundum Garc. *par.* 5. *cap.* 1. *num.* 58. illæ dicuntur generales reſervationes, quæ non ſunt de certis beneficiis in communi, puta de beneficiis Collectorum, ſeu Subcollectorum Officialium Curiæ, aut familiarium, vel de Dignitatibus majoribus, etiam ſi ſint inductæ per regulas Cancellariæ, ſeu alias, dummodo Papa in ipſis non dicat ſpecialiter reſervare.

Sed, ut præmiſſorum habeas generalem cognitionem, ſcire oportet, quod omiſſis omnibus, quæ nonnulli DD. in contrarium dixerunt, generalis reſervatio eſt illa, quæ con- 71
tinetur in regula reſervatoria Cancellariæ Apoſtolicæ, ibi, *Diſpoſitioni ſuæ generaliter reſervavit, &c.* nec refert, quod ſupradicti DD. tenuerint, quod reſervatio inducta per ſupradictam regulam, ſit ſpecialis: quia generales tantummodo illæ dicuntur, quæ inſertæ ſunt in corpore juris, ut infra dicetur; & ſic reſervationes, quæ non ſunt perpetuæ, non ſunt generales; cum Summus Pontifex faciat regulas, ſuo tempore duraturas; quæ poſt ejus obitum expirant; quia omnibus contrariis rejectis, omnique prorſus hæſitatione remota, dicta regula eſt generalis; cum in illa ſatis expreſsè dicatur, quod generaliter reſervat, quæ eſt ratio, quam affert Gonz. *gloſ.* 30. *num.* 14.

Ratio ergo generalitatis, à perpetuitate reſervationis deſumpta, vel quod ſit inſerta in corpore juris omninò videtur impertinens.

Et quandocumque beneficium fuerit reſervatum, ſive ſpeciali, ſivè generali reſervatione, erit de ea in litteris expediendis facienda expreſſa mentio; nam teſte Reb. *in prax. in tit. form. ſignat. verſ. et ſi in corpore ſignaturæ*, ſi in ſupplicatione exprimatur una tantum reſervatio, & addatur conditionalis clauſula, ſapiens reſervationem generalem, non comprehenduntur aliæ reſervationes, quam expreſsè; quia Clauſulæ, undè eliciuntur reſervationes, vel elici poſſunt, debent exprimi; aliàs non venit reſervatio.

Undè ſemper in hujuſmodi ſupplicationibus additur Clauſula, *quod diſpoſitive exprimi poſſit reſervatio*; aliàs enim Cancellaria non expediret litteras, niſi in illis fuerit diſpoſitivè expreſſa reſervatio, quæ facit reſtringi gratiã ad ipſam reſervationẽ expreſſam, ut omnes norunt Curiales practici.

Reſervatum. Eſt autem reſervatio, ſecundum præſentem materiam, 72
beneficii Eccleſiaſtici vacaturi, per habentem poteſtatem, ad ſe factam avocatio, ut per Æneam de Falcon. *in tractat. de reſerv. q.* 1. *num.* 1. quem refert Mandoſ. *reg.* 1. *quæſt.* 5. *ſub num.* 2. Et eſt notandum, quod, cum in ſupplicatione dicitur *affectum, ſeu reſervatum*, hæc duo tanquam diverſa apponuntur: nam licèt nonnulli teneant, nullam adeſſe differentiam inter beneficium affectum, & beneficium reſervatum; moti ex ratione, *text. in Extravag. ad Romani, inter com. de præb.* dum ibi Papa promiſcuè utitur iſtis terminis, & concluditur, beneficia à prædeceſſore Summo Pontifice reſervata, durare, reſervata, ſeù affecta.

Nihilominus dicendum eſt, quod revera diſcrimen inter utrumque conſtituitur; nam ut optime tradit Mandoſ. *ad reg.* 1. *n.* 10. hæc differentia colligi poteſt, quæ inter cauſam, & cauſatum, ac inter tacitum, & expreſſum redundat: nam reſervatio erit cauſa, affectio verò cauſatum, & hoc modo recepta eſt ab omnibus iſta differentia.

Vel ſecundum Gonz. *gl.* 52. *n.* 4. hæc differentia poteſt conſtitui inter reſervationem, & affectionem, ſcilicet quod reſervatio reſpicit actum verbalem, & expreſſum, veluti ſi Papa, per ſuam Conſtitutionem, aut ſolo verbo dicit, *reſervamus*, tunc enim dicitur reſervatio. Affectio verò reſpicit actum realem, & factum, ex quo tacita reſervatio oritur; veluti quando Papa apponit manum ſuper diſpoſitione alicujus beneficii; nam tunc dicitur affectio: ita ut omnes inferiores amplius ſe intromittere non valeant: & ſic ſivè beneficium, quod petitur, fuerit affectum, ſivè reſervatum; debebitur Oratori.

73 **Litigioſi.** Clauſula iſta, ſivè verbum hoc habet ortum, præcipuè ex *c. 2. ut lit. pend. in 6.* ubi Bonifacius VIII. ſtatuit, ut ſi hi, per quos ſuper dignitatibus, perſonatibus, vel aliis Eccleſiaſticis beneficiis, quæ poſſident, litigatur, lite pendente, cedant, vel fortè decedant: ne propter novos adverſarios, qui malitiosè interdum petitoribus ſubrogantur, litigia in Eccleſiarum diſpendium prorogari contingat, dignitates, perſonatus, vel beneficia hujuſmodi, donec contra ſuperſtites lis finita fuerit, aliis nullatenus conferantur, &c. ſunt verba ipſius textus; quo ſtante, inolevit etiam praxis, ut in ſupplicationibus beneficialibus, ſemper petatur beneficium, etiam ſi fuerit litigioſum, ad hoc, ut Summus Pontifex, derogando diſpoſitioni ſupradicti text. conferat beneficium litigioſum.

Prout etiam fit, quando beneficium reſignatur, ut hîc; nam ſi illud fuerit litigioſum, ſed de ipſa lite non fuerit facta mentio, nulla erit reſignatio, Put. *deciſ. 354. lib. 3.* relatus per Patiſ. *de reſin. benefic. lib. 2. quæſt. 3. n. 1. qui num. 2.* reddit rationem, nempè, quia reſignatio, quæ fit lite pendente, videtur fieri in fraudem: & iſta reſignatio, quæ fit in favorem à ſolo Papa poteſt admitti, ut docet notorius ſtylus.

Et ſcias, quod ſtatus litis non eſt ſemper neceſſè, ut exprimatur in ſupplicatione, quia ſufficit dicere, *etiam ſi litigioſum, &c.* nec Dataria Apoſtolica de facili admittit hanc expreſſionem in ipſa ſupplicatione, cum eam tantum remittit exprimendam diſpoſitivè in litteris expediendis in Cancellaria Apoſtolica, ut mox dicetur, ac propterea ſequitur immediatè Clauſula hæc videlicet.

74 **Cujus litis ſtatus, &c.** Per hoc enim dicitur facta ſufficiens mentio litis, etiam quod in litteris non apponatur per extenſum ſtatus ipſius litis; nam ſufficit conſueta Clauſula, ſcilicet, *Et ſuper eo inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa*, & hoc modo ceſſat ſubreptio, cum fuerit ita facta mentio litis cum ſupradicta Clauſula, Gemin. *conſ. 120. n. 6.* Achill. de Graſs. *deciſ. 9. de reſcript.* quæ operatur ſufficientem mentionem ipſius litis, Mant. *deciſ. 213. n. 8.*

Si tamen Orator voluerit de illa mentionem facere, & de illius ſtatu per extenſum in dictis literis, id profectò poterit vigore hujus clauſulæ, ſic appoſitæ in ſupplicatione, ſi ita caſus exigit, in qua aliquando exprimi conſuevit ad unguem ipſius litis ſtatus: quod puto fieri ad facilitandam impetrationem, Papa enim libentius confert beneficium, quando ſibi exprimitur à principio, & in ſupplicatione, illud eſſe litigioſum.

75 Scias tamen, quod licèt ſupradicta Clauſula præſervet gratiam à ſubreptione, ob non factam mentionem litis, non tamen operatur, quod capi poſſit poſſeſſio abſque vitio attentorum, ut fuit dictum in una *Terdonenſ. Iuriſpatronatus 13. Maii 1616. coram Pamphilio*, ſicut nec etiam præſervat à ſubreptione; niſi fiat mentio de re judicata; quia res judicata requirit ſpecificam, & individuam mentionem; niſi ipſa eſſet jam deducta in controverſiam; quia tunc ſufficit facere mentionem de lite per Clauſulam ſupradictam, *cujus litis ſtatus, &c. Add. ad Ludoviſ. deciſio. 2. num. 16. cum ſeqq.*

Et in praxi etiam habetur, quod etſi vigore dictæ Clauſulæ, poſſit narrari ſupradictus ſtatus litis in literis per extenſum, ſi tamen in ſupplicatione exprimantur nomina collitigantium, non poterunt poſtmodum alii collitigantes in dictis literis narrari, quam expreſſi in ſupplicatione, & hoc ſemper inconcuſsè ſervant Domini Abbreviatores Cancellariæ, qui volunt, quod narretur litis ſtatus inter litigantes expreſſos in ſupplicatione, nec debent alii ſuppleri.

Et regulariter, numquam impetratur beneficium litigio-
76 ſum, niſi facta mentione litis, ut ſupradictum eſt, Felyn. *in cap. in noſtra, num. 17. de reſcript.* Caſſad. *deciſ. 8. num. 6. de præb.* Menoch. *de arbitr. jud. caſu 201. num. 131.* quia non licet, lite pendente, ſupplicare Principi, & ab eo reſcriptum impetrare; niſi facta mentione litis; etiam ſi conceſſio fiat Motu proprio, Ruin. *conſ. 80. num. 4. libr. 5.* Menoch. *de arb. jud. caſu 201. num. 122.* Quod quidem in tantum procedit, ut illa debeat exprimi in ſpecie, non autem per verba generalia, veluti ſi diceretur, *Non obſtante quacumque litis pendentia*, ſed tantummodo in ſpecie de proceſſu, & ſtatu cauſæ, ut per Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 4. illat. 7. num. 645.* quæ quidem ſecundum conſuetum ſtylum Cancellariæ ſupplentur per ſupradictam Clauſulam, *Cujus litis ſtatum, &c.*

Conferre. Eſt autem collatio, libera translatio; 77
ſeu conceſſio juris in beneficio vacante: quia collator liberè confert cui vult; dummodo idoneo, *DD. in cap. cum in illis, §. 1. de præb. in 6.* Gonz. *gloſ. 16. n. 8.* quæ ſemper cadit in proviſionibus conſuetis ad illorum favorem, qui beneficiorum ſunt capaces. Alter enim res ſe habet, circa illorum, qui beneficia hujuſmodi in titulum obtinere non poſſunt: quia tunc non dicitur conferre, ſed commendare. Ponamus exemplum in Epiſcopo, quem clarum eſſe, ſcimus, eſſe incapacem beneficiorum: nam ejus beneficia vacant per promotionem ad Epiſcopatum, *ut in cap. cum in cunctis, §. 1. de elect.* ſicut etiam ceſſat penſio, ut per Gig. *de penſ. quæſt. 56.* quod etiam dicendum eſt de promoto ad Abbatiam, Garc. *de benef. part. 1. cap. 5. num. 112.* Si igitur contingat, eundem Epiſcopum aliquod beneficium à Sede Apoſtolica impetrare, non eſt
ſibi de eo providendum per viam collationis, ſed Com- 78
mendæ tantum, quæ dicitur quædam palliata diſpenſatio, ut ait Gemin. *conſ. 38. num. 11.* Caſſad. *deciſ. 33. ſuper reg. num. 5.* quia licet Epiſcopus in favorabilibus, veniat appellatione clericorum, Abb. *in cap. bona 1. num. 2. de poſtul. præl.* non tamen poteſt obtinere beneficium aliquod, etiam ad præſentationem patronorum; niſi prævia diſpenſatione Apoſtolica: alias enim collatio, aut inſtitutio non valeret, Vivian. *in praxi juriſpatron. lib. 6. cap. 10. numer. 37. & 38.* Ac propterea ſtylus circa hoc ſervatur, & praxis, quod ſi ipſi Epiſcopo reſignaretur beneficium in ſupplicatione, quæ ſuper hoc porrigenda erit, in ea ita concludit, videlicet, *eidem N. Epiſcopo per eum, quoad vixerit, etiam una cum Eccleſia N. cui ex conceſſione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, ac ſex ſeu ſeptem ſimplicibus beneficiis eccleſiaſticis perſonalem reſidentiam non requirentibus, quæ in titulum, vel commendam ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica obtinet, ac quorum inſimul fructus, &c. non excedunt, tenendum: Ita quod liceat, &c. alternatione, &c. interdicta, &c.* ſicut dicitur in commendis perpetuis. Et in ſecunda parte ſupplicationis proſequitur, *Ita quod litera deſuper in forma ſimplicis commendæ, gratioſæ ſubrogationis, &c.* reliqua ut in ſupplicatione reſignationis.

Et de illis etiam providere. Non ſolùm in ſupplicationibus beneficialibus apponi conſuevit verbum *conferre*, ſed etiam *providere*, quod eſt am-
plius, & generalius, ac latiſſimum continens in ſe omnes modos, per quos Eccleſiæ providetur, *gloſ. in Clem. fin. verbo, proviſionis, de elect.* Felin. *in cap. in noſtra, num. 28. de reſcript.* necnon denotat providentiam, non ſolum Eccleſiæ impetratæ, ſed etiam impetrantis, Rebuff. *in rubr. de collat. §. præfatique Ordinarii, fol. mihi 318. ſuper concord.* Gonzalez *gloſ. 17. ſub numer. 3. verſ. hinc dixit* Bald. 79

CAPUT II.

Praxis Reſervationis penſionis annuæ ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ex cauſa oneroſa, ſcilicet Reſignationis, &c.

SUMMARIUM.

1 *PEnſio, quomodo reſervetur etiam ad favorem tertia perſona.*
2 *Penſiones Papa non reſervat regulariter ſine cauſa, & num. 7.*
3 *Penſio reſervatur ex cauſa reſignationis beneficii.*
4 *Penſionis impoſitio, odioſa, & contra jus.*
5 *Penſiones plures reſervantur ſuper fructibus unius beneficii.*
6 *Penſio, quomodo odioſa, & favorabilis.*
8 *Cauſa, ut reſignans valeat ſuſtentari, ex præcipuis eſt, pro reſervatione penſiones.*
9 *Penſiones reſervata ex cauſa reſignationis, ſapiunt ſpeciem permutationis.*
10 *Clauſula,* liberam, immunem, &c. *quid operetur in reſervatione penſionis.*
11 *Penſio reſervata in ducatis de Camera, quando ſolvenda in alia moneta.*
12 *Penſio raro reſervatur in quantitate rei, vel moneta alternativè.*
13 *Penſionis loco reſervatur pars fructuum beneficii, præſertim S.R.E. Cardinalibus, & litterarum Apoſtolicarum exemplum proponitur.*
14 *Penſio, ſi tota non capiat in beneficio reſervato, quomodo ſupplendum.*
15 *Penſio ſuper plurium beneficiorum fructibus reſervata, quomodo dividenda.*
16 *Penſionem, an ſolvere teneatur, qui ſuam præbendam prædicta penſione oneratam, cum alia permutavit.*
17 *Quid autem de eo, qui optat titulum, & præbendam, an teneatur ad dictam penſionem.*
18 *Penſio, an reſervanda ſuper fructibus certis, vel incertis exprimendum.*
19 *Penſionis poſterioris reſervatio, requirit prioris mentionem.*
20 *Et quomodo id intelligendum.*

HIc autem ſummatim tantùm, quod ad praxim, & uſum Datariæ Apoſtolicæ pertinet, circa reſervationes penſionum ſuper beneficiorum eccleſiaſticorum fructibus, &c. Tyronibus Romanæ Curiæ judicabimus; aliis omnibus omiſſis, quæ ad hanc materiam pertinent, de quibus DD. ſatis ſuperque ac plena manu ſcripſerunt, præſertim Pariſ. *de reſignatione beneficiorum lib. 9. quæſt. 2. per tot.* Ac proinde, cum omnibus ſupradictis DD. ac ſecundum currentem uſum prædictum dicimus, penſionem duplici modo reſervari conſueviſſe; Uno videlicet, ex cauſa oneroſa, nempè reſignationis, ut hic, ſeù ceſſionis, aut propter extinctionem litis; & ſic ex cauſa concordiæ, & ſimilibus.

Porrò, ad dignoſcendam cauſam oneroſam, videndum eſt, an reſignans dimiſerit poſſeſſionem beneficii reſignati; tunc enim dicitur oneroſa, & penſio licitè, & juſtè reſervatur reſignantis; cujo reſignatio juſtam cauſam inducat reſervandi penſionem; quia reſervatur cauſa exiſtente, ne videlicet reſignans ex ſua reſignatione nimiom diſpendium patiatur, Put. *deciſ.* 341. 343. *&* 398. *part.* 1. cum aliis relatis per Pariſ. *d. quæſt.* 2. *numer.* 10. *&* 11. & pro hac praxi habes formulam ſupplicationis propoſitam, ibi, *A verò, ne ex reſignatione ſua hujuſmodi nimium diſpendium patiatur, &c.*

Altero modo, videlicet, ex cauſa lucrativa, tunc dicitur penſio reſervari, quando vacante beneficio, uni illud confertur, & alteri ſuper fructibus ejuſdem beneficii reſervatur penſio ſolvenda per titularem, ut ille, in cujus favorem reſervatur commodius, etiam ſuſtentati valeat, ex adductis per eundem Pariſ. *loc. cit. num.* 7. & hoc modo videtur benè poſſe reſervari cum cauſa alimentorom dicatur cauſa pia, ut ex Dec. *conſ.* 72. *ſub nu.* 2. *& conſ.* 120. *num.* 4. Gig. *de penſ quæſt.* 96. Pariſ. *loc. cit. num.* 8. *&* 9. quod etiam adſtruit ipſa Praxis Datariæ Apoſtolicæ, quæ ex mente Papæ reducit omnes alias ſimiles penſionum hujuſmodi reſervationes ad ſupradictam cauſam lucrativam; nempè, cauſa ſtudii, vel ut penſionarius ad titulum reſervatæ penſionis valeat ad ſacros Ordines promoveri, vel ſaltem jam promoto ad prædictos etiam Presbyteratus Ordines, valeat ille, juxta ſacerdotalis dignitatis exigentiam, commodius ſuſtentari; & ſic ut in ipſa Dataria obſervavi, nunquam hujuſmodi penſio datur ſine aliqua cauſa.

Proſequendo igitur ordinem Clauſularum ſupradictæ ſupplicationis de penſione, quæ reſervatur ex cauſa oneroſa, & illius praxi erit agendum; ſubindè verò de ea, quæ reſervatur ex cauſa lucrativa, ut infra patebit. Dicamus proinde.

A verò, *ne ex reſignatione ſua hujuſmodi nimium diſpendium patiatur, &c.* Et hic eſt unus ex præcipuis modis, quibus reſervari ſolet penſio, ut aliàs diximus, nempè per reſignationem de conſenſu reſignatarii in favorem ipſius reſignantis; & hæc licitè reſervatur, ut per Fel. *in c. ad audientiam* 2. *n.* 3. *de reſcript.*

Solet etiam ipſa penſio reſervari in favorem tertiæ per- 1
ſonæ nominatæ ab ipſo reſignante, vel quando quis ſimpliciter conſentit, quod penſio reſervetur in favorem dictæ perſonæ, puta nepotis, aut alterius; *Leo in Theſ. for. eccleſ. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. ubi etiam teſtatur, quod hujuſmodi reſervatio rarò admittitur: quia eſt ſine cauſa, & regulariter Papa ſine cauſa non reſervat penſiones, quas
cum difficultate admittit, etiam ex cauſa reſignationis, & 2
ad favorem tertiæ perſonæ; quia iſta ſapiunt quodammodo diſpoſitionem fructuum beneficiorum ad beneplacitum beneficiarii, quæ cum habeat imaginem hæreditariæ ſucceſſionis, eſt odioſa, *cap. ex tranſmiſſa, de fil. presb.*

Sed quicquid ſit de jure, videmus, quod hodie à Summo Pontifice plures reſervantur penſiones, non ſolùm, quæ
communiter, & de ſtylo Curiæ vocantur, *de conſenſu*, ve- 3
rum etiam ex cauſa reſignationis: cum videlicet reſignans petit ex dicta cauſa, reſervari unam penſionem pro ſe ipſo, & alteram pro tertia perſona, vel duabus perſonis, etiam ſi ipſi reſignanti nulla reſervetur penſio ſuper fructibus ſui beneficii reſignati.

Nam quamvis impoſitio penſionis ſit odioſa, & con- 4
tra jus dictans beneficia debere conferri ſine diminutione, *vulg. jur.* Nihilominus docet nos Romanæ Curiæ praxis, quod ex cauſa licita, & honeſta, poſ-
ſunt plures penſiones ſuper unius beneficii fructibus 5
reſervari; nam publicam utilitatem reſpicit, quod ex pingui beneficio plures Clerici alantur, Burſat. *conſ.* 126. *num.* 90. Gonz. *in* §. 6. *præam. num.* 21. ubi de
penſione, ait, quod ante conceſſionem, quando illa in 6
eſſe deducitur, dicitur odioſa, & poſt conceſſionem, quando jam eſt in actu deducta dicitur favorabilis, & ibi allegat Gigas *de penſ. quæſt.* 94. *in principio, & per tot. illam quæſt.*

Dixi *ex cauſa licita, & honeſta*; nam licèt Papa conſtituendo penſionem, pro aliquo ſine cauſa, ille ſit tutus in foro conſcientiæ, cum nulla lex divina, vel naturalis hoc prohibeat: & Papa in beneficialibus habeat plenitudinem poteſtatis Clem. 1. *in fin. ut lit. pend.* attamen ſciendum eſt, quod rarò, & vix D. Datarius
admittit ſupplicationes reſervationum penſionis, ſine 7
aliqua cauſa, ſcilicet, *de conſenſu*; nam redditus beneficiorum reperti ſunt, ut indè alantur miniſtri altaris, & poſtea pauperes; ac dignum eſt, & ſecundum divinas inſtitutiones conſonum, ut non alligetur os bovi trituranti, ſed tota area relinquatur libera, Gamb. *de auth. leg. lib.* 10. *numer.* 381. *qui numer.* 136. apertè tenet, quod in foro conſcientiæ, penſio ſine cauſa conſtituta pro aliquo, quia ſubtrahitur alimonia pauperum, & Miniſtrorum, profit obtinenti, maximè, quia iſtæ indiſcretæ penſiones ſunt cauſa mille malorum, *id. nu.* 387.

Sed, ut melius, *ſuſtentari valeat.* Quare iſta reſervatio penſionis eſt una ex præcipuis cauſis, etiam quando reſervatur, non ad favorem reſignantis, ſed alterius perſonæ, ut
8 dictum eſt: tunc alleganda eſt cauſa paupertatis, veluti pro Clerico non habente patrimonium, ut valeat ad ſacros Ordines promoveri, vel, ut commodius literarum ſtudiis operam navare valeat: quæ licet videatur reſervari ex cauſa, attamen non ſine aliqua difficultate admittitur, id. Leo *p.2.c.7.nu.5.*

Penſionem annuam. Hujuſmodi enim penſiones reſervatæ reſignantibus ſapiunt quodammodo ſpeciem permuta-
9 tionis, cum detur beneficium, & reſervetur penſio, *deciſion. 346. lib. 1.* ex cujus fructibus reſignans vivere poterit, cum anno quolibet ei ſolvatur, *leg. ſed ſi, §. ſed ſi dominus, & §. ſi quis cum aliis, ff. loc.* & licèt regulariter debeatur ipſa penſio in principio cujuslibet anni, argument. text. *in leg. ſi ſervus communis, §. final. ff. de ſtipul. ſerv.* fallit tamen; ſi illa percipietur ex fructibus, quia tunc fructibus perceptis debet ſolvi, Bart. *in leg. ſi legatarius, §. final. ff. de leg. 3.* Jaſ. *in leg. 1. in princip. col. 3. de inſt. & iur.* quod tamen intelligitur, niſi conſuetudo aliud diſponat, *leg. 1. §. ſi convenient, ff. depoſ. leg. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. jur.* ſicut fit de ſtylo in iſtis penſionibus, in quibus Summus Pontifex, ſecundum conventionem partium ſolet apponere terminos illius ſolutionis, ut infra dicetur, & ait Rebuff. *in tit. de pacific. poſſ. n. 19.*

Liberam, *immunem, & exemptam, &c.* Nam niſi eſſet appoſita hæc Clauſula, penſionarius teneretur contribuere pro rata penſionis ad ſolutionem oneris impoſiti ſuper fructibus beneficii, ſuper quibus eſt reſervata penſio, *Caccialup. de penſion. quæſt. 17.* Gig. *in quæſt. 59. numer. 1.* ac propterea ad ſub-
10 movendam hujuſmodi exceptionem, conſuevit apponi tam in ſupplicatione, quam in litteris reſervationis dicta Clauſula, cujus vigore penſionarius non tenetur ad aliquid onus.

Ducatorum L. ſuper quantitate penſionis reſervandæ, non poteſt hodie tradi certa regula, quæ tantum firma eſt ſuper fructibus Cathedralium, & Parochialium Eccleſiarum, cum decreto Concilii Tridentini cautum ſit, nè in poſterum omnes Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum mille, & Parochiales, quæ ſummam ducatorum centum, ſecundum verum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſervationibus fructuum graventur, *ſeſſ. 24. cap. 13.* ut aliàs diximus.

Et quamvis penſionis reſervatio ſit facta in ducatis au-
11 ri de Camera, non tamen adſtringitur titularis ad illos ſolvendum, eo modo, quo illi currunt in Romana Curia; ſcilicet in eadem qualitate; quia cum ducatus auri de Camera conſiſtat in uno ſcuto auri in auro novi ponderis, & uno julio, non ita facilè reperiri poterit hæc qualitas monetæ in loco ſolutionis penſionis.

Undè in una *Acherunt. Fructuum 20. Februarii 1595. coram Blanchetto*, fuit reſolutum, penſione ducatorum auri de Camera reſervata, ſolvenda Neapoli, ſolutionem eſſe faciendam in ſcuto auri in auro qualis currit in Cancellaria addito uno julio: quo ſcuto deficiente, debere ſolvi ejus valorem, prout currit Neapoli, teſte Garc. *de benef. p. 5. cap. 1. num. 149. qui num. ſequ.* ait, ita etiam fuiſſe reſolutum in una *Aretin. Penſionis 20. Februarii, & 17. Aprilis 1590. coram D. Litta*, ubi aliæ deciſiones allegantur, nempè penſionem reſervatam de ducatis de Camera, in eiſdem ducatis ſolvendam eſſe, hoc eſt unum ſcutum aureum eorum, quæ currunt in Cancellaria, & unum julium pro quolibet ducato, vel ſi ſolutio fiat in alia moneta, quæ poteſt fieri, ſi ducati de Camera in loco faciendæ ſolutionis non reperiantur, debere ſolvi tantumdem etiam quod ſolutio ſit deſtinata fieri in partibus, ubi ducati plus, vel minus valuerunt, quam in Curia.

Hoc autem, ait Sarnenſ. *ſuper regul. de val. quæſt. 8. in fin.* non procedere, quando penſio eſſet ſolvenda in ipſa Romana Curia: quia ibi ſolent ſolvi in prædictis ducatis auri de Camera prout ſonant literæ Apoſtolicæ ſuper reſervatione hujuſmodi penſionis; licèt in partibus ſufficeret ſolvere penſionem in moneta; dummodò illa tantumdem valeat; nec cogitur debitor ſolvere penſionem in auro, & ibi refert plures deciſiones, per ea, quæ notatur per DD. *in leg. Paulus, ff. de ſolut. & in l. 2. ff. ſi cert. petat.*

Contingit aliquando, penſionem reſignanti reſervari alternativè, ſcilicet, vel in quantitate rei, puta fru- 12
menti, &c. (quod tamen rarò admittitur in Dataria) vel in pecunia, puta in ducatis auri de Camera, & cum ſuper hoc fuiſſet aliquando dubitatum, fuit reſolutum, electionem eſſe penſionarii, exigere penſionem in pecunia, aut in frumento, & ſi mallet in tot ducatis auri de Camera; ita ut ducati ſuccedant loco frumenti, penſionario volente, & eligente, non autem invito, ita Ludoviſ. *dec. 431. num. 1.*

Aliquando viſum fuit, Summum Pontificem, loco
penſionis, reſervaſſe aliquam partem fructuum beneficii, 13
abſque aliqua alternativa, puta, medietatem ipſorum fructuum, quod cum vidiſſem per D. Datarium, nihilominus denegari, ſub prætextu, quod hoc modo eſſet ſcindere beneficium, quod eſt prohibitum in *Concilio Turonenſ. relatum in c. majoribus de præbend.* fuit allegata *Extrav. ſuſcepti, § 1. verſ. in illis vero*, ibi, *quòd fructus, & obventiones beneficii tunc vacantis, &c. per medium dividantur, de elect.* licèt id non ſine maximis favoribus, & precibus concedatur.

Quod tamen Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus denegari nunquam conſuevit; prout Eminentiſſ. Cardinali Brancacio per fel. recordat. Urbani Papæ VIII. conceſſum extitit ex membris, & redditibus Eccleſiæ Caven. in vim literarum Apoſtolicarum, tenoris ſequentis videlicet.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Franciſco Mariæ SS. duodecim Apoſtolorum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Brancaccio nuncupato; Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad perſonam tuam quam divina clementia magnis illuſtravit gratiarum muneribus, paternè dirigentes conſiderationis intuitum, & attentè proſpicientes, quo tu Romanam Eccleſiam, cujus honorabile membrum exiſtis, tuorum honoras plenius magnitudine præmiorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum, munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem. Hinc eſt, quod Nos dudum inter alia voluimus, ſtatuimus, & ordinavimus, quod litteræ reſervationis, vel aſſignationis, etiam Motu proprio cujuſvis penſionis annuæ ſuper alicujus beneficii fructibus, expediri non poſſent, niſi de conſenſu illius, qui dictam penſionem perſolvere tunc haberet; quique hodie Eccleſia Caven. certò tunc expreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtituta, de perſona dilecti filii Hieronymi Lanfranchi electi Caven. nobis, & venerabilibus fratribus noſtris Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ob ſuorum exigentiam meritorum, accepta, de fratrum eorundem conſilio, Apoſtolica authoritate providimus, ipſumque illi in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem; curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Caven. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo: prout in noſtris deſuper confectis litteris plenius continetur, Tibi, ut ſtatum tuum, juxtà Cardinalatus ſublimitatem decentius tenere, & expenſarum onera, quæ tibi jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac præmiſſorum meritorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra mera liberalitate, Tibi omnes, & ſingulos Bagliva, Zaccha, Portulania, & Valcheria reſpectivè nuncupatorum membrorum, ad menſam Epiſcopalem Caven. inter cæte-

cæteraillius bona legitimè ſpectantia, fructus, redditus, & proventus, per te quoad vixeris, propria authoritate, etiam unà cum SS. Duodecim Apoſtolorum, quæ titulus tui Cardinalatus exiſtit, ac quibuſvis aliis tibi pro ſimili titulo pro tempore concedendo, ac quibuſcumque aliis Eccleſiis, etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, necnon quibuſcumque Monaſteriis, etiam Conſiſtorialibus Præceptoriis, etiam Conventualibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, Dignitatibus, cæteriſque beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura ſæcularibus, ac quorumvis Ordinum, & Militiarum regularibus, per te in titulum, commendam, adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtentis, ac quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, etiam loco penſionum annuarum, ac quibuſvis penſionibus annuis ſuper ſimilibus, vel diſſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus tibi reſervatis, & aſſignatis, illoſque, & illas transferendi, ac teſtandi, beneficia, & officia conferendi, cæteriſque facultatibus, & indultis tibi hactenus conceſſis, percipiendi, exigendi, & levandi, ac in tuos uſus, & utilitatem convertendos, dicta authoritate, tenore præſentium, reſervamus, concedimus, & aſſignamus. Quocirca dilectis filiis cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio in Regno Neapolitan. commoranti, ac Vicario Venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Neapolitan. in ſpiritualibus generali, per Apoſtolica ſcripta, motu ſimili, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios faciant authoritate noſtra, te quoad vixeris, libera perceptione fructuum, redditαum, & proventuum hujuſmodi, juxtà reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis prædictarum tenorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes te deſuper per dictum Hieronymum electum, ſeù quoſcumque alios quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores, authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus prioribus voluntate, ſtatuto, et ordinatione noſtra prædictis, ac aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: ac dicta Eccleſia Cuven. etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque aut ſi Hieronymo prædicto Electo, & ſucceſſoribus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergò omninò hominum, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1636. Pridie Id. Ianuarii Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

Sumptum ex regiſtro originali Bullarum Secretarum S.D.N. Vrbani Papæ VIII. collat. fact. concordat.

Locus ✠ Sigilli.

M. A. Maraldus.

Cæterum, verò nullibi eſt ambigendum, quod facta reſignatione cum reſervatione penſionis, poteſt inter reſignantem, & reſignatarium fieri conventio, ut illi aſſignentur à reſignatario prædicto, certi, & denominati fructus loco penſionis; prout in facti contingentia teuuit Rota in una *Cuſentina Prætenſæ confidentiæ*; nam poſt ceſſionem Archiepiſcopatus, & reſervationem duorum millium ducatorum pro cedente, fuerunt ei ab Archiepiſcopo aſſignata quædam feuda loco penſionis, ac proindè prætendebatur à fiſco, fuiſſe commiſſam confidentiam; & nihilominus fuit contrarium reſolutum, nempè, prædictam aſſignationem licèt potuiſſe fieri, ex juribus adductis per Pariſ. *in tractat. de confident. quæſt. 43. per totum*, & ita practicatur paſſim, etiam in beneficiis inferioribus; nam ſi fructus beneficii poſſunt aſſignari pro ſatisfactione debiti, multò magis pro ſolvenda penſione; quæ de prædictis fructibus ſolvi debet, ex allegatis per Pariſ. *loc. citat. num.* 13.

Super dictorum Canonicatus, & præbendæ. &c.

Si tamen beneficium, quod reſignatur, incapax erit penſionis, vel non totam capiat, reſervari conſuevit penſio ipſa, etiam ſuper fructibus alterius beneficii, quod obtinet reſignatarius; vel ſaltem una pars ſuper beneficio reſignato, & altera ſuper alio beneficio; & aliquandò ſuper beneficio tertii, ut aliàs diximus; licèt quandoque hoc non admittatur propter fraudes, quæ deſuper committi poſſunt.

Quod ſi plura beneficia reſignentur cum eadem reſervatione penſionis, cum contingere poſſit, ut poſt obitum reſignatarii, ipſa beneficia fortè diverſis perſonis conferantur; propterea ut unuſquiſque impetrantium ſciat, quanta penſio erit per eum ſolvenda reſignanti, dicitur tàm in ſupplicatione, quam in litteris, quod penſio ipſa reſervatur ſuper prædictorum beneficiorum proportiona-
15 bilibus fructibus, &c. & ſic ratione hujus dictionis, *proportionabiliter*, unuſquiſque ex proviſis de dictis beneficiis, ſolvet ratam proportionatam fructibus ſui beneficii; ac propterea, his ſic ſtantibus, penſionarius non poterit agere contra eum pro tota penſione; cum penſio ipſa non ſit à principio reſervata inſolidum, ſed pro rata.

Hinc oritur, quod licèt in commiſſionibus cauſarum ſuper nullitatibus; vel moderationibus penſionum, ſemper apponatur clauſula, *Non retardata ſolutione penſionis*: & hoc propter reverentiam litterarum Apoſtolicarum ſuper hujuſmodi penſionis reſervatione, attamen in hoc caſu, ut ait Sarnenſ. *in comp. utriuſque ſignat. circa fin. verſ. eſt, & alius caſus* clauſula hæc apponi non debet, quando unus impoſuit penſionem puta centum ducatorum ſuper pluribus ſuis beneficiis; nam ſi poſteà ille moriatur, & beneficia dividantur in plures, & penſionarius velit quemlibet poſſeſſorem beneficii inſolidum ad ſolvendam penſionem convenire, ſub prætextu, quod penſio habeat exequutionem paratam, & obligatos omnes, ſicut obligatio in forma Cameræ, nihilominus non dabitur ei commiſſio cum clauſula, *ſine retardatione*; quia poſſeſſores beneficiorum non tenentur ad totam penſionem inſolidum, ſed pro rata; & quiſque judex cognoſcat, quæ ſit rata penſionis, & diſcutiat valorem omnium beneficiorum, penſio non poſt dici liquida.

Supradicta autem dictio *proportionabiliter*, videtur potius ad cautelam, & ad tollendas hæſitationes, appoſita: imò potius ea quodam introducto ſtylo, quam de neceſſitate: quia ſuper hoc habemus textum expreſſum in *cap. conſtitutus*, ibi *in ſolutionem penſionis prædicta juxta ratam, quæ contingit Eccleſiam prædictam, &c. de rel. dom.* & in jure civili habemus textum *in l. reus, §. cum talibus, ff. de duo re, & in l. legata, §. fin. ff. de legat.* 1.

Et ex his pluries fuit inter Dominos Abbreviatores Majoris Præſidentiæ, me audiente dubitatum, quid ſi aliquis renunciavit duo beneficia ad favorem Titii, reſervata penſione annua Centum ducatorum: poſteà verò Titius ſupradictus reſignavit unum ex dictis duobus beneficiis ad favorem alterius, vel alter dimiſit: quæritur, à quo ſolvi debeat penſio. Et hanc eandem quæſtionem inveni penes Pariſ. *lib. 6. q. 2. num. 64.* cui reſpondet, quod ſi dicta duo beneficia erant æqualis valoris, æqualiter onus dividi debet per text. *in d. leg. reus*, ſi vero inæqualis, pro rata fructuum, *per d. c. conſtitutus*.

Attamen optimum eſſet in praxi, ut reſignatarius, tam in mandato, ſi abſens, quam in ſupplicatione, ſi præſens fuerit in Curia, faciat diſtinctè, & ſeparatim exprimi fructus uniuſcujuſque beneficii reſignati, ac quantitatem penſionis ſuper quolibet beneficio; nam quamvis Gamb. *de auth. Leg. lib. 6. ſub numer.* 68. dicat, quod hæc quæſtio hodie non accidit;

cidit; cum ſemper exprimatur quantum unumquodque beneficium gravetur: re tamen vera, iſta expreſſio non ſemper fit à reſignantibus; ac propterea, tempore ſuccedente, multæ deſuper oriuntur lites etiam inter reſignatarium, & reſignantem: nam contingit, ut plurimum, plura beneficia uni reſignari, inter quæ nonnulla adſunt tenuiſſimi valoris, puta unius ducati, & minus; & cum in actu reſignationis id non ſpecificetur, ſed tantum apponatur hæc dictio *proportionabiliter*, adveniente vacatione horum beneficiorum ridiculum videtur, quod beneficium valoris unius ducati remaneat penſione gravatum. Hodie tamen video, quod regulariter Dataria requirit expreſſionem valoris uniuſcujuſque beneficii reſignati, ac quantitatis penſionis, quæ ſuper illis petitur reſervari: quod ſi non capiant penſionem, rejicitur ſupplicatio.

Fructibus, &c. Et hic nota, etiam in praxi, quod licet penſio ſit onus reale, Fel. *in d. cap. ad audientiam*, 2. *n*. 5. *de reſcript.* ſi tamen contingat, titularem, retento titulo beneficii, ſuper cujus fructibus, &c. penſio eſt impoſita, permutare, ejus
16 bona pro aliis bonis, ſeù præbendis, quæ ſubrogantur in locum bonorum dimiſſorum, tenebitur nihilominus iſte titularis ad penſionem, ita ait Gonz. *gloſ*. 34. *num*. 48. fuiſſe reſolutum in una *Vallisoletan. Penſionis die* 1. *Martii* 1602. *coram Pamphilio*, ubi, cum eſſet reſervata certa penſio, ſuper bonis, & fructibus Decanatus, de novo illi applicatis, quando fuit erectus in primam Dignitatem poſt pontificalem: quamvis poſteà Decanus, authoritate apoſtolica permutavit dicta bona cum Capitulo pro duabus præbendis, ac prætenderet, non teneri ad dictam penſionem: ex quo non poſſidebat, nec dolo deſierat poſſidere dicta bona, ſuper quibus erat reſervata penſio, Rota tenuit teneri ad dictam penſionem: cum ſemper retineret in titulum Decanatus, & in locum bonorum dimiſſorum eſſent ſubrogatæ dictæ duæ præbendæ.

17 Quamvis ſecus dicendum ſit de eo, qui cum nova præbenda optat, etiam novum titulum, dimittendo primum; nam hoc caſu ipſe optans; qui aliàs conſenſerat reſervationi penſionis, ac propterea ſe obligaverat ad illius ſolutionem, dando etiam alios fidejuſſores, ſtante optione novæ præbendæ, cum novo titulo omnes liberati manent à dicta obligatione, & ſic exigenda erit penſio à ſucceſſore in præbenda penſione gravata, ut per Gigas *de penſ*. *q*. 63. *nu*. 1. *cum ſeqq. id*. Gonzal. *ſup*. *n*. 45. *&* 46.

Et quoties petitur penſio reſervari: erit exprimendum in
18 ſupplicatione, an illa reſervetur ſuper fructibus certis, vel incertis, aut certis, & incertis ſimul, quod ſi id non fuerit à partibus expreſſum, quæri ſolet ab Officialibus Datariæ, ut exprimatur, & ab aliquo ex DD. Reviſionibus, etiam poſt ſignatam ſupplicationem et adduntur hæc verba, ſcilicet *non tamen incertis*: quo caſu, quia penſio ipſa reſervatur ſuper fructibus certis, nulla pro ipſa penſione ſolvitur compoſitio, ſicut ſolvenda eſt, quando, ut ſæpè contingit, reſervatur ſuper incertis, aut certis, & incertis, tunc etiam ſi fructus incerti conſiſtant in quavis parva quantitate, ſolvenda erit compoſitio unius ducati pro quolibet ducato: perindè, ac ſi illa reſervetur ſuper omnibus fructibus incertis, & iſte eſt inveteratus ſtylus Datariæ Apoſtolicæ, Mandoſ. *in praxi ſign. grat. in tit. de penſ. verſ. penſiones non dantur*, Gonz. §. 7. *proæm. ſub num*. 168. *verſ. rurſus penſiones*.

Nec pro hac praxi illud omittendum duxi, quod leve fortaſſe videtur, ſed tamen neceſſarium eſſe non negatur, nempè, quid ſi ſuper eiſdem fructibus præter penſionem, quæ nunc reſervatur, alia antiqua penſio reſervata reperiatur, debeat de illa fieri mentio.

Et quidem, omni prorſus hæſitatione remota, affirma-
19 tiva eſt reſponſio; ſatis namque tritum eſt, quod in ſecunda penſione debet fieri mentio de prima, Mohed. *deciſ*. 11. *de locat*. Mandoſ. *in prax. Signat. grat. tit. fructuum reſervationes*, *verſ. Clauſula exprimens*, Caſtad. *deciſ*. 3. *de penſ*. Boer. *deciſio*. 163. aliàs enim reſervatio ſecundæ penſionis erit nulla; nam præſumitur Papa noluiſſe gravare Eccleſiam duplici onere, Paris. *de reſign. benef. lib*. 6. *quæſt*. 2. *num*. 27. Maur. *deciſ*. 93. Si enim Papa ſciviſſet dictam primam penſionem, vel non reſervaſſet ſecundam, vel ſaltem difficilius conceſſiſſet; quod ſufficit ad cauſandum ſubreptionem, atque indè nullitatem gratiæ, ex pluribus deciſionibus allegatis in una *Salutiarum Penſionis*, *quæ eſt deciſ*. 739. *n*. 1. *p*. 4. *recent*.

Quod tamen ita intelligendum eſt, videlicet, ſi prima penſio reſervata fuerit valida, aliàs enim, ſi ex aliquo defectu, vel cauſa, illa fuerit invalida, ſuſtinetur utique ſe- 20
cunda penſio; neceſſe tamen eſt, probare invaliditatem primæ penſionis; nam aliàs penſio noviter reſervata, non poteſt dici nulla.

Attamen, ad probandum dictam invaliditatem, quando videlicet de hoc agitur incidenter, non requiritur illa exacta probatio, quæ requireretur, ſi ageretur principaliter de illius canonizatione, Rot. *deciſ*. 34. *num*. 18. *part*. 2. Seraph. *deciſ*. 1287. *num*. 3. & fuit dictum in una *Pampilon. Beneficii* 30. *Ianuarii* 1615. *coram Damaſceno*, ut in *d. Salutiarum Penſionis*; in qua *num*. 4. dicitur, quod proinde viſa fuit ſufficiens probatio, quæ oritur ex litteris reſervationis, cum ſubſequuta quaſi poſſeſſione exigendi: quia litteræ dant titulum coloratum; cum ſint ab habente poteſtatem, & quaſi poſſeſſio facit præſumi juſtificationem; cum maximè non agatur principaliter de validitate penſionis, ex aliis deciſionibus ibi etiam in eadem cauſa allegatis.

Nec tamen omittam, quod dum nulla eſt ſecunda penſio, non facta mentione de prima, in tantum id locum ſibi dignoſcitur vendicare, ut dicta ſecunda penſio, nec convaleſcat, licèt prima extinguatur, Caſtad. *d. deciſ*. 3. Rota *in una Veronen. Penſionis coram Cardinale Plato*, Mareſcott. *variar. reſol. lib*. 2. *c*. 18. *n*. 41.

Præmiſſa autem ita intelligenda eſſe, certum eſt, niſi videlicet Papa habuerit notitiam de penſione antiqua, namque ratio allegata per Caſtad. *d. deciſ*. 3. nempè, quod ſit credendum, Papam noluiſſe beneficium gravatum, alio onere gravare, non militat, & per conſequens tollitur ſubreptio, & talis ſcientia nedum probari poteſt per litteras, ſed etiam per teſtes, ut ex Bellam. *deciſ*. 746. & aliis comprobat id. Mareſcot. *loc. cit. num*. 43. ubi, quod ſcientia Papæ probatur ex Clauſula *Motu proprio*, *& de plenitudine poteſtatis* poſita in reſervatione penſionis: ex eo, quod hujuſmodi Clauſula continet in ſe Clauſulam *ex certa ſcientia*, *& Non obſtantibus*, *&c*.

Verùm, circa defectum non factæ mentionis primæ penſionis, & appoſitionem ſupradictæ Clauſulæ *Non obſtantibus*, hujuſmodi defectus viſus fuit Dominis non poſſe ſanari ex Clauſulis litterarum reſervationis ſecundæ penſionis, nempè, ibi, *Non obſtantibus quibuſcumque ordinationibus*, *& Conſtitutionibus*, *& quaelibet alia dicta Sedis indulgentia*, *per quam effectus præſentium impediri poſſet*, quia iſtæ Clauſulæ, tanquam exequutivæ non tollunt defectum ſubreptionis, &c. prout in *d. Salutiarum Penſionis*, *n*. 4.

CAPVT III.

Praxis Reſervationis Penſionis annuæ ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, de conſenſu, ſeu ex cauſa lucrativa.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis reſervationis* de conſenſu, *ſeu ex cauſa lucrativa*, *quænam ſit praxis*. *Et proponitur formula ſupplicationis*.
2 *Item formula litterarum Apoſtolicarum*, *ſuper dicta reſervatione*.
3 *Et quomodo ipſa reſervatio detur ſuper fructibus Cathedralis Eccleſia*.
4 *Penſiones* de conſenſu, *quomodo fraudulenta*.
5 *Quandoque ſupplicationes pro hujuſmodi reſervatione*, *reſcinduntur*.
6 *Et quare*.
7 *Penſionarius in poſſeſſorio*, *non tenetur exhibere titulum*.
8 *Poſſeſſio*, *ſeu quaſi exigendi penſionem*, *probatur per unicum actum*.
9 *Penſionarius poteſt remittere penſionem*, *etiam in totum*, *ſine licentia Papæ*.
10 *Penſionis remiſſio*, *quando non habeat locum*.
11 *Dictio* perſolverit, *ad quid in penſione* de conſenſu.
12 *Decretum irritans inducit formam*.
13 *Penſionis* de conſenſu, *ſolutiones quomodo probanda*.

Pen-

Penſionarius de conſenſu, *quæ debeat probare pro validitate reſervationis.*

PRaxis autem Reſervationis Penſionis *de conſenſu*, ſeu ex cauſa lucrativa, ea eſt, ut videlicet, de conſenſu Titularis illa reſervetur Apoſtolica etiam authoritate, conſanguineo, affini, vel amico, &c. ſuper fructibus beneficii eccleſiaſtici, ſicut jam *c. præced.* dictum eſt: pro qua quidem reſervatione, Summo Pontifici offertur ſupplex libellus tenoris ſequentis, videlicet.

1 *Beatiſſime Pater. Cum devotus veſter Ioſeph Minadei Canonicus Eccleſiæ Neapolitan. ex certis cauſis animum ſuum moventibus, reſervationi infraſcriptæ penſionis annuæ pro devoto S. V. Oratore Ioſepho Galielmetto presbytero Caputaquen. Diœceſis in E. S. V. manibus, ſpontè, & liberè conſentire proponat, & ex nunc conſentiat, Supplicat igitur humiliter S. V. dictus Orator, quatenus ſibi, ut commodius ſuſtentari valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providendo, ac ſpecialem gratiam faciendo, ſibi penſionem annuam Decem, & octo ducatorum auri de Camera, ſummam Triginta ducatorum monetæ Regni Neapolitan. conſtituentium ſuper Canonicatus, & præbendæ dictæ Eccleſiæ, quos præfatus Ioſeph à Triennio, & ultra obtinet, fructibus, redditibus, & proventibus ad Quindecim, ac diſtributionibus quotidianis inſimul, cum fructibus hujuſmodi ad Centum viginti ducatos auri ſimiles annuatim aſcendentibus, eidem Oratori, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per dictum Ioſeph, cujus ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos, Canonicatum, & præbendam prædictos, pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis in duobus terminis, pro una videlicet in S. Ioannis Evangeliſtæ, de menſe Decembris, & altera medietatibus penſionis hujuſmodi in Nativitatis S. Ioannis Baptiſtæ de menſe Iunii feſtivitatibus, incipiendo primam ſolutionem in feſtivitate S. Ioannis Evangeliſtæ proximè ventura præſentis anni 1643. & ſic deinde in antea continuando ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis, integrè, vigore tamen litterarum Apoſtolicarum deſuper infra ſex menſes proximos expediendarum, nec alias, alioquin præſens reſervatio nulla ſit, in prædictis ducatis Triginta monetæ, integrè perſolvendam, apoſtolica authoritate reſervare, conſtituere, & aſſignare dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ, etiam juramento roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.*

Fiat, ut petitur M.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & de reſervatione dictæ penſionis annuæ pro dicto oratore, quæ tranſeat ad ſucceſſores, ſolvique debeat modo, & forma præmiſſis latiſſimè extendendis. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, invocationum annexorum, fructuum, &c. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris. Cum decreto, quod ſi dictus Ioſeph in ejus vita, & quamdiu dictos Canonicatum, & præbendam obtinuerit, penſionem prædictam verè, realiter, & cum effectu non perſolverit, præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo. (Et additur.) Et dummodo ſuper eiſdem fructibus aliqua alia penſio reſervata non ſit, nec ſub Data præſentium reſervetur.

Fiat M.

Formula autem litterarum ſimilis reſervationis penſionis annuæ, ſecundum Cancellariæ Apoſtolicæ ſtylum, hic ſubiicere, etiam placuit tenoris ſequentis, videlicet.

2 *Innocentius, &c. Felici Thomæ Scalzo presbytero Neapolitan. I. V. D. Salutem, &c. Litterarum ſcientia, &c. conſpicimus opportuna. Hinc eſt, quod nos tibi, aſſerenti te, infraſcripti Franciſci Antonii ex fratre nepotem exiſtere, ut commodius ſuſtentari valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere; ac præmiſſorum meritorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, Teque à quibuſvis, &c. cenſentes, Tibi penſionem annuam 24. ducatorum auri de Camera ſuper Canonicatus præbenda carensis, Eccleſiæ Neapolitan. quem, &c. Franciſcus Antonius Scalzo dictæ Eccleſiæ Canonicus, à decem annis, & ultra obtinet, fructibus, redditibus, proventibus, & emolumentis incertis, ac diſtributionibus quotidianis, ad Centum, & decem ducatos ſimiles annuatim aſcendentibus, ut etiam aſſeris, tibi quoad vixeris, vel procuratori ſuo legitimo, ad hoc à te ſpeciale mandatum habenti per dictum Franciſcum Antonium, cujus ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos Canonicatum prædictum pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis, pro una videlicet in Kalendis Martii, & altera medietatibus penſionis hujuſmodi in Kalendis Septembris in Civitate Neapolitan. vigore tamen præſentium, nec aliàs, alioquin præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo, integrè perſolvendam Apoſtolica authoritate earundem tenore præſentium reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus. Decernentes, &c. obligatos, Ac volentes, & eadem authoritate ſtatuentes, quod ille ex Franciſco Antonio, & ſucceſſoribus prædictis, qui in prædictis terminis, vel ſaltem infra triginta dies, illorum ſingulos immediatè ſequentes, penſionem prædictam, &c. cum effectu, lapſis diebus eiſdem, ſententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi, &c. nequeat obtinere, ſi verò per ſex menſes dictos triginta dies, &c. indurato, ex tunc effluxis menſibus eiſdem, Canonicatu hujuſmodi perpetuò privatus exiſtat, illeque vacare cenſeatur eo ipſo. Non obſtantibus, &c. Aut ſi Franciſco Antonio, &c. & ſucceſſoribus prædictis, &c. minimè teneantur, &c. mentionem. Et qualibet alia, &c. mentio ſpecialis. Volumus autem, quod ſi dictus Franciſcus Antonius, in ejus vita, & quamdiu Canonicatum prædictum obtinuerit, penſionem hujuſmodi verè, realiter, & cum effectu non perſolverit, præſens reſervatio, nulla ſit eo ipſo nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum 1645. Quarto Id. Martii anno ſecundo.*

Simi-

Similis gratia conceſſa extitit per fel. record. Urbanum
VIII. pro reſervatione penſionis annuæ ducatorum 125. au-
ri de Camera, ad favorem D. Antonii Vincentii Franconi,
bon. mem. Hippolyti Franconi Epiſcopi Nucerin. Pagano-
rum, ex fratre germano Nepotis, in decimo ſuæ ætatis anno
conſtituti, ut commodius, &c. ſuper Menſe Epiſcopalis
Nucerin. Paganorum fructibus, &c. univerſis, etiam incer-
3 tis, de expreſſo ipſius Hippolyti Epiſcopi conſenſu, cum
clauſula *Dummodò Mille ducati, &c. remaneant*, cum
derogatione conſueta Concilii Lateranenſis, & cum Clau-
ſula *Volumus, quod ſi dictus Hyppolitus Epiſcopus in ejus vi-
ta, & quandiu regimini dictæ Eccleſiæ præfuiſſet, penſionem
prædictam verè, realiter, & cum effectu non perſolveret, di-
cta reſervatio nulla eſſet eo ipſo*. Et voluit etiam, ut quem-
libet ex Hippolyto Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, quem
interdicti, & ſuſpenſionis ſententias ob non ſolutionem
dictæ penſionis, &c. tandiù dominicis, & aliis feſtivis
diebus in Eccleſiis, dum major ibi populi multitudo ad di-
vina convenerit, & interdictum, & ſuſpenſum Judices pu-
blicè nuncient, &c. donec, &c. prout ex litteris dictæ re-
ſervationis expeditis in forma *Rationi congruit*, per Inno-
centium X. ſub Dat. Romæ apud S. Petrum 1644. 17. Kal.
Octobris; Anno Primo.

Illud autem, quod in hac praxi non oſcitanter adverten-
dum duxi, eſt, quod hujuſmodi penſionum reſervationes
4 ſemper ferè in Dataria Apoſtolica fuerunt habitæ frau-
dulentæ; undè non ſemel in ea, vidimus ſupplicationes ad
5 id porrectas, rejici, ſivè ad favorem conſanguineorum Ti-
tularis, ſivè aliorum quorumcumque. Ratio autem eſt,
6 quia, vel cauſa legitima pro dicta reſervatione minimè
proponitur, vel quia, ut plurimum compertum eſt, quod
licèt per Titularem fuerit præſtitus ad id conſenſus, necnon
ſupplicatio jam ſignata, litteræ tamen Apoſtolicæ ſuper di-
cta reſervatione non expediebantur, niſi mortuo Titulari,
qui conſenſerat, vel quando credebatur ille de proximo
moriturus: undè hoc modo, beneficia reperiebantur pen-
ſionibus gravata, quæ ignorabantur à Titulari ſucceſſore;
quare, non miſum, ſi quandoque ſervatur, ut in dicta
ſupplicatione non apponatur data, niſi poſtquam ſoluta
fuerit compoſitio.

Ac inſuper tam in ſupplicatione, quam in litteris ſupra-
dictis adjicitur Decretum nullitatis reſervationis, in even-
tum non factæ integræ ſolutionis penſionis. Quare cum
penſionario penſio, ſic, ut præfertur, reſervatur, ſi ille
eandem penſionem non perceperit integrè, ſed tantum ali-
quam parvam partem, non eſt ſatisfactum dicto Decreto: &
ſucceſſor in beneficio poterit legitimè denegare ſolutionem
dictæ penſionis ob cauſam prædictam: nam licèt ipſe
penſionarius videatur conſtitutus in quaſi poſſeſſione exi-
7 gendi, & in judicio ſummariſſimo poſſeſſorio agens, non
tenetur exhibere titulum, ut per Garc. *de benef. p. 1. cap. 5.
n. 446.* Rota *deciſ. 525. n. 2. p. 1. recent.* cum ſufficiat ſola
quaſi poſſeſſio exigendi, licèt unicus ſolus actus exactionis
probetur; cum ſæpiſſimè Rota, ex unica ſolutione facta per
anteceſſorem pronunciaverit pro manutentione penſiona-
rii contra ſucceſſorem in beneficio, Ludovis. *deciſ. 275. ex
n. 1.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 48. num. 113.* quos refert,
& ſequitur Auguſtinus Barboſ. *in ſuis votis deciſivis canoni-
cis lib. 1. voto 5. n. 4. cum ſeqq.* ubi agitur de hac materia.

Nihilominus hujuſmodi penſionis reſervatio in præſenti
caſu, nulla prorſus redditur, ad præſcriptum prædicti De-
creti: quia etſi illa poſſit in totum, vel in partem remitti
9 à penſionario, etiam ſine conſenſu Summi Pontificis; cum
quilibet de re ſua liberè diſponere poſſit ad *vulgat. leg. in re
mandata, Cod. mand.* attamen aliter dicendum eſt in ca-
ſu præſentis reſervationis, quod eſt apprimè notandum;
quia in Dataria Apoſtolica hujuſmodi penſiones *de conſen-
ſu* ſunt frequentes, quando allegatur aliqua cauſa: ut plu-
rimum fiunt in fraudem, & gravamen beneficii, illiuſque
ſucceſſoris, ut infra dicetur; namque tales penſiones re-
ſervantur conſanguineis, & amicis beneficiatorum: qui li-
benter hujuſmodi reſervationi conſentiunt, non tamen,
ut in eorum vita ſolvant penſionem, ſed, ut ſolvant illius in
beneficio ſucceſſores; parum animadvertentes nullitatem
reſervationis exindè provenientem; ex eo, quod remiſſio
10 penſionis prædictæ facta per penſionarium beneficiato, non
habet locum quando adjicitur dictum decretum, propter
quod clarum ſatis, ſuperque eſt, penſionarium, nec mini-
mam partem prædictæ penſionis dicto titulari remittere
poſſe; ſed tenetur integrè eam perſolvere; quia prædictum
decretum, quod fuit ſummo ſtudio excogitatum à Dataria,
ad occurrendum fraudibus; erit adamuſſim, & ſine alia in-
terpretatione, aut alteratione ſervandum, ſub pœna nullitatis
penſionis ipſo jure; quod quidem ſatis patet ex illo verbo,
perſolveris in prædicto decreto, adjecto; compoſito ex verbo 11
ſolvo, & præpoſitione, *per*, quo Papa utitur in dicto decreto,
illam namque præpoſitio *per*, rem integram perfectam, &
omnibus numeris abſolutam oſtendit, *l. 2. in princ. ff. de adul.
l. qui procuratorem in princ. ff. de procur. idem* Barb. *d. 213. &
in d. voto 5. verſ. primum fundamentum*, ubi non apparebat
fuiſſe factam ſolutionem penſionis integræ unici actus in
termino deſignato, non habita ratione, an fuerint fructus
recollecti, prout ait *id. loc. cit. n. 4.* ſervari de ſtylo Romanæ
Curiæ in hujuſmodi penſionibus pro tertio reſervatis; ac
proinde cum non appareat integer terminus ſolutus dictæ
penſionis, videtur ſolutionem fuiſſe diminutam, & debi-
tum pro parte remiſſum: undè ex vi prædicti decreti reſul-
tat nullitas penſionis, cum illud tanquam irritans inducat 12
formam, quæ eſt ad unguem ſervanda id. Garc. *de benef. part.
6. cap. 3. num. 40.* quæ ſi in minimo deficit, totus actus cor-
ruit, Menoch. *conſ. 443. num. 2.* cum aliis relatis per eundem
Barbol. *dict. voto 5. num. 15. & ſeq.* Cum igitur ſupradictum
decretum fuerit introductum ad evitandas fraudes, ut ſupra
diximus, optimo jure ſtylus Curiæ obtinuit, ut in vim præ-
dicti decreti, hujuſmodi ſolutiones non poſſint probari,
niſi per inſtrumenta publica, cum ſubſcriptione publici No- 13
tarii, & duorum ſaltem teſtium, aſſerentium, ſe vidiſſe
beneficiatum numerare pecuniam penſionario, qui ad eam
traxit, ut ſæpiſſimè tentum fuit per Rotam, & ſignanter in
una *Bergomen. Penſionis 7. Novembris 1625. coram Coccino,
& in una Parmen. Penſionis 27. Ianuaris 1627. coram Manza-
nedo, & in una Cervien. Penſionis 22. Martii 1622. coram
Card. Veroſpio*, Vel ſaltem requiritur fides Notarii, & præ-
ſentia teſtium, aſſerentium in eorum præſentia, factam
fuiſſe ſolutionem, & pecuniam penſionario conſignatam,
atque traditam: quamviſ ipſe Notarius non utatur verbo,
numeravit: ut in una *Calagurit. Penſionis 17. Iunii 1624. co-
ram Manzanedo relata per Add. ad Buratt. deciſ. 116. num.
14.* & hoc propter fraudem, ut dictum eſt, Rot. *deciſ. 244. n.
2. & 4. p. 2. diverſ.* quare tenetur beneficiatus docere de vera,
& reali ſolutione, Seraph. *deciſ. 802. n. 2. cum ſeqq.*

Nec refragatur quæcumque confeſſio de recepto, propter
colluſionis ſuſpicionem in hoc caſu; quia talis confeſſio non
poteſt tertio præjudicare, quotieſcumq; illa fit inter perſonas
ſuſpectas, ut pluribus probat id. Barb. *d. vot. 5. ſub n. 30. & 34.*

Quare penſionario, cui fuit reſervata dicta penſio, incum-
bit onus probandi duo: quorum primum eſt, valorem be- 14
neficii narratum in ſuis litteris penſionis, quod aſcendat ad
ſummam expreſſam, plenè, & concludenter; alias valo-
re non juſtificato, penſio corruit, ut firmavit Rota *in una
Burgen. Penſionis 18. Februarii 1585. coram Gypſio, & in
una Spoletan. Penſionis 26. Ianuaris 1622. coram Vbaldo.* Al-
terum, quod durante vita titularis prædeceſſoris, qui pen-
ſioni conſenſerat, vel quandiu beneficium obtinuit, penſio
fuerit ſibi integrè ſoluta pro omnibus terminis decurſis
tempore ejuſdem prædeceſſoris, juxta formam ſupradi-
cti decreti, ut fuit dictum in una *Lunenſarzanen. Penſio-
nis 26. Februarii 1616. coram Buratto, & in una Lucan.
Penſionis 21. Februarii 1617. coram Pirovano, & in una Fa-
ventin. Penſionis 12. Novemb. 1621. coram Cavalerio*, & ad
hunc effectum non relevat ſolutio unius termini penſionis
factæ per N. vice, & nomine M. primi Titularis abſentia,
ac pro termino, ut in inſtrumento ſolutionis aſſeritur, ma-
turando in feſto Sanctiſs. Natalis D.N. Jeſu Chriſti proximè
venturo, cum quietantia, & confeſſione de aliis terminis
præcedentibus: nam quoad terminos decurſos, non poteſt
dici conſtare de ſolutione ex ſola confeſſione facta de rece-
pto, quæ ſolutionem non probat ad ſavorem ejus, qui te-
netur docere de vera numeratione, Natta *conſil. 543. nu. 19.
lib. 3.* Alex. *conſ. 122. nu. 6. lib. 4.* Seraph. *deciſ. 302. num. 2.*
maximè, cum dicta confeſſio fuerit facta inter patruum, &
nepotem, & inter perſonas ſuſpectas: inter quas de facili
præſumi poteſt ſimulatio, præcipuè, ubi in utriuſque com-
modum illa redundat, Rot. *deciſ. 244. n. 2. & 4. p. 2. diverſ.
& in d. Lunenſarzanen.*

Quo verò ad ſolutionem unius termini tantum factam
ab N. nomine Titularis, & ipſo adhuc vivente, cum ſit facta
à tertio, de cujus mandato non conſtat, non eſt ſatisfactum

decre-

decreto; cum potuerit ſupponi perſona ad ſolvendum, & Rota non ſequitur *deciſ. 2. de can.poſſ.& prop. in antiq.* quod in ſolvente penſionem pro alio, præſumat mandatum, niſi concurrant adminicula Seraph. *deciſ.* 436. *n.* 8.

Nec ſufficit quietantia facta de omnibus terminis decurſis, tam à tempore primi Titularis, quàm tempore ipſius M. uſque ad terminum Sanctiſs. Natalis; nam omiſſis aliis reſponſionibus, hæc quietantia, ut apparet ex lectura inſtrumenti; non continet veram, & realem ſolutionem, prout requirit decretum, ſed dumtaxat confeſſionem de recepto; per quam non dicitur ſatisfactum decreto.

Præterea, quia à primo Titulari, ante dimiſſionem beneficii, debebantur quinque termini, quorum ultimus erat Nativitatis S. Joannis; pro quo termino nulla datur probatio ſolutionis; nec vera, nec confeſſata, &c. Hæc habentur in una *Permanen. Penſionis 3. Junii 1624. coram Merlino, impreſſa penes Rub. p. 4. tom. 3. deciſ.* 546.

Et in dicta *Burgomen. Penſionis 7. Novemb.* 1625. *coram Coccino*, impreſſa penes eundem Rub. *deciſ.* 620. *d. p.* 4. *to.* 3. habetur quod cum penſio debuiſſet ſolvi in duobus terminis, nempè S. Joannis, & Nativitatis Domini, de tempore obitus Titularis erant elapſi tres termini; & tamen non oſtendebantur quietantiæ, niſi pro duobus ultimis terminis, non autem pro primo, & ſuit propterea dictum de nullitate d. penſionis, ſtante decreto, &c. prout etiam in una *Lucan. Penſionis 26. Novembr. 1627. coram Pirovano*, & cum non doceat de integrali ſolutione, intrat dictum decretum; cujus verba habent vim decreti irritantis, & irritantis, ac annullantis actum; & ibi ſubditur, non eſſe verum, quod primus terminus fuiſſe, excomputatus in expeditione bullarum: quia hoc non probat penſionarius, prout tenetur probare, &c.

CAPUT IV.

Praxis caſſationis, & extinctionis Penſionis annuæ ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici reſervatæ, etiam cum reſervatione alterius ſimilis.

SUMMARIUM.

1 *PEnſio per Papam reſervata, ſuccedit loco beneficii.*
2 *Reſervata penſionario, quoad vixerit; differt à temporali.*
3 *Quot modis extinguatur.*
4 *Non poteſt pecunia, aut pretio extingui, ſine licentia Papæ.*
41 5 *Penſionario non poteſt ſolvi pecunia pro extinctione penſionis, ante licentiam Papæ.*
6 *Quomodo autem id intelligendum.*
7 *Renuncians beneficio, cum penſione, ea intentione, ut illa extinguatur, non committit ſimoniam.*
Et refertur Rotæ deciſio.
8 *Caſſationis penſionis, abſque alterius reſervatione, formula proponitur.*
9 *Penſio, quomodo poſſit remitti ſine licentia Papæ.*
10 *Penſionis caſſatio eſt favorabilis.*
11 *Non requirit expeditionem litterarum.*
12 *Caſſatio reſervationis fructuum, loco penſionis, quomodo detur.*
13 *Caſſationis penſionis, cum reſervatione alterius, formula.*
14 *Papa penſionem ſibi reſervatam, dum eſſet Cardinalis, quomodo transferat.*
42 15 *Penſionis reſervatio, non ceſſat per aſſumptionem ad Papatum.*

PRæfato A. quoad vixerit. Nam omnis penſio, quæ reſervatur per Papam alicui Clerico, ut com-
1 modius ſuſtentari valeat, vel ex cauſa reſignationis, ut hìc, ſeù ceſſionis, ne nimium diſpendium patiatur, ſuccedit loco beneficii; quia reſervatur reſignanti, quoad ipſe vixerit,
2 ad differentiam aliarum penſionum, quæ reſervantur ad tempus: ex quo dupliciter conſideratur penſio: uno modo, quando datur in titulum, ut hìc, altero, quando conſiſtit in mera temporalitate, puta pro pulſandis campanis, pro patrocinio, vel aliis ſervitiis, Mandoſ. *reg. 19. quæſt.* 11. *numer.* 1. & 2.

Quamvis penſio, primo modo reſervata expiret, ac extinguatur morte ipſius penſionarii; cum ſit onus temporale, Put. *deciſ.* 202. *n.* 3. *lib.* 3. Garc. *p.* 1. *c.* 5. *num.* 239. ceſſabit tamen ipſa ſolutio penſionis penſionario facienda, ſi illam extingui, caſſari, aut transferri contingat; quod pluribus modis evenire poteſt, &c.

Primo, morte penſionarii, penes quem ſit titulus pen- 3
ſionis, ut dictum eſt.

Secundò, per contractum matrimonii, niſi fuerit data retentio, vigore indulti apoſtolici.

Tertiò, per ingreſſum Religionis à Sede apoſtolica approbatæ, ac emiſſionem in ea profeſſionis.

Quarto, per promotionem ad Eccleſiam Cathedralem, ſeu Metropolitanam; niſi fuerit data retentio.

Quinto, per translationem ipſius penſionis in aliam perſonam.

Sexto, quoad reſignantem, ſi reſignaverit beneficium, ſuper quo eſt penſio.

Septimo, ſi penſionarius non incedat in habitu, & tonſura clericalibus.

Octavo, ſi perierint fructus beneficii, ſuper quibus reſervata eſt penſio. Quos quidem, necnon alios modos minus frequentes congerit Vivian. *in prax. juriſp. lib.* 13. *c.* 9. *n.* 45. quos hìc adnectere non curavi.

Et ex ſupra poſitis, circa tres tantum modos, tanquam frequenter practicabiles, tàm pro novis Curialibus, quam ab ipſa Curia abſentibus, aliqua dicemus.

Primus enim modus eſt, quando penſio caſſatur de contentu penſionarii, anticipatis, ſeu anticipandis ſolutionibus.

Secundus modus, quando penſio prima caſſatur, & ſecunda reſervatur ad favorem alterius, etiam de conſenſu.

Tertius modus, quando, nullo requiſito alicujus conſenſu, ſed tantum ex privilegio Summi Pontificis, transfertur, de quo *i. ſeq.* dicetur.

Sed quia dictum eſt, quod penſio caſſatur de conſenſu penſionarii anticipatis, ſeu anticipandis ſolutionibus.

Clarum eſt, apud omnes, quod penſio non poteſt redimi, 4
ſeù emi pecunia, vel pretio, aut eodem modo transferri, ſine authoritate Papæ; aliàs enim redemptio, emptio, ſeù translatio erit Simoniaca, & nulla: quamvis non incurratur excommunicatio, Garc. *de benef. par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 20. *ad num.* 28.

Quibus ſic præmiſſis, dicendum eſt, quod quando partes ſunt extra Romanam Curiam, & ad eam miſerunt pro
beneplacito apoſtolico ſuper hujuſmodi caſſatione non po- 5
teſt ſolvi penſionario pecunia, ante obtentam ſupplicationem, ſed tantum poſtquam illa fuerit ſignata, & regiſtrata, & non aliàs.

Quod tamen intelligas, ſi pecunia fuerit abſolutè ſoluta 6
pro ſupradicta caſſatione: ita quod ipſæ partes intelligant, ſibi licere, pecuniam hujuſmodi ſolvere, & reſpectivè recipere: aliàs enim contrarium dicendum eſt; quia quamvis ante obtentum beneplacitum apoſtolicum, non poſſit penſionario ſolvi pecunia in exequutionem conventionis; ita ut ſtatim penſio remaneat extincta, ſeù partes nequeant reſilire, & revocare mandatum, poteſt tamen ipſi penſionario dari pecunia in rationem redemptionis pro tempore beneplaciti Apoſtolici obtenti; ideſt, ut beneplacito obtento, eam ſibi habeat pro redemptione, ſeu tanquam in depoſitum, & ſecuritatem: ut ſit certus, & ſecurus de ſolutione, ac ſine neceſſitate exigendi à redimente: ſicut poſſet accipere fidejuſſorem pecuniæ ſolvendæ, beneplacito obtento, ita Garc. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 38.

Inſuper id. Garc. *p.* 11. *cap.* 3. *num.* 172. ex aliis per eum dictis, infert ad caſum frequentem, quod renunciantes
beneficia, reſervata penſione, ea ſpe, & intentione, ut 7
illa ſtatim redimatur, non committunt confidentiam, etiam ſi reſignatarius id intelligat; & præter intentionem illam redimendi, niſi pactum intervenerit, ex Gig. *de penſ. q.* 87. *ad fin.*

Et de hoc nunquam fuit dubitatum, quia non intentio, ſeù tractatus, ſed pactio firma de extinguenda dicta penſione attenditur: prout fuit in Rota reſolutum in una *Balneoregien. Simoniæ Veneris* 17. *Maii* 1624. cujus deciſionis tenor talis eſt, videlicet.

Parochialis Eccleſia, de qua agitur, fuit reſignata in manibus

nibus Summi Pontificis ad favorem certæ perſonæ, cum reſervatione penſionis ſcutorum 40. annuorum, & ſupplicatio fuit ſignata Octavo Kal. Martii. Deindè fuit ſupplicatum pro extinctione dictæ penſionis, & ſupplicatio ſignata Nonis Martii. Undè quæſitum fuit, an hujuſmodi reſignatio eſſet ſimoniaca, & Domini negativè reſponderunt; Quia, aut prætenditur ſimoniaca, ex quo eſt facta ad favorem, *gloſ. in cap. ex parte, verbo, dimittere, ubi DD. de off. de leg.* Caſſad. *deciſ.* 2. *n.* 3. *& ſeq. de ſim. &c.* & cum renunciatio fuerit facta in manibus Sanctiſſimi, ceſſat ſimonia, ut dicunt omnes DD. Aut, ex quo fuit extincta penſio, & ceſſat omnis amaritudo; cum verſemur in beneficialibus, in quibus ſimonia committitur ex conſtitutione Eccleſiæ, Dec. *conſ.* 141. *num.* 2. & authoritas Summi Pontificis tale vitium excludit, *gloſ. in cap. cum pridem, in verbo, illicitè, de pact. &c.* Aut, ex quo ante reſignationem fuit actum de penſione reſervanda, & extinguenda, & minus reſultat ſimonia; quia tractatus de renunciando certo modo, non eſt prohibitus, ſed pactio firma eſt prohibita, *dict. cap. cum pridem*, ubi communiter DD. &c. Quæ maximè procedunt in hoc caſu ea obſervantia ſubſequuta; cum fuerit ſuper omnibus obtentum beneplacitum Apoſtolicum. Undè inferri poteſt, omnia fuiſſe geſta, ea intentione, ſi Sanctiſſimo placuerit, & approbatum fuerit; quæ eſt optima præſervativa, dum tractatur reſignatio, ut advertit Felin. *in cap. ad audientiam* 2. *col.* 3. *num.* 3. *verſic. quid autem, de reſcript.* Navarr. *conſ.* 48. *num.* 3. *libr.* 5. *de Simon. in antiq.* quod eſt in novis *conſult.* 33. *eod. tit. &c.*

Et quoad Primum, dicendum eſt, quod cum deveniendum erit ad hujuſmodi caſſationem penſionis, ſi penſionarius erit præſens: Romana Curia conſentiet per ſeipſum, ſi verò abſens, conſtituet procuratorem ad præſtandum hujuſmodi conſenſum; & nihilominus, ut omnibus notum eſt, in calce ſupplicationis, ſemper per Dominos Officiales additur, *Et de conſenſu*; Undè, ſi ſupplicatio non eſſet porrecta per penſionarium, illiuſque conſenſus non acceſſerit, fruſtra ex illius tantum ſignatura prætenderetur extinctio; niſi liquidò conſtaret de ſpeciali mandato in perſonam illius, qui eam porrexit, ita Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 42. *n.* 52. *&* 13.

Et quamvis id. Gig. *in fin. ſui operis* adjiciat formulam ſupplicationis ſuper caſſatione penſionis, nihilominus, quia illa ſatis deviat, à moderno Romanæ Curiæ ſtylo, idcircò aliam nos hic ſecundum eum, ſubnectere volumus, & eſt tenoris ſequentis, videlicet.

8 *Beatiſſime Pater. Cum devotus veſter Petrus Savinus Clericus Neapolitanus, cui aliàs penſio annua ducatorum C. ſuper perpetui ſimplicis beneficii eccleſiaſtici ſub invocatione S. N. in parochiali Eccleſia N. loci N. diœceſis N. quod devotus S. V. Orator Ioannes Paganus Clericus ad præſens obtinet, fructibus, &c. eidem Petro quoad viveret, vel procuratori ſuo legitimo, per dictum Ioannem, cujus ad hoc, tunc expreſſus acceſſit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos, beneficium hujuſmodi pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis, in certis loco, & terminis tunc expreſſis, ac ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis integrè perſolvenda, authoritate Apoſtolica reſervata, &c. extitit, ex certis cauſis, animum ſuum moventibus, caſſationi, extinctioni, & annullationi dictæ penſionis annuæ, illiuſque reſervationi hujuſmodi in S. V. manibus ſpontè, & liberè, nonnullis tamen anticipatis, ſeù anticipandis ſolutionibus, & non aliàs, nec alio modo, conſentire proponat, & ex nunc etiam conſentiat. Supplicat igitur humiliter E. S. V. dictus Orator, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, eumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequendo, penſionem annuam, & illius reſervationem &c. ſeu conceſſionem prædictam, de expreſſo ejuſdem Petri conſenſu, caſſare, penituſque extinguere, & annullare, ac caſſatam fore, & eſſe; necnon eundem Petrum penſionem prædictam, illiuſquè terminos hactenus forſan decurſos, & non ſolutos ab eodem Oratore, vel ſucceſſoribus ſuis, ullo unquam tempore de cætero minimè petere, nec Oratorem, minuſvè ſucceſſores prædictos ob illius, ſeù illorum non ſolutionem hujuſmodi, aliquas cenſuras, & pœnas, etiam privationis, de cætero minimè incurrere, ipſumque Petrum jus regrediendi, ſeu accedendi, vel ingrediendi ad beneficium hujuſmodi nullatenus habere poſſe; necnon Oratori forſan anticipatas, & anticipandas ſolutiones hujuſmodi ſolvere, ac Petro prædictis illas recipere, & retinere, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & ſimoniæ labe, aut cenſurarum, & pœnarum incurſu, licuiſſe, & licere. Irritumque, &c. decernere, & declarare digneminì de gratia ſpeciali. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum Clauſulis opportunis.*

Conceſſum, ut petitur in præſentia D.N. PP.

M. A. Maraldus.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & de caſſatione, extinctione, annullatione, decreto, declaratione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra. Et quod ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, & ubiquè in judicio, & extra fidem faciat, regula contraria non obſtante; Et de conſenſu,

Conceſſum.
M. A. Maraldus.

Quod declaratur in una *Taurinen. Reductionis penſionis coram Burat. dec.* 528. *num.* 1. ubi, quod penſio poteſt remitti ſine conſenſu Apoſtolico, & procedit non ſolum in remiſſione totius penſionis, & perpetuæ, ſed etiam in extinctione, ſeu reductione partis, & temporalis; cum ſemper vigeat eadem ratio liberationis in totum: vel in partem à gravamine, vel ſervitute, *d. deciſ. loc. cit.*

Et hic nota, quod caſſatio penſionis, cum ſit favorabilis,
10 ea eo, quod reſtituat beneficium ad priſtinam libertatem, ſicut jam alias diximus, proindè ſuper dicta caſſatione, quando illa ſit abſolutè, nempè abſque nova ejuſdem pen-
11 ſionis reſervatione, non ſunt pro caſſatione prædicta expediendæ litteræ: ac ſic dicitur, quod ſola ſupplicationis ſignatura ſufficiat, Rota *deciſ.* 71. *n.* 12. *d. p.* 1. *diverſ.* Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 36.

Et quia, quandoque non admittitur in Dataria hæc ſupplicatio, niſi litteris reſervationis expeditis, propterea ibi erit docendum de illarum expeditione: & ex hac notoria praxi eo magis ceſſat prorſus opinio aſſerentium, penſionem hujuſmodi poſſe extingui anticipatis ſolutionibus, ſine Papæ ſcientia, abſque vitio ſimoniæ: quod tantum procedere notum eſt, quando ipſa penſio extinguitur, & caſſatur, nulla prorſus annata, ſeu aliqua ipſius parte ſoluta, ſed tantummodo liberè, & ſimpliciter, quod fieri poteſt abſque Summi Pontificis, ſeu alterius licentia: quamvis ſine Papa illa conſtitui nequeat, Rota *deciſ.* 474. *num.* 7. *par.* 1. *diverſ.*

Sic etiam concedi conſuevit caſſatio reſervationis fructuum, ſivè illorum partis, ſeù omnium, ſolutis tot pecuniis anticipatis, & ſicut pro parte fructuum, ita etiam parte, ſeu medietate penſionis: eo magis, cum dari non poſſit ratio diverſitatis, cum magis in totum extinctio fieri poſſit, quam pro parte, Mandoſ. *in praxi ſign. grat. tit. extinctiones, verſ. extinctiones prædictæ fieri conſueverunt*; & ita cum effectu videmus etiam ſervari: nam poſt conſuetam narrativam ſupplicationis, additur *caſſationi, extinctioni, & annullationi penſionis prædictæ, quoad illius medietatem, tantum videlicet, ducatorum tot, quò vero ad alteram medietatem aliorum ducatorum tot, ac illius reſervationem, ſalva, & illæſa remanente, &c.* & idem ſubſequitur in diſpoſitiva ejuſdem ſupplicationis.

Pro

Pro caſſatione autem reſervationis fructuum loco pēſionis reſervatorum, ſic concipienda erit ſupplicatio, videlicet.

12 *Beatiſſime Pater. Cum devotus veſter Mattheus Caravita Clericus Neapolit. cui aliàs omnia, & ſingula fructus, &c. ac jura, obventiones, & emolumenta univerſa ſine cura Eccleſiæ S. N. Neapol. diœceſis, quam devotus S. V. Orator Dominicus Serinus ad præſens obtinet, per eum, quoad vixerit propria authoritate, loco penſionis annuæ percipienda Apoſtolica authoritate reſervata, & aſſignata fuerunt, ex certis cauſis, &c. caſſationi, &c. reſervationi fructuum hujuſmodi nonnullis anticipatis illorum ſolutionibus in S. V. manibus conſentire proponat, &c. ſupplicat, &c. Orator præfatus quatenus, &c. reſervationē, & aſſignationem prædictas, ita quod illa ex nunc mediantibus anticipatis fructuum, &c. prædictorum ſolutionibus, ceſſent, dictuſque Mattheus nullatenus in illorum perceptione ſeſe intromittere, aut eoſdem fructus percipere poſſit, ſeu queat, de expreſſo dicti Matthæi conſenſu caſſare &c. eundemque Oratorem, ſeu pro tempore dictæ ſine cura Eccleſiæ Rectores ad illorum præſtationem deinceps non teneri, aut ob illorum non præſtationem aliquas cenſuras, vel pœnas incurrere, Irritumque, &c. ut in ſupradicta formula caſſationis penſionis.*

Quoad ſecundum extinguitur penſio, per illius caſſatonē, & reſervationē alterius ſimilis pro alia perſona, Et hoc modo non conceditur ſecunda reſervatio, niſi etiam accedente conſenſu Titulatis, de cujus præjudicio agitur, qui ita conſenſio extinctioni penſionis, ut illa reſervetur ad favorem N. & non aliter, & patebit in illius formula, quam infra ſubiiciam: nec non de conſenſo habentis penſionem; & ſic ſtylus Romanæ Curiæ eſt, ut prius extinguatur prima, ac poſteà de novo alia ſimilis reſervatur; & ſic evitatur titulus tranſlationis penſionis, quamvis in effectu dici poteſt tranſlatio; à quo quidem nomine ſemper Dataria Apoſtolica abhorruit; nam ſi penſionis reſervatio, ex quo per eam imponitur ſervitus beneficio, ut per Gig. *in ſuo tract. de penſ. q. 96. n. 1. cum ſeq.* eſt odioſa, illius tranſlatio dicitur odioſiſſima, prout ſuo loco dicetur; quia ſervitus ipſa prorogatur, ac propterea meritò prohibita fuit, ne inconvenientia multiplicentur, Sarnen. *ſuper reg. de infirm. q. 16. n. 2. circa med.*

Cum verò contingit hanc fieri caſſationem penſionis, cum reſervatione alterius ſimilis, ſupplicatio, quæ pro ea Summo Pontifici porrigenda erit, ad præſcriptum noviſſimi Curiæ ſtyli, modo ſequenti concipi poterit, videlicet.

13 *Beatiſſime Pater. Cum devotus veſter Ioannes Amadans Clericus, cui aliàs penſio annua ducatorum C. monetæ Neapolitanæ, ſuper ſine cura Eccleſia S. Vincentii loci N. Neapolit. diœceſis, quam devotus etiam S. V. Marius de Leva, ad præſens obtinet fructibus, &c. Apoſtolica authoritate reſervata fuit, ex certis cauſis, animum ſuum moventibus, caſſationi, extinctioni, & annullationi dictæ penſionis annuæ, ad effectum tamen reſervationis alterius penſionis ſimilis ſummæ ſuper ejuſdē ſine cura Eccleſiæ fructibus, &c. pro devoto S. V. Oratore Laurētio Caracciolo Clerico Neap. in manibus E. S. V. ſpōtè, & liberè conſentire proponat, & ex nunc etiam conſentiat. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator præfatus, quatenus in præmiſſis opportunè providendo, eumq; ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequendo, penſionem prædictam ipſius Ioannis expreſſo accedente conſenſu, authoritate Apoſtolica caſſare, penitusque extinguere, & annullare; ac caſſatam, penituſq; extinctam, & annullatam eſſe, & fore, ipſumque Ioannem a moderno, & pro tempore exiſtente ſupradictæ ſine cura Eccleſia Rectore, penſionem hujuſmodi petere, vel exigere non poſſe, ac eumdem Rectorē ad ſolutionem penſionis hujuſmodi præfato Ioanni deinceps faciendam, non teneri, & ob non ſolutionem illius, aliquas ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, vel ſuſpenſionis minimè incurrere poſſe, irritumq; &c. decernere. Et nihilominus dicto Laurentio, ut commodius ſuſtentari valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providendo, penſionem annuam centum ducatorū ſupradictæ monetæ ſuper dictæ ſine cura Eccleſiæ fructibus, &c. eidem Laurētio, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per modernum, & pro tempore exiſtentem ejuſdem ſine cura Eccleſiæ Rectorem hujuſmodi, cujus ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos, annis ſingulis in loco, & terminis in litteris exprimendis, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis in ſimilibus apponi ſolitis Apoſtolica authoritate reſervare, conſtituere, & aſſignare; ac pēſionem præfatam, ut præfertur reſervatam, ex quavis cauſa, quātūvis urgenti, legitima, & juridica, etiam ad ſucceſſorum prædictorum inſtantiam ad minorem ſummam reduci, annullari, vel invalidari, minuſq; illius reſervationem hujuſmodi, ac præſentes, & deſuper conficiendas literas de ſubreptionis, vel obrepsionis vitio, aut intentionis S. V. vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel retractari poſſe; ſed ſemper validam, & efficacem fore, ipſiq; Laurentio ſuffragari, periudè, ac ſi penſio per præſentes reſervata exceſſionis, aut alia probabili, & juſta cauſa reſervata fuiſſet. Sicque per quoſcumq; Iudices, &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales judicari, &c. debere, ac irritū, &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumq; cum clauſulis opportunis.*

Fiat, ut petitur F.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et quod d. Oratoris diſpenſationes, ac primodictæ penſionis reſervatio, & literarum deſuper confectarum tenores etiam veriores habeantur pro expreſſis, ſeù in toto, vel parte exprimi poſſint in literis. Et de caſſatione, extinctione, annullatione, decreto, quoad quæ ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obſtante. Et de reſervatione dictæ penſionis annuæ ducatorum centum monetæ Neapolit. ſuper dictæ ſine cura Eccleſiæ fructibus, &c. quæ tranſeat ad ſucceſſores pro d. Laurentio per eum, ut præfertur percipiendæ, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertendæ. Cum decreto, quod illa ad ſucceſſorum prædictorum inſtantiam ad minorem ſummam reduci non poſſit, ac aliàs modo, & forma præmiſſis, quæ hìc pro ſufficienter repetitis ad partem habeantur, latiſſimè extendendis. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, invocationum, annexorum fructuum, &c. aliorumq; neceſſariorū major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis ſimul, vel ad partem expediēdis. Et quoad caſſationem, de conſenſu d. Ioannis; quo vero ad novam penſionē, juxta prioris reſervationis tenorē tantū.

Fiat F.

Ex qua quidem praxi habes, quod penſio poteſt modo præmiſſo transferri, etiam ſi reſervata ſit ſine clauſula transferendi, ut ſuper hoc non fuerit conceſſum peculiare indultum, ut ſuo loco dicetur; nam ut dicatur tranſlata, ſufficit, quod de conſenſu ipſius penſionatii, & ſolventis penſionem, transferatur penſio ipſa in alium, authoritate Summi Pontificis, & hic eſt unus ex modis transferendi.

Hac eadem forma utitur ipſe Papa in penſionibus ſibi, dum eſſet Cardinalis, reſervatis, prout vidi tempore Pauli V. qui penſionem caſſavit, eandemque reſervavit ad favorem bon. mem. Scipionis Cardinalis Burgheſii *ejus nepotis* eo modo, quo ſequitur, videlicet.

14 *Motu proprio, &c. Dudum fel. record. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter, nobis tunc Cardinalatus honore fulgentibus, penſionem annuam mille ducatorum illarum partium ſuper menſæ Archiepiſcopalis Eccleſiæ Burgen. quæ de jurepatronatus Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, ex privilegio Apoſtolico, ut non eſt in aliquo derogatum, eſſe dignoſcitur, fructus, &c. quoad viveremus, vel procuratori noſtro legitimo, per tunc, & pro tempore exiſtentem Burgen. Præſulem, ſeù Adminiſtratorem, annis ſingulis, in certis terminis, modoq; & forma, ac cū Clauſulis, & decretis tunc expreſſis; necnon ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis, integrè perſolvendam, Motu proprio,*

Apoſtolica authoritate reſervavit, conſtituit, & aſſignavit; prout in literis Apoſtolicis deſuper expeditis plenius continetur, Nos, qui divina favente clementia, ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti ſumus, penſionem prædictam per aſſumptionem hujuſmodi, non ceſſaſſe, nec ceſſare, harum ſerie, quatenus opus ſit, decernẽdo, & declarando, eandem penſionem caſſamus, extinguimus, & annullamus, ac caſſatam, penituſque extinctam, & annullatam eſſe, & fore, ac venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Burgen. ejuſque ſucceſſores, dictæ Eccleſiæ Præſules, ſeù Adminiſtratores ad ſolutionem deinceps Nobis faciendam, non teneri, nec obligatos eſſe, aut fore decernimus. Et Nihilominus, volentes dilecto filio Scipioni tituli S. Chryſogoni S.R.E. Presbytero Cardinali Burgheſio nuncupato, noſtro ſecũdum carnem ex ſorore nepoti, ut ſtatum ſuum, juxtà Cardinalatus dignitatem decentius tenere, & expenſarum onera, quæ jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providere, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, illi penſionem annuam mille ducatorum monetæ prædictæ ſuper menſæ Archiepiſcopalis prædictæ fructibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis; etiam ſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ, ad quamcumque ſummam aſcendentes, quas pro expreſſis haberi volumus, aliis reſervatæ exiſtent, eidem Scipioni Cardinali, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per modernum, & pro tempore exiſtentem Burgenſ. Præſulẽ, ſeù Adminiſtratorem, annis ſingulis in terminis, necnon cum omnibus, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, vinculis, decretis, aliiſque clauſulis, & cautelis, ac aliàs modo, & forma in priori reſervatione præſcriptis, integrè perſolvere; ac per ipſum Scipionem Cardinalem, unà cum dict. S. Chryſogoni, & quibuſvis aliis, etiam Cathedralibus, Metropolitanis, aliiſque Eccleſiis, necnon Monaſteriis, etiam Conſiſtorialibus, Prioratibus, etiam Conventualibus, Præpoſitatibus, Præceptoriis dignitatibus, etiam majoribus, & principalibus, perſonatibus, Adminiſtrationibus, & officiis, etiam curatis, & electivis, cæteriſque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum, & militiarum, etiam hoſpitalium, regularibus quomodolibet qualificatis, quæ ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, ad Regum, & Principum nominationibus, in titulum commendam, adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtinet, & in poſterum obtinebit, quæcumq; & qualiacumq; fuerint; necnon cum quibuſvis fructibus Eccleſiaſticis loco penſionum annuarum, & penſionibus ipſis ſuper ſimilibus, vel diſſimilibus fructibus ſibi reſervatis, & aſſignatis, ac reſervandis, & aſſignandis, percipiendam, exigendam, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertendam, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, de conſenſu dicti Regis reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus. Decernentes, penſionem per præſentes reſervatam hujuſmodi, illiuſque reſervationem, etiam contra, & adverſus quaſcumque impugnationes firmas, validas, & efficaces exiſtere, minuſque illas; & præſentes, ac deſuper conficiendas literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, vel conſenſus Archiepiſcopi Burgenſ. aut alios, intereſſe forſan quomodolibet habentium, ſeù quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, vel irritari poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces fore, ac Scipioni Cardinali prædicto ſuffragari, perinde, ac ſi dicta penſio in Conſiſtorio noſtro ſecreto, & de patrum noſtrorum, ac Archiepiſcopi Burgenſ. & aliorum omnium intereſſe habentium expreſſo conſenſu, & ex juſta, & rationabili cauſa reſervata, & aſſignata fuiſſet. Sicque per quoſcumque Iudices, &c. Irritum, &c. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, de non tollendo jure quæſito, ac de præſtando conſenſu in penſionibus, aliiſque quibuſvis regulis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Lateranenſis Concilii, noviſſimè celebrati, penſiones annuas, ſuper fructibus menſarum Archiepiſcopalium, niſi ex ceſſionis, aut alia probabili cauſa reſervari prohibentis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Burgenſ. confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis, quibuſcumque, cum Clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio C.

Et quod dicti Scipionis Cardinalis obſtantiæ beneficiales, &c. pro expreſſis, & totaliter inſertis, ſeù, &c. Et de caſſatione, &c. prædictis, quoad quas ſola, &c ſignatura, &c. & de reſervatione, &c. quæ transeat ad ſucceſſores, &c. Et quod præmiſſorum, &c. fieri poſſit in literis, &c.

Dat. Romæ apud S. Marcum Pridie Id. Septembris. Anno Primo.

Sanè ex hac praxi benè notandum eſt, penſionem per aſ-
15 ſumptionem ad Summum Pontificatum non ceſſare; quod quidem in ſupradicta nova penſionis reſervatione declaratur, ibi, *penſionem prædictam per aſſumptionem hujuſmodi non ceſſaſſe, nec ceſſare, harum ſerie, quatenus opus ſit, decernendo, & declarando, &c.* Unde caſſare videtur contraria opinio, præſertim Gabr. *conſ. 200. n. 2. lib. 2.* qui apertè dixit; per aſsũptionem Cardinalis Penſionarii ad Summum Pontificatum extingui penſionem; ea ratione, quia ſicut penſio extinguitur per promotionem ad Epiſcopatum, multò magis per Pontificatum; ex eo, quod ceſſat cauſa, propter quam fuit Cardinali reſervata, nempè ſuſtentatio, ac vitæ ſubſidium; & ad corroborandum prædictam ſuam opinionem, refert exemplum Pii IV, qui ita tacitè cenſuit, dum ſcivit, & paſſus fuit, Hoſpitale ſibi liberè percipere fructus Monaſterii, ei uniti, quos loco penſionis non controvertebatur eidem Pontifici, dum eſſet Cardinalis, reſervatos fuiſſe, ut ex Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 41. n. 2. cum pluribus ſeqq.*

Quare concludendum eſt, penſionem prædictam non ceſſare per aſſumptionem ad Papatum; quicquid in contrarium ſenſerit etiam Hojed. *de incompat. benef. par. 1. c. 2. n. 11.* quem etiam refert, & ſequitur Paril. *de reſign. benef. lib. 3. q. 1. ſub nu. 7. verſ. in contrarium, & nu. 10.* quia eorum opinio non eſt in praxi recepta; nec me latet, non ſemel habitum fuiſſe, de hac re ſermonem inter Dominos Abbreviatores Literarum majoris Præſidentiæ in Cancellaria Apoſtolica; qui ſemper tenuerunt, penſionem prædictam ex ſupradictis minimè ceſſare.

Quoad tertium, quando, nullo requiſito conſenſu titularis penſio transfertur in vim privilegiorum conceſſorum per Summos Pontifices aliquibus perſonis, puta militibus Sanctorum Petri, & Pauli, & nonullis aliis officialibus Romanæ Curiæ, necnon militibus piis, ac militibus Sancti Stephani Paril. *lib. 6. q. 4. ante n. 8.* de qua quidem translatione, ejuſque praxi dicitur *c. ſeq.*

CAPUT V.

Praxis Translationis Penſionis annuæ, ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervatæ, ex Indulto Summi Pontificis.

SUMMARIUM.

1 *Penſionis reſervatio ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici, odioſa, & quare.*
2 *Odioſiſſima vero illius translatio, & quarè.*
3 *Odioſa magis ſervitutis impoſitio, quàm illius prorogatio.*
4 *Penſionis trãslatio regulariter fit in juniores ipſis Transferentibus.*
5 *Penſio quandoque etiam ſecundò, & tertiò transfertur.*
6 *Translatarius quod poſſit præmori transferenti, eſt de futuris contingentibus.*
7 *Translatio penſionis repræſentat ſpeciem hereditariæ ſucceſſionis.*

8 *Tranſ-*

8 *Transferendi penſionem facultas conceditur Cardinalibus aliiſque penſionis, ex privilegio.*
9 *Transferendi penſiones licentia dupliciter conceditur.*
10 *Translationis penſionis literarum formula proponitur.*
11 *Alia amplior annectitur.*
12 *Translationis penſionis indulta conceduntur in forma gratioſa.*
13 *Penſionem transferens non tenetur coram Iudice producere literas reſervationis.*
14 *Translatio penſionis quibus detur etiam non expeditis literis reſervationis.*
15 *Requirit mentionem qualitatis Eccleſiæ, ſuper cujus fructibus eſt reſervata.*
16 *Translatio penſionis amplior datur perſonis qualificatis, ut hic.*
17 *Quando datur ſuper fructibus quorumcunque beneficiorum intelligitur etiam de Cathedralibus.*
18 *Non requirit derogationem Concilii Lateranenſis; & quomodo id intelligatur.*
19 *Translatio penſionis latiſſimè, & generaliter conceſſa comprehendit etiam penſionem ſuper fructibus beneficiorum jurispatronatus.*
20 *Non requiris mentionem qualitatum expreſſarum in prima reſervatione.*
21 *Requirit mentionem jurispatronatus Regis.*
22 *Conceſſa ſuper fructibus unius beneficii non extenditur ad aliud.*
23 *Transferendi indultum validum etiam ſi penſio reperiatur diminuta.*
24 *Penſio extinguitur mortuo penſionario ſicut uſusfructus mortuo uſufructuario.*
25 *Penſionis translatio à pluribus Summis Pontificibus denegata.*
26 *Conſtitutio Urbani VIII. circa translationes penſionum reſervatarum ſuper beneficiis per S.R.E. Cardinales obtentis, proponitur.*
27 *Penſionis translationis ſupplendi per Cancellariam locus, & terminus in prima reſervatione non expreſſi.*
28 *Transferendi facultas quaſcunq; penſiones, quaſnam comprehendat.*
29 *Translationem penſionis faciendam eſſe per quemcumque loci Ordinarium quomodo intelligendum.*
30 *Canonicus Cathedralis Eccleſiæ ad effectum transferendi penſiones dicitur in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus.*
31 *Necnon dignitates obtinentes in Collegiata Eccleſia.*
32 *Si verò translatio committitur Canonico ſine expreſſione Cathedralis, vel Collegiatæ, videtur commiſſa Canonico Cathedralis.*
33 *Translationes penſionum, quæ fiunt in Romana Curia committuntur etiam Canonicis Collegiatarum inſignium Urbis.*
34 *Translatio facta coram Canonico, Sanctæ Mariæ in Transtyberim, valida reputata.*
35 *Fieri poteſt coram quocunque ex Illuſtriſſ. DD. Utriuſque Signaturæ Referendariis.*
36 *Necnon coram Prothonotario Apoſtolico.*
37 *Translatio penſionis commiſſa perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ intelligitur de quacunque ſive prima, ſive ſecunda, & quavis alia poſt Pontificalem.*
38 *Facta coram aliis quam expreſſis in indulto, eſt nulla.*
39 *Et quid ſi in loco translationis non reperiatur aliquis ex Exequutoribus in indulto contentis.*
40 *Mandatum ad transferendum penſionem, uſquequo validum.*
41 *Pēſionis translatio quando valida corā Notario, & teſtib.*
42 *Et quid ſi præter Notarium, & teſtes adhibeatur etiam Exequutor.*
43 *Translatio penſionis fieri poteſt nedum pro tota quantitate, ſed etiam pro illius parte.*
44 *Translatarius non poteſt in alium transferre eandem penſionem ſine licentia Papæ.*
45 *Transfertur penſio etiam in articulo mortis, licèt id in indulto non dicatur.*
46 *Translatio penſionis non comprehenditur* in reg. de infir.
47 *Poteſt fieri per moribundum, balbutientem, & ſemimortuū.*
48 *Necnon extorta per blanditias, & perſuaſiones Translatarii.*
49 *Ac etiam ſi transferens ita titubaret, ut malè loqueretur.*
50 *Necnon nutu, & ſignis.*
Corrad. Prax. Benefic.
51 *Et quomodo hæc intelligantur.*
52 *Translatio penſionis, facta cum conditione, ſi Transferens ex illa infirmitate moriatur, nulla eſt.*
53 *Vel ſi fiat, ut Transferens quoad vixerit, poſſit percipere penſionem.*
54 *Et quamvis fieri poſſit in articulo mortis, & caſibus prædictis, intelligendum eſt, illius forma ſervata.*
55 *Transferentis penſionem, conſenſus debet eſſe expreſſus.*
56 *Translatio penſionis non requirit conſenſum patronorum, neque mentio jurispatronatus.*
57 *Et quare.*
58 *Penſionis ſecunda translatio requirit conſenſum, illam ſolvere debentis, ex Conſtitutione Urbani VIII*

PEnſionis reſervationem ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici eſſe odioſam, omnes ſcribentes teſtantur; potiſſimùm, quia illa detracta ex corpore ipſius beneficii, ſæpè videmus, tantum illius Titulari non remanere, ut poſſit, onera dictæ penſionis detracto cætera, ad quæ de jure tenetur, perſolvere; prout conſideravit *Gig. de penſ. quæſt. 96. n. 2.* Necnon, quia penſio eſt quædam ſervitus ſuper beneficiis non ſervientibus conceſſa; qui nihilominus non laborant in Eccleſia, neque ſeminant, & tamen metunt, ac fructus ſine labore colligunt, & manducant, contra ordinem naturæ, ait, Sarnen. *ſuper reg. de infir. q. 16. nu. 2.* 1

Odioſiſſimam verò ejuſdem penſionis translationem; cum non ſit de jure, nec de ipſius natura; quinimmo contra naturam; quandoquidem penſio reſervatur ad tempus, & ſic extinguitur morte penſionarii; translatio vero, cum ſit obligatio eamdem ſolvendi de una perſona ad aliam, facta authoritate Papæ, prout illam definit Parif. *de reſign. benefic. libr. 6. quæſt. 4. num. 4.* operatur perpetuitatem penſionis, poſt mortem penſionarii, *Caputaq. deciſ. 303. num. 14. par. 2.* 2

Nam licèt contrarium tenuerit Rota; quinimmò, quod magis odioſa reputetur ipſa penſionis impoſitio, quam illius translatio; ſicut nova impoſitio ſervitutis magis, quam jam impoſitæ prorogatio; & adeò reputetur modici præjudicii; ex eo, quod contingere poteſt, ut Translatarius præmoriatur Transferenti; ac proinde in translatione, ſeu facultate transferendi, non ſit facienda mentio, quod beneficium ſit alia penſione gravatum, prout facienda eſt, quando à principio conſtituitur prædicta penſio, ut dixit Rota *in una Regien. Penſionis 16. Novembris 1622 & 17. Iunii 1624. coram Pirovano, & in una Romana Penſionis 17. Iunii 1622. coram Buratto*, & in una *Firman. Penſionis*, quæ *deciſ. 46. nu. 7. part. 5. recent.* 3

Nihilominus, quod ipſa translatio non poſſit dici ſaltem odioſa ob rationem allatam, quod nimirum poſſit præmori Translatarius ipſi Transferenti, eſt de rarò contingentibus; quia hujuſmodi translatio paſſim, talem regulariter fieri 4 conſuevit in juniores ipſis Transferentibus; nec ſemel viſum eſt, eamdem penſionem fuiſſe, etiam ſecundò, & tertiò 5 translatam, vigore facultatis transferendi. Quinimmò ſæpius, & ſæpiſſimè, ut eſt caſus *deciſionis 9 M hea.* in qua Clemens VII. ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Liceii. reſervavit penſionem in favorem Cardinalis de Spinula, cum poteſtate transferendi; & extincta dicta penſione, fuit tranſlata alia ſimilis in favorem Cardinalis de Cortona, cum eadem Clauſula, *transferendi*; & eidem Cardinalis de Cortona eamdem penſionem tranſtulit in favorem Iacobi, cum eadem facultate transferendi in alium, & idem Iacobus illam tranſtulit in favorem Marci Antonii, prout in principio *dict. deciſionis*; unde iſta ratio ceſſandę penſionis, quę poteſt contingere per obitum Translatarii, adduci poſſe videtur ex quadam decentia; qua Papa movetur ad dictam translationem concedendam, ut proinde dici non poſſit odioſa; & ſic quod Translatarius poſſet præmori Transferenti, eſt quod de fu- 6 turis, quæ ſaltem poſſunt eſſe, & abeſſe; & non conſideranda, *leg. ſcienañ. §. ſi fundum. & ibi gloſ. in verbo, poſſit. ff. qui ſatiſd. cogant.* Bellam. *deciſ. 749.* Rot. *dec. 21. ſub num. 5. de præb. in nou. Felin. in c. in noſtra, coroll. 7. de reſcript. Put. deciſ. 97. num. 7. lib. 2.* quare mens Papæ non poteſt conſiderari ex futuro eventu, id. *Put. deciſ. 247. nu. 3. lib. 3.* Gonz. *gloſ. 5. §. 5. n. 44. & 47.* & negari non poteſt, quin per hujuſmodi translationem, contra juris communis rationem, conſtituatur actio perſonalis in eo, in quo nullo modo eſſe poteſt, deficiēte conſenſu Titularis a principio, reſtricto ad unum tantum favorem, & ſic repræſentata quadā ſpecie hæreditariæ ſucceſ- 7 ſionis in eo in quo nec datur, nec dari poteſt, ut optimè de-

duxit Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 36. n. 115.* & Gomb. *de author. leg. lib. 6. n. 579.* & Franc. Becc. *conſ.* 1 a n. n. 12.

Verum eſt tamen, quod Papa S.R.E. Cardinalibus, cęteriſ-
8 que perſonis, *ut infra*, etiam ex privilegio qualificatis hanc transferendi facultatem concedere conſuevit; licèt idem videamus ſervari quandoq; etiam cum aliis perſonis, ſibi benè viſis, cũ maxima tamẽ difficultate, nec ſine maximis favorib.

9 Hæc autem transferendi facultas dupliciter emanare conſuevit, uno videlicet modo, in actu ipſius penſionis reſervationis, in quo Papa tribuit penſionario facultatem, penſionem transferendi, *ut infra* fuſius dicetur; quam regulariter tribuere conſuevit, quando prædicta penſio reſervatur ſuper fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum extra Italiam conſiſtentium, teſte Mandoſ. *in prax. Sign. Grat, Tit. Translationes penſionum, verſ. Clauſula, cum facultate transferendi, fol. mihi 24. à tergo.*

Altero verò modo, transfertur ipſa penſio, poſtquam fuit penſionario reſervata, nulla facta mentione in literis Apoſtolicis ſuper illius reſervatione, de facultate transferendi; ſed poſtmodum ab ipſo Papa, ſuo Motu proprio, à tàm ipſis S.R.E. Cardinalibus quàm aliis perſonis prædictis, prædicta facultas conceditur; ſicut etiam generaliter in vim facultatum ſeu privilegiorum, nempè Epiſcopis in Capella Papæ Aſſiſtentibus, Lauretanis, Conclaviſtis, Dapiferis, & aliis qualificatis perſonis, eidem Papæ gratis, & acceptis, ut ſupra dictum eſt; qui vigore earumdem facultatum; nedum tenere poſſunt penſiones ſibi reſervatas, ſeù reſervandas, ſed etiam illas in alios transferre ex eo, quod nulla, quoad hoc, poteſt conſtitui differentia inter penſiones reſervatas, & translatas; cum iſtæ etiam dicantur reſervari; & in translatione extinguatur penſio antiqua, & reſervetur nova ſimilis extinctæ, prout tenuit Rota penes Ludovil. *dec. 18. n. 3. & 4.*

Quoniam verò hujuſmodi facultas transferendi non rarò conceditur, operæ pretium duxi, illius formulam, juxta conſuetum ſtylum Curiæ conceptam, hic ſubnectere, quæ talis eſt, videlicet,

A tergo. *Dilecto filio Hieronymo Paravato Presbytero Squillacen. ſeù alterius Diœceſis.* Intus verò. *Vrbanus Papa VIII. Dilecti fili, ſalutem, &c. Vita, ac merum honeſtas, &c. Nos inducunt, ut ea, tibi libenter concedamus, per quę erga dilectum filium Salvatorem Paravatum Presbyterum Squillacen. Diœceſis, conſanguineum tuum, te beneficum exhibere poſſis, & liberalem. Volentes igitur te, qui, ut aſſeris, penſionem annuam Septuaginta ducatorum monetę Neapolit. ſuper ſine cura Eccleſię, ſeù Capellæ S. Ioannis Chryſoſtomi Hieracen. fructibus, redditibus, & proventibus Apoſtolica tibi authoritate reſervatam, annuatim percepis, favore proſequi gratię ſpecialis, teque à quibuſvis, &c. Cenſentes, &c. Tibi, ut quicumque loci Ordinarius, ſeù Canonicus Metropolitanę, vel alterius Cathedralis Eccleſiæ, ſeù alia perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, à te quandocumque in Romana Curia, vel extrà eam, ubique locorum eligendus, vel eligenda, ſimul, vel ſucceſſivè, dictam penſionem, pro ſumma xxiv. ducatorum auri de Camera, eadem penſione, quoad ſummam non caſſandam, aut extinguendam, ſalva tibi, & illaſa remanente, in uno, vel pluribus vicibus, quandocunque tibi placuerit, etiam in mortis articulo, de tuo conſenſu caſſare, & extinguere; ac poſtquam caſſata, & extincta fuerit, unam penſionem annuam xxiv. ducatorum hujuſmodi, ſuper eiſdem fructibus, &c. eidem Salvatori, etiam quæcumq; quotcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ac quomolibet qualificata, etiam ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, in titulum, commendam, adminiſtrationem, vel aliàs quomodolibet obtinenda, & expectanda, per te quandocumq; etiam in mortis articulo hujuſmodi, ac coram Notario, & duobus teſtibus, etiam Laicis nominandis, dicto Salvatori, quoad vixerit, vel ejus legitimo procuratori, per dictæ Eccleſię, ſeù Capellę Rectorem pro tempore exiſtentem, annis ſingulis, ſub ſententiis, cenſuris, & pęnis, ac in loco, & terminis, necnon cum omnibus, & ſingulis exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, obligationibus, renunciationibus, vinculis, clauſulis, & decretis, in literis prioris reſervationis penſionis hujuſmodi, contentis, & expreſſis; ac aliàs juxtà illarum continentiam, & tenorem etiam abſque Rectoris hujuſmodi deſuper preſtando, vel requirendo conſenſu, ac etiam ipſo invito, & reclamante, preſentibuſque literis illi minimè intimatis, neque exhibitis, oſtenſis, vel præſentatis, ſervata forma Conſtitutionis noſtrę deſuper edita, Apoſtolica authoritate reſervare, conſtituere, & aſſignare, liberè, & licitè valeat, ſeu ſi tibi magis placuerit, & tu ita volueris, penſionem primodictam pro ſumma xxiv. ducatorum hujuſmodi, reſiduo penſionis hujuſmodi tibi ſalva remanente, ut præfertur, in dictum Salvatorem, quandocumque tibi placuerit, etiam in mortis articulo, ut etiam prefertur, nominandum, & coram ſolis Notario, & teſtibus, in Rom. Cur. vel extra eam, prout tibi videbitur, ſervata forma dictæ Conſtitutionis, transferre poſſis, dicta authoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus; ac tam loci Ordinario, ſeù Canonico, vel perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, quàm tibi, pręmiſſa omnia reſpectivè faciendi, & exequendi plenam, & amplam authoritatẽ, & tenore præmiſſis, facultatem impartimur. Decernentes eaſdem præſentes literas, & illarum vigore faciendam caſſationem, & extinctionem, ac novas reſervationem, conſtitutionem, et aſſignationem hujuſmodi, ex nunc, prout poſtquam factę fuerint, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, et integros effectus ſortiri, et obtinere; necnon dicto Salvatori in omnibus, et per omnia ſuffragari, illumque in univerſis juribus tuis, in omnibus, et per omnia, quoad penſionem xxiv. ducatorum hujuſmodi, etiam quoad quaſi poſſeſſionem illam exigendi, in qua exiſtis, per viam gratioſæ ſurrogationis ſubſtitutum, et ſurrogatum, eo ipſo cenſeri. Sicque per quoſcumque Iudices, &c. ac irritum, etc. attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Neapolitan. et Epiſcopo Squillacen. ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, et mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeù alios, præſentes literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte tua, ſeù dicti Salvatoris fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, tibique ac illum in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, te ac illum præmiſſorum omnium, et ſingulorum commodo, et effectu pacificè frui, et gaudere. Non permittentes te, ac illum deſuper indebitè moleſtari. Contradictores, &c. compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, et pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando. Invocato, etc. brachii ſæcularis auxilio. Nõ obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papa VIII. prædeceſſoris noſtri de una, et in Concilio generali edita de duabus dietis; dummodò ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque, etc. Apoſtolicis; Necnon regula noſtra de preſtante conſenſu in penſionibus, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, et literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et ſingulis, eorum omnium tenoribus præſentibus pro plenè, et ſufficienter expreſſis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, et expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, etc.*

V. Theatin.

Hæc eſt conſueta formula literarum, in forma Brevis, quæ expediuntur in Præfectura Brevium literæ hujuſmodi translationis penſionis; licèt ſub diverſis formulis illæ quandoque concipiantur; proinde aliam formulam hic ſubjicere non diſplicuit, illiuſque clauſulas, ſecundum currentem ſtylum explanare; literæ autem ſunt tenoris ſequentis videlicet.

A ter-

A tergo. *Dilecto filio Iannario Gallo presbytero Neapolitano.* Intus verò.

INNOCENTIUS PAPA X.

11 Dilecte fili, ſalutem, &c. Sinceræ devotionis affectus, quem erga Nos, & Sanctam Sedem Apoſtolicam gerere comprobaris, Nos inducunt, ut tibi reddamur, ad gratiam liberales. Cum itaque ſicut nobis nuper exponi feciſti, aliàs tibi penſio annua certo modo, & forma, tunc expreſſis, libera, immunis, & exempta Centum ſcutorum: ſeù ducatorum moneta Regni Neapolitan. ſuper Monaſterii Abbatia nuncupati Sanctæ Mariæ Montis Viridis, Sancti Benedicti, vel ulterius Ordinis, Theleſin. ſeù Bojanen. Diœceſis, fructibus, redditibus, & proventibus, quoad vixeris, vel procuratori tuo legitimo per bon. memor. Bartholomæum Sanctæ Mariæ in Portico, dum viveret Diaconum Cardinalem Caſium nuncupatum, dicti Monaſterii Commendatarium, & ſucceſſores ſuos, dictum Monaſterium, pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis in loco, & terminis, tunc quoque expreſſis, ſub conſuetis ſententiis, cenſuris. & pœnis integrè perſolvenda, Apoſtolica authoritate, reſervata fuerit, & reperiatur. Nos igitur reſervationis prædictæ penſionis, ac litterarum deſuper confectarum tenores, & alia inde ſequuta, præſentibus pro expreſſis habentes, teque ſpeciales gratiæ favore proſequi volentes, necnon à quibuſvis, &c. Cenſentes, porrectis nobis pro parte tua, ſuper hoc ſupplicationibus, inclinati, Tibi, ut quicumque loci Ordinarius, ſeù Canonicus alicujus Cathedralis, etiam Metropolitanæ Eccleſiæ, ſeù Prælatus Romanæ Curiæ, aut alia perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, ad id per te eligendus, vel eligenda, dictam penſionem annuam, illiuſque reſervationem hujuſmodi in toto, vel in parte, quæ tibi beneviſa, & à te declarata fuerit, ſimul, vel ſucceſſivè, ac diverſis vicibus, & temporibus, in Romana Curia, vel extra eam, ac etiam in mortis articulo, de tuo expreſſo conſenſu, Apoſtolica authoritate, caſſare, & extinguere, ac poſtquam ſic caſſatu, & extinctu fuerit, unam, vel plures penſiones annuas liberas, immunes, & exemptas, uſque ad ſummam Centum ſcutorum, ſeù ducatorum hujuſmodi ſuper prædicti Monaſterii fructibus, redditibus, & proventibus; etiamſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ reſervatæ exiſtant, dilecto filio Petro, etiam Gallo Clerico Neapolitan. tuo ex fratre germano nepoti, per te, quandocumque tibi beneviſum fuerit, etiam in mortis articulo, nominando, ſibi quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per dilectum filium Iacobum Tuſcum, modernum dicti Monaſterii Abbatem, ſeu ex conceſſione Apoſtolica, perpetuum Commendatarium, & illius ſucceſſores dicti Monaſterii Abbates, ſeù Commendatarios, annis ſingulis in loco, ſeù locis ac termino, ſeù terminis, ac cum omnibus, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, clauſulis, & decretis, ac aliàs modo, & forma, in priori dictæ penſionis reſervatione hujuſmodi, contentis, ac ſub ſimilibus ſententiis, cenſuris, & pœnis integrè perſolvenda, ac per eumdem Petrum ſimiliter, quoad vixerit percipienda, abſque ulio dicti Iacobi, & ſucceſſorum prædictorum, vel quorumcumque aliorum deſuper præſtando conſenſu; ac etiam illis reclamantibus, & invitis, etiam ipſo Monaſterio vacante, ac legitimo defenſore carente, dicta auctoritate reſervare; conſtituere, & aſſignare liberè, & licitè valeat, concedimus, & indulgemus. Decernentes, omnes, & ſingulas reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes penſionis, vigore præſentium, modo, & forma præmiſſis faciendas, ex nunc, prout poſtquam factæ fuerint, validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Petro futuro penſionario hujuſmodi ſuffragari in omnibus, & per omnia; ac ſi per Nos ex probabili, & legitima cauſa de dicti Iacobi, & ſucceſſorum prædictorum conſenſu factæ fuiſſent. Præſentes quoque nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod dictus Iacobus, & ſucceſſores prædicti vocati non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notarii, impugnari, retractari, annullari, vel invalidari, ſeù in jus, vel controverſiam vocari, vel ad viam, & terminos juris reduci, aut adverſus illas quandoque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, vel concedi nullatenus unquam poſſe; neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium, aut quarumcumque aliarum generalium, vel ſpecialium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus per Nos, vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, ex quibuſvis cauſis, etiam Motu proprio, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam Conſiſtorialiter factis pro tempore, ullatenus comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatutum ſuum reſtitutas, & plenariè re integratas, ac de novo, etiam ſub poſteriori Data per te quandocumque eligenda, conceſſas, & validas, ac efficaces exiſtere; ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos Apoſtolicos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales judicari, & deffiniri debere; Irritum, &c. attentari decernimus. Quo circa dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Auditori Generali, ac Vicariis Venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcopi Theatin. & Epiſcopi Bojanen. in ſpiritualibus, generalibus, & eorum cuilibet per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios, præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte tua, ſeù dicti Petri fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis, efficaces defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præſentes ab omnibus, quo illæ concernent, inviolabiliter obſervari; necnon dictum Petrum, illius, ac præmiſſis omnibus, & ſingulis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, ac dictum Petrum deſuper per quoſcumque quomodolibet moleſtari. Contradictores quoslibet, rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, ſervata forma Concilii Tridentini, aggravandi; invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus noſtris, & Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ regulis de præſtando conſenſu in penſionibus, ac jure quæſito non tollendo, necnon fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis: dummodo quis ultra tres dietas, earumdem vigore præſentium extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim ad judicium non trahatur, ac aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſterii, & ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die ſexta Auguſti 1646. Pontificatus noſtri Anno ſecundo:

Marius Gabriellius.

Intereà modo, pro hac noſtra praxi, præcipua verba, nec-
non Clauſulas in præinſerta formula litterarum translationis
contenta explicare: ad hoc ut neminem lateat, quod ſentien-
dum ſit circa hoc, quod ſæpè in praxi verſatur; & quomodo
per ea omnes difficultates, ac dubia, quæ exoriri ſolent, dilu-
cidentur. Dicamus itaque

Dilecto filio N.

Omnia indulta transferen-
di hujuſmodi penſiones, quæ
non in ipſa reſervatione penſionis, ſed ad partem conce-
duntur, regulariter, ut dictum eſt; expediuntur per Bre-
ve, ſub Annulo Piſcatoris: cujus litteræ nemini, niſi
12 ipſimet Transferenti in forma gratioſa diriguntur, cum
deputatione tamen Exequutorum, per ipſum Transfe-
rentem eligendorum, ad effectum hujuſmodi translationis
faciendæ; necnon aliorum, qui pro effectu hujuſmodi
translationis aſſiſtant, quatenus opus ſit, ut in dictis litteris
ibi, *quo circa, &c.*

Aliàs tibi penſio

*Annua, &c. certis mo-
do, & forma, tunc ex-
preſſit, reſervata, &c.* Nec tamen coram Iudice Exequu-
13 tore, pro hujuſmodi translatione facienda, tenetur Trans-
ferens producere litteras reſervationis penſionis; quia,
cum ipſe Judex non recipiat juriſdictionem ex illis, ſed tan-
tum ex præinſertis litteris Indulti transferendi, ſufficit, quod
iſtæ tantùm producantur: ſuper quibus illius juriſdictio fun-
datur: nam licèt prima facie videantur exhibendæ dictæ
litteræ reſervationis: ex eo, quod Iudex procedit per viam
caſſationis antiquæ penſionis, & creationis novæ ſimilis,
ut ex prædicta formula literarum, & infra parebit, & pro-
pterea, niſi oſtendatur reſervatio antiquæ penſionis, idem
Iudex non poſſit dici certus de qualitatibus illius: ac pro-
pterea debeat videre, an nova penſio, quæ creatur, ſit ſimi-
lis antiquæ, prout obiiciebatur in una Recanaten. *Penſionis,
quæ eſt dec.* 153. *n.* 8. *p.* 5. *r cent.*

Nihilominus fuit ibi ſub *num.* 18. *verſ. non obſtat*, conclu-
ſum, ſatis eſſe, quod in creatione novæ penſionis, reſervetur
penſio ſimilis antiquæ, abſque eo, quod aliter exprimantur
qualitates illius, quas ſufficit exprimere per relationem ad
antiquam, & Iudex, qui eſt merus Exequutor, diſcurrat qua-
lis ſit penſio antiqua, & quod ita tenuit Rota *in una Sego-
bien. Translationis Penſionis* 12. *Decembris.* 1587. *coram
Pamphilio.* Quod quidem procedere certum eſt, ſive in
facultatibus transferendi ſit facta mentio de penſione, ſi-
ve in individuo, cum illius Data, propter vim relationis
prædictæ, ſive ſecùs; cum Iudex ex ipſa ſola facultate re-
cipiat juriſdictionem: prout comprobat etiam eruditiſſi-
mus, & nunquam ſatis laudatus Melchior. Lotter. *de re
benef. lib.* 1. *qu.* 40. *num.* 44. ex ſupradicta *deciſ. Segobien.
Translationis.*

Litterarum tenores, &c.

*Proex-
preſſo
habentes, &c.* Supponendum eſt tamen, penſionem hu-
juſmodi fuiſſe validè reſervatam, litteraſque ſuper illius re-
ſervatione validè expeditas, attento decreto annullativo,
in dictis litteris adiici conſueto: quod apponitur, quando
penſio reſervatur ex quacunque cauſa: dum in eis potiſſi-
mum dicitur, quod niſi dictæ litteræ expediantur intra tot
menſes, reſervatio nulla ſit, *eo ipſo*, licèt nonnulli circa id
contrarium ſentiant.

Quod tamen non procedit, ubi ſupradicta translatio con-
ceditur cum hac clauſula, videlicet. *Etiam litteris ſuper
14 dicta reſervatione non expeditis*, prout in indultis hujuſmo-
di translationum conceſſis ad favorem Patriarcharum, Ar-
chiepiſcoporum, & Epiſcoporum Capellæ Pontificiæ Aſſi-
ſtentium, quibus dantur ſupradicta indulta transferendi uſ-
que ad ſummam ducatorum auri de Camera Quingento-
rum per hæc verba videlicet. *Etiam litteris Apoſtolicis ſu-
per reſervationibus, & aſſignationibus hujuſmodi non con-
fectis*, quod etiam ſervatur in Capellanis Papæ, ut poſſint
transferre penſiones ducatorum Trecentorum ſimilium,
cum dicta Clauſula, *etiam litteris non confectis*, ut appa-
ret ex Conſtitutione Gregorii XV. Item Cubiculariis, ac
familiaribus continuis commenſalibus ipſi Papæ inſervien-
tibus tantùm, pro ſimili ſumma ducatorum Trecentorum
parium; quod etiam vidi conceſſum, adhuc aliis perſonis
eidem Papæ charis, & acceptis, quibus conceditur, ut poſ-
ſint litteras ſuper dicta penſionis reſervatione, gratis expe-
dire Officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ, ac Annatiſtis nul-
lum paratur præjudicium: cum omnes ſupradicti expediant
gratis litteras Apoſtolicas.

Cæteris verò perſonis, quando attributa eſt facultas tranſ-
ferendi hujuſmodi penſiones, non datur prædicta Clauſula,
etiam litteris non expeditis, etiam ratione officii, ut erant
Milites S. Petri pro ſumma Centum quinquaginta ducato-
rum ex conceſſione Leonis Decimi in erectione hujus Col-
legii.

Milites S. Pauli, qui habebant etiam eandem facultatem
transferendi, uſq; ad ſummam ducatorum ducentorum, ex
Conſtitutione Pauli Secundi in erectione huius Collegii,
quæ fuit confimata per Iulium Tertium.

Necnon Milites Pii pro ſumma ducatorum centum quin-
quaginta, ex conſtitutione Pii IV. Sed iſtæ facultates prædi-
ctis, & aliis militibus conceſſæ, fuerunt revocatæ per Pium
V. teſte Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 253. Poſteà tamen Sixtus V.
hanc facultatem conceſſit Militibus Lauretanis pro ſumma
ducentorum ducatorum ex ſua Conſtitutione in erectione
eorum Collegii, ut per Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 6. *cap.* 4. *nu.*
11. & Garc. *loc. cit. nu.* 254.

Et quando hæc facultas transferendi conceditur ratione
Officii, vel dignitatis, tunc, ut omnes ſciunt, durat, durante
Officio, ſeù dignitate huiuſmodi; quibus ceſſantibus, ceſſabit
quoq; ſupradicta facultas: prout fuit dictum in una Toletan.
Penſionis, quæ eſt *dec.* 7. *n.* 2. *p.* 1. *diverſ.* & in una Rom. *ſimilis*,
quæ eſt *dec.* 733. *n.* 3. & 4. *par.* 4. *recent.* quas citat Lotter. *d. li.*
1. *q.* 36. *n.* 86. qui *n.* 88. ſubdit, quod ſi huiuſmodi Officiũ eſſet
emptum ex pecuniis alterius, qui ſibi reſervaſſet omnimodã
diſpoſitioné, nihilominus illius reſervatarii perſona non ha-
betur in conſideratione ad effectum gaudendi hac transfe-
rendi facultate, ſed ſolius Officialis, prout firmavit Rota in
his terminis ex indulto conceſſo Militiæ Lauretanæ in una
Papien. Penſionis 19. *Martii* 1697. *coram D. Ortemberge.*

Super Monaſterii, &c. fructibus.

Romanæ namquè Curæ ſtylus eſt; ut nedum in reſervatio-
nibus, verùm etiam in translationibus penſionum, ac
facultatibus alias transferendi, fiat mentio qualitatum 15
Eccleſiæ, ſuper cuius fructibus impoſita eſt penſio; ad
hoc, ut Papæ innoteſcat, an dicta Eccleſia ſit Parochialis,
Abbatialis, Epiſcopalis, aut alterius dignitatis, ſive
qualitatis, non autem perſonarum prædictas Eccleſias obti-
nentium, & minus earum, quæ in futurum, ut eaſdem Ec-
cleſias obtineant, poſſibile eſt, ut dicitur in una *Firmana
Penſionis coram Remboldo*, impreſſa penes Vivian. *in calce
ſuæ praxis juriſpatron. deciſ.* 295. *ſub n.* 10 *verſ. quod, & uſus,
ſtylus Curiæ comprobavit.*

Sanè, datur huiuſmodi Indultum transferendi penſiones
ſuper fructibus, quorumcumque beneficiorum, ſivè ſæcu-
larium, ſivè regularium reſervatas, & pinguis concedi-
tur perſonis valdè qualificatis; prout illud conceſſum ſi- 16
gnanter vidi Nepotibus Summi Pontificis in hac forma,
videlicet. *Omnes, & quaſcumque penſiones annuas ſuper qua-
rumcumque Cathedralium, & Metropolitanarum, aut alia-
rum Eccleſiarum, & quorumcumque Monaſteriorum, etiam
Conſiſtorialium, ac Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abba-
tialium, & Conventualium Menſarum, & Prioratuum, Præ-
ceptoriarum, Dignitatum, etiam maiorum, & principalium,
Perſonatuum, Adminiſtrationum, & Officiorum curatorum,
electivorum, cæterorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum quo-
modolibet qualificatorum, fructibus, redditibus, proventibus,
juribus, obventionibus, diſtributionibus quotidianis, & emolu-
mentis, etiam ſolis præſentibus, & divinis officiis actu intereſ-
ſentibus dari, & per eos lucriſieri ſolitis, cujuſcunque, & quan-
tumcumque maxima, & notabiliſſima ſumma, & quantitatis
ſint, vel fuerint in toto, vel in parte, ſimul, vel ſucceſſive in Ro-
mana Curia, vel extra eam, &c.*

Quandu tamen in privilegio datur facultas transferendi
qualcunque penſiones ſuper quibuſcunque fructibus quo-
rumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, propter hæc
verba univerſalia, venient etiam penſiones impoſitæ ſuper
Eccleſiis Cathedralibus; prout fuit concluſum in una *Civi-
taten. Penſionis coram fel. recordat. Clemente VIII. & coram
Cardin. Millino in una Bononien. Translationis penſionis*,
quas ad id refert idem Gratian. *diſceptat. forenſ. capit.* 551.
numer. 20. ubi etiam habet, quod valet translatio: quam-
vis non fuerit derogatum Concilio Lateranen. cum ſuf-
ficiat derogatio facta in prima reſervatione penſionis: nul- 18
la habita conſideratione, quod eodem tempore fuerit re-
ſervata penſio, & conceſſa facultas transferendi: quia
non

non debet attendi illud tempus, cum ſufficiat unica derogatio.

Quod quidem, non ſolùm intelligitur de penſionibus reſervatis ſuper fructibus beneficiorum liberæ collatio-
19 nis, verùm etiam juriſpatronatus laicorum, de quo, nec mentio eſt neceſſariò facienda in hujuſmodi tranſlatione; quia penſio tranſlata, quoad hunc effectum, non inducit novum gravamen; ac proindè ſufficit, quod mentio dicti juriſpatronatus fuerit facta in illius reſervatione; quæ non requiritur in tranſlatione prædicta, prout tenuit Rota *deciſion. 105. numer. 4. par. 2. diverſ. recent.*

20 Et ſic regulariter in hujuſmodi tranſlationibus non requiritur mentio earum qualitatum, quæ fuerunt expreſſæ in litteris ſuper reſervatione ipſius penſionis expeditis: & ita ſervatur in praxi, prout tenuit Rota penes Creſcent. *deciſ. 1. num. 2. & 3. ſub tit. de reb. eccleſ. non alien.* ubi quod quando penſio eſt reſervata ſuper fructibus Cathedralis Eccleſiæ, ac propterea debeat derogari Concilio Lateranenſi, de hoc fuerit facta mentio in ſupradictis literis, cum prædicta derogatione, erit valida ſecunda aſſignatio ejuſdem penſionis; etiam quod in ea non derogetur prædicto Concilio, ut ſupra dictum eſt; cum ſupradicta mentio requiratur tantum, ubi in nova penſionis conſtitutione, novum gravamen Eccleſiæ infertetur, ut in *dict. deciſ. num. 3.* namque in illa identitate penſionis reſervatæ, & tranſlatæ conſervatur, etiam idem effectus neceſſariæ cujuſvis derogationis à principio: prout etiam dicendum eſt, quod ſi tempore reſervationis, facta ſit ſufficiens mentio penſionum antiquarum ſuper eodem beneficio: prout de jure requiritur, non eſt neceſſe, quod in transferendi facultate de hac circumſtantia rurſus fiat mentio, ut per Mandoſ. *in praxi ſign. Grat. tit. Extinctiones, verſ. dubitatum fuit*, & dicitur in una *Veronen. Penſionis* 14. *Junii* 1613. *coram Veroſpio, & in una Roman. Penſionis*, 17. *Junii* 1622. *coram Buratto, & in una Regien. ſimilis* 9. *Februarii*, & 17. *Junii* 1624. *coram Pirovano*, quas ad id refert. Id. Lotter. *d. lib. 1. q. 40. n. 92.*

21 Licèt aliud dicendum ſit, quando penſio fuit reſervata ſuper fructibus Cathedralium beneficiorum juriſpatronatus Regis, & ad illius nominationem: qui eum ad dictam penſionem, & in illius prima conſtitutione, & reſervatione nominet perſonas ſibi gratas, & acceptas, ita nec dicta tranſlatio fieri poteſt, niſi in ſimiles perſonas ab ipſo Rege nominandas.

Præterea notandum eſt, quod debet ſpecificè exprimi beneficium, ſuper cujus fructibus reſervata eſt penſio, quæ transfertur; namque cum illa fuerit reſervata ſuper fructibus
22 unius beneficii expreſſi in indulto transferendi, non poteſt trahi ad fructus alterius beneficii. Unde ſi mihi reſerventur duæ penſiones, una videlicèt ſuper Sancti Joannis, altera verò ſuper Sancti Franciſci beneficiorum fructibus, & petam in indulto, ut poſſim transferre penſionem ſuper fructibus Eccleſiæ S. Joannis, non poſſum transferre illam, quæ reſervata eſt ſuper fructibus S. Franciſci, ex hoc potiſſimum, quia penſio eſt odioſa Paris. *de reſignat. benef. lib. 6. q. 2. n. 84.* & in odioſis ſtrictiſſima facienda eſt interpretatio, *regula, odioſa, cum ibi not. de reg. jur. in 6.*

Centum ſcutorum,

ſeu ducatorum; Pro hac eadem quantitate petit Orator hic ſibi concedi facultatem transferendi penſionem prædictam. Nec tamen invalidum redderetur hujuſmodi indultum, ſive facultas, ſi quantitas expreſſa fuerit antea diminuta, ſive ad quamcumque mino- 23
rem quantitatem reducta; quia clarum eſt, quod ſi Papa det indultum transferendi penſionem aliàs reſervatam in certa quantitate, quæ de tempore indulti ſit reducta ad minorem, non ideò vitiabitur actus tranſlationis, tanquam de diverſa penſione ab, de qua loquitur indultum; ex eo quod penſio reducta ad minorem quantitatem, ſemper eſt eadem cum prima, non autem nova; nam licèt in ipſa reductione renovetur, tamen non indè ſequitur, quod ſit nova, & in conſequens diverſa in ſubſtantia, ut dixit Rota *in una Parm. Penſionis* 17. *Junii* 1622. *coram Navarro*, & ex relatis per Lotter. *d. quæſt. 40. num. 81. cum pluribus ſeqq.*

Quoad vixeris.

Penſio enim, cum ſit onus temporale, & conſtituatur ad tempus, extinguitur regulariter, mortuo penſionario;
cui ſolvitur, ſicut finitur uſusfructus morte uſufructuarii, 24
§. finitur, inſtit. de uſufruct. Gig. *de penſion. quæſt. 1. num. 5.* Put. *deciſio. 302. num. 3. lib. 4.* & licet conſenſus titularis fuerit præſtitus reſervationi penſionis, durante vita penſionarii tantùm, nihilominus indubitatum eſt, quod Papa poteſt concedere facultatem transferendi dictam penſionem, Rota *deciſion. 153. numer. 15. part. 5. recent.* licèt præter perſonas ſuperius expreſſas, hodie aliis non ita paſſim hujuſmodi indultum transferendi concedat; quicquid circa hoc antiquitus ſervaretur: nam Summi Pontifices paſſim illud concedebant, præſertim Leo Decimus qui, ut ait idem Gig. *de penſion. quæſt. 12. numer. 12.* plurimum utebatur Pontificia authoritate, & abſoluta
poteſtate in ſimilibus, Clemens verò Septimus difficillimè 25
id concedebat, propter oneris continuationem: ſic etiam Paulus Tertius, & alii ſucceſſores denegabant prædictum indultum, prout etiam Gregorius Decimus tertius, & Sixtus Quintus qui nemini illud concedebant, niſi S. R. E. Cardinalibus, & aliis perſonis benemeritis de Sede Apoſtolica, teſte Paris. *de reſign. benefic. lib. 6. qu. 4. numer. 24.*

Per Bartholomæum Cardinalem; &c.

qui tempore reſervationis prædictæ penſionis obtinebat dictum Monaſterium in commendam: quod poſtmodum devenit ad Jacobum Tuſcum, tempore penſionis tranſlationis in eo ſucceſſorem. Sed hic ſciendum eſt, quod circa facultates transferendi penſiones reſervatas ſuper fructibus beneficiorum per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales obtentorum, extat hodie Conſtitutio felic. recordat. Urbani Papæ VIII. quæ in dies practicatur, cum clauſulis tamen, & modificationibus in ea contentis: ac propterea illius tenorem hic ſubnectere viſum eſt, tenoris, ut ſequitur, videlicet.

S.D.N.D. Urbani divina providentia Papæ VIII. Conſtitutio de facultatibus transferendi penſiones reſervatas ſuper beneficiis per S.R.E. Cardinales obtentis.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum S.R.E. Cardinales, qui circa univerſalis Eccleſiæ regimen nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus aſſiſtentes, & in partem ſollicitudinis vocati, graves, & continuos labores, ac non mediocres impenſas in obeundo munere ſuo, ſuſtinere coguntur, ſpeciali prærogativa maximè ob eminentiam dignitatis, à Sede Apoſtolica deceat honorari, plerumq; verò contingat dubitari, an in facultatib. indultis, & privilegiis transferendi penſiones, quæ à Sede Apoſtolica perſonis benemeritis quandoq; concedi ſolent, intelligantur comprehenſi Cardinales, beneficia penſionib. obnoxia obtinentes. Nos omnem ambiguitatis nodum præcidere, & indemnitati eorumdem Cardinalium conſulere volentes. Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetua valitura Conſtitutione decernimus, & declaramus, omnia, & ſingula indulta, privilegia, & facultates transferendi, vel mediante caſſatione antiquarum, de novo reſervandi quaſcumq; penſiones ſuper quibuſvis beneficiis eccleſiaſticis, etiam ſpeciali nota dignis, quibuſvis perſonis, etiã S.R.E. Cardinalibus antea aſſignatas, vel pro tempore aſſignandas per nos, & quoſcumq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros; etiam iteratis vicib., ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac irritantibus, & aliis decretis hactenus cõceſſa, & in futurũ concedenda (nõ tamẽ executioni, mediante trãſlatione, ſeù caſſatione, & nova reſervatione hujuſmodi pro tota quantitate conceſſa, demandata) pro qua tranſlatio, ſeù nova reſervatio hujuſmodi, tempore Datæ præſentium, actu facta, necdum fuerit, nullo modo ſe extendere debere ad penſiones reſervatas,

ſeù pro tempore reſervandas ſuper beneficiis, quæ tempore conceſſionis facultatum, & indultorum, ac privilegiorum obtinebantur, vel obtineri contigerit per Cardinales, aut alios, qui etſi tunc temporis tales non eſſent, poſteà ad Cardinalatus dignitatem aſſumantur; dummodo tamen temporis translationis, ſeù caſſationis, & novæ reſervationis penſionum hujuſmodi, adhuc per eoſdem obtinerentur; niſi in eiſdem facultatibus, indultis, & privilegiis, ſpecialis, & expreſſa eorundem Cardinalium, beneficia prædicta obtinentium, vel individua de corpore ipſorum beneficiorum mentio facta fuerit, aut eorum, qui tempore conceſſionis facultatum, indultorum, & privilegiorum prædictorum, beneficia obtinerent, expreſſus ad hoc acceſſerit aſſenſus. Et inſuper ſtatuimus, & ordinamus, indulta, privilegia, & facultates transferendi, vel caſſandi, & de novo reſervandi penſiones, quæ aliàs vigore quorumcumque privilegiorum translatæ, vel de novo reſervatæ fuerint, etiam ſi in dictis facultatibus, indultis, & privilegiis inſerta ſit clauſula, etiam aliàs translatas; non afficere beneficia, quæ prædicti Cardinales tempore iterandæ translationis, ſeù caſſationis, & novæ reſervationis hujuſmodi penſionum obtinebant; licèt tempore conceſſionis eorumdem indultorum, privilegiorum, & facultatum ab eis, vel aliis Cardinalatus honore minimè fulgentibus, obtinerentur, ad effectum, ut penſiones hujuſmodi de cætero ulterius transferri, ſeù de novo reſervari queant; niſi illud in facultatibus, indultis, & privilegiis hujuſmodi de prædictis Cardinalibus expreſſè diſponatur; vel ipſi ad id præſtiterint aſſenſum, aut individua, & ſpecialis fiat mentio de corpore beneficii, ſuper quo impoſitas penſiones transferendi facultates indulta, & privilegia fuerint conceſſa; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos Præſidentes, necnon cauſarum Palatii Apoſtolici, & Curiæ ejuſdem Cameræ generalem Auditores, ac Sacræ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, definiri, & interpretari debere. Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate; ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus. Non obſtantibus indultis, privilegiis, & facultatibus, aliiſque præmiſſis, necnon Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium exemplis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1631. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Octavo.

E. Dat.

Octavianus Raggius.

Viſa de Curia A. Hurandus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

G. Montanus.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1631. Indictione decimaquarta, Die verò undecima menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. divina providentia Urbani Papæ Octavi Anno ejus octavo, ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Cancellariam Apoſtolicam, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis, Urbis per me Auguſtinum de Bolis Apoſtolicum Curſorem.

Matthias Spada Magiſter Curſorum.

Secluſa verò ſupradicta Conſtitutione, certum eſt, Eminentiſſimos Dominos Cardinales, in materia penſionum, & quod penſiones per eos debitæ, non poſſint transferri, non reperiuntur ſpecialiter privilegiati; ac proindè, quod etiam ipſi in hoc cenſeantur comprehenſi, non eſt inconveniens: quandoquidem in generali diſpoſitione comprehenduntur etiam perſonæ privilegiatæ; quando in illa materia non ſunt ſpecialiter privilegiati, *leg. in fraudem*, §. *final.* & ibi Bald. *& alii de milit. teſtam.* Rip. *in leg. 1. num. 60. ff. de vulg.* Gabr. *conſil.* 20. *num.* 2. *& ſequ. lib.* 2. Natta *conſil.* 410. *num.* 20. Dec. *conſil.* 4. *ante num.* 2. eoque magis dici poteſt, comprehendi in dictis facultatibus etiam S. R. E. Cardinales, cum illi non ſubeant onera penſionum ratione ſuarum perſonarum, quæ propter earum eminentiam, ſunt ſpeciali nota digni, ſed ratione beneficiorum, quæ obtinent: quare ipſi tenentur, etiam ad ſubeundum onus prorogatæ ſervitutis Eccleſiæ per Papam ex dicta translatione, licèt in facultate transferendi non fuerit facta mentio, quod Titularis fuerit Cardinalis: quod procedit etiam, quando tempore prorogatæ ſervitutis, ſeù facultatis eam prorogandi conceſſæ, non obtinebatur Eccleſia per Cardinalem, ſed fuit poſteà ille eam aſſequutus: quia ex mutatione perſonæ Titularis, non alteratur qualitas, & ſubſtantia facultatis transferendi ex traditis per Ferrer. *conſil.* 314. *numer.* 11. *& ſequ.* Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *titul.* 15. *num.* 18. Ac propterea ſupradictus Urbanus VIII. benè id declaravit in dicta ſua Conſtitutione, ubi quod tale indultum transferendi nullo modo ſe extendere debeat ad penſiones reſervatas, ſeù pro tempore reſervandas ſuper beneficiis, quæ tempore conceſſionis facultatum, & indultorum, ac privilegiorum obtinebantur; vel obtineri contigerit per Cardinales, aut alios, qui etſi tunc temporis tales non eſſent, poſteà ad Cardinalatus dignitatem aſſumantur.

Poſtmodum verò ad removendas quaſcumque hæſitationes, quæ ex eo inſurgere poſſent; videlicet, an ſupradicta Conſtitutio obſtet ſupradictæ penſionis translationi, tum ex eo, quod fuerit reſervata ſuper fructibus Monaſterii, tunc per Cardinalem obtenti; tùm etiam ſi de cætero contigerit, illud alieni ex prædictis S. Rom. Eccl. Cardinalibus commendari, obtinuit idem penſionarius ſuper validitate dictæ translationis ſibi provideri mediante nova

facul-

facultate transferendi conceſſa per fel. rec. Innocent. Papam X. cum derogatione ejuſdem Conſtitutionis, ut infra videlicet, *Non obſtantibus noſtra, & Cancellariæ regulis de præſtando conſenſu in penſionibus. Necnon fel. recordat. Urbani Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri penſiones annuas ſuper Monaſteriorum, vel beneficiorum eccleſiaſticorum per prædicta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in commendam, aut aliàs quomodolibet obtentorum, non niſi cum expreſſa mentione, quod Cardinales hujuſmodi Monaſteriorum, ſeu beneficia prædicta obtineant fructibus, redditibus, & proventibus ullatenus transferri prohibente ſub Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ 1646. Octavo Id. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Secundo.*

In loco, & terminis.

Tunc expreſſis, videlicet in litteris ſuper dicta reſervatione penſionis expeditis. Sed hic in praxi videndum eſt, quid ſentiendum ſit, ſi ſuper prædicta reſervatione fuerit ſupplicatio tantùm ſignata, non tamen litteræ expeditæ, nec in dicta ſupplicatione aderit conſueta clauſula annullativa ſi videlicet litteræ prædictæ intra tot tempus fuerit expeditæ; quæ quidem clauſula quandoque pro perſonis privilegiatis, ac Summo Pontifici gratis, & acceptis, omittitur, ut ſupra diximus. Et in dicta ſupplicatione fuerit nihilominus adiecta prædicta clauſula, in loco, & terminis in litteris exprimendis, & ſic ignorentur termini ſolutionum hujuſmodi penſionis quinimmò in dicta facultate transferendi dicatur in loco, & terminis in priori reſervatione contentis? Hic caſus fuit in Rota diſcuſſus in una *Aſten. Penſionis, quæ eſt deciſ. 656. num. 6. p. 4. recent.* ubi per adverſarium obiiciebatur, fuiſſe in caſu translationis illius penſionis neceſſariam litterarum expeditionem ſuper illius reſervatione ſtantibus prædictis verbis in dicta facultate adiectis, nempè in loco, & terminis, &c. & nihilominus dictæ litteræ non erant expeditæ per Cardinalem, ad cujus favorem fuerat dicta penſio antea reſervata, ſed illam tranſtulit prævia tantùm ſupplicatione ſignata, & fuit dictum, quod non expreſſio loci, & terminorum non obſtabat; quia licèt quo tempore; & in quibus terminis eſſet ſolvenda penſio, exprimendum eſſet in litteris ejuſdem Cardinalis, & in Motu proprio videlicet in facultate transferendi habeatur ſolum relatio ad priorem reſervationem, cum fuiſſet ibi translata penſio in perſonam Militis Hieroſolymitani; & propterea ſuper dicta translatione fuiſſent expeditæ litteræ Apoſtolicæ, fuit dictum, quod cum in illis fuerint expreſſi locus, & termini, hoc ſufficit, quia in ſupplicatione Cardinalis virtualiter continebantur locus, & termini quos poſtmodum Can-
27 cellaria declaravit, quod potuit facere, cum ſit organum Papæ, *Caſſad. deciſ. 2. num. 9. de union.* maximè quia illa habent ſuum ſtylum ordinarium, teſte *Gig. de penſ. q. 3. per tot.* prout in *d. deciſ. 656. num. 6.* nam quamvis in translatione penſionis, non requirantur litteræ Apoſtolicæ, ut infra dicetur, quando tamen illa transfertur in incapacem requiruntur dictæ litteræ, cum diſpenſatione, ſive expreſſa, ſive tacita, ut in *d. dec. n. 7. verſ. neque etiam relevat.*

Reſervata fuerit.

Ubi tamen in hujuſmodi facultatibus transferendi, non narratur particularis penſio, penſionatio
28 Transferenti reſervata, ſed datur facultas transferendi qualcunque penſiones ſibi reſervatas; illa reſervatio non videtur reſtricta ad penſiones tantummodo reſervatas ante Datam litterarum hujuſmodi facultatis; ſed intelligitur, etiam de penſionibus poſt eamdem Datam reſervandas, quarè in una *Romana Penſionis penes Burat. deciſ. 12.* fuit dictum, non obſtare deducta contra facultatem transferendi, nempè, quod illa fuerit reſtricta ad penſiones ante conceſſionem dictæ facultatis, reſervatas, per illa verba, *aſſignata, & reſervata*, & proinde trahi non poterat ad poſtea reſervandas; fuit tamen reſponſum, quod dicta verba reguntur ab illis verbis, *caſſare, & aſſignare*, & ſic ſuffragari, penſiones eſſe reſervatas tempore dictæ translationis, per *text. in l. Titius*, ubi Bart. & Bald. *in princ. & Ang. in fin. de milit. teſtam.* & ſic ſufficit, penſiones fuiſſe reſervatas tempore, quo fit ipſa translatio; quod quidem magis procedit, quando in hujuſmodi facultatibus transferendi accedunt illa verba, nempè, *nunc reſervatas*, & pro tempore reſervandas, quæ paſſim adiici ſolent in hujuſmodi indultis conceſſis privilegiatis, & benemeritis perſonis; namque tunc eadem verba apertius comprehendunt omnes penſiones ante translationem, quaſvis poſt facultatem transferendi obtentam, reſervatas, prout in *d. dec. 12. nu. 4. cum pluribus ſeqq.* in qua *nu. 6.* quod ita fuit etiam reſponſum in una *Landen. Penſionis 26. Ianuarii 1607. coram Penia.*

Ut quicumque loci Ordinarius,

Quod intelligitur, nedum de Epiſcopo, ſed etiam de quocunque alio habente juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, 29
etiam in terminis facultatis transferendi hujuſmodi penſiones; licèt ſecùs eſſet, ſi diceretur *quicumque Diœceſanus*; quia tunc intelligitur tantùm de Epiſcopo: ſicut etiam ſi ageretur de collatione beneficiorum: cum adhuc ſolus Epiſcopus veniat, juxtà *gloſ. in Clem. 1. ut lit. pend. verbo Ordinarium*, *Felin. in c. cum olim n. 2. de præſcript.* At verò hic, ut dictum eſt, ſecundum ſubiectam materiam, ſub verbo, *Ordinarius*, veniunt omnes habentes juriſdictionem ordinariam, *Gemin. in c. 2. de conſt. Abb. in c. cum Eccleſiarum, n. 1. de off. ordin. ad not. in c. cum Epiſcopus, eod. tit. li. 6. id Abb. in c. conquerente, & c. dilectus, extra eod. tit. Pariſ. de reſign. benef. li. 3. q. 11. n. 19.* namque nomen *Ordinarius* eſt admodum generale, complectens omnes habentes juriſdictionem, cum aliis adductis per eundem *Pariſ. in tract. de confid. q. 28. n. 13.* & ſic prædicta facultas transferendi poterit per unumquemque ex ſupradictis exequi, quos Papa hic voluit comprehendi, cum dixerit, *quicumque loci Ordinarius*, nam hæc dictio, *quicumq;* omnes comprehendit, *l. à procur. C. mand. c. ſolitæ, de maior. & obed. Marcheſ. de commiſſ. p. 1. fol. 241. nu. 2. Marius Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſol. 40. n. 2.*

Seù Canonicus Cathedralis

Eccleſiæ, qui ad effectum, etiam hujuſmodi translationis, dicitur in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutus, per *text. in c. ſtatutum, de* 30
reſcrip. in 6. quare ſi commiſſio dirigeretur hic perſonæ in dicta dignitate conſtitutæ, abſque eo quod dicatur, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, vigore talis facultatis ipſe Canonicus intelligitur, ſecundum rationem *d. c. ſtatutum*, licèt prædicti Canonici, etiam Cathedralis Eccleſiæ, ſecundùm ſtrictam ſignificationem, tales non ſint, prout in *d. c. ſtatutum*, notant omnes DD. & docet Felin. *in c. paſtoralis, eod. tit. Caputaq. dec. 257. p. 1. Zerol. in praxi Epiſcop. par. 1. verbo, Dignitas, §. 1. & verbo, Canonicus, §. 3.* & ſic penitus, quoad hoc excluditur Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ; quod quidem certum eſt, etiam ſi in ſupradicta facultate adderetur, *vel aliarum Eccleſiarum*, namque hæc verba non poſſunt intelligi de Canonico Collegiatæ, ſed Eccleſiarum, videlicet Patriarchalium, & Primatialium, ex *d. c. ſtatutum*, quia Canonici Collegiatæ, non ſunt in Dignitate eccleſiaſtica conſtituti, & ſic non comprehenduntur hic; niſi in ipſa facultate id in ſpecie exprimatur; prout in aliquibus ſimilibus facultatibus vidimus expreſſum, & teſtatur *Garc. de benef. in addit. ad p. 1. cap. 5. nu. 245.* ubi id vidiſſe ait in facultate transferendi penſionem Segobien. Diœceſis per hæc verba, videlicet, *ut quicunque loci Ordinarius, ſeu Canonicus Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ, &c.*

Licèt aliud dicendum ſit de obtinentibus Dignitatem in Eccleſia Collegiata: quia iſti benè comprehenduntur in com- 31
miſſione facta perſonæ in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ: cum illa ſit verè Dignitas, ut comprobat id. Garc. *loc. cit. dict. nu. 245.* quicquid dicendum ſit quoad alia reſcripta expreſsè directa perſonis obtinentibus Dignitatem in Cathedrali: veluti in executione litterarum in forma. *Si in evidentem*, quæ de ſtylo Curiæ ſemper ferè committuntur Ordinario, & Dignitatem in ejus Eccleſia obtinenti: quia per illam dictionem ejus talis commiſſio non poteſt intelligi de aliis obtinentibus Dignitatem, quàm in ipſa Cathedrali Eccleſia, cum denotet dominium, *l. Quintus §. Mutius, ff. de aur. & arg. leg. Barboſ. de dict. uſu freq. dict. 87. n. 1.* nam licèt omnes Eccleſiæ in Diœceſi conſiſtentes, dicatur eſſe Epiſcopi Cathedralis, tamen eſt propriè ſponſa Epiſcopi per cujus obitum illa, non tamen Collegiata viduatur; quare non poterit dicta commiſſio exequi per obtinentem Dignitatem in Collegiata prædicta ex ſupradictis.

Quod ſi prædicta facultas transferendi penſiones eſſet Canonico ſimpliciter attributa, abſque eo, quod exprimatur *Cathedralis, aut Collegiatæ*, videtur commiſſio facta Canonico Cathedralis, tanquam in Dignitate eccleſiaſtica conſtituto, & capaci commiſſionis cauſarum, id Garc. *loc. cit. dict. n. 245.* ſubdens ibi, quod quamvis *d. c. ſtatutum, de reſcript.* loquatur de commiſſionibus cauſarum, tamen cum

tranſlatio penſionis, aut quid aliud committitur Canonicis, non dicendo, etiam Collegiatæ Eccleſiæ commiſſio videtur facta Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, ut dictum eſt; maximè quando committitur Canonicis, aut perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ut in propoſito: nam ex iſta adjectione, & ampliatione declaratur verbum, *Canonicus*, ut intelligatur de Canonico in tali Dignitate Eccleſiaſtica conſtituto.

Et cum aliàs quidam haberet ſimilem facultatem transferendi penſionem, ſimpliciter coram perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, eamque tranſtuliſſet coram Canonico Cathedralis Eccleſiæ, licèt fuerit tentum per Navar. de hac re conſultum *conſil. 11. de iniur. & damn. dat.* quod tranſlatio prædicta videretur invalida, ex eo quod non fuit facta coram perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta; nam conſtat inter plerosque omnes, Canonicum Eccleſiæ Cathedralis non habere Dignitatem, nec eſſe conſtitutum in Dignitate Eccleſiaſtica, per tex. *in d. cap. ſtatutum*, licèt quoad illum caſum ſpecialem, de quo ibi agitur ſcilicèt, ut poſſit eſſe Delegatus Papæ, æquiparetur habenti Dignitatem Eccleſiaſticam: & ſecundum receptam ſententiam, Canonicatus eſt beneficium ſimplex, & non de numero Dignitatum; attamen in add. *ad d. conſ. in fine* dicitur, quod Canonicus Cathedralis, in hoc caſu eſt Delegatus Apoſtolicus, & quoad dictum actum tranſlationis, reputatur in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. Eo magis, cum hìc ſimus extra dubium, cum Papa dixerit, ſeù Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ, val aliàs, prout ſibi placuerit; quandoquidem hujuſmodi Judices Exequutores harum tranſlationum, variis modis videmus in dies apponi.

Ac proindè, quandoque inter prædictos Exequutores ſolet in quibuſdam facultatibus transferendi, adiici, ut illę fiant
33 etiam coram Canonicis Collegiatarum inſignium Urbis; prout videmus, præſertim in quibuſdam ſimilibus facultatibus Conclaviſtis, ac Dapiferis, aliiſque qualificatis perſonis, ſub hac forma, videlicet, *Ac eiſdem Conclaviſtis, ut quicunque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut Cathedralium, ſeù duarum inſignium Urbis Collegiatarum, aut perſona alia quacunque in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, &c.*

In una tamen *Bonien. Tranſlationis Penſion. 10. Ian. 1602.*
34 *coram Card. Millino* fuit valida reputata tranſlatio penſionis, quamvis facta coram Canonico Eccleſiæ S. Mariæ in Transtyberim, cum in privilegio, Conclaviſtis per Six. V. cōceſſo, hæc facultas tribueretur quibuſcunq; locorum Ordinariis, vel Canonicis Metropolitanarum, aut aliarum Eccleſiarum, prout in ſimili tranſlatione reſolvit Rot. *in una Andri. Penſionis coram Card. Pamph. 20. Octob. 1593.* licèt alias non poſſet fieri coram Canonico collegiatę Eccleſię, qui non eſt conſtitutus in Dignitate Eccleſiaſtica: ſi hæc qualitas requireretur in facultatibus, ut per Gratian. *diſcept. foren. cap. 551. num. 8.*

Seu Prælatus Roman. Cur.

Quarè etiam quilibet ex utriuſque Signaturæ Referendariis, poteſt eli-
35 gi in Exequutorem hujus facultatis: quia iſti ſunt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti: namque eis inter cætera privilegia à Paulo Tertio eis conceſſa in ſua Conſtitutione, habentur hæc verba, videlicet, *condigni favoris gratia, & excellentia dignitatem ſublimare volentes, &c.* ubi eos etiam creat Prothonotarios; quinimmò, etiamſi electus ad id, eſſet Prothonotarius tantùm, ſive in Romana Curia, ſive extra eam, poterit eligi, ex eo quod Prothonotarius etiam de per ſe habet dignitatem, Sarnen. *in proœm. regul. quæſt. 1. 5.* ibi, *hanc Prothonotariorum dignitatem multum extollunt*, & paulò inferius, *propter quod denominationem, & dignitatem acceperunt*, Rota *dec. 70. num. 4 par. 1. diverſ.* Barbol. *in addit. ad alleg. 106. num. 13.* Ubi quod Vicecancellarius Papæ, Camerarius, Summus Pœnitentiarius, Clerici Cameræ Apoſtolicæ, Auditor Curiæ cauſarum dictę Camerę, Referendarii,
36 & Prothonotarii habent dignitatem, qui poſſunt etiam eligi in Conſervatores, ex Monet. *de conſervat. cap. 5. à num. 106.* & hanc facultatem ſæpè vidi à quolibet prædictorum exequutioni demandatam, & ſæpiùs à Prothonotariis prædictis etiam extra prædictam Urbem; quia iſti ſicut cæteri habent vere dignitatem Eccleſiaſticam, ut per Anton. de Petr. *in tractat. de Epiſc. juriſd. quæſt. 8. num. 2.* relatum per Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 28. nu. 39.* & in puncto adeſt Rota *dec. 153. n. 14. verſ. quo verò p. 5. rec. ibi, dict. Prothonotarius electus, &c. dictam penſionem, tranſlationem, reſervationem, & conſenſum, ut ſupra, authoritate ſibi conceſſa, &c. recepit, & admiſit, &c.*

Aut alia perſona in dignitate.

Quod præſertim *Eccleſiaſtica conſtituta*. Quod præſertim intelligi debet de obtinentibus Dignitatem, ſive in cathedrali, ſive in collegiata Eccleſia, ut ſupra dictum eſt; & in utra- 37
que intelligendum eſt, ſive Dignitas ſit prima, ſive ſecunda, aut quævis alia poſt Pontificalem major, ſive quęcunque in Collegiata; cujus electio eſt in arbitrio transferentis; ſicut ſervatur in Romana Curia in commiſſionibus reſcriptorum, *Si in evidentem*, quæ cum committatur, ut ſupra Ordinario, & Dignitatem in ejus Eccleſia obtinenti, quoad commiſſionem Dignitati faciendam, eſt in arbitrio partis, ſive ſollicitatoris petere, cuinam obtinenti in dicta Eccleſia Dignitatem, hujuſmodi reſcriptum committendum ſit.

Quarè omnibus ſupradictis Exequutoribus ſic expreſſis, dicendum eſt, hujuſmodi tranſlationem fieri non poſſe coram alio, quàm in ſupradicta facultate nominato; quamvis in loco, ubi illam fieri contingat, nullus reperiatur, neque reperiri poſſit de contentis in ea, & Transferenti inter mora, cum delegatio ſit ſtricti juris, & non extendatur de perſona in perſonam, maximè in caſu transferendæ penſionis, quæ eſt *odioſa*, ut per Garc. *in add. ad d. par. 5. numer. 245.*

Unde ubi caſus continget, prout illum non ſemel con- 39
tigiſſe ſcimus, poterit penſionarius conſtituere procuratorem ad ſic transferendum in loco, in quo adeſt aliqua perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta ex nominatis in prædicta facultate; quamvis in ea dicatur, *Tibi, ut quicunque loci Ordinarius, ſeu Canonicus, &c.* & inferius, *per te eligendus, &c.* cum regula ſit, poſſe quem facere per procuratorem, quod per ſeipſum, niſi in ſpecie prohibitum ſit, etiam, quod ſumus in privilegio, prout fuit reſolutum in una *Taurinen. Penſionis 18. Aprilis 1565. coram D. Rubeis*, teſte Garc. *d. p. 1. c. 5. num. 246.* quæ in puncto loquitur de hoc.

Quarè Notarius ad id per penſionarium rogatus, facta aſſertione reſervationis penſionis ſuper fructibus talis beneficii eidem penſionario, ipſe conſtituet procuratorem N. pro ipſius conſtituentis nomine, & pro eo, prædictam annuam penſionem ſcutorum centum, aliàs ipſi conſtituenti ſuper dictis fructibus Apoſtolica authoritate reſervatam, conſtitutam, & aſſignatam, quoad ſcuta quinquaginta, (vel totam quantitatem) & non ultra, in unam, ſeù plures perſonas dicto procuratori benevīſas, vigore facultatis, & clauſolæ transferendi ſibi conceſſæ, ſervata tamen illius forma, transferendum pro dictis ſcutis quinquaginta conſentiendum, ejuſque liberum conſenſum, & aſſenſum præſtandum, & quod in hujuſmodi tranſlatione non intervenit dolus, fraus, aut ſimonię labes, &c. in ipſius animam jurandum, &c.

Sicut etiam ſervandum eſſet pro Tranſlatario abſente, nāque poterit Notarius pro eo ſtipulare, ut ex conſueta formula, nempè, cum dicit, *Penſionem ipſam caſſavit, &c. ac illius loco aliam ſimilem ſummam eidem Domino N. quoad vixerit, abſenti me Notario publico uti perſona legitima pro eo ſtipulāte, &c. reſervavit, &c.* & tunc ſufficit dicta ſtipulatio Notarii, ſi poſtmodum appareat de acceptatione ipſius Tranſlatarii veluti per mandatum procuræ ad exigendum; prout fuit dictum in una *Segobien. Penſionis coram Corduba* impreſſa penes Staril. Pacific. de Salvian. *interdict. dec. 129. in fin.* ubi quod non obſtat, Tranſlatarium non fuiſſe præſentem; quia ſufficit ſtipulatio facta per Notarium pro illo, & apparet de illius acceptatione per mandatum ad exigendum; quam quidem deciſionem affert Garc. *d. cap. 5. num. 257. in fin.* & in alia ſimili 26. *Iunii* 1598. *coram eodem Corduba*, fuit etiam reſolutum, conſtare, validam eſſe tranſlationem penſionis ex ipſo inſtrumento Tranſlationis; non obſtante, quod fuerit facta inſcio Tranſlatario: quia ſatis videtur, quod Notarius pro eo fuerit ſtipulans, & interceſſit juramentum; quod ſupplet abſentiam; ultra quod per ſcientiam ſubſequutam, cenſebatur inducta ratificatio, ut per eundem Garc. *loc. cit. d. n. 257. verſ. & 26. Iunii.*

Eſt tamen hìc advertendum, hujuſmodi mandatum ad transferendum eſſe validum tantùm durante vita transfe- 40
rentis; nam ſi ille moriatur ante factam dictam tranſlationem, prædictum mandatum expirat. Quarè; cum aliàs bon. me. Princeps Peretius, vigore facultatis ſibi conceſſæ à Sixto V. tranſtuliſſet Penſionem. ſeù potius illam transferre vellet pro ſumma Mille ducatorum auri de Camera, dividenda in-

ter

ter perſonas nominandas arbitrio N. & N. & Titularis præ-
tenderet hujuſmodi tranſlationem eſſe nullam, propoſito
dubio in Rota, fuit dictum, non conſtare de valida tranſla-
tione, ſed illam per obitum Principis eſſe extinctam: quia
mandatum datum prædictis N. & N. per obitum ipſius
Principis expiravit, & cenſebatur revocatum: cum non eſ-
ſet aliquis, qui repræſentaret perſonam ipſius Principis: ex
eo, quod non agebatur de tranſitoriis ad hæredes: ut fuit di-
ctum in una *Reginen. Penſionis penes Rubeum deciſ.* 38. *num.*
66. *tom.* 1. ubi, poſt maturam cauſæ diſcuſſionem, pluribus
hinc inde deductis, fuit reſolutum pro dicta nullitate: quia
translatio non erat perfecta, nec poſt obitum Principis po-
terat perfici; nam, cum prædictum mandatum fuiſſet datum
prædictis N. & N. ad perficiendam gratiam, ideo poſt obi-
tum Principis expiravit.

Ceſſat tamen in propoſito ſupradicta Exequutorum, de-
putatio, & electio, ubi in hujuſmodi indulti transferendi,
41 conceditur pro qualitate perſonæ privilegiatæ, ac Papæ ac-
ceptæ, ut penſionarius poſſit ſuam penſionem transferre,
etiam coram ſolis Notario, & teſtibus etiam laicis; prout
ſæpè concedi videmus; nam ſtantibus hujuſmodi verbia, ne-
que tunc Notarius adhibetur, tanquam Exequutor, ut per
Lotter. *de re benef. li.* 1. *q.* 37. *n.* 35. *& q.* 40. *n.* 51. *cum duob. ſeq.*
ubi quod tunc Notarius adhibetur tanquam ſimplex Nota-
rius ad promovendam probationem: namque in hoc caſu
facultas transferendi penſionem, eſt ipſimet Transferenti
conceſſa, & interventus Notarii ſit tantum ad probationem
prędictam, non autem, ut aliquam juriſdictionem ipſe exer-
ceat: vel quod admittat, & caſſet, & poſtea de novo reſer-
vet: quod ſecùs eſt in Exequutoribus, à quorum facto trans-
latio ipſa dependet: unde, cum Transferens habeat hujuſ-
modi facultatem transferendi, alterius miniſterium non re-
quiritur, ut optimè apud Put. *deciſ.* 334. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2. qua-
rè, ſtantibus ſupradictis, non requiritur exhibitio privilegio-
rum per privilegiatum, qui habet hujuſmodi facultatem ſic
transferendi, ut in eadem *dec. nu.* 3.

Quod quidem locum ſibi dignoſcitur vendicare, etiam ſi
ad hujuſmodi tranſlationem faciendam adhibeatur Exe-
quutor, jam fortè alternativè nominatus in dicta facultate:
quia cum nihilominus forma, quoad hoc, ſit poſita in ele-
ctione transferentis, per exhibitionem Exequutoris, non
cenſetur renunciatum facultati minus ſolemniter transfe-
rendi coram Notario, & teſtibus ſimul adhibitis: ſed potius
Transferentem utraque poteſtate voluiſſe, ut Lotter. *d. li.* 1.
q. 40. *n.* 53. *&* 54. & propterea in d. Put. *deciſ.* 334. meritò fuit
42 dictum, non obſtare, quod Transferens licèt potuiſſet ipſe-
met transferre, etiam coram Notario, & teſtibus, elegerat
nihilominus viam Exequutoris, non autem Notarii; quare
dici poterat, *viam quam elegiſti, ſibi pateat, & quod potui, no-
lui, &c.* quia fuit reſponſum, quod in iis, quæ pendent ex vo-
luntate noſtra, eligendo unam viam, non videtur quis alteri
renunciare, prout eſt tex. *in l.* 3. *ff. de teſtam. milit.* ubi miles,
licet inceperit teſtari juxta jus commune, per hoc tamen
non videtur renunciare privilegio militis: prout dicendum
eſt in caſu illo, & habetur in *d. dec.* 334. *nu.* 4. unde deſumpta
ſunt ferè ſupradicta formalia verba: nam videmus, illam ſæ-
pè in propoſito allegari: & ſecundum hanc deciſionem te-
nuit alias Rota *in una Portugalen. penſionis* 15. *Decembris*
1606. *coram Coccino*, qui *num.* 6. *in fin.* ait, eam eſſe dignam,
quod videatur. In qua etiam habetur, quod cum ibi oppone-
batur etiam, quod non fuerant exhibitæ litteræ originales
reſervationis penſionis, & facultatis Militis Lauretani, cir-
ca facultatem transferendi, fuit tamen reſponſum, quod
translatio fuit valida; quia cum illa vigore privilegiorum
poſſit fieri, etiam coram ſolo Notario, ut fuit etiam dictum
in una *Lucanen. Penſionis coram Orano*, non fuit neceſſaria
exhibitio privilegiorum; quia interventus Notarii deſide-
ratur ad effectum probationis, non autem, ut tanquam Exe-
quutor antiquam penſionem caſſet, & novam reſervet, ut
ſupra dictum eſt. Prætereà, quod non obfuit, penſionarium
eligiſſe viam Exequutoris, non autem Notarii: quia, cum
hic, translatio penſionis penderet ex voluntate penſionarii,
dicendum eſt, illum tranſtuliſſe omni jure, quo melius face-
re potuit, *d. l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* & ut in *d. Portugalen. Pen-
ſionis n.* 6. quæ facta eſt in caſu tranſlationis penſionis factæ
per militem Lauretanum, cujus Collegium habet privile-
gium transferendi, etiam coram Notario, & teſtibus, pro-
ut habebat Collegium Militum SS. Petri, & Pauli ante il-
lius revocationem.

Caſus namque Put. *d. deciſ.* 344. eſt, quod quidam Miles S.
Petri, cui reſervata erat penſio, illam tranſtulit in manibus
cujuſdam Exequutoris, nempè Archidiaconi, Notario, &
teſtibus ad id rogatis, non tamen exhibitis eidem Exequu-
tori privilegiis, & proptereà cum dubitaretur, an translatio
penſionis facta vigore privilegiorum prædicti Militis S. Pe-
tri, illis non exhibitis coram Exequutore per transferentem
ad hoc electo, valeat, & fuit reſolutum, illam valere ex inter-
ventu Notarii, & teſtium prædictorum, & coram illis fa-
ctam fuiſſe vigore dicti privilegii, ut dictum eſt.

In toto, vel parte, Hæc verba paſſim appo-
nuntur in hujuſmodi in-
dultis, potius ad cautelam, quam de neceſſitate: cum clarum
ſit, poſſe penſionarium, nedum integram penſionem ex in-
dulto Apoſtolico transferre, verum etiam unam partem 43
transferendo, poteſt aliam ſibi retinere: cum penſio non ſit
indiviſibilis, ſicut beneficium, ſed poteſt in unam, ſeù plures
perſonas transferri, ut per Gigas *de penſ. q.* 86. *ante n.* 1. Garc.
de benef. in addit. ad p. 1. *cap.* 5. *num.* 54. ſicut ſervatur in illius
ſimplici caſſatione, ſeu cum reſervatione alterius ſimilis
penſionis, prout paſſim in Dataria Apoſtolica practicatur:
cum ſemper vigeat eadem ratio liberationis in totum, vel
partem à gravamine, & ſervitute beneficii, ut fuit dictum in
una *Tarviſin. Reductionis penes* Buratt. *deciſ.* 528. *n.* 1.

Simul, vel ſucceſſivè, Nec tamen prædicta
penſio, ſivè illius pars
per hanc dictionem, *ſucceſſivè*, poterit per penſionarium
transferri, niſi pro prima vice, & aliud in prædicta facultate
aliter cautum fuerit, Mandoſ. *in prax. ſignat.* Grat. *tit. penſio-
num tranſlationes. verſ. rurſus in fin. per tex. in l. boves*, *§. hoc
ſermone, ff. de verbor. ſignif.* & fuit reſolutum in Rota *in una
Oxomen. Penſionis*, 20. *Maii* 1598. *coram Litta*, Gonz. *ad
reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 11. *nu.* 82. Garc. *dicto cap.* 5. *n.* 247. *cum plu-
rib. ſeqq.* Lotter. *dict. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 18. quia ſatis tritum eſt, 44
translatarium non poſſe in alium transferre penſionem,
aliàs in ipſum tranſlatam, niſi oſtendantur privilegia com-
prehendere, etiam penſiones ſemel tranſlatas; nam aliàs ni-
mis prorogaretur ſervitus beneficii, cum translatio penſio-
nis ſit odioſa, & ideò reſtringenda, Sarnen. *in reg. de infir. q.*
16. Caputaq. *dec.* 100. *n.* 6. *p.* 3. & fuit dictum in una *Florenti-
na Penſionis, penes Farinac. in poſthum. dec.* 485. *n.* 4. *to.* 2.

Hæc autem facultas transferendi penſiones ſemel trans-
latas, ob ſupradictam rationem, non conceditur per Papam,
niſi perſonis plurimum qualificatis, ac eidem gratis, & acce-
ptis, potiſſimum verò ſibi conjunctis, prout inter cæteras vi-
di conceſſam nepotibus ipſius Papæ.

"Conclaviſtis etiam concedi conſuevit per novum Pon-
tificem, ut quaſcunque penſiones annuas ſuper quibuſcun-
que fructibus, &c. quorumcunque beneficiorum, ſeù fru-
ctus, redditus, & proventus hujuſmodi beneficiorum, reſer-
vatos, ſeù reſervandos, etiam ſi alias ſemel, ut pluries trans-
latæ, ſeù tranſlati fuerint, uſque ad ſummam centum duca-
torum auri de Camera transferre, &c.

Etiam in articulo mortis. Tenuit aliàs
Rota in una
Gadicen. Penſionis coram Thoma de Tanis 23. *Martii* 1541.
quod penſio in articulo mortis transferri poterat, licèt id 45
in facultate non fuiſſet conceſſum, dato, quod de ſtylo ſole-
ret talis clauſula apponi, prout tradit Mandoſ. *in Prax. Sign.
Grat. tit. tranſlationes penſionum.* Ut autem tollantur diſpu-
tationes, quæ ſi dicta clauſula omitteretur, oriri poſſent,
ſemper illa adjicitur in facultatibus transferendi.

Et ex hoc patet, quod in hujuſmodi facultatibus transfe-
rendi penſiones, non intrat *regula de infir.* Sarnen. *in hac re-
gula q.* 16. *n.* 2. quia illa loquitur de renunciatione beneficio- 46
rum, ſeu penſio renunciari non poteſt, licèt transferatur de li-
centia Papæ, idem Sarnen. *loc. cit.*

Sed quantum attinet ad dictam clauſulam *etiam in mor-
tis articulo*, dicendum eſt, quod quamvis illa videatur potius
dari ex abundanti, quàm ex neceſſitate, cum etiam ſine illa,
permiſſa translatio cenſetur etiam in articulo mortis, prout
fuit dictum in citata *Gadicen. Penſionis coram Put. dec.* 133.
lib. 2. videtur nihilominus in eo prodeſſe, quod ſicut ſuſtine-
tur teſtamentum factum à moribundo, balbutiente, & ſemi-
mortuo, dummodò etiam ad interrogationem Notarii, vel
alterius, potuerit exprimere mentem, per ſimplicem vocem,
ſic, vel *non*, prout ex pluribus comprobat Lotter. *dicto lib.* 1.
q. 40. *nu.* 55. *&* 56. ita pariter ſuſtinetur translatio penſionis
per hujuſmodi moribundum balbutientem, & ſemimor- 47
tuum facta, aut aliàs fuerit extorta per blanditias, & perſua- 48
ſiones Translatarii, id. Lotter. *loc. cit.*, & in una *Portugallenſ.*

Penſio-

Penſionis coram Coccin. deciſ. 455. *num.* 3. dum obiiceretur,
49 quod Transferens ita titubaret, ut malè loqueretur, fuit reſponſum, hoc non ſufficere ad invalidandam translationem: quia licèt, ſi non potuiſſet loqui, quia deficeret, translatio non teneret, per *tex. in l. jubemus, C. de teſtam.* tamen hoc procedere, ſi ita Transferens balbutiiſſet, ut non potuiſſet intelligi; nam ſi poterat intelligi, licèt balbutiret, valet translatio, prout etiam valuiſſet, ſi haberet linguam groſſam, & fuiſſet ſemimortuus; dummodò intelligeretur quid diceret, ex notatis per Alexand. *conſ.* 101. *nu.* 7. *verſ. et ſic qua difficultas lib.* 7.

50 Quinimmò, quatenus transferens eſſet loquela deſtitutus, poſſet adhuc etiam nutu transferre penſionem; quandoquidem nutus eſt etiam voluntas ſignis declarata, veluti oculi, capitis, vel manu, ut in *l. nutu, ff. de leg.* 3. ubi, quod etiam nutu relinquitur fideicommiſſum; dummodò, qui nutu relinquitur fideicommiſſum; dummodò, qui nutu relinquit, loqui poſſet; niſi morbus ſuperveniens eſſet impedimento, ubi Bart. quod ita intelligitur nutu, quando ad interrogata conſentit, vel facit aliqua ſigna, per quæ voluntas ejus perpendit, per *tex. in l. ſervo invito, §. ſi pupillo ad Trebell.* ac proindè Notarius ſic debet ſcribere, nempè, cum talis propter accidens loqui non poſſit, tamen interrogatus, aſſenſit humeris, oculis, vel capite.

51 Quod tamen intelligitur de eo, qui licèt ex hujuſmodi accidenti non poſſit loqui, tamen non perdidit intellectum, ut in *dicta l. jubemus*, & idem Bart. in d. l. nutu in fin. Et cum ſimilia caſua eveniſſet tempore Leonis X. in perſona Ioannis de Urrias Epiſcopi, & Ferdinandi Hiſpaniæ Regis Oratoris, qui in articulo mortis nutu magis, quàm verbis in ſuum nepotem penſionem mille ducatorum transtulit; & tunc poſt plures diſputationes, fuit tentum, translationem valuiſſe prout refert Sarnen. *ſuper regula de infir. q.* 16. *ſub num.* 2. *verſ. prædictis tamen non obſtantibus.*

Notandum verò eſt pro hac noſtra praxi, quod pluries eveniſſe ſcimus, nempè hujuſmodi penſionum translationes, cum à transferente factæ fuerit; præſertim in articulo mortis conſtitutos, ita ipſe, ac translatarius conveniunt, ut
52 videlicet ipſa translatio, ita facta intelligatur, ſi videlicet transferentem ipſum contingat ex illa infirmitate decedere. Circa quod abſolutè tenendum eſt, hujuſmodi translationem non valere; & nihilominus ipſam penſionem, proindè remanere extinctam, juxtà formam in facultate transferendi traditam, nempè, ut extinguatur penſio antiqua, & nova conſtituatur per Exequutorem apoſtolica authoritate deputatum; quæ quidem facultas non poteſt ſibi locum vendicare, niſi in abſoluta translatione; quia translatio facta ſub dicta conditione, eſt nulla, Garz. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *num* 55.

Sicut, neque penſionarius transferens poteſt ipſam penſionem transferre cum conditione illam exigendi poſt di-
53 ctam translationem, quoad ipſe vixerit, abſquè vitio ſimoniæ, Navar. *conſil.* 65. *num.* 1. *de ſimon.* Loter. *d. lib.* 1. *qu.* 40. *num.* 20.

Et quatenus ſupra dictum eſt, hanc translationem fieri poſſe, etiam in articulo mortis, id ita ſemper intelligendum
54 eſt, ſervata forma tradita in litteris prædictæ facultatis, & non aliàs, cum illa fieri nequeat per teſtamentum, non obſtante deciſione Rotæ *in una Placentin. Penſionis* 17. Iulii 1602. *coram Corduba*, ut in Garz. d. c 5. *nu.* 56.

De tuo expreſſo conſenſu,

De quo conſtare debet per publicum hujuſmodi translationis inſtrumentum à Notario confectum; ut ex illius formula infra inſerenda patebit; & cum hujuſmodi conſenſus debeat eſſe expreſſus,
55 ut hic, non ſufficit tacitus, *gloſ. in c. ſtatutum, §. in nullo, expreſſus, de reſcript. in* 6. nam conſenſus expreſſus dicitur, qui verbis exprimitur, tacitus verò, qui ex verbis reſultat, *Vivian. in prax. juriſpatr. libr.* 12. *capit.* 5. *num.* 49. *cum pluribus ſeqq.*

Præter conſenſum transferentis, tenent nonnulli, etiam peritiſſimorum Curialium, quod ſi penſio, quæ transfertur, ſit reſervata ſuper fructibus beneficii juriſpatronatus, requiratur conſenſus patroni; quod tamen procul à veritate abeſt,
56 namquè, ut alias diximus, nullo modo talis conſenſus requiritur; cum neque hic requiratur mentio ipſius juriſpatronatus; & cum aliàs in una *Mediolanen. Penſionis*, *quæ eſt deciſ.* 305. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* fuiſſet oppoſitum, quod in prædicta facultate transferendi non fuiſſet facta mentio, quod beneficium erat de jurepatronatus Laicorum, fuit tamen reſponſum, quod penſio translata, quoad illum effectum, eſt eadem penſio; nec inducit novum gravamen, & ideò ſufficit, quod mentio juriſpatronatus fuerit facta in reſervatione penſionis, quæ transfertur ex *Creſcent. deciſ.* 1. *ſub tit. de reb. eccleſ. non alien. Rota in una Tornlen. Penſionis* 15. *Decembris* 1610. *coram Damaſceno*, *& in una Carpentoraten. ſimilis* 29. *Maii* 1602. *coram Lancellotto*, & ita in praxi tenent, tàm Cancellaria, quàm Dataria Apoſtolica, nempè, quod tam in ſimplici translatione penſionis, ut hic, quàm in illius caſſatione, cum reſervatione alterius ſimilis, non requiratur nova expreſſio juriſpatronatus, quæ jam facta fuit in prima aſſignatione, ac reſervatione, hujuſmodi penſionis, ut patet ex d. Creſcent. *deciſ.* 1. ubi habetur expreſſè, quod ſi omnia hæc in prima aſſignatione facta fuerunt; & demum per penſionarium caſſetur. & in eadem ſupplicatione, in qua illa extinguitur eadem ſimilis penſio alteri aſſignetur; ex quo Eccleſia non recipit ex hoc aliquod gravamen, & omninò ſi hæc ſecunda penſio non valeret, prima remaneret; cum correſpectivè illa eo tempore caſſata fuerit, ut altera aſſignaretur, & in una Lucan. *Penſionis coram Orano impreſſa penes* Marchei. *de commiſſ. p.* 1. *fol.* 559. cenſuit Rota, penſionis translationem fuiſſe validam, non obſtante, quod in privilegiis Militum Lauretanorum, quibus conceſſum eſt, ut poſſint transferre certam quantitatem penſionis, ut ſupra diximus, non fiat mentio de penſionibus reſervatis ſuper fructibus beneficii juriſpatronatus, prout erat in caſu prædictæ deciſionis; cum talis facultas transferendi loqueretur de quibuſcunquè beneficiis, & ſic comprehenduntur etiam beneficia qualificata; maximè, quia reſervatione penſionis non requiritur conſenſus patronorum: licet omninò requiratur, quod in prædicta prima penſionis reſervatione, Papæ habeat notitiam, quod tale beneficium, quod dicta penſione gravatum exiſtit, fuerit de jurepatronatus; & quod hujuſmodi privilegia transferendi penſiones, ſit valida ſine conſenſu patronorum, & expreſſione dicti juriſpatronatus, fuit etiam tentum in una *Placentin. Penſionis* 7. *Iunii* 1607. relata per eundem Marchei *d. tom.* 1. *ſub n.* 366. *fol.* 505. & ut ſicut hujuſmodi expreſſio non eſt in his caſibus neceſſaria, ita per conſequens non eſt neceſſaria derogatio prædicti juriſpatronatus; quia, quoad hoc penſio translata, non dicitur nova penſio, prout tenuit Rota penès Farinacc. *in poſth. dec.* 307. *nu.* 1. *circa fin. tom* 1.

Sicut etiam, nec hujuſmodi facultas transferendi requirit mentionem de alia penſione, qua idem beneficium gravatum reperitur; ſicut de prima penſione facienda eſt mentio in ſecunda, ut jam diximus, Patil. *de reſign. benef. lib.* 6. *quæſt.* 4. *nu.* 42. Caſſad. *deciſ.* 5. *num.* 2. *&* 3. *de reb. eccl. non alien.* quia penſio translata non dicitur nova penſio, nec novum onus, licet obligatio fiat de perſona in perſonam, ſed in effectu, & in ſubſtantia, eſt eadem cum antiqua, idem Patil. *d. q.* 4. *nu.* 4. *&* 6. & fuit dictum in una *Veronen. Penſionis* penes Farinacc. *in poſth. dec.* 129. *n.* 2. *d. tom.* 1.

Quamvis ad majorem cautelam, & ad quaſcunque hæſitationes tollendas, cõſueverit in litteris hujuſmodi facultatis adduci hæc Clauſula, videlicet, *Etiam ſi ſuper eiſdem fructibus, aliæ penſiones annuæ reſervatæ exiſtant, &c.*

Hic verò non eſt omittendum, quod ubi penſio aliàs trans- 58
lata, denuo ex indulto Papæ transferatur, in hac ſecunda translatione requiritur conſenſus penſionem ſolvere debentis, nam Vrbanus Papa VIII. fel. record. animadvertens, quod ex translatione penſionum, illarum onus protogetur de perſona in perſonam, & ſæpè de infirmo ad ſanum, & de ſene in juvenem, & propterea difficilius concedatur facultas transferendi illas penſiones, quę alias translatæ fuerunt; propterea Motu proprio, &c. declaravit, omnes penſiones ex quacunque cauſa etiam oneroſa conceſſas, & condendas facultates transferendi quaſcunq; penſiones, ſeù fructus eccleſiaſticos earum loco, pro tempore reſervatas, & reſervatos, aut mediante earundem penſionum antiquarum caſſatione de novo illas reſervandi; necnon penſionum, & fructuum translationes, ſeù novas reſervationes ſuper quibuſcunque Eccleſiis, Monaſteriis, &c. cæteriſq; beneficiis, etiam juriſpatronatus Laicorum, etiam Regum, &c. conceſſas quibuſcunquè perſonis. Etſi Cardinalatus honore præfulgeant; etſi ſuper facultatibus, translationibus, ſeù novis reſervationibus hujuſmodi lis, ſeu lites pendeant, non potuiſſe, nec poſſe cuiquam ſuffragari, quoad penſiones, ſeù fructus aliàs translatos; niſi in eis conſenſus penſiones, ac fructus ſolvere debentium, acceſſerit; aut quod aliàs penſiones, ſeu fructus hujuſmodi trãſlati, ſeu de novo reſervati fuerint, expreſſum

ſit,

ſit, ſeù exprimatur, vel Clauſula *Etiam ſi penſiones, & ſeu fructus hujuſmodi forſan, alias tranſlata, ſeu tranſlati fuerint*, apponatur, ut in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Inter graviſſimas* ſub Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die 8. Martii 1636. Pontificatus ſui Anno Decimo Tertio.

CAPUT VI.

Praxis Exequutionis Facultatis transferendi Penſionem ſuper fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervatam.

SUMMARIUM.

1 *Penſio duobus modis transfertur, ut hic.*
2 *Quare prius caſſanda, & poſteà de novo reſervanda.*
3 *Reſignatarius habet beneficium abſolutè à Papa, non autem ad votum reſignantis.*
4 *Translatio penſionis, duos implicat actus.*
5 *Translationis forma omnino obſervanda, aliàs translatio nulla.*
6 *Penſio ſemel extincta non reviviſcit.*
7 *Penſio caſſatio quomodo correſpectiva ad novam reſervationem.*
8 *Dictio*, poſtquam, *operatur conditionem.*
9 *Forma non cenſetur impoſita ſuper formalibus verbis translationis penſionis.*
10 *Sed ſufficit quod virtualiter ſervetur in facultate transferendi.*
11 *Penſionis caſſatio eſt actus, qui originatur in conſenſu transferentis, & perficitur in authoritate Exequutoris.*
12 *Translationis penſionis forma, quomodo implicitè ſatisfiat.*
13 *Implicitum æquipollet explicito.*
14 *Forma poteſt adimpleri per æquipollens.*
15 *Et quomodo id intelligatur in caſu translationis penſionis.*
16 *Translatio penſionis quomodo alternativè admittat monetæ qualitatem.*
17 *Non admittitur ultra medietatem valoris fructuum, ex nova Conſtitutione Urbani Papæ VIII. cujus tenor proponitur.*
18 *Et in exceſſu redditur nulla.*
19 *Utile per inutile non vitiatur.*
20 *Valoris beneficii expreſſio habet vim conditionis.*
21 *Penſionis reſervatio, & translatio, non ſunt diverſa.*
22 *Sed pari paſſu ambulant, & num. 32.*
23 *Translatio penſionis non requirit mentionem de aliis gravaminibus beneficii.*
24 *Translatarii capacitas exprimenda in translatione penſionis.*
25 *Illius incapacitati quomodo occurrendum.*
26 *Penſionis capax eſt laicus de jure communi, ſecus de ſtylo Curiæ.*
27 *Clericatus non ſufficit tempore translationis; niſi ille ſit exequibilis.*
28 *Infans diſpenſatus ad clericatum, non eget alia diſpenſatione ad penſiones.*
29 *Translatio penſionis fieri nequit niſi in perſonas in indulto expreſſas.*
30 *In laicum fieri non poteſt, cum clauſula,* poſtquam fuerit clericali charactere inſignitus.
31 *Bigamus diſpenſatus ad penſiones poteſt illas habere, etiã per viam translationis.*
33 *Translatio penſionis fit etiam in Clericum illegitimum rejecta Baldi opinione.*
34 *Penſio poteſt transferri etiam in filium illegitimum.*
35 Concil. Trident. ſeſſion. 25. cap. 15. de refor. *quomodo accipiendum.*
36 *Transferendi facultas intelligitur erga perſonas capaces penſionis.*
37 *Penſio transferri non poteſt in Epiſcopum.*
38 *Transferendi facultas ex Clauſula*, cum omnibus, & ſingulis libertatibus, &c. *quid operetur in ipſa facultate.*
39 *Translatarius authoritate Papæ ſubrogatur ad quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem.*
40 *Et quomodo ei detur via exequutiva agendi ad ſolutionem penſionis.*
41 *Transferendi penſionem litera facultatis Exequutori præſentanda.*
42 *Aliàs translatio non tenet.*
43 *Exequutoris juriſdictio pendet ex productione reſcripti.*
44 *Notarii atteſtationi non eſt ſtandum aſſerentis, ſe vidiſſe facultatem transferendi penſionem.*
45 *Penſionis translatio valida, vigore proceſſus fulminati.*
46 *Reſcripti præſentatio probatur per teſtes.*
47 *Translationis penſionis materia nimis delicata, & periculoſa in illius exequutione.*
48 *Ac proinde quomodo hic ſe gerere debeat Notarius rogatus.*
49 *Translatio penſionis valida, ex tranſumpto impreſſo.*
50 *Transferentibus penſiones extra Curiam ſufficit producere tranſumptum facultatis impreſſum.*
51 *Transferendi penſiones indultum in bullario impreſſum, ſufficit Exequutori.*
52 *Si autem ſimplex producatur à Notario non facit fidem.*
53 *Translatio penſionis non requirit litteras Apoſtolicas, ſuper nova illius reſervatione & quarè.*
54 *Translationis penſionis inſtrumentum habet vim reſervationis.*
55 *Translatarius conſequitur penſionem immediatè à Papa.*
56 *Translatario datur proceſſus exequutivus pro exequutione translationis penſionis.*
57 *Secùs vero, ubi penſio caſſatur de conſenſu Titularis, & pro nova reſervatione expediuntur litteræ Apoſtolicæ.*
58 *Translatio penſionis an ſubſiſtat, vel ne, Exequutor non tenetur inquirere.*
59 *Transferendi penſiones facultas quandoque conceſſa coram ſolis Notario, & teſtibus abſque Exequutoris miniſterio.*
60 *Translationis penſionis formula inſtrumenti proponitur.*
61 Regulæ de præſtando conſenſu in penſionibus, *an ſit derogandum in illarum translationibus.*
62 *Et an* regulæ de jure quæſito non tollendo.
63 *Conſtitutioni Pii IV.* de regiſtrandis, *quando derogandum in translatione penſionis.*
64 *Penſio quomodo transferatur in incapacem, ex indulto Papæ.*
65 *Transfertur penſio per eundemmet Summum Pontificem abſque alicujus exequutoris miniſterio, & adjicitur formula translationis.*
66 *Necnon unico contextu nempè in actu proviſionis beneficii, ut hic.*
67 *Alio item modo, pro palatinis, aliiſque perſonis qualificatis.*
68 *Necnon in ceſſione Cathedralium procedente.*
69 *Penſionis commoditas quomodo poſſit cedi ſine conſenſu Papæ.*
70 *Et ſubjicitur formula inſtrumenti ceſſionis.*

CAſſare, extinguere, hujuſmodi autem caſſatio, &
extinctio non mandantur per Papam Exequutori, ſed ip-
ſimet penſionario Transferenti, cui etiam id ſine Papæ
authoritate permittitur, ut per Lotter. *de re benefic. lib.*
5. quaſt. 40. numer. 43. Et hic eſt alter de duobus modis 1
prædictis transferendi penſionem; nempè per ſpecialem
facultatem penſionario conceſſam, poſtquam fuit ei dicta
penſio reſervata; licèt alio item modo dici poſſit, penſionem
ipſam transferri, nempè, quando illa de conſenſu ipſius
penſionarii, & ſolventis penſionem transfertur in alium
authoritate Papæ; quæ proinde de ſtylo Curiæ, non transla-
tio, ſed caſſatio penſionis nuncupatur, quamvis in ſubſtantia
ſit idem; ſed requiritur conſenſus titularis, de quo per Garc.
de benef. p. 1. c. 5. n. 251.

In præſenti tamen caſu translationis, illa fit per caſſationem, & extinctionem, ac novam reſervationem, ſine conſenſu titularis. Quæ quidem translatio facienda eſt

da eſt omninò, hæc forma ſervata, nempè, ut prius illa caſſetur, & poſtea de novo reſervetur, ut infra.

Ratio autem, cur Romana Curia, ac Dataria, & Cancellaria Apoſtolica, in hujuſmodi penſionum tranſlationibus utantur hac forma, præter aliàs, quas ab antiquis, & peritis
2 Curialibus audivi, duplex aſſignatur: quorum altera eſt, quod quamvis in hujuſmodi tranſlationibus procedatur per viam caſſationis antiquæ penſionis, ac novæ illius reſervationis, hoc tamen procedit ad certos effectus, reſpectu ſcilicet mutationis perſonæ, ut unus ſolus poſſit exigere; & ut ſciatur, per cujus obitum debet penſio ipſa extingui, prout fuit dictum in una *Carpentoraten. Penſionis 29. Maii* 1602. *coram Cardinalo Lancellotto*, quæ eſt *deciſ.* 327. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* aliàs enim ſemper actio directò eidem Transferenti competeret, ad *tex. in l. ſi delegatio, C. de novat. Caſtr. in l. facta, §. ſi heres, num.* 4. *ad Trebell. ut per* Lotter. *d. lib.* 1. *quæſt.* 36. *n.* 64. cum re vera hic ſit penſio eadem in ſubſtantia, nec inducitur novum gravamen beneficio: ſuper cujus fructibus penſio eſt reſervata: ſed ſolum ſit mutatio perſonæ, & quidem delegatio ſolutionis alteri faciendæ, Crekem. *d. deciſ.* 1. *nu.* 2. *de rebus eccleſ. non alien.* Rota *deciſ.* 122. *nu.* 9. *par.* 1. *recent.* & fuit dictum in una Bononien. *Translationis Penſioni, coram Cardinale Millino*; *Ludovis. deciſ.* 18. *nu.* 3. *& ibi Addit.* 1. & in una *Segobien. Penſionis* 20. *Maii* 1598. *coram Corduba*, ſupra relata, & in una *Veronen. ſimilis* 14. *Ianuarii* 1613. *coram Veroſpio, impreſſa penes Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 555. cum aliis relatis per Buratt. *d. deciſ.* 638. *num.* 3. quibus ſic ſtantibus, perperam dicebant quidam antiqui, ac etiam alioqui peritiſſimi Curiales, quod nimirum aliquando hujuſmodi tranſlatio fit per viam ſimplicis tranſlationis, ut verè fit, ut ſupra diximus, aliquando verò, mediante caſſatione, & deinde nova penſionis reſervatione, & quod tranſlatio hoc ſecundo modo ſit quædam cæremonia; nam ex ſupradictis apertè conſtat, non eſſe aliàs cæremoniam, ſed expedit, ita fieri ex ſupra allegatis.

Altera verò ratio eſt, quod ſicut aliàs diximus, cum penſionis tranſlatio ſit odioſiſſima, non ita libenter Summus Pontifex illam ſimpliciter concedit: niſi per viam caſſationis primæ, & novæ creationis: ut proindè prorſus excludatur cujuſcunque hereditariæ ſucceſſionis ſpecies, prout eſt prohibitum in beneficialibus, ad *tex.* in *cap. ex tranſmiſſa, & ibi gloſ. in verbo, ſucceſſionem, de fil. presb.* & in *cap. conſuluit, ubi gloſ. in verbo, hereditaria, de iurepatron.* quare actio, ſivè jus illud omne, quod habebat Transferens, debet extingui, ut hac ratione jus illud novum, quod creatur in perſona Tranſlatarii, immediatè illi ſit, ac dependeat à Papa; quemadmodum contingit in renunciationibus beneficiorum, etiam ad ſavorem factis, in quibus Papa non prius confert, quàm per admiſſionem reſignationis extinguatur jus reſignantis, & ſic inducat novam vacationem, quarè fit, ut reſignatarius nullo modo intelligatur nactus jus aliquod à reſignante, ſed ab ipſo Papa duntaxat, Caſſad. *dec.* 15. *n.* 1. *fin. de prab.* Mandoſ. *ad reg.* 33. *quæſt.* 7. *num.* 8. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num* 24. *& quæſt.* 2. *num.* 13. prout eleganter more ſuo tradit Lotter. *d. libr.* 1. *qu.* 40. *numer.* 23. *&* 14.

Nam licèt ex communi, & notorio ſtylo Datariæ Apoſtolicæ, antea in ſupplicatione, & reſignatione beneficii diceretur in capite ſupplicationis *Reſignatio ad favorem*, quod ſervabatur tempore Pauli Tertii, Iulii etiam Tertii, Pauli Quarti, & Pii etiam Quarti, ac Pii Quinti; à tempore tamen Gregorii Decimitertii citrà, mandatum extitit in Dataria Apoſtolica per Matthæum Cõtarellum Cardinalem Prodatarium, de ejuſdem Gregorii ordine, ne deinceps apponerentur in ſupplicatione illa verba *in favorem*, tanquam non neceſſaria, & ſuperflua, teſte eod. Pariſ. *loc. cit. nu.* 36. licèt Papa non conſueverit admittere reſignationem in ſavorem certæ perſonæ factam pro alio, quam pro eo, in cujus favorem prædicta reſignatio facta eſt, Caſſad. *deciſ.* 1. *num.* 1. *de renunciat.* Mandoſ. *in praxi Sign.* Grat. *tit. reſignatione, verſ. Nec Papa*, id. Pariſ. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 54. prout aliàs diximus.

Docet enim Cancellariæ Apoſtolicæ praxis, ac ſtylus ſatis vulgatus; quod quando Papa providet de beneficio vacante per reſignationem; in ſuis manibus factam, ac per ipſum admiſſam, declarat tale beneficium per dictam reſignationem vacare, & de illo poſtmodum providendo, dat de reſervato, cum conſueto proœmio, videlicet, *dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, Decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Ac poſtmodum proſequitur, *Cum itaque poſtmodum tale beneficium, &c. per liberam reſignationem N: &c. in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam apud Sedem eamdem vacaverit, & vacet ad præſens, Nulluſque præter Nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, &c. prædictum beneficium Apoſtolica tibi authoritate conferimus, &c.*

Ex quibus ſatis apertè patet, quod reſignatarius habet prædictum beneficium abſolutè à Papa, non tamen ad vo- 3
tum, ſeu inſtantiam reſignantis, id. Pariſ. *dict. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 37. & 38.

Quare, exemplo hujuſmodi reſignationis, dicendum eſt in propoſito, quod tranſlatio penſionis duos implicat actus, 4
unum videlicet ex parte penſionarii antiqui, ideſt Transferentis, qui reſolvitur in ſimplicem conſenſum pro extinctione dictæ penſionis, alterum verò ex parte Tranſlatarii, qui proinde inſtat, ſibi novam ſimilem penſionem ſibi reſervari, & ſic creatio iſtius novæ penſionis, quæ fit authoritate Papæ, videtur moveri intuitu Tranſlatarii tantummodò, non autem perſonæ transferentis, quem ipſe Papa non contemplatur; niſi in eo actu extinctionis, eo modo, quo ſupra dictum eſt, nempè in reſignationibus ad favorem per quas ſatis viſum eſt, quod quamvis reſignans ita reſignet, ut beneficium conferatur certæ perſonæ, Papa tamen in litteris proviſionis beneficii vacantis, per hujuſmodi reſignationē, nullam hujus conditionis rationem ſe habuiſſe inſinuat, ſed precum duntaxat, & meritorum reſignatarii, prout ſunt ferè verba formalia Lotter. *dict. quæſt.* 40. *nu.* 25. ſubdentis ibi ex Rodan. de Simon. *cap.* 25. *ad fin. verſ. multi ſunt, n.* 27. quod notatur inſcitia eorum, qui hanc formam non intelligunt, & fortè de hujuſmodi reſignationibus ſcandalizantur; nam licèt dicantur fieri ad favorem, id tamen oportet referri ad uſum, ſeu ſtylum Curiæ, ita loquendi, habito reſpectu ad correſpectivitatem actuum; quia videlicet Papa non conferret beneficium viventis, niſi prius qui illud obtinet, reſignet.

Quod verò ad hujuſmodi tranſlationis formæ obſervan- 5
tiam, quæ omnino pro illius validitate, obſervanda eſt, plurimum erit invigilandum, ut illam, ordine in litteris facultatis præſcripto, ſervet ipſe Transferens, nempè, quod ad novam penſionis reſervationem nõ procedatur, quàm facta ſit prius illius caſſatio, & extinctio; aliàs enim tranſlatio prædicta eſſet ipſo iure nulla; prout fuit dictum in una *Iſpalen. Penſionis, quæ eſt deciſ.* 401. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.* idem Lotter. *loco citato num.* 42. ubi, quod cum ſit de forma, ut videlicèt præcedat extinctio, in ordine ad novæ penſionis reſervationem, ſi prædicta forma non ſervetur, nihil dicitur actum, & in terminis formæ litterarum facultatis transferendi, refert prædictam *dec.* 401. & aliam in una Maurianen. *Penſionis coram Pirovano* Pariſ. *lib.* 6. *quæſt* 4. *ſub nu.* 7. *verſ. Hoc enim caſu*, ubi quod ſtylus docet, ut de forma prius extinguitur penſio, & poſtea de novo ſimilis reſervetur; undè ſi ſecunda penſio non aſſignetur validè, tam reſpectu obſervantiæ formæ traditæ in litteris facultatis, quam aliàs quomodocunq; caſſatio non tenet; ac proinde, ubi in tranſlatione datur modus, eo non adimpleto, penſio prima non poteſt dici extincta, neq; à Transferente ius abdicatur, prout ea Alex. *conſil.* 73. *num.* 7 *lib.* 2. & Mohed. *deciſ.* 81. *&* 83. *concludit idem Pariſ. loco citato.*

Nam licèt regula ſit, quod penſio ſemel extincta non reviviſcit, ad not. *per gloſ. in Clem. Gratia, de reſcript. Iaſ. in l. qui res, §. aream, ff. de ſolut.* nihilominus ex eo, quod penſionarius Transferens nõ intendit aliter caſſare penſionem, niſi iuxtà formam, necnon contenta in litteris ſibi conceſſa facultatis, non valebit quidem tranſlatio, ſi prædicta forma non fuerit ſervata, etiam quoad habilitatem Tranſlatarii; & quod ille ſit de contentis in dicta facultate, aliàs enim ius non abdicatur à penſionario, prout dixit Rota in una Bononien. *Translationis penſionis*, quæ eſt *deciſ.* 446. *num.* 4. *p.* 1. *diverſ.* ubi, quod cum per Rotam iam deciſum fuerit, non abdicari ius à reſignante, niſi irrevocabiliter beneficium acquiratur reſignato, hoc etiam ratione correſpectivitatis procedit in tranſlatione penſionis, prout ſub *dicto n.* 4. *&* 5. *in fin.* nempè, ut fiat caſſatio ex parte penſionarii, ut valida ſit reſervatio in tranſlatarium, aliàs enim data nullitate unius ex prædictis actibus correſpectivis, corruit etiam alter ut in *dicta deciſ. eodem num.* 4. Pariſ. *lib.* 8. *quæſt.* 8. *nu.* 42. & dixit anteà Soccin. *conſ.* 26. *num.* 3. *lib.* 3. *Aym. conſ.* 192. *num.* 22. Rota

penes

7 *penes* Caval. *deciſ. 64. num.* 3. prout eſt hic, cum illa caſſatio
ſit correſpectiva ad reſervationem novæ penſionis, Rota
*deciſion. 327. num. 5. verſic. item quoad viam exequutivam,
part. 1. recent.*

Ac poſtquàm ſic caſſata, *& extincta fuerit, &c.*

Aliàs enim ſicut ſupra dictum eſt, niſi penſio fuerit prius
caſſata, & extincta, nulla erit ipſa translatio, etiam ex ſu-
pradicta dictione poſtquàm, quæ operatur conditionem *l.*
8 *ſi Titio, ff. quan. dies leg. l. 1. C. de his, qua ſub modo*, Bart.
*in l. quibus, §. terminus, num. 5. ff. de cond. & demonſtr. l. ſi
ita, ff. de leg. 2. cum aliis adductis per Illuſtriſs. Dom. Caro-
lum Marantam controverſ. utriuſque jur. reſp. 41. num.* 20.
cum Papa in præinſertis litteris facultatis transferendi, ſtu-
dioſè mandet ſervari ordinem ſcripturæ; ac proindè ille
omninò ſervandus eſt Rota *deciſ. 7. num. 12. in antiquior.*
Mandoſ. *ſuper reg. 16. quæſt. 48. per tot.* undè optimè tradit
idem Lotter. *dicto lib. 1. quæſt. 40. num.* 42. quod transferens
debet præcavere, ut actus ipſe explicetur ſecundum formam
à Papa traditam, nempè, ut præcedat extinctio in ordine
ad reſervationem novæ penſionis, ad evitandam dictam
nullitatem ex generali regula *l. uſufructu, cum ibi not. ff.
ſolut. matrim.*

Verum tamen eſt, quod licet Papa hic pro forma adiiciat,
ut penſio prius extinguatur, ac poſteà alia ſimilis reſerve-
9 tur; undè per hoc inducta ſit forma ſupradicta, non tamen
cenſetur illa impoſita ſupra formalibus, ac præciſis verbis,
undè illorum forma non ſervata, corruat actus translatio-
nis, ut eſt caſus in una *Recanaten. Penſionis coram Coccino*,
quæ eſt *dec. 153. par. 5. diverſ. recent.* in qua cum penſionis
translatio fuiſſet facta ſub his verbis, prout in inſtrumento
prædictæ translationis dicebatur, nempè *Transferens, pen-
ſionibus ſe ſpoliavit, illaſque tranſtulit in* N. proindè cum du-
bitaretur de validitate dictæ translationis, ex eo quod in
dicto inſtrumento non dicebatur, quod penſio fuerat prius
extincta, & caſſata, ac poſteà alia ſimilis reſervata, prout
cantant verba litterarum facultatis transferendi, & ſic vi-
debatur, prædictam formam non fuiſſe ſervatam.

Nihilominus fuit dictum, non exindè conſtare, Papam
voluiſſe in translatione exprimi verba formalia dictæ facul-
tatis, concernentia hujuſmodi translationem; prout ſervan-
dum eſſet, ſi ita voluiſſet; cum tunc non ſufficeret expreſſio
generalis, juxtà *tex. in l. ſi quis mihi bona, §. juſſum, ff. de acq.*
10 *hared.* nam cum dicta facultas non det certam formam ver-
borum, ſufficit quòd virtualiter ſit ſervata forma in faculta-
te, ſeù privilegio transferendi, licèt ſuperficialiter videatur
alius modus ab eo, qui datur in facultate transferendi, ex
Bald. poſt Jacob. Butrig. *in l. fin. nu. 2. & 3.* ubi etiam Alex.
num. 3. & 4. C. de procur. nam ſatis patet, quòd nihilomi-
nus adimpletur forma data in facultate transferendi circa
modum caſſandi, & reſervandi, quia cum caſſatio ſit actus,
11 qui originatur in conſenſu, & mera voluntate transferen-
tis, & perficitur in authoritate Exequutoris, hæc forma ſa-
tis adimpletur, ſi ipſe transferens declaret, ſe velle transfer-
re juxtà facultatem, conſentiens reſervationi faciendæ per
Exequutorem, etſi Exequutor dictum conſenſum recipit,
& admittit; prout fuit factum in caſu dictæ deciſionis, nam
cum ſit actus dependens à facto utriuſquè, optimè perfica-
tur in facto utriuſquè relativè ad facultatem.

Quod autem in hoc caſu dicta caſſatio reſultet quoad
perſonam, & conſenſum transferentis patet ex illis verbis
translationis, *ſeque ipſum de penſionibus ſpoliavit*, & quam-
vis ante dixiſſet, *tranſtulit, & transfert penſiones in N.* &
poſteà ſubjungatur, *ſeq; penſionibus ſpoliavit*; ſenſus iſtorum
verborum eſt, quod caſſabat penſiones ad effectum, quod
transferrentur per Judicem electum in N. verba etenim in-
ſtrumenti translationis, erant ſequentia, videlicet, *Et eun-
dem Prothonotarium ſic electum requiſivit, quatenus pen-
ſiones prædictas prædicto N. reſervare, conſtituere, & aſſi-
gnare, ſeu translationem per ipſum factam, conſenſumque,
ut ſupra præſtitum recipere, & admittere vellet, & deberet*;
quare ſi voluit, Prælatum electum poſſe reſervare, conſti-
tuere, & aſſignare, utiquè transferens habuit intentionem
caſſandi, & transferendi, ut patet ex illis verbis, *ſeu trans-
lationem per ipſum factam, &c. conſenſum, ut ſupra præſti-
tum, recipere*, & in neceſſariam conſequentiam dat illi fa-
cultatem caſſandi, & reſervandi: prout ſunt ferè formalia
verba prædictæ *deciſionis ex num. 11. uſque ad verſic. quo ve-
rè ad formam.*

Quarè ex prædictis patet, quod ſupradictæ formæ in
litteris translationis traditæ ſatisfieri intelligitur, non ſo-
lum ſi explicitè extinguatur antiqua penſio, & ſimilis no-
va reſervetur, prout ſonant verba dictæ facultatis, ſed etiam 12
ſi implicitè: nam facultates non pro forma id exigunt, ut
extinctio, ſeù caſſatio, ac ipſa nova reſervatio fiat explici-
tè; ac propterea intrat regula, quod implicitum æquipol- 13
leat explicito; ac proindè hæc formula poteſt adimpleri per
æquipollens, *l. ſi mater, cum ibi not. Cod. de inſtitut. & ſub-* 14
ſtitut. licèt aliter dicendum eſſet, ſi etiam pro forma eſſet
poſitum, ut explicitè, & verbis expreſſis fieret extinctio, 15
& reſervatio, prout optimè comprobat Lotter. *dicto lib. 1.
quæſt. 40. num.* 45.

Nam licet videatur, formam non poſſe per æquipollens
adimpleri, *vulg. jur.* hoc tamen procedit, quando pro for-
ma ipſa requiritur certa verborum expreſſio, per *text. in
Clementina appellanti*, ibi *nominatim duntaxat expreſſis,
de appellat.* Rota *deciſ. 246. num. 10. & 11. part. 1. diverſ.*
ubi, quod licèt ſtatutum pro forma requirat ſubſcriptionem
coram Notario, & teſtibus, tamen non requirit pro forma,
quod exprimatur fuiſſe ſubſcriptum coram Notario, & te-
ſtibus, & ex atteſtatione Notarii conſtat, formam fuiſſe
adimpletam in forma ſpecifica; nam aliud eſt formam adim-
plere, aliud verò probare formam; quare ubi non dubita-
tur, niſi de ſolemnitate ſubſtantiali, an adhibita illa fuerit,
vel nè, ſufficit ordinaria probatio: prout dicimus de ſo-
lemnitate ſeptem teſtium requiſitorum in teſtamento, quæ
probatur per ordinariam probationem duorum teſtium,
juxtà *not. in l. 2. Cod. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* & quòd ſi
Notarius dicat, quod interfuit teſtamento unà cum ſeptem
teſtibus ibidem deſcriptis, ſibi creditur, & valet teſtamen-
tum, licèt talis ſolemnitas ſit ſubſtantialis.

Et proindè, ſi in propoſito translationis Transferens
coram Exequutore explicet, ſe velle transferre penſiones,
juxtà facultates ſibi conceſſas, & quæ oculis ipſius Exequu-
toris ſubiiciuntur, & ipſe Exequutor, illis viſis, dicat, ſe
pariter transferre, juxtà eaſdem facultates, dicitur profe-
ctò ſatisfactum formæ: tùm vi relationis, ut dictum eſt,
tum quia unuſquiſquè ipſorum hoc agere intelligitur, quod
ad ſe pertinet; cum uterquè hoc unum intendat, ut trans-
latio fiat; nam cum illa fieri nequeat, niſi per extinctionem
primæ penſionis, & novæ ſimilis reſervationem, hoc ex
parte ſua implicat Transferens, ut conſentiat caſſationi,
Exequutor verò, ut novam ſimilem reſervet, ex vi neceſ-
ſitatis antecedentis; nam licèt aliud in ſuperficie verborum
videatur, tamen ex præmiſſis ſatis dicitur ſervata forma fa-
cultatis; ex eo, quod verba adhibita habent prorſus eam-
dem vim: prout optimè concludit idem Lotter. *dicta quæſt.*
40. *numer. 47. cum duobus ſequent.* ex juribus ibidem per
eum allegatis: niſi, ut dictum eſt, forma impoſita fue-
rit verbis.

Quòd tamen in litteris hujuſmodi facultatis nunquam
vidi practicari, ſed illam ſemper concedi ſub dicta formu-
la, cum expreſſis verbis, nempè caſſandi antiquam penſio-
nem, & novam reſervandi, licèt quoad reliqua requiſita,
aliquando diverſimodè pro qualitate Transferentium eo-
rumquè meritorum, autem aliàs, prout Summo Pontifici
viſum fuerit, & quocunquè modo concedatur ipſa formula
conſideranda eſt, & obſervanda: nè forte actus translatio-
nis reddatur inutilis, ut advertit idem Lotter. *loc. cit. n. 62.
& 63. qui n.* 138. ait, quod in dimetienda facultate transfe-
rendi ſemper obſervatur tenor illius litterarum.

Vſque ad ſummam C. *Scutorum, ſeu ducatorum.*

Igno-
ratur quandoquè in Romana Curia, tempore impetratio-
nis prædictæ facultatis, an penſio, quæ petitur transferri ſit
in ſcutis, aut ducatis, ſivè in alia ſpecie monetæ reſervata:
ac proinde, ad cautelam fit expreſſio alternativa, ad effu- 16
giendas difficultates, quibus circa id ſuſcitari poſſent per
Exequutorem electum: prout non ſemel evenire ſcimus: li-
cèt viderimus poſteà reſolutum, non obſtare, quod ſivè
ante, ſivè poſt translationem, & in illius inſtrumento fue-
rint apposita dicta verba *ſcutorum, ſeu ducatorum*, etſi talis
expreſſio, tanquam alternativa, videretur excludere cauſæ
cognitionem, & certitudinem juriſdictionis, ſed tamen
fuit ſemper tentum, ad hunc effectum, ſatis eſſe, ut non
ignoretur penitus juriſdictio prædicti Exequutoris, &
principale fundamentum ipſius, cum reſpectu aliorum, no-
titia non conſideretur, putà, qualitatum, modorum, &
quantitatis, aut acceſſorii; nam licèt ubi Judex verè habet
juriſdictionem, & credit, ſe eam habere, & in ea ſe fundat,

alta-

ſi tamen de ea non ſit certus, nihil agat, & ille defectus iuriſdictionis noceat, ut per Bart. *in leg. multum, ff. de cond. & demonſtr.* attamen, ut ait Bald. *in capit. cum ex officiis de praſcript.* ſufficit tamen quod Iudex ſciat principale, licèt ignoret acceſſoria; & cum ſimus in beneficialibus, in quibus quis dicitur habere nedum iuriſdictionem, verum etiam exercitium, antequam id ſciat, ac propterea ſufficit, quod opinio habètis iudicare in beneficialibus concordet cum veritate, licèt ignoret ſe iudicem, ut in una *Segobien. Penſionis 11. Decembris 1587. coram Pamphilio* in qua fuit dictum, hoc maximè procedere, cum ſimus in mero Exequutore, qui non debet interponere aliquam cauſæ cogitationem, ut per Grat. *diſceptat. forenſ. ca. 551. num. 9. & 10.*

Cum verò hic petita fuerit, & conceſſa facultas transferendi prædictam ſummam ducatorum C. penſionis, quàm ipſe Transferens aſſerit ſibi reſervatam ſuper fructibus, &c. illa ita demum eſt accipienda, ne videlicet, excedat medie- 17
tatem valoris fructuum eiuſdem beneficii, ſuper quibus eſt penſio ipſa reſervata ad præſcriptum *Conſtitutionis fel. record. Vrbani Papa VIII. Roma publicata die 24. Ianuarii 1624* quia nedum revocantur facultates diſponendi de officiis vacabilibus Romanæ Curiæ, verùm etiam moderantur indulta transferendi penſiones: nam per eandem Conſtitutionem volens ipſe Pontifex proſpicere exonerationi beneficiorum eccleſiaſticorum, omnes, & quaſcunquè facultates, indulta, & privilegiata transferendi quaſcunquè penſiones annuas, quæ tamen per exactionem integrarum huiuſmodi ab ipſis Translatarius factam realem, & actualem effectum ſortita non ſunt, reduxit ad ſummam, quæ medietatem veri valoris beneficii non excèdat: ita ut ſuſtineatur penſio ipſa circa eam quantitatem. Cuius quidem Conſtitutionis tenorem hic inſerere placuit, qui talis eſt, videlicet.

Sanctiſſimus D. N. D. Vrbanus Divina providentia Papa VIII. pro Sedis Apoſtolica indemnitate officiorum quorumcumque vacabilium Romana Curię ad collationem, ſeù conceſſionis dicta Sedis quomodolibet pertinentium liberę diſpoſitioni, & devolutioni ex perſonis illa obtinentium provenire ſolita, & quandoque imminenti, necnon exonerationi beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumlibet proſpicere, prout par eſt, intendens; omnes, & quaſcumque facultates, indulta, & privilegia diſponendi quovis modo de officiis prædictis, ſeù eorum pretio abſque ſpeciali ſuo, & ſucceſſorum ſuorum Roman. Pontificum pro tempore exiſtentium aſſenſu, & beneplacito de tempore diſpoſitionis hujuſmodi interponendo etiam per viam ſurrogationis, tranſlationis, vel deputationis, etiam prætextu conceſſionis tituli, & officiorum hujuſmodi locis piis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine, cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & vim contractus importantibus, ac aliis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores haberi voluit pro expreſſis, vel aliàs quovis modo, & ex quavis cauſa facta etiamſi illorum vigore ad deputationem, & reſignationem hujuſmodi, vel aliam quamvis diſpoſitionem proceſſum fuiſſet, ac etiamſi officia ipſa tempore conceſſionis indultorum hujuſmodi actu vacarent in ea parte, qua vivente Roman. Pontifice illorum auctore conſummata, & realem effectum ſortita non ſunt ſalutis tamen remanentibus decretis, & reſervationibus diſpoſitionum in conceſſione officiorum, tunc actu vacantium particularibus perſonis dumtaxat, non autem Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, vel Capitulis facta interpoſitis, ipſorumque decretorum tranſlationibus; necnon transferendi quaſcumque penſiones annuas ſuper Patriarchalium, Metropolitan. Cathedralium, & Abbatialium menſarum, & quorumvis Eccleſiaſticorum, tam ſæcularium, quàm regularium beneficiorum quomodocumque qualificatorum fructibus, tàm certis, quàm incertis, ac etiam diſtributionibus quotidianis reſervatas, quæ tamen per exactionem integrarum penſionum hujuſmodi ab ipſis tranſlatariis factam realem, & actualem effectum ſimiliter ſortita non ſunt pro ſumma; quæ medietatem veri annui valoris fructuum menſę, ſeù beneficii, ſuper quibus penſio transferenda, ſeù tranſlata reſervata reperitur, excedat quibuſvis perſonis, etiam Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus,, ſive etiam ad favorem quorumcumque locorum, piorum, & collegiorum quovis intuitu, & conſideratione etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, necnon clauſulis, & decretis paribus, quorum tenores ſimiliter pro expreſſis haberi voluit, tàm per quoſcumque Rom. Pontifices prædeceſſores ſuos, quàm S. Suam conceſſa hactenus, revocavit, caſſavit, & annullavit, ac viribus, & effectu evacuavit; ita tamen, ut facultates transferendi penſiones hujuſmodi pro ea parte, quæ medietatem fructuum, etiam incertorum, vel diſtributionum, quatenus ſuper illis ſint impoſitæ, non excedat firmæ, & illeſæ remaneant. Et inſuper voluit, & ordinavit, eos, qui prætextu exceſſus medietatis fructuum, ſeù diſtributionum hujuſmodi partem penſionum tranſlatarum ſolvere recuſaverint, ad exceſſum ipſum probandum teneri; nec interim præſentis diſpoſitionis prætextu proceſſum executivum, aut ſolutionem integræ penſionis, quatenùs aliàs illis locus, ſit impediri, aut retardari debere. Decernens ſic in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ipſoſque met Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper præmiſſis per quoſcumque etiam prætextu facultatum, indultorum, & privilegiorum prædictorum ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, facultatibus, indultis, & privilegiis aliiſque præmiſſis, necnon ſtatuto, ordinatione, & declaratione Suæ Sanctitatis in craſtinum ejus aſſumptionis ad Summi Apoſtolatus apicem editis, & in Cancell. Apoſtolica ſub die xxi. menſis Octobris anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi tertii publicatis; quodque dicti S. R. E. Cardinales in Conſtitutionibus, & regulis per Sanctitatem ſuam poſt priorum ſuarum Conſtitutionum, & regularum editionem, & publicationem faciendis non includantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel ipſæ Conſtitutiones, & regulæ edendæ ipſorum Cardinalium, vel majoris partis eorum Conſilio, editæ fuerint, aliiſque regulis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque nequaquam obſtantibus.

Placet, publicetur, et deſcribatur M.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta Conſtitutio Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, Die verò Veneris vigeſima quarta menſis Januarii, Pontificatus Sanctiſſimi D.N. Urbani Divina Providentia Papæ Octavi, Anno Secundo.

Marcus Antonius Aſcentius Procuſtos.

Circa quod etiam pro hac noſtra praxi notandum duximus, quod ſi translatio prædicta excedat hujuſmodi valoris medietatem, non ideo reddetur invalida in totum, ſed tan-
18 tummodò in exceſſo, & in reliquo ſuſtinetur, quod nedum habetur ex verbis ejuſdem Conſtitutionis, ſed etiam ex pluribus deciſionibus; namque in una *Valent. Penſion. penes Mant. dec.* 173. *ante nu.* 1. concluſum fuit, quod translatio penſionis uſque ad dimidiam valoris beneficii, debet ſuſtineri, quia ſumma eſt dividua, & ideo utile per inutile non vitiatur, & in *d. num.* 1. fuit reſponſum, non obſtante, quod ſi conſtitutio penſionis ſit nulla in uno obolo, corruat in totum, ut dicitur in una *Somana Grani de Inſtinis die* 4. *Novembris* 1573. quia hoc intelligitur in reſervatione penſionis in caſu reſignationis beneficii, quando videlicet aſſeritur, penſionem impoſitam non excedere dimidiam partem fructuum, & contra obiicitur, penſionem eſſe nullam, propterea quod verè dimidiam partem excedat; nam in eo caſu, cum expreſſio valoris habeat vim conditio-
20 nis, ſi illa non eſt vera gratia, tanquàm ſubreptitia in totum redditur nulla, ex Felin. *in capit. dudum, numer.* 5. *de præſumpt.*

Ex hac igitur ratione, cum penſio fuerit authoritate Papæ reſervata, cum clauſula, *Dummodo medietatem, ſeu tertiam partem fructuum non excedat*, ſi exceſſerit, non vitiatur in totum, ſed reducitur ad medietatem, vel tertiam partem fructuum. Sic etiam dicendum eſt in caſu illius translatio-
21 nis: enim ratio diverſitatis reddi non poſſit inter reſervationem, & translationem: quia etiam translatio fit authoritate Papæ, & cum translatio ſicut reſervatio ſit individua, quia ipſe Papa hoc ſolum voluit, ut penſio dimidiam, vel tertiam partem fructum non excedat, ideo uſq; ad eam partem, quę non excedit, debet ſuſtineri, nec utile per inutile vitiari in dividuis; *cap. utile, de reg. jur. in* 6. Anchar. *conſ.* 215. *num.* 5. Bellam. *conſil.* 42. *nu.* 11. *l. Sancimus, C. de donat. Roman. conſ.* 348. *nu.* 4. Bald. *in l. græce, §. illud, ſub n.* 1. *ff de fideiuſſ.* & fuit etiam dictum in *Vicentin. Penſionis, coram eodem Mant. ut in deciſ.* 153. *per tot.*

Et quamvis hæc videantur aliquantulum levia, ſunt nihilominus in praxi apprimè notanda; quia frequenter occurrunt: ac propterea hæc videtur regula conſtituenda, nempè, quod quando penſio à Papa reſervatur ex cauſa lucrativa, & cum Clauſula *Dummodo medietatem, ſeu tertiam, vel aliam partem fructuum non excedat*, ſi poſtmodum exceſſerit, gratia reſervationis non vitiatur, ſed reduci debet, eo modo, quo ſupra dictum eſt.

Quod quidem procedere certum eſt, etiam in caſu translationis penſionis: ex eo, quod translatio, ſicut reſervatio penſionis, quoad hoc, pari paſſu ambulant, ut jam dixi-
22 mus. Ratio enim eſt, quia in his caſibus gratia non fundatur ſuper aſſertione partis, ut fuit dictum in *dicta Romana Grani coram Robuſtero.*

Quando verò penſio reſervatur ex cauſa oneroſa, puta reſignationis, permutationis, ſeù jurium ceſſionis, &c. ubi fuerit narratum, penſionem reſervatam non excedere dimidiam, vel tertiam partem fructuum, & obiiciatur, penſionem eſſe nullam; ex eo, quod verè dimidiam, vel tertiam partem fructuum excedebat, prædicta reſervatio corruit in totum: cum expreſſio facta per impetrantem, habeat vim conditionis: qua vera non exiſtente, gratia tanquam ſubreptitia corruit in totum, ut in *d. Romana Grani*, quàm ad id etiam refert *Martſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. ſubdens *num.* 4. quòd hæc ratio ceſſat, cum reſervatur penſio, aut transferatur, cum ſupradicta clauſula *Dummodo &c.* quia tunc, cum gratia non fundetur ſuper narrativa partis, ut dictum eſt, ſed Papa ſolum velit, quod penſio dimidiam, aut tertiam partem fructuum non excedat, gratia ſuſtinetur uſq; ad valorem expreſſum.

Sic igitur intelligendum eſt in caſu præſentis translationis: eo magis, cum idem Urbanus id declaraverit in prædicta Conſtitutione; dum voluit, quod hujuſmodi facultates transferendi, pro ea parte, quæ medietatem fructuum non excedunt, firmæ remaneant.

Etiam ſi ſuper illis *Aliæ penſiones annuæ reſervatæ exiſtãt.* Hęc clauſula, quæ quandoque in ſimilibus facultatibus adiicitur, ſuperflua videtur, cum ſatis ſuperque conſtet, quod illis non ſit facienda mentio, quod beneficium, ſuper cujus fructibus eſt reſervata penſio, quæ transfertur, ſit alia penſione gravatum: quod tantum requiritur in reſervatione ipſius penſionis à principio: cum ſit magis odioſa, tanquam impoſitio ſervitutis, quàm ſi facultas transferendi & ſic protogandi ipſam ſervitutem, ſemel iam impoſitam, (licèt nonnulli contrarium ſentiant, prout alias diximus) & tenuit Rota in una *Veronen. Penſionis* 14. *Ianuarii* 1624. *coram Voroſpio*, & una *Regien.* 26. *Novembris* 1622. & 17. *Iulii* 1624. *coram Pirovano* relatis in una *Ferrarien. Penſionis impreſſa penes Vivian. poſt prax. juriſpatr. deciſ.* 92. *nu.* 20. & 21. & ſequuta eſt Rota *in una Firman. ſimilis, coram Durano*, quæ eſt *deciſ.* 46. *num.* 7 *p.* 5. *recent.* quod quidem non procedit in translatione; ſi in ea non ſit facta mentio de aliis oneribus, prout etiam docet quotidiana praxis, qua habetur, ut in ipſo actu translationis, non ſit neceſſe facere mentionem de antiquis beneficii gravaminibus; cùm per talem actum non in- 23
feratur novum gravamen ex pluribus relatis per Lotter. *lib.* 1. *q.* 36. *num.* 124.

N. Clerico *Neapolitan.* Hoc autem, quando in facultate exprimitur qualitas capacitatis Translatarii, nempè, quod ſit Clericus, ut hic: quando verò in indulto, ſeù privilegio dicitur, quod penſionatius poſſit transferre in alios, non addita qualitate prædicta, tunc quidem intelligitur de ſimilibus perſonis ipſi Transferenti, ideſt Clericus: ex eo quod terminus, *alius*, implicat ſimilia, & paria, ac infert ſimilitudinem, & idem in qualitate, licèt diverſum in ſubſtantia, *l. ſi fugitivi, cum gloſ. fin. C. de ſerv. fugit. cap. cum non ab homine, de jud. cap. Sedes, & ibi omnes, de reſcript. Abb. in cap. Sacris, in* 3. *notab. de ſepult. Alex. conſ.* 34. *num.* 2. *vol* 2. *Iaſ. in leg. ſi unus, num.* 10. *de pact. Gonz. ad reg.* 8. *gloſ.* 3. *num.* 22. Garc. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *nu.* 140. *in fin.* ubi in propriis terminis, quod facultas transferendi penſionario Clerico conceſſa in alias perſonas, in-
telligitur de ſimilibus Clericis, prout fuit reſolutum in una 24
Terulen. Penſionis coram Penia 26 *Iunii*, & 13. *Novembris* 1596. & *in addit. ad d. num.* 140. ſubdens, quod fuit ſtylus Curiæ, juxta quem penſiones nunquam ſolent reſervari, pro Clericis eodem modo, ſicut non reſervantur, niſi iis, qui niſi illius capaces, ita quoque, nec transferuntur in eoſdem, qui proinde capaces debent eſſe tempore translationis; licèt quandoq; ex eodem indulto, aut aliàs reſervetur, cum clauſula, *ſi & poſtquam clericali charactere fuerit inſignitus*, ut aliàs diximus.

Et quia hujuſmodi incapacitas poteſt inſurgere, ſi forte Translatarius obtineat beneficia eccleſiaſtica, quæ propterea incompatibilia ſunt cum dicta penſione: proinde in omnibus ferè facultatibus transferendi datur clauſula,
Vni, vel pluribus aliis perſonis, &c. quæcumq; quotcumque, 25
& qualiacumque beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, &c. prout inter cęteros concedi conſuevit Epiſcopis in Capella Papæ Aſſiſtentibus, & quandoque additur, etiam Clauſula videlicet, *Vni, vel pluribus aliis perſonis eccleſiaſticis, vel etiam ſi clericali charactere tunc temporis nondum inſigniti ſint, cum clauſula tamen, ex tunc, prout poſtquam dicto charactere inſigniti fuerint, etiam quæcumque, &c.* aliàs tamen capacibus, prout etiam concedi ſolet in facultatibus Conclaviſtarum, & Dapiferorum, aliarumque perſonarum qualificatarum. Quare hodie nemini conceditur facultas transferendi penſionē in laicum, præterquā cum dicta clauſula, *Ex tunc, prout ex tunc, &c.* ad Lott. *lib.* 1. *q.* 40. *n.* 131. quæ quandoque in aliquibus ſimilibus facultatibus, neque datur, ſed dicitur, ut translatio prædicta fiat in eos, qui ſaltem fuerit clericali charactere inſigniti, prout omninò debent eſſe tempore translationis.

Nam licèt de jure communi laicus ſit capax penſionis, 26
ut per *Gigas de penſion. quæſt.* 21. de ſtylo tamen, & obſervantia Romanæ Curiæ, illa non reſervatur, niſi Clericis, qui ſint capaces beneficiorum, ſicut aliàs diximus; ita ut ſi penſionarius, tempore reſervationis, ſeù Translatarius, tempore translationis, non fuerit Clericus, vel perſona Eccleſiaſtica, aut alias dictæ penſionis capax, illius reſervatio, etiam per viam translationis, erit nulla, Rota *deciſio.* 20. & 108. *par.* 3. *diverſ.* & fuit reſolutum in una *Papie. fructuum* 6. *Iunii* 1607. *coram Card. Lancellotto*, & in una *Abulen. Penſionis* 11. *Maii eiuſdem anni coram Cardin. Sacrato*, cum aliis relatis per *Add. ad* Buratt. *dec.* 791. *num.* 5. & 6.

Nec tamen ſufficit ſimpliciter, quem eſſe Clericum tem- 27
pore reſervationis, ſeu translationis penſionis; namquè ſi ob aliquod impedimentum, ſeù defectum, clericatus non eſſet exequibilis, puta ſi fuerit excommunicatus, ſuſpenſus, aut alio modo effectus incapax beneficii eccleſiaſtici, erit proinde etiam incapax penſionis; niſi forte ſuerit penſio prædicta,

Papa

Papa ſibi reſervata cum clauſula *Teq; à quibuſvis, &c. abſolventes*, vel alias fuerit ab eodem præſumptiva diſpenſatione ad id diſpenſatur; alias prædicta tranſlatio erit nulla, ex traditis per Lotter. *d. q. 40. num. 148. cum pluribus ſeqq.*

Quare ex his circa ſufficientiam ſolius Clericatus ad penſionem obtinendam pro patiente defectum natalium, idem quoque dicendum eſt reſpectu ætatis, nam licèt in beneficiis ſimplicibus ſit per *Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. de refor.* proviſum, ut beneficium ſimplex quis obtinere nequeat niſi in 14. anno conſtitutus, eadem ætas non requiritur in obtinenda penſione eccleſiaſtica, ſed ſufficit ſimplex clericatus ritè collatus, nempè poſt ſeptennium completum, ut in *cap. ult. de temp. ordin. in 6.* ac etiam ex equibilis, & propterea, ſicut illegitimus promotus diſpenſativè ad Clericatum eſt capax penſionis, ita etiam dicendum eſt, ſi Papa diſpenſet cum infante ad Clericatum, nam ſic diſpenſatus efficitur capax dictæ penſionis, in eum, vigore facultatis transferendi in Clericos, tranſlatæ; & ſic Papa diſpenſando ad Clericatum, non opus eſt, ut diſpenſet etiam ad penſionem, cujus capacitas eſt conſequutiva ad Clericatum, ut optimè deducit idem Lotter. *loc. cit. n. 146.*

Benè tamen, pro hac praxi notandum eſt, quod quando Papa reſervat Infanti penſionem, exprimenda eſt infantilis hujuſmodi ætas, abſque tamen eo, quod detur diſpenſatio ad hujuſmodi penſionem; in cujus reſervationis litteris Cancellaria Apoſtolica dat prœmium *Infantilis ætatis indicia, &c.* & ſine expreſſione hujuſmodi ætatis, reſervatio erit nulla, &c.

Inſuper, datur quandoque hujuſmodi indultum transferendi, etiam in perſonas eccleſiaſticas, & ſunt milites, videlicèt Calatravæ, & S. Jacobi, & Alcantaræ, qui non ſolum ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, verum etiam religioſæ, & poſſunt obtinere penſiones, tum ea reſervatione, tùm etiam ea tranſlatione, Garc. *de benef. p. 1. c. 4. num. 15. & in addit. ad par. 1. cap. 5. num.* 140.

Alias enim tranſlatio fieri non poteſt in alias perſonas, in dicta facultate transferendi minimè comprehenſas; neque Transferens, etiam de conſenſu Executoris electi, poteſt conſentire in perſonam incapacem: quia non ſervaretur forma dictæ facultatis: qua non ſervata actus corruit Afſl. *deciſ.* 93. Menoch. *conſ. 72. num.* 10. & quatenus tranſlatio fieret in laicum, cum clauſula tamen, *ex tunc, cum fuerit clericali charactere inſignitus*, interim non poterit Tranſlatarius, ante clericatum exigere penſionem, & uſque in diem initiationis, poteſt Transferens exigere penſionem, ſic ut præfertur tranſlatam, perinde, ac nihil actum foret; ex eo, quod ſemper ante diem ipſius initiationis, vel conditionis eventum, nihil dicitur actum, ut per Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt.* 40. *num.* 21. & nos alibi diximus.

Bigamus quoq; diſpenſatus ad retinendas penſiones, cum ex bigamia remanſerit omni privilegio clericali denudatus, eſt etiam capax penſionis in illum transferendæ, etiam ex vi facultatis transferendi in perſonas eccleſiaſticas, ut fuit dictum in una *Firman. Penſionis coram Remboldo*, relata per Addit. ad Buratt. *deciſ.* 791. *n.* 15. *cum pluribus ſeqq.* & in aliquibus facultatibus retinendi penſiones pro perſonis plurimum qualificatis, ita conceſſum, vidi videlicet. *Tecum ut etiam ſi contigerit, vel non contigerit, te qualemcumque militiam cujuſvis Ordinis, & profeſſionis regularem ingredi, habitumque per illius fratres geſtari ſolitum, ſuſcipere, & profeſſionem per eos emitti conſuetam, expreſsè emittere, ac matrimonium, cum quacunque muliere etiam vidua, & ſucceſſivè, cum diverſis nupta, ac aliter corrupta ſemel, vel pluries, etiam præter, vel contra formam Stabilimentorum, & privilegiorum dictæ militiæ, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quacumque firmitate roboratis, contrahere, & ad ſecundas, ac etiam plura laicalia, ſeu matrimonialia vota, aut ſecundas nuptias tranſire, & carnali copula conſummare, ipſoque primo, & quocunque alio conſtante matrimonio, vel ante, ſeù poſt illud, quaſcunque penſiones annuas, &c.* prout vidimus præſertim in diſpenſatione conceſſa per Sixtum Quintum Michaeli Peretto Principi, ejus Nepoti, ſub *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Novembris* 1587.

Et licèt præmiſſa videantur comprehendere tantummodò diſpenſationem ad obtinendas, & conſequendas penſiones reſervatas, & reſervandas, non autem caſum tranſlationis penſionis, niſi exprimatur; ex eo, quod ſi reſervatarius non habeat facultatem transferendi, non dicitur conceſſa retentio cum facultate ſupradicta, cum illa non ſit quid acceſſorium ad penſionem, ſed quid extrinſecum, nec eſt de eſſe, & natura penſionis, ut ex Caputaq. *deciſ. 319. par. 2.*

Nihilominus, in ſupradicta diſpenſatione, ſub verbis retinendi, conſequendi, ac exigendi penſiones, prout dicitur in litteris dictæ diſpenſationis, comprehenditur caſus etiam per viam tranſlationis, prout fuit dictum in una *Eſina Penſionis apud Ludoviſ. deciſ.* 18. *n.* 3. in qua Domini dixerunt, nullam poſſe conſiderari differentiam inter penſiones reſer- 32
vatas, & tranſlatas, prout etiam nos alibi diximus; quia penſio tranſlata, dicitur etiam reſervari, cum in tranſlatione extinguatur penſio antiqua, & reſervetur nova ſimilis extinctæ, & apertè dicitur in una *Romana Penſionis* 17. *Junii* 1622. *n.* 10. quod penſio tranſlata comprehenditur ſub indulto retinendi penſiones reſervandas, quæ eſt penes Buratt. *dec.* 638. *n.* 10. Rota *dec.* 50. *n.* 30. *p.* 5. *rec.*

Ex quibus ſatis conſtat, quod ſtante hujuſmodi facultate transferendi penſiones in quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, utique tranſlatio fieri poteſt, etiam in eum, qui talis eſt, ex diſpenſatione Apoſtolica; per ea quæ tradit Anchar. *conſ.* 104 quod ſequuta eſt Rota *in una Veronenſ. Penſionis* 10. *Aprilis* 1572. *coram Robuſterio*; & in ſpecie de eo, qui tranſtulit in Clericum effectum bigamum, ſed per diſpenſationem habilitatum, ut per Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 40. *n.* 168. *& ſeq.* ubi alias ad id, allegat deciſiones.

Et ex hac eadem ratione, tranſlatio penſionis fieri poteſt, 33
etiam in Clericum illegitimum, nec refert, quod Bald. *conſil.* 202. *lib.* 2. dicat illegitimos non comprehendi, quaſi quod de illis Papa non ſenſerit: nam contrarium fuit à Rota firmatū, nempè, facultatem transferendi comprehendere omnes capaces penſionis, ut fuit dictum in una *Aquilegien. fructuum, penes Farinac. in poſth. dec.* 12. *n* 3. *tom.* 2. ubi quod tranſlatio penſionis fieri poteſt, etiam in filium illegitimum; quia ad effectum reſervandi, ſeù transferendi penſiones attenditur tantùm clericatus: quarè ſi Tranſlatarius illegitimus, fuerit ad clericatum per Epiſcopum diſpenſatus juxta *text. in cap.* 1. *de fil. presb. in* 6. poterit penſionem in illum tranſlatam retinere, & exigere, etiam quod de defectu natalium non fuerit facta mentio in reſervatione penſionis, vel in conceſſione facultatis transferendi, ut ex Rot. *deciſ.* 3. *de fil. presb.* concludit idem Lotter. *d. q.* 40. *n.* 144.

Unde habens hujuſmodi facultatem transferendi, poteſt transferre penſionem, etiam in ejus filium illegitimum: nec ad hoc refragatur Conſtitutio Clem. VII. quæ licet loquatur de beneficiis eccleſiaſticis, & penſio videatur eſſe bene- 34
ficium eccleſiaſticum: ex eo quod illa obtineri non poſſit, niſi à Papa, & reſervetur clerico, ac extrahitur de fructibus beneficii, & pendeat à beneficio, ſicut uſusfructus à proprietate, & ideò videatur, quod de ea ſit judicandum, ſicut de beneficio eccleſiaſtico, juxta tradita per Gigau. *de penſion. q.* 86. *n.* 5.

Nihilominus verius eſt, prohibitionem in dicta Conſtitutione contentam, non comprehendere penſiones: namq; illa ad hoc tantùm emanavit, ne detur ſucceſſio in beneficiis, & ne filius miniſtret, ubi ejus pater miniſtravit, uti patris hæres, ex *cap. ex tranſmiſſa, in fin. & cap. ad exstirpandas*, ubi Anton. de Butr. *de fil. presb.*

Quòd eſt ita intelligendum, etiam ſtante *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de reform.* ubi cavetur, ne liceat filiis Clericorum, qui non ex legitimo matrimonio nati ſunt, in Eccleſiis, ubi eorum patres beneficium aliquod eccleſiaſticum habent, aut habuerunt quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccleſiis miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere. Nam, ut reſolvit Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 23. potuit iſte habere penſionem ex cauſa, ut melius ſuſtentari valeat: qua- 35
rè hæc concluſio eſſet limitanda, quando pater habuiſſet penſionem ex cauſa reſignationis, ne nimium diſpendium patiatur, cum facultate transferendi; nam tali caſu non poſſet poſtea transferre penſionem in filium, ex cauſa ſupradicta, & in dicto Concilio contenta, Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 5. *num.* 23. dicens, quòd prædictum *Concilium Trident. loc. cit.* prohibet penſionem filio illegitimo reſervari, quando penſio eſt reſervata ſuper beneficio, quod habuit pater; quo caſu hodie fieri non poteſt; & ſic, ut dictum eſt, eam penſionem pater in dictum filium illegitimum transferre nequit, quæ ſibi priùs fuit reſervata ex cauſa dictæ reſignationis: quia, cum hujuſmodi penſio videatur ſuffecta in locum beneficii reſignati, intrat utiquè prohibitio prædicti *Concilii*

cilii Tridentin. loc. cit. Lotter. *lib. 1. quæſt. 40. num.* 196. ſi
penſio ſit reſervata ſuper fructibus beneficii, quod obtinebat,
ac proinde non poteſt pater ſuum beneficium reſignare ad
favorem tertii cum reſervatione penſionis ad favorem il-
lius filii illegitimi, ut ex Gamb. *de offic. leg. à lat. lib. 6. num.*
284. ait id. Lotter, *loc. cit. n.* 197

Vidi etiam facultatem transferendi conceſſam, per quam
penſio caſſata, & extincta poſſet de novo reſervari etiam S.
R. E. Cardinalibus, ſivè Patriarchis, Archiepiſcopis, & quā-
vis Militiarum, ac Hoſpitalium regularibus perſonis, &c.
aut aliàs ſimilibus de cauſis incapacibus, prout conceſſit Six-
tus V. Cardinali de Monte alto ſub Datum Romæ apud S.
Petrum 1588. Kal. Martii Anno quarto.

36 Namq; facultas transferendi, niſi aliud in ea exprimatur,
debet intelligi erga perſonas capaces, & quoad Epiſcopum,
37 certum eſt, illum non eſſe capacem penſionis, qui nec poteſt
retinere ſibi reſervatam ante promotionem ad Epiſcopa-
tum, ſine ſpeciali diſpenſatione, ut aliàs diximus Ror. *deciſ.*
233. *n.* 1. *p.* 1. *divers.* Gabr. *conſ. uls. n.* 1. cum aliis allegatis in
una *Carth. Translationis penſionis coram Manz.* prout in
una *Florent. Penſionis penes Farin. in poſth. dec.* 485. *tom.* 2.

Cum omnibus, & ſingulis *libertati-bus, im-*

munitatibus, exemptionibus, clauſulis, & decretis, ac aliàs mo-
8 *do, & forma in priori reſervatione contentis*. Ex quibus qui-
dem verbis videtur datus ordo procedendi pro conſequu-
tione penſionis translatæ: quinimmo datur quandoquè hoc
decretum, videlicet, *Decernentes præſentes litteras, &c. di-
cto Translatario in omnibus, & per omnia ſuffragari, & quo-
ad quaſi poſſeſſionem prædictam penſionem exigendi, in qua
exiſtis, per viam gratioſæ ſubrogationis ſubſtitutum, & ſubro-
gatum, eò ipſo cenſeri*; per quod quidem decretum, ex ſuppo-
ſitione poſſeſſionis, ſeù quaſi exigendi in ipſo penſionario,
9 Translatarius authoritate Papæ ſubrogatùr ad quaſi poſſeſ-
ſionem hujuſmodi. Præterea in ipſis facultatibus transferen-
di, ipſe Summus Pontifex decernit quandoque Titularem
teneri erga Translatarium eodem vinculo obligationis Ca-
meralis, quo tenebatur erga ipſum penſionarium Transfe-
rentem; ac propterea Translatario prædicto datur via exe-
quutiva ex pluribus, agendi ad ſolutionem penſionis, de
40 quibus per eundem Lotter. *d. quæſt.* 40. *num.* 240. *cum pluri-
bus ſeqq.*

Dicta authoritate *reſervare*: Quarè pro validitate, ac perfectio-

ne actus hujuſmodi translationis, Judici Exequutori, ad id
à penſionario electo, vigore litterarum facultatis, exhiben-
41 dæ illæ ſibi ſunt, & præſentandæ, ut ipſe poſſit reddi certus
de ſua juriſdictione, ne fortè obiiciatur poſtmodum de dicta
validitate: quarè illis non exhibitis, & præſentatis, prædicta
translatio non tenet, Ferrett. *conſil.* 85. *n.* 1. *lib.* 1. Creſcent.
42 *deciſ.* 13. *de conceſſ. præb.* Achill. *deciſ.* 7. *de penſ.* & proceſ-
ſus eſt nullus, etiam ſi prædictus Judex Exequutor ſciat, ſe
delegatum: cum illius juriſdictio pendeat ex productione
43 reſcripti, ut per Archid. *in cap. ſi is, cui, de offic. deleg.* Fe-
der. de Sen. *conſil.* 23. Bald. *in l. falſus, num.* 19. *Cod. de furt.*
unde non eſt ſtandum aſſertioni Exequutoris; niſi actus
præſentationis ſit extensè ſcriptus, ut dixit Rota *in una Tu-
den. Beneficii d. l. Roſal.* 12. *Decembris* 1594. & niſi litteræ
44 ſint originaliter regiſtratæ in actis. Undè nec eſt ſtandum
atteſtationi Notarii aſſerentis, in inſtrumento translationis
ſe vidiſſe, & legiſſe facultatem transferendi ſibi exhibitam;
quamvis atteſtetur de anno, menſe, & die conceſſionis illius
facultatis, niſi ſit per eum in inſtrumento regiſtrata, prout ex
infraſcripta formula patebit, & fuit dictum in una *Bonon.
Translationis Penſionis* 1. *Maii* 1618. *coram Domino Pa-
triarcha Antiocheno*, Achill. *deciſ.* 2. *de off. deleg.* ubi tamen
habetur, quod licet prædictus Exequutor non habeat juriſ-
dictionem, niſi conſtito de litteris, & talibus, quibus dari de-
beat indubitatas fides, ad *not. in cap. cum in jure peritus, de
off. deleg.* tamen fuit concluſum in una *Zamoren. Penſionis
de anno* 1540. validam fuiſſe translationem penſionis factam
45 coram Judice, vel Exequutore, vigore proceſſus fulminati,
in quo inſertæ erant litteræ poteſtatis translationis penſionis,
dummodò poſteà conſtaret de originalibus litteris, quando
opponebatur contra validitatem dictæ translationis: ex ea
quidem ratione, quia in caſu dictæ deciſionis prædictus
Exequutor non omninò proceſſerat ſine aliqua præſentatio-
ne; nam aderat dictus proceſſus, & cum inſerto detur fides,
parte non opponente, & cum fuerit oppoſitum, ſatis eſt,
quod fuerint oſtenſæ litteræ originales; prout neque poterat
opponi, quod non fuerat citatus Titularis in translatione
penſionis, quia non erat citandus; cum ſatis eſſet; quod
quando citaretur, poſſet opponere, & tunc ſatisfiet, & pro-
ceſſus fulminatus poterat admitti; quia non eſt ita ſimplici-
ter judicandus tanquam copia, vel inſertum, & Notariis
publicis, qui eos conficiunt, creditur cum pro illis ſit præ-
ſumptio, ut in dict. Achill. *deciſ.* 2.

Et ad hunc effectum ſufficit etiam reperiri dictam facul-
tatem in actis regiſtratam; ut dicatur Exequutorem vidiſſe,
& cognoviſſe, ac ſecundum tenorem ejuſdem facultatis ju-
dicaſſe: prout tenuit Rota *in una Segobien. Translationis
penſ.* 11. *Decemb.* 1587. *coram Cardinale Pamphilio*, Grat.
diſcept. forenſ. cap. 551. *num.* 1. *tom.* 3. ubi ex *ead. deciſ.* quòd
non poteſt obiici, Judicem non inſpexiſſe facultatem ſibi
præſentatam, quando ipſamet facultas inſeritur in inſtru-
mento translationis, ex juribus ibi allegatis, ubì etiam ait,
id eſſe plurimum notandum, per *tex. in c.* 1. *de ſent. excom.*

Vel quatenus præmiſſa deficerent, nec aliunde de dicta
exhibitione facultatis non conſtaret, ſatis eſſet id probari per
teſtes, qui deponant de exhibitione litterarum prædictæ fa-
cultatis coram dicto Exequutore: cum præſentatio reſcripti
poſſit probari per teſtes, *DD. in cap. quoniam contra, ubi* Fe-
lin. *n.* 56. *&* Dec. *num.* 234. *& ſeq. de prob.* cum aliàs non 46
ſit credendùm, fuiſſet tale indultum, ſeù facultatem, aut
privilegium conceſſum, niſi illius tenor exhibeatur, aut mo-
do præmiſſo probetur: nam cum ſit quid facti, non præſumi-
tur, niſi probetur, *l. in bello, §. capti, ff. de capt. & poſtlim.
reverſ.* & cum talis exhibitio poſſit probari per dictos teſtes,
inſertio, ſeù regiſtratio dictæ facultatis non eſt præcisè ne-
ceſſaria, ſed duntaxat eſt neceſſarius actus prædictæ exhibi-
tionis, ut per Innoc. *in cap. quoniam contra n.* 4. *de probat.*
cum talis actus poſſit explicari extrajudicialiter; ex eo quod
non agitur coram Judice, ſed mero Exequutore, qui non
debet interponere aliquam cauſæ cognitionem, ex pluribus
adductis per Lott. *d. q.* 40. *n.* 39.

Et quoniam, ſecundum ſtylum quorumdam Notario-
rum, dicta facultas non conſuevit in inſtrumento ipſius
translationis, & in corpore illius inſeri, & propterea vide-
mus quandoq; hanc eandem facultatem apponi in fine ipſius
inſtrumenti translationis, poſt conſuetam Clauſulam *Actū,
&c.* licèt per eam denotetur, quod omnia ſequentia faciant
diverſum actum, & inſtrumentum: nihilominus verius eſt,
quod ſufficiat ad id ſubſcriptio Notarii, cum illius fides de
rogitu talis inſtrumenti ſit poſt prædictam regiſtrationem
dictarum facultatum, prout in propriis terminis comprobat
Grat. *d. cap.* 551. *n.* 1. *cum pluribus ſeqq. tom.* 3.

Verum, cum hæc materia translationis ſit nimis delicata 47
& periculoſa circa obſervantiam illius formæ, necnon exhi-
bitionem prædictarum litterarum, magis tuta erit praxis,
ſi in ipſo translationis inſtrumento, & in illius corpore, lit-
teræ inſerantur per extenſum, nihil penitus omiſſo, & pluri-
mum proderit ſi ipſe Notarius in dicto inſtrumento adiiciat 48
Clauſulam, *non ſolum iſto, ſed omni alio meliori modo*; prout
in infraſcripta formula inſtrumenti, quæ etiam in caſu
hujuſmodi translationis comprehendit alios modos non
expreſſos, ut habetur in una *Romana Penſionis coram Bu-
ratto*, quæ in ſuis eſt *deciſ.* 12. *n.* 13. per quam quidem Clau-
ſulam fuit ibi dictum, non obſtare deducta contra transla-
tionem, nempè, quia perſona electa proceſſerit, uti Judex,
non citatis titularibus, quia, ultrà quod proceſſit vigore fa-
cultatis, ac cum Clauſula, *& aliàs omni meliori modo*, potuit
Exequutor, lato vocabulo, Judex appellari, neque citandi
erant, qui contradicere, & impedire non poterant, ex Ol-
drad. *conſ.* 95. & aliis ibi citatis.

Uſus tamen nonnullorum Notariorum eſt, ut licèt præ-
dictæ litteræ translationis, non inſerantur in dicto inſtru-
mento translationis, illorum tamen tenor in illo ſummatim
exprimatur, cum die, & anno, ac mentione dictæ facultatis,
& de regiſtratione inferius facienda, quod facit, ut hujuſmo-
di litteræ dicantur virtualiter inſertæ, & regiſtratæ in cor-
pore inſtrumenti, juxtà *tex. in l. aſſe toto, ff. de hær. Inſt.* ubi
dicitur, valere inſtitutionem de eo, qui fuerit factus hæres
in Codicillis inferius inſerendis, vel in ſchedula exiſtente
apud talem, vel denominando per aliquem; quaſi in una
ſcriptura videatur contineri aliud, quod adeſt in alia ad
quam refertur, idem Grat. *loc. cit. num.* 7. *&* 8. ſubdens nu-
mero undecimo, quod ſi conſtet, litteras facultatis non
adfuiſſe, quamvis per Notarium, ſeù Exequutorem aſſere-
retur, ſe illas vidiſſe, non erit ſtandum eorum aſſertioni-
bus, ut per *DD. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.*

Licèt aliud dicendum ſit, quando adeſt regiſtratio facultatis in actis; cum ex ſola illius exiſtentia, inducitur notitia abſque alia probatione ex eod. Grat. *loc. cit. d. n.* 58. ubi cum ageretur de tranſlatione penſionis facta per familiares Summi Pontificis ex illorum privilegiis notoriis, in Curia typis impreſſis, ac publicatis; quorum notitia habebatur per Exequutores, cum omnibus facultatibus in eis contentis, ait, quod ex hoc dicuntur certi de eorum juriſdictione, ut poſſint illis habere fidem, abſque eo, quod de nullitate dictæ tranſlationis valeat opponi, ut id *d. Segobien. Tranſlationis*, cum ſtante iſta notorietate, valeat proceſſus in ſimilibus cauſis; ſi poſtea de notorio conſtet, prout ſupra diximus, & per Afflict. *deciſ.* 178. *n.* 7. *in fin.* Jaſ. *conſ.* 86. *lib.* 3.

Unde tranſumptum impreſſum in caſu præmiſſo, ſufficit:
49 cum illud faciat fidem ad effectum validitatis hujuſmodi tranſlationis tanquam ſit actus extrajudicialis; & ſatis eſt, inde Judicem eſſe certum de ſua juriſdictione, ut dictum eſt: quicquid aliàs in judicio, parte opponente, ad effectum concludentis probationis requireretur: quia opus eſſet tunc ſubſcriptione Notarii, & ſigillum alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, prout diſtinxit Rota in una *Lucanen. Penſionis* 17. *Febr.* 1592. *coram Orano*.

Quarè videmus practicari, quod omnes, qui ex privilegio impreſſo in ipſa Curia Romana, volunt transferre ſuas penſiones, ſi ipſi tempore tranſlationis fuerint extra dictam Curiam, exhibeant eorum facultatem idest illarum copiam
50 impreſſam, cum ſubſcriptione alicujus Notarii, ac ſigillo alicujus Prælati in eadem Curiam exiſtentium. Quinimo videmus pariter nonnullis ex prædictis facultatibus, ſicut etiam Conſtitutionibus Apoſtolicis, id in illarum calce aduci per hæc verba, videlicet, *volumus autem, quod præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa*. Quare cum penſionarius transfert extra Urbem, parte opponente, tenetur exhibere tranſumptum impreſſum, cũ ſigillo, & ſubſcriptione prædicti, ut dictum eſt, nempè Notarii, & perſonæ prædictæ in dicta Urbe exiſtentium, ubi litteræ originales ſunt cognitæ, etiam ipſis Exequutoribus in eadem Urbe, ſtante impreſſione, in ea facta, & in bullario inſerta, præſertim ad favorem Conclaviſtarum, & militum Lauretanorum, &c.

Et quod hæc copia dictorum privilegiorum impreſſa, ſufficiat, fuit dictum in una *Roman. ſeu Neapolitan. Tranſlationis penſionis coram Caval. deciſ.* 643. *n.* 9. *ex* Put. *deciſ.* 245. *n.* 3. *lib.* 3. *& per* Rot. *deciſ.* 689. *in fin. p.* 4. *diverſ.* cum prædicta copia ſit ſubſcripta à Notario, & eſſemus in tranſlatione facta in Curia.

Sicut dicendum eſt etiam de Conclaviſtis, & aliis ſimilibus, quorum privilegia ſunt, etiam notoria in Curia, &
51 ſtante impreſſione, & inſertione in bullario, non poſſunt dici, quod ſint ſimplex copia; ac propterea poteſt etiam Exequutor fidem adhibere ſimili copiæ impreſſæ; aut ſi tranſumptum facultatis exhiberetur inſertum in aliqua ſcriptura authentica; quia etiam hoc ſufficit pro reddendo Exequutore certo de ſua juriſdictione, id. Grat. *d. cap.* 551. *n.* 16. *&* 17. Lotter. *de benef. d. q.* 40. *n.* 53. ſubdens *n. ſeq.* id intelligi, ſi poſtmodum fiet fides de ipſis originalibus, ut dicitur in *d. dec. Achill.* 2. *ſub n.* 6. quod quidem plurimum obſervandum in praxi ait id. Lotter. *loc. cit. n.* 34.

Si autem tranſumptum ſimplex factum à Notario produ-
52 ceretur, illud nullam fidem faceret, ſed ut dictum eſt, poteſt fieri, cum proceſſu fulminato; quia illud habet majorem vim; nam in eo inſeritur facultas transferendi, & Judex poteſt dare fidem inſerto, & exemplo, parte non opponente, ut dicitur in una *Zamoren. Penſionis* penes Put. *dec.* 245. *lib.* 3. *per tot.* ubi *n.* 4. quod tantò magis in eo caſu procedit, cum non ageretur de nudo exemplo; attento, quod Judex atteſtabatur, ſe vidiſſe litteras originales, & eas inſeruerat, & ſuum ſigillum poſuerat, ut merito Judex transferens adhiberet fidem ipſis litteris, juxtà *not. in d. cap. cum in jure peritus, de off. deleg.*

Hoc autem, circa exhibitionem litterarum prædictæ facultatis, regulariter in omnibus tranſlationibus procedit, præterquam, ubi Transferens, vel eximitur ab iſta exhibitione litterarum, prout erant olim Milites SS. Petri, & Pauli, & alii, qui hanc facultatem habebant; quæ jam, ut aliàs diximus, fuerunt per Pium V. revocatæ, quibus vigore ſimilis facultatis transferendi conceſſum erat, transferre penſiones coram Notario, & teſtibus; quia tunc iſti poterant transferre, etiam non oſtenſis eorum privilegiis, Garc. *de benef. p.* 6. *cap.* 2. *n.* 15.

Cum autem, ſicut in proviſionibus beneficiorum eccleſiaſticorum, à Summo Pontifice impetratorum, requirantur litteræ Apoſtolicæ, ita pariter ſuper reſervatione penſionis annuæ ſuper hujuſmodi beneficiorum fructibus debent pariter expediri; cum clarum ſit, ex *regula* 27. *Cancellariæ de non judicando juxta formam ſupplicationum, ſed litterarum expeditarum*, ac propterea Judices in Romana Curia, & extra eam, juxta formam ſuper impetrationibus, & conceſſionibus litterarum judicare debeant, fuit pluries dubitatum, an in penſionis tranſlatione, juxtà formam facultatis transferendi, traditam, requirantur litteræ Apoſtolicæ.

Et quidem negativa prorſus eſt reſponſio, prout in quoti- 53
diano uſu, & practica habetur. Ratio etenim ea eſt, quia hujuſmodi tranſlatio de Transferente in Tranſlatarium virtute inſæ facultatis Judici electo præſentatæ, habet vim litterarum Apoſtolicarum ſuper nova penſionis reſervatione per dictum Exequutorem facienda; itant perinde ſit, ac ſi ab ipſomet Papa facta fuiſſet hujuſmodi tranſlatio, & reſervatio in perſonam Tranſlatarii; quia ipſe Exequutor, quoad hoc, repræſentat perſonam Papæ; unde intrat regula, quod *omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur*, *vulg. jur.* & ſicut quando ipſemet Papa reſervat penſionem, dicit in ſuis litteris ſuper hujuſmodi reſervatione, *Reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus*, ita pariter concedit penſionario; ut Judex per eum electus ipſam penſionem reſervet, conſtituat, & aſſignet Tranſlatario; ut habetur in prædicta formula facultatis transferendi, & patet ex Put. *in Tullen. Parochialis, quæ eſt dec.* 14. *lib.* 3. March. *de commiſſ. p.* 1. *fol.* 505. *n.* 166. ubi, quod ubi verſamur in tranſlatione valida, licèt ſit clarè facta per illum, cui à Papa datur transferendi facultas, perinde cenſeri debet, ac ſi ipſemet Papa tranſtuliſſet, ſubdens ibi, quod tales tranſlationes penſionis fiunt ex authoritate data à Papa, ex Rot. coram Litta *in una Placentina Penſionis* 7. *Junii* 1605. quod etiam clarè patet in principio hujus Clauſulæ, ibi, *dicta authoritate Apoſtolica, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeat*.

Ac propterea Tranſlatarius, præter inſtrumentum tranſ-
lationis prædictæ, quod habet vim validæ, & legitimæ reſer- 54
vationis, non tenetur ad expeditionem aliarum litterarum ſuper dicta penſionis reſervatione; quia certum eſt, quod non conſequitur penſionem à Transferente, ſed immediatè à Papa, qui jus antiquæ penſionis extinguit, & ad dictum
effectum novam creat nudo miniſterio Transferentis, Gig. 55
de penſion. q. 70. *n.* 2. *Sarnen. reg. de trien. q.* 11. *n.* 14. *verſ. Secundus caſus*, & fuit dictum in una *Regen. Penſionis penes* Rub. *deciſ.* 38. *n.* 23. *tom.* 1.

Sicut neque litteræ Apoſtolicæ requiruntur, quando penſio de conſenſu penſionarii caſſatur, & extinguitur etiam nonnullis anticipatis, ſeù anticipandis ſolutionibus; tunc enim ſola ſignatura ſupplicationis ſuper hujuſmodi caſſatione ſufficit, cum Clauſula, *quod illa, tam in judicio, quam extra illud fidem faciat, regula contraria non obſtante* Rotæ *deciſ.* 471. *n.* 12. *p.* 1. *diverſ.* ut aliàs diximus.

In propoſito tamen certum eſt, quod executio litterarum reſervationis non impeditur, ſub prætextu, quod non agatur in judicio exequutionis ex dictis litteris, ſed ex inſtrumento tranſlationis, cui de jure non competit via exequutiva, ex doctrina Angel. *in l. ait Prætor, §. ſi judex, n.* 3. *&* Alex. *ibid. etiam n.* 3. nam ut concludit Lotter. *lib.* 1. *q.* 4. *n.* 303. verius eſt, agi ex ipſis litteris, ſimulque ex inſtrumento tranſlationis, in quo conſummatur, & perficitur gratia; quare hæc tria exhibenda neceſſariò ſunt coram Judice, pro ſubſtantia proceſſus exequutivi, videlicet litteræ reſervationis tranſlatæ facultatis transferendi, necnon inſtrumentum tranſlationis; quæ omnia non conſiderantur tanquam ſingula, ſed tanquam ſimul uniita ad unum finem; præterea ſupradictum inſtrumentum habet in ventre reſervationem, vigore facultatis transferendi; ita ut hæc tria non ſint diſtinctim, & de per ſe conſideranda; ſed mixtim, & tanquam unum integrale conſtituentia, *arg. tex. in l. cum delationis, §. Aſinam verſ. quod ſi ff. de fund. inſtr.* prout dictum fuit in alia *Firman. Penſionis impreſſa penes eumdem* Vivian. *poſt prax. juriſpatr. deciſ.* 94. *n.* 11. & ſic Tranſlatario datur via exequutiva; alioquin verò, cum regulariter tranſlationes fiant per inſtrumentum, non autem per litteras, raro penſio tranſlata haberet exequutionem paratam, ut in *d. n.* 11.

In dicto tamen inſtrumento tranſlationis habet Tranſlatarius fundatam intentionem, ac propterea locus eſt exequu-

tionis

tioni ejuſdem inſtrumenti; nam datur ipſi Translatario pro-
ceſſus exequutivus pro exequutione ſuæ translationis ſicut
56 datur penſionario; ut dicitur in una *Bonenie. Penſionis rela-
ta per* Matchel. *de commiſſ. p. 1. fol.* 558. *num.* 2. ubi, quod
quandu transferens eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, datur
Translatario clauſula *ſine retardatione ſolutionis penſionis.*

Et quandoque in litteris facultatis transferendi datur, etiam clauſula, videlicet *Decernentes, eadem præſentes litteras, ac etiam illarum vigore faciendam caſſationem, & extinctionem, ac novam reſervationem, &c. hujuſmodi ex nunc, prout poſtquam facta fuerint, validas, &c. necnon dicte N. Translatario in omnibus, & per omnia ſuffragari, illumq; in univerſis juribus tuis in omnibus, & per omnia, etiam quoad quaſi poſſeſſionem illam exigendi, in qua exiſtis, per viam gratioſæ ſubrogationis ſubſtitutum, & ſubrogatum te ipſe conſeri. Sicque per quoſcumque Iudices, &c. judicari, &c.*

Qua quidem Clauſula ſic ſtante, datur Translatario immiſſio abſq; alia juſtificatione litterarũ reſervationis, quando conſtat de facultate transferendi, & de translatione facta, necnon de quaſi poſſeſſione exigendi, prout fuit reſolutum in una *S. Marci Penſionis* 3. *Iunii* 1613. *coram Damaſceno impreſſa penes* Farin. *in poſth. deciſ.* 642. *n.* 1. *tom.* 1.

Quinimo, licèt certum ſit ex prædictis, non requiri litteras ſuper dicta nova reſervatione, in vim prædictæ facultatis transferendi, quandoquè Summi Pontifices ad majorem cautelam, id apertis verbis in ipſa facultate declarare conſueverunt, nempè *declarantes omnes, & ſingulas caſſationes, extinctiones, reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes vigore præſentium, etiam litteris deſuper non expeditis, faciendas, ex nunc prout ex tunc, poſtquam facta fuerint, validas, & efficaces fore, ſuoſque integros, & plenarios effectus ſortiri, & futuris penſionariis hujuſmodi ſuffragari in omnibus, & per omnia; ac ſi per nos ipſos, &c. facta fuerint.*

Quæ quidem Clauſula *Declarantes* ſemper ferè in hujuſmodi indultis, ſeù facultatibus, tam pro perſonis qualificatis generaliter, quàm pro aliis ad partem adjici conſuevit, ad omnem hæſitationem ſubmovendam, an videlicet ſuper dicta nova penſionis reſervatione ad favorem Translatarii, requirantur litteræ Apoſtolicæ, & quandoquè decretum, ſeu Clauſula hujuſmodi datur pinguioribus, & amplioribus verbis, nempè, *Decernentes, ipſas translationes, & novas reſervationes, &c. penſionum, ſeu fructuum, redditnum, & proventuum hujuſmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipſoſquè beneficia ſuper quorum fructibus, redditibus, & proventibus reſervatæ fuerunt, obtinentes ad illas perſolvendas efficaciter obligatos fore.*

Licèt aliud dicendum ſit, quando penſio caſſatur, etiam
de conſenſu titularis, quæ de ſtylo Curiæ vocatur *Caſſatio
penſionis cum reſervatione alterius*; tunc enim ſuper hujuſ-
modi reſervatione expediuntur litteræ; quia talis caſſatio
57 non eſt ſimplex, ſed fit correſpectivè ad effectum alterius
reſervationis, Rota *dicta deciſ.* 431. *n.* 9.

Cum igitur ſit translatio vigore dictæ facultatis, ac pro-
pterea non requirantur ad id litteræ Apoſtolicæ, neque
ipſius Exequutoris electi, ſed ſufficiat, ipſum translatio-
nis inſtrumentum, ut dictum eſt, idem Exequutor, pro
validitate prædictæ translationis, præter obſervantiam
formæ ſibi à Papa in dicta facultate præſcriptæ, profectò
non tenetur in reliquis inquirere, an videlicet ipſa trans-
58 latio ſubſiſtat, vel ne, licèt poſſit dari caſus nullitatis ipſius
translationis: quem hic tunc ponimus, prout in facti contingentia, vidimus annis retrò elapſis; nam cum vigore dictæ facultatis tanquam Canonicus hujus Cathedralis Eccleſiæ, fuiſſem per transferentem electus Exequutor, ac proptereà cum litteris facultatis transferendi, fuiſſent, etiam coram me exhibitæ litteræ reſervationis, expeditæ ad favorem ipſius penſionarii transferentis, reperi in ſupplicatione conſuetam Clauſulam quoad dictam reſervationem, nempe *vigore litterarum Apoſtolicarum deſuper infrà ſex menſes expediendarum, & non aliàs, alioquin præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo*, & translatarius dubitabat de validitate dictæ translationis, quia non erat certus de expeditione dictarum litterarum infrà dictum tempus ex prædicta Clauſula, imò jam apparebat, quod erat elapſum, nec ipſe prorogationem aliquam, aut reſtitutionem à Papa obtinuerat adverſus lapſum temporis ad expediendas dictas litteras, & per modicum tempus Titularis ſolverat penſionem; proptereà noluit idem translatarius incaſſum acceptare dictam translationem inutilem, & inanem; eo magis cum ipſemet Transferens fateretur, nequè prorogationem, nequè dictam reſtitutionem à Papa obtinuiſſet: licèt aliud dicendum eſſet, ubi Clauſula, ſeù decretum prædictum adjectum non eſſet: cum in jure regulariter non ſit præfinitum tempus ad expediendas litteras: prout in terminis reſervationis penſionis tenuit Rota *dec.* 656. *n.* 4. *tom.* 4. *rec.* ſed ſolùm debeant expediri infrà definitum tempus, quando Papa ita mandet litteras reſervationis ſic expediri: cum aliàs certum ſit, primam gratiam reſervationis penſionis, ex ſola ſignatura eſſe perfectam, abſq; alia temporis expreſſione ad expediendas prædictas litteras, ut per Gigan. *de penſ. quæſt.* 24. Quæ quidem omninò ceſſant, quando datur à Papa facultas transferendi penſiones, etiam litteris ſuper illarum reſervatione non expeditis, prout contingit cum perſonis qualificatis, & Papæ benevìſis, ut aliàs dictum eſt.

Quare in propoſito dicendum eſt, quod ſupradictus Exequutor electus, coram quo facienda eſt translatio penſionis, non tenetur ſcire, an illa rectè fiat, vel nè, nequè ad docendum verba, quæ Notarius in ipſo translationis inſtrumento ſcribere debet, per jura, quæ diſponunt de tali translatione: ſicut nequè teſtes, coram quibus debet illa fieri, tenentur ad aliquid pariter ſciendum circa validitatem, vel invaliditatem dictæ translationis: ſed tantum tenentur ad exhibendum præſentiam ſuam, & intelligendum id, quod agitur, cum ad partes, quarum intereſt, ſcire pertineat, an actus coram eis factus valeat, vel ne, ut per Navarr. *conſ.* 11. *n.* 3. *lib.* 5. *de injur. & damn. dat.*

Perſonis autem à Papa plurimùm dilectis, datur hæc
transferendi facultas, ut per ſe ipſos quandoque transfe-
rant, abſquè miniſterio Exequutoris. Undè Sixtus V. inter
cæteros, poſtquàm bon. mem. Alexandri Cardinali de Mon-
te alto ampliſſimam facultatem dediſſet transferendi pen-
ſiones ſibi tunc reſervatas, & reſervandas in partibus Italiæ
duntaxat conſiſtentes, cujuſcunquè, & quantumvis maximæ
& notabilis ſummæ, & quantitatis, cum ſolitis tamen Clau-
ſulis, ac ſub conſueta forma, nempè electionis Exequutoris,
ac caſſationis, & extinctionis ac novæ reſervationis penſio-
num ſub Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1587. Id. Martii
Pontificatus ſeù anno 3. poſtmodum ſequenti anno 1588.
Kal. Martii Pontificatus Anno 4. prædictam facultatem
ampliavit his verbis, videlicet, *Cum autem in eiſdem litte-
ris aliqua ex infraſcriptis, quæ ſuperaddi volumus, expreſſa
non fuerint, motu proprio, &c. quod tu curare poſſis, ut præ-
miſſa fiant, etiam per te ipſum abſquè alicujus Exequutoris
miniſterio, etiam coram ſolitario, & teſtibus, etiam in mor-* 59
*tis articulo, &c. quodquè caſſationes, & extinctiones, ac
novæ reſervationes penſionum, aliorumquè fructuum ad ſim-
plicem tuam aſſertionem fieri valeat, etiam ſi litteræ faculta-
tum hujuſmodi tempore caſſationis, & extinctionis, ac novæ
reſervationis hujuſmodi præmanibus non fuerint habitæ, ac in
translationibus, & novis reſervationibus non exprimatur,
quod in vim earumdem facultatum prædictam translationem,
& novæ reſervationes per te fiant, Apoſtolica authoritate, te-
nore præſentium extendimus, & ampliamus.*

Cum igitur, pro exequutione hujuſmodi facultatis transferendi, ac illius legitima translatione, requirantur electio, acceptatio, ac præſentia Exequutoris, ac penſionis caſſatio, ejuſdemquè nova reſervatio, de his conficitur per Notarium, publicum inſtrumentum. Et licet idem Exequutor juriſdictionem ex litteris dictæ facultatis, recipiat; ac proinde illarum tenor ſit omninò in ipſo inſtrumento inſerendus, nihilominus quandoque inſeritur etiam tenor litterarum reſervationis ejuſdem penſionis, quod vidi etiam ſervari in ſimilibus translationibus, quæ fiunt in ipſa Romana Curia, etiam de conſilio peritiſſimorum Advocatorum: etſi hoc non fiat ex neceſſitate, ſed potius ad cautelam, ac gratia tollendæ omnis dubitationis, & majoris claritatis; quia cum id non noceat, eſt tolerandum, licet ſi ſuperfluum, juxtà, *text. in l. qui mutuam ff. mand. l. quæ intrinſecus, ff. de verbor. obligat. l. quæ dubitationis*, ubi Dec. *n.* 1. *& ſeqq. de reg. jur.* Abb. *in cap. ſolitæ, de major. & obed. ſub n.* 7. cum aliis adductis per Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *n.* 26. *cum pluribus ſeqq.*

Formula igitur hujuſmodi translationis inſtrumenti, talis eſſe poteſt, videlicet.

In Nomine Domini, Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubiq; pateat evidenter notumq; ſit. Quod Anno

à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione nona, die verò duodecima menſis Iunii, tempore autem Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Alexandri, Divina Providentia Papæ VII. Anno primo. In mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum præſentia, præſens, & perſonaliter conſtitutus Admodum Rev. Dominus A. Diœceſis N. cui aliàs per fel. record. Vrbanum Papam VIII. penſio annua ducatorum quinquaginta moneta Regni Neapolis, libera, immunis, & exempta, ac ſub certis modo, & forma, tunc expreſſis, ſuper ſine cura Eccleſiæ Sanctæ Euphemiæ, loci de Cantia Aſculan. Diœceſis, fructibus, redditibus, & proventibus, eidem A. anno quolibet perſolvenda per modernum, ac pro tempore exiſtente dictæ ſine cura Eccleſiæ Rectores, ſeù beneficiatos, in loco, & terminis, ac cum exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, obligationibus, vinculis, clauſulis, decretis, derogationibus, aliiſque latius in literis reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis, contentis, & expreſſis, prout ex eiſdem literis ſub plumbo expeditis, ſub Dat. Romæ apud S. M. Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ, &c. Pridie Idus Ianuarii Pontificatus ejuſdem Vrbani Papæ VIII. Anno, &c. latius apparet. Quarum quidem reſervationis literarum tenor, ad effectum illas in præſenti inſtrumento inſerendi, animo tamen eaſdem, quoties opus fuerit rehabendi, & reſpectivè producendi, dimiſſa penes me infraſcripto Notario illarum copia collationata, quam ipſe Rev. Dominus A. mihi tradidit, & conſignavit, talis eſt, prout ſequitur, videlicet Vrbanus, &c. inſeratur totus tenor litterarum prædictæ reſervationis penſionis, & proſequatur ſic.

Inſuper ſupradicto Rev. D. A. Innocentius Papa X. ſimilis record. plenam authoritatem, poteſtatem, & facultatem tribuit, & impertitus eſt, ut quicumque loci Ordinarius, ſeù Canonicatus Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Eccleſiæ, ſeù alia perſona Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, ab eodem A. quandocumque in Romana Curia, vel extra eam, ubique locorum eligendus, vel eligendi ſimul, vel ſucceſſivè dictam penſionem, pro ſumma ducatorum tot auri de Camera, eadem penſione quoad ſummam non caſſandam, aut extinguendam, ſalva ſibi, & illæſa remanente, & in una, vel pluribus vicibus, quandocumque ſibi placuerit, etiam in mortis articulo, de ſuo conſenſu caſſare, & extinguere, ac poſtquam illa caſſata, & extincta fuerit, unam penſionem annuam ducatorum tot hujuſmodi ſuper fructibus, redditibus, & proventibus dictæ ſine cura Eccleſ. S. Euphemiæ Rev. Dom. B, Clerico, ſeù presbytero, etiam quæcumque quotcumque, & qualicumq; beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ac quomodolibet qualificata, etiam ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, in titulum, commendam, adminiſtrationem, vel aliàs quomodolibet obtinenti, & expectanti quovis modo, quandocumque etiam in mortis articulo hujuſmodi, ac coram Notario, & duobus teſtibus, etiam laicis, nominandis, dicto B. quoad vixerit, vel ejus legitimo procuratori per dictæ ſine cura Eccleſ. Rectorem pro tempore exiſtentem, annis ſingulis, ſub ſententiis, cenſuris, atque pœnis, ac in loco, & terminis, necnon cum omnibus, & ſingulis exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, obligationibus, renunciationibus, vinculis, clauſulis, & decretis, in præinſertis literis dictæ prioris reſervationis penſionis hujuſmodi contentis, & expreſſis; ac aliàs juxtà earumdem literarum continentiam, & tenorem, etiam abſque d. Rectoris præſtando, vel requirendo conſenſu, ac etiam ipſo invito, & reclamante; prædictis literis facultatis transferendi hujuſmodi illi minimè intimatis, neq; exhibitis, oſtenſis, vel præſentatis, reſervata tamen forma Conſtitutionis dicti Vrbani deſuper edita, Apoſtolica authoritate, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeat, conceſſis; prout in dictis literis facultatis transferendi plenius continetur; quarum tamen tenor hìc de verbo ad verbum, ac per extenſum inſeritur, qui talis eſt, videlicet, Innocent. Papa X. &c. Inſeratur idem tenor literarum prædictæ facultatis, & ſic proſequatur.

Quibus quidem literis Apoſtolicis ſuper gratia, indulto, atque facultate prædictis, idem Admod. Rev. Dominus A. uti volens, & utens, præmiſſa proteſtatione, ac expreſſa declaratione, quod omnia, & ſingula, ut infrà facienda, gerenda, & exercenda, intelligantur, ac facta ſint juxtà formam literarum prædictæ facultatis transferendi, ut ſupra inſerta; & ſi aliquid, circa præſentem translationem fuerit actum, factum, vel geſtum contra illius formam, habeatur penitus pro non facto, ita ut utile per inutile non vitietur; & nihilominus ſi apparuerit, aut factum fuerit etiam præter eandem formam in dictis poſterioribus literis, traditam, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, præſens penſionis caſſatio, & extinctio, illiuſque translatio, ſeù nova reſervatio prædicta habeatur etiam penitus pro non facta nulliuſque ſit roboris, vel momenti; ac proindè jus, quod idem A. habet in percipienda penſione hujuſmodi vigore priorum litterarum reſervationis præinſertarum, ab eo non abdicetur, neque abdicatum eſſe cenſeatur; ita ut penſionem ſibi, ut præfertur, reſervatam, conſtitutam, & aſſignatam, recipere, & exigere, ut prius licitè valeat; perindè, ac ſi illam nunquam ad favorem cujuſcumque perſonæ quoquo modo tranſtuliſſet, ſivè illa caſſata, & de novo reſervata extitiſſet, reſervando ſibi, idem A. facultatem melius transferendi, ſervata forma literarum prædictæ facultatis, ubi, quando, & quoties ſibi viſum fuerit.

Ad effectum autem hujuſmodi translationis faciendæ, & non aliter, nec ullo alio modo, idem A. coram me infraſcripto Notario publico, & teſtibus infraſcriptis, elegit, nominavit, & deputavit Exequutorem præſentis translationis Perilluſtrem, & admodum R. Dominum N. Canonicum Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ, ibidem præſentem, & acceptantem, ad caſſandum, & extinguendum ſupradictam penſionem ducatorum tot ad favorem ipſius Domini A ut ſupra reſervatam; ad effectum, ut poſtquam illa caſſata, & extincta fuerit ſuper eiſdem fructibus, redditibus, & proventib. prædictæ ſine cura Eccleſiæ Sanctæ Euphemiæ, quam ad præſens Admodum R. Dominus C illius modernus Rector obtinet, etiam abſque ejuſdem conſenſu deſuper præſtando, ſeu requirendo, aliam ſimilem penſionem ducatorum tot reſervandi, conſtituendi, & aſſignandi ad favorem ſupradicti B. Clerici, ſeù presbyteri Neapolitan. quoad ipſe vixerit ſibi, vel ejus legitimo procuratori, per dictum C. ad præſens prædictæ ſine cura Eccleſiæ Sanctæ Euphemiæ, ac pro tempore illius Rectores exiſtentes, perſolvendam modo, & forma in prædictis literis reſervationis penſionis, ac juxtà illarum ſeriem, continentiam, & tenorem expreſſis.

Qui quidem Perilluſtris, & Admodum Rever. Dominus N. Canonicus ſupradictæ Cathedralis Eccleſiæ Neapolit. ad id per ſupradictum A. electus, & nominatus, ac deputatus, viſis, lectis, ac diligenter examinatis, atque conſideratis ſecundum dictis litteris ſuper transferendi facultate expeditis, ac ut ſupra inſertis, vigore ſibi deſuper conceſſa facultatis hujuſmodi, illiſque plene intellectis, ac ſui ipſius deputatione, electione, & nominatione ſupradictis ad ſupradicta omnia peragenda, & exequenda, in ejus perſona factis; ipſaſque deputationem, & electionem, ac nominationem coram me Notario, & teſtibus infraſcriptis acceptando, ac omnia, & ſingula, Apoſtolica ſibi authoritate injuncta, commiſſa, & delegata, exequutioni demandare, ac ad omnium aliorum in eiſdem litteris facultatis prædictæ contentorum exequutionem procedere, necnon juxtà earumdem litterarum formam, vim, ſeriem, continentiam, & tenorem, ac eamdem formam plenè, & pleniſſimè ad unguem, ac in forma ſpecifica adimplere

volens,

volens,& intendens,ſupradictam annuam penſionem ducatorum tot ſuper fructibus,redditibus,& proventib. dictæ ſine cura Eccleſiæ Sanctæ Euphemiæ , authoritate Apoſtolica prædicta ſibi commiſſa, caſſavit, & extinxit,ac caſſat,& extinguit; necnon loco caſſatæ,& extinctæ penſionis hujuſmodi, de conſenſu ipſius Domini A.penſionarii prædicti,aliam annuam penſionem ſimilis ſummæ ducatorum tot,eadem Apoſtolica authoritate ſibi attributa,& qua in hac parte fungitur,ſervata in his,& aliis forma litterarum dictæ facultatis,de cōſenſu prædicti A.tenore præſentium prædicto B.reſervavit,conſtituit, & aſſignavit,ac reſervat,conſtituit,& aſſignat,me Notario publico infraſcripto pro eodem B.acceptante,& ſtipulante modo,& forma,tàm in primo, quàm ſecundo dictis litteris deſuper inſertis,expreſſis, omnibuſq;,aliis melioribus modo,via,jure, cauſa,& forma,quibus magis validius,& efficacius de jure fieri poteſt,& debet,ſeu potuit,& debuit. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me infraſcripto Notario,ut unū,vel plura publicū,ſeù publica inſtrumenta conficerem,atq; traderē,prout opus fuerit, requiſitus. Acta fuerunt prædicta in domo ejuſdē Perilluſtris, & Adm. R.D.N.Canonici prædictæ Cathedralis Eccleſ. Neapol. ſub anno,Menſe,Die,Indictione,ac Pontif., quibus ſupra.Præſētibus N.& N.teſtib. ad præmiſſa omnia,& ſingula ſpecialiter vocatis,habitis,atq;rogatis.

Non obſtantibus *noſtris,& Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ regulis de præſtando conſenſu in penſionibus*. In dicta enim regula expreſſè cavetur, quod litteræ reſervationis, vel aſſignationis, etiam motu proprio cujuſvis penſionis annuæ;ſuper alicujus beneficii fructibus, expediri nequeant,niſi de conſenſu illius qui penſionem perſolvere tunc habebit , prout in *regula* 45.
26 quare , fuit aliàs in Cancellaria Apoſtolica dubitatum , An deberet huic regulæ derogari in tranſlatione penſionis ; & fuit dictum per Dominos Abbreviatores Litterarum Majoris Præſidentiæ; quod ſic; ea quidem ratione,quia penſio antiqua extinguitur,& alia nova imponitur; neq; non mirum, ſi regula locū habet;tempus nova penſio, & nova obligatio, ideò conveniens eſt,quod ille conſentiat,vel derogetur,prout in *notabilibus dictæ Cancellariæ fol.* 184. *à tergo* .

Nihilominus verò hujus regulę derogatio non videtur hìc de neceſſitate , ad cautelam addici ;quandoquidem cum ſimus in actu, de ſui natura præjudiciali , ſatis eſt , quod Papa tale præjudicium exprimat in ſupradicta facultate transferendi; dum penſionario concedit facultatem prædictam, reclamantibus , & invitis titularibus beneficii ; quarè ſufficit , quod appareat ex hoc ipſum voluiſſe illis præjudicare .

Quinimmò,ex rationibus aliàs allatis,nequè derogatio aliqua requiritur,ſi penſio,quæ transfertur, fuerit reſervata ſuper fructibus Cathedralium, aut aliarū Eccleſiarū,quæ aliàs eſſent ſpeciali nota dignæ,veluti , ut dici conſuevit in ſimilibus facultatibus conceſſis perſonis eidem Papæ valdè gratis, acceptis,ac illius nepotibus,ſeù aliàs conſanguineis,cum hac expreſſione,nempè,*quod omnes,& quaſcumq; pēſiones annuas ſuper quarumcumq; Cathedralium,etiam Metropolitanarum, aut aliarū,& quorumcumq; Monaſteriorum , etiam Conſiſtorialium , & Archiepiſcopaliū, Abbatialiū, & Conventualium Menſarū,necnon Prioratuum,Præceptoriarum, Dignitatum, etiam Conventualium, ac majorum, & principalium, ac perſonatuum,Adminiſtrationū, & officiorū,etiam curatorum,cæterorumq; beneficiorum eccleſiaſticorum, cum curia,& ſine cura ſæcularium, et quorumvis Ordinum, ac S. Ioannis Hieroſolymitani, aliorumq; Hoſpitalium, etiam Militiarum quomodolibet, & qualitercumq; qualificatorum, etiam de jure patronatus Ducum,Regum,Imperatoris,aut alia quacumq ; Dignitate eccleſiaſtica,vel mūdana fungentiū,& quibuſvis aliis eccleſiaſticis fructibus,redditibus proventibus,juribus,obventionibus, ac diſtributionibus quotidianis,& emolumētis,etiam ſolis præſentibus,& divinis officiis intereſſentibus dari,& per eos lucrifieri ſolitis,ac etiam illarum loco, fructus,redditus, & proventus, jura obventiones , diſtributiones , & emolumenta , &c.*

Nam licet præmiſſis adici conſueverit generalis derogatio obſtātiarum, nempè *Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris de non præſtando conſenſu in penſionibus , & de non tollendo jure quæſito, necnon Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, penſiones annuas ſuper fructibus,redditibus , & proventibus Cathedralium , etiam Metropolitanarum , Patriarchalium, Primatialium,ſeu aliarum Eccleſiarum,vel earum menſarum niſi ex ceſſionis, vel alia probabili cauſa reſervari, aliiſq;Conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon Eccleſiarū, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Militiarum locorum, & Ordinum hujuſmodi,juramento,confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,ſtabilimentis,uſibus, naturis,& conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis , & litteris Apoſtolicis,eorumq; Præſulibus,Capitulis, Conventibus, Superioribus,& perſonis ſub quibuſcumq; tenoribus,& formis,ac cum quibuſvis etiam derogationibus,aliiſq;efficacioribus, & inſolitis clauſulis,necnon irritantibus,& aliis decretis in genere,vel in ſpecie,etiam motu,ſcientia , & poteſtatis plenitudine ſimilibus,ac Conſiſtorialiter,& alias quomodolibet,etiam reiteratis vicibus, conceſſis, approbatis, & innovatis . Quibus omnibus , etiam ſi de illis,eorumq;totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica, expreſſa,individua,ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales,idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet tenoris hujuſmodi , ac ſi de verbo ad verbum , nihil penitus omiſſo , & forma in illis tradita obſervata inſerta foret ; illis autem in ſuo robore permanſuris , hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus ; necnon omnibus illis , quæ in ſingulis reſervationibus penſionum , & fructuum hujuſmodi conceſſa ſunt, vel fuerunt, non obſtare cæteriſq; contrariis quibuſcunq; &c.* & alias, prout conceſſum vidimus in facultate hujuſmodi per felicis record. Sixtum V. bon. mem. Alexandro Cardinali Montalto, ejus ex ſorore germana nepoti ſub *Dat. Romæ apud S.Petrum* 1587. *Idibus Nov. Anno Tertio* .

Nihilominus verò , hæc generalis derogatio videtur ad cautelam appoſita, cum jam præmiſſis omnibus fuerit antea in prędictis penſionum,& fructuum reſervationibus per ſupradictum Pontificem ampliſſimè derogatum ;quia non ſumus in reſervatione penſionis à principio factæ,ſed in illius tranſlatione,cujus virtute illa transfertur,eo modo,quo fuit penſionario antea reſervata ; namq; tranſlatio penſionis debitæ uni perſonæ , ſi in alium transferatur;non dicitur novū gravamen,quoad debentem ſolvere,ſed eſt quædam delegatio ſolutionis alteri faciendæ,ut aliàs diximus, prout eſſet , ſi mutaretur res,ſuper qua fuit hypotheca, & cēſus impoſitus ; quia non dicitur cenſus extinctus , ſi fuerit tranſlatus ad alia bona;quāvis ipſa bona cēſuata fuerint liberata ; ac propterea perinde eſt, ac ſi à pricipio fuiſſet factus cēſus in bonis ſubrogatis;quarè firma remanet prima obligatio,& per conſequēs non ſunt liberati fidejuſſores;quia ſolū fuit facta mutatio rei.

Quarè , eodem modo dicendū eſt in tranſlatione penſionis;nam reſpectu penſionarii,nihil fuit innovatum; undè dicimus præſertim,quod in dicta tranſlatione,ſeù transferendæ pēſionis facultate ſuper Eccleſiis Cathedralibus, quorum penſiones comprehenduntur in facultate transferendi quaſcunque penſiones , ſuper quibuſvis fructibus quorumcumq; beneficiorum, non eſt neceſſaria derogatio Concilii Lateranenſis, per ea quæ adducit Garc. *in add.ad tract. de benef. p.* 1.*c.*4.*n.*257.& nos etiam alibi diximus:quia clarum eſt, quod generalis facultas transferendi,comprehendit etiam penſiones ſuper fructibus dictarum Eccleſiarum, quæ licèt ſint ſpeciali nota dignæ, *c.*2.*&* c. *dilectus, de conc. preb.* nihilominus propter dicta verba generalia , veniunt etiam penſiones impoſitæ ſuper dictis Cathedralibus, prout fuit concluſum in una *Civitat. Penſionis* 14. *April.* 1578. *coram Clem. VIII.* & in una *Bonon. Translationis Penſionis* 20. *Iunii* 1602. *coram Card. Millino*,in qua fuit in ſpecie dictum , valere hujuſmodi penſionis tranſlationem, quamvis in ea non fuit derogatum Conc. Later. id prohibenti,niſi, &c. quia ſicut dictum eſt ſupra,ſufficit, quod eidem fuerit,aliàs in reſervatione dictæ penſionis derogatum;cum ſatis ſit, quod penſio ſit eadem , & propterea non inducat novum gravamen Eccleſiæ, quarè ſic ſufficit unica tantùm derogatio , ut in *d. Bononien. Translationis*, de qua per Grat.*diſcep.forenſ.c.* 551.*n.* 21. & non requiritur alia Creſc. *deciſ.* 1. *ferè per tot. de reb. Eccleſ. non alien.* Ratio enim eſt , quia in illa identitate penſionis reſervatæ,& tranſlatæ conſervatur etiam idem effectus cujuſvis neceſſariæ derogationis à principio ; quarè ſi tempore

reſervationis facta ſit mentio antiquarum penſionum ſuper eodem beneficio, non eſt neceſſe, ut in translatione fiat nova de hoc mentio, ſicut alias diximus, & tradit Lotter. *de re benefic. lib.1. q.40. n.98. cum pluribus ſeqq.*

Ac de jure quęſito non tollendo.

Idem quoque dicendū eſt de derogatione hujus regulæ, ut vi-
62 delicet non videatur neceſſaria, licèt ad cautelam quādoquè in facultate transferendi apponatur; quandoquidem per illius omiſſionem, neque cadit ſubreptio; quia cum Papa jam intellexerit præjudicare beneficiato; ut ſatis patet ex literis facultatis transferendi, utique non eſt opus derogatione prædictæ regulę: cum jam id non procedat in gratia de ſui natura prę judiciali, ſicut in omnibus aliis caſibus, in quibus non poteſt dari de ignorantia Papæ, quando ipſe intellexit ſactum; &c. ideò non poteſt dici de ſubreptione; ex quo ſcit per ſimiles actus, alicui ſemper præjudicari, ut per Seraph. *dec.*1445. *num.* 5. & 6. quod quidem, ita ſibi locum dignoſcitur vendicare, etiam quod perſonas, quibus præjudicium infertur, non expreſſerit; ſivè illis, ex jure communi, ſivè ex ſpeciali diſpoſitione jus competeret: quinimmò idem dicendum eſt, ſi Papa jus illud ignoraret; quia dum facit actum præjudicialem de ſui natura, virtualiter declarat, afficere omnes perſonas, ad quas præjudicium ſpectare poteſt, ut dicitur in infraſcripta Mantuana Penſionis, & antea fuit dict. in una *Pharen. Penſionis, quæ eſt dec.*440. *n.*21. *&* 22. *p.*1. *div.* in qua declaratur, hoc intelligi, etiam quod gratia ſit odioſa, & ſtrictè interpretanda: quia contrarium ſolum procedit in præjudicio ignorato à Papa, ut in d. *dec. Pharen. n.*21. Addit. ad Buratt. *dec.* 576. *n.*13. qui *n. ſeq.* declarat, id intelligi debere, quando, ut dictum eſt, gratia eſſet de ſui natura prejudicialis ad hoc, ut non ſit prædictę regulę derogandum; nam ſi alias gratia fieret præjudicialis ex narratis ab impetrante, non ſufficeret ſcientia Papæ concedentis, circa prejudicium juris tertii; ſed requireretur ſimul expreſſa derogatio regulæ prædictæ ex deciſionibus, ibi per eum allatis: prout etiam in aliis caſibus ſemper requiritur illius expreſſa, & individua derogatio, Sarnen. *ſuper d. reg. q.*15. *n.*6. *in fin.* Cæl. de Graſs. *dec.*1. *n.*10. *de verb. ſignif.* Seraph. *dec.*1082. *n.*7. Rot. *dec.*253. *nu.*6. *p.*2. *rec.* nec pro illius derogatione ſufficiunt clauſulæ generalea, idem Sarnen. *in proœm. regul. quæſtio.*6. *in fin. & ſuper d. reg. q.*19. prout neque ſufficeret derogatio dictæ regulæ in genere; quamvis adiecta ſit clauſula, *quorum tenores*, id. Addit. ad Burat. *dec.*576. *n.*10.

Porrò circa derogationem prædictæ regulę de jure quęſito non tollendo, in terminis translationis penſionis, evenit alias pulcherrimus caſus, qui ob illius difficultatem, pluries fuit in Sacro Rotę Auditorio exactiſſimè, ut intra, diſcuſſus; Nam cuidam Bertazzolo reſervatario fructuum cujuſdam Parochialis Eccleſiæ, dempta congrua pro illius Rectore, quondam Stella ſenior Canonicus Baſilicę Lateranenſis reſignavit ſuos Canonicatum, & prębendam ad favorem dicti Bertazzuli, reſervata ſibi penſione annua ducatorum 200. ſuper eiſdem fructibus prædictę Parochialis, cum decreto, & conditione, quod ſi idem Stella premoreretur Bertazzolo, dicta penſio non accreſceret Rectori dictæ parochialis, ſed ipſi Bertazzolo reſervatario, perinde, ac ſi nunquam ipſa penſio reſervata fuiſſet.

Poſtmodum verò dictus Stella ſenior obtinuit à Papa facultatem transferendi dictam penſionem in Stellam juniorem, ſuum nepotem. Ac proinde dubitatum fuit de validitate prędictæ translationis; ex eo, quod in ea non fuerit facta mentio hujuſmodi decreti, & conditionis in favorem Bertazzoli, ad cujus utilitatem penſio extinguebatur, & Papa illius prejudicium fortè non cogitaverit. Fuit tamen reſolutum pro validitate prædictę translationis.

Ratio autem hujus validitatis, ea fuit conſiderata, & dictum, quod, aut aſſerimus, dictam facultatem transferendi conceſſam prædicto Stellę ſeniori, eſſe actum de ſui natura prejudicialem, aut negamus eſſe prejudicialem, ſaltem prejudicio conſiderabili, & neutro caſu intrat ſubreptio dictæ facultatis.

In primo caſu non intrat, quia ſi Papa intellexit præjudicare, non cadit ſubreptio, nec eſt opus derogatione regulæ *de jure quæſito non tollendo*. Inſuper ſi ſubreptio eatenus vitiat gratiam, quatenus aliquid fuerit prætermiſſum in petitione illius gratię, quod ſi fuiſſet expreſſum, vel Princeps non conceſſiſſet, aut difficilius conceſſiſſet, ex cauſa à jure reprobata, hæc ratio nō applicatur huic caſui, ſed retorquetur; quoniam ſi fuiſſet narratum Pontifici, quod extinctio penſionis ob decretum, & conditionem hujuſmodi, tendebat in beneficium non Rectoris, ſed ipſius reſervatarii, nedum hoc non retraxiſſet, vel difficiliorem reddidiſſet ipſum Pontificem, ſed immò procliviorem effeciſſet: quia dum Papa intellexit prejudicare Rectori, qui pręeſt curæ animarum, & ſuſtinet pondus diei, & æſtus, illiuſque conſenſui derogavit, multò magis credendum eſt, præjudicare voluiſſe cuicunque alteri, & præſertim reſervatario, qui expectabat extinctionem dictæ penſionis ex titulo lucrativo ſuæ reſervationis: cujus jus proveniens ex privilegio, eſt longè debilius, quàm ſit jus Rectoris competens de jure communi, & ex debito, quod præſtat Alteri: ac propterea huic juri reſervatarii facilius fuiſſet derogatum: eoque magis, cum Papa nō penitus ignorabat præjudicium, quod præter Rectorem, alteri inferebatur ex dicta facultate transferendi: cum in illius fine addiderit Clauſulam, quod dicta facultas non poſſet impugnari, ex eo, quod dictam parochialem nunc, & pro tempore obtinentes, nempè Rectores, aut alii quicunque intereſſe habentes, ad dictam gratiam non fuerint vocati: quæ quidem verba, *& alii quicunque intereſſe habentes*, rectè referri poſſunt, & debent ad reſervatarium, & ad evitandam ſubreptionem, ſufficit in genere fuiſſe cogitatum, Rot. *dec.*38. *nu.*3. *& deciſ.* 210. *n.*5. *p.*1. *recent.*

Quòd ſi negetur, facultatem transferendi fuiſſe actum præjudicialem, tum quia Bertazzolus reſervatarius jus non habebat, niſi incertum, & pendens à futuro eventu, nempè à purificatione illius conditionis, quatenus videlicet, Stella ſenior premoreretur Bertazzolo, & ſic translatio prevenit antequam eſſet apertum jus ipſi reſervatario, & propterea illius prejudicium non fuit conſiderabile; quemadmodum in retentione, quæ datur in limine promotionis ad Epiſcopatum, non requiritur expreſſio eorum, quę fuiſſent exprimenda in ipſa reſervatione penſionis: nam illa retentio prevenit extinctionem penſionis, nec indè infertur prejudicium conſiderabile, ut ſit neceſſaria nova expreſſio, cum translatio hujuſmodi, licèt facta in articulo mortis, cum & prius quandocunque fieri potuerit, non ſit novum gravamen, nec nova dicatur penſio, ſed ſolum quædam mutatio perſonę, & vitę transferentis in perſonam, & vitam translatarii, & delegatio ſolutionis alteri faciēdę, nec inde reſultat prejudicium conſiderabile, ſed eventuale dumtaxat: cum aliquando contingat, translatarios etiam juniores premori ipſis transferētibus, licèt ſenioribus: unde remoto hoc præjudicio, non eſt opus aliqua expreſſione, nec cadit vitium ſubreptionis; & de jure incerto, & eventuali, quod poteſt eſſe, & abeſſe, eo quod à purificatione conditionis pendeat, non eſt facienda mentio.

Sicut etiam dictum fuit, non obſtare, quod non ſolum reſervatario prędicto, in cujus favorem appoſitum fuit dictum decretum, quod penſio illi accreſceret, prejudicium videatur inferri, ſed etiam Eccleſię: quia hoc modo diutius pergravaretur onere ſolvendi penſionem, nec libertatem aſſequeretur, niſi defunctis duabus perſonis, penſionario ſcilicet, & reſervatario; quia hoc incommodum, quod, & penſionarii, & reſervatarii mors ſit expectanda pro libertate beneficii, non translationi, ſed ipſi reſervationi adſcribendum eſt, & idem erat, etiam antequam penſio transferretur, & hoc ſolum efficit translatio, quod loco obitus Stellæ Senioris, expectandus ſit obitus Stellæ junioris; quia translatio, ut dictum eſt, ſolum operatur mutationem perſonę, cui penſio ſit ſolvenda, & propter incertum eventum, non eſt hujuſmodi prejudicium conſiderabile, licèt translatio fiat in juniorem. Et ità quinquies examinato articulo, fuit reſponſum pro validitate dictę translationis. Quam quidem deciſionem habes in una *Mantuana Penſionis* 4. *Decemb.* 1626. *& eſt* 24. *p.*5. *rec.*

Ac prętet derogationea prędictas, vidimus quandoque in facultate transferendi penſionea, derogari etiam Conſtitutioni Pii IV. de regiſtrando in Camera per hæc verba, *Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record. d. Pii Papæ IV. de regiſtrandis in Camera Apoſtolica gratiis intereſſe, etiam minimum Cameræ prædictæ concernentibus, adverſus cujus diſpoſitionem dictas literas a nobis emanatas revalidamus, ac ad illarum, vel præſentium regiſtrationem, aut ejus præſentationem, minime teneri ſtatuimus, &c.* prout fuit derogatum in ſuperius dicta ampliatione facultatis transferendi per Sixtum Quintum Cardinali de Montealto conceſſa, & cum aliis ampliſſimis derogationibus, ac inſuper diſpenſationibus ſuper incapacitate Translatariorum, ex eo quod in dicta facultate transferendi dicitur, quod prædictus Cardinalis penſionarius poſſit ſuas penſionea transferre, etiam in S.R.E. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &

qua.

quarumvis Militiarum, & Hoſpitalium perſonas inibi expreſsè profeſſas, aut aliàs ſimilibus de cauſis incapaces; ac proindè in ſupradictis literis ampliationis facultatum, cũ ſupradictis diſpenſatur per hæc verba, videlicet; *Perſonaſq; prædictas ad effectum exigendi, & percipiendi, ac retinendi penſiones, ſeù fructuum reſervationes hujuſmodi habilitamus, ac cum eis Apoſtolica authoritate de ſpeciali dono gratiæ diſpẽſamus.*

Quod quidem requiri exiſtimo, quoties ſupradicta facultas conceditur, ut per eam transferantur penſiones, etiam in incapaces; cum non poſſint ipſi illas habere, & retinere, niſi priùs à Papa ad id diſpenſentur; nec refert, quod ipſe exprimendo incapacitatem Translatariorum, videatur cum eis diſpenſare; prout volunt communiter DD. namq; hoc in Papa omninò ceſſat, ſtante *regula Cancellariæ 50. hodie 51.* qua Papa voluit, quod per quamcunque Signaturam in quavis gratia nullatenus diſpenſatio veniat, niſi dicta gratia, totaliter effectum hujuſmodi diſpenſationis concernat; vel aliàs nihil conferat, aut operetur.

Nec tamen hic ommittam circa diſpenſationem cum
64 Translatariis incapacibus, concedi ſæpè facultatem hanc transferendi, tàm in indultis, & privilegiis generalibus, quã ad partem ad inſtantiam penſionariorum, ut ſuas penſiones transferre poſſint, etiam in perſonas eccleſiaſticas; quarè, ubi talis facultas conceſſa eſt iis, dicuntur etiam Milites nonnullorum Ordinum, veluti S. Joannis Hieroſolymitani, Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, & ſimiles, in quibus ipſi Milites non profitentur omnimodam caſtitatem, ſed conjugalem, ex pluribus relatis per Garc. *de benef. part. 1. c. 4. nu. 6.* qui licèt laici ſint, ità dicuntur, ad differentiam Clericorum ſeù ordinatorum, non autem ex eo, quod non ſint perſonæ eccleſiaſticæ, quales re vera ſunt, tanquam in ordine à Papa approbato; ſicuti ſunt Converſi Monaſterii, qui ſunt etiam perſonæ eccleſiaſticæ, & gaudent privilegio Canonis, *ſi quis ſuadente Diabolo, 16. q. 17.* & tamen dicuntur laici ad differentiam Religioſorum Clericorum, ſicut etiam Moniales, quæ ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, & gaudent privilegio eccleſiaſtico, ut in *cap. monialibus, de ſent. excom.* id. Garc. *loc. cit. num. 10. 11. & 12.*

Conceditur quandoque ſupradicta facultas ad partem, ut ſupradictum eſt, etiam motu proprio ipſius Papæ, abſque eo, quod illa committatur alicui per transferentem eligendo, juxta formam conſuetam, & frequentiorem, prout ex literis in forma Brevis, ſuperius appoſitis; quarè ſupplicatio conſuevit eo, quo ſequitur modo, videlicet.

65 *Motu proprio, &c. Cum aliàs, ſicut accepimus, dilecto filio Ioanni de Leonardis Clerico Neapolit. penſio annua ducatorum L. auri de Camera, ſuper Canonicatus, & præbendæ Eccleſiæ N. quos dilectus filius Franciſcus Gerona Clericus, tunc obtinebat, & dilectus etiam filius Matthæus de Laurentiis de præſenti obtinet, fructibus, &c. & diſtributionibus quotidianis, eidem Ioanni, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per dictum Franciſcum, cujus ad hoc tunc expreſſus acceſſit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos, Canonicatum, & præbendam prædictos, pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis in loco, & terminis, modoq; & forma, ac cum clauſulis, & decretis, tunc expreſſis; necnon ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis, perſolvenda, authoritate apoſtolica reſervata, ſeù reſervari conceſſa fuerit, Nos ex certis cauſis nobis notis, Motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, penſionem prædictam, illiuſq; reſervationẽ, ſeù reſervationis conceſſionem hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis decretis, obligationibus, cautionibus, etiam bancbariis, ac de renovando fidejuſſionibus, aliiſq; clauſulis, & cautelis, aliàs in favorem d. Ioannis, factis, & conceſſis, ac cedulas & alias ſcripturas quaſcunq; per Franciſcum prædictum pro ſolutione, & ſecuritate dictæ penſionis annuæ datas, expreſſo ejuſdem Ioannis ad hoc accedente conſenſu, in dilectum filium Ferdinandum Tomacellum, Clericum etiam Neapolit. authoritate prædicta, tenore præſentium transferimus; ipſumque Ferdinandum, in locum dicti Ioannis, quoad penſionem prædictam, illiuſque terminos, tàm hactenus decurſos, & non ſolutos, quàm deinceps decurrendos, ac cedulas, & ſcripturas prædictas in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi dicta penſio annua, ipſi à principio reſervata fuiſſet, ac cautiones, fidejuſſiones, cedulæ, & alia præmiſſa pro eo emanaſſent, ſubrogamus. Et nihilominus dictam penſionem annuam, illiuſque reſervationem, ſeù reſervationis conceſſionem hujuſmodi, quoad perſonam d. Ioannis, penitus, & in perpetuum caſſamus, extinguimus, & annullamus; ac caſſatam, extinctam, & annullatam, ex nunc eſſe, & fore; nec ipſum Ioannem dictã penſionem à dicto Matthæo, ejuſque in Canonicatu, & præbenda prædictis, ſucceſſoribus, nullatenus petere, vel exigere poſſe, eoſdemque Matthæum, & ſucceſſores ad ulteriorem dictæ penſionis ſolutionem prædicto Ioanni, vel aliis pro eo faciendã, nullatenus teneri, neque ob id aliquas cenſuras, vel pœnas Eccleſiaſticas incurrere decernimus, & declaramus; ac pro potioris cautelæ ſuffragio, eidem Ferdinando ſpecialem gratiam facere volentes, illi penſionem annuam ducatorum L. auri de Camera hujuſmodi ſuper Canonicatus, & præbendæ prædictorum fructibus, &c. & diſtributionibus quotidianis prædictis, eidem Ferdinando, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per Matthæum, ejuſque ſucceſſores prædictos, Canonicatũ, & præbendam hujuſmodi pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis, in terminis, ac loco, ſeù locis, necnon cum omnibus, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, cautionibus, etiam bancbariis, renunciationibus, vinculis, decretis, facultatibus, etiam transferendi, aliiſque clauſulis, & cautelis, ac aliàs modo, & forma in priori reſervatione, ſeù reſervationis conceſſione hujuſmodi penſionis, ac etiam in inſtrumentis, & ſcripturis, obligationibus, fidejuſſionibus, ac cedulis prædictis contentis, & expreſſis, ac ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis in ſimilibus apponi ſolitis, & conſuetis, integrè perſolvendam, etiam abſq; ullo dicti Matthæi deſuper requirendo, ſeù præſtando conſenſu; immò illo reclamante, & contradicente, & invito, motu, ſcientiam, ac eidem Matthæo, diſtrictè præcipiendo, mandantes, quatenus pro ſolutione dictæ penſionis, etiam quoad terminos decurſos, & non ſolutos facienda eiſdem modo, & forma, quibus aliàs in favorem dicti Ioannis prædictus Franciſcus ſe deſuper obligavit, etiam ſe obligare, & ſimiles cautiones præſtare, ac fidejuſſores dare, necnon penſionem ipſam per præſentem reſervatam, illiuſq; ſolutionem ſecuram reddere teneatur. Ità quod ad id juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſit. Decernentes quoque per præſentes, etiam ex eo, quod prædictus Matthæus ad id vocatus non fuerit; nec præmiſſis conſenſerit, ſeù aliàs ex quovis capite, vel prætextu, de ſubreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ vel alio defectu notari, ſeù impugnari nullatenus poſſe; ſed validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq; effectus ſortiri, & obtinere, illaſq; ac etiam omnes obligationes, cautiones, fidejuſſiones, inſtrumenta, ſcripturas, & alia in favorem dicti Ioannis facta, eidem Ferdinãdo ſuffragari, perinde, ac ſi illa ad ejus favorem nominatim facta, & conceſſa eſſent, & aliàs in omnibus, & per omnia ſuffragari, Sicq; & non aliàs per quoſcumque Iudices, &c. judicari, &c. debere, ac irritum, &c. attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, regula noſtra de non tollendo jure quæſito, ac de præſtando conſenſu in penſionibus, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Eccleſiæ, etiam juramento, &c. roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illiuſq; Præſuli, Capitulo, Canonicis, aliiſque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, &c. aliiſq; efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, &c. ac Conſiſtorialiter, etiam iteratis vicibus, & aliàs in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, &c. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, &c. eorum tenoribus, etc. latiſſimè, et plenariè hac vice dumtaxat, ſpecialiter, et expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.*

Fiat Motu proprio M.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et quod dicti Ferdinandi diſpenſationes, ac obſtantia, etiam beneficiales, necnon cedularum, & ſcripturarum prædictarum tenores, etiam veriores, ac Data, cum omnibus inde ſequendis, habeantur pro expreſſis, ſeù in toto, vel parte exprimi poſſit in literis. Et de translatione, ſubrogatione, caſſatione, extinctione, annullatione, decretis, declaratione, reſervatione, constitutione, aſſignatione, derogatione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra latiſſimè extendendis. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris, ſimul, vel ad partem expediendis, & de conſenſu dicti Ioannis.

Fiat M.

Præter ſupradictam clauſulam transferendi, aliæ etiam clauſulæ favorabiles conceduntur: & ut illæ magis innoteſcant, abſque eo, quod in ſpecie hic enarrentur, placuit etiam hic ſubnectere formulam ſupplicationis pro impetratione beneficij, cum reſervatione penſionis, ac facultate illam transferendi, ſecundum hodiernum Curiæ ſtylum, quæ talis eſſe poteſt, videlicet.

66 *Beatiſſime Pater. Cum Canonicatus, & præbenda Eccleſiæ Abulen. per obitum quondam Antonii Alvarez illorum dum viveret ultimi poſſeſſoris, extra Romanam Curiam, de menſe Novembris proximè præterito defuncti, vacaverint, vacent ad præſens, Supplicant humiliter S.V. devoti illius Oratores Ioannes de Montemajor Clericus Placentin. Provinciæ, Compoſtellan. decretorum Doctor, & Franciſcus Hernandez Clericus Giennen. quatenus eis ſpecialem gratiam faciendo, Canonicatum, & præbendam prædictos, quorum, & illis forſan annexorum fructus, &c. XXIV. computatis verò diſtributionibus quotidianis DC. ducatorum auri de cam. ſe. com. extim. val. ann. non excedunt; ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, &c. Ioanni conferre, & de illis etiam providere; Franciſco verò Oratoribus prædictis, ut commodius ſuſtentari valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providendo, ſibi penſionem annuam, ab omni decima, quarta, media; & quavis alia fructuum parte, necnon ſubſidio, etiam charitativo, & quocumque alio, tam ordinario, quàm extraordinario onere, quomodolibet nuncupato, etiam decimario, ſeù excuſato pro reparatione, & fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cruciata Sancta, & expeditione contra Turcas, &c. quam ratam dictus Ioannes, tam ſuo, quam ſucceſſorum ſuorum in dictis Canonicatu, & præbenda, nominibus ſubire, ac onus rata hujuſmodi in ſe ex nunc pro ſe eiſdem ſucceſſoribus integrè ſuſcipere; eoſdemque Franciſcum, vel ejus Tranſlatarium, ſeù Tranſlatarios indemnes prorſus præſtare, & relevare teneantur, abſque eo, quod dictus Ioannes, aut ullus ſucceſſorum prædictorum aliquid unquam propterea retinere, ſeù ab illis repetere poſſit; quinimmò Ioannes, & ſucceſſores prædicti, quicquid præmiſſorum cauſa pro tempore, quomodolibet ſolverint, id totum quantacumque quantitatis fuerit, dictis Franciſco, & ejus Tranſlatario, ſive Tranſlatariis, etiam donatione, &c. remittit; necnon belli, peſtis, &c. liberam, immunem, & exemptam Centum ſcutorum auri in auro ſuper dictorum Canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, necnon diſtributionibus quotidianis; etiam ſi ſuper illis aliæ, quam, ut præfertur, penſiones annuæ, quæ exprimi, ſeù pro expreſſis haberi poſſint, aliis aſſignatæ exiſtant; dummodò omnes inſimul duas ex tribus partibus illorum non excedant; alioquin, ſi excedant penſio, per præſentes reſervata pro quantitate hujuſmodi extinctæ penſionis ſuccedat, & fieri debeat, præfato Franciſco, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, &c. in loco & terminis, &c. etiam litteris apoſtolicis eidem Ioanni, &c. minimè intimatis. Ac poſſeſſione habita, vel non habita; ac lite quacumque deſuper mota, vel movenda, Ioannis, & ſucceſſorum prædictorum ſumptibus, & expenſis, etiam uſque ad tres conformes ſententias in cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio ferendas, omninò proſequenda, pendente, & non finita, ac quocumque impedimento, etiam legitimo, & de facto pro tempore præſtito, non obſtante, ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis integrè perſolvendam. Cum facultate penſionem per præſentes reſervatam in toto, vel in parte, ſimul, vel ſucceſſivè in manibus cujuſcumque perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Canonici Cathedralis Eccleſiæ, tàm in Romana Curia, quam extra eam, etiam literis deſuper non expeditis, in unius, ſeù duarum, vel plurium perſonarum, etiam quacumque quotcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentium, & expectantium, favorem, quandocumque ipſi Franciſco videbitur, etiam in mortis articulo, abſque aliquo ipſius Ioannis, aut ſucceſſorum prædictorum deſuper habendo conſenſu, ac etiam cum præſentibus exemptionibus, obligationibus, cautionibus, etiam banchariis infraſcriptis, ac clauſulis, & cautelis in forma ſolita latiſſimè extendendis, transferendi, reſervare, conſtituere, & aſſignare, ſibique, quod Ioanni, aut aliquo ex ſucceſſoribus prædictis in ſolutione penſionis per præſentes reſervatæ, in toto, vel parte ceſſante, vel deficiente, &c. liceat idem Franciſco, & ejus Tranſlatario, ſeù Tranſlatariis ad dictos Canonicatum, & præbendam liberos habere acceſſum, & ingreſſum, illorumque corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium, &c. apprehendere, &c. concedere, & indulgere, Irritumque, &c. decernere, dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, &c. necnon dictæ Eccleſiæ, etiam juramento, &c. roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam de optando majores, & pinguiores præbendas, privilegiis quoque, &c. Quibus omnibus, &c. latiſſimè derogare placeat, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.*

Fiat, ut petitur M.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et quod Oratorum diſpenſationes, veruſque, & ultimus dictorum Canonicatus, & præbendæ vacationis modus, etiam ſi ex illo quævis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, præterquàm per obitum apud Sedem, reſultet, necnon lites, & cauſa, &c. Et cum derogatione regulæ de annali poſſeſſori, quoad primam ejus partem; Necnon de præſtando conſenſu in penſione hujuſmodi, ac ſtatutorum prædictorum, cæterorumque quomodolibet contrariorum, latiſſimè extendent. Et de reſervatione penſionis annuæ Centum ſcutorum auri in auro, &c. quæ tranſeat ad ſucceſſores, &c. Et cum decreto, quod ſi contingat, dictum Ioannem aliquo potiori jure in præmiſſis quomodolibet evinci, nihilominus dicti Ferdinandus, & ejus Tranſlatarius, ſeù Tranſlatarii ad reſtitutionem pecuniarum eis ratione penſionis per præſentes reſervatæ illucuſque ſolutarum, quantacumque fuerint, nullatenus teneantur, nec ad id cogi poſſint; ſed illas tamquam legitimè donatas, retinere valeant. Quodque penſio per præſentes reſervatas, ex quacumque cauſa quantumvis urgenti, etiam ad Ioannis, & ſucceſſorum prædictorum inſtantiam, ad minorem ſummam reduci, ſeù reſervatio ipſa invalidari nullatenus un-

quam

quàm poſſit; & tàm Ioannes, quàm quicumque alii ex reſignationis cauſa, ſeù permutationis, aut omninò liberè; ſive ex alia quacumque diſpoſitione in dictis Canonicatu, & præbenda quomodolibet ſuccedente, pro ſolutione penſionis hujuſmodi modo, & forma præmiſſis liberè facienda, ac pro indemnitate, & relevatione ipſius Franciſci, & ejus Translatarii, ſeù Translatariorum ſe ſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores, ſuaque, & eorum bona quæcumque ac fructus, & diſtributiones hujuſmodi in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, validè, & efficaciter obligare ſupradicto Ioanni videlicet, etiam ex nunc, ſucceſſores verò prædicti infra bimeſtre à Data proviſionis, tàm ordinaria, quàm Apoſtolica authoritate cuiquam facta, computandum, etiam obligare, ac cautionem banchariam idoneam, ad arbitrium ipſius Franciſci, & ejus Translatarii, ſeù Translatariorum, ad triennium duraturam, tertio quoque anno, & per ſex menſes ante finem cujuſque triennii, quoad reſervatio penſionis per præſentes reſervata duraverit, renovanda in Romana Curia; & propterea duos, vel plures officiales, ſive fidejuſſores ipſam Curiam actu ſequentes, idoneos, qui omni, & cuicumque ipſius Ioannis obligationi hujuſmodi prorſus accedentes, uti principales, & inſolidum ſe ſe, ac ſuos hæredes, ſuaque, & eorum bona in eadem forma Cameræ Apoſtolicæ, efficaciter omninò obligent, ac ipſis officialibus, ſeù fidejuſſoribus, aut banchario, qui cautionem præſtiterint, vel eorum quocumque decedente, aut ab Vrbe diſcedente, ſeù officia ſua dimittente, vel amittente, aut conditionem deteriorante, alios idoneos bancharium, ſeù bancharios, & officiales; qui ſimiles obligationes, etiam de renovando inſolidum, ac principaliter faciant, hic in Curia, præſtare teneantur, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, etiam exequutivè procedendo, cogi poſſint. Quodque nec Ioannes, nec omninò ullus ſucceſſorum prædictorum, Canonicatum, & præbendam prædictos, etiam purè, liberè, & ſimpliciter in manibus S. V. ſeù pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, aut loci Ordinarii, vel aliàs quomodolibet reſignare, ſeù dimittere, aut juri ſibi in illis, vel ad illos quomodolibet competenti, cedere, ſeù deſuper, cùm aliquo concordare poſſit; nec etiam de illis cuiquam proviſio, ſive Apoſtolica, ſive alia quacumque authoritate, etiam Motu proprio, &c. validè fieri queat, niſi ille, vel illi, quibus de dictis Canonicatu, & præbenda proviſio facta fuerit, ſimiliter, ac ſe ſe, ſuoſque, ac ſua, eorumque bona, ipſoſque fructus, ac diſtributiones obligaverint, ſimileſque cautiones præſtiterint, & renovare fecerint, ac aliàs reliquis præmiſſis omnibus, & ſingulis omninò ad voluntatem Franciſci, & ejus Translatarii, ſive Translatariorum eorumdem ſatisfecerint, alioquin ſemper, tàm Ioannes, & ejus ſucceſſores, etiam præmiſſa ſuo tempore legitimè adimplentes, quàm eorum omnium, & ſingulorum hæredes, cautiones, & officiales, ac fidejuſſores eouſque obligati remaneant, donec per tunc ſucceſſores præmiſſis omnibus ſingulatim, & abſolutè ſatisfactum ſit. Quoque niſi ille, cui de eiſdem Canonicatu, & præbenda, etiam ex vacatione hujuſmodi pro tempore, tàm in Romana Curia, vel extra eam, ut præfertur, proviſio facta fuerit præmiſſis, ut etiam præfertur, omnino ſatisfecerit, cum effectu, quævis collationes, proviſiones, & aliæ diſpoſitiones hujuſmodi in favorem Franciſci, & Translatarii, ſeù Translatariorum, eo ipſo factæ ſint, & eſſe cenſeantur, ac Franciſcus, & ejus Translatarius, ſeù Translatarii præfati, tunc eorumdem Canonicatus, & præbendæ poſſeſſionem; litterarum ſuper præſentibus conficiendarum vigore, aſſequi eo ipſo, abſque alia declaratione, aut Iudicis miniſterio, ac Canonicatum, & præbendam prædictos etiam quoad vixerint retinere liberè, & licitè valeant. Et cum alio indulto, quod penſio per præſentes reſervata hujuſmodi loci beneficii Eccleſiaſtici, non cedat, nec in numero beneficiorum, ſeù penſionum, ſub eodem tecto conſiſtentium intret, nec illius taciturnitas in impetratione aliorum beneficiorum, ſeù penſionum deinceps faciendas ſubreptionem, aut nullitatem aliquam faciat. Et ita per quoſcumque Iudices, &c. etiam cauſam Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata, &c. ac irritum, &c. Et quoad hujuſmodi decreta, ſeù indulta, ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, & ubique in judicio, & extra fidem faciat, regula contraria non obſtante, ſeù ſi eiſdem Franciſco, & Translatariis videbitur, literæ deſuper, cum derogatione regulæ de præſtando conſenſu in penſionibus latiſſimè extendendis, ſimul, vel ad partem expediri, & in eis dictorum Franciſci, & Translatariorum obſtantia, etiam beneficiales, ac diſpenſationes exprimi, ſeù pro expreſſis haberi poſſint. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, &c. etiam augendo, vel minuendo, &c.

Fiat M.

Reliqua verò, quæ in hac formula deſunt, aut cæteratæ ſunt, poſſunt extendi, prout in formula reſignationis, cum penſione, quam ſupra, ſuo loco propoſuimus.

Alia quoque formula reſervationis penſionis utitur Dataria Apoſtolica, quæ licèt parum differat à ſupradicta, nonnullas alias clauſulas ultra continet, & eſt tenoris ſequentis, videlicet.

Et pro devoto S. V. Oratore Ioanne Gonzalez Clerico Valentin. Civitatis, vel Diœceſis de reſervatione, conſtitutione, & aſſignatione penſionis annuæ Viginti quinque ducatorum auri de Camera, & ſuper dictorum portionis, & beneficii fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis univerſis de certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis libera, immunis, & exempta ab omni decima, quarta media, & quavis alia fructuum parte etiam ſolutione annata in Camera Apoſtolica, ſubſidio, etiam charitativo, vel alio quocumque ordinario, & extraordinario onere, etiam decimario, ſeù excuſato, vel aliàs nuncupato, etiam pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cruciata Sancta, et expeditione contra Turcas, Infideles, et Hæreticos, ac quacumque alia cauſa urgenti, et urgentiſſima, ac neceſſitate exprimenda, etiam ad ſupplicationem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, et aliorum quorumcumque Principum inſtantiam, intuitum, et contemplationem, ac pro eorum, et Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, vel aliàs, etiam Motu proprio, et Conſiſtorialiter, ac etiam de facto pro tempore impoſitis, et pro tempore imponendis, etiam ſi in literis impoſitionum hujuſmodi caveatur expreſſè, quod penſionarii quicumque, etiam penſiones ſuas ab oneribus hujuſmodi, et aliàs, quantumvis exemptas habentes, pro rata penſionum ſuarum, aut aliàs contribuere teneantur, ſeù penſiones ipſæ ſpecialiter, vel principaliter onerentur; quam ratam dictus Franciſcus, et ſinguli ſucceſſores infraſcripti, omni tempore omninò ſubire, idemque Franciſcus, tàm ſuo, quàm ſucceſſorum ſuorum, et infraſcriptorum nominibus, ac pro ſe, et illis in ſe, et eoſdem ſucceſſores integrè ſuſcipere, dictumque Ioannem Gonzalez, et omnes ejus Translatarios indemnes prorſus ſervare, et relevare; ac omne, et quodcumque onus ipſos Ioannem Gonzalez, et omnes ejus Tranſlatarios tangens, in ſe ſuſcipere teneantur; abſque eo, quod dictus Franciſcus, aut ullus ſucceſſorum prædictorum

ali-

aliquid nequam propterea retinere, ſeù ab illis repetere poſſint; quinimmò ipſi Franciſcus, & ſucceſſores, quidquid præmiſſorum cauſa pro tempore quomodolibet ſolverint, id totum quantacumque quantitatis fuerit, ipſis Ioanni Gonzalez, & Translatariis, etiam donatione irrevocabili, inter vivos donaſſe intelligatur; prout ex nunc idem Franciſcus, tam ſuo, quam ſucceſſorum ſuorum hujuſmodi nominibus gratiosè donat, & remittit; necnon belli, peſtis, ſterilitatis, ſiccitatis, alluvionis, innundationis, militum incurſionis, agrorum devaſtationis, fructuum etiam omnium amiſſionis, & quocumque alio fortuito, & inſolito caſu pro tempore contingente, etiam ſi ſuper fructibus, & aliis rebus prædictis aliæ penſiones annuæ, quæ exprimi, ſeù pro expreſſis haberi poſſint, aliis perſonis aſſignatæ exiſtant, eidem Ioanni, quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo, per dictum Franciſcum, cujus ad hoc, ad infraſcripta omnia expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos prædictos, Portionem, & beneficium hujuſmodi pro tempore quomodolibet obtinentes, annis ſingulis pro una videlicet in Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis proximè incipienda, & altera medietatibus penſionis hujuſmodi in Nativitatis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis feſtivitatibus hìc Romæ, etiam litteris Apoſtolicis dicto Franciſco, & ſucceſſoribus prædictis minimè intimatis; quas nihilominus dictus Franciſcus, etiam omnium ſucceſſorum hujuſmodi nominibus pro ſibi legitimè intimatis habet; ac poſſeſſione Portionis, & beneficii hujuſmodi per eumdem Franciſcum, & ſucceſſores ſuos habita, vel non habita, ac lite quacumque deſuper mota, vel movenda Franciſci, & ſucceſſorum prædictorum ſumptibus, & expenſis, etiam uſque ad tres conformes ſententias in cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici Auditorio ferendas, omnino proſequendas, ac quocumque impedimento, etiam legitimò, ac etiam de facto pro tempore quomodolibet præſtito, non obſtante, ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis integrè perſolvenda. Et cum facultate penſionem ipſam in toto, vel in parte, ſimul, vel ſucceſſivè in manibus cujuſcumque perſonæ, in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Canonici Cathedralis Eccleſiæ in Romana Curia, vel extra eam, etiam litteris deſuper non expeditis, in unius, ſeù duarum, vel plurium perſonarum, etiam quæcumque, quotcumque, qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentium, & expectantium, favorem, quandocumque ſibi videbitur, etiam in mortis articulo, abſque aliquo dicti Franciſci, aut ſucceſſorum prædictorum deſuper præſtando conſenſu, ac etiam cum præſentibus expreſſis exemptionibus, obligationibus, cautionibus, vinculis, decretis, cautionibus, & clauſulis omnibus, ac aliàs in forma ſolita latiſſimè extendendis. Et cum decreto, quod ſi contingat, prædictum Franciſcum aliquo potiori jure in præmiſſis quomodolibet evinci, nihilominùs ipſe Ioannes Gonzalez, & Translatarii prædicti ad reſtitutionem pecuniarum eis ratione penſionis hujuſmodi illucuſque ſolutarum quantacumque fuerint, nullatenus teneantur, nec ad id cogi poſſint; ſed dictus Ioannes Gonzalez, & Translatarii prædictis eas tanquam ſibi legitimè donatas, retinere valeant: quodque ipſa penſio ex quacumque cauſa, etiam quantumvis urgenti, etiam ad Franciſci, & ſucceſſorum prædictorum inſtantiam, ad minorem ſummam reduci, ſeù ejus reſervatio invalidari, aut ſubreptitia cenſeri, vel intentionis S.V. aut alio quovis defectu notari nunquam poſſit; quodque, tàm dictus Franciſcus, quàm quicumque alii ex reſignationis cauſa, permutationis omninò liberæ, ſive ex alia quacumque vacatione, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ac etiam extraordinaria, ſive alia quacumque diſpoſitione in dictis Portione, & beneficio quandocumque ſuccedentibus pro ſolutione penſionis hujuſmodi modo, & forma præmiſſis liberè facienda, ac pro indemnitate, & relevatione dicti Ioannis, & Translatariorum ſe ſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores, ſuaque, & eorum omnium, & ſingulorum bona quæcumque, ac fructus, &c. in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, Franciſcus, videlicet, ex nunc, ſucceſſores verò quilibet prædicti infra bimeſtre à Data proviſionis, tàm ordinaria, quàm Apoſtolica authoritatibus factis computandum, validè, & efficaciter obligare. Ac cautionem banchariam idoneam, ad arbitrium dicti Ioannis, & Translatariorum ſuorum ſufficientem, ad triennium duraturam, tertio quoque anno, & per ſex menſes ante finem cujuſque triennii; quoad penſionis hujuſmodi reſervatio duraverit, renovandam in Curia prædicta; & propterea duos, vel plures Romanæ Curiæ Officiales, ſeù alios fidejuſſores, & ipſam Curiam actu ſequentes idoneos, qui etiam cuicumque dicti Franciſci obligationi hujuſmodi prorſus accedentes uti principales, & inſolidum ſe ſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores ſuaque, & eorum bona quæcumque in eadem forma Cameræ Apoſtolicæ efficaciter omninò obligare; ac ipſis Officialibus, ſeù fidejuſſoribus, aut ſua officia dimittente, vel amittente, aut conditionem deteriorante, alios idoneos banchariam, ſeù banchario, & Officiales, qui ſimiles obligationes, etiam de renovando inſolidum, & principaliter faciunt, hìc in Curia præſtare teneantur, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, etiam exequutivè procedendo, cogi poſſint. Quodque nec dictus Franciſcus, nec ullus prædictorum ſucceſſorum, portionem, & beneficium hujuſmodi, etiam purè liberè, & ſimpliciter in manibus S.V. ſeu alterius pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, aut loci Ordinarii aliaſve quomodolibet reſignare, vel dimittere, aut juri ſibi in illis, vel ad illa competenti, cedere, ſeù deſuper, cum aliquo concordare poſſit, nec etiam de illis proviſio, ſeù commenda cuiquam, ſive Apoſtolica, ſive ordinaria, aut alia quacumque authoritate, etiam Motu proprio, validè fieri queat, niſi ille, vel illi, cui, ſeù quibus de illis proviſio, ſeù commenda facta fuerit, ſimiliter ſe ſe, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores, ſuaque, & eorum bona quæcumque, ac fructus, aliaque hujuſmodi obligaverit, ſimileſque cautiones, & Officiales, ac fidejuſſos præſtiterint, & renovare fecerit, & aliàs reliquis præmiſſis omnibus, & ſingulis omninò ad voluntatem dicti Ioannis, & Translatariorum ſatisfecerint cum effectu, alioquin ſemper, tam Franciſcus, & ſucceſſores prædicti præmiſſa, etiam ſuo tempore, legitimè non adimplentes, quàm eorum omnium, & ſingulorum, & cautiones, Officiales, & fidejuſſores eouſque obligati remaneant, donec per tunc ſucceſſores, præmiſſis omnibus ſingulatim, & abſolutè ſatisfactum erit; quodque niſi ille, cui de portione, & beneficio hujuſmodi, etiam ex vacatione pro tempore, tàm in Romana Curia, quàm extra eam, ut præfertur, proviſio, vel commenda, etiam puri motu, ac per S.V. facta fuerit, præmiſſis, omninò ſatisfecerit, cum effectu, quæcumque collationes, proviſiones, commenda, & aliæ quævis diſpoſitiones hujuſmodi, in favorem prædicti Ioannis, & Translatariorum ſuorum, eo ipſo factæ ſint, & eſſe cenſeantur, ac dictus Ioannes, & Translatarii, tunc Portionis, & beneficii hujuſmodi poſſeſſionem, litterarum ſuper præſentibus conficiendarum, vigore aſſequi, eo ipſo abſque aliqua declaratione; aut Iudicis miniſterio portionem, & beneficium prædictum, quoad vixerit retinere liberè, & licitè valeat. Et inſuper cum indulto, quod penſio per præſentes reſervata hujuſmodi, loco beneficii Eccleſiaſtici non cedat, nec in numero beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſeù penſionum, etiam ſub eodem tecto conſiſtentium, intret; nec illius taciturnitas in impetratione aliorum beneficiorum deinceps facienda, ſubreptionem, aut nullitatem aliquam faciat. Et ita per quoſcumque Iudices,

etiam

etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, &c. ſublata, &c. judicari, &c. Et quoad hujuſmodi decreta, ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, et extra, regula contraria non obſtante; ſeu ſi dicto Ioanni videbitur, litteræ deſuper, cum derogatione regulæ de præſtando conſenſu in penſionibus latiſſimè extendendæ ſimul, vel ad partem expediri poſſint, et in litteris dicti Ioannis, et Tranſlatariorum prædictorum obſtantiæ, etiam beneficiales, et diſpenſationes exprimi, ſeù pro expreſſis haberi poſſint.

8 In reſignatione Cathedralium Eccleſiarum conſuevit quandoquè Summus Pontifex penſionem annuam ſuper illarum fructibus, ad favorem reſignantium reſervare, etiam cum facultate transferendi cōceſſa in limine proviſionis, & in Cedula Conſiſtoriali; prout vidi inter cętera, in indulto conceſſo bo. me. Mario Vrſino, Epiſcopo Biſignanen. tranſlato ad Eccleſiam Tiburtinam per fel. record. Vrbanum Papam VIII. eidem Epiſcopo ſibi in minoribus, amicitia apprimè conjuncto, ſub hac forma videlicèt, *Et inſuper Sanctitas ſua eidem Mario Epiſcopo, ut quicunquè loci Ordinarius, vel Canonicus Metropolitanæ, aut Cathedralis Eccleſia, aut alia perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta, à dicto Mario Epiſcopo quandocunquè eligendus, ſeu eligenda, de ipſius Mario Epiſcopi cōſenſu, vel ipſemet coram Notario, & duobus teſtibus in Romana Curia, vel extra eam; & ubicunq; locorum, ipſum eſſe contigerit, ſimul, vel ſucceſſivè ex dicta penſione* 1580. *ducatorum moneta Regni Neapolitani uſq; ad ſummam quingentorum ducatorum ſimilium duntaxat, in una, ſeu pluribus vicibus, quandocunquè ſibi placuerit, etiam in mortis articulo, caſſare, & extinguere: ac poſtquam caſſata, & extincta fuerit aliam, ſeu alias plures ſimilis penſiones ad prædictam ſummam Quingentorum ducatorum aſcendentes uni, vel pluribus perſonis, etiam conſanguineis, vel affinibus, ſeu familiaribus ſuis, & extraneis, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica ſæcularia: vel quorumvis Ordinum regularia, cum cura, & ſine cura, ac quomodolibet qualificata, & quocunquè nomine nuncupata, ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, in titulum, Commendam, adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtinentibus, vel expectantibus, aut penſiones ſimiles percipientes, clericali charactere ſaltem inſignitis, ſeu aliàs pēſionum hujuſmodi capacibus, per eum quandocunque etiam abſque N. Electi, & ſucceſſorum ſuorum prædictorum, aut aliàs penſionem hujuſmodi ſolvere debentium, deſuper præſtando, aut requirendo conſenſu, imo, etiam illis invitis, & renuentibus, ſeu reclamantibus, eiſdem perſonis, quandiu vixerint, vel eorum procuratoribus, per N. Electum, & ſucceſſores ſuos prædictos, annis ſingulis in loco, & terminis, ſub ſententiis cenſuris, & pœnis, ac cum omnibus, & ſingulis exemptionibus, in litteris ſuper reſervatione penſionis hujuſmodi expediendis, continendis, & exprimendis, juxtà reſervationem hujuſmodi continentiam, & tenorem, integrè perſolvendam, in forma ſolita, Apoſtolica authoritate reſervare, &c. liberè, & licitè valeat. facultatem conceſſit, & impartita eſt. Non obſtātibus, quod dictus N. Electus in presbyteratus ordine conſtitutus non ſit, ut præfertur, aliiſque præmiſſis, ac Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati, penſiones annuas, &c. reſervari prohibentis, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c. Et quod litteræ ſimul, vel partem expediri poſſint. Et quoad facultatem transferendi, etiam per Breve Sanctitatis Suæ, ſeu officium minoris gratiæ, aut Contradictarum, &c. In quorum fidem, &c. Dat. in Aedibus noſtris, Die* 15. *Aprilis Anni Domini* 1624. *Pontificatus ejuſdem Sanctiſſimi Anno Primo.*

Hæc autem penſio fuit reſervata prædicto Mario tranſlato ad Eccleſiam Tiburtinam, ut illam cum dicta Eccleſia retinere poſſit, & cum facultate transferendi, ut ſupra, & prout dicitur in litteris dictę reſervationis, quod ſi id non exprimatur, dicta facultas nunquam veniret comprehenſa in dicta reſervatione; cum ſatis clarum ſit, quod tranſlatio erit invalida, ſi poſtquam penſio fuerit alicui reſervata, ille ſit promotus ad Epiſcopatum; nam per talem promotionem penſio prædicta ceſſabit, Abb. *in cap. cum in cunctis*, §. *cum vero, de elect. Gig. de penſion. quæſt.* 56. *nu.* 2. Rota *diverſ. deciſ.* 233. *num.* 1. *par.* 1. etiam ſi in reſervatione dictæ penſionis, fuerit conceſſa illius retentio, ut dictum eſt; cum opus ſit, ut in retentione, quæ datur promoto ad Epiſcopatum, apponatur qualitas transferendi; alioquin non poterit transferri, licet poſſet retineri, non obſtante, quod promoveatur ad Epiſcopatum, ut per *Caputaq. deciſ.* 315. *&* 322. *p.* 2. & fuit dictū in una *Carthaginen. Tranſlationis penſionis coram Manzanedo* 19. *Iunii* 1660. quas ad id refert Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 551. *numer.* 32. *&* 33. & nos alibi diximus; quia cum facultas transferendi ſit odioſa, erit ſpecialiter exprimenda: namque in odioſis, omiſſum habemus pro omiſſo, *l. commodiſſimè, de lib. & poſth. c. odia, de reg. jur. in* 6. id. Grat. *loc. cit. nu.* 34.

Et propterea, quando Summus Pontifex vult, quod etiam facultas transferendi conceſſa non expiret, id exprimit ſive in ipſa penſionis reſervatione, ſive tranſlatione, ac propterea, cum aliàs fuiſſet conceſſa facultas transferendi N. qui poſtea fuit promotus ad Eccleſiam Cathedralem, & Titularis prætenderet, penſionem per hujuſmodi promotionem, ceſſaſſe, fuit negativè reſponſum: ex eo in prædicta facultate transferendi quaſcunque penſiones, aderat Clauſula. Quod nec etiam per promotiones ad Cathedralem, vel ſtatus, & perſonæ mutationem, gratiæ ab ipſo Papa conceſſæ confundantur, ſed quod cumulativè his uti poſſit; prout fuit N. per Gregorium XIV. conceſſum, & dictum in una *Cremonen. Penſionis penes Cavaler. deciſ.* 148. *ſub num.* 6. *verſic. Hæc difficultas*, de quo aliàs locuti ſumus. Nam dum allegaretur per titularem, transferendi facultatem, ceſſaſſe per promotionem penſionarii ad Epiſcopatum Interamnen ex eo, quod licèt ei fuiſſet conceſſa retentio penſionis, non tamen cenſebatur conceſſa facultas transferendi: tamen hæc difficultas ceſſabat ex indulto conceſſo per dictum Gregorium XIV. in quo fuit data facultas transferendi quaſcunque penſiones cum ſupradicta Clauſula. *Quod nec etiam, &c.* Per quæ quidem verba ſic indiſtinctè loquentia, ac continentia hanc transferendi facultatem, Domini cenſebant, ſatis clarè oſtendi, Papam voluiſſe, quod dictus N. poſſet uti hac facultate transferendi, etiam ſi eveniſſet caſus, prout evenit, quod ad Epiſcopatum promoveretur, prout in eadem *deciſ.* 148. *ſub nu.* 6. *d. verſ. Hæc difficultas.*

Poſtremò, cum penſionis tranſlatio ſit odioſa, ut ſupra dictum, eſt imò odioſiſſima, ut etiam alibi diximus, proindè fuit, quandoque dubitatum, an per tranſlationem invalidè factam, expiret facultas transferendi, ſed ſemper fuit negativè concluſum, namque certum eſt, quod ubicunque conſtat, ad quem effectum fuerit facta conceſſio, ſeu diſpoſitio, intelligitur cum effectu validè ſequuto, Bald. *in l. invitus, num.* 8. *de procur.* Rota *deciſ.* 47. *num.* 6. *par.* 1. *diverſ.* quæ licèt loquatur de facultate teſtandi a Papa conceſſa, nihilominus ex ea concludit Garc. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 146. quod per tranſlationem penſionis invalidam, non eſt conſumpta facultas transferendi, prout deciſum refert in una *Placentin. Penſionis* 17. *Iunii* 1602. *coram Corduba.* Et ita vidimus non ſemel practicatum.

Hoc autem, quoad modum, & formam, ac praxim transferendi prædictas penſiones

Sciendum inſuper eſt, alium adeſſe modum, per quem 69
hujuſmodi penſiones tranſeunt de penſionario in aliam perſonam, abſque authoritate Summi Pontificis, non tam per viam formalis tranſlationis, ſed ſimplicis ceſſionis commoditatis penſionis, quæ tutò, & liberè fieri poteſt, abſque aliquo vitio ſimoniæ, aut conſcientiæ ſcrupulo, etiam ſine ſcientia, & conſenſu Titularis, prout frequenter in praxi ſervatur; ex eo, quod commoditas, & fructus penſionis licitè vendi poſſunt, Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. & fuit dictum in una *Iſpalen. Penſionis*, quæ eſt *deciſ.* 340. *num.* 1. *p.* 1. *diverſ.* ubi, quod dicta cōmoditas liberè poteſt in alium cedi, etiam ſine ſcientia, & voluntate beneficiati: quia non reperitur in jure cautum, quod in transferendo utilitatem terminorum penſionis decurſorum, & decurrendorum, requiratur aliqua ſolemnitas; quæ tamen in jure, & titulo ipſius penſionis requiritur.

Etenim in hoc caſu non agitur de transferendo formaliter penſionem: quæ ſicut reſervata eſt authoritate Papæ, ita ſine illo transferri non poteſt; ſicut ſatis, jam hactenus viſum eſt, ſed tantum agitur de nuda commoditate illam percipiēdi: quia per hujuſmodi ceſſionis commoditatem, quæ fit durante vita ipſius penſionarii, non cenſetur ceſſa ipſa penſio, ut optimè tradit Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 91.

Vndè,

Undè remanente jure illo formali penes penſionarium, jus caſuale, ſive ea commoditas percipiendi, poteſt cedi, & transferri, ſicut quodvis aliud expoſitum libero hominum commercio, prout tenuit Rota *in una Bojanen. Penſionis* penes Ludovi. *deciſio.440.num.7.* in qua fuit dictum, non obſtare, quod dicitur de ceſſione penſionis: quia non fuit ceſſa penſio ipſa, ſed tantum commoditas, & fructus, & *e.id.* Lotter. *d.lib.1.quaſt.42.num.29.* ubi, ſuppoſito, quod hujuſmodi commoditas ſit ceſſibilis, neceſſariò ſequitur, non tenere ceſſationem interim factam in præjudicium creditoris: quemadmodum non teneret extinctio, vel remiſſio uſusfructus, facta per ipſum uſufructuarium; quæ eo ipſo præſumitur attentata in fraudem creditoris, juxtà tex. *in l.3.ff. quæ in fraud.cred.*

Quarè omnia hæc ſunt declaranda in inſtrumento hujuſmodi ceſſionis; quod ita communiter concipi conſuevit, ut ex ipſius infraſcripta formula patebit, tenore ſequenti, videlicet.

70 *In nomine Domini Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubiq; pateat evidenter, notumque ſit, quod Anno ab ejuſdem Nativitate 1637. Die verò nona Novembris. Pontific. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Urbani Divina providentia Papæ VIII. In mei Notarii publici, teſtiumq; infraſcriptorum, ad hæc vocatorum, & rogatorum, præſentia præſens, & perſonaliter conſtitutus Ill. & R.D. Nazarius Medices Romanus, mihi Notario cognitus; aſſerens ſibi fuiſſe Apoſtolica authoritate, reſervatam ſuper fructibus, &c. ſine cura Eccleſiæ, ſeu Capellæ Hebdomadæ nuncupatæ S.M. Majoris, etiam nuncupata Neapol. ſeù in ea perpetui ſimplicis beneficii Eccleſiaſtici ſub invocatione ejuſdem S. Mariæ, quā, ſeù quod obtinet R.D. Franciſcus Stajnanus, penſionem annuam ducatorum viginti, auri de Camera, cum duobus tertiis alterius paris ducati, ſummam ſcutorum Triginta monetæ Romanæ, de Iuliis decem pro quolibet ſcuto hujuſmodi conſtituentium, ſolvendam pro una in S. Io. Baptiſtæ, & pro altera ratis in D.N. Ieſu Chriſti Nativitatum feſtivitatibus, hìc in Urbe; prout ex literis Apoſtolicis ſub Dat. Romæ apud S.M. Majorem anno 1632 Sexto Kal. Maii; ac reſervata ſibi infra dicenda facultate recuperandi, & rehabendi, & non aliter, &c. omnem, & quamcumque commoditatem, ac utilitatem, quam habet, & quomodolibet habere poteſt, & poterit contra dictum R.D. Franciſcum Stajnanum, & alios quoſcumque poſſeſſores dictæ Eccleſiæ; ſeù beneficii ſuper omnibus, & ſingulis terminis dictæ penſionis decurrendis à proximè ventura feſtivitate Nativitatis D.N. Ieſu Chriſti in poſterum, & in futurum, ſua tantùm vita durante, & non ultra, ceſſit, conceſſit, &c. Ill. & Excell. D. Petro Franciſco Martello Firmano U.I.D. mihi cognito præſenti, &c. ad habendum, &c. ſua omnia jura, &c. talia tamen qualia ſunt, & habet, & ita ut contra ipſum nequeant retorqueri, & nō aliter, &c. nec alio modo, niſi dicto recuperandi jure, ponens, &c. conſtituens, &c. ſua vita durante eundem Petrum Franciſcum, ſuoſq; procuratores irrevocabiles, ut in rem propriam, &c. etiam mediantibus, &c. ad exigendum, ac habuiſſe confitendum à dicto R.D. Franciſco, & aliis, quibus opus fuerit, omnes, & ſingulas, ac quaſcunq; utilitates, commoditates, quas habet ſuper dictis terminis in futurum decurrendis, ac debendis, & maturandis prædictæ annuæ penſionis, ipſamque annuam penſionē, & de exactis, etc. ac habitis, ac habuiſſe, etc. confeſſis, ſolventes, et quos opus fuerit, quietandi. Et in eventum illius extinctionis, et caſſationis facienda præſtandum ſuum conſenſum, ac omnes anticipatas ſolutiones pro illius caſſatione faciendā à quibus opus fuerit percipiendum, et de perceptis, etc. quietandum, etc. ſolvere recuſantes cogendum, etc. ſequeſtraq; ſolutiones conſentiendum, etc. et cum clauſula ad lites, etc. et facultate ſubſtituendi, et generaliter, etc. promittens, etc. Relevans, etc. Hanc autem ceſſionem, etc. fecit prædictus D. Nazarius, eo quia tunc in mei præſentia manualiter, et in cōtanti habuit, et recepit à prædicto Illuſt. D. Petro Franciſco Martello præſente, etc. ſcuta C. et viginti monetæ de Iuliis decem pro quolibet ſcuto, quæ in toto Iuliis, et teſtonibus argenteis ad ſe traxit, etc. de quibus quietavit, etc. exceptioni, etc. renunciavit, etc. per pactum, etc. Et ulterius promiſit dare, etc. conſignare dicto D. Petro Franciſco omnes, et ſingulas cedulas bāncharias ſibi de cætero dandas pro exactione dictæ annuæ penſionis terminorum à quibuſcumq; poſſeſſoribus dictæ Eccleſiæ, ſeu beneficii, ac etiam quoties opus fuerit, tradere eidem inſtrumentum ſuæ ſupervivenſiæ, ad effectum, ut commodius poſſit conſequi futuros terminos dictæ penſionis, ſumptibus tamen ipſius D. Petri Frāciſci, aliàs, etc. et ad omnia damna, etc. Convenerunt autem dicti D. Contrahentes per pactum expreſſum, quod dicto D. Nazario liceat ſemper, et quandocunq; voluerit recuperare, et rehabere dictam commoditatem, et utilitatem ceſſam, ad illas redire, et penſionē ipſam, ut prius exigere, levare, ac in ſuos uſus, et utilitatem convertere, vigore reſervationis Apoſtolica authoritate ad ſui favorem facta, ut prius, et prædictus D. Petrus Franciſcus teneatur, prout promiſit eam illi retrocedere, reſtitutis ſibi ſupradictis ſcutis C. et viginti monetæ liberè, etc. Promiſitq; d. D. Nazarius d. Petro Franciſco præſenti, etc. dictam commoditatem, et utilitatem ceſſam nulli alteri ceſſiſſe, etc. aut aliàs quomodolibet alienaſſe, etiam alienationis vocabulo latiſſimè ſumpto, nec quicquam feciſſe in præjudicium d. D. Ceſſionarii, aliàs in omnes caſus, etc. voluit teneri de evictione, etc. et ad omnia damna, de quibus, etc. pro quibus ſe ſe, etc. hæredes, etc. et bona, etc. in forma Cameræ cum clauſulis, et citra, etc. obligantes, etc. renunciantes, etc. Conſentientes, etc. Iurarunt. etc. Tactis, etc. ſuper quibus, etc. Actum Rom. in officio mei, etc. Præſētib. Ægidio Lilio q. Vincētii de Ducatu Ferētilli, et D. Petro Menicotio de eodem loco teſtibus, etc.*

Et ego Cæſar Columna Romanus Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius de præmiſſis rogatus, præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi, requiſitus.

CAPUT VII.

Praxis Diviſionis terminorum, ac temporis ſolutionis faciendæ Penſionis annuæ, ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici reſervatæ.

SUMMARIUM.

1 *Penſio impoſita ſuper diſtributionib. quotidianis quando ſolvenda penſionario per Capitulum Eccleſiæ.*

2 *Et qua ratione.*

3 *Penſionem ſolvere tenetur penſionario Camera Apoſtolica, quando illa percipit fructus beneficii.*

4 *Penſionis ſolutio facta penſionario per Capitulum, vel Cameram non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi contra verum titularem.*

5 *Secus verò dicendum de reſervatario fructuum. Et quarè.*

6 *Penſionis reſervationi conſentiens ſub conditione, ſi Papa conſenſerit, ante illius conſenſum, eſt poteſt pœnitere.*

7 *Refertur ad id optima Rotæ deciſio.*

8 *Penſionem ſolvere tenetur proviſus ab Ordinario ſi conſēſit penſion. per Papam reſervatæ etiam quod poſſideat vigore collationis prædicti Ordinarii.*

9 *Penſio eſt onus reale cohærens beneficio illiuſque fructibus.*

10 *Fructuum beneficii ſola perceptio non autem titulus conſideratur pro penſione ſolvenda.*

11 *Penſionarius pro penſione poteſt convenire, vel fructuum poſſeſſorem, vel titularem.*

12 *Penſionem ſolvere tenentur Capitulum Oeconomus, & Cameræ, licèt titulo non poſſideant, ſed tamen fructus percipiant.*

13 *Penſio ſolvenda etiam per intruſum in beneficio.*

Penſio non ſolvenda bis in anno, licèt beneficium habeat terras biferas.

14 *Penſionis ſolvenda locus, & terminus ſufficit, quod exprimantur in literis reſervationis.*

15 *Pen-*

15 *Penſio in dubio, ſolvenda in loco beneficii.*
16 *Creditorem ſuum ſequi, nullus tenetur.*
17 *Penſionis litteras, Cancellaria, aut Camera nunquam permittit tranſire ſine expreſſione loci, & terminorum ſolutione.*
18 *Creditor debet eſſe paratus ad recipiendam pecuniam in loco deſtinato ſolutionis.*
19 *Reſignans, & reſignatarius poſſunt plures terminos, etiam ultra duos, ad eorum libitum pro ſolvenda penſione, conſtituere.*
20 *Pœna non ſolventis penſionem, habet locum, volente penſionario.*
21 *Privatio beneficii, ob non ſolutionem penſionis, fit in favorem penſionarii.*
22 *Dictio* integrè *in reſervatione penſionis, quid importet.*
23 *Penſionis nullitatis, ſeu reditionis commiſſæ ſub qua formula detur.*
24 *Penſio ſolvenda, etiam pro tempore præterito, licèt litteræ præſententur poſt aliquod tempus.*
25 *Penſio exigi non poteſt, niſi litteris ſuper illius reſervatione, expeditis.*
26 *Si tamen non adſit Clauſula in ſupplicatione, quod ſola ſignatura ſufficiat.*
27 *Etiam ſtante conſenſu Titularis, cum obligatione Camerali.*
28 *Et quacunque alia conventione inter reſignationem, & reſignatarium, inita.*
29 *Clauſula* vigore litterarum *in reſervatione penſionis, appoſita eſt favore Officialium Cancellariæ Apoſtolicæ.*
30 *Et juſſu Sixti V. fuerint additæ verba.* Nec antea, aliàs præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo.
31 *Et hujuſmodi litteræ, quando dicantur expeditæ.*
32 *Et de mandato Clementis VIII. fuit præfixum tempus ſex menſium circa montes, ultrà vero, novem.*
33 *Forma permiſſiva non ſervata, immediatè ſuccedit forma deſtructiva.*
34 *Mora purgatio non admittitur contra decretum de expediendo litteras penſionis.*
35 *Conſenſus partium non operatur ultra conſenſum Papæ.*
26 *Penſionarius, qui exegit penſionem, non poteſt allegare ignorantiam decreti de expediendis litteris.*

ET ſucceſſores ſuos *Canonicatum, & præbendam prædictos pro tempore quomodolibet obtinentis.* Quod quidem intelligitur nedum de ſucceſſoribus in titulo, verum etiam in fructibus eorundem Canonicatus, & præbendæ, namquè quando penſio eſt Apoſtolica authoritate reſervata, etiam ſuper diſtributionibus quotidianis cujuſcunq; beneficii, & propter abſentiam excommunicati, vel obitum Canonici, ſeu beneficiati, Capitulum jure accreſcendi recipit omnes fructus, vel di-
1 ſtributiones quotidianas, in hoc caſu Capitulum tenebitur ad ſolvendum penſionem penſionario; nec aliquo modo ſe valebit excuſare; quamvis dicat, quod nunquam ſolverit, prout unanimiter fuit reſolutum in Rota *in una Romana Penſionis 4. Iun. 1593. coram Litta,* & prius coram *Pamphilio in una Burgen. Penſionis 29. Octobris* 1591. & licèt *Navarr. conſ. 1. de ſolut.* contrarium dixerit, tamen *conſ. 3. eod. tit. n. 2. in fin.* receſſit ab opinione, quam prius tenuerat.
2 Cujus quidem ratio eſt, quia penſio fuit impoſita à Papa ſuper fructibus, & diſtributionibus, & non debetur penſionario propter ſervitium Canonici poſſeſſoris, ſed ex gratia Papæ, & ad illam percipiendam, actio realis ſibi competit, *Gig. de penſ. quæſt. 39. & quæſt. 43. Creſcent. deciſio. 3. n. 1. de ſolut.* ac etiam perſonalis contra quemcumq; ſucceſſorem, qui ſuccedendo ſe obligare cenſetur, *Caputaqu. deciſ. 13. n. 1. par. 1.* Undè, perſona Canonici, illiuſquè ſervitium, in hoc caſu nullius debet eſſe conſiderationis; nec mors, vel abſentia illius, poteſt eſſe damnoſa penſionario, ad *tex. in l. rem hæreditariam, in fin. ff. de evict. & l. 3. ff. de tranſ.*

Nec refert, quod tempore vacationis, vel abſentiæ, omnes fructus, ſeu diſtributiones accreſcant intereſſentibus, *c. 1. de cler. non reſid. in 6.* quia, cum non ſit dubitandum, quin Papa potuerit penſionē reſervare ſuper dictis diſtributionibus, non potuit accreſcere plus Capitularibus, quàm abſens, vel mortuus Canonicus, ſi intereſſet, ac viveret, lucrari poſſet; prout nequè ex tali interpretatione reſultat aliqua diminutio divini cultus: cum talis penſio non abſorbebat omnes diſtributiones dicti Canonicatus, ut Canonicus inſerviens, nihil acquirere poſſit, *Gig. q. 4. num. 2.* ſicut etiam dicendum eſt, & ſervatur; quod, quando fructus beneficii ſpectant ad Cameram Apoſtolicam, tenetur ipſa Camera ſolvere pēſionem pro rata, id. *Gig. q. 65. per tot.* Nam intentio Papæ fuit, ab initio gravare diſtributiones deſtinatas titulari, ſi inſerviret, & ideò in litteris reſervationis penſionis exprimuntur diſtributiones, ac ſuper illis etiam fuit reſervata penſio, & ſic cum illa fuerit reſervata ad favorem penſionarii, eſt illi debita, ſivè titularis ſerviat, ſivè non; quia Papa nullum habuit reſpectum ad ſervitium titularis; nam aliàs perceptio penſionis redderetur eventualis, & penderet ex ſervitio, vel vita titularis, quod eſſet contra intentionem Papæ, & ſtylum obſervatum, quòd omni tempore penſio ſolvatur, Rota penes Farinac. *dec. 133. n. 2. p. 3. recent.*

Inſuper, quia eo ipſo, quod Papa reſervat penſionem ſuper diſtributionibus certi Canonicatus, afficit illas, & ſeparat, ut durante penſione, Capitulum non poſſit percipere eas in præjudicium penſionarii, jure proprio, per jus non decreſcendi, & licet ſit locus juri accreſcendi, tamen tranſeunt diſtributiones ad Capitulum, cum ſuo onere, & talem eſſe intentionem ſuam, declaravit Clemens VIII. ut habetur in una *Colimbrien. Penſionis 28. Ianuarii* 1605. *coram Millino, quæ eſt dec. 233. par. 3. recent.* in qua *nu. 3.* dicitur, Non obſtare, quod ſomnes ex ſua culpa, propter ſuſpenſionem non perceperit diſtributiones; quia penſionarius habet duplicem viam; nam poteſt dirigere actiones ſuas contra excommunicatum, vel ſuſpenſus, qui ex ſua culpa non potuit inſervire, & lucrari diſtributiones, & ſimiliter cum habeat obligatas, & hipothecatas diſtributiones quotidianas, poteſt agere contra Capitulum pro ſolutione penſionis, ut videre eſt penes Garz. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 6. nu. 44. cum pluribus ſeqq.*

Necnon, cum penſio ſit onus reale, per conſequens penſionarius poteſt agere contra Capitulum, quod percipit diſtributiones: cum ſuper illis fuerit reſervata penſio, ſicut competit actio contra titularem, & eſt in electione penſionarii, convenire, quem maluerit, Rota *penes eundem* Farinacc. *deciſ. 176. n. 3. d. p. 3.*

Quarè præmiſſis ſic ſtantibus, contra Capitulum poteſt Iudex Executor procedere ad terminos penſionis decurſæ, ſuper cujus fructibus illa fuit reſervata, Barboſ. *in prax. exig. penſ. q. 7. num. 20.*

Benè tamen verum eſt, quod licet ſupradicti, qui percipiunt fructus, ſeù diſtributiones in caſibus prædictis, tenentur ſolvere penſionem, non propterea conſtituunt in quaſi poſſeſſione ea igendi contra verum titularem, quia non habent titulum, Rota *deciſ. 184. n. 1. & 2. p. 1. diver. & deciſ. 508. nu. 4. p. 2. in recent. & deciſ. 44. n. 2.* impreſſa penes *Pacif. de Salvian.* ubi de ſolutione facta Sede vacante, fuit ita deciſum, & in una *Vicen. penſionis* 28. *Novembris* 1614. *coram Andrea, & in una Meliten. Penſionis 17. Iunii* 1617. Grata. *diſcep. foren. cap. 113. nu 51. & ſeq. ac per* Addit. ad Ludoviſ. *deciſ. 275. n. 22.* qui *nu. ſeq.* ait prædicta non procedere in reſervatione fructuum, cum facultate percipiendi illos, etiam propria authoritate, quia iſte ſolvendo penſionem conſtituit in quaſi poſſeſſione ea igendi contra verum titularem, Rota *d. deciſ.* 508 *nu. 3.*

Hoc autem ſemper procedit, quando videlicet conſenſus præſtitus per titularē reſervationi penſionis annuæ authoritate Apoſtolica reſervandæ, fuit ſimpliciter, & abſolutè, abſquè conditione; ſecùs verò, quando ille præſtatur ſub aliqua conditione, veluti, ſi Papa conſenſerit; quia antequam 6
ille conſentiat, poteſt titularis recedere, & pœnitere ante beneplacitum Papæ; licèt promiſſio fuerit facta cum juramento, prout fuit dictum in una *Ripan. Penſionis 19. Novembris* 1612. quæ nonnulla alia etiam continet ad praxim pertinentia, ac propterea illius tenorem hic ſubnectere placuit, qui talis eſt, videlicèt.

In concurſu vacantis Parochialis Eccleſiæ Caſtri Marini, 7
antequam Epiſcopus veniret ad examen, notificavit omnibus concurrentibus, ſuper fructibus dictæ parochialis, cum beneplacito Sanctiſſimi, eſſe imponendam penſionem annuam ducatorum 20. ad favorem perſonæ, per eundem Epiſcopum nominandæ. Concurrentes acceptarunt, & quilibet eorum conſenſit, & obtulit ſolvere penſionem, in eventum, in quem Eccleſiam obtineret. Porphyrio, & Venantio æque idoneis renunciatis, Epiſcopus Porphyrium prætulit; ſed Venantius appellavit, & obtinuit ſibi provideri de Parochiali

per

per viam judiciariam, & fuit inſtitutus vigore Clem. Auditor. *de reſcrip.* Interim Porphyrius expedivit litteras, & conſenſit reſervationi penſionis ducatorum 20. ad favorem Cæſaris Lippi, cui cum Venantius nollet ſolvere penſionem, neque præſtare novum conſenſum ad favorem ejuſdem penſionarii. Dubitavi, An Venantius teneatur ad ſolutionem penſionis, vel non expeditionis, ad favorem ejuſdem penſionarii conſentire, & Domini negativè reſponderunt; quia Venantius non dicitur ſucceſſiſſe Porphyrio; cum proviſio Porphyrii fuerit nulla, & ſemper duravit illa prima vacatio, *c. conſideravimus, & cap. ſuper eo, de elect.* & ideò conſenſus Porphyrii præſtitus expeditioni litterarum, uti non veri Rectoris, non potuit præjudicare Venantio, Gig. *de penſ. q. 10. n. 13. & q. 34. n. 9.*

Non obſtat, quod ſi Venantius non tenetur ſolvere, tanquam ſucceſſor Porphyrii, qui penſioni conſenſit, ſaltem tenetur ratione ſui conſenſus præſtiti ante examen; quia cũ notificatio Epiſcopi de imponenda penſione, & præſtiti conſenſus habeant vim concordiæ, ſuper eo, de quo Ordinarius non poteſt diſponere; cum penſiones perpetuæ non poſſint reſervari, niſi authoritate Papæ, Gig. *de penſ. quæſt. 87. num. 5.* Mandoſ. *in prax. Sign. Grat. de extinct. in principio*, & quæ concordia in beneficialibus, aliàs ſaperet ſimoniam; niſi adiiceretur, prout fuit adjecta Clauſula, *cum beneplacito Sanctiſſimi, & non aliter, ut in cap. ſuper eo, de tranſact. cap. fin. de pact.* Put. *deciſ. 353. lib. 1.* fuit dictum licuiſſe, & licere Venantio pœnitere, quia promiſſio ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum, etiam ſi facta fuerit, cum juramento, non valet, Achill. *deciſ. 2. de pact.* But. *deciſ. 347. lib. 1.* quod etiam firmavit Rota *in Aurien. Archipresbyteratus*, in qua aliæ deciſiones allegantur 17. *Aprilis 1606. coram Penia.* Præterea viſa eſt Dominis illa proviſio correſpectiva ad præelectionem; ex qua deindè potuiſſet Venantius obtinere expeditionem litterarum Apoſtolicarum, qua caſſante, cum præelectionem habuerit à Rota, non videtur eſſe locus præſtationi conſenſus, per *reg. ceſſante cauſa, cap. quod ceſſante, de jurepatr. cum vulg.*

E contra, alius occurrit caſus, quod videlicet, vacante beneficio eccleſiaſtico in menſe ordinario, illud contulit Epiſcopus cuidam Antonio; nominando N. ad certam penſionem ſuper fructibus ejuſdem beneficii, Apoſtolica authoritate reſervandam: pro qua quidem reſervatione dictus Antonius conſenſit, ac pro ea ſolvenda, etiam in forma Cameræ ſe obligavit: vigore tamen dictæ collationis, adeptus eſt poſſeſſionem dicti beneficii, fructus etiam percipiendo: litteris poſtmodum pro dicta reſervatione expeditis, nihilominus recuſabat ſolvere dictam penſionem: ex eo, quod beneficium poſſidebat vigore collationis Ordinarii, nulla penſione gravatum. Re ad Urbem delata, diſcuſſoque negotio, omnes dixerunt, quod dictus titularis poterat conveniri pro
8 ſolutione dictæ penſionis, ſtante dicto conſenſu, per eum dictæ reſervationi præſtito, etiam ea ſola poſſeſſione ſupradicta, ad tradita in una *Cuſentina Penſionis 19. Januarii 1632.*

Namquè ad retardandam penſionem non ſufficiebat allegare, quod titularis poſſidebat beneficium, vigore litterarum collationis, ſibi ab Ordinario factæ, non autem litterarum Apoſtolicarum; ac proindè ſi ille fructus ſuos non faceret, ad Cameram Apoſtolicam ſpectare poſſent: proindeque illum non teneri ad ſolutionem dictæ penſionis.

Quia contrarium fuit reſolutum: nam cum penſio ſit onus
9 reale, cohærens beneficio, juxtà *not. in c. querelam, de elect.* Rota *deciſ. 352. part. 1. num. 1. recent.* & cohærens ipſius fructibus, Barboſ. *in prax. exig. penſ. quæſt. 10. num. 13.* ſatis erat, quod A. eſſet in poſſeſſione beneficii, illiuſque fructus perciperet; licèt ſola perceptio fructuum, non autem
10 titulus conſideretur; ac proindè penſionarius poteſt convenire quem maluerit vel fructuum poſſeſſorem, vel titula-
11 rem, eo modo quo dictum eſt in ſupradicta *deciſ. 176. num. 3.* & in dicta *Colimbrien. Penſionis*, Rota *in dicta deciſ. 133. num. 3. part. 3.*

Quod ſatis habetur in praxi de Capitulo, ut ſupra dictum eſt, necnon de Oeconomo, & Camera, qui licèt titulo non poſſideant beneficium, cum tamen fructus perci-
12 piant, tenentur omninò ad ſolutionem penſionis, per allegatos à Rota *deciſ. 291. par. 2. recent.*

Inſuper, quamvis dictus titularis poſſet dici ante etiam expeditionem litterarum Apoſtolicarum pro reſervatione dictæ penſionis, ac ipſiuſmet proviſionis Ordinarii, con-
13 firmatoriarum, merus intruſus in beneficio, adhuc evitare non potuit debitam penſionis ſolutionem; cum ad hunc effectum conſideretur fructuum beneficii perceptio, id. Barboſ. *in d. prax. exig. penſ. d. q. 10. n. 13. cum ſeqq.*

Alia etiam ratio fuit adducta, nempè, quia cum prædictus titularis potuiſſet, vel curare expeditionem a Papa ſuper dicta penſionis reſervatione, vel litteras jam expeditas accipere, & ſic poſſeſſionem, jam vigore ſibi ab Epiſcopo factæ collationis, legitimè continuare, ſibi debuit imputare, ſi fuit negligens reducere uſurpationem fructuum beneficii, ad titulum legitimæ perceptionis; & negligentia illius nequit præjudicium inferre penſionario, qui litteras prædictas expediendas curavit, juxtà pactionem initam inter ipſum, & titularem, &c.

Annis ſingulis. Orta fuit olim contentio inter reſignantem, & reſignatarium; ex eo quod, ſtante penſione, ſingulis annis ſolvenda de fructibus, & redditibus beneficii, ipſum beneficium habebat terras biferas, quæ ſingulo ſemeſtri reddebant fructus; ac propterea ipſe penſionarius petebat duas penſiones quolibet anno; cum duæ viderentur eſſe, ſtante, quod dicebantur eſſe duo anni, quoad fructus.

Sicuti, versâ vice dicimus de rerum Eccleſiæ alienatione, quæ intelligitur de rebus, quæ quotannis coluntur; nam ſi res ſint ejus conditionis, ut ex eis quolibet triennio unicus tantum fructus percipiatur, poterunt in novem annos locari, cum unum trinenium æquivaleat unico anno. *Quaranta in verbo alienatio, num. 18.* & nos alibi diximus; ſed de hoc ſuperfluum eſſet diſputare; cum ſatis deviet, ac diſtet, etiam à notorio ſtylo, qui declarat, penſionem reſervari ſuper annuis fructibus beneficii, quo caſu veniunt omnes fructus per circuitum anni naturalis, quotquot ſint; & verba ſunt intelligenda in ſenſu naturali, *l. 3. ff. de excuſ. tut.* & ſecundum mentem proferentis, quæ non fuit gravare bis in anno Eccleſiam penſione, Gamb. *de auth. leg. lib. 6. n. 681. cum duob. ſeq.*

In loco, & terminis, *in literis ſtatuendis.* Non enim eſt ne-
ceſſe, quod in ſupplicationis faciendæ; cum ſufficiat, illos ex- 14
primi in litteris deſuper expediendis; & iſte eſt notorius ſtylus Curiæ, ut omnes ſciunt, cum ſemper ferè videamus, locũ, & terminos hujuſmodi referri ad expeditionem litterarum, & de hoc ſtylo teſtatur etiam Caſſad. *deciſ. 1. ſub num. 1. de penſion.*

Quod ſi fortè contingat, omitti locum, & terminos ſupradictos, ac propterea dubitari, in quo loco facienda ſit ſo-
lutio penſionis, tunc procul dubio erit ſolvenda in loco be- 15
neficii, ſuper cuius fructibus penſio aſſignata reperitur, cum eorum id concernat commodum penſionarii, *ad trx. in l. quod, autem ff. de oper. lib.* quia nullus tenetur ſequi ſuum creditorem, Bald. *in l. acceptam, q. 13. C. de uſur.* Gamb. *d. lib. 6. num. 612. cum ſeq.* quamvis ibi ſubdat, audiviſſe inter Dominos Abbreviatores, rem fuiſſe habitam pro dubia, volentibus multis, penſionem præſtari debere in loco, ubi eſt præſtitus conſenſus, quaſi ibi contractum ſit.

At quia nunquam, aut rarò Cancellaria, aut Camera 17
Apoſtolica permittit, litteras reſervationis penſionis tranſire ſine deſtinatione loci ſolutionis faciendæ, ſemper illius expreſſio fit, ubi partes volunt, quia, ut ait id. Gamb. *d. num. 612. in fin.* omni caſu præſtabitur ipſa ſolutio, ubi partes convenerunt.

Et ex hoc ſequitur videre, quid ſi penſionarius, aut eius legitimus procurator non eſſet in loco deſtinatæ ſolutionis, tempore præſtituto, nunquid propterea titularis incurret pœnam privationis beneficii appoſitam in litteris reſervationis? Negativa prorſus eſt reſponſio; nam cum penſionarius non fuerit præſens in d. loco, nec ibi habuit procuratorem ad recipiendum, debitor, non ſolvendo, nullam pœnam incurrit; imò nec eſt obligatus ad aliquod depoſitum faciendum, niſi ad cautelam, & hoc per doctr. Bart. *in l. item illa, ff. de conſt. pecun.* quæ communiter approbatur DD. ut dicit Alex. *in l. ſi filius, §. fin. ff. de verb. oblig.* ubi ait, creditorem debere eſſe paratum ad recipiendam pecuniam in loco
ſolutionis deſtinato; ad hoc, ut debitor pœnam incurrat; 18
Neque obſtat, quod dicit id Bart. *in l. ſi reus paratus, ff. de procur.* quem ſequitur Felin. *in cap. cum te, col. 2. verſ. ubi, de re jud.* nimirum in loco deſtinatæ ſolutionis, teneri depoſitum facere pecuniæ debitæ, aliàs non faciens, incurrit pœnam; quia ſuum reſponſum, Bart. loqui in caſibus, ubi jus expreſsè vult, talem conſignationem fieri, ut puta ad impediendum curſum uſurarum, ut in *l. creditricem, C. de uſur.* Nec eſt neceſſaria proteſtatio debitoris; quia jus præſumit,

debi-

debitorem velle ſolvere, id. Bart. *in l. ſi creditori, ff. de leg. 1. Alex. & Iaſon in l. ad diem ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 566. & Pan. in d. l. item illa*, dicit, quod non nocet debitoris mora, ſi non ſit, qui recipiat, ſivè acceſſerit debitor ad locum deſtinatum, ſivè ſit paratus ſolvere, ſivè non, facit *tex. in l. ſi fundus, §. fin. de leg. com.* & fuit dictum per Dominos, quod aliàs hoc fuit judicatum in Rot. in eiſdem terminis, de anno 1529. in una *Cremon. coram Panigarola, &c.* ſic *Mohed. dec. 15. de locato, & conducto.*

Et ut dictum eſt, ſi termini ſolutionis penſionis non fuerint expreſſi in ſupplicatione, poterunt ſuppleri in litteris, in quibus duo termini conſtitui ſolent: quorum unus eſt in Nativitate D. N. I. Chriſti, alter verò à Nativ. S. Ioã Baptiſtæ, ſecundum notorium, & vulgarem ſtylum, ut tradit *Gig. de penſ. q. 93. num. 4. Seraph. dec. 31.* Et quia hæc diviſio terminorum fit cauſa commodioris ſolutionis, non prohibentur reſignans & reſignatarius plures terminos, etiam ultra
19 duos conſtituere ad eorum libitum; prout in dies practicari videmus.

Sub ſententiis, cenſuris, & pœnis.

Hæc quidem clauſula, ſic in litteris penſionis extendi conſuevit, videlicèt, *Volentes, & eadem authoritate ſtatuentes, quod ille ex N. & ſucceſſoribus prædictis, qui in dictis feſtivitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes, penſionem prædictam per eum, tunc debitam, non perſolverit, cum effectu lapſis diebus eiſdem, ſententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi, vel procuratori tuo legitime de penſione hujuſmodi tunc debita, integre ſatisfactum, aut aliàs tecum, vel cum dicto procuratore ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquàm in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Si vero per ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes, ſententiam ipſam, animo, quod abſit, ſubſtinuerit indurato, ex tunc ex fluxis menſibus ipſis, dicto beneficio perpetuo privatus exiſtat*; Quam quidem clauſulam apponit, & diſcurrit Paril. *de reſign. benef. lib. 6. q. 2. nu. 538.*

Quod tamen notandum etiam in praxi putavimus, illud eſt, quoad tradit Caſſa. *dec. 2. n. 3. de loc.* nimirum, quod cum ſolutio facienda ſit in gratiam penſionarii, pœna cenſe-
20 turſic appoſitas, ut in ipſo tacente, non fit ceſſans excommunicatus, nec privationem incurrat: quod patet, quia ſi poſſet ſimpliciter abſque proteſtatione creditor penſionem decurſum accipiat, oſtendit, noluiſſe pœnam; & debitor non incidit, niſi volente creditore, ſecundum notata, *in l. 2. C. de ſur. emphyt.* nec ante incurritur, niſi poſtquàm ille, cujus gratia appoſita eſt, id declaret: ex quo, ſi aliter diceremus, ſequerentur multa inconvenientia, præſertim, quia excommunicati, non ſolventes, & mille animæ in infinito numero, eſſent illaqueatæ, & ultra, ſi eſſent, privati, indigerent nova proviſione beneficii, & tamen etiam in praxi videmus, quod ſi creditor tacet, & penſionem acceptat, ut ſupra dictum eſt, nolens caducitatem nullus reputatur excommunicatus, nullus privatus & ita patientia, quando eſt neceſſaria, ſufficeret, & excuſaret, idem Caſſad. *ad deciſ. 3. nu. 4. eod. tit.*

Data tamen privatione propter præmiſſa, videtur, quòd poſſit beneficium ab alio impetrari, cum narrativa *Ex eo, quod littera reſervationis penſionis M. legitimè intimata ipſoque M. pro parte N. ut ſibi penſionem prædictam perſolveret, debitè requiſitus fuerit, tamen ipſe M. penſionem hujuſmodi eidem N. vel procuratori ſuo, eius nomine ſolvere recuſavit, & recuſat, excommunicationis, & deinde privationis pœnam damnabiliter incurrendo, cumque ſupradictum beneficium propterea per privationem hujuſmodi vacaverit, & vacet ad præſens, ſupplicat, &c.*

Iſta tamen impetratio per hanc privationem rarò vidimus admitti, & quatenus admitteretur proviſio benefi-
cii ita vacantis, non eſſet regulariter facienda alteri, quam 21
cui penſio erat ſolvenda, id. Caſſad. *dict. deciſ. 2. numer. 4.* quod etiam docet Sarn. *ſuper reg. de ſubrog. collitig.* ubi etiam ait quod iſta privatio non conceditur, niſi pro ipſo penſionario, cujus intereſt *arg. c. cum inter de elect.* ubi ſubdit, quod Rota, ex quadam æquitate, excuſat debitorem penſionis à privatione, quando offert penſionario omnes ſolutiones temporis præteriti, & reficit expenſas: quod tamen verum eſſe ait, niſi magna fuerit debitoris protervia, & doloſa contumacia; quia tunc Rota procedit ad privationem; quo caſu nunquam ſignatur impetratio, per privationem, niſi cum clauſula *in forma iuris*, id eſt, ſi ille de jure veniat privandus.

Integrè.

Hæc dictio refertur ad exemptionem 22
penſionis: quia non diceretur integrè ſolvere, ſi ex ipſa penſione deducerentur decimæ, & alia onera.

Hinc quæritur, quid ſi inter reſignantem, & reſignatariũ, ſeù aliàs inter partes conventum ſit de penſione integrè ſolvenda, abſque eo, quod dicatur, quod ſit exempta à decimis, &c. an ſolvens poſſit deducere decimas, & etiam onera neceſſaria pro fructibus colligendis?

Huic quæſtioni reſpondet *Gamb. de auth. lib. 6. nu.* 208. ubi ait, quod nulla onera ſunt deducenda; quoniam penſionarius habet actionem perſonalem adverſus poſſeſſorem beneficii, & conſequenter, onera etiam neceſſaria pro re, non ſunt deducenda, cum ſpectent ad ipſum poſſeſſorem, *l. patrimonii, & l. defuncta, ff. de uſufr.* quæ ratio concludit, ſivè dicatur *integre*, ſive non; tanto magis, quando exprimitur, quod *integrè*, cum ſit de natura penſionis, quod ſit ſine onere.

Quòd ſi Titularis prætendit penſionis diminutionem, aut nullitatem, recurrit ad Papam, qui cauſam hujuſmodi reductionis, ſeù nullitatis committit alicui in partibus, & litteræ hujuſmodi commiſſionis damnetur eo, quo ſequitur modo, videlicèt.

A tergo. *Venerabili Fratri Epiſcopo N. ſeù dilecto filio ejus Vicario in ſpiritualibus generali.* Intus verò,

INNOCENTIUS PAPA X.

Venerabilis Frater, ſeù dilecte fili ſalutem, &c. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius N. modernus Rector parochialis Eccleſiæ N. Loci N. Diœceſis N. Quod diverſæ reperiuntur, Apoſtolica authoritate, penſiones annuæ ſuper fructibus, &c. d. Eccleſiæ, quarum una ducatorum 200. monetæ Neapolit. ad favorem dilecti filii N. & altera duc. 50. ad favorem dilecti filii N. adverſariorum, quæ ob tenuitatem d. Eccleſiæ, qui hodie, ut ipſe exponens aſſerit, non ſufficiunt pro oneribus, & congrua, ipſi Rectori ex forma Concil. Trident. debita, & ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictæ penſionis ſint nullæ, & annullandæ aut ſaltem reducibiles, ex præmiſſis, & aliis in iudicio deducendit, Ideò exponens prædictus nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus cauſas nullitatis, necnon reductionis penſionum hujuſmodi, ac quàm, & quas ipſe præmiſit, contra prædictos adverſarios habet, & movet, habereque & movere, vult, & intendit, cum omnibus ſuis incidentibus, &c. totoque negotio principali, tibi audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas, cum poteſtate, etiam per edictum publicum, conſtito de non tuto acceſſus, dictos adverſarios, omneſque alios, & ſingulos quos opus fuerit, citandi, illiſque & quibus videbitur, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis inhibendi, & inobedientes in illas incidiſſe, ſervata forma Concil. Trident. declarandi, aggravandi, &c. auxiliumque brachii ſæcularis invocandi, cæteraque in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciendi, &c. præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, committere, aliaſque ei in præmiſſis opportunè providere, &c. dignaremur. Nos igitur ſtatum, et merita cauſæ, &c. præſentibus pro expreſſis habentes ipſumque exponentem à quibuſvis, etc. cenſentes, fraternitati tuæ, frater Epiſcope, ſeù diſcretioni tuæ, fili Vicarie, etc. mandamus, quatenus Vocatis, etc. in præmiſſis omnibus, ut ſingulis, ſine præjudicio litterarum Apoſtolicarum, et non retardata ſolutione penſionis hujuſmodi, authoritate noſtra facias, prout de jure fuerit faciendum. Dat. Romæ, etc.

Cujus quidem commiſſionis vigore, verificatis narratis,
devenitur per Judicem delegatum ad ſententiam nullitatis,
ſeù reductionis ſupradictæ penſionis.

24. Quo verò ad integram ſolutionem penſionis, etiam ſi lit-
teræ non præſentarentur, niſi poſt duos, aut tres annos poſt
reſervationem penſionis, nihilominus debet penſio ſolvi in-
tegrè pro tempore præterito, etiam in foro conſcientiæ;
quia illa conditio, ſeu clauſula in litteris penſionis apponi
conſueta, videlicèt. *Poſtquam tibi prædictæ litteræ præſen-
tatæ fuerint*, non ſuſpendit obligationem, ſed tantùmmodò
ſolutionem, & exactionem; quod quidem notandum eſſe
ait in practica *Hier. Paul. in lib. Provinciali nuncupato*,
fo. mihi 145, *verſ. & quoad materiam*.

Nam illo, qui conſenſit reſervationi penſionis, tenetur
ſolvere, poſt tamen validam expeditionem litterarum: imò
privationi beneficii, ob illius non ſolutionem, contra ipſum
conſentientem, locus erit, inſpectis conſenſu perſonali, &
certitudine; ſicut, & dicendum eſt de penſione ex cauſa con-
cordiæ initæ, exempli gratia de anno 1602. ſuper penſione,
& litteræ non ſiut expeditæ, niſi de anno 1603. tamen pen-
ſio ſolvenda erit pro terminis, etiam præteritis, prout cen-
ſuit Rota, in una *Aſſiſien. Penſionis coram Sacrato* 22. *Ju-
nii* 1607. *teſte Marcheſ. de commiſſ. p.* 1. *§* 2. *nu.* 40. *fol.* 585.

Vigore tamen litterarum *apoſtolicarum*

25 *deſuper, &c.* Ex his apparet, quod penſio non poteſt exigi,
litteris non expeditis; nam, quicquid antea obſervaretur,
26 certum eſt, hodie illam exigi non poſſe, quando non adeſt
clauſula, quod ſola ſupplicationis ſignatura ſufficiat, quæ
apponi conſuevit in penſionibus pro Palatinis, teſte Garc.
par. 4. *cap.* 2. *num.* 34. Et omnia contraria ceſſant, ſtante
d. clauſula, in ſupplicatione poſita, quæ cæpit apponi tem-
pore Gregorii XIII. ut per *Saluſtium Tiberium in practica
Audit. Cam. lib.* 3. *cap.* 4. qua ſtante, dicendum eſt, ante
litterarum expeditionem illam non poſſe exigi, nec etiam
27 ſolvi; imò, nec ad ejus exequutionem procedi, etiam ſtante
conſenſu titularis, ac obligatione in forma Cameræ, quod
quidem adeò ſtrictè ſervatur, ut prorſus reiiciendus ſit, qui
contrarium dixerit, ſeù ſenſerit, ac propterea, ut ait Lotter,
de re ben. lib. 1. *q.* 37. *num.* 5, ceſſat omninò cautela, quam ſe
28 jactat inveniſſe *gloſ. antiq.* videlicet, ut ille, qui conſentit,
faciat inſtrumentum ad partem de ſolvenda penſione, etiam
litteris non expeditis; renunciando expreſsè regulæ contra-
riæ, & hæc regula ideò invaluit, ut formalem ſtylum enixa
ſit: ita quod deſierit inſeri inter alias quædam regula anti-
qua, ne penſiones ſolverentur, litteris non expeditis, quia
jam videtur fruſtatoria ut ait Sarnen. *ſuper reg. de non jud. jux.
form. ſup. q.* 6. *ſub n.* 2. *verſ.* 5. *reg.* Undè hodie dicta clauſula,
videlicèt, *vigore litterarum*, non eſt apposita favore partium;
ita ut poſſint eidem renunciare, *Archid. in c. quam periculo-
29 ſum num.* 4. 7. 9. 8. Sed favore publico Officialium Cancell.
Apoſt, & ita teſert. id. Saluſt. *d. c.* 4. fuiſſe deciſum in Signa-
tura Juſtitiæ, ex relatione D. Ferratini, & aliorum Abbre-
viatorum, nomine Cancellariæ; cum antea, in fraudem
ipſorum Officialium, partes patum curabant litteras ipſas
expedire; cum ſibi ſufficeret habere ſolam ſupplicationis ſi-
gnaturam, cum qua erant tuti etiam in foro conſcientiæ.

Et cum nihilominus putarent aliqui, ſubtiliter indagantes,
quod cum partes haberent in animo, dictas litteras expedie-
di, vigore litterarum expediendarum hujuſmodi, potuiſſent
ante illarum expeditionem ſolvere penſionem, propterea
Sixtus V. juſſit hic addi illa verba videlicet, *Nec antea, alias* 30
præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo.

Quando autem litteræ intelligantur expeditæ, dicendum 31
eſt, ſufficere quod illæ fuerint plumbatæ, licet nondum perve-
nerint ad manus penſionarii; quod intelligitur, tàm ſi expedi-
tio fiat per Cancellariam, quam per viam ſecretam, prout
tenuit Rota *in una Biſunt. Penſion. coram Damaſc.* 4. *Julii*
1603. *penes* Farin. *in poſth. tom,* 1. *dec.* 68. *nu.* 4. ubi non fuit
admiſſa exceptio partis adverſæ, & differentia inter expedi-
tionem per Cancellariam, & per viam ſecretam ſupponen-
do, quod per viam ſecretam, licèt bullæ plumbatæ, poſſunt
nihilominus corrigi, & lacerari.

Infra ſex menſes *expediendarum*.

Quinimmò, cum adhuc frau-
des circa hoc vigerent, poſtquàm idem Sixtus clauſulam
ipſam ita extendit, noviſſimè voluit Clemens Papa VIII, 32
quod tempus hujuſmodi ad ipſas litteras expediendas, fuiſſet
aliquo modo limitatum. Undè citrà montes ſex menſium,
ultra verò montes, novem ſtatuit, & voluit obſervari; prout
hodie tenaciſſimè ſervatur, teſte *eodem* Lotter, *d. lib.* 1. *q.* 37.
n. 6. *cum ſeqq.* aliàs enim penſio, ſupradicta nulla, & invalida
protſus redditur, tanquam contra formam dicti decreti,
per illa verba, *alias penſio hujuſmodi nulla ſit eo ipſo*; undè,
non ſervata forma permiſſiva, immediatè ſuccedit forma 33
deſtructiva, Bald. *in leg. prætor ait*, *§. ſivè autem numer.*
2. *in fin. de nov. oper. nunc.* & penſio nulla remanet, ni-
ſi illius nullitati occurratur per illa remedia, quæ inferius
proponuntur.

Quarè, attentis prædictis verbis, nulla erit penſio ante ex-
peditionem litterarum Apoſtolicarum, & extrà tempus, ut
ſupra præſcriptum contra formam decretis irritantis appoſiti
in ſupplicatione: nec ſufficit, quod litteræ fuerint expedi-
tæ, antequàm fuerit oppoſitum de nullitate penſionis: quia
hoc decretum requirit expeditionem litterarum ante exa-
ctionem, & inducit formam præciſam, annullando ipſo ju-
re; ideò non ſuffragatur expeditio poſt exactionem; etiam
quod hoc decretum apponatur ſolum favore prædictæ Can-
cellariæ, & nullitas non poſſit ab alio allegari; quia illud fuit
inventum, ut timore nullitatis, litteræ expediantur ſtatim;
ſed poſtquàm factus eſt locus nullitati, non concernit am-
plius favorem Cancellariæ, quæ ex iſta nullitate non ſentit
commodum, imò potius damnum, cum poſt exactionem,
non ſerviat expeditio litterarum; & ideò iſta nullitas po-
teſt allegari à titulari, cujus intereſt, ut fuit reſolutum in
una *Bonon. Bonorum de Gambarinis* 23. *Januarii* 1578. aliàs
enim hoc decretum eſſet eluſorium, ſi titularis non poſſet
allegare iſtam nullitatem; cum Cancellaria admittat ſemper
ad expeditionem litterarum, & ejus non interſit declarare
hanc nullitatem.

Prout, neque in hoc admittitur purgatio moræ; quia 34
poſt extinctionem penſionis, non eſt locus purgatio-
ni moræ, *Caputaque decif.* 234. *par.* 2. nam conſenſus par-
tium non poteſt operari ultra conſenſum Papæ, qui vult, 35
quod ad perfectionem gratiæ, litteræ expediantur. Nec
penſionarius, qui ante litterarum expeditionem exegit pen-
ſionem, maximè longum tempus, poterit allegare igno-
rantiam dicti decreti, cùm non ſit veriſimile, quod non ha-
buerit ſcientiam hujus decreti tam notabilis, in reſervatio-
ne appoſiti.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERUM ET SENTENTIARUM.

A

Abbas Collegiatæ, Oppidi Medinæ cæli; habet Sedem in Cathedrali Seguntin. libr. 2. capit. 13. numer. 32.
Abbati non competit jus conferendi in Cathedrali Eccleſia Regulari, lib. 2. c. 9. num. 15.
Abbates, nominantur inter Epiſcopos, & Archiepiſcopos, lib. 2. cap. 10. §. 2. num. 132.
Abbati de Patientia Cæſarea, quænam inſignia, & privilegia conceſſa per Clementem VIII. lib. 2. cap. 14. nu. 17.
Abbatia, de jure communi æquiparatur Epiſcopatui, lib. 2. cap. 10. §. 2. num. 131.
Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, poteſt ex privilegio conferre beneficia, lib. 1. capit. 4. numer. 96 Necnon habere curam animarum, nu. 97.
Abbatiſſatus impetrationis formula, lib. 1. c. 5. nu. 145.
Abſentia Canonicorum, trium menſium, quomodo computanda, lib. 2. cap. 14. nu. 40. & 49.
Ad hanc abſentiam nec cauſam, nec licentiam Ordinarii requiri ibi, num. 41.
Abſentes ex juſta cauſa, quod habeantur pro præſentibus, dicitur impropriè, & per fictionem, lib. 2. cap. 15. nu. 134.
Abſolutio Epiſcopi, à vinculo prioris Eccleſiæ, & translatio ad ſecundam, quando incipiat, lib. 3. cap. 6 nu. 87.
Accuſatus de crimine quamvis gravi, poteſt renunciare beneficium lite pendente, lib. 5. c. 1. nu 8.
Actus præſumitur eo modo, quo validè fieri poteſt, libr. 2. capit. 5. num. 131.
Actus trahitur ad diem conditionis, & antea non operatur, ibid. num. 186.
Actus, certo tempore non concluſus, perpetuus reputatur, lib. 1. ca. 6. nu. 300.
Actus interpoſitus, regulatur ſecundum naturam ejus, cui interponitur, lib. 2. cap 12. nu. 86.
Actus ab habitu, quomodo diſtinguatur, ex verbis prohibitionis, lib. 2 cap. 10. §. 3. nu. 110.
Actus quilibet tendens ad favorem alterius, intelligitur, parte petente, lib. 2 cap. 12. nu. 66.
Actus invalidi ratificatio dicitur novus actus, libr. 2. capit. 15. num. 5.
Aetatis quadraginta annorum defectus in Pænitentiario, quando non obſtet, lib. 2 c. 5 nu. 30.
Et hujuſmodi ætas debet eſſe completa, nu. 31.
Aetas requiſita ad dignitatem in Cathedralibus Eccleſiis, quæ, lib. 2. cap. 10. §. 3. nu. 81.
Aetas 14. annorum, ſufficit ad Canonicatum Collegiatæ, etiam ſi illi eſſet annexa Parochialis Eccleſia, lib. 2. capit. 12. numer. 80.
Prout etiam dicendum eſt de quovis beneficio ſimplici, requirente dictam ætatem, nu. 82.
Et refertur declaratio ſacræ Congregationis, nu. 82. & 89.
Aetas 14. annorum ſufficiebat ad Canonicatus in Cathedralibus, de jure antiquo, nu. 87.
Aetatis defectus ad Cathedrales, quomodo à Papa diſpenſetur, lib 2. cap. 14. nu. 31.
Aetas 14. annorum requiritur ad beneficium ſimplex, lib. 4. cap. 6. num. 20.
Et ſufficit 14 annum fuiſſe inceptum, nu. 21.
Aetas quoad ſpiritualia, à die baptiſmi computanda, libr. 4. cap. 6. num 23.
Aetatis minoris ad beneficium ſimplex, ex fundatione requiſitæ, optima diſtinctio, lib 4. cap. 6. nu. 24.
Aetate quantumvis minor, non diſpenſatur ad beneficium, niſi narret, ſe aptum ad horas canonicas recitandas, ibid. lib. 4. cap. 6 num 19.
Alienatione rerum Eccleſiæ prohibita prohibetur etiam unio, lib. 2. cap. 15. nu. 72.
Alternativæ gratia, quomodo olim concedebatur Epiſcopis per ſupplicationem, manu propria Summi Pontificis ſignatam, cum literis ſub plumbo, lib. 3. cap. 6. nu. 7.
Alternativæ menſium uſus, quando incepit, lib. 3. cap. 6. nu. 8.
quibus conceditur, nu. 9. & 13.
Alternativa acceptata, non eſt locus pœnitentiæ. Et quantum duret num. 10.
Alternativæ acceptatæ non poteſt voluntariè per Epiſcopum renunciari, num. 12.
Alternativa, antiquitus concedebatur etiam inferioribus collatoribus, hodie verò aliter ſervatur, nu. 14.
Non conceditur in beneficiis ſimultaneæ collationis, nu. 15.
Alternativa acceptata ab Epiſcopo manente in Civitate, vel Diœceſi, nu. 16.
Alternativa, utitur Epiſcopus in loco exempto ſuæ Diœceſis, numer. 17.
Alternativæ acceptationis formula duplex proponitur, lib. 3. cap. 6. num. 18.
Alternativa, quomodo acceptata per inſtrumentum, nu. 24.
Alternativæ acceptationis literas non valens Epiſcopus ſubſcribere ob infirmitatem, vel trementem manum, id potuit adjutus aliena manu, num. 26.
Alternativæ recognitio ſub qua formula detur per D. Datarium, ſeu Prodatarium, nu. 27.
Alternativa prodeſt Epiſcopo, etiam ante ſcientiam recognitionis, nu. 28. Et quomodo id intelligatur, lib. 2. cap. 6. n. 29.
Alternativa, incipit currere à die acceptationis, nu. 30.
Alternativæ uſu quomodo Epiſcopus privetur, ſi ea abutatur, nu. 32. Et illius privatio intelligitur ipſo jure, nu 33.
Alternativæ contraveniendo Epiſcopus, non privatur ſuis quatuor menſibus, num. 40.
Alternativa menſium non gaudet Epiſcopus, niſi verè, & perſonaliter reſideat, numer. 41. Etiam ſi abſit ex cauſis à Concilio Tridentino approbata, num. 42 Aut ex neceſſitate ſuæ Eccleſiæ, vel etiam Reipub. aut alia legitima cauſa abſentiæ, etiam de mandato Papæ, nu. 43.
Alternativæ effectus, an incipiat ab ipſa die recognitionis, numer. 49.
Altaria erecta de conſenſu Epiſcopi, ſi dentur in titulum, ſunt beneficia Eccleſiaſtica, lib. 1. cap 2. nu. 18. In partibus Alemaniæ habentur pro beneficiis Eccleſiaſticis, nu. 19.
Amovendi facultatem habens, non tenetur ad obſervantiam juris, lib. 1. cap. 1 nu 272.
Anniverſariorum numerus poteſt etiam per Epiſcopum reduci, ex *Concilio Tridentino ſeſſ.* 25. c. 4. etiam ex declaratione Sac. Concil. quæ hìc annectitur, lib. 2. cap. 18 nu 3.
Et ſub qua formula fuit facta hæc reductio per Archiepiſcopum Neapolitanum, nu. 4.
Annexio, & applicatio minus operatur, quàm ſubjectio, & quare, lib. 2. cap 8. nu. 10.
Annus naturalis intelligendus eſt in ſolutione penſionis, licet beneficium ſit in loco, qui ſingulo ſemeſtri reddat fructus, lib. 5. cap. 7. nu. 13.
Antidatam probandi in gratiis Papæ, non datur facultas, lib. 3. ca. 8. num. 50.
Antidatæ ſuſpicio, quomodo cadat in collationibus Ordinariorum, num. 51.
Antidatæ ſuſpicio, quomodo vitanda in collationibus Epiſcoporum, num. 53. Et in quibus caſibus cadat ſuſpicio, numer. 54.
Antidatæ ſuſpicio in collationibus Ordinarii, quomodo excludatur ex requiſitis in inſtrumento collationis, n. 55.
Antidatæ ſuſpicione ceſſante, quomodo ſtetur literis Ordinarii, num. 56.
Antidatæ ſuſpicio in proviſione Ordinarii, non cauſat malam fidem in proviſo, n. 57.
Annus cæptus, in favorabilibus habetur pro completo, lib. 4. cap. 6. num. 22.
Appellare, quando poſſit magis idoneus ad Parochialem, à mala electione Epiſcopi, lib. 3. c. 4 n. 16.
Appellatio à ſententia Metropolitani ſuper electione ab Ordinario in concurſu ad Parochiales, datur ad utrumque effectum, nu. 18.
Et quænam ſit ratio, nu. 19.
Appellatio, quoad effectum ſuſpenſivum non habet locum in Parochialibus de jurepatronatus laicorum, nu. 21.
Appellatio a denegata inſtitutione, requirit trinam interpellationem, lib. 3 c. 4. n. 8.
Appellatione pendente, manet integrum jus renunciantis accuſati ac ſententiati, lib. 5. c 1. n. 9.
Applicare non poſſunt Epiſcopi menſæ Capitulari fructus præbendarum ſuppreſſarum, lib. 2. c. 8. n. 85.
Et quare, nu. 80.
Apoſtolorum limina non poſſunt nomine Epiſcopi viſitari per eum, qui commoratur in Urbe, cum ſpecialiter ad illam debeat

mitti, libr. 2. capit. 16. num. 69.
Neque per Presbyterum Diœceſanum, qui non ſit capitulo, numer. 70.
Neque per Regularem, Epiſcopi familiarem, etiamſi alium non inveniſſe diceret, nu. 71.
Apoſtolorum limina, etiam ex conſtitutione Sixti V. viſitanda, nu. 67. Illiuſque tenor ſubiicitur, n. 68.
Apoſtolorum limina viſitant Epiſcopi, in partibus infidelium exiſtentes, per eorum procuratores in Curia reſidentes, n. 72.
Apoſtolorum limina, quænam dicantur, nu. 74.
Apoſtolorum limina, cum Epiſcopus neque per ſe, neque per alium viſitare, poſſit, prorogatur ſibi tempus, ſecundum loci diſtantiam, lib. 2. c. 16. n. 75.
Apoſtolorum limina viſitare cur dicatur, n. 79.
Quid hodie ſervetur in viſitatione prædictâ, nu. 80.
Approbationis ad Parochialem formula, quando unus tantum comparvit, lib. 3. c. 8. n. 5.
Et quæ, ubi concurſus fiat ſine tribus ſaltem examinatoribus, num. 6.
Archiepiſcopatus octo, & Epiſcopatus ſexdecim in Regno Neapolitano providentur per Sedem Apoſtolicam ad præſentationem Regis Hiſpanarum, lib. 5. c. 4. nu. 94.
Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum collationum diviſio inter Regem Hiſpaniarum, & Summum Pontificem in Regno Neapolitano, nu. 95.
Archipresbytero, & Canonicis Collegiatæ Civitatis Caſtellanæ, indultum deferendi inſigna conceſſum per Paulum V., lib. 2. cap. 14. num. 9.
Necnon Collegiatæ S. Michaelis Lucan. per Clementem VIII. num. 10.
Archipresbyteratus, habens juriſdictionem contentioſam, non dicitur beneficium curatum, lib. 3. c. 5. nu. 14.
Archidiaconus, dicitur oculus Epiſcopi, Ibid. n. 5.
Archivum ab Vrbano VIII. in Vaticano, pro conſervandis ſcripturis Sacri Collegii, & proceſſus promovendorum ad Cathedrales erectum, lib. 2. c. 16. n. 59.
Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale, validum, & è contra lib. 4. c. 2. n. 83.
Argumentum valet perſonis, vel rebus ad tempus, libr. 8. cap. 6. nu. 303.
Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale, validum, lib. 2. cap. 7. nu. 3.
Auctor, proviſus de Canonicatu Metropolit. Eccleſiæ Neap. emiſit fidei profeſſionem in Vrbe ex gratia Sac. Congr. libr. 2. capit. 16. num. 47.
Et ſub qua forma, fuit id ſibi indultum, nu. 48.
Et quid ſi Orator in aliena Diœceſi reperiatur, nu. 49.

B

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt inſtituta de jure poſitivo, lib. 1. cap. 1. num. 5.
Beneficia eccleſiaſtica, ex quinque requiſitis conſtant, & quænam illa ſint, nu. 12.
Beneficia Eccleſiaſtica quibus modis vacet lib. 5. c. 1. num. 10. inſinuantur per Gonzal. gl. 15. per tot.
Beneficia Eccleſiaſtica habent ſolum locus reſignationis apud Superiores, lib. 5. c. 1. nu. 45
Beneficia devoluta Papa legitimè confert tanquam omnium Ordinarius, lib. 5. c. 1. n. 62.
Dantur devolutionis termini, & ad quos gradatim tranſeat, tam in beneficiis de jurepatronatus, quam liberæ collationis, num. 61.
Devoluta beneficia etiam ad inferiores Papa legitimè confert tanquam ordinarius omnium, nu. 62.
Sicque devoluta quare libentiſſimè conferat vid. rationes, numer. 63.
Beneficia reſervata non poſſunt impetrari per devolutionem, libr. 5. c. 1. nu. 66.
Beneficia affecta dicuntur per appoſitionem manus Summi Pontificis, lib. 5 c. 1. nu. 67.
Affecta Beneficia quænam dicantur, lib. 5. c. 1. nu. 67.
Affectio diſpoſitivè in litterit eſt exprimenda, nu. 68.
Obſerva quando intret necne, cum tripliciter appoſitio manus Papę non habeat effectum, nu. 69.
Beneficium eccleſiaſticum Epiſcopi authoritate erigendum, lib. 1. c. 2. num. 14
Beneficium Eccleſiaſticum quocumque nomina nuncupetur, curandum non eſt, ſi tamen conſtet de ſuis neceſſariis requiſitis, numer. 16.
Beneficium eccleſiaſticum non faciunt terræ, ſeu poſſeſſiones, niſi concurrat conſenſus Ordinarii nu. 28.
Beneficii qualitas attenditur ex functione, erectione cum conſenſu Ordinarii, Ibid. nu. 30.
Beneficii vacantis per obitum formula ſupplicationis habetur per extenſum, lib. 5. cap. 1. num. 57.
Beneficii devolutio qua de cauſa ſit inventata, lib. 5. ca. 1. nu. 60.
Dantur termini devolutionis, & ad quos gradatim tranſeat, tam in beneficiis de Iurepatronatus, quam liberæ collationis, numer. 61.
Beneficii collatio eſt libera tranſlatio juris in beneficio vacante, lib. 5. cap. 2. nu. 77.
Beneficium dici non poteſt ante approbationem Epiſcopi, numer. 40.
Beneficium eccleſiaſticum dici, impoſſibile eſt ſine conſenſu Epiſcopis nu. 42.
Sed donec conſenſu interveniat, res ſtat in pendenti, lib. 1. cap. 2. num. 43.
Beneficium non faciunt bona relicta Altari pro celebratione Miſſarum, ſine conſenſu Epiſcopi, nu. 53.
Beneficium ſine canonica inſtitutione obtineri non poteſt, ibid. num. 56.
Beneficium datur propter officium, lib. 1. c. 3. n. 67.
Beneficii fructibus diminutis, quomodo beneficiatus non teneatur ad horas canonicas, nu. 68.
Beneficium eccleſiaſticum continet ſpiritualitatem, & temporalitatem, nu. 69.
Beneficium eccleſiaſticum à perſona Eccleſiaſtica conferendum, lib. 1. cap. 4. n. 78.
Beneficia Eccleſiaſtica, etiam fœmina poteſt ex privilegio, conferre num. 81.
Beneficium eſt res eccleſiaſtica, quæ Sacerdoti, vel Clerico datur ad ſacrum miniſterium utenda, libr. 1. capit. 5. numer. 100.
Beneficii collatio facta Laico, non convalidatur, ſuperveniente clericatu, nu. 101.
Beneficium impetrans, tenetur probare clericatum, etiam ſi à tertio non opponatur, nu. 109.
Beneficium, cum impetratur in Romana Curia, exprimitur Oratorem eſſe Clericum, alias collatio eſt nulla, numer. 108.
Etiam ſi poſt expeditionem litterarum Orator fiat Clericus, numer. 109.
Beneficii appellatione, non venit penſio, nu. 153.
Beneficiatus, ſicut tenetur ad horas canonicas, ſic Penſionatius ad Officium B. Mariæ, lib. 1 c. 5. n. 164.
Beneficium Eccleſiaſticum in perpetuum conferendum, lib. 1. ca. 6. num. 261.
Beneficia ſæcularia ſunt perpetua, regularia verò, manualia, numer. 262.
Beneficia ſæcularia poſſunt ex conſtitutione eſſe manualia, & è contra nu. 263.
Beneficiorum regularium impetratio valet, non facta mentione manualitatis, nu. 264.
Et quare num. 265.
Beneficium dicitur perpetuum, ad differentiam manualis, libr. 1. ca. 6. num. 269.
Beneficia manualia, quomodo poſſint eſſe perpetua, n. 279.
Beneficium manuale, eſt verè, & ſimpliciter beneficium, numer. 280.
Beneficia amovibilia, poſſunt conferri in titulum, nu. 282.
Beneficia ſunt perpetua, de jure poſitivo, nu. 282.
Beneficia regularia, de ſui natura non perpetua, poſſunt effici perpetua, & è contra, nu. 285.
Beneficia ſæcularia poſſunt effici amovibilia ex lege fundationis, lib. 1. c. 6 nu 284.
Beneficium perpetuum, ex cauſa ſit manuale, & non amplius ab Epiſcopo, conferendum, & quomodo id intelligatur, num. 287.
Beneficia ſęcularia perpetua, per Papam tantum, non autem per inferiorem, ad tempus conferri poſſunt nu. 288.
Beneficia poteſt Papa conferre in perpetuum, & ad tempus, ac ſub conditione, & ut magis voluerit, nu. 289.
Beneficia manualia non rarò conferuntur à Papa in perpetuum, expreſſa ſibi tamen manualitate, nu. 290
Beneficium, in dubio præſumitur perpetuum, nu. 291.
Beneficii manualis reſignatio ad favorem, quomodo a Papa admittatur, lib. 1. c. 6. nu. 294.
Beneficium, manuale pluries in titulum perpetuum per Papam collatio, ſuccedente illius ultima vacatione, ad manualitatem revertitur, nu. 305.
Beneficia manualia hodie cum difficultate à Papa conferuntur in titulum perpetuum, n. 308.
Beneficium, collatiuum præſumitur ex illius ultimo ſtatu ſic collatum, nu. 309.
Beneficium, tale præſumitur in quali ſtatu reperitur tempore vacationis, lib. 1. c. 6. nu. 315.
Beneficia omnia cenſentur ſæcularia, n. 322.
Beneficium, ut intelligatur regulare, & per quot tempus debet tanquam tale gubernari, nu. 323.

Beneficium, an fuerit tentum per regularem, ut regulare, an verò, ut ſæculare, quomodo dignoſcendum, nu. 328.
Beneficia fundata in Eccleſiis regularem, poſſunt conferri clericis ſæcularibus, nu. 329.
Et quomodo id procedat, nu. 330.
Beneficia omola præſumuntur libera, nu. 350.
Beneficia Eccleſiaſtica, ſed naſcuntur, ſed fiunt, lib. 2. cap. 1. numer. 2.
Beneficii eccleſiaſtici definitio lib. 1. c. 1. nu. 3.
Beneficia duo incompatibilia, eſſe ſolita per unum, ſine Apoſtolica in diſpenſatione retineri, non admittitur in Dataria, lib. 2. cap. 6. num. 26.
Quia per illam dictionem, *ſolita* poſſet decipi Summus Pontifex lib. 2. cap. 6. nu. 26.
Beneficium ſi impetrat forenſis, non facta mentione de loco ſuæ originis, gratia eſt ſurreptitia, lib. 2. c. 10. il 2. nu. 39.
Quia Papa in dubio intendit unicuique providere in ſua patria, & quare num. 40.
Beneficia Eccleſiaſtica, in Gallia, & Hiſpania, quomodo conferantur Regnicolis, nu. 44.
Beneficia debita certo generi perſonarum, licet cadant ſub regula reſervatoria, intelligitur tamen hoc cum ſua cauſa, numer. 47.
Ita ut Papa conferat dicta beneficia perſonis ſic qualificatis, lib. 2. cap. 10. il 2. nu. 48.
Nam per reſervationem, cenſetur præjudicare collatoribus tantum, non autem perſonis, quibus jus competit ex fundatione, numer. 49.
Beneficia patrimonialis, quæ, nu. 53.
Beneficiorum patrimonialium, non fit mentio de jure communi, num. 54.
Beneficia patrimonialium, quare ſic dicta, n. 55.
Beneficiorum patrimonialium, frequens ſermo in Dataria Apoſtolica, lib. 2. c. 10. il 2. nu. 56.
Raro tamen illa conferuntur per Papam n. 57.
Beneficia patrimonia, dupliciter conſiderantur, ut hic, nu. 58.
Et habent conformitatem, cum beneficiis juriſpatronatus laicorum, num. 59.
Beneficia conferenda eſſe certo generi perſonarum, intelligendum, quod illæ reperiantur, nu. 67.
Et ſint idonei, & habiles tempore proviſionis, nu. 68.
Beneficii dos, præſumitur ſufficiens aſſignata, lib. 2. capit. 8. num. 36.
Beneficio nulliter erecto, poteſt talis erectio, abſque ſolemnitate revocari ibi. nu 46.
Beneficia præſumuntur perpetua, & collativa, nu. 48.
Beneficium, præſumitur benè fundatum, quando Ordinarius eſt in quaſi poſſeſſione illud conferendi, nu. 49.
Quod intelligitur de collationibus, ſive Apoſtolicis, ſive ordinariis lib. 2. cap. 8. nu. 50.
Beneficii redditus, potius aucti, quam diminuti præſumuntur, num. 58.
Beneficia de ſui natura, præſumuntur congrua, nu. 59.
Beneficii fructus diminutio, quomodo probanda, n. 60.
Beneficii ſuppreſſionis cauſa, debet eſſe perpetua, nu. 61.
Beneficia aliqua Eccleſiaſtica, non niſi actu Presbyteris conferenda, lib 2. c. 10. il 2. nu. 82.
Beneficiati Cathedralis, ſeu Collegiatæ Eccleſiæ, non faciunt Collegium, lib. 2. c. 13. n. 39.
Beneficiatus, quando poſſit ſibi deſignare ſucceſſorem in beneficio, ſine inſtitutione Ordinarii, lib. 4. c. 7. nu. 8.
Beneficium, ſeu Capellania tribus modis poteſt eſſe ſacerdotalis, lib. 2. cap. 10. il 2. nu. 101.
Beneficium ſimplex, non Sacerdotale, uni, vel pluribus Sacerdotibus ſucceſſive collatum per 40. annos, quomodo poterit conferri non Sacerdoti, nu. 102.
Beneficium, an requirat ordinem maiorem, vel minorem, recurritur ad conſuetudinem, nu. 136.
Beneficium non confertur, in inditum, lib. 2. c. 12. nu. 62.
Beneficium recipere, poteſt quis cogi per Papam, nu. 63.
Beneficia ſimplicia, ſub nomine dignitatum, quando conferantur, num. 153.
Beneficia vacantia à primæva erectione, Apoſtolica Authoritate facta, an ſit reſervata, lib. 2. c. 15 nu. 156.
Et reſpondetur affirmative, nu. 157.
Beneficium dicitur vacare per novam illius erectionem, n. 161. Et ita comprehenditur in regula reſervatoria, nu. 162.
Beneficium vacat ſtatim, poſt decretum erectionis Ordinarii, numer. 165.
Beneficia noviter erecta à Papa, quæcumque illa ſint, ab eo conferuntur, lib. 2. c. 15. nu. 167.
Licet quandoque ſecus, ex benignitate, nu. 168.
Quæ etiam id concedit patronis Eccleſiaſticis pro prima vice, numer. 169.
Beneficiorum erectiones, cum neque ob aliquod impedimentum fieri per Ordinarium petuntur à Papa, nu. 170.
Beneficium vacans à primæva erectione facta per Papam, quomodo ab eodem conferatur: licèt effectus erectionis ſit ſuſpenſus ad certum tempus, nu. 171.
Opinio *Garc.* circa collationem faciendam de beneficio vacante a primæva erectione, à Papa facta, adverſatur praxi Cancellariæ Apoſtolicæ, nu. 172.
Beneficii noviter a Papa erecti, collatio ſub qua formula fiat, num. 173.
Beneficia à primæva erectione à Papa facta, vacantia, neque a Cardinalibus habentibus indultum conferri poſſunt, num. 176.
Beneficiorum vacantium a primæva erectione, proviſiones quomodo dentur per Cancellariam, n. 177.
Beneficium, an vacaverit in menſe Ordinarii, vel Apoſtolico, ſi ignoretur tempus, vel hora obitus beneficiati, quid juris, libr. 3. cap. 6. num 36.
Beneficio vacante per obitum beneficiati in mare, quomodo illius mors probanda, nu. 37.
Beneficia quomodocumque reſervata, ſi Epiſcopus ſcienter conferat, quod agendum, & quid ſi ignoranter, numer. 39.
Beneficia quando conferat Epiſcopus, ante expeditionem literarum ſuæ profectionis, & illarum præſentationem Capitulo, numer. 64.
Beneficium vacans in menſe Ordinario, ab eo confertur, etiam in menſe Apoſtolico, & è contra, nu. 80.
Beneficium, ſi ſimpliciter dicatur Sacerdotale, presbyteratus ordo non videtur annexus de tempore proviſionis, & ita intelligendum de Subdiaconatu, & Diaconatu, libr. 3. capit. 7. numer. 2.
Beneficium de menſa quodnam dicatur, lib. 3 c. 5. n. 20.
Non vacat per obitum beneficiati, nu. 21.
Beneficium unitum, neque vacat, neque impetrari poteſt, numer. 22.
Beneficia non conferuntur ad tempus, ſed in perpetuum, libr. 3. c. 9. num. 37.
Beneficii collatio, in perpetuum, intelligitur, ad vitam illius, cui confertur, nu. 39.
Beneficium fundatum per Epiſcopum præſumitur de bonis Eccleſiæ. Quando verò ſecus, lib. 4. c. 2. n. 48.
Beneficia Eccleſiaſtica præſumuntur libera, lib. 4. c. 4 nu. 21.
Beneficii libertatem non poteſt Ordinarius præſcribere, per ſimplicem non uſum præſentandi patronum, nu. 22.
Beneficii libertas, quomodo per Ordinarium acquiratur ex unica collatione, nu. 23.
Beneficium eſſe de jure patronatus, non ſufficit Epiſcopi confeſſio, num. 34.
Beneficium, habens tenues fructus, etiam obligat ad horas Canonicas, lib 4. cap. 6. n. 14.
Secus verò, ſi nullos habeat, nu. 15.
Beneficium poteſt conferri ſimul, atque beneficiatus mortuus eſt, num. 40.
Beneficium acceptans non animo reſignandi, quinimò ſi preſtet juramentum, cujus formula datur, ſi poſtea reſignat, tenet reſignatio, ſed peccat mortaliter, lib 5. c. 1 n. 21. & 22.
Limitatur juramentum deficiente animo ſtatim poſtea reſignandi, minuſque læthalis adeſt culpa ſi poſt aliquot annos, ſeu longum tempus, nu. 23.
Adducuntur praxis, & cauſæ licitæ reſignationis intra triennium, quæ per novam proviſionem approbantur à Papa, nu. 24.
Beneficium obtinere à tanto tempore, & Beneficium poſſidere per tantum tempus differunt inter ſe lib. 5. c. 1. nu. 41.
Beneficium ad favorem, quis non poteſt reſignare, ſi habeat tantum ius ad rem. lib 5. cap. 1. num. 42.
Beneficium non poteſt reſignari, ſi ad ejus titulum quis promotus eſt ad ſacros ordines, lib. 5. cap. 2. nu. 43.
Intellige hoc non procedere in privationibus, & renunciationibus à jure inductis, nu. 44.
Bigamus diſpenſatus ad penſione poteſt illas habere etiam per viam translationis lib. 5. c. 6. n. 31.
Proponitur tenor diſpenſationis.
Beneficii titulus, quomodo de una ad aliam Eccleſiam onere Miſſarum transferatur, lib. 2 c. 14. nu. 29.
Bernardinus Paulinus Clementis VIII. Datarius oculatiſſimus, lib. 2. c. 10. il 2. n. 162.
Bona Eccleſiaſtica, ſunt immunia ab omnibus Gabellis, & Tributis, lib 2. c. 15. nu. 106.
Bonorum exemptorum diſtinctio, nu. 107.
Bonorum beneficii administratio, quomodo penes alium, ex voluntate teſtatoris, lib. 4. c. 7. n. 47.
Breve de capienda poſſeſſione Epiſcopatus non excluditur ab extravag. Iniunctæ, lib. 3. c. 6. n. 95.

C

CAmeræ regulariter non diſcedit à ſtilo Cancellariæ, lib. 1. cap. 5. num. 638.
Camera Apoſtolica percipiens fructus beneficii tenetur ſolvere penſionem, lib. 5. c. 7. nu. 3.
Cancellariæ Apoſtolicæ praxis circa commendam Monaſterii, quod conventu caret, lib. 1. c. 6. n. 567.
Cancellaria Apoſtolica quid ſentiat circa mutationem ſtatus beneficii ſæcularis, & beneficii regularis, nu. 327.
Cancellaria Apoſtolica, quomodo concipiat literas de beneficio reſervato, Sede Epiſcopali vacante, libr. 3. cap. 6. numer. 75.
Quomodo dicatur Organum, nu. 76.
Cancellaria Apoſtolica, quæ facit, dicuntur fieri in Conſiſtorio Papæ, nu. 77.
Cancellaria Apoſtolica tenet, beneficium non vacare per obitum habentis ſupplicationem, etiam in forma gratioſa, expeditam, lib. 3. c. 5. nu. 31.
Cancellaria Apoſtolica, quid ſentiat circa illud, quod non detur Vicaria perpetua, quando Parochialia habet Rectorem, lib. 3. c. 9. num. 9.
Cancellaria Apoſtolica ſupplet locum, & terminos tranſlationi penſionis, in prima reſervatione non expreſſos, libr. 5. capit. 5. num. 27.
Dicitur organum Papæ.
Canonici, & Canoniſſæ ſæculares in Alemania faciunt unum Collegium, lib. 5. c. 5. nu. 146.
Canoniſſæ ſæculares in partibus Flandriæ, & Alemaniæ, ibid. numer. 143.
Canonici ſupra numerum, poſſunt recipi in Eccleſia, ſuperexcreſcentibus facultatibus, lib. 2. c. 3. nu. 62. & 63.
Canonici ſupra numerum, quomodo ab Epiſcopo creari poſſint, num. 65.
Canonici ſupra numerarii non poſſunt creari ad futuram præbendam, num. 67.
Canonici ſupranumerarii, neque a Capitulis Eccleſiarum poſſunt creari ad futuram præbendam, nu. 66.
Canonici, ubi inſtituti ſunt ſine præbenda, dicuntur titulares, nec ſublati ex Concilio Tridentino, lib. 2. c. 3. n. 70.
Canonicatuum erectio, ſubqua formula ab Epiſcopo facienda, numer 72.
Canonicatuum collationis, a primæva erectione ab Epiſcopo, factæ, vacantium, formula, nu. 73.
Canonicatuum erectio ſupranumerum, ad Summum Pontificem ſpectat, nu. 81.
Canonici ſupra numerum, non tenentur habere maiorem ætatem, quam 14. annorum, ex declaratione Sacr. Congregationis, numer. 82.
Canonicus Lector, quando poſſit etiam dignitatem inſimul retinere, lib. 2. cap. 6. nu. 52.
Canonicus Cathedralis, & regularis Eccleſiæ, an deputari poſſit Iudex a Papa. Et ſubiicitur Notab. Concell. libr. 2. capit. 9. num. 6.
Canonici Eccleſiæ Segnin. quandoque ſe ſubſtituunt in functionibus chori, & Eccleſiæ, lib. 2. c. 10. n. 92.
Idem ſervatur in maiori Eccleſia Neapolitana, ab immemorabili tempore, num. 63.
Canonici tantum dicuntur de Capitulo, non autem alii inferiores de eccleſia, lib. 2. c. 13. nu. 33.
Canonici, quare non debeant admittere clericos, inferioris ordinis in Capitulo, nu. 51.
Canonici debent aliquod ſignum, ob præeminentiam ſupra alios clericos, deferre, lib. 2 cap. 14. nu. 1.
Quod a Papa tantum conceditur, nu. 2.
Canonicis, etiam Collegiatæ inſignis conceditur, no. 3.
Canonici Collegiatæ Eccleſiæ, non poſſunt ultra tres menſes abeſſe, d. c. 14. nu. 39.
Canonici omnes, eodem tempore, abeſſe non poſſunt, ſed quota eorum pars, num. 42.
Canonicorum Collegiatæ Eccleſiæ Medinæ Celi abſentia, & ſervitium, nu. 50.
Canonicis, ſi relinquatur fundus, non dicitur teſtator legaſſe Capitulo, ſed ſingularibus de Capitulo, libr. 2. capit. 11. numer. 113.
Et tunc Canonici divident inter ſe, non autem applicabunt menſæ capitulari, nu. 114.
Canonici, extra Capitulum, nihil poſſunt diſponere de pertinentibus ab illos, nu. 108.
Canonicorum appellatione, quando veniat capitulum, n. 115.
Canonici, quomodo ex reſcripto Papæ poſſint aliquid expedire extra Capitulum, nu. 116.
Canonicus abſens pro ſervitio Capituli, ſi non emiſit profeſſionem fidei, non facit fructus ſuos, lib. 2. c. 16. num. 21.
Canonicus, qui non emiſit fidei profeſſionem, abſens ex indulto Papæ, an faciat fructos ſuos, n. 23
Et an abſens, de licentia Capituli, non emiſſa dicta profeſſione, num. 24.
Canonicorum Maioris Eccleſiæ Neapolitanæ numerus 40. ad 30. reductus per Gregorium XIII. cum ſuppreſſione, & unione beneficii menſæ capitulari, lib. 2. cap. 8. nu. 62.
Ac ſuppreſſionis, & unionis, nec non reductionis litteræ Apoſtolicæ ſubiiciuntur, nu. 63.
Nec non exemptionis Capituli ejuſdem Eccleſiæ, à ſolutione quindenii, ratione hujuſmodi ſuppreſſionis, & unionis, nu. 64.
Canonicatus, & præbendas poteſt Epiſcopus, tam in Cathedrali, quam in Collegiata Eccleſia erigere, lib. 2. c. 3. n. 61.
Canonicatuum erectio ſub qua forma ab Epiſcopo facienda, numer. 72.
Canonicatuum Collationis, à primæva erectione, ab Epiſcopo factæ vacantium formula, nu. 73.
Canonicatuum erectio ſupra numerum ad Summum Pontificem ſpectat, nu. 81.
Canonicatus plures, & ad partem, etiam extra caſum erectionis Cathedralis, ſeù Collegiatæ Eccleſiæ, quomodo erigi conſueverunt per Sedem Apoſtolicam, nu. 85.
Canonicatuum plurium erectio, apoſtolica authoritate inſimul facta, lib. 2. cap. 3. nu. 85.
Canonicatuum erectio, competit, etiam, inferioribus Prælatis, jura Epiſcopalia habentibus, & quare, nu. 91.
Canonicatus erectionis formula, factæ per Commendatarium, numer. 97.
Canonicatus, cum Dignitate in eadem Eccleſia, quomodo ſine Apoſtolica diſpenſatione retineatur, lib. 2. c. 6. nu. 1.
Canonicatum cum Dignitate impetranti, non dat regulariter Cancellaria diſpenſationem, niſi illa petatur, & quarè, num. 2.
Canonicatum cum dignitate obtinens, lucratur duplices diſtributiones, num. 3.
Canonicatus cum dignitate præſumitur obtineri ex diſpenſatione, niſi doceatur de conſuetudine refragante *Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4.* lib. 2. c. 6. nu. 13.
Canonicatum cum dignitate impetrans, aut petere debet diſpenſationem, aut affirmativè narrare conſuetudinem obtinendi ſine diſpenſatione, num. 17.
Non enim admittitur narrativa, quod forſan per unum, & eundem in eadem Eccleſia, ſive diſpenſationem obtineri conſuevit, num. 18.
Canonicatus, quare incompatibilis cum dignitate, libr. 2. capit. 6. num. 36.
Canonicatus qualitas ſufficit adeſſet tempore proviſionis Dignitatis, ad effectum utrumque retinendi ſine diſpenſatione, numer. 45.
Quare ſi poſtmodum reſignetur Canonicatus, retinetur Dignitas, num. 49.
Et quænam ſit ratio? nu. 50.
Canonicatuum, & Dignitatum collatio in Cathedrali regulari, fit ab Epiſcopo, tanquam Epiſcopo, non autem tanquam Abbate lib. 2. cap. 9. nu. 14.
Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ providentur, ſicut beneficia ſimplicia, lib. 9. c. 12. no. 68.
Et ſic ſufficit in eo prima tonſura, nu. 69.
Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ non requirunt ſacrum Ordinem, num. 71.
Canonicatus juriſpatronatus laicorum in Cathedrali, ex fundatione, ante Concilium, non ſubiacent illius diſpoſitioni, nu. 65.
Canonicatus in Collegiata, ac dimidia portio in Cathedrali, non habent annexum ſacrum ordinem, nu. 77.
Niſi aliter ex fundatione, ſtatuto, aut conſuetudine eſſet, diſpoſitum, etiam, quoad ætatem, nu. 78.
Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ, ſi habeant ordinem ſacrum annexum, de eis providetur, ſicut in Cathedralibus, nu. 79
Canonicus Cathedralis Eccleſiæ ad effectum transferendi penſiones dicitur in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus; lib. 5. c. 5. n. 30.
Comprehenduntur quoque obtinentes dignitates in Collegiata lib. 5. cap. 5. num. 31.
Secus dicendum eſt de ejus Canonicis nu. 30.
Expreſſio ſolius Canonici, &c. ſubintelligit tantum de Cathedrali, nu. 32.
Capacitas eadem requiritur in penſione, quæ in beneficio, ſimplici, lib. 1. c. 5. nu. 209.
Capellania, quomodo fieri poſſit collativa, de non collativa, lib. 1 a. cap. 11. nu. 17.
Capellaniæ erectio, quomodo non ſit contra voluntatem teſtatoris, aliud ſtatuentis, nu. 18.
Capellania non collativa, non poteſt permutari tanquam beneficium Eccleſiaſticum, lib. 1. c. 2. n. 25.
Nec impetrari in titulum beneficii, nu. 26.
Capellaniam impetrans, debet probare, illam eſſe beneficium

Eccle-

Index Rerum, & Sententiarum.

Eccleſiaſticum, num. 36.
Capellaniæ etiam perpetuæ, fundatæ ſine authoritate Ordinarii, manent ſub pia diſpoſitione fundatoris, & hæredem, lib. 1. cap. 2. num. 38.
Capellania, etiam perpetuà ad vitam Cappellani, qui ad illius titulum poteſt ad ſacros Ordines promoveri, non dicitur beneficium, ſine authoritate Epiſcopi, nu. 44.
Cappellaniæ licet collativa, ad nutum tamen amovibilis: non deſervit pro titulo ad Ordines, nu. 49.
Capellani ad nutum amovibiles, non juvantur quaſi poſſeſſione prædeceſſorum; cum non habeantur titulum, nu. 52.
Capellania non dicitur beneficium Eccleſiaſticum; cum illius proviſio, ex diſpoſitione teſtatoris, laicos ſpectet, nu. 55.
Capellania, ex unica collatione Ordinarii, cenſetur beneficium, num. 59.
Cappellaniæ nominatio, non facit beneficium Eccleſiaſticum, non concurrentibus ſuis requiſitis, lib. 3. c. 3. n. 72.
Capellania, etiam authoritate Epiſcopi erecta, poteſt ex ordinatione fundatoris, dari puero, ante primam Tonſuram, donec fiat Clericus, lib. 1. c. 5. nu. 125.
Capellania, etiam manualis, collata per Ordinarium, judicatur beneficium Eccleſiaſticum, lib. 1. c. 6 nu. 285.
Cappellania fundata, quod Capellanus tot Miſſas celebret, an illum arctet ad celebrandum per ſe ipſum, libr. 2. capit. 10. il 2. num. 111.
Et reſolvitur negativè: nam poteſt huic oneri per alium ſatisfacere, & quare, nu. 112. & 114.
Capellanus non poteſt celebrare Miſſas alibi, quàm in loco à teſtatore deſtinato, lib. 2. c. 11. nu. 20. & 22.
Et quomodo indultum ſuper hoc, contra fundationem concedatur, num. 21.
Capellanus, celebrans Miſſas extra locum deſtinatum à teſtatore, ſine legitima cauſa peccat mortaliter: non tamen tenetur illas denuò celebrare, nu. 23. Nec ad reſtitutionem, tenetur, numer. 24.
Capellanus, ex cauſa ſtudii, an poſſit Miſſas celebrare extra locum à teſtatore deſtinatum, nu. 25. & 26.
Capellanus alibi celebrans, quam in loco à teſtatore deſtinato non ſatisfacit illius voluntati, lib. 2. c. 11. nu. 27.
Nec Epiſcopus, etiam de conſenſu hæredum poteſt ſuper hoc diſpenſare, nu. 28.
Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, non ſuccedit Epiſcopo in facultate conferendi beneficia Eccleſiaſtica, libr. 2. capit. 3. num. 77.
Capitulum, Sede vacante, ſuccedit in omnibus neceſſariis, libr. 2. cap. 3. nu. 79.
Capituli conſenſus, qua ratione requiratur in alienatione rerum Eccleſiæ, lib. 2. c. 8. n. 30.
Capitulo, aliud eſt applicare, aliud verò ſingulis Canonicis, ſeù ſingulis de Capitulo, lib. 2. c. 8. nu. 88.
Capitulum non faciunt, nec Collegium, plures beneficiati Eccleſiæ Parochiali: quamvis ad inſtar Capituli congregentur, lib. 2. cap. 9. num. 21.
Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, ſeù illius Vicarius inſtituit præſentatos ab beneficia juriſpatronatus, libr. 2. capit. 10. il 1. num. 61.
Non tamen poteſt conferre beneficia liberæ collationis, numer. 62.
Nec alia expedire, quæ ſunt meræ gratiæ, nu. 63.
Capitulum, ſuccedit Epiſcopo defuncto, in juriſdictione Epiſcopali, lib. 2. c. 12. nu. 91.
Nam tunc dicitur Ordinarius, n. 92.
Capitulum, diſpenſando cum illegitimo tenetur ſervare ea, quæ idem Epiſcopus, n. 93.
Capituli appellatione, ſolum Canonici continentur, lib. 2. cap. 13. num. 37.
Capituli conſenſus non probatur ex ſubſcriptione aliquorum Canonicorum, lib 2. c. 15. nu. 109.
Quia aliud eſt Capitulum, aliud vero ſinguli de capitulo, numer. 110.
Capitulum, vel ſingulos, concernentes diverſi ſunt actus, numer. 111.
Capitula Eccleſiarum Cathedralium, ſivè Collegiatarum, poſſunt de jure, condere ſtatuta, lib. 2. cap. 15. nu. 118.
Quod intelligitur in iis, quæ univerſum ſtatum ſuæ Eccleſiæ, vel intereſſe Epiſcopali non concernunt, nu. 119.
Et dummodo ſtatuta non ſint contra jus, nu. 120.
Capitulum, ſine Epiſcopo, poteſt ſtatuere circa modum dividendi fructus, & diſtributiones, nu. 122.
Capitulum non poteſt ſtatuere, quod fructus non intereſſentibus applicentur, niſi interveniat conſenſus Epiſcopi, numer. 124.
Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, non poteſt Parochiali vacanti apponere Oeconomum, lib. 3. c 6. nu. 53.
Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, quando poſſit beneficia conferre, num. 5.
Capitulum, quando poſſit conſtituere Vicarium Eccleſiæ vacanti per translationem Epiſcopi, nu. 68.
Capitulum, Sede vacante, poteſt beneficium ſimultaneæ collationis in menſe Ordinarii vacans, conferre, libr. 3. cap. 6. num. 72.
Capitulum, deficiente Epiſcopo, confert jure proprio beneficia ſimultaneæ collationis, nu. 73.
Capitulo non præjudicat Papa in ſua Collatione, Sede Epiſcopali vacante, num. 74.
Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, facit concurſus ad Parochiales, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, libr. 3. cap. 8. nu. 1. & 4.
Nam fungitur vice Epiſcopi, num. 5. Et dicitur Ordinarius, num. 3.
Capitulum tenetur ſolvere penſionem reſervatam ſuper diſtributionibus quotidianis, abſente, vel mortuo Canonico, &c. lib. 5. c. 7. num. 1.
Vid. quando ſit ſolvenda penſio. Et qua ratione, nu. 2.
Capitulum, Oeconomus, & Camera tenentur ſolvere penſionem, ſi percipiunt fructus beneficii, licet non habeant titulum, lib. 5. cap. 7. num. 12.
Cap. avaritiæ de præb. in 6. habent locum etiam in præſentato ante inſtitutionem, lib. 4. c. 7. nu. 16.
Cap. ad Audientiam, il 1. de Eccl. ædif. diſpoſitio, an habeat locum etiam in caſibus æquipollentibus; & proponitur exemplum, lib. 3. c. 2. num. 7.
Cap. ſi Apoſtolica, de præb. in 6. de quibus Parochialibus intelligendum, lib. 2. c. 6. nu. 56.
Cap. de multa, de præb. in vacatione Parochialium mentio quid operatur, lib. 3. cap. 7 nu 41.
Cap. ſia. de elect. in 6. procedit etiam in præſentatione, lib. 4. cap. 3 num. 20.
Non tamen ſervatur in beneficiis Vrbis, n. 24.
Cap avaritiæ, pœna habet locum, etiam in proviſione Papæ de beneficio juriſpatronatus, lib. 4. c. 7 nu. 18.
Capo di ferro, cui nuncupetur reſervata ius penſionum ſuper fructibus beneficiorum Hiſpaniæ, lib. 1. c. 5. n. 243.
Cappæ Epiſcopalis, cum Caputio coloris nigri, uſus conceſſus priori S. Frigidiani per Clementem VIII. libr. 2. capit. 14. numer. 25.
Cardinales, vel alii, & privilegio obtinent facultatem transferendi penſionem, lib. 5. c. 5. n. 8.
Caſſatio reſervationis fructum loco penſionis quomodo detur libr. 5. c. 4. nu. 12. Datur formula ſupplicationis.
Caſſatio penſionis quare non requirat expeditionem litterarum libr. 5. c. 4. nu. 10. & 11.
Caſſationis penſionis cum reſervatione alterius formula, ac noviſſimus Curiæ Stylus. lib. 5. c. 4. n. 13.
Caſus refertur Creationis in Canonicum, ad effectum obtinendi Dignitatem, Canonicatu litigioſo exiſtente, ex notab. Cancel. lib. 2. cap. 6. nu. 46
Caſus omiſſus, remanet diſpoſitioni juris communis. lib. 2. cap. 25. num. 88.
Cauſa commiſſa Canonico, aut in alia Dignitate conſtituto, qui poſt datam commiſſionis, reſignavit, poterit nihilominus illam cauſam decidere, lib. 2. c. 6. n 52.
Cauſa privilegiata, non venit in generali diſpoſitione, lib. 2. cap. 15. num. 63.
Cauſa quævis, etiam beſtialis, excuſat poſſeſſorem à perceptione fructuum, libr. 3. cap. 8. nu. 56. & quare, num. 60
Chamaeleon, nec cibo, nec potu, ſed aeris alimento alitur, lib. 4. c. 6 num. 17.
Cathedralis Eccleſia ſupprimitur, quando cives interficiunt proprium Epiſcopum, lib. 2. c. 8. n. 71.
Cathedralis Eccleſia, quomodo a Cardinali proponatur in Conſiſtorio, lib. 2. c. 16. n 64.
Cathedrales, & Regulares Eccleſiæ, de jure communi, dicuntur Collegiatæ, lib. 2. c. 9 nu. 2.
Et quodnam diſcrimen, inter eas verſetur, n. 3.
Cathedrales intelliguntur ſub nomine beneficiorum in translationibus penſionum lib. 5. c. 5. n. 17.
Cauſa reſignationis præſumitur adeſſe, eſtq; exprimenda, & quatenus non adeſſet ſufficit illa expreſſio verborum, *certis de cauſis*, lib. 5. c. 1. nu 7.
Cimiliarchatus Officium cum Canonicatu, & præbenda in Eccleſia Neapolitana, ſine Apoſtolica diſpenſatione retinetur, lib. 2. cap. 6. nu. 6.
Clauſula *ex nunc, prout ex tunc* in reſervatione penſionis per pro nondum Clericali charactere inſignito, quid operetur, libr. 1. cap. 5. num. 176.
Clauſola quænam detur in reſervationibus penſionum, pro conſanguineis Titularis, quoad tempus ad litteras expediendas, numer. 279.
Clauſulæ *ex nunc, prout ex tunc* intellectus in reſervatione penſionis

ſionis pro non, dum Clericali Tonſura inſignito, numer. 182. & 187.
Clauſula, *ex nunc &c.* ſpem tantummodo tribuit exigendi penſionem poſt Clericatum, lib.1.c.5.nu. 188.
Et ſivè dicat *ex nunc, prout ex tunc*, vel *ex tunc, prout ex nunc*, nihil differt, nu. 186.
Quia illius diſpoſitio pendet ſemper à futuro eventum, numero 190.
Neque eſt retroactiva ad diem Datæ, niſi appareat Papam aliud voluiſſe, nu. 191.
Clauſula *ex nunc, &c.* idem operatur in ipſa penſionis reſervatione à principio, quod in illius translatione, libr. 1. cap. 5. numer. 193.
Clauſula, *ex nunc, prout ex tunc, &c.* intelligitur de clericatu exequibili, num. 116.
Clauſula, *quod penſio non ſolvatur, niſi litteris expeditis*, quomodo intelligenda, num. 211.
Clauſula, *poſtquam Clericali charactere ritè inſignitus fuerit*, excludit illius invalidam ſuſceptionem, nu. 217.
Clauſula *aliunde valens &c.* quando apponenda in reſignatione beneficii, lib 5.c.1.nu.3.
Adducuntur cauſæ admiſſionis reſignationis: ex quibus caſibus apponatur, eod.lib. &c.
Clauſula, *dummodo* importat conditionem, libr. 5. cap.1. numer. 30.
Requiritur plena probatio, quæ penſionario incumbit.
Non verificata cujuslibet quantitatis conditione corruit in totum penſio, cum prædicta clauſula non adimpleta, nulla ſit gratia eod. num. 30.
Clauſula *dummodo* non expreſſa in litteris, non ſubintelligitur, & ob id penſionarius non gravatur duriori probatione, nu. 31.
Datur per extenſum particula deciſionis Rotæ Romanæ.
Clauſula *dummodo centum*, vel *mille* eſt accipienda in valore cujuſque regionis, ac ubi adeſt Epiſcopatus, libr. 5. capit. 1. mer 34.
Clauſula *dummodo*, habet locum deductis oneribus libr. 5. capit. 1. num. 36.
Clauſula *dummodo*, non comprehendit fructus, qui retrahi poſſent ex domo Rectorali. lib.5.c.1 n.38.
Vid. cauſas ſolidas non comprehenſionis: Et quando poſſit comprehendi aliqua pars.
Clauſula, *dummodo centum*, requirit plenam, & concludentem probationem de tempore gratiæ, nu. 39.
Clauſula *dummodo centum &c.* verificanda à titulari, quando penſionarius agit poſſeſſorio, a penſionario autem, ſi titularis agat petitorio, lib 1.cap 1.nu.40.
Clauſula, *reſignare proponat*, concernit pœnitentiam in reſignante ante admiſſam per Papam reſignationem, libr. 5.cap. 2.numer. 48.
Clauſula *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo*, quibus modis ſit intelligenda; ad excluſionem impetrationum, quæ dicuntur certò modo, lib. 5. c. 1. n. 51.
Clauſula, *vel alterius cujuſcumque perſona* quid operetur in impetratione beneficii vacantis, lib.5 c.1.n.52.
Clauſula, *in Romana Curia, &c.* facit pro validitate reſignationis, Vid. quæ ſint Beneficia vacantia in Curia, & ad ſolum Papam ſpectantia.
Clauſula, *etiam coram Notario publico*, eſt magni momenti: & quid operetur in reſignatione beneficii, nu. 53.
Enunciatur ſtylus Nuncii Hiſpaniarum in huiuſmodi reſignationibus. Clauſula prædicta non appoſita, non debetur beneficium, quia quivis notarius non poteſt ſine tali clauſula recipere reſignationes Beneficiorum.
Clauſula, etiam ſi beneficiorum vacet per aſſequutionem, quid operetur, lib. 5.cap.1. n.55.
Clauſula *non tamen per obitum*, quid importet in reſignatione beneficii vacantis per reſignationem, nu. 56.
Adverte praxim Datarii ad removendas fraudes.
Clauſula *cujus litis ſtatus, &c.* quid operetur, & quare ſit exprimenda in impetratione beneficii lib.5.c.1.nu.74. Vid. quomodo, præſervet gratia à ſubreptione, nu.75.
Clauſula *liberum immunem* operatur, ut penſionarius ad nihil teneatur lib.5.c.2.n.10.
Clauſula, cum facultate *transferendi* operatur potentiam plurium translationum, lib.5.c.5 n.5.
Clauſula, *in toto vel parte* eſt ad cautelam cum poſſit fieri translatio penſionis non ſolum to toto, ſed etiam in parte lib. 5. cap. 5. num. 43.
Clauſula, *vigore litterarum*, in reſervatione penſionis, appoſita eſt favore Officialium Cancellariæ Apoſtolicæ, libr. 5. cap. 7. num. 29.
Conſenſus præſtitus patronorum, quando habet vim præſentationis, lib.4.c.2.nu.8.
Conſenſus Ordinarii in qualibet tranſactione juriſpatronatus, adhibendus, nu. 44.
Conſenſus beneficiati non requiritur in unione beneficii, & quare lib. 4. c. 8. nu. 19
Clauſula, *Cum omnibus, & ſingulis privilegiis, &c. prærogativis, &c.* non importat diſpenſationem, libr. 2. capit. 6. num. 37.
Clauſula, *quod dimittere teneatur*, non datur à Cancellaria impetranti canonicatum cum dignitate, ſtante conſuetudine retinendi utrumque ſine diſpenſatione, nu. 47.
Clauſula *Vocatis*, quomodo intelligenda in reſcripto Papæ ſuper alienatione rerum Eccleſiæ, lib.2.c.8. n. 31.
Clauſula *Dummodo tempore Datæ, &c.* quomodo accipienda, libr. 4. c. 6. num. 58.
Clauſula, *non obſtantibus*, quomodo intelligenda, circa derogationem fundationis beneficii, lib. 2. cap. 10. il 2. numer. 100.
Clauſula, *motu proprio, & non obſtantibus, &c.* derogant fundationi juriſpatronatus Clericorum, nu. 103.
Clauſulæ generales non operantur derogationem fundationis beneficii, lib. 2. c. 12. nu. 136.
Clauſula, *non obſtantibus*, non tollit ordinationem fundationis, ibid. nu. 52.
Clauſula, in medio poſita, refertur ad omnia, libr. 2. capit. 13. num. 12.
Clauſula *ſine alicujus præjudicio*, quibus reſcriptis adiiciatur, lib 2. cap. 14. nu. 51.
Et de quo præjudicio intelligenda, n. 52.
Clauſula, *ſine alicujus præiudicio*, ſi non fuerit appoſita in ſupplicatione, ſuppletur per Cancellariam in literis, n. 55.
Et quatenus non apponatur, ſubintelligitur, n. 56.
Clauſula *ſine alicuius præiudicio*, exemplificatur, n. 60.
Et circa hanc clauſulam Rota ſequitur Oldradum, conſil. 330. num. 81.
Intelligitur hæc clauſula, de alio præjudicio, quam de expreſſo, num. 62.
Nec ad id requiritur derogatio regulæ *de non toll. iur. quæſ.* numer. 63.
Nec in gratia de ſui natura, præjudiciali, nu. 64.
Neque in iis, quæ fiunt ratione publicæ utilitatis, n. 65.
Nec nominandæ ſunt perſonæ, quibus præjudicatur, n. 66.
Clauſulæ, *Vocatis*, vigore, qui ſint citandi in erectione Collegiatæ Eccleſiæ, lib. 2. cap. 14. nu. 71.
Et an ſint vocandi beneficiati, quorum beneficia uniuntur eadem Eccleſiæ, nu. 72.
Clauſula *vocatis*, non ſuſpendit unionis effectum, ſed prohibet illius executionem, nu. 73.
Nec importat conditionem, nu. 74.
Clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*, in unione beneficii refertur ad illius vacationem, lib.2.c. 15. nu. 33.
Clauſula, *pro expreſſis habentes, &c. & quorum tenores, &c.* quid operetur in confirmationibus Apoſtolicis, nu. 132.
Quod habetur pro tale, non eſt, eſſe verè tale, ſed per dictionem, num. 131.
Clauſula, *licita tamen, & honeſta*, in confirmatione Statutorum, quando apponatur, lib 2 c 15. n. 142.
Clauſula, *Concilii Tridentini decretis non contraria*, apponitur in confirmationibus Concordiarum, nu. 153.
Clauſula, *Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c.* vitius, lib. 2. cap. 16. nu. 1.
Clauſula *ſivè præmiſſo, ſivè alio quovis modo*, quid operetur in litteris ab beneficia, lib 3.c.7. n. 36.
Clauſula, *ſi per diligentem, &c.* in proviſionibus Parochialium, intelligitur, tam de examine facto, quam faciendo, lib. 3. cap. 8. num. 15.
Clauſula appoſita in parte executivæ gratiæ, nunquam auget ip gratiam, lib.3. c.9.nu. 43.
Clauſula *ſine præiudicio*, quomodo excludat quaſi poſſeſſionem præſentandi, lib.4.c.4.nu 12.
Clauſulæ ſupplicationis quot ſunt, tot videntur eſſe conceſſiones, dum propter partes disiunctivas ſunt omninò diverſæ, ac principales, lib.5.cap.1.nu.1.
Clauſulæ annullantur, ſi corruat gratia principalis, fertur exemplum annullatæ proviſionis &c. l. 5. c.1.n. 1.
Clericus coniugatus non poteſt beneficium Eccleſiaſticum obtinere, lib.1.c 5.nu.114.
Quia reputatur, ut Laicus, nu. 115.
Licèt gaudeat privilegium Canonis *ſi quis ſuadente*, 17. q. 4. & privilegium fori, nu. 116.
Eſtque etiam incapax cujuslibet adminiſtrationis Eccleſiaſticæ: unde nec Vicarius Epiſcopi eſſe poteſt, nu 117.
Clericatus non exequibilis ex cauſa ſuſpenſionis, &c. non ſufficit tempore translationis, lib.5.c. 6.n. 17.
Secus ſi penſio ſit reſervata cum clauſula, Teque à quibuſvis, &c.
Clericus coniugatus, vivens ritu Græcorum poteſt habere beneficium curatum; nu 120.
Clericus coniugatus, eſt etiam incapax penſionis, n. 121.

Cleri-

Clericus carens executione clericatus, non poteſt ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, beneficium obtinere, lib.1.cap. 5.nu. 147.
Clerico putativo, quomodo poſſit penſio reſervari, & beneficium conferri, lib. 1.c.5.n.214.
Clericus non habens Clericatus exequutionem, non eſt capax penſionis, aut beneficii, n. 216.
Clerici minorum ordinum, quandoque Presbyteri nuncupantur, lib.2.cap.10.il 2.nu. 122.
Clericos nominandi presbyteros, communis uſus Civitatis Neapolis, ac veſtibus talaribus tantum, indutum, etiam ſine prima Tonſura, *Abbatem*, *& Monſignore*, nu. 129.
Clerici inferiores Eccleſiæ debent ita ſervire Capitulo, ſicut, Epiſcopo, lib.2.c.13 n.38.
Clericatus quomodo probandus pro ſuſtinenda reſervatione penſionis, lib.1.c.5.n.210.
Clericatus ſuperveniens non revalidat reſervatione fructuum, lib. 1. c. 5. nu 270.
Clericatus non requiritur tempore nominationis, nu. 174.
Clericus illegitimus gaudet beneficio translationis penſionis, contra Baldi opinionem, lib.5.c.6. n.33.
Coadiutor canonici, durante Coadiutoria, non tenetur omittere fidei profeſſionem, lib.1.c.26. n. 40.
Collatio ubi non cadit, non dicitur beneficium; lib.1.c.2.n. 21.
Collatio in ſuum neceſſarium antecedens requirit exiſtentiam beneficii, nu. 32.
Collatio facta tanquam de beneficio perpetuò, licèt tale non ſit, ſuſtinetur, ſi non doceatur incontinenti de ſtatu contrario, n. 62.
Collatio beneficii Eccleſiaſtici facta à Rege, aut alio Principe, dicitur facta à Papa, lib.1.c.4.no. 83.
Collatio beneficii facta à laico, ex privilegio Papæ, ſub qua forma fiat, nu 89. Non requirit inſtitutionem, nu. 90.
Collatio beneficii facta laico, tanquam Clerico, qui ita il literis nominetur, non valet, neque aliquod jus confert.l.1.c.5.nu.105.
Collatio beneficii amovibilis, facta a Papa non revocatur ab inferiore, lib.1.c.6.n.298.
Collatio facta à Papa de beneficio manuali, intelligitur ad vitam Oratoris, expreſſa tamen manualitate, nu 299.
Collatio Papæ non mutat ſtatum beneficii, nu 332.
Et quo modo id procedat, nu. 333.
Collationes Apoſtolicæ invalidæ, non mutant ſtatum, nu. 334.
Collatio beneficii juriſpatronatus, ut valeat, quomodo intelligenda, nu. 356.
Aliud eſt eſſe collatorem, vel patronum, aliud verò habere jus conferendi, vel præſentandi, quia unum reſpicit petitorium, aliud poſſeſſorium, n 339.
Collatio alia neceſſaria, alia voluntaria, lib. 2. cap. 10. il primo, num. 60.
Collatio facta ex cauſa permutationis, eſt neceſſaria, numer. 65.
Collatio voluntaria, quæ nu 66.
Collatio beneficii, jure devoluto, facienda juxta illius naturam, lib. 2.c.12.nu.40.
Quia non receditur à forma, ſed à perſona, nu. 41.
Collatio beneficiorum, eſt actus juriſdictionis, libr. 3. cap. 6. num. 70.
Collatio, licet ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, competit tamen cuilibet eorum inſolidum, & quid ubi Cardinalis Epiſcopus, confert ex indulto, beneficia reſervata; proponitur declaratio Vrbani VIII. tenor, no.72. & 78.
Collatio beneficii, & inſtitutio in illo, pari paſſu ambulant, libr. 4. c.6. num. 22.
Collatio ſimultanea, facta in diſcordia, non valet, nu. 59.
Sed beneficium confertur à Papa, non jure devolutionis, ſed præventionis, nu. 60.
Collatio, quando eſt ſimultanea, quomodò valeat, ſi fiat per unum tantum ex collatoribus, nu. 61.
Collatio beneficii non requirit certam formam, lib. 4. cap. 7, num. 85.
Collatio cadit in beneficio libero, inſtitutio autem, in beneficio juriſpatronatus, nu. 32.
Collationis verbum, comprehendit etiam inſtitutionem, numer. 33.
Collatio libera, dicitur donatio, lib.2 c.3.nu.76.
Collatio, eſt libera translatio juris in beneficio vacante, lib. 5. c. 1. num. 77.
Collator inferior habens inſtituendi concurſum ad Parochiales, poteſt etiam Oeconomum, & Vicarium ad illam deputare, lib. 3.c.8.nu.8.
Collegiata Eccleſia, poteſt eſſe inſimul curata, lib.2.cap. 2. num. 43. & 50.
Collegiata, & curata Eccleſia poteſt habere Dignitatem, numer 45.
Collegiatæ, & Parochialis Eccleſia litteris proviſionis, quodnam exordium detur, nu. 49.
Collegiata Eccleſia, ſi habeat curam animarum, illa pertinet ad Collegium, lib. 2. c. 2. nu. 51.
Collegiata Eccleſia, non erigitur ſine principali Dignitate numer. 55.
Collegiatæ Eccleſiæ ſignum, ſi in ea adſit Rector, numer. 56. & 57.
Collegialitatem probant in Eccleſia, illius caput, & Canonici, num. 58.
Collegiatarum Eccleſiarum erectio, non datur, niſi in locis conſpicuis, & inſignibus, lib.2. c.1. n. 6.
Collegiatam Eccleſiam Papa non erigit, niſi prius certioratus de qualitate loci, in qua petitur erectio, nu. 9.
Collegiatæ Eccleſiæ, erectionis cauſæ prius examinandæ, numer. 11.
Collegiata Eccleſia, erecta in Oppido Nicoſiæ Meſſanen. Diœceſis, ex quibus cauſis, nu. 12.
Alia ſimilis in Oppido Summæ Nolan. Diœceſis, nu. 13.
Alia ſimilis in Terra Rignani, Civitatis Caſtellanæ Diœceſis, num. 14.
Alia ſimilis in Oppido de Carvitta, Rhemen. Diœceſis, numer. 15.
Collegiata Eccleſia regulariter erigitur de conſenſu Rectoris Eccleſiæ, lib.2.cap 1.nu.16.
Collegiata Eccleſia, alia inſignis, alia non inſignis, numer. 20.
Collegiata Eccleſia non inſignis, quæ nu. 21.
Collegiata Eccleſia, an ſit inſignia, vel ne, poteſt declarari, etiam poſt illius erectionem, nu. 23.
Collegiata Eccleſiæ erectio tendit ad divini cultus augmentum, lib.2.c.8 nu. 14.
Collegiata, & ſæcularis Eccleſia diſtinguitur à Collegiata Regulari, ſecundum ſtylum Datariæ Apoſtolicæ, lib 2. cap. 9. num. 1.
Collegiatæ Eccleſiæ non ſufficit, conſtituere Capitulum, tantum num. 16
Collegiata præſumitur ex arca communi, & ſigillo cum obſervantia ſubſecuta, d.cap.9. num. 35.
Collegiata Eccleſiæ ſignis ceſſantibus, providetur illi per concurſum, ſi ſit Parochialis, num 36.
Collegiatæ Eccleſiæ inſignes, comparantur Cathedralibus, lib 2. cap. 10. il primo, num. 73. & cap. 13. num. 72. & cap. 14. num. 4.
Collegiatæ Eccleſiæ non eriguntur à Papa, niſi in loco inſigni, num. 75.
Collegiata erigitur in Cathedralem, ad augendum cultum divinum, num. 147.
Collegiata dicitur Eccleſia, etiam ſi Canonici non reſideant, numer. 43.
Collegiata Eccleſia remanet habitu, licèt non actu, quando Collegialitatem non amiſit, nu.44.
Collegiatæ Eccleſiæ Canonici non poſſunt per ſubſtitutum deſervire, no. 45.
Collegiatæ Eccleſiæ erectio, ab Epiſcopo facta, eſt nulla, lib.2.cap. 15 num. 3.
Collegiata Eccleſia, eſt propriè, & verè dignitas, nu. 6.
Collegiata Eccleſia, quomodo de uno ad alium locum translata, num. 19.
Et quomodo ex duabus Collegiatis, fiat una, no. 20.
Collegiatæ Eccleſiæ erectio fit quandoquè cum reſervatione juriſpatronatus ad Canonicatus, & Dignitates, lib. 2. cap. 15 num. 89.
Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Summæ Nolan. Diœceſis, juriſpatronatus reſervatum illius Vniverſitati ad Dignitates, numer. 90.
Collegiata Eccleſia, quomodo ſuppreſſa, & in commodiori loco noviter erecta, nu. 91.
Collegialitas Eccleſiæ non admittitur, niſi authoritate Summi Pontificis, lib.3.c.5.n.12.
Collegialitas, non dicitur, ſi beneficiati ſoleant tantum ibi congregari, lib.2.c.9.num.17.
Et proponitur caſus, nu. 18.
Collegialitas non inducitur, ex eo, quod in Eccleſia adſint Dignitates, quia poſſunt erigi in Eccleſia, etiam non collegiata, num. 22.
Nec etiam, quod in Eccleſia celebrentur Miſſæ conventuales, & alia adſint ut hic, n. 23.
Collegialitas Eccleſia, ex quibus conſtare debeat, libr. 2 capit. 9. num. 24.
Collegialitatis ſigna non eſt neceſſe, quod omnia copulative requirantur, n. 28.
Collegialitatis ſigna, quæ nu. 31.
Collegialitatem probandi, præcipuus modus eſt, privilegium Papæ in limine fundationis, nu. 33.
Collegialitas, licèt non præſumatur, niſi probetur fallit tamen, ut hic, num 34.
Collegium, capitulum, ſeu Vniverſitas, quare non poſſit excom-

municari, lib. 4. c. 2. n. 42.
Commendæ, perpetuæ, habentur loco titulorum, lib. 2. cap. 3. nu. 99.
Commendæ, perpetuæ, in dubio cenſentur, niſi contrarium appareat, lib. 1. c. 6. nu. 31.
Commendæ hodiernas, eſſe perpetuas habetur ex illius formula, & quænam illa ſit, n. 304.
Commenda dicitur palliata diſpenſatio, lib. 5. c. 1. n. 78.
Commendatarius poteſt facere quidquid Abbas Titularis, lib. 2. c. 3. nu. 96.
Commendatarii, habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, erigunt quæcumque inferiora beneficia, nu. 98.
Commendatarius perpetuus quid poſſit, nu. 100.
Commoditas penſionis quomodo poſſit cedi ſine conſenſu Papæ, & ut faciliter praticetur, lib. 5. c. 6. n. 69.
Et ſubiicitur formula inſtrumenti ceſſionis, n. 70.
Commutatio voluntatis defuncti, Epiſcopo interdictæ, libr. 2. cap. 11. nu. 16.
Compoſitio, qua ratione ſolvitur in reſervatione penſionis ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici, libr. 2. capit. 8. numer. 96.
Conceſſio cenſetur facta, remoto omni juris obſtaculo, lib. 1. cap. 14. n. 53.
Et quid Cancellaria Apoſtolica ſentiat ſuper hoc, n. 54.
Concilii Tridentini decretum, circa fructuum amiſſionem, ob non factam fidei profeſſionem, non capit diſtributiones quotidianas, lib. 2. c. 16. n. 29.
Secus verò, ſi omnes fructus conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, num. 30.
Concilii Tridentini decretis, nonnulla noviter ſtatuta circa beneficia, lib. 2. c. 15. n. 151.
Concilii Tridentini decreta, non egent ſpeciali derogatione, lib. 3. cap. 8. nu. 9.
Concilium Trident. *ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat.* quomodo accipiendum, ne filii illegitimi miniſtrent, & percipiant penſionis ſuper beneficiis patris, lib. 5. cap. 6. nu. 35.
Concordiæ à Sede Apoſtolica confirmata non ſunt per Concilium Tridentinum ſublatæ, lib. 2. c. 15. num. 154.
Concurſui non eſt locus, quando cura eſt penes Collegium, lib. 2. c. 7. num. 1.
Quia, quæ ſtatuta ſunt de Parochialibus, non habent locum in Collegiatis Eccleſiis, num. 2.
Concurſus in Parochialibus Eccleſiis in multis caſibus hic enumeratis ceſſat, lib. 3. c. 3. nu. 5.
Concurſus ad Parochiales, Eccleſias, an, & quando fiat per inferiorem Epiſcopo, num. 7.
Concurſus per edictum ad Parochiales, qua forma utebatur S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis, nu. 10.
Alia etiam formula proponitur, nu. 11.
Concurſus, quomodò in beneficio ſimplici requiratur, lib. 3. cap. 4. num. 4.
Concurſus in Vicaria perpetua, an requiratur, quod inſpiciendum, lib. 3. c. 9. n. 47.
Conditionibus in fundatione beneficii nulliter appoſitis, Papa non cenſetur derogare, lib. 2. cap. 12. num. 55.
Conditiones in beneficio nulliter appoſitæ, poſſunt convalidari per Papam, num. 58
Conditiones in fundatione beneficii appoſitæ, reſpiciunt honorem Dei, & ſervitium Eccleſiæ, lib. 2. cap. 12 num. 14.
Conditionalis gratia nihil ponit in eſſe, ante conditionis purificationem, lib. 1. cap. 5. nu. 183.
Conditionibus appoſitis in fundatione beneficii de conſenſu Epiſcopi, & non alias Papa derogat, & quare, lib. 2. cap. 12. numer. 54.
Conditiones, etiam ſimplices appoſitæ in fundatione beneficii, continent decretum irritans, nu. 31.
Conditiones in fundatione beneficii appoſita, an poſſit Epiſcopus alterare, lib. 2. cap. 10. il a. n. 144.
Et reſpondetur negativè, nu. 145.
Conditiones novæ, ac nova pacta quando apponi poſſint poſt fundationem beneficii, nu. 150.
Conditione perſonæ mutata, bonorum conditio mutata videtur, lib. 4. cap. 2. nu. 40.
Confirmationis tempus conſideratur in actu nullo, lib. 2. capit. 15. num. 4.
Confirmatio dicitur in forma communi, etiamſi Papa dicat, omnia habere pro expreſſis, perinde, ac ſi tenor illorum, &c. lib. 2. cap. 25. nu. 128.
Et facta, ex certa ſcientia, debet eſſe vera, & explicita, non autem per fictionem, num. 129.
Confirmatio non trahitur ad non narrata Papæ, libr. 2. cap. 5. numer. 208.
Confirmatio, ſeù inſtitutio, eſt neceſſaria, & debita electo, ſeù præſentato, lib. 2. cap. 3 num. 78.
Confirmatio Papæ, quod operetur, num. 94.
Confirmatio Apoſtolica quomodo diſtinguatur, conceſſa in forma communi, à facta ex certa ſcientia, lib. 2. cap. 25. n. 126.
Congregationes, & tractatus, ſolent fieri, etiam in Eccleſiis non Collegiatis, lib. 2. cap. 9. nu. 19.
Conſanguinei, & familiares Epiſcopi admittuntur ad concurſum Parochialis Eccleſiæ, vacantis per obitum tantùm, libr. 3. cap. 4. num. 11.
Conſanguineos, vel affines prohibitum eſt fieri hæredes bonorum Eccleſiæ per Conſtitutionem Pii V. lib. 5. cap. 1. nu. 50.
Limita in Beneficiis Iuriſpatronatus, in quibus ceſſat dict. Conſtitutio, quæ non interdicit præſentationem conſanguineorum Ordinarii contravenientes, qua pœna mulctentur.
In vacationibus per obitum id non procedit.
Secus de familiaribus Vicarii, qui non includuntur in hac Conſtitutione, Vicarius autem non poteſt conferre familiaribus Epiſcopi, cum quo cenſetur eadem perſona.
Conſenſus Epiſcopi non requiritur in ampliatione Eccleſiæ, ſi jam in illius prima erectione intervenit, & quare, lib. 1. cap. 2. num. 65. & 66.
Conſenſus Ordinarii, quomodo præſumendus in translatione juriſpatronatus, lib. 4. cap. 5. nu. 11.
Non præſumitur in perſona potenti, nu. 12.
Conſenſus Epiſcopi in jurepatronatus, poteſt intervenire, etiam poſt mortem teſtatoris, nu. 13.
Sicut etiam in donatione juriſpatronatus, ita juris præſentandi, num. 14.
Conſenſus Epiſcopi in erectione beneficii facit præſumere omnia requiſita, nu. 27.
Conſenſus præſtitus patronorum, quando habeat vim præſentationis, lib. 4. cap. 2. num. 8.
Conſenſus Ordinarii in qualibet translatione juriſpatronatus, adhibendus, nu. 44.
Conſenſus beneficiati non requiritur in unione beneficii, & quare, lib 4. cap. 8. nu. 29.
Conſenſus patronorum requiritur in unione beneficii de jurepatronatus, ſive clericali, ſive laicali, nu. 30.
Necnon inferioris collatoris, ſeù electoris, nu. 31.
Conſenſus transferentis penſionem debet eſſe expreſſus roboratus per inſtrumentum, publicum, lib. 5. cap. 5. n. 55.
Translatio penſionis non requirit conſenſum patronorum, neque mentionem Iuriſpatronatus, & quare, nu. 56. & 57.
Conſenſus requiritur debentis ſolvere, penſionem, quæ ſecunda vice transfertur, lib. 5. cap. 5. nu. 58.
Conſenſus Papæ non poteſt alterari à conſenſu partium, lib. 5. cap. 7. num. 35.
Conſpicuus homo quiſnam dicatur, lib. 2. cap. 1. num. 7.
Conſtitutio, licet non habeat clauſulam annullativam, ſervanda eſt tamen illius forma, ibid. n. 37.
Conſtitutio Gregorii XIV. edita circa juramentum profeſſionis fidei, & alia præſtanda per promotos ad Cathedrales, & Monaſteria, lib. 2. cap. 16 nu. 56.
Conſtitutionis Pii V. ſuper proviſionibus Parochialium Eccleſiarum, tenor proponitur, lib. 3. c. 3. nu. 4.
Conſtitutio Joannis XXII. quæ incipit, *Execrabilis*, quid operatur in impetrationibus Eccleſiarum Parochialium circa modum vacationis, lib. 3. c. 7. nu. 37.
Conſtitutionis Pii V. tenor, circa portionem aſſignandam Vicario perpetuo, lib. 3. cap. 9. n. 32.
Et eſt in ſuo robore, nu. 33.
Et in quibus Vicariis conſtitutio hæc non habeat locum, num. 34.
Conſtitutio Iulii III. contra apprehendentes poſſeſſionem ſine litteris Apoſtolicis, habet locum, etiam in beneficiis juriſpatronatus laicalis, lib. 4. cap. 7. nu. 19.
Conſtitutiones Principis, licèt contineant omnes obſtantias de Mundo non tollunt ſpecialia privilegia ſtatuta, vel conſuetudines, lib. 2. cap. 12. nu. 139.
Nam illæ tendunt ſolum ad tollendam ſubreptionem, nu. 140.
Conſtitutio Pii V. (quæ datur per extenſum) prohibet reſignationes in manibus Ordinariorum, in conſanguineos, vel affines, lib. 5. cap. 1. nu. 50.
Conſtitutio Vrbani VIII. circa translationes penſionum pro S. R. E. Cardinalibus proponitur integra, lib. 5. cap. 5. nu. 26.
Conſtitutioni Pii IV. *de regiſtrandis*, cujus verba dantur, quando derogandum in translatione penſionis, lib. 5. cap. 6. n. 63.
Conſuetudini permittenti, quod in Eccleſia teneantur Canonicatus cum Dignitatibus, non derogatur per *Concilium Tridentinum ſeſſ. 26. cap. 17.* lib. 2. cap. 6. nu. 4.
Conſuetudo plurium Eccleſiarum obtinendi Canonicatum cum Dignitate in eadem Eccleſia, nu. 5.
Conſuetudo retinendi Canonicatum, cum Dignitate in eadem Eccleſia, non adverſatur canonum decretis, nu. 7.
Nec Dataria Apoſtolicæ uſus contradicit, nu. 8.
Et juſtificatur ex pluribus proviſionibus, nu. 9.
Et quid ſervet Dataria in hujuſmodi expreſſione, in ſupplicatione, num. 10.

Ceſſan-

Index Rerum, & Sententiarum.

Ceſsante huiuſmodi conſuetudine, ſeu ſtatuto, eſt petenda diſpenſatio, quæ tamen, etiam ex cauſa, regulariter denegari conſuevit, num. 11.
Conſuetudo retinendi Canonicatum, cum Dignitate, eſt à Papa approbata, lib. 2. cap. 6. nu. 15.
Conſuetudo irrationabilis, non præſcribitur, nu. 20.
Conſuetudo, requiritur duos actus valdè notorios, num. 31.
Aliàs ſi non ſint valdè notorii, requiruntur tres, vel plures actus, num. 32.
Conſuetudine, Papæ narrata, quod Canonicatus, cum Dignitate conſueveris per unum in Eccleſia retineri, ſine Apoſtolica diſpenſatione, cum re vera, ita non ſit, inducitur illorum vacatio, num 33.
Et ſub qua forma poſſit ab alio impetrari, n. 34.
Conſuetudini permittenti, ut quis obtineat Canonicatum, cum Dignitate, non eſt derogatum per *Concilium Tridentinum ſeſſ.* 14 *cap.* 17. ubi, habenti beneficium competens, non conferatur aliud, lib. 2. cap 6 num. 38.
Conſuetudo retinendi Canonicatum, cum Dignitate, non procedit in Canonico, Pœnitentiario, nu. 39.
Secùs in Canonico Lecturæ, Doctorali, & Magiſtrali, num. 40.
Conſuetudo, ſeù ſtatutum non admittit retentionem Portionis cum Canonicatu in eadem Eccleſia. Contrarium tenet *Garc. part.* 11. *cap.* 5. *nu* 254. num. 41.
Et quænam ſit ratio, num. 42.
Conſuetudo tenendi inſimul Canonicatum, & Sacriſtia, ſi illa reſignetur, cum reſervatione penſionis, non requiſit diſpenſationem pro retentione dictæ penſionis, nu. 54.
Conſuetudo immemorabilis, habet vim privilegii à Principe conceſſi, lib 2 cap. 10 il 2. n. 94.
Conſuetudo, quod quis per alium celebret, valet, nu. 113.
Conſuetudo interpretativa, non requirit longi temporis præſcriptionem, num. 137.
Conſuetudo Mediolani, qua ad petitiones Parochianorum, inſtituuntur Rectores, lib. 1. c. 6. n. 343.
Conſuetudo irrationabilis, non præſcribitur, lib. 2. cap. 6. num. 20.
Contra jus com nune, debet eſſe ad minus 40. annorum, lib. 2. cap. 6 num. 25. ut inducatur, duo actus, ad minus, requiruntur, nec ſufficit unus tantùm, nu. 32. & 30.
Creditorem ſuum ſequi nemo tenetur, lib. 5. cap 7. nu. 16.
Creditor debet eſſe paratus ad recipiendam pecuniam in loco deſtinato ſolutionis, lib. 5. cap. 7. nu. 58.
Cura animarum, maximum in ſe periculum continet, lib. 3. cap. 3. num. 1.
Et eſt tantò pretioſior, quantò periculoſior, nu. 2.
Et quid circa id ſtatuerit Concilium Tridentinum, num. 3.
Curæ juriſdictionalis, mentio, quomodo ceſſet in impetrationibus Apoſtolicis, lib. 3. cap. 5. num. 4.
Cura animarum in Parochialibus unitis, à quibus, & quomodo exercenda, lib. 3. cap. 9. n. 7
Cura animarum, poteſt eſſe in Eccleſia Collegiata, & tamen illa non pertineat ad Collegium, neque Eccleſia ſit curata, lib. 2. cap. 2. num. 42.
Cura animarum in Collegiata Eccleſia, poteſt extraneum pertinere, num. 44
Cura animarum Cathedralis, & curatæ. Eccleſiæ, poteſt ſpectare ad Epiſcopum tantùm, non autem ad Canonicos, nu. 46.
Cura animarum, quando demandatur peculiari perſonæ Eccleſiæ Collegiatæ, quomodo id explicandum in reſcripto, lib. 2. cap. 2. num. 47.
Et quid ſervet Cancellaria Apoſtolica, ſi provideatur de dignitate principali alicujus Eccleſiæ, quæ etiam Parochialis exiſtit, num. 48.
Cura animarum, pertinens ad Canonicos Collegiatæ, dicitur pertinere ad Collegium, non autem unicuique ex Canonicis de per ſe, Deciſio *Caſſad.* 11. quomodo accipienda circa hoc, num. 53. & 54.
Curata beneficia habitu, non actu quomodo à Papa impetranda, lib. 3. cap. 5. nu 6.
Curatum beneficium, intus Cathedralem, non requirit expreſſionem nominis Sancti, num. 55.

D

DAta, altera parva, altera major, lib. 3. cap. 8. nu 52.
Datarius præſumitur omnia fecere ante oculos Papæ, lib. 3. cap. 8. num. 32.
Quot, & quos Officiales habeat penes ſe, nu. 38.
Et quomodo ipſi ſe erga illum gerant, num. 39.
Datarius mole negociorum preſſus, nonnulla ad Datariam pertinentia, ad Rotam examinanda tranſmittit, nu. 48.
Ampliſſimas habet à Papa facultates, nu. 29.
Et multa declarat per litteras privatas circa reſcripta Papæ, num. 30.
Eſt enim illius organum mentis, & vocis, lib. 3. cap. 6. nu. 21.
Et quidquid ipſe facit, ipſemet Papa facere cenſetur, nu. 22.
Illiuſque perſonam ſemper ſervitur, nu. 23.
Datarii officium, dicitur à munere datandi ſupplicationes, lib. 3. cap. 8. num. 26.
Et cuinam officium hoc erat antiquitus demandatum, num. 28.
Datarii munus excelſus, ac ſublimius cunctis omnibus, num. 33.
Illius qualitates, nu. 34.
Datarii munus, quando exercetur per Cardinalem, quare ille nominetur Prodatarius, non autem Datarius, num. 35.
Illius miniſterium expirat per obitum Papæ, & ad quid tunc teneatur, num. 37.
Quare illud demandetur aliquando alicui ex Rota Auditoribus, num. 44.
Datario, magna fides adhibenda circa Datas ſupplicationum numer. 45.
Datarii atteſtatio, etiam poſt dimiſſum officium, magnam facit præſumptionem circa penſiones reſervatas, lib. 2. cap. 5. numer. 558.
Datarium non licet arguere de mendacio, num. 257.
Datandi ſupplicationes facultas, olim conceſſa Bibliothecario Sedis Apoſtolicæ, lib 3 cap. 8 nu. 58.
Datariæ Apoſtolicæ libri prævalent quibuſcumque probationibus teſtium, lib. 3. cap. 8. n. 49.
Datariæ Apoſtolicæ Officiales, ſunt Papæ vocis, & mentis Oraculum, lib 1. c. 1. nu. 9.
Dataria Apoſtolica, quid ſervet in reſervationibus penſionum pro Italis ſuper beneficiis Hiſpaniæ, pro cautela perſonæ contemplatæ, lib. 5. c. 5. nu 250.
Datariæ miniſtri, boni, & fideles, nu. 260.
Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ uſus, ut in ſupplicationibus, & in litteris Apoſtolicis, una oratio, plura determinet, lib. 2. cap. 13. num. 14.
Decimæ, quando aſſignandæ, Eccleſiæ Parochialis, libr. 3. cap. 2. num. 6.
Decretum irritans in fundatione beneficii, non eſt de neceſſitate exprimendum in impetratione, licet quandoque ad exuberantiam exprimatur, lib. 2. cap. 12. n. 38.
Decretum irritans; quid operetur, lib. 2. c. 15. n. 174.
Et quomodo inficiat titulum, & poſſeſſionem, nu. 175.
Decretum irritans, non inficit detentationem, & inſiſtentiam facti, lib. 3. cap. 9 nu. 44.
Decretum, *poſt primam ſententiam*, &c. circà reſignationem beneficii ab accuſato faciendam reſtringit favorem, & praxim trium ſententiarum conformium, lib. 5. c. 1. nu. 10.
Vid. quomodo ſit ad favorem impetrantis.
Decretum adiectum tam in ſupplicatione, quàm in litteris reſervationum inducit formam omninò ſervandam, libr. 5. capit. 3. num. 15.
Defectus reſpiciens proprietatem non admittitur in judicio ſummariſſimo, lib. 2. cap. 13. nu. 42.
Etiam ſi dictus defectus offeratur incontinenti probandus, numer. 43.
Definitionis virtus, quæ, lib. 1. c. 1. n. 1.
Definitio optima, quæ convertitur cum ſuo definito, n. 3.
Delegatus Papæ ad diſpenſandum cum illegitimo, quænam debeat prius examinare, lib. 2. c. 12 n. 97.
Derogatio generalis plurium qualitatum in fundatione beneficii, non datur, lib. 2. cap. 2. nu. 50.
Et quare, nu 51 & 137.
Derogatio juriſpatronatus pro medietate, non ſuffragatur inhabili, ſi taceat, alium habilem fuiſſe præſentatum ab altera medietate patronorum, lib. 4. cap. 6. nu. 3.
Derogatio Concilii Lateranenſis non requiritur in translatione penſionis, lib. 5. c. 5 nu. 18.
Determinatio una, reſpiciens plura determinabilia, omnia pariformiter determinat, lib 2. c. 13. nu. 13.
Devolutio collationis ad ſuperiorem, quomodo allegari non poſſit, ob lapſum temporis ad præſentandum, lib. 4. c. 2. n. 75.
Devolutio Beneficii quare inventa, lib. 5. c. 1. nu. 60.
Devolutio in litteris datur diſpoſitivè, & quare, lib. 5. c. 1. n. 64.
Devolutum beneficium, dupliciter impetratur à Papa, ibid. numer. 67.
Dictio, *nunc*, eſt demonſtrativa præſentis temporis, lib. 1. capit. 5. num. 180.
Et denotat, præſens eſſe initium obligationis, nu. 181.
Dictio, *ex tunc*, extremitatem temporis ſignificat, nu. 185.
Dictio, *forſitan*, nihil affirmat, lib. 2. c. 6 nu. 19.
Dictio, *multa*, verificatur in tribus, nu. 25.
Dictio, *ac ſi*, denotat ſimilitudinem, ſed non per omnia, lib. 2. cap. 15. num. 230.
Et fingit factum, quod verè factum non eſt, nu. 131.
Dictio, *cum*, quomodo intelligatur in venditione Univerſitatis, in qua eſt jus patronatus, lib. 4. c. 5. n. 42.
Dictio, *perſeverit*, eſt conſiderabilis in penſione de *conſenſu*, libr. 2. cap. 3. num. 11.

Dictio, *poſtquam*, operatur conditionem, lib. 5. c. 6. num. 8.

Dictio, *integrè*, in reſervatione penſionis, quid importet, lib. 5. cap. 7. num 22.

Penſionis nullitatis ſuper commiſſiones. Vid. quæ ſit formula, quæ proponitur, lib. 5. cap. 7. nu. 23.

Diœceſis Oratoria, neceſſaria expreſſio in impetratione beneficii, lib. 3. cap. 7. nu. 18.

Et quid Cancellaria Apoſtolica ſervet circa defectum, hujuſmodi expreſſionis, num. 19.

Diœceſanus in beneficio, præfertur extero magis idoneo, lib 4. cap. 6. num. 55.

Dignior quis cenſendus ad beneficia, nu. 52.

Dignitas antiqua, & extincta poteſt per Canonicos, ſine licentia Papæ reſtaurari. Si tamen dos congrua ei aſſignetur, numer. 29. & 33. Dummodo Epiſcopi authoritas interveniat, lib. 2. cap. 2. num. 30.

Dignitas prima poſt Pontificalem in Cathedrali, & principalis in Collegiata, qua ratione Papæ reſerventur, libr. 2. capit. 13. numer. 1.

Dignitas principalis in Collegiata, reſervata, ſi excedat valorem decem florenorum, nu. 2.

Dignitas, ſi tempore vacationis, non ſit actu maior, talis tamen efficiatur ante proviſionem, intrat reſervatio, nu. 20.

Dignitas prima, ſeù principalis, ſi fuerit unita, ejus loco remanet reſervata ſecunda, nu. 25.

Si tamen unio fuerit facta acceſſoriè, ſecùs, ſi æquè principaliter, num. 26.

Dignitas prima, ſeù principalis, ſi fuerit de jurepatronatus Laicorum, non impedit reſervationem ſequentis Dignitatis, numer. 31.

Dignitas prima poſt Pontificalem in Cathedrali, ac principalis in Collegiata vacantes Apoſtolica Sede vacante, an conferantur per Ordinarium, numer. 53. Et concluditur negativè, dict. cap. 15. num. 54.

Et quænam ſit ratio, nu 55.

Dignitatem omninò novam in Eccleſia erigere, ad ſolum Papam ſpectat, lib. 2. c. 2. n 28

Dignitatem habere cum Canonicatu in eadem Eccleſia eſt incompatibile, lib. 2. c. 6. n. 14.

Dignitates in Eccleſia, quare inſtitutæ, lib. 2 cap. 1. nu. 18.

Dignitates omnes per tot Canonicos in ipſa Eccleſia, & indulto Papæ in illius erectione, retineri, nu. 43.

Quod quandoque conceditur ad partem, & proponitur formula ſupplicationis, nu 44.

In Regno Franciæ, illiuſque Cathedralibus, & Collegiatis, ita indultum per Leonem X. nu. 45.

Dignitates in Eccleſiis Collegiatis inſignibus Papa non confert niſi perſonis qualificatis per Concil. Trident. lib. 2. capit. 10. il 1. num. 78.

Dignitates, etiam in Cathedralibus, quandoque non qualificatis conferuntur, & quare, nu 80

Dignitates, & dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, quibus conferendæ, ibid. nu. 71.

Et quomodo intelligendum, nu n. 72

Dignitates in Cathedrali, ſive Collegiata, non ſunt de Capitulo, lib. 2. cap. 13 nu 34.

Niſi tamen dignitatem habentes, ſint etiam Canonici, nu. 35.

Dignitates habentes, licèt habeant ſtallum in Choro, non tamen habent vocem in Capitulo, nu 36.

Dignitates obtinentes in Eccleſia, ac etiam ſimplices Presbyteri, quomodo poſſunt intereſſe Capitulo, nu. 40.

Dignitate, vel Canonico ſolemniter celebrante, Canonici pariter pro Diacono, & Subdiacono ſervire debent, ex declaratione Sacræ Congregationis, nu. 53.

Dignitatem novam non poteſt Epiſcopus erigere, neque in Cathedrali, neque in Collegiata, lib. 2. cap. 15. nu. 1.

Et multò minus Collegiatam Eccleſiam, nu. 2.

Dignitates novas ab Ordinario erectas, Dataria Apoſtolica non admittit, lib. 2. cap. 2. nu. 36.

Nec eas confirmat, niſi cauſa erectionis diſcuſſa in Sacra Congregatione, nu. 37.

Dignitates etiam plures, necnon alios Canonicatus inſimul erigit Papa, etiam ad partem poſt erectionem Cathedralis, ſeù Collegiatæ, nu. 59. Exemplum proponitur, nu. 60.

Dignitates novæ eriguntur à Papa in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, etiam ad partem, & proponitur forma ſupplicationis, pro hujuſmodi erectione, nu. 41.

Diſmembratio fructuum requirit ſolemnitatem, prout alienatio rei Eccleſiæ, lib. 3. cap. 2. nu. 2.

Diſmembrationis Eccleſiæ, cauſæ quomodo debeant probari, numer. 8.

Diſmembratio, juxta terminos *Concilii Tridentini, &c. ad audientiam,* quomodo petenda ab Ordinario, nu. 9

Diſpenſandi facultas cum illegitimo ad beneficium, intelligitur, cum cauſæ cognitione, Epiſcopo conceſſa, lib. 2. cap. 12. numer. 100.

Diſpenſare non cenſetur tacitè Papa, ubi requiritur certa ſcientia defectus, lib. 1. cap. 5 nu. 204.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus, cum illegitimo, ad obtinendum Canonicatum in Collegiata Eccleſia, lib. 2. cap. 12 nu. 70.

Diſpenſare, quomodò tacitè cenſeatur Papa ſuper defectu, lib. 2. cap. 12. num. 104.

Diſpenſare non præſumitur Epiſcopus, cum illegitimo, ſuper pluralitate beneficiorum, lib. 2. cap. 12. nu. 121.

Diſpenſatio, de impoſſibile, poſſibilem facit, lib. 1. capit. 5. numer. 136.

Diſpenſationes ad beneficia incompatibilia, ex legitima cauſa conceduntur, lib. 2. cap. 6. n. 59.

Diſpenſatio ſuper retentione Canonicatus in Cathedrali, ac Dignitatis in Collegiata, ſub quo decreto detur, nu 60.

Et quomodo ſuper retentione duorum Canonicatuum, nu. 61.

Et quomodo ſuper retentione Dignitatis, cum beneficio curato, num. 62.

Diſpenſationes tot neceſſariæ, quod ſunt impedimenta, lib. 2. cap. 12. num. 49.

Diſpenſat Epiſcopus, cum illegitimo ad beneficium ſimplex, ſine conſenſu Capituli, nu. 90.

Diſpenſatio Epiſcopi, cum illegitimo, requirit cauſam, nu. 94.

Diſpenſatio Papæ, cum illegitimo, requirit cauſam. Et quænam illa ſit, num. 96.

Diſpenſatio cum illegitimo facienda per Ordinarium, quid requirat in praxi, nu. 98.

Diſpenſatio cum illegitimo, non præmiſſa cauſæ cognitione, non valet, num. 99.

Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo, non excedit limites ſuæ facultatis, num. 113.

Quod intelligitur, etiam ex quacumque cauſa utili, & neceſſaria, num. 114.

Diſpenſatio, tanquam odioſa, non includit, niſi primum actum poſt diſpenſationem, quod exemplificatur, ut hic, nu. 118.

Diſpenſatio ceſſante culpa, quomodò intelligatur, cum effectu, numer. 119.

Diſpenſatio non includit, niſi primum actus ſubſequentem, eoque expleto, illa extinguitur, num. 113.

Diſpenſatio Epiſcopi, cum illegitimo ad unum beneficium, procedit etiam ſi illud non ſufficiat ad congruam ſuſtentationem, lib. 2. cap. 12. num 124.

Diſpenſatio Epiſcopi cum illegitimo, ad ordines, & beneficia, non ſe extendit ultra minores ordines, & unum ſimplex, n. 157.

Diſpenſatio conceſſa ſuper uno impedimento, non extenditur ad aliud, lib. 3 c. 7. nu. 10. & 14.

Diſpenſationes tot requiruntur, quot ſunt obſtacula, nu. 11.

Diſpenſatio una, quando ſine altera ſubſiſtere non poſſit, nu. 12.

Diſpenſatio Papæ ſuper aliquo defectu, reſtringitur ad beneficia, ſimplicia tantum, nu. 16.

Diſpenſatio, cadit adverſus juris communis diſpoſitionem, libr. 4. c. 6. num 7

Non requiritur expreſſa adverſus decreta Concilii Tridentini, n. 8.

Diſpenſatio ad favorem bigami ſuper reſervatione penſionis comprehendit etiam tranſlationem, lib. 5. cap. 6 num. 32.

Diſpenſatus ſuper defectu ætatis ad beneficium ſimplex, an cenſeatur etiam diſpenſatus ſuper recitatione horarum Canonicarum, num. 13.

Diſpenſatus ad Presbyteratum ſuper defectu ætatis non eſt habilis ad obtinendum Parochialem Eccleſia, libr 3. cap. 7. numer. 5. & 9.

Diſpenſatus ſuper non reſidentia, cenſetur etiam diſpenſatus, ut fructus recipiat, nu. 13.

Diſpenſatus ad Ordines, etiam maiores, & Presbyteratus, non cenſetur diſpenſatus, neque ad beneficium ſimplex, num. 15

Diſpoſitio loquens de perſonis, niſi aliud exprimatur, nunquam comprehendit Collegium, vel Capitulum, lib. 2. cap. 15. numer. 112.

Diſpoſitio generaliter loquens, generaliter intelligenda, lib. 1. cap. 6. num. 3.

Diſpoſitio, quantumvis generalis, recipit interpretationem de habilitate, lib. 2. cap. 10. il 1. nu. 69.

Et debet intelligi, ſi petatur, vel ſi velit, nu. 70

Diſpoſitio qualificata, non venit ſub ſimplici, lib. 2. cap. 10. il 2. num. 105.

Diſpoſitio mandans, quod aliquis Miſſam celebret, intelligitur, ut poſſit per alium illam celebrare, nu. 115.

Diſpoſitio quantumcumque generalis, non tollit privilegium à jure conceſſum, lib. 2 cap. 15. num. 24.

Diſpoſitio quælibet, ampliatur, & reſtringitur ad limites rationis in ea expreſſæ, lib. 3. cap. 7. num. 8.

Diſtributiones quotidianæ venit in condemnatione fructuum, ubi non ſunt alii fructus, lib. 2. cap. 16. num. 31.

Et de ſtylo Rotæ ſub verbo *fructus*, comprehenduntur diſtributiones, num. 32.

Diſtributiones quotidianæ, quomodo ſuccedunt loco præbendæ, lib. 2. c. 5 nu. 14.
Diverſitas nominum in beneficialibus, tripliciter conſideratur, lib. 2. cap 8. nu. 5.
Dives, vel pauper, quando præferendus in beneficio Eccleſiaſtico, lib. 4. cap. 6. nu. 53.
Divinare nemo tenetur, lib. 4. cap. 7. nu. 3.
Doctor, quamvis ignorantiſſimus loqui non poteſt, & quare, lib. 2. cap. 4. nu. 117.
Doctoratus gradus, ſeù Licentiatura, ſi non adſit tempore proviſionis, quodnam decretum detur Oratori per Datariam, ubi iſta qualitas requiritur, nu 123.
Doctores multi, nomine pauci verò opere, lib. 2. c. 4. num. 117.
Dominium rerum Eccleſiæ, eſt penes ipſam Eccleſiam adminiſtratio autem penes Prælatum, lib. 4. c. 7. nu. 40.
Domo vendita, quando veniant etiam ſtatuæ in ea exiſtentes, lib. 4. c. 5. nu. 44.
Donans, vel qui donavit poteſt pœnitere ante acceptationem donatarii, lib. 5. cap. 1. nu. 48.
Donatarius, quando poſſit ad beneficium præſentare donantem, ibid. num. 10.
Dos ſufficiens aſſignanda in erectione beneficii, libr. 2. cap. 15. numer. 10.
Quod debet diſquirere Epiſcopus, antequam erectioni conſentiat, num. 11.
Dos, quanta debeat eſſe pro Collegiata, ac quacumque alia Eccleſia, remiſſivè, nu. 12.
Debet aſſignare in limine fundationis beneficii, nu. 13.
Et debet Ordinarius, de qualitate dotis, & dotantis exquirere, num. 14.
Dos beneficii, ſuper quibus rebus conſtituenda, num. 15.
Dos eſt acceſſoria ad erectionem Collegiatæ Eccleſiæ, num. 35.
Dotis promiſſio non poteſt qualificari, ejus actu perfecto, lib. 2. c. 10. & 2. nu. 159.
Dotis aſſignatio Collegiatæ Terræ Rigniani, quomodo facta, lib. 2. cap. 15. nu 16.
Dualitas, quomodo ad rei interitum, parata, lib. 3. capit. 8. numer. 42.
Ducatus Florentinus æquiparatur ducato auri de Camera, libr. 2. c. 13. num. 4.
Ducati auri de Camera, ex quo conſtituatur, no. 7.
Ducati decem de Camera, quot ſcuta monetæ Romanæ conſtituant, & quot ducatos monetæ Neapolitanæ, nu. 10.

E

ECcleſiæ, receptitiæ beneficia non poſſunt reſignari, neque permutari, & quare, lib. 1. cap 6. nu. 296.
Eccleſiam eſſe receptitiam, ſi narretur Papæ, illorum beneficiorum reſignationes, & permutationes validè ab eo admittuntur, numer. 297.
Eccleſia indiget viris litteratis, non autem Aſinis ferratis, lib 2. c. 4. num. 119.
Eccleſia, ſeù Capella, quod non poſſit impetrari in titulum collatium, indulti forma proponitur, lib. 2. c. 7. n. 5.
Et quænam decreta ei adiiciantur per Datariam, nu. 6.
Eccleſiæ non erecta in titulum, non poteſt impetrari, nu. 8.
Nec uti beneficium, penſione gravari, nu. 9.
Eccleſia quod non poſſit erigi in titulum collatium, nec illius fructus applicentur pro dote beneficii, Indultum quid continere debeat, num. 10.
Eccleſia Cæſaraugustan. quomodo ex regulari, in ſæcularem erecta per Clem. VIII. lib. 2. c. 9. nu. 7.
Eccleſia, quæcumque, etiam ſimplex, poteſt erigi in Collegiatam, num 8
Et ſi fuerit de jurepatronatus Laicorum, accedat conſenſus patronorum, nu. 9.
Eccleſiæ Cathedrales ſæculares, habentes Canonicos regulares, quæ num 10.
Illarum Epiſcopi, habentur loco Ablatum, nu. 11.
Et unum corpus conſtituitur ex ipſo Conventu, & Epiſcopo, numer. 12.
Et quid ſervetur in iis, quæ pertinent ad regulam, nu. 15.
Eccleſia communiter habita pro Collegiata, probatur talis, libr. 2. cap. 9. nu. 27.
Eccleſia, quando non conſtat, eſſe Collegiatam, recurritur ad ſigna, & conjecturas, nu. 32.
Eccleſia Neapolitana, ex inſignioribus totius Italiæ Cathedralibus, Regnique Neapolitani primaria, lib. 2. cap. 15. nu. 59.
Eccleſia juriſpatronatus, ſi erigatur in Collegiatam, patronus præſentabit ad præbendas, nu. 103.
Eccleſia matrix, ſi erigatur in Collegiatam, amittit jura matricitatis, num. 104.
Eccleſia, in Epiſcopatum erecta, ſortitur locum debitum aliis Eccleſiis Epiſcopalibus, nu. 105.
Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi de Medina Cæli, Seguntin. Diœceſis erectio, illiuſque Abbatis, ampliſſima privilegia, & indulta, lib. 2. c 16. nu. 81.
Et tanquam celebris, circumfertur, & adducitur quandoque in exemplum, num 82.
Eccleſia non numerata, ſeù receptiva, quænam dicatur, lib. 3. cap. 5. num. 18.
Et quæ, Eccleſia numerata, nu. 19.
Eccleſia nunquam deſinit poſſidere, etiam mortuo Prælato, lib. 4. c. 7. num. 39.
Eccleſiæ Canonicus ſi exprimatur creditur communiter de Cathedrali, lib. 5. cap. 1. nu. 2.
Eccleſiam, eſſe Collegiatam arguitur ex ſufficientibus conjecturis, lib. 2. c. 9. nu. 29.
Et ſtandum eſt teſtibus, deponentibus ſuper affirmativa, non autem negativa, nu. 30.
Edictales litteræ, *ex cap fin de elect in 6.* ubi affigendæ, lib. 4. cap. 3. num 33.
Edictum pro concurſu ad Parochiales, an, & quando neceſſariò proponendum, lib. 3. c 3. nu. 6.
Edictum pro concurſu ad Parochiales, ubi apponendum, numer. 22.
Edicti terminum non tenetur Epiſcopus prorogare, nu. 23.
Et prædicto termino durante, non poteſt fieri examen, nu. 24.
Sed quomodo illud ſuſtineatur ante lapſum termini, nu. 25.
Edicti concurſus, termino elapſo, an ſi quis compareat, ſit admittendus, lib. 3. cap 4. nu. 23.
Edicti termino durante, ſi nullus compareat pro aſſequenda Parochiali, aut ex deſcriptis, nullus reperiatur idoneus, quid ſervandum, num. 24
Edictum non requiritur, vigore clauſulæ *verificato jurepatronatus*, appoſitæ in collationibus Apoſtolicis, lib. 4. c. 3 nu. 22.
Neque in collatione Ordinarii, ad ſe devoluta ob non præſentationem patronorum tempore, nu. 23.
Edictum, an proponendum in vacatione beneficii juriſpatronatus à primæva erectione. Et reſolvitur affirmativè, nu. 27.
Effectus, in quacunque diſpoſitione eſt conſiderandus, lib. 2. cap. 4. num. 125.
Electo acquiritur jus in ſubſequuta acceptatione, lib. 4. cap. 2. numer. 32.
Epiſcopus, eſt exequutor piarum diſpoſitionum, lib. 2. cap. 11. numer. 19.
Epiſcopus, conferendo beneficium Eccleſiaſticum, non cenſetur illud approbare, niſi illius conſenſus collationem præcedat, lib. 1. cap. 2. nu. 52.
Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum Clerico conjugato, neque ad beneficium ſimplex, lib. 1. cap. 5. nu. 118.
Sed ſolus Papa diſpenſat, nu. 119.
Epiſcopus, quando etiam eſt Canonicus ſuæ Eccleſiæ, non poteſt authorizare in facto proprio; & quomodo hoc intelligendum, lib. 2. cap. 8. nu. 92.
Epiſcopus non diſpenſat contra ſtatutum juratum, vel confirmatum lib. 2. cap. 12. nu. 127.
Epiſcopus, qui acceſſit ad limina Apoſtolorum, tenetur Pontifici referre ſtatum ſuæ Eccleſiæ, lib. 2. c. 16. n. 76.
Et hujuſmodi ſtatum in ſcriptis eſt dandum, ſive per ſeipſum, ſive per nuncium viſitet. Illiuſque ampliſſima forma proponitur, num. 77.
Hic ſtatus examinatur in Sacra Congregatione Concilii, & quare, num. 78.
Epiſcopus, quomodo ex una, plures Eccleſias facit, lib. 3. capit. 2. num. 10.
Epiſcopi dolus, ubi apponatur circa habilitatem magis idonei ad Parochialem, quid ſervetur, lib. 3 c. 4. n. 14.
Epiſcopi gravamen quomodo remaneat juſtificabile circa idoneitatem concurrentium ad Parochiales, quomodo verò ſecus, numer. 16.
Epiſcopus, ad aliam Eccleſiam translatus, uſque quo conferat beneficia prioris Eccleſiæ, lib. 3. cap. 6. nu. 66.
Epiſcopi ſunt cæci erga nepotes, nu. 69.
Epiſcopus, quomodo excuſandus a mala collatione beneficiorum reſervatorum, nu. 35. & 38.
Epiſcopo credendum in ſpectantibus ad ejus officium, lib. 4. cap. 8. num. 26.
Epiſcopus non diſponit adverſus decreta Concilii, circa qualitatem perſonæ pro præbenda Theologali, lib. 2 cap 5. nu. 10.
Ac propterea, ſi non reperiatur perſona qualificata, recurritur ad Papam pro collatione hujuſmodi præbendæ, etiam ſi Canonicatus, & præbenda non eſſent reſervati, nu. 11.
Et quomodo Papa, in literis collationis hujuſmodi, reſcribere conſueverit, nu. 12.
Erectio beneficii non revocata, neque revocabitur unio beneficii reſignati, lib. 2. c. 1. n. 25.
Quod tamen intelligitur, reſignante in eadem voluntate exiſtente num. 26.

Erectionum Secularium, & Collegiatarum Eccleſiarum uſus in Romana Curia, lib. 2. cap. 1. no. 3.
Formula hujuſmodi ſupplicationis pro erectione proponitur, numer. 4.
Erectio beneficio, ſtatim inducitur illius vacatio, lib. 2. cap. 3. numer. 83.
Erectiones beneficiorum ab Ordinario factæ, quomodo egeant confirmatione Apoſtolica, nu. 88.
Erectionis gratia, eſt de ſui natura præjudicialis, lib. 2. capit. 14. numer. 86.
Erectio Parochialis Eccleſię quandoque fit invito illius rectore, numer. 75.
Et ſub qua formula, nu. 76.
Erectio Eccleſiæ, ubi non eſt neceſſaria, intrat regula revocatoria unionum, lib. 2. c. 15. nu. 29.
Erectionis beneficii gratia, ſi non expiravit, neque expirat unio, num. 38.
Quod intelligitur, ſive erectio fiat à Papa ex certa ſcientia, ſive ab Exequutore, nu. 39.
Erectione ſubſiſtente, ſubſiſtit etiam unio, non obſtante regula revocatoria, nu. 40.
Erectio beneficii, ſi non ſortiatur effectum, neque unio tenebit, num. 42.
Erectione beneficii, per Ordinarium denegata ſine cauſa, recurritur ad Papam, lib. 4. c. 1. nu. 5.
Erectionis beneficii faciendæ ab Ordinario, cum reſervatione juriſpatronatus, modus, ſive ordo, nu. 2.
Ejuſdemque erectionis forma decreti, proponitur, nu. 3.
Erectio beneficii in abſtracto, quænam dicatur, nu. 7.
Erectiones beneficiorum, frequentiores ex teſtamento, poſt obitum teſtatoris, nu. 14.
Quod habet locum, etiam ex teſtamento imperfecto, nu. 15.
Erectiones beneficiorum, ex quibus cauſis faciendæ per Papam tantùm, lib. 2. c. 5. n. 19.
Erectio beneficii facienda per Ordinarium in ſuo menſe, ut illud poſſit conferre, lib. 2. cap. 15. num. 166.
Erigere poteſt Ordinarius in ſua Eccleſia nondum beneficia inferiora, ſed etiam Canonicatus, lib. 2. c. 3. n. 87.
Erigi poſſunt plura beneficia ad unum, idemque altare, lib. 4. cap. 1. num. 12.
Examen Epiſcoporum introductum à Clemente VIII. lib. 2. cap. 16. num 65.
Pro abſentibus promotis, coram quibus faciendum, nu. 66.
Examen per concurſum ad Parochiales, quid requirat in praxi, libr. 3. c. 3. n. 26.
Et quot examinatores, nu. 27.
Et an eorum approbatio, vel reprobatio fiat ſeparatim, vel ſimul, num. 28.
Examen per concurſum, an validum ſit, ſi etiam adhibeantur examinatores non Synodales, cum Synodalibus, nu. 32.
Examen pro concurſu ad Parochialem, tranſacto conſtituto tempore intra quot dies faciendum, lib 3. cap. 4. n. 25.
Examen ad Parochiales, factum in Vrbe, ab illius examinatoribus, æquipollet examini per concurſum in partibus, lib. 3. cap. 8. num. 10.
Examinatorum defectus, in concurſu ad Parochialem reſervatam, explicandus in teſtimonio Ordinatarii circa idoneitatem, ibid. num. 7.
Examinatores tenentur facere Epiſcopis relationem, non ſolùm circa doctrinam, ſed de aliis, ut hic, aliter peccant mortaliter, etiam ſi Epiſcopus ità velit, lib 3. cap. 4 num. 6 & 7
Examinatores non debent eligere magis idoneum, ſed Epiſcopus, num. 8.
Nec tenentur explicitè referre omnes qualitates eorum, qui ſe examini ſubjecerunt, & quare, nu. 9. & 10.
Examinatorum vota, ubi ſunt paria, vel ſingularia, quod poſſit Epiſcopus accedere, quando non habeat locum, num. 13.
Examinatores pro concurſu ad Parochiales, tenentur ex forma pręſtare juramentum, & ſub qua forma illud pręſtent, & quando, num. 26.
Examinatores Synodales, non minus, quam ſex deputandi, lib. 3. c. 3. num. 29.
Et in Synodo vera, & formali, n. 30.
Examinatores Synodales, cujus qualitatis eſſe debeant, no. 31.
Examinatoribus Synodalibus, ſingulis annis non deputatis, alii jam alias deputati, munus ſuum exercebunt, nu. 33.
Et quid ſi ex deputatis, aliqui moriantur, vel ſint abſentes, numer. 34.
Examinatorum Synodalium defectus, non nocet patrono, qui legitimè pręſentavit, nu. 35.
Examinatus, magis idoneus in concurſu ad Parochialem, ſi poſtea non amplius ad illam aſpiret, quomodo de alio providendum, lib. 3. cap. 4 num. 22.
Exempla declarant, non autem arctans, lib. 3. cap. 7. num 7.
Exemplum refertur de præſentato, & inſtituto, non exiſtente in rerum natura, lib. 4. cap. 2. num. 4.
Exequutoris juriſdictio pendet ex productione reſcripti, lib. 5. cap. 6. num. 43.
Exequutor non tenetur inquirere, an tranſlatio penſionis ſubſiſtat necne, lib. 5. cap. 6. nu. 58.
Expectativa ad primum beneficium vacans ſi non ſortiatur effectum in primo, capit ſecundo loco vacans, lib. 2. cap. 13. numer. 32.
Expreſſio totius tenoris rei confirmatæ, idem operatur, quod clauſula *ex certa ſcientia*, lib. 2. c. 15. n. 15.
Expreſſum non fuiſſe dicitur, quando quid habetur pro expreſſo, lib. 2. cap. 15. nu. 138.
Extauritarii Eccleſiæ, præſentant ad beneficia tamquàm laici, lib. 4. cap. 2. nu. 53.
Extravaganti Iniuncta, de electione tenor proponitur, lib. 3. c. 6. n. 62.
Non comprehendit Eminentiſſimos Cardinales, & quare, numer. 63.
Extravag. Execrabilis pœna, quomodo evitetur per beneficiatum, n. 39.
Extravag. Execrabilis, an extendatur ad ſimplicia, habentia reſidentiam, num. 40.

F

FAcilis eſt redditus ad ſtatum priſtinum, libr. 2. capit. 2. numer. 31.
Factum contra legem, non habentem clauſulam annullativam quomodo valeat, lib. 2. c. 12. n. 35.
Facultas transferendi penſiones quandoque conceſſa coram ſolis notario, & teſtibus, lib. 5. cap. 6. num. 59. Vid. modum, & exemplum.
Falſitas, pręſumitur expreſſa cum dolo, lib. 3. c. 7. nu. 34.
Falſitatis nomine, in litteris Apoſtolicis, quid comprehendatur, lib. 3. cap 8. nu. 18.
Falſitas in litteris Apoſtolicis, committitur ex additione unius litteræ, num. 20.
Falſitas non dicitur commiſſa in litteris contradictarum, etiam plumbatis, ſi aliquid in eis corrigatur, num. 21.
Falſitas in litteris Apoſtolicis intelligitur, etiam per appoſitionem unius lineæ, aut etiam per errorem in grammatica, n. 23.
Falſificans Brevia Apoſtolica, ac ſupplicationes, atroces pęnas ſubire, lib. 3. cap. 8. num. 19.
Falſificantes litteras Apoſtolicas, laqueo ſuſpenduntur, nu. 22.
Fęmina poteſt ex privilegio Papæ obtinere beneficium, lib. 1. cap. 5. num 141.
Ac poteſt eſſe Canoniſſa ſæcularis, nu. 142.
Fercula quæ dicantur, ex Cancellaria Apoſtolica, lib. 1. cap. 2. numer. 34.
Non tenentur per alios, quàm per Canonicos, num. 35.
Fictio, veritatem excludit, lib. 2. c. 15 nu 139.
Fictio juris non attenditur in ſpiritualibus, lib. 4. cap. 2. nu. 2.
Fictio, nunquam convenit cum veritate, dict. libr. 2. capit. 15. numer. 136.
Quia eſt diſpoſitio adverſus veritatem, nu. 137.
Fidei Catholicæ profeſſio, à quibus emittenda, juxtà Concilium Tridentinum, lib. 2. cap. 16. nu. 2.
Emittitur etiam à proviſis de Dignitate principali in Collegiata Eccleſia, ſecundum ſtylum Datariæ Apoſtolicæ, num. 5.
Fidei profeſſionis emiſſio non requiritur in Dignitatibus poſt principales, in Collegiatis Eccleſiis, contra *Vgolin.* nu. 6.
Requiritur in Canonicatibus, etiam regularibus Cathedralium Eccleſiarum, ex declaratione Sacræ Congregationis, nu. 7.
Et quomodo in eis computetur tempus duorum menſium, ad illam emittendam, num. 8.
Fidei profeſſionem emittunt proviſi de Monaſteriis, & quibuſcumq; locis regularibus, nu. 9.
Fidei profeſſio, juxta Concilium emittenda, tantum per Canonicos Cathedralis, non autem Collegiatæ Eccleſiæ, num. 10.
Fidei profeſſionem, qui ſemel emiſit, illam denuò emittet in nova aſſequutione Canonicatus, vel Dignitatis, aut Parochialis, n. 11.
Fidei profeſſionem emittere ſpontè tenentur proviſi, abſq; monitione, num. 14.
Fidei profeſſio poteſt emitti coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito, dict. cap. 16. nu. 15.
Sicut dicendum eſt de concurſu ad Parochiales, etiam Epiſcopo non impedito, nu. 16.
Fidei profeſſio emiſſa in Capitulo, præſente Epiſcopo, ſeù ejus Vicario, ſufficit, nu. 17.
Sede Epiſcopali vacante coram, quo emittenda, dict. lib. 2. cap. 16. num. 18.
Non emiſſa infra duos menſes, eſt nihilominus poſtea emittenda, num. 19.
Non tamen proderit ad faciendum fructus ſuos, proviſo, numer. 20.
Fidei profeſſionem intra tempus, ſcienter omittentes, peccant mortaliter, nu. 35.

Fidei

Index Rerum, & Sententiarum.

Fidei profeſſionem, qui per inadvertentiam omiſit, poteſt id fateri Epiſcopo, à quo petat ad id admitti, nu. 39.
Fidei profeſſio, ſub qua forma emittitur, ex Conſtitutione Pii IV. num. 41.
Fidei profeſſionis juramentum corporaliter, & tactis Evangeliis præſtandum, nu. 42.
Et quomodo ex communi uſu præſtetur, nu. 43.
Et quid ſi contingat opponi de in obſervantia illius formæ, numer. 44.
Fidei profeſſionis juramentum perſonaliter, non autem per procuratorem præſtandum. Ex declaratione Sacr. Congreg. num. 46. & num 50.
Fidei profeſſionis juramenti formula inſtrumenti ſubiicitur, numer. 51.
Fidei approbationis Ordinarii ad Parochialem Eccleſiam duplex formula, lib. 3. cap. 5. nu. 1.
Fieri non poſſe dicitur, quod commodè fieri nequit, lib. 2. cap. 10. *ſl* 2. num. 78.
Filii naturales, quomodo diſtinguantur à filiis patrimonialibus, lib. 2. cap. 10. *ſl* 1. nu. 51.
Sententia *Gonz gloſ* 9. §. 4 *nu.* 3. circa hoc, nu. 52.
Filius illegitimus gaudet beneficio translationis penſionis, lib. 5. cap. 6. num. 34.
Limitatur tamen in aliquibus caſibus.
Florenus, de quo in regula quarta Cancellariæ, accipitur pro ducato auri de Camera, lib. 2 cap. 13. nu. 3.
Florenus nullus Cameræ reperitur, niſi ducatus auri de Camera, numer. 5.
Florenus, à Florentinis duxit initium, & ſic dicitur à Florentia, num. 17.
Forma, alia ſubſtantialis, alia accidentalis, lib. 3. cap. 6. num. 19.
Forma, ex decreto irritante inducta, poteſt a Papa tantùm alterari, num. 20.
Forma remittitur, propter neceſſitatem, nu. 25.
Formam, *Dignum*, in formam gratioſam, quot modis de ſtylo Curiæ in proviſionibus beneficiorum, mutari contingit, cum exemplis, ut hic, lib. 3. cap. 8. nu. 16.
Forma translationis eſt ſufficiens, ſi virtualiter ſervetur in facultate transferendi, lib. 5. cap. 6. n. 10.
Forma translationis poteſt adimpleri per æquipollens, lib 5. cap. 6. num. 14.
Explicatur exequutoris, & transferentis quomodo forma ſit ſervanda, nu. 15.
Formula ſupplicationis impetrandi per devolutione Beneficium habetur, lib. 5. cap. 1 nu. 65.
Formula ſupplicationis proponitur, circa erectionem Parochialis Eccleſiæ, cum mutatione Rectoris amovibilis, in perpetuum, lib. 3. cap. 1. nu. 4.
Formula ſupplicationis pro reſervatione penſionis militis Hiereſolymitano, lib 1. cap. 5. nu. 229.
ex Fructibus beneficii deducenda ſunt onera ordinaria, & neceſſaria non autem alia, cum reſervatur penſio, libr. 5. capit. 1. numer. 37.
Fructus juris conferendi, eligendi, ſeù præſentandi, pertinent ad beneficii poſſeſſorem, non autem ad dominum, libr. 1. capit. 5. numer. 339.
Fructus aſſignantur pro dote Collegiatæ ex fructibus beneficii ſibi uniti, lib. 2 cap. 15. nu 9.
Fructus male perceptos non poteſt Ordinarius condonare ei, qui non emiſit fidei profeſſionem, lib. 2. cap. 16. nu. 26.
Illos tamen ſolet condonare Sacra Pænitentiaria Apoſtolica, numer. 27.
Et quandoque Sacra Congregatio Concilii, & ſub qua formula, num. 28.
Fructus ſuos, qui non fecit, ob non factam fidei profeſſionem, tenetur illos reſtituere, lib 1. c. 16 n. 33.
Et cuinam applicandi, nu. 34.
Fructus indebite percipiens, ob non emiſſam fidei profeſſionem, quando excuſetur a reſtitutione, nu. 37.
Fructus ſuos facit bona fide poſſidens, lib. 3. cap 8. num. 58.
Fructus beneficiorum deſerviunt pro ſtipendio Clericorum, libr. 4. cap. 6. num. 16.
Fructuum beneficiorum detractio, & Seminario applicatio, ex forma Concilii debet præcedere unionem beneficiorum, lib. 4. cap 8. num. 88.
Fructuum beneficii Eccleſiaſtici reſervatio non datur, niſi Cardinalibus, & aliis perſonis qualificatis, lib. 1. cap. 5. nu. 168.
Fructuum reſervatio requirit Clericatum tempore reſervationis, numer. 169
Fundans Eccleſiam, non diſponit circa ſpiritualia, ſine conſenſu Epiſcopi, lib. 4 c. 7. nu. 10.
Fundatio beneficii comprehenditur ſub verbo conſtructionis, lib. 4. cap. 5. nu. 25.
Fundationis beneficii, non poteſt Epiſcopus derogare, quamvis illa non contineat verba irritantia, nec poteſt aliud, niſi, quod per Concilium Tridentinum eſt ſibi conceſſum, lib. 2. cap. 12. numer. 30.
Fundationis beneficii ſimplex narratio, quomodo ſufficiat, pro impetranda illius derogatione, nu. 32.
Fondationis beneficii terminos non poteſt Ordinarius alterare, numer. 36.
Fundationis derogatio requiritur, etiam in beneficiis ad Sedem Apoſtolicam devoluti, nu. 39. & 43.
Fundationis derogatio, non cadit in inferiore, nu. 44.
Fundatio beneficii, ſi plures contineat qualitates omnes ſunt Pontifici narrandæ, lib. 2. cap. 12. nu 47.
Fundatio beneficii, ubi obſtat, Epiſcopus abſtinere debet ab illius collatione, num. 132.
Fundationis beneficii derogatio, datur à Papa, in ſimul cum Collatione, nu. 133.
Fundationi derogatum non cenſetur à Papa, ſi dicat, *non obſtante fundatione*, num. 134.
Fundationis ordinatio, non dicatur ſtatutum, nu. 135.
Fundationis generalis derogatio, etiam motu proprio conceſſa, non prodeſt impetranti, nu. 138.
Fundationis beneficii derogatio, ſub qua forma detur, num. 141.
Etiam ſi fuerit fundatio Clerici, requirit expreſſam derogationem, num. 142.
Fundationi juriſpatronatus laicalis, qualitati, quomodo Papa derôget, lib. 4 c. 6. nu. 12.
Fundationi permittenti Canonicos, ultra tres menſes abeſſe, non eſt derogatum per Concilium, lib. 2. cap. 14 nu. 46.
Idem dicendum ex ſtatuto confirmatò à Sede Apoſtolica, numer. 47.
Quatenus fuerit confirmatum ex certa ſcientia, nu. 48.
Fundationes beneficiorum Eccleſiaſticorum Papa ſervari ſtudet, lib. 1 cap. 1 nu. 10.
Fundationis beneficii, quando Papa deroget, lib. 2. cap. 10. *ſl* 2. numer. 87.
Fundationis lex, maiorem vim habet, quàm conſuetudo vel privilegium, num. 90.
Fundationi non derogatur ex clauſula, *non obſtantibus*, *&c.* ſtatuto autem, ſic, nu. 96.
Fundationis derogatio debet eſſe expreſſa, nu. 97.
Fundationis beneficiorum derogationes, in quibus caſibus concedi conſueverunt, nu. 104.
Fundationis verba, omninò ſervanda, nu. 117.
Fundationis beneficiorum qualitati ſolus Papa derogat, lib. 2. cap. 10. *ſl* 2. num. 153.
Et quandoq; de conſenſu fundatoris viventis, n. 154.
Fundationis beneficiorum qualitati, Papa nimis parce derogat, numer. 155.
Et hujuſmodi derogationes regulariter proponuntur in ſignatura Gratiæ, nu. 156.
Fundationi lex, quod non diſtinguit, nec non diſtinguere debemus num. 158.
Fundationi beneficii, Clemens VIII. rarò derogabat, lib. 2. cap. 10. *ſl* 2. num. 161.
Fundatio beneficii, eadem eſt, ſi fiat in teſtamento, quæ extra illud, etiam circa derogationes, nu. 163.
Fundationum beneficiorum maior pars fit extra teſtamentum, numer. 164.
Fundationis beneficii non derogat Ordinarius, ſed ſolus Papa, numer. 165.
Quod intelligendum de conditionibus, poſſibilibus, non autem de impoſſibilibus, & turpibus, ac contra naturam beneficii, quæ habentur, ac ſi non eſſent appoſitæ, nu. 166.
Fundatorem ſi appareat voluiſſe fundare Cappellaniam non collativam, non refert lapſus 40. annorum ad illius ſtatum immutandum, lib. 1. c. 2. n. 60.
Fundatores poſſunt fundare Capellanias, in Monaſteriis, & Eccleſiis regularium, pro Clericis Sæcularibus, de conſenſu Superioris, & Ordinarii, lib. 1. c. 6. n. 431.
Fundator, vel ſtatutum dicens, quod proviſus de Capellania, ſit Capellanus, vel Sacerdos requirit, quod ſit actu Sacerdos, lib 2. cap. 10 *ſl* 2. nu 159.
Fundator adhuc vivens, quomodò præſentes contra diſpoſita in fundatione, nu. 142.
Fundatoris voluntati, nec Epiſcopus, nec Patronus præjudicare poteſt, lib. 2. cap. 12. nu. 23.
Fundator Parochialis Eccleſiæ, neque poteſt apponere conditionem, quod illius Rector ſit amovibilis, lib. 3 c. 1. n. 3.
Fundatorum beneficiorum voluntati, quare Papa adhæreat, lib. 2. c. 14. nu 21.
Fundatorum ultimas voluntates, nullus inferior à Papa poteſt commutare, lib. 2. cap. 11. nu. 7.

G

GRaduatus, licet indignè, gaudet privilegiis graduatorum, lib. 2.cap.4.num.116.
Gradus qualitas, cur in Collegiatis Eccleſiis requiritur quoad Dignitates, lib.1.c.10.n.74.
Gratia revalidatoria non ſanat defectus non expreſſos, lib.1.cap. 5. num 102.
Gratia, de ſui natura præiudicialis, quare non requirat derogationem *reg. de non toll. jur. quæſ.* lib.2.cap.14.num.69.
Gratias concedere ſolet Papa ſecundo intentionem Datarii, li. 3. cap 8.num.31.
Gratificatio inter præſentatos ad beneficium, competit etiam Vicario Epiſcopi, num.57.
Gratificationi, quando ſit locus in præſentato ad beneficium, & quomodò facienda per Epiſcopum, lib.4.c.6.n.50.& 56.

H

HAbilitas ſuperveniens poſt actum nullum, nihil operatur, ſed requiritur tempore actu, lib.1.c.5.nu.103.
Honor Eccleſiæ conſiſtit in eo, ut divinus cultus augeatur, lib. 2. cap.14.num.20.

I

IDoneitatis ad Parochialem ſufficit atteſtatio, quod ſiat à quodumque ex tribus Ordinarii Oratoriis, lib. 3.cap.8.n.12. Dummodò in ſpecie fuerit approbatus ad illam Parochialem vacantem, aſſequendam, num.13.
Niſi aliàs D.Datario videatur, ut hic, num.14.
Illegitimum promovendo Epiſcopus, non cenſetur cum eo diſpenſare, & quare, lib.7.c.12.n.101.
Illegitimus, eſt ab Epiſcopo diſpenſandus, ante collationem beneficii, vel tonſuræ, num.102.
Illegitimus qui diſpenſatur ab Ordinario ad beneficium ſimplex, poteſt illud obtinere in quacumque Diœceſi, num.105.
Illegitimi filius eſt, habilis ad beneficium, niſi aliud in fundatione caveatur, num.106.
Aut aliàs illud ſibi canonicè conferatur, num.107.
Quia cenſetur ſub diſpoſitione de legitimi, num.108.
Illegitimi filius, non repræſentat impudicam ſpeciem pro genitoris illegitimi, lib.2.c.12.num.109.
Illegitimi patris qualitas, non nocet filio legitimo, num.110.
Illegitimi, licet incapaces eorum, quæ proveniunt ex perſona patris, ſunt tamen capaces omnium ex perſona propria provenientium, num.112.
Illegitimus diſpenſatur ab Epiſcopo, ad Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu aliud beneficium, etiam ſi illud haberet annexam Parochialem Eccleſiam, num.115.
Illegitimus, à ſolo Papa diſpenſatur ad plura, & qualificata beneficia, ac majores ordines, num.117.
Illegitimus diſpenſatus ad unum beneficium, ſi duo ſibi collata acceptat, perdit utrumque, & quare, num.120.
Illegitimus, vigore *cap. 1. de fil. presb. in 6.* non diſpenſatur ab Epiſcopo, ſi obſtet aliquod ſtatutum Eccleſiæ, quod illegitimus non admittatur ad tale beneficium, lib.1.c.12.n.125.
Illegitimus non diſpenſatus ad beneficium ſimplex ab Epiſcopo, ſi obſtet illius fundato, num.131.
Illegitimo non prodeſt diſpenſatio ad beneficium *ex cap. 1. de fil. presb. in 6.* ſi ultra, concurrat aliud impedimentum iuris, n. 143.
Imò neque ſufficit diſpenſatio Apoſtolica, non expreſſo altero impedimento, num.144.
Illegitimus diſpenſatus, debet eſſe honeſtæ vitæ, lib.1.c.12.n.95.
Illegitimus obtinens Canonicatum in Collegiata, an illum retineat, illa erecta in Cathedralem, num.145.
Et quid de minore, qui præſentabatur ad Canonicatum, ante prædictam erectionem, n.146.
Illegitimus diſpenſatus ad ſine cura Eccleſiam, ſi illa erigatur in curatam, quomodo præbeatur in Rectorem ſimplicem, aut Curatum, num.148.
Illegitimus, à ſolo Papa diſpenſatur ad Dignitatem, aut perſonatum, rejecta opinione Gamb.n.149.
Illegitimus non diſpenſatur ab Epiſcopo ad aliquem Sacrum Ordinem, num.153.
Nec ad beneficium, habens eumdem Ordinem annexum, n. 154.
Et quomodo intelligenda verba, *c. 1. de fil. Presb in 6.* ibi *dummodò ſit tale, ſuper quo poſſit Ordinarius diſpenſare*, numero 155.
Illegitimus, quando poſſit obtinere Canonicatum, & portionem in Cathedrali Eccleſia, num.156.
Illegitimi, antiquitus rarò diſpenſabatur ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, præſertim tempore Pauli III. & Sixti V.n. 158.
Et quare repelluntur ab Eccleſia Dei, n.159.
Illegitimitas non imprimit delictum, ſed defectum, lib.2. c.12.n.111.
Illud, de quo agendum eſt, debet eſſe in rerum natura, lib. 2. cap. 1.num.1.
Impedimentis duobus exiſtentibus, uno ſublato, remanet alterum, lib.2.cap.12.n.84.& lib.4.cap 6.num.28.
Impedimentum non ſufficit probari, niſi probetur diligentia in eo removendo, lib.4.cap.1.num.71.
Imperator confert beneficia Eccleſiaſtica ex privilegio Apoſtolico, lib. 1.cap.4 num.88.
Impetratio per devolutionem non cadit in beneficiis reſervatis, lib. 5.cap.1.num.66.
Implicitum in tranſlatione penſionis æquipollet explicito. lib.5. c.6. num.13.
Incapax quomodo acquirat tranſlationem penſionis per Indultum Papæ, lib.5.cap.6.n.64.
Incompatibilitas Canonicatus, cum Dignitate maior eſt, ſi ſint in duobus Eccleſiis, lib.2.cap.6.nu.16.
Indignus, a non idoneo ad beneficia diſtinguitur, lib.4.c.6.n.1.
Indulgentia conceſſa Eccleſiæ, transfertur in tranſlatione eiuſdem Eccleſiæ ad alium locum, lib.4.c.5.nu.19.
Indultum conceſſum Archipresbytero Terræ Martinæ deferendi inſignia paſtoralia, lib.2.c.14.nu.8.
Indultum deferendi inſignia, conceſſum Canonicis, & Dignitatibus Eccleſiæ Panormitanæ, etiam ad Supplicationem Cardinalis, illius Archiepiſcopi, nu.11.
Et ſub qua forma, num.12.
Et quod Canonicis Manſionariis, & Capellanis Eccleſiæ Ferrarien. num.13.
Et Canonicis Eccleſiæ Iannen.num.14.
Indultum transferendi penſiones in bullario impreſſum, ſufficit Executori, lib.5 cap.6.n.51.
Productum ſimplex non facit fidem, quid agendum in hoc caſo, n.52.
Infans diſpenſatus ad clericatum, non eget alia diſpenſatione ad penſiones.lib.5.c.6.n.28.
Adverte quod, ſit exprimenda infantilis ætas in reſervatione penſionis ei facta.
Inferior, licèt habeat jus congregandi Synodum, ſi tamen illam nondum congregavit, concurſus ſpectat ab Epiſcopum, lib.3.cap. 3.num.9.
Initium attendi, & ſpectari debet, lib.3.cap.6.num.81.
Inſignia deferendi facultas conceditur quandoque Dignitatibus Eccleſiæ, non autem Canonicis, lib.2.cap.14.num.5.
Inſignium qualitas quandoque præſcribitur à Papa, ad inſtar aliarum Collegiatarum, num.6.
Inſignia deferendi facultas, quomodo petendo à Papa, n.7.
Inſignia Pontificalia Correctoris hoſpitalis Incurabilum Neapolis, quomodo per Gregorium XV.conceſſa, lib.2.c.14.n.15.
Inſignis quandoquè majora in Collegiatis, quam Cathedralibus conceſſa, & quare num.16.
Inſignia deferendi indultum, tam in erectione Eccleſiæ, quam ad partem conceſſum, nu.18.
Inſignia deferendi facultas, conceditur, ob divini Cultus augmentum, num.19.
Inſignia deferendi, indulti formula proponitur, per ſupplicationem ad partem, nu.22.
Inſignia deferendi facultas, regulariter non conceditur, niſi ex voto Sac. Congregationis Rituum, num.24.
Inſignia Canonicis, & aliis à Papa conceſſa, non poſſunt ab Epiſcopo mutari, lib.2 c.14. nu. 26.
Inſignium conceſſio, extra caſum erectionis Eccleſiæ, cauſam requirit, num. 29.
Inſignia deferendi indultum, quandoque ex illius abuſu, revocatur, num.34.
Et ſub qua forma revocetur, num.35.
Inſignis locus, quis, lib.2.cap.1.nn.8. & 10.
Inſignitatis loci qualitas, ad effectum in eo erigendi Collegiatam inſignem, num.17.
Inſtituendi jus in beneficio, inferiori competit ex præſcriptione, vel privilegio, lib.4.cap.7.n.2.
Inſtituendi jus in beneficio, poteſt acquirere Inferior cumulativè ad Ordinarium, num.12.
Inſtituendi jus habet Præceptor S.Antonii de Vienna, necnon Archipresbyter Terræ Gtagnani, eorumque inſtitutionum formulæ proponuntur, n.27.
Etiam laico competit ex approbatione Papæ hujuſmodi jus, nu.28.
Inſtituendi facultas, in beneficio juriſpatronatus, reſervatur quandoque Summo Pontifici, n.29.
Et proponitur formula ſupplicationis, cum ipſa reſervatione, n.39.
Inſtituendi facultate Papæ reſervata in beneficio juriſpatronatus, litteræ Apoſtolicæ non concipiuntur ſub verbo, inſtitutionis, ſed collationis, num.31.
Inſtituendi poteſtas, quam habet Capitulum Sede vacante, dependet à juriſdictione, lib.2.c.3.n.80.
Inſtituendus dignior ex æqualiter præſentatis, alias inſtituens peccat mortaliter, lib.4.cap.6.num.51.
Inſtitutio facta in beneficio ad inferiore, exiſtente in quaſi poſſeſſione in-

ne inſtituendi, valet, lib.4.cap.4.n.18.
Inſtitutio, ſola Ordinarii in beneficio, non arguit illud fuiſſe erectum illius authoritate, lib.1 cap.2.n.41.
Inſtitutio, eſt tranſlatio juris non libera, lib.1.cap.3.n.74.
Inſtitutio in beneficio poteſt fieri etiam extra Diœceſim habentis inſtituere, lib.4.cap 2.n.84.
Non tamen in contradictorio judicio, n. 83.
Inſtitutio in beneficio juriſpatronatus, quandoque Papæ reſervatur lib.4.cap.3.num.25.
Non reſervanda inferiori, ex Concilio Tridentino, n.26,
Inſtitutio in beneficio, ante lapſum temporis edicti, eſt nulla, n.30.
Inſtitutio in beneficio fieri nequit, niſi cum qualitatibus, in fundatione requiſitis, lib.4.cap.6.num.41.
Inſtitutio in beneficio juriſpatronatus non facienda, niſi audito Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis, & quæ contra eam opponi poſſint, num.62.
Inſtitutio in beneficio, licèt non habeat tempus præfinitum, non ideo eſt plurimùm protrahenda, lib.4 cap.7.n.11.
Ex lege fundationis, quandoq; infra triduum facienda, n.12.
Inſtitutione ſequuta in beneficio juriſpatronatus, illius bonorum poſſeſſio tranſit in inſtitutum, lib.4.cap.7.n.37.
Inſtitutionis ſententia nulla, non præcedentibus edictis n.7.
Inſtitutionis in beneficio juriſpatronatus ſententię formula proponitur, num.21.
Inſtitutionis ſententia fertur, etiam poſt obitum præſentantium, lib.4.cap.7.num.24.
Inſtitutionis loco ſuccedunt proviſiones Apoſtolicæ, lib.4. c.3.n.21.
Inſtitutionaliumq; litterarum in beneficio juriſpatronatus, formula proponitur, lib.4.cap.7.num.24.
Inſtrumentum dicitur probatio evidens, ac facit rem notoriam, lib.1.cap.6.num.352.
Inſtrumentum ac formula tranſlatiois formula proponitur, lib. 3. cap.6.num.60.
Interpretatio, in dubio ſumitur ad validandum actum, lib. 1. cap. 5. num. 132.
Interpretatio verborum facienda ſecundum communem uſum loquendi, lib.2.c.10.il 2.n.123.
Intruſus in beneficium debet ſolvere penſionem, lib.5.c. 7.n.13
Iulius argenteus, unde dictus, lib.2 c.13.n.8.
Iura privatorum nemo ſcire tenetur, lib.4 c.7.n.4
Iuramenti fidelitatis per Epiſcopum promotum præſtandi forma, lib.2.cap.16.num.62.
Et unde ſit extracta hæc formula, num.63.
Iuramentum fidelitati per proviſos de primis Dignitatibus, ſub Qua forma præſtandum; & quomodò per proviſos de Dignitatibus regularibus, lib.2 c.16.n.52.
Et quanam ratione expediatur in Cancellaris Apoſtolica, n.58.
Iuramentum profeſſionis fidei, & alia præſtanda per promotos ad Cathedrales, & Monaſteria, n.55.
Iuramentum profeſſionis fidei præſtatur, etiam per DD. Cardinales ante pilei rubei receptionem, num 57
Iuriſdictio, per negligentiam Epiſcopi, devolvitur ad Archiepiſcopum, lib 4.cap.3.n.12.
Iuriſdictionis exercitium, quando acquirat novus Prælatus, ut beneficia conferre poſſit, lib.3.cap.6.n.61.
Ius eſt mentiendum ex parte poſſeſſoris, lib.2.c.13 n.47.
Iuriſpatronatus erectioni poteſt Commendatarius præſtare authoritatem, lib.2.c.3.num.101.
Iuriſpatronatus probationes poſt Epiſcopi collationem, illam non irritant, lib.1.c.6.num.351.
Iuſpatronatus probatio, poſt collationem Epiſcopi, deſervit pro aliis futuris vacationibus, num.354.
Iuriſpatronatus fructus ſubiacent etiam penſioni in tranſlatione eiuſdem latiſſimè conceſſa, lib.5.c.5 n.19.
Iuſpatronatus, an debeat eſſe hæreditarium, vel gentilitium, poteſt declarari in Codicillo de conſenſu Epiſcopi, lib.2 c.12.n.57.
Iuſpatronatus, etiam ex ſola dotatione acquiritur, lib. 4.cap. 2.n.10.
Etiam in Capella ab alio, aliàs dotata, n 11.
Iuſpatronatus laicale, in quo differat ab Eccleſiaſtico, lib.4.cap.1.n.38.
Iuſpatronatus laicale, quomodo efficiatur Eccleſiaſticum, & è contra, num.39.& 50.
Iuſpatronatus fundatum à clerico, quomodo cenſeatur Eccleſiaſticum, num.45.
In dubio præſumitur fundatum ex bonis Eccleſiaſticis, n 46.
Quando verò ſecus, num.47.
Iuſpatronatus, an ſit eccleſiaſticum, vel laicale, attenditur quaſi poſſeſſio præſentandi, num.49.
Iuſpatronatus relictum Præfectis Fabricæ, ſeù Oeconomis Eccleſiæ, an ſit laicale, vel Eccleſiaſticum, lib.4.c.2.n.51.
Iuſpatronatus erigi poteſt, cum conditione, quod illud nunquam efficiatur Eccleſiaſticum, num.39.
Iuſpatronatus titulus, ad mentem Concilii Tridentini, quomodo probandus, lib.4.c.4.n.1.
Iuſpatronatus acquirit, qui dat fundum, vel conſtruit, aut dotat, & ſic alternativè num.2.
Iuriſpatronatus exiſtentia, & pertinentia, probandæ ante inſtitutionem præſentati, nu 4.
Iuriſpatronatus titulus non eſt neceſſarius in judicio ſummariiſſimo manutentionis, n 10.
Iuriſpatronatus poſſeſſio, quando transferatur abſque illius apprehenſione, lib.4.c.4.n.19.
Illius exiſtentia probanda, n.20
Iuſpatronatus non acquiritur ex donatione facta Eccleſię, etiam magnæ rei, nu.25.& 27.
Sed ex formali dotatione, num. 28.
Iuſpatronatus acquiritur, etiam non expreſsè reſervatum, & quare, lib.4.cap.4.nu.29.
Non acquiritur in Eccleſia Collegiata, ſeù Conventuali pro præſentatione Prælati, ſine indulto Apoſtolico, nu. 30.
Iuſpatronatus, quando non acquiratur à dotante, nu.31.
Acquiſitum ex privilegio, ſublatum per Concilium Trident.nu.32.
Etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, num.33.
Non conceditur ex privilegio Epiſcopi, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, nu.34.
Conceſſum ex cauſa onéroſa, non eſt ſublatum per Concilium, n.35
Debet tamen per Ordinarium revideri, nu.36.
Iuriſpatronatus uſurpatio, etiam in parva Vniverſitate præſumitur, lib.4.cap.4.nu.40.
Ceſſat tamen, ubi datur æqualis concurſus potentiæ, & authoritatis in Collatoribus, nu. 41.
Nec non quando Eccleſia eſt patrona Caſtri, in quo adeſt juſpatronatus, num. 42.
Sic etiam quando Vniverſitas, vel Collegium non habet authoritatem, & juriſdictionem in beneficiis, nu.43.
Iuriſpatronatus uſurpatio præſumitur ex potentia, etiam ſine iuriſdictione, num.44.
Iuſpatronatus, quot modis de uno in alium transferatur, lib.4.c.5.n.1.
Tranſit in uſufructuarium omnium bonorum, nu.2.
Non tranſit in creditorem, cui datum eſt pignus univerſitatis bonorum, num.3.
Transfertur cum hæreditate, ſine conſenſu Epiſcopi, nu.4.
Legari tamen, aut quovis titulo particulari transferri non poteſt, ſine dicto conſenſu, num.5.
Qui tamen non requiritur, ſi transferatur in Eccleſiam. Secùs ſi in laicum, nu.6.
Iuſpatronatus transfertur donatione, & quomodo id intelligatur, n 7.
Si fiat illa filio, vivente patre, requiritur conſenſus Ordinarii, n.8.
Iuſpatronatus tranſlatio ſine conſenſu Ordinarii non abdicat jus a transferente, nu. 9.
Iuriſpatronatus erectioni, ſeù tranſlationi, non poteſt Vicarius Epiſcopi conſentire, nu.15.
Iuriſpatronatus fundatio, conſenſum, non autem conſilium Epiſcopi requirit, lib 4.cap.4.n.26.
Iuriſpatronatus beneficium, an poſſit Epiſcopus ad ſui favorem erigere, lib.4. cap.5. nu.29.
Et reſpondetur negativè, num. 30.
Iuſpatronatus quomodo tranſeat cum Vniverſitate, diſtinctio proponitur, num. 39.
Et quando vendito Palatio, à quo illud dependet, nu.40.
Iuſpatronatus, ſive Eccleſiaſticum, ſive laicale, eſt de iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici, lib.4.cap.2. nu.52.
Iuſpatronatus relictum Confraternitati Laicorum, quomodo laicale, num. 54.
Iuſpatronatus, ratione patrimonii Clerici, non dicitur Eccleſiaſticum, num. 55.
Iuſpatronatus fundatum à Clerico, quando cenſeatur Eccleſiaſticum, num. 56.
Iuſpatronatus, quomodo laicale, ſi illius exercitium ſit penes Eccleſiam, num.58.
Iuſpatronatus non dicitur Eccleſiaſticum, aut mixtum, ſi patronus præſentet cum conſenſu regularis, nu. 60.
Iuſpatronatus conceſſum, cum Clauſula, *ac ſi eſſet ex fundatione, &c.* non excludit privilegium, lib.2. cap 15. n.141.
Iuſpatronatus ex fundatione, conceſſum à Papa, non dicitur ex privilegio, lib.4.cap 4.nu 37.
Iuſpatronatus quomodo probandum, ubi ceſſat ſuſpicio uſurpationis, num.38.
Non ſufficit probari per teſtes, nu 39.
Iuſpatronatus, an transferatur de una Eccleſia ad aliam, ſine conſenſu Epiſcopi, lib.4.cap.5 nu.18.
Iuſpatronatus transfertur venditione veræ univerſitatis, in qua illud adeſt, num.20.
Iuſpatronatus venit appellatione jurium, & pertinentiarum, nu.21.
Non acquiritur ex ſola reparatione, ſeù reſtauratione Eccleſiæ, num.22.
Neque ex augmento dotis, num.23.
Iuſpatronatus ex privilegio, non conceditur per Epiſcopum, n.24.
Iuſpatronatus non amittitur per fructum beneficii diminutionem num.28.
Iuſpatronatus, eſt ius reale, & tranſit cum univerſitate, n.33.

Quod

Quod tamen ſingulariter transferri non poteſt, cum ſit ſpirituali annexum, nu. 34. & 35.
Tranſit tamen cum Vniverſitate ad hæredem, etiam univerſalem, num. 36.
Ac etiam in donatione quorumcumque bonorum, &c. iurium, &c. num. 37.
Tanquam annexum ſpiritualitati, ineſtimabile eſt, & ſine pretio, pretioſum, num. 38.
Iurispatronatus mentio, quomodo facienda in venditione Vniverſitatis, lib. 4. cap. 5. num. 41.
Iurispatronatus quomodo exprimendum in venditione Vniverſitatis, ut illud tranſeat, num. 43. & 45.
Iuspatronatus venditum æquè principaliter, cum univerſitate amittitur, & Ordinarius confert beneficium tanquam liberæ collationis, num 47.
Iuspatronatus non acquiritur, ſi hæres cogitur à Iudice ad fundandum, lib. 4. cap. 6. num. 43.
Iuspatronatus noluiſſe fundatorem ſibi reſervare, quomodo dignoſcendum, lib. 4 c. 7. num. 25.
Iuspatronatus non acquiritur ex Eleemoſynis, num. 26.
Iuspatronatus Regis eſt exemptum à mentione nonnullarum qualitatum, lib. 5. c. 5. num 21.
Ius præſentandi habens, non inde ſequitur, quod habeat iuſpatronatus, lib. 1. cap. 6. n. 340.
Et quare, num. 341.
Ius quæſitum tertio, poteſt Princeps de poteſtate abſoluta, tollere, etiam ſine cauſa, lib. 2. cap. 14. nu. 58.
In dubio tamen id non præſumitur, nu. 59.
Ius tertii ſemper cenſetur præſervatum in unaquaque diſpoſitione, lib. 2. cap. 15. nu. 98.
Ius tertio quæſitum Papa cenſetur tollere potius per importunitatem, quàm per voluntatem, num. 99
Quod procedit etiam ſi reſcriptum emanaverit ad favorem piæ cauſæ, num. 100.

L

LAicus eſt incapax iuris ſpiritualis, lib. 1. cap 4. nu. 79.
Ex privilegio tamen Papæ ſit capax, num. 80.
Laicus, nec per momentum temporis, poteſt beneficium Eccleſiaſticum obtinere, lib. 1. cap. 5. num. 101.
Laicus, ſicut eſt incapax collationis, ita etiam præſentationis, n. 112.
Laicus impetrans beneficium, aſſerendo, quod clericali charactere inſigniri cupit, rarò hodie admittitur, num. 121.
Laico, ſi ex privilegio Apoſtolico confertur beneficium, illud efficitur quid ſæculare, num. 124.
Laicus tenetur regula de impetrando beneficio certo modo, ſi illud obtinet ex diſpenſatione, num. 137.
Laicus non eſt notoriè incapax beneficii, cum poſſit illud ex diſpenſatione obtinere, lib. 1. cap. 5. num. 138.
Laicus ex privilegio Papæ, poteſt habere etiam Canonicatum, n. 140.
Laico, qui in reſervatione penſionis, Clericum ſe nominavit, quomodo ſuccurrendum, nu. 500.
Laicus rectè poteſt ad beneficium præſentari, cum conditione, ut ſtatim ſiat Clericus, lib. 4. cap. 6. nu 31.
Laicus de iure communi eſt capax penſionis, ſecus de ſtylo Curiæ lib. 5. cap. 6. nu. 26.
Lectoris deputatio pro Theologo, facienda ad præſcriptum Concilii Tridentini, aliàs eſt nulla, lib. 2. cap. 5. nu. 9.
Legata pia non dicuntur beneficia Eccleſiaſtica, niſi in titulum collativum erecta à Papa, vel ab Ordinario iuſta exiſtente cauſa, lib. 1. cap 2. num. 33.
Legata pia, & ſimplices Capellaniæ pro celebrandis miſſis, non cadunt ſub ſpoliis, & invehitur in Commiſſarios, & ſubcollectores exigentes introitus dictarum miſſarum, nu. 58.
Legatum factum cum onere celebrandi miſſas, eſt quid laicale, & temporale, lib. 1. cap. 2. num. 29. & 39.
Legatus non poteſt contra Concilium, & ius commune diſpenſare, lib. 1. cap. 6. nu. 58.
Legatus à latere conformat ſe cum ſtylo Sedis Apoſtolicæ, lib. 4. cap. 3. num. 13.
Non tamen ſubiicitur regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, circa expeditiones, num. 14.
Legitimè factum, non irritandum, licet ad eum caſum devenerit, à quo incipere non potuit, lib. 1 cap 6. num. 367.
Leges non omnes ſcire tenentur, lib. 4. c. 6. num. 6.
Legum intellectus, quotidiano uſu apertius apparet, lib. 2. cap. 2. n. 39.
Lege, quod non cavetur, in praxi non habetur, num. 40.
Leg. cum hæredes, ff. de acquirenda poſſ. non procedit, quando agitur nomine Eccleſiæ, lib. 2. cap. 13. num. 46.
Lex, ſeu conſtitutio, utentium more non recepta, nullas habet vires, lib. 2. cap 15. num. 144.
Lex pœnalis ſi pœnam contineat ipſo jure, non ligat in foro conſcientiæ, lib. 2 cap. 16. num. 38.
Liber Datariæ probat qualitatem gratiæ, lib. 1. cap. 5. num. 259.
Eique fides adhibenda, & prævalet teſtibus, num. 255. & 256.
Liberalitas, quæ ſit erga Eccleſiam, intelligitur libera ab omni onere, lib. 4. cap. 4. num. 28.
Liberalis nemo in neceſſariis, lib. 2. cap. 3. num. 75.
Lis ſuper beneficio cenſetur mota, etiam ſuper poſſeſſione illius bonorum, lib. 4. cap. 7. num. 46.
Litteræ proviſionis Ordinarii non probant in præjudicium Apoſtolicæ, lib. 5. cap. 1. nu 63.
Litteræ facultatis transferendi penſionem præſentandæ ſunt executori, lib. 5. cap. 6. n. 41. Aliàs tranſlatio non tenet, n. 42.
Litteræ Apoſtolicæ non requiruntur in tranſlatione penſionis ſuper nova illius reſervatione, lib. 5. cap. 6. nu. 53.
Litteræ dicuntur expeditæ poſt plumbationem, lib. 5. c. 7. n. 31.
Patum tempus pro expeditione Clemens VIII. conſtituit ſex menſium circa montes, ultrà verò, novem, nu. 32.
Non ſervata hac forma permiſſiva, ſuccedit forma deſtructiva, n. 33.
Litteris Apoſtolicis plumbatis, nihil addendum, aut detrahendum, lib. 3. cap 8. nu. 17.
Litteras Apoſtolicas corrigendi munus, Cancellariæ Regenti demandatum, nu. 24.
Litteris tantùm expeditis ſuper reſervatione poteſt exigi penſio, lib. 5. cap. 7. nu. 25.
Clauſula verò appoſita in ſupplicatione, quod ſola ſignatura ſufficiat, liberat à tali expeditione nu. 26.
Stante etiam conſenſu Titularis cum obligatione Camerali, n. 27.
Locus, & termini ſolvandæ penſionis, ſufficit quod exprimantur in litteris reſervationis, lib. 5. cap. 7. nu. 14.

M

MAndata ſunt irrevocabilia ſuper eo, ad quod quis de neceſſitate tenetur, lib. 1. cap. 5. num. 248.
Mandatum ad præſentandum ad beneficium vacaturum, quando validum, hic diſtinguitur, lib. 4. cap. 6 num. 34.
Mandatum ad transferendam penſionem uſquequò validum, lib. 5. cap. 5. num. 40.
Tempus deſignatur authoritate Rotæ.
Manualitas in Rectore Parochialis Eccleſiæ, non admittenda, & quare, lib. 3. cap. 1. num. 2.
Ac propterea difficilè admittitur in Parochialibus, lib. 3. cap. 9. n. 36.
Manualitate obtenta, non datur amoto reſtitutio, lib. 1. c. 6. n. 275.
Et quomodo intelligatur, num. 276.
Manualitas, quoad regulares, quomodo differat à manualitate, quoad ſæculares, num. 277.
Manualitas non ſtat in natura beneficii, quod eſt perpetuum, nec per amotionem beneficiati, deſinit eſſe perpetuum, num. 278.
Melitæ inſulæ, ex indulto Leonis X. confirmato per Clementem VIII. beneficia non conferuntur, niſi originariis, lib. 2. cap. 10. ſ 1. num. 45.
Et litteræ prædicti indulti annectuntur, num. 46.
Mens hominis deprehenditur ex eo, quod conſuevit facere, lib. 2. cap. 6. num. 29.
Menſes Martii, & Septembris, quomodo ſint reſervati, lib. 3. cap. 6. num. 5.
Menſis expreſſio, neceſſaria in quacumque vacatione beneficii n 44.
Etiam in gratiis, motu proprio conceſſis, num. 45.
Menſis expreſſio, in impetratione beneficii, diſpoſitivè facienda n. 47.
Mentio litis ſuper beneficia debet ſpecialiter exprimi in ſupplicatione, non autem per verba generalia, lib. 5. cap. 1. num. 76.
Miles quilibet Lauretanus poteſt retinere penſionem ducatorum ducentorum auri de Camera, etiam ſi ſit bigamus, li. 1 c. 5. n. 226.
Miles SS. Mauritii, & Lazari pro ſumma ducatorum 400. n. 228.
Milites S. Ioannis Hieroſolymitani, lata ſignificatione, dicuntur regulares, lib. 1. cap. 5. num. 221.
Sunt de foro Eccleſiaſtico, & dicitur Eccleſiaſticæ perſonæ, n. 222.
Et cenſentur, ut Clerici, ad effectum ſibi reſervandi penſiones, n. 223.
Non ſunt capaces penſionum ſuper fructibus beneficiorum ſæcularium, num. 224.
Miles S. Stephani capax penſionis ducatorum 300. & facultas fuit per Paulum V. ampliata ad 400. ducatos, lib. 1. cap. 5. num. 257.
Milites Hieroſolymitani ſunt capaces penſionibus ſuper fructibus beneficiorum ſuæ religionis, num 233.
Minor 14. annis, eſt incapax beneficii ſimplicis, etiam de iurepatronatus, lib. 4. cap. 6 num. 9.
Et quomodo ei detur proviſio beneficii vacantis per reſignationem, num. 10.
Minor nobilis, facilis diſpenſatur ſuper defectus ætatis ad beneficium, & ſub qua forma, num 11.
Minori petenti ſibi provideri de Parochiali, quomodo per Papam ſuccurratur, lib. 3. cap. 7. num. 17.
Miſſarum onus, non eſt de eſſentia beneficii, ſed ſufficit recitare horas Canonicas, lib. 1, cap. 3. num 72.
Miſſarum numerus in fundatione beneficii, quando poſſit per Ordinarium reduci, lib. 2. cap. 11. num. 8.
Quænam facultas ſit Epiſcopo ad id attributa, vigore Concilii Triden-

Tridentini, num. 2.
Miſſarum numerus in fundatione beneficii, an per Ordinarium, ex cauſa diminutionis fructuum poſſit reduci, nu. 5.
Et reſpondetur negativè, nu. 6.
Miſſarum onera in fundatione beneficiorum reducendi facultas quomodo conceſſa Archiepiſcopo Neapolitano, nu. 8.
Et qua ratione reductio fuerit facta, vigore prædictæ facultatis, numer. 9.
Miſſarum numerum reducendi facultas interdicta Epiſcopis, & aliis inferioribus, lib. 2. cap. 11. no. 10.
Et annectitur Decretum Sacræ Congregationis *de celebratione Miſſarum*, num. 11.
Declarationes Sacræ Congregationis ſuper hujuſmodi decreto, numer. 12.
Miſſarum numerus, quomodo per Papam, aut Sacra Congregatione reducatur, nu. 13.
Et ſub qua formula, nu. 14.
Miſſarum celebrationis legatum, ſi non acceptetur, quid agendum, num. 15.
Mitra, eſt proprium ornamentum Pontificale, ſolis Epiſcopis competens, lib. 2. c. 14. nu. 30.
Mitræ uſum, conceſſum Primicerio Eccleſiæ Neapolitanæ, minori 30. annis, lib. 2. c. 14. n. 23.
Mitræ, & Baculi uſus, diverſis Abbatibus, & Præpoſitis conceſſus, num. 27.
Sub qua forma conceſſus Abbati Monaſterii Præmonſtranten. n. 38.
Mitræ uſus, quomodo Abbatibus, aliiſque inferioribus, per Clementem IV. conceſſus, nu. 36.
Moneta nulla nuncupatur de Camera niſi ipſe ducatus, lib. 2. cap 13. num. 6.
Moræ purgatio non admittitur poſt extinctionem penſionis, lib. 5. c. 7. num. 34.
Motus proprius excludit defectum ſubreptionis, non tamen intentionis, lib. 3. c. 6. nu. 46.

N

NArratio, quod penſio reſervata non excedat dimidiam vel tertiam partem fructuum, & obiciatur, cum verè excedat, reſervatio corruit in totum, lib. 5. c. 6. n. 12.
Narrativa temporis cum dictione circa, vel circiter ampliat rigorem præfinitum, lib. 5. c. 5. n. 15.
Declar. ſi talis dictio non inſeratur, quæ ſit temporis expreſſio, eod. num.
Narrativa quæ de ſui natura eſt individua, in totum verificanda, num. 16.
Natura rei attenditur, non autem vis in nomine, lib. 1 cap. 2. nu. 17.
Negligentia inſtituentis in beneficio, non præſumitur, niſi probetur, lib. 4. c. 3. nu. 9.
Nomina plura in beneficialibus, & quæ, lib. 2. c 8. n. 2.
Nomina debent rebus convenire, nu 4
Nominatio ad beneficium juriſpatronatus non requirit Clericatum, ſed tantùm præſentatio, lib. 1. c. 5. nu. 113.
Nominum diverſitas, diverſitatem rerum inducit, lib. 2. ca. 9. n. 3.
Notariatus officium erectum à Gregorio XV. pro formandis proceſſibus, ſuper qualitatibus provendorum ad Cathedrales Eccleſias, & monaſteria, lib 2. c. 16 nu. 58.
Notarii atteſtationi non eſt ſtandum aſſerenti ſe vidiſſe facultatem transferendi penſionem, lib. 5. c. 6. n 44.
Notarii uſus tenendus, dum rogatur de tranſlatione, lib. 5. c. 6. n. 48.
Notarium habet vim expreſſionis, lib. 2. c. 8. n. 38.
Nova proviſio datur ſuper nullitate collationis beneficii ob defectum Clericatus, lib. 1. c. 5. num. 133.
Illius formula ſupplicationis proponitur, nu. 134.
Nullum quod eſt, nullum producit effectum, lib. 2. cap. 10. § 2. numer. 167.

O

OBitum beneficii vacantis formula ſupplicationis datur per extenſum, lib. 5. c. 1. n. 57.
Obtinere, & poſſidere beneficia diſtinguunt tempus, & differunt inter ſe, lib. 5. c. 1. n. 48.
Obſervantia, quomodo non egeat præſcriptione, lib. 2. cap. 10. § 2. num. 127.
Obſervantia, eſt cuiuſvis diſpoſitionis interpres, lib. 2. cap. 10. § 2. numer. 135.
Odioſa magis ſervitutis impoſitio quàm illius reſervatio, lib. 5. cap. 5. num. 3.
Officia ſingula, ſingulis committenda perſonis, lib. 3. cap. 8. n. 40.
Officiales, ſive Cancellariæ, ſive Cameræ Apoſtolicæ, omnes ſunt ipſius Papæ, & nulla inter eas adeſt differentia, lib. 1. cap. 5. numer. 3, 0.
Officiales Cameræ, & Cancellariæ circa litterarum expeditiones, omnes ſciunt intentionem Papæ, nu. 232.
Officiales Datariæ non conveniunt cum Officialibus Cancellariæ circa modum expreſſionis vacationis, vel per reſignationem, vel per obitum, lib. 5. c. 1. n. 56
Officium ſuum, ſi unicuique perſonæ non obſervetur, Reipub. ordo confunditur, lib. 3. c. 8. n. 41.
Onus ſimplex celebrationis miſſarum non efficit beneficium Eccleſiaſticum, lib 1 c 2. n. 20.
Onus adminiſtrandi bona, & celebrari faciendi miſſas, etiam cum denominatione Capellaniæ, ſi deficiant requiſita, non dicitur beneficium, nu. 52. & 27.
Etiam ſi Epiſcopus conceſſerit facultatem eas celebrandi, nu. 23.
Onus in fundatione, ad quod deputetur Sacerdos, qui celebret, aut celebrare faciat, quomodo intelligatur, lib. 2. c. 10 § 2. n. 120.
Optio capit unionis diſſolutionem, immò etiam continet ipſam diſſolutionem, lib. 2 c. 5. nu 25.
Ordinari non poteſt quis ad titulum beneficii amovibilis, licèt collativi, & quare, lib. 1. c. 2. n. 46. & 47.
Ordinarii authoritas quomodo præſumatur in erectione beneficii, lib. 1. c. 5 nu 64.
Ordinarii litteræ ſuper ejus inviſione in Apoſtolicæ præiudicium, lib. 5. c 1. nu. 63.
Ordinarius præſumitur inſtructus de requiſitis concurrentium ad Parochialem, lib. 3. c. 4. nu. 15. & 20.
Ordinatus ad titulum officii Eccleſiaſtici non perpetui poteſt illud à ſucceſſore auferri, & quare, lib. 1. cap. 2. nu 50.
Ordines ſacri non requiruntur in Canonis Collegiatæ Eccleſiæ non inſignit, lib. 2. c. 12. nu. 76.
Ordinis ſacris defectus, neminem repellit à beneficio, ſed quomodo intelligatur, lib. 2. c. 10 nu. 88.
Ordo Presbyteratus, quomodo infra annum per proviſum, ſuſcipiendus, num. 89.
Ordo Presbyteratus actu requiſitus, quomodo remittatur à Papa, num. 95.
Ordo Sacerdotalis quomodo requiratur per modum aptitudinis, aut contemporaneè, n. 107.
Ordo attenditur, quem requirit Dignitas, vel Canonicatus, de ſui natura, non autem ætas ad Parochialem illi annexam, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, lib. 2. c. 12. n. 85.
Originariis, ex Indulto Apoſtolico, beneficia Eccleſiaſtica conferenda, & proponitur formula Indulti, lib. 2. c. 10. § 1. nu. 43.
Originarius in aſſequutione beneficii, præferendus, nu. 41. & quare, num. 42.
Originis ratio non habenda in diſtribuendis beneficiis, ſed habilitas perſonæ, & meritorum, lib. 2. c. 10. § 1. n. 38.
Oriundus, in omnibus ferè reſcriptis beneficialibus accipitur pro orto, num. 50.
Oriundus, non oriundo, &c. præfertur in aſſequutione beneficii, li. 3. ca. 7. nu. 20.

P

POena non ſolventis penſionem habet locum volente penſionario, lib. 5. cap. 7. nu. 20.
Vid. Pœnas inflictas, & quomodo limitentur juxta formulam, &c.
Et quomodo beneficium poſſit impetrari durante protervia, & à quo, num. 21.
Palatini, & aliæ perſonæ qualificatæ habent diverſam ab aliis, ac ampliorem formulam transferendi penſiones, lib. 5. cap. 6. n. 67.
Proponiturque eadem formula.
Alia item formula proponitur in ceſſione Cathedralium procedente, lib. 5. c. 6. n. 68.
Papa regulariter non reſervat penſiones ſine cauſa, lib. 5. ca. 2. n. 2.
Papa penſionem ſibi reſervatam, dum eſſet Cardinalis, quomodo transferat, lib. 5. c. 4. nu. 14.
Affertur exemplum.
Papa admittit reſignationem factam coram teſtibus, etiam ſine notario, lib. 5. c. 1. n. 54.
Papa poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de jure poſitivo, lib. 1. cap. 1. num. 6.
Diſpenſat tamen regulariter ex juſta cauſa, nu. 7.
Papa tantum reddit laicum capacem iuris ſpiritualis, libr. 1. cap. 4. num. 82.
Papa poteſt diſpenſare, cum laico ad obtinendum beneficium, li. 1. c. 5. num. 155.
Papa non cenſetur ſanare defectus, quos ignorat, lib. 1. cap. 5. numer. 203.
Papa, conferendo beneficium, non cenſetur voluiſſe illius naturam mutare, lib. 1. c. 6. n. 292.
Papa præſumitur, beneficium contuliſſe ſecundum eius ſtatum, numer. 309.
Papa cenſetur reſcribere ſecundum ius commune, lib. 1. c. 6. n. 348.
Papa, cur dicitur Beatiſſimus, remiſſive, li. 2. c. 1. n. 5.
Papa ſolus diſpenſat ſuper pluralitate præbendarum, tàm in eadem, quàm in diverſis Eccleſiis, lib. 2. c. 6. n. 56.
Et quare, nu. 57.
Papæ authoritas, in alienatione rerum Eccleſiæ adhibetur, ut ſup-

pleat omnes ſolemnitates, lib.2.cap.8.num 32.
Papa, conferendo iure devoluto, reſtringit ſuam proviſionem ad eius annatam lib.2.c.12 num.45.
Nec cenſetur, velle uti plenitudine poteſtatis, num.46.
Papa habet omnia iura in ſcrinio pectoris, num.128.
Papæ authoritas excludit omnem aliam ſolemnitatem, lib. 2. cap. 15.num.54.
Papa ſupplet omnes ſolemnitates, & defectus, num 70.
Papa confert beneficia per eū noviter erecta, tanquā reſervata, n.163.
Et Cancellaria dat in bulla da vacanti apud ſedem, num.124.
Papa fungitur authoritate Apoſtolorum, lib.2.cap.16.num. 74.
Papa non præſumitur habere notitiam juris ſpecialis alicui competentis, lib.4.cap.7.num.6.
Papæ Nepotes habent ampliorem tranſlationem penſionis, lib.5. cap.5.num.16.
Datur formula.
Papæ licentia requiritur, ut poſſit extingui penſio, aut pecunia, ut pretio, lib.5.cap.4.num.4.
Itidemque ſi ſolvenda ſit pecunia penſionario, num.3.
Intellige, tamen poſſe etiam ſolvi pecuniam ante Beneplacitum Apoſtolicum tanquam in depoſitum, & ſecuritatem, num.6.
Paria ſunt, aliquid in tempore non facere, vel minus ſufficienter facere, lib.4.cap.2.num.76.
Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non habere adminiſtrationem, lib.1.c. 5.nu.148.& 151.
Parochia conſtituitur ex decem perſonis, lib.3.cap.3.num.10.
Parochialis, ſi erigatur in Collegiatam, præcedit alias Parochiales, lib.2.cap.14.num.27.
Parochialis Eccleſiæ Rector, ad nutum amovibilis, quomodo ex nova Papæ erectione fiat perpetuus, lib.3.cap.1.num.1.
Parochialibus Eccleſiis quomodo occurrendum, ſi unus Rector non ſufficit Sacramentis miniſtrandis, etiam ex declarationibus Sacræ Congregationis, lib.3.cap.2.num.1.
Parochialis Eccleſia non dividenda ab Epiſcopo, ſi unus Rector non ſufficiat pro adminiſtratione Sacramentorum, & referuntur deciſiones Rotæ, num.3.
Parochialis, ſeù alterius Eccleſiæ dimembratio, non fit per Ordinarium, niſi concurrentibus cauſis, & ſolemnitatibus. Secùs per Papam, num.4.
Et circa id plura notantur in praxi, num.5.
Parochialis Eccleſiæ erectionis ordinaria authoritate factæ, formula, lib.3.cap.2.n.11.
Parochialem Eccleſiam Epiſcopus, nedum à fundamentis, verum etiam ſimplicem Eccleſiam ita erigere poteſt, num.12.
Parochialis, an poſſit per Epiſcopum reduci ad ſimplicem Eccleſiam, ſive ſimplex beneficium, & Reſponſio eſt negativa, n.13.
Nam Papæ tantum competit iſta facultas, cum exemplis in praxi, num.14.
Parochialis Eccleſia vacans, an commendetur per Ordinarium, lib.3. cap.3.nu.19.
Et reſolvitur negativè ex Sacra Congreg. nu.20.
Parochialis Eccleſia, neque Vicario Epiſcopi confertur, niſi per concurſum, lib.3. c.4 nu.1.
Neque Doctori, ſive Licentiato in Theologia, ſive in iure Canonico, num.2.
Nec iis, qui teſtimonium habent ab Epiſcopo de idoneitate, pro adminiſtrandis Sacramentis, nu.3.
Parochialem Eccleſiam aſſequutus, quam poſtea dimiſit, non poteſt eandem aſſequi ſine novo concurſu, nu.5.
Parochialis Eccleſiæ Rector, poteſt ad aliam Parochialem vacantem concurrere, lib 3.cap.4. nu.15.
Parochialis collatio ſpectans ad inferiorem Collatorem, non devolvitur ad Sedem Apoſtolicam, ob non ſervatam formam Concilii, & Conſtitutionis Pii V num.27
Parochialis Eccleſia vacans ob non ſervatam formam Concilii, ac Conſtitutionis Pii V. ſub qua formula impetretur à Sede Apoſtolica, num.28.
Et quomodo narrativa litterarum verificanda, nu.29.
Et quid verificandum, nu.30.
Parochialis Eccleſia, Sede Epiſcopali vacante, non confertur à Capitulo, lib.3 cap.6.nu.51.
Parochiales Eccleſiæ reſervatæ, vacantes, Sede Apoſtolica vacante, rectè per Ordinarios conferuntur, nu.58.
Parochialis Eccleſiæ reſervatæ, quomodo ſupplicationis formula concipiatur pro illius impetratione, lib.3.cap.5.num.2.
Parochialis Eccleſia, etiam ſecundum ſenſum Cancellariæ Apoſtolicæ, quænam dicatur, num.3.
Parochialis Eccleſia habitu tantùm, impetratur à Papa tanquam beneficium ſimplex, num.7.
Et quid ſervet Cancellaria Apoſtolica in litteris illius proviſionis, num.8.
Parochialis Eccleſia habitu tantum impetratio requirit nihilominus expreſſionem huiuſmodi Parochialitatis in ſupplicatione, & quare, lib.3.cap.5.num.9.
Parochialis Eccleſia habitu tantùm, non amittit ſua privilegia, n.13.
Parochialis Eccleſia quomodo poſſit conferri Clerico habenti primam Tonſuram, lib.3.cap.7.num.1.
Parochiales Eccleſias conferunt Cardinales Epiſcopi, exiſtentes in Vrbe, ſine concurſu, lib.3.cap.8.num.51.
Parochiales Eccleſiæ, in perpetuum conferendæ, non obſtante contraria conſuetudine, lib.3.cap.9 num 39.
Parochialis Eccleſiæ fundator non poteſt in fundatione adiicere, quod Rector ſit amovibilis, num.40.
Parochialis Eccleſia, Nationis Græcorum, Neapolis in titulum perpetuum conferenda, num.41.
Parochialium Eccleſiarum ſtylus circa reſignationes habuit initium a Greg.XIV.lib.3.cap 1.num 14.
Quid ſtylus antea ſtatutus ab Innoc.IX.eod.num.
Parochiales cum parochiali ſi permutet, non habet locum decretum inhabilitatis, lib.5.cap.1.num.17.
Parochialis fundator non poteſt adiicere velle Rectorem ad nutum amovibilem, num.20.
Parochialitas non arguitur ex fonte baptiſmali, neque ex cœmeterio, lib.3.cap.1.num.5 & 6.& quare, num.7.
Parochialis non excluditur ex non reſidentia Rectoris, lib.3 cap.5. num.11.
Patres ſocietatis Ieſu, qui emiſerunt tria vota ſimplicia, poſſunt retinere beneficia ſæcularia, & penſiones, lib.2.cap.6.num.321.
Patronus quomodo poſſit impedire collationem legati, cum onere celebrandi miſſas, lib.1.cap.2.num.24.
Patronus poteſt abſque cauſa amovere Capellanum amovibilem & alium præſentare, lib.1.cap.6.num.273.
Quod tamen intelligendum, ceſſante odio, ſeù malitia in amovente, num.274.
Patronus, ſicut Papa non præiudicet in præſentatione, ita nec in tollendo ordinationem beneficii, lib 2.cap.10.il 2.num.99.
Patronus, poſt fundationem beneficii, cur non poſſit apponere novas conditiones, num.160.
Patronus contrarius diſpoſitionem novam legem beneficio imponere non poteſt, lib.2.cap.12 num.56.
Patronus beneficii efficitur ſtatim poſt conſenſum Ordinarii, lib. 4. cap.1.num.6
Patronus, neque per ſuum Procuratorem ad id conſtitutum, præſentari poteſt ad beneficium, lib.4.cap.5.num.17.
Ricci opinio contrarium ſentientis reiicitur, nu. 18.
Patronus, nec mediatè neque immediatè poteſt ſeipſum præſentare, num.19.
Patronus beneficii, cum ſit unicus, quomodo Ordinario ſupplicet pro collatione, num.22.
Patronus etiam non impeditus poteſt per procuratorem præſentare, num.23.
Patronus, quod tempus habeat ad præſentandum ad beneficium, n.28
Patronus Laicus, poteſt unum præſentare, ac poſtea alium, accumulativè, lib.4 cap.5.num.29.
Non tamen patronus Clericus, num.30.
Patronus, poteſt plures unico contextu præſentare, nu.33.
Et unus poſt alium, non recedendo tamen à prima præſentatione, num.34.
Patronus præſentando, cum iuramento de non præſentando alium, an poſſit deinde cumulativè variare, lib.4.cap.2.nu.35.
Patronus variando, non poteſt ultra duos præſentare, nu.37.
Patroni diverſorum beneficiorum iuriſpatronatus, poſſunt inter ſe permutare, nu.43.
Patronus in fundatione beneficii, poteſt apponere conditiones, extra, vel præter, ac contra Ius, num.22.
Patronus non poteſt purgare moram ad præſentandum, num.73.
Patrono quomodo currat novum tempus ad præſentandum, lib.4. cap.3.num.19.
Patronus, quomodo poſſit præſentare poſt terminum edicti, numer.31.
Patroni exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſentandi, non tenentur probare deſcendentiam à Fundatore, lib.4.cap.4.num.9.
Patronus donans iuspatronatus, cenſetur donaſſe cumulativè, non autem privativè, cum ipſo donante, lib.3.cap.5.num.12.
Patroni diverſarum Eccleſiarum, poſſunt inter ſe, illas permutare etiam ſine conſenſu Epiſcopi, licet poſſit ad cautelam adhiberi, n.17.
Patronus poteſt vendere honorantias, ſeù alios fructus ſui iuriſpatronatus, ſi ſic ſibi in fundatione reſervavit, nu.48.
Patroni unius vna tantum, ſimoniacè præſentantis quomodo officii præſentato, nu.53.
Patronus poteſt in limine fundationis conditionem apponere, ut per ſe, vel per procuratorem, poſſit præſentare ad beneficium, antequam vacet, lib. 4.cap.6.num.35.
Necnon, ut prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſorem in beneficio, ſine Ordinarij inſtitutione, num.36.
Patronus unus, præſentans præſervat poſſeſſionem aliorum non præſentantium, num.43.
Et quomodo intelligendum, num.46.

Patronatus præſentans, quomodo teſtetur, ſe non habere compatronos, num. 47.
Et quomodo præſcribat iuspatronatus contra compatronum, numer. 48.
Patrono ſcienter præſentante coram non habente facultatem inſtituendi, collatio devolvitur ad Superiorem, lib. 4. cap. 7. num. 5.
Patronorum conſenſus requiritur in erectione Parochialis, aut alterius beneficii de Iurepatronatus in Collegiatam Eccleſiam, lib. 2. cap 1. num. 27.
Penſio aſſignatur etiam laico, lib. 1. cap. 5. num. 156.
Hodie tamen non reſervatur, niſi Clericus ſaltem primæ tonſuræ, num. 157.
Penſionem obtinere, longè minus eſt quàm beneficium, numer. 158.
Penſio, quando veniat appellatione beneficii, num. 159.
Penſionarius, quoad privilegium fori, venit appellatione beneficiati, num. 162.
Penſio eſt res ſpiritualis, tanquam quoddam beneficium, num. 165.
Penſionarius debet verificare clauſulam *dummodò centum*, ſi titularis agat petitorio, lib. 5. cap. 1. num. 40.
Penſionarius in poſſeſſorio non tenetur exhibere titulum poſſeſſionis, lib. 5. cap. 2 num. 7.
Quæ poſſeſſio, ſeu quaſi &c. probatur per unicum actum num. 8.
Penſionarius poteſt remittere penſionem etiam in totum ſine licentia Papæ num. 9.
Datur caſus, quod aliquando non poſſit, ut videre eſt, numer. 10.
Penſionarius *de conſenſu* dun debet probare pro validitate reſervationis, lib. 5. cap. 3. n. 14.
Vid. quæ ſint probanda, aliavè valdè conſiderabilia.
Penſionarius habens duplicem viam in ſolutione penſionis, non poteſt percipere præiudicium, lib. 5. c. 7. n. 3.
Vid. inferius rationes, & poteſtatem penſionarii.
Penſionarius poteſt convenire, quem maluerit, pro penſione, vel fructuum poſſeſſorem, vel titularem. lib. 5 c. 7. n. 11.
Penſionarius, qui exegit penſionem, non poteſt allegare ignorantiam decreti de expediendis litteris, lib. 5. c. 7. n. 36.
Penſiones ſuper Fructibus Epiſcopalium Hiſpaniæ, quando requirant Clericatum, lib. 1. cap. 5. nu. 172.
Penſio de conſenſu, ſine cauſa, non ſolet per Papam reſervari, n. 177
Penſiones de conſenſu ad favorem conſanguinei titularis, ut plurimum fraudulentæ, nu. 178.
Penſio reſervata laico, cum clauſula, *et nunc &c.* non exigitur, niſi poſt clericatum, num. 192.
Penſio reſervata illegitimo, cum clauſula, *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*, debetur ſolum à die ſuſcepti characteris, lib. 1. c. 5. nu. 194.
Penſio, quando reſervatur laico, illum Dataria appellat Scholarem, nu. 199.
Penſio nulliter reſervata ob defectum Clericatus, revalidatur per novam reſervationem, num. 212.
Et ſub qua formula petitur dicta nova reſervatio, numer. 213.
Penſio reſervatur perſonis Eccleſiaſticis, licèt Clerici non ſint, lib. 1. c. 5. nu. 220.
Penſio reſervata dum eſt ſufficiens ad vitam reſignantis, non requiritur probatio ſe habere aliundè vivere, libr. 5. cap. 1. num. 4.
Penſio in parochialibus Eccleſiis ante Concilium Trid. reſervabatur cum clauſula, *dummodo tertiam partem non excedat* lib. 5. c. 1. num. 27.
Penſio hodie de ſtylo quoad ſimplicia reſervatur uſque ad medietatem eod nu 27.
Penſio *de conſenſu* aliquando practicatur, & ſic ex cauſa num. 28.
Penſio ſi reſervetur, ſine expreſſione alterius antiquæ, reſervatio eſt nulla, cum intelligenda ſit valida, aliàs dicitur ſubreptitia, lib. 5. c. 1. nu. 47.
Penſio reſervatur etiam ad favorem tertiæ perſonæ, & quomodo, lib 5. cap 2. nu. 1.
Ea cauſa ſcilicet onerosa, & lucrativa, utriuſque datur diſtinctio, lib. 5. c. 2. in principio.
Penſio ante conceſſionem quare dicatur odioſa, & poſt conceſſionem favorabilis, lib. 5. c. 2. nu. 6.
Penſio conferri debet *ex cauſa licita & honeſta*; nec D. Datarius aliter confert, ſaltem concurrente cauſa quæ dicitur de conſenſu. lib. 5. c. 2. nu. 7.
Vid. cauſas, & rationes huiuſmodi uſus.
Penſio reſervata in ducatis auri de Camera extra Vrbem ut plurimum poteſt ſolvi in alia moneta. lib. 5. c. 2. n. 11.
Adverte ſenſum Rotæ Romanæ ſuper limitatione pretii, uſque regionum.
Penſio rarò reſervatur in quantitate rei, vel monetæ alternativè num. 12.
Penſio ſi tota non capiat in beneficio reſervato, quomodo ſupplendum, lib. 5 c. 2. nu. 14.
Penſio ſuper plurimum beneficiorum fructibus reſervata, quomodo ſit dividenda; & quare apponantur nonnullæ clauſulæ, lib. 5. cap. 2. num. 15.
Penſio, quamvis ſit onus reale, adhæret tamen onerato, vel poſſidentis præbendæ fructus. lib. 5. cap. 2. nu. 16.
Limitatur in eo qui optat novum titulum, cum nova præbenda, n. 17.
Penſio per Papam reſervata clerico quare ſuccedat loco beneficii, lib. 5. c. 4. num. 1.
Penſio quoque datur, quæ reſervatur ad tempus, pro aliquo ſcilicet ſervitio, &c. nu. 2.
Octo modi enumerantur, quibus extingui poteſt, nu. 3.
Reſtringitur talis reſervatio in tres modos eſſentialis.
Penſio de uno in alium poteſt pluries transferri, lib. 5. cap. 5. num. 5.
Penſio ut poſſit transferri duplex eſt licentia, lib. 5. cap. 5. numer. 9.
Vide formulam recentem, & conſuetam nu. 10.
Annectitur alia non diſſimilis formula, & amplior, numer. 11.
Penſio conceſſa ſuper fructibus unius beneficii, non poteſt transferri in alium, lib. 5. c. 5. nu. 22.
Penſio extinguitur mortuo penſionario, ſicut uſusfructus mortuo uſufructuario lib. 5. c. 5 nu. 24.
Vid. uſum diverſum nonnullorum Pontificum: Et quomodo denegaverint tranſlationem penſionum, nu. 25.
Penſio non poteſt in alium transferri à tranſlatario ſine privilegio lib. 5. c. 5. nu 44.
Penſio poteſt trasferri etiam in articulo mortis, licèt in indulto non ſit expreſſum, nu 45.
Et hæc tranſlatio non comprehenditur in *reg.* de infirm. numer. 46.
Et moribundi, balbutientis, ac ſemimortui valet, n. 47.
Prout etiam valeat extorta per blanditias tranſlatarii, numer. 48.
Tam Gravis titubatio, ut malè loquatur, neque officit, numer. 49.
Nutus & ſigna ſufficiunt pro validitate, quatenus transferens ſit loquela deſtitutus, nu. 50.
Quomodo hæc intelligenda n. 51.
Penſio duobus modis transfertur, lib. 5. c. 6. num. 1. habetque duplicem nuncupationem.
Quare prius caſſanda, & poſtea de non reſervanda; & undè Pontifex ſit motus nu. 2.
Penſio ſemel extincta cum non reviviſcat, transferens tamen penſionarius, non reſervata forma, &c. non amittit ſuum jus, lib. 5. cap 6. num. 6.
Eius dict. penſionis caſſatio qualis ſit correſpectiva ad reſervationem novæ penſionis, nu. 7.
Penſio transferri non poteſt in Epiſcopum lib. 5. c. 6 n. 37.
Penſio quomodo transferatur in incapacem ex indulto Papæ, lib. 5. cap. 6. nu. 64.
Transfertur etiam unico contextu, nempè in actu proviſionis beneficii, quòd eſt commodius & favorabilius, prout ſubnectitur formula, num. 66
Penſio ſolet transferri per Summum Pontificem *motu proprio*, abſque alicuius exequutoris miniſterio, daturque conſueta formula tranſlationis, lib. 5. c. 6. nu. 65.
Penſio eſt onus reale inhærens beneficio, illiuſque fructibus, lib. 5. cap. 7. num. 9.
Penſio etiam ſolvenda per intruſum in beneficium, libr. 5. cap. 7. num. 13.
Penſio in dubio ſolvenda in loco beneficii, libr. 5. cap 7. numer. 15.
Penſio ſolvenda etiam pro tempore præterito, licèt non eodem tempore præſententur litteræ: Vid. ſenſum Rotæ, lib. 5. cap. 7. nu. 24.
Penſionem reſervat Papa ad commodum, & utilitatem laici pro imminenti eiuſdem neceſſitate, nu. 236.
Litteræ tamen huiuſmodi reſervationis expediuntur in perſonam alicuius Clerici, num. 237.
Et eum facultate transferendi, & quare, nu. 238.
Et proponitur Exemplum, num. 239.
Penſio quomodo reſervata puero trium annorum, vel circa, numer. 240.
Penſiones ſuper fructibus beneficiorum Hiſpaniæ pro Curialibus, & aliis Italis, quomodo Papa reſervet, nu. 241.
Penſionis ius poteſt eſſe penes unum, & illius commoditas penes alium, lib. 1. c. 5 nu. 244.
Penſiones poſſunt Itali habere in Portugallia, vigore litterarum Apoſtolicarum, nu. 245.
Penſionis reſervandæ praxis pro exteris, ſuper Fructibus beneficiorum in Hiſpaniæ exiſtentibus, nu 246.
Penſione reſervata ſuper capite Hiſpani, ad commodum Itali, quid ſervetur, ne Italus, moriente Hiſpano, amittat penſionem, libr. 1. c. 5. num. 247.
Penſionis ius, an reſideat penes eum, in cuius perſonam gratia penſionis facta eſt, an penes eum, in cuius commodum cedit: & tres caſus proponuntur, nu. 249.
Penſionis Itali in caput Hiſpani reſervatæ, per mortem utriuſque extinguitur, num. 251.
Et quare num. 252.
Penſio confidentialis quomodo probetur, num. 253.
Caſus proponitur, lib. 1. cap. 5. n. 254.
Penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticum, lib. 1. c. 5 n. 152.
Penſio diverſas à Beneficio habet qualitates, nu. 154.

Penſio, in mera temporaliter conſiſtit, nu. 155.
Penſio cum beneficio non poteſt in eadem Eccleſia retineri, lib. 2. cap. 6. nu. 55.
Penſionis reſervatio ſuper fructibus Canonicatus Pœnitentiarii, non requirit expreſſionem huius qualitatis, lib. 2. cap. 4. numer. 114.
Penſio reſervata ſuper fructibus Eccleſiæ, nondum erectæ in titulum, eſt nulla, lib. 2. cap. 7. num. 7.
Penſio reſervata ſuper fructibus Collegiatæ, ſi illa erigatur in Cathedralem, non extinguitur, lib. 2. c. 15. n. 101.
Penſionario iniungitur onus recitandi Officium Beatæ Mariæ, lib. 2. cap. 5. nu. 160.
Et ſic habet annexum onus ſpirituale, nu. 161.
Penſionarius, ſi aſſerat ſe Clericum, cum ſit laicus, penſionis reſervatio eſt nulla, nu. 166.
Penſionem legitimè ſibi reſervat accuſatus de crimine, renuncians beneficium lite pendente lib. 5. c. 1. n. 9.
Penſiones conſiſtorialiter reſervatæ non attendunt clauſulam *dummodo*, quando tamen non ſit oppoſita, lib. 5. cap. 1. num. 32.
Præſumitur Papam ita voluiſſe gravare.
Vid. quomodo imponantur penſiones ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ, dum reſervantur motuproprio d. n. 32.
Penſiones non reſervat Papa ſine cauſa, & cum difficultate ad favorem tertiæ perſonæ, lib. 5. c. 2. nu. 2.
Affertur ratio.
Penſiones quomodo reſerventur ex cauſa reſignationis, numer. 3.
Penſionis impoſitio odioſa, & quare lib. 5. c. 2. nu. 4.
Penſionis reſervatio cum clauſula, *ſed ut melius ſuſtentari valeat*, eſt potiſſima, & præcipua: lib. 5. c. 2. nu. 8.
Dantur conſuetæ formulæ, ac modi ſupplicationis.
Penſiones reſervatæ reſignantibus ſapiunt ſpeciem permutationis, lib. 5. c. 2. nu. 9.
Vid. quid ſignificet & operetur clauſula penſione annuam.
Penſionis loco ſolet reſervari pars fructuum beneficii, ad favorem ut plurimum Cardinalium: lib. 5. c. 2. nu. 13.
Litterarum Apoſtolicarum exemplum proponitur.
Penſionis poſterioris reſervatio, requirit prioris mentionem, lib. 5. cap. 2. nu. 19.
Plurima enucleantur circa talem intelligentiam, n. 20.
Penſionis reſervationis *de conſenſu* affertur praxis, Daturque formula ſupplicationis, lib. 5. c. 3. n. 1.
Datur inſuper formula litterarum Apoſtolicarum ſuper de reſervatione, nu. 2.
Annectitur etiam modus, & exemplum d. reſervationis ſuper fructibus Cathedralis Eccleſiæ, nu. 3.
Penſionis *de conſenſu* in Dataria diiudicantur fraudulentæ. lib. 5. ca. 3. num. 4.
Quandoque reiiciuntur huiuſmodi ſupplicationes, nu 5.
Quare id practicetur, nu 6
Penſionis *de conſenſu* ſolutiones ſunt probandæ per inſtrumenta publica vallata ſubſcriptione publici notarii, & duorum ſaltem, teſtium præſentia lib. 5. c. 3. n. 13
Penſionis caſſatio cum ſit favorabilis, non requirit expeditionem litterarum, ſed ſolam ſignaturam, lib. 4. c. 4. n. 10 & 11.
Penſionis reſervatio non ceſſat per aſſumptionem ad Papatum, lib. 5. c. 4. nu. 15.
Vid. DD. contrarium ſentientes, & quo fundamento.
Penſionis reſervatio ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici odioſa, & quare, lib. 5. c. 5. nu. n. 1.
Translatio eiuſdem quam odioſiſſima, nu. 2.
Penſionis translatio regulariter fit in iuniores ipſis transferentibus lib. 5. c. 5. nu 4.
Penſionem transferens non tenetur coram Iudice producere litteras reſervationis, lib. 5. c. 5. nu. 13.
Penſionis translatio quando valida coram notario & teſtibus lib. 5. c. 5 nu. 41.
Et quid, ſi adhibetur etiam exequutor præter notarium & teſtes num. 42.
Penſionis ſecunda translatio requirit conſenſum illam ſolvere debentis ex Conſtit. Urb. VIII. lib. 5. c. 4. n. 58.
Penſionis caſſatio eſt actus qui originatur in conſenſu transferentis, & perficitur in authoritate exequutoris, libr. 5. cap. 6. num. 11,
Penſionis translatio & reſervatio non differunt, & ſunt individuæ factæ authoritate Papæ. lib. 5. c 6. n. 21.
Parique paſſu ambulant nu. 52. & 32.
Penſionis translatio valida vigore proceſſus fulminati, lib. 5. cap. 6. num. 45.
Penſionis commoditas poteſt cedi ſine conſenſu Papæ: datur modus lib. 5. c. 6. n. 69. & n. 70. proponitur formula Inſtrumenti ceſſionis.
Penſionem tenetur ſolvere Camera Apoſtolica, quando illa percipit fructus lib. 5. cap. 7. n. 3.
Penſionis ſolutio facta penſionario per Capitulum, vel Cameram non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi contra verum titularem, lib. 5. c. 7. n 4.
Secus dicendum reſervatorio fructuum. nu. 5.
Penſionis reſervationi contentiens ſub conditione; *ſi Papa conſenſeris*, ante illius conſenſum poteſt pœnitere, lib. 5. cap. 7. num. 6
Vid. optimam Rotæ deciſionem, eiuſque rationes, n. 7.
Penſiones ſolvere tenetur proviſus ab ordinario ſi conſenſit penſioni per Papam reſervatæ, lib. 5. c. 7. nu. 8.
Penſionis litteras Cancellaria, & Camera nunquam permittit tranſire ſine expreſſione loci & ſolutione terminorum, lib. 5. ca. 7. num. 17.
Penſionum reſervationes non admittit Dataria Apoſtolica, niſi pro Clericis capacibus beneficiorum, libr. 1. cap. 5. numer 163.
Perceptoriæ regularis impetratio, cum Clauſula, *quod conſuevit Clerico ſæculari commendari*, non valet, ſi ſemel tantum fuerit ſic commendata, lib. 2. c. 6. nu. 35.
In Permutationibus beneficiorum requiritur temporis expreſſio, lib 5 cap. 4. num. 17.
Perſona Eccleſiaſtica, quænam intelligatur in materia iuriſpatronatus, lib. 4. c. 5. nu. 41.
Perſonarum acceptio non eſt apud Deum, lib. 2. cap. 10. il 1. num. 37.
Perſonatus, & dignitas æquiparantur beneficiis curatis, lib. 5. ca. 12. num. 150.
Pia cauſa, quænam intelligatur, lib 4. cap. 1. nu. 18.
Pœnitentiarius, ad præſcriptum Sacri Concilii, an poſſit ab Epiſcopo conſtitui in Collegiata Eccleſia, & reſpondetur negativè ex declaratione Sacræ Congreg. Conc. lib. 2. c. 4. n. 102.
Pœnitentiarii inſtitutionis faciendæ ab Ordinario, formula, num 103.
Pœnitentiarius inſtitutus ad præſcriptum Concilii non poteſt abſolvere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſervatis, ſine illius ſpeciali delegatione, n. 104.
Pœnitentiarius inſtitutus ad præſcriptum Concilii, non poteſt abſolvere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſervatis, ſine illius ſpeciali delegatione, num. 194.
Et ſub qua formula concipi poteſt dicta delegatio, numer. 105.
Pœnitentiarius inſtitutus vigore Concilii, quam iuriſdictionem habeat abſolvendi à peccatis: & affertur declaratio Sacræ Congregationis, lib. 2. c. 4. no. 106.
Pœnitentiarii inſtitutio, an ſpectet ad ſolum Epiſcopum ſine Capitulo? Et reſpondetur affirmativè, ex declaratione Sacræ Congregationis, num. 107.
Pœnitentiarii officium, ordinaria authoritate inſtitutum, à primæva erectione vacans, confertur per Ordinarium, numer. 108.
Si verò vacaverit in menſe reſervato, confertur à Papa, etiam ex declaratione Sacr. Congreg nu. 109.
Pœnitentiarii officii proviſio, Sede Epiſcopali vacante, ſpectat ad Papam, etiam ex declaratione Sacræ Congregationis libr. 2. c. 4 num. 110.
Pœnitentiario, quando conferenda præbenda à Capitulo, Sede Epiſcopali vacante, num. 111.
Pœnitentiarii præſentatio in Canonicatu, & præbenda præſervatur Capitulo, & aliis ad quos ſpectat, dummodo fiat de Electo ab Epiſcopo, & refertur declaratio Sacræ Congregationi, num. 112.
Pœnitentiarii officium non providetur per concurſum. Et quare, num 113.
Pœnitentiariis Officium non prohibetur Ordinarius providere per concurſum, lib. 2. cap. 4. nu. 115.
Pœnitentiarii Officium, non eſſe conferendum Doctori indocto, ex declaratione Sacri Concilii, nu. 120.
Poteſt tamen reſignari, & conferri non Doctori, ſi tamen ſit doctus, & habilis, num. 121.
Pœnitentiarii officii erectio, non ſortita effectum in prima vice, denuò fieri poteſt, nu. 124.
Pœnitentiarium, & Lectorem in Cathedrali inſtituendi onus Epiſcopo iniungitur à Papa, in proviſione Eccleſiæ, necnon Montem Pietatis, & Seminarium, lib. 2. c. 5. nu. 21.
Pœnitentiarius, ſive Lector Theologiæ, licet non poſſit optare, poteſt tamen ſuam præbendam renunciare, etiam ad favorem, n. 28.
Dummodo reſignatarius habeat qualitates ad id à Concilio requiſitas, num. 29.
Pœnitentiarius habens parochialem, an illam poſſit retinere, & ſit utrumque Officium exercere, ante vacationem præbendæ, n. 32.
Pœnitentiarius, ante vacationem præbendæ eius Officio unitæ, neque vocem in Capitulo, neque Sedem in Choro habet, minuſque interim pro Canonico habendus eſt, nu 33.
Pœnitentiarius non poteſt per Capitulum eligi, Sede Epiſcopali vacante, lib 3. c 6. nu. 54.
Pontifex paſſim confert beneficia per reſignationem conſanguinei, &c. cum in eo non habeat locum Conſtitut. Pii V. libr. 5. cap. 1. num 50.
Pontifex transfert penſionem abſque alicuius exequutoris miniſterio, ſed *motu proprio*, & adiicitur talis formula translationis, lib. 1. c. 6. nu. 95.
Portionarii, ubi aliquo iure effecti ſunt de Capitulo, poſſunt eligi in Coadiunctos, Coniudices, lib. 2. c. 13. n 50.
Poſſe non dicimus ea, quæ honeſtè non poſſumus, lib. 2. cap. 10. il 5. num. 70.

Poſſe-

Index Rerum, & Sententiarum.

Poſſeſſio, non autem proprietas, in collatione beneficiorum attenditur, lib. 1. cap. 6. num. 336

Poſſeſſio, ſeu quaſi iuris conferendi, acquiritur per unicum actum, nu. 344.

Etiam ſi collatio fuerit facta per aſſertum Vicarium, numer. 345.

Ac per Vicarium Generalem, mortuo Epiſcopo, ante notitiam obitus, num. 346.

Poſſeſſio conferendi beneficium, uti liberum, ſufficit, numer. 353.

Poſſeſſio Capitulariter capta non infert ad Collegiatam, libr. 2. cap. 9. num. 25.

Sed quid requiratur ad Collegialitatem, nu. 26.

Poſſeſſio cum proprietate nihil commune habet, libr. 2. cap. 13. nu. 44.

Poſſeſſio acquiritur per actum pacificè geſtum, nu. 45.

Poſſeſſio Capituli ſuffragatur, etiam ſucceſſoribus in Canonicatu, num. 48.

Poſſeſſio beneficii tradita ab habente facultatem conferendi, habet vim collationis, lib. 4. c. 7. nu. 14.

Poſſeſſio beneficii acquiritur per altaris oſculum, ac per tactum annuli januæ Eccleſiæ clauſæ, lib. 4. c. 7. nu. 41.

Necnon ſufficit ocularis inſpectio Eccleſiæ beneficii, num. 42.

Et quid ſi beneficium non habeat Eccleſiam, ſeu Capellam materialem, nec nomen alicuius Sancti, nu. 43.

Poſſeſſio beneficii, quando non extendatur ad illius bona, numer. 45.

Poſſeſſione apprehenſa bonorum Eccleſiæ, non cenſetur adepta ipſius Eccleſia, nu. 44.

Poſſeſſio, ſeù quaſi jus præſentandi acquiritur ex unica præſentatione, lib. 4. c. 4. num. 5.

Et quot requiſita concurrant pro validitate quaſi poſſeſſionis num. 6.

Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos, libr. 1. cap. 6. num. 337.

Pragmaticæ, & ordinationes Hiſpaniæ prohibent, penſiones reſervari ad favorem exterorum, lib. 1. c. 5. nu. 142.

Praxis declarat mentem Pontificis, lib. 2. c. 15. nu. 7.

In practica non habetur, quod lege non cavetur, n. 8.

Praxis, & obſervantia, ſunt optima legum interpretes, lib. 2. cap. 5. num. 35.

Præbenda Theologalis, quando inſtituenda in Cathedralibus, ac Collegiatis Eccleſiis, lib. 2. c. 5. nu. 1.

Præbenda non poteſt aſſignari Theologo, ubi fuerit aliud ſtipendium aſſignatum, nu. 2.

Et quando detur præbenda Theologalis, & aliud ſtipendium, num. 3.

Præbendæ Theologalis aſſignatio per Epiſcopum, non habet locum in reſervatis, & affectis ex declaratione S. Concilii, num. 4.

Theologalis qualitas, niſi per Epiſcopum adiiciatur in ipſa proviſione, non poterit poſtmodum illam adiicere, lib. 2. cap. 5. n. 5.

Theologalis præbenda requirit actualem deputationem ex declaratione S. Conc. nu. 6.

Theologalis præbendæ inſtitutionis, ab Ordinario factæ, formula, num. 8.

Præbendæ vacantes in menſe reſervato, non poſſunt uniri Officiis Pœnitentiarii, & Lectoris, lib. 2. c. 5. nu. 23.

Præbenda Pœnitentiaria, ſeu Theologalis aſſignatio, non impeditur per ſtatutum, ſeu conſuetudinem de optando, & quare, num. 34.

Præbendæ poſſunt ex cauſa ſupprimi, & extingui, lib. 2. cap. 8. num. 17.

Præceſſiſſe in dubio præſumitur illud, quod requiritur pro validitate actus, lib. 1. c. 5. nu. 127. & 130.

Prædo eſt etiam in ſua poſſeſſione tuendus, niſi conſtet de mala fide, lib. 1. c. 6. num. 365.

Prælato mortuo, vacat poſſeſſio Prælaturæ, non autem bonorum Eccleſiæ, lib. 4. c. 7. nu. 38.

Prælaturæ deſiderantibus, negandæ, fugientibus offerendæ, libr. 4. c. 2. num. 13.

Prærogativæ datæ Doctoribus, non competunt Doctorellis, lib. 2. c. 9. num. 118.

Presbyter, an ſimplex Clericus præſentandus, ex fundatione, recurritur ad coniecturas, lib. 2. c. 10. il 2. nu. 133.

Necnon ad obſervantiam ſubſequutam, nu. 134

Presbyteratus, de iure communi non omninò requiritur tempore collationis beneficii, lib. 2. c. 10. il 1. nu. 83.

Sed illius annexio intelligitur habitu, non autem actu, numer. 84.

Quod procedit, etiam ſi presbyteratus requiratur ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio, nu. 85.

Secùs verò ex fundatione laicali, & quare, nu 86.

Presbyteri nomen eſt æquivocum, & poteſt verificari, etiam in ſimplici Clerico, lib. 2. c. 10. il 2. nu. 121.

Presbyteri nomen non infert per neceſſe ad qualitatem Sacerdotii num. 125.

Præſertim, ubi concurrit communis uſus loquendi, numer. 126.

Presbyteri omnes in Apulia vocantur Abbates, n. 130.

Presbyteri nomen, potius ad Sacerdotem, quam ad alium ſpectat, nu. 138.

Præſentatus poteſt juri ſuo renunciare, lib. 2. cap. 12. numer. 65

Præſentandus ad beneficium ſacerdotale, quando debeat eſſe actu Sacerdos, lib. 3. c. 7. nu. 4.

Præſentandi quaſi poſſeſſio, an tranſeat ad hæredes, ſine illius apprehenſione, diſtinctio proponitur, libr. 4. cap. 4. numer. 16.

Et quomodo concludatur negativè, nu. 17.

Præſentandus ad beneficium, an tempore præſentationis debeat incedere in habitu, & tonſura clericalibus, lib. 4. cap. 6. nu. 32.

Præſentare nemo poteſt ſe ipſum ad beneficium, & quare, lib. 4. cap. 2. nu. 12.

Præſentare ſe ipſum ad beneficium, neminem poſſe, quomodo intelligendum, lib. 4. c. 5. nu. 14.

Præſentare poteſt pater filium, licèt ipſi ſint una eademque perſona, nu. 20.

Præſentare quando poſſit donatarius, donantem juſpatronatus, num. 24.

Et quomodo donatio deprehendatur fraudulenta, numer. 25.

Præſentatio ad beneficium dicitur, quæ fit ſuperiori, aliàs dicitur nominatio, lib. 1. c. 5. nu. 275.

Præſentatio, quomodo competat quandoquè per viam ſimplicis petitionis, lib. 1. c. 6. nu. 342.

Præſentatio facta per poſſeſſorem etiam violentum, ſi de violentia non conſtat, valet, nu. 364.

Præſentatio illius, quem Ordinarius ſcit non habere ius, eſt ſpernenda, num. 358.

Præſentationis tempus attendi debet, lib. 2. c. 10. il 2. nu. 141.

Præſentationis ad beneficium iuriſpatronatus formula proponitur, lib. 4. cap. 1. num. 4.

Præſentatio ad beneficium, facienda poſt decretum erectionis nu. 5.

Præſentatio ad beneficium iuriſpatronatus, quomodo fieri debeat de præſentato præſente, lib. 4. c. 2. nu. 1

Et quomodo illa definiatur, num 2.

Præſentationem ad beneficium de abſente factam, non tenetur Ordinarius admittere, nu. 3.

Exemplum refertur de præſentato, & inſtituto, non exiſtente in rerum natura, num. 4.

Præſentatio, quare facienda ad beneficium de perſona præſente, lib. 4. c. 2. num. 6.

Præſentatio ad beneficium, quando fit coram Papa, non requiritur præſentia præſentati, num. 7.

Præſentatio, quomodo fieri poſſit, cum promiſſione de rato, num 9.

Præſentatio ad beneficium legitimè facienda, quot perſonas requirat, nu. 19.

Quando autem duæ perſonæ ſufficiant, nu. 21.

Præſentatio patroni Eccleſiaſtici, habet vim Electionis, lib. 4. c. 2 num. 31.

Præſentatio eſt fructus iuriſpatronatus, nu. 57.

Præſentatio ad beneficium fieri poteſt etiam in die Nativitatis, & Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri, n. 79.

Ac etiam de nocte, nu. 80.

Præſentatio ad beneficium fieri poteſt etiam ultima die, & ultima hora quadrimeſtris, ſeù ſemeſtris dati ad præſentandum, num. 82.

Præſentatio ad beneficium iuriſpatronatus admittenda cum clauſula, *ſi, & inquantum*, lib. 4. c. 3 n. 1.

Et quid ipſa clauſula importet, nu. 2. & 4.

Præſentatio non debet abſolutè per ſuperiorem admitti, & quare, num. 3.

Præſentatione à ſuperiori non admiſſa, an teneatur Patronus alium præſentare, nu. 5.

Et quomodo præſentatus tunc inſtituatur, nu. 7. & 11.

Et quid de hac Cancellaria, nu. 10.

Præſentatio unius ex patronis, quomodo ſufficiat, aliis excluſis, lib. 4. c. 3. num. 32.

Præſentatio ad beneficium non admiſſa, neque reiecta, non ſuffragatur ad acquirendum quaſi poſſeſſionem præſentandi, lib. 4. cap. 4. num. 13.

Neque ſi illa fiet in viam concordiæ, nu. 14.

Aut ex obſcuris præſentationibus, nu. 15.

Præſentatio facta, ut præſentatus aliquid ſolvat Eccleſiæ, eſt Simoniaca, lib. 4. c. 5. n. 54.

Præſentatio Simoniaca, cum impoſitione oneris beneficio, ut hic num. 56.

Præſentatio de inhabili, cum conditione obtinendi Apoſtolicam diſpenſationem, an ſit valida, lib. 4. c. 6. nu. 4.

Præſentatio ad beneficium fieri poteſt etiam conditionalis, dummodo conditio purificetur ante inſtitutionem, lib. 4. cap. 6. n. 26.

Secus verò dicendum de inſtitutione, nu. 27.

Præſentatio, & nominatio ad beneficium, in quo differant, nu. 30.

Præſentatio ad beneficium non poteſt fieri ante obitum beneficiati, nu. 33.

Præſentatio facta ad beneficium, quod patronus putabat vacare, & tamen non vacabat, an valeat, libr. 4. cap. 6. nu. 37.

Præſentatio, ſeù beneficii collatio, an valeat, nondum tradito ſepulturæ corpore Rectoris defuncti, num.39.

Præſentatio à ſuperiore admittenda, juxta fundationem, etiam cum conditionibus juri contrariis, n.42.

Præſentatione facta coram inferiore, non habente facultatem instituendi, quomodo patronus poſſit iterum præſentare, libr.4 cap.7 num.1.

Præſentatio, & inſtitutio, in beneficio juriſpatronatus, ſi ſpectent ad ipſum Epiſcopum ex diverſis qualitatibus, quomodo faciendæ, num.20.

Præſentatio ad beneficium, licèt facienda coram Papa ex fundatione, fit tamen coram Notario Cancellariæ, vel Cameræ, libr. 4. cap.7.nu.34.

Et ſub qua formula fieri conſuevit, nu.35.

Præſentationis ad beneficium, factæ coram Papæ, non requiritur expreſſa acceptatio, num.36.

Præſentatus ad beneficium juriſpatronatus, ſi non ſit Clericus, præſentatio eſt nulla, lib 1.c.5 nu.110.

Nec ſufficit ſi poſtea præſentatus etiam ſtatim fiat Clericus, nu. 111.

Præſentatus ſufficit, quod ſit Clericus, præſentationis tempore, num.173.

Præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore, non amovendus, quamvis poſtea conſtet, illum non eſſe patronum, libr. 1. cap.6.numer.360.

Præſentatus abſens quando inſtituendus, lib.4.c.2.nu.5.

Præſentatus, quomodo præſentationi de ſe factæ, poſſit conſentire, lib.4.c.2.nu.15.

Et quomodo augeat numerum conſentiendo præſentationi, n. 16.

Præſentatus, injuſtè rejectus, recurreret ad Papam pro obtinenda proviſione, lib.4.cap.3.nu.6.

Præſentatus, niſi acceptet præſentationem, non acquirit jus ad rem, lib.4.c.3.num.15.

Nam acceptatio eſt pars præſentationis, nu.16.

Præſentatus abſens debet acceptare præſentationem infra tempus, num.17.

Nec prodeſt acceptatio facta per Notarium in inſtrumento præſentationis, num.17.

Præſentatus, & inſtitutus, non propoſitis edictis, quas pœnas incurrat, nu.28.

Et quid, ubi ex conſuetudine non proponuntur, nu.29.

Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, præfertur præſentato à proprietario, lib.4.c.4.n.7.

Quomodo verò ſecus, nu.8.

Præſentatus jurat, ſe non commiſiſſe Simoniam in præſentatione, ex Concil.Provinc.Mediolanen.lib.4.c.5.nu.55.

Præſentatus habilis à minori parte patronorum, præfertur inhabili præſentato, à maiori parte, lib.4.c.6.nu 2.

Præſentatus ad beneficium, non indigens diſpenſatione, præfertur præſentato indigenti, nu.5.& 54.

Præſentatus ad beneficium, ſi aliud incompatibile obtineat, ad Sedem Apoſtolicam remittendus, nu.28.

Præſentatus à maiori parte patronorum inſtituendus, numer. 44.

Præſentatus ingerens ſe in beneficium, ante inſtitutionem, amittit jus ſibi quæſitum, lib.4.c.v.nu.13.

Præſentatus ad Beneficium Juriſpatronatus poteſt reſignare ante inſtitutionem in manibus patronorum lib.5.c.1.n.46.

Vid. modum, & jus renuntiationis, necnon tempus, & perſonas, in quarum manibus fieri poteſt renunciatio.

Præſtimonia, quæ non habent annexam ſpiritualitatem, non dicuntur beneficia lib.1.c.3.nu.73.

Præſtimonia illa ſunt verè beneficia, quæ à Prælato non conferuntur, niſi Clerico, nu.74.

Sed hodie in Hiſpania dantur omnia in titulum beneficii, numer.75.

Et ſunt inſtituta pro ſtudentibus, ac ſubſidio contra infideles, num.76.

Præſumpta probatio, quænam ſit in beneficialibus, libr. 1. cap. 6. num.317.

Praxis imponendi penſionem, tam ſuper Cathedralibus, quam Parochialibus Eccleſiis eſt juxta præſcriptum Sacr Conc. Trident. *ideſt dummodo mille* vel centum reſpectivè lib. 5.cap.1.nu.16.

Vid. praxim Datariæ circa narrationem ſupra centum ducatos pro Rectore, nu.28.

Principali ſublato, acceſſorium etiam cenſetur ſublatum, libr. 2. cap.15 nu.43.

Principes, veritatem mutare non poſſunt, licèt poſſint contra eam fingere, lib.2 c.15.nu.140.

Principis conceſſio intelligitur ſine alicuius injuria, lib. 2. cap. 14.nu.52.

Privatio, quæ fit ipſo jure, non requirit hominis miniſterium, libr. 3.cap.6.num.34.

Privilegium amittit, qui permiſſa poteſtate abutitur, lib. 3. cap. 6 num.31.

Privilegia, & immunitates, &c. Collegiatæ Eccleſiæ, conceduntur ad inſtar aliarum Collegiatarum, quandoque verò exprimuntur in erectione, lib.2.c.15.n.95.

Privilegium per illius non uſum, amittitur, nu.93.

Sed quomodo id intelligatur, num.94.

Privilegium non amittitur per non uſum, etiam ſpatio 1000. annorum, quando non venit caſus eo utendi, libr. 2.cap. 15. num.95.

Secus, ſi habens privilegium, eſt in cauſa privilegii, & per eum, ſtet, quominus illo utatur, nu.96.

Privilegia Parochialis Eccleſiæ, in Collegiatam erectæ, an cenſeantur extincta, num.97.

Privilegium, per mutationem ſtatus non extinguitur, ſi eſt compatibile, cum ſtatu mutato, nu.102

Proceſſus, circa qualitates provendarum ad Cathedrales, quomodo conficiendi ex Conſtitutione Urbani VIII. lib. 2. c.16.n.60.

Proceſſui provendorum ad Cathedrales ab Urbe abſentium, ſi quid deſit, ſuppletur in Curia, num.61.

Promoti ad Cathedrales, præſtant juramentum fidei, & fidelitatis ſicut alii Dignitates obtinentes, lib.2.cap.16.n.12.

Et quare, nu.13.

Promovens indignum, punitur, lib.2.cap.12.nu.103.

Promoveri, qui poteſt intra annum, non eget diſpenſatione ſuper ætate ibi, nu.73.

Secus, ſi non poteſt intrà idem tempus promoveri, nu.74.

Pronomen *ſui* eſt perſonaliſſimum, lib.4.cap.6.nu.49.

Proprietas non habetur in conſideratione, ſed nudum exercitium poſſeſſionis, lib.1.cap.6.nu.347.

Proprietas abſorbet poſſeſſionem, & quomodo, num. 355. & 359.

Proviſio Apoſtolica, non mutat ſtatum, ſeù quaſi poſſeſſionem juriſpatronatus, lib.1.cap.6.nu.368.

Sed quando contrarium non apparet, illum corroborant, & declarant, num.369.

Niſi tamen appareat de Papæ voluntate illum mutandi, n.370.

Proviſiones cum decreto inhabilitatis ſolent concedi, ſi tamen adſit Legitima cauſa lib.5.cap.1.nu.25.

Vide formulam Indulti nu.26.

Pro eius obſervantia quid ſit opus; Quomodo corruat, & annulletur eod.nu.86.

Q

QUalificatus, juxtà fondationem, ſi non adſit, præſentabitur ſi non qualificatus, lib.2.cap.12.nu.59.

Et regula circa hoc conſtituitur, nu.60.

Qualificatus ex fundatione non poteſt invitus præſentari, n.64.

Qualitas eadem, omnia copulata, quæ ab eadem oratione ſequuntur, qualificat lib.2.cap.13.nu.14.

Qualitas extrinſeca non præſumitur, niſi probetur, lib.1.cap.5.n.107.

Qualitas, certo tempore requiſita, ſi poſtea intervenit, nihil operatur, nu.178.

Qualitas ſufficit adeſſe tempore, quo diſpoſitio ſumpſit effectum lib.2.cap.6.nu 53.

Qualitas requiſita in proviſis de dignitatibus in Collegiatis Eccleſiis non eſt de præcepto, niſi ubi id commodè fieri poteſt, ex declaratione Sacræ Congregationis, lib. 2.cap.10.il 1.nu.77.

Qualitas adiecta rei, immutat eius naturam, lib. 2.cap.10.il 2.n.106.

Qualitas adiuncta verbo, debet regulari ſecundum tempus verbi nu.108.

Qualitas in fundatione beneficii appoſita, intelligitur, quocumque modo illud vacaverit, nu.143.

Qualitas in fundatione beneficii appoſita, nec de conſenſu patroni, tollitur ab Epiſcopo lib 2.cap.10.il 2.n 147.

Et refertur declaratio Sacræ Congregationis, nu.148.

Qualitas requiſita in beneficio, ex indulto Apoſtolico, quomodo procedat in collationibus Apoſtolicis, circa derogationem fundationis, lib.2.cap.12.nu.67.

Quaſi poſſeſſio ſufficit in judicio manutentionis, lib. 1. capit.13.n.41.

Quindenij ſolutio, quando ceſſet, ratione ſuppreſſionis, & unionis beneficiorum, lib.2.cap.8.nu.85.

R

RAtificatio malè ſuſcepti Clericatus, non operatur, ſi fiat poſt collationem beneficii, lib.1.cap.5.nu.150.

Ratificatio promotionis ab alio Ordinario factæ, quomodo intelligenda, lib.1.cap.5.nu.218.

Non retrotrahitur in præjudicium tertii, n 219.

Ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod antea erat illegitimum, lib.1.cap.5.nu.149.

Raynutius Farneſius, ætatis quindecim annorum promotus à Paulo III. ad Eccleſiam Neapolitanam, lib.2.cap.14.n.32.

Et ſub qua formula fuit ſibi conſtitutus Epiſcopus ſuffraganeus, num.33.

Rebuffi ſententia, nempè quod illa pars redditum, quæ datus miniſtro Eccleſ. dicitur beneficium, reiicitur lib.2.c.2.n.37.

Rectoria, ſeu Prioratus ruralis, quomodo cenſeatur ſimplex beneficium, lib.2.cap.12.num.151.

Regula 4. Cancellariæ, an intelligenda etiam de dignitatibus erectis poſt reſervationem.
Et concluditur affirmativè, lib. 2. cap. 13. nu. 18.
Et intelligitur de dignitatibus actu, ut imret reſervatio, nu. 19.
Regula 4. Cancellariæ, quas Dignitates comprehendat, nu. 21.
Regula 4. an reſervet unam, vel duas Dignitates in Cathedrali, & ſic etiam in Collegiata, lib. 2. cap. 13. n. 23.
Et an reſervet dignitatem monocularem, nu. 24.
Regula revocatoria unionum, quare emanaverit, lib. 2. c. 15. nu. 21.
Procedit in unionibus quacumque authoritate factis, nu. 22.
Regula revocatoria unionum, comprehendit unionem, ex cauſa voluptatis, aut voluntatis, nu. 25.
Non tamen uniones ex cauſa dotis, nu. 26.
Regula revocatoria unionum, ſi dubitetur, an præſervet factas ad divini cultus augmentum, petitur gratia revalidatoria à Papa, lib. 2. cap. 15. nu. 57.
Et ſub qua formula, petenda, nu. 58.
Regula revocatoria unionum non habet locum, quando unus Ordo ſupprimitur, ejuſque beneficia alteri applicantur, nu. 60.
Regula revocatoria, quas uniones tueatur, nu. 62.
Regula revocatoria ſemper loquitur, ſemperque reſervat, lib. 2. cap. 15. num. 159.
Regulæ revocatoriæ verba, loquuntur de quibuſcumque beneficiis, numer. 160.
Regula reſervatoria loquitur de tempore vacationis beneficii, lib. 3. cap. 6. n. 83.
Regulæ Cancellariæ, *de Idiomate*, cur emanaverint, lib. 3. c. 7. n. 21.
Et quomodo detur illius derogatio, nu. 22.
Regula *de exprimendo valore*, quid contineat, nu. 28.
Regula de unionibus, non derogatur ab Ordinario, lib. 2. c. 3. n. 90.
Regula 4. verba, *decem florenorum*, ad quænam verba referantur lib. 2. c. 13. nu. 11.
Regulæ revocatoriæ unionum verba, *quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum*, quomodo intelligenda, lib 2. c. 15. n. 30.
Regula revocatoria unionum, qua ratione emanaverit, libr. 2. cap. 15. nu. 37.
Regulæ reſervatoriæ verba loquuntur de quibuſcumque beneficiis, num. 160.
Regula reſervatoria menſium Apoſtolicorum, & Alternativæ pro Epiſcopis, tenor proponitur, lib. 3. cap. 6. nu. 6.
Regulæ *de præſtando conſenſu* in penſionibus, an ſit derogandum in illarum translationibus lib. 5. cap. 6. n. 61. ubi vid. multa.
Et an quoque ſit derogandum regulæ, *de jure quæſito non tollendo*, numer. 62.
Vid. plures caſus ex limitatione.
Regnum Neapolis conſtat ex centum quadraginta octo Civitatibus, quæ in vigintiunum Archiepiſcopatus, ac centum viginti ſeptem Epiſcopatus dividuntur, lib. 1. cap. 4. nu. 93.
Regularibus, etiam Clauſtralibus Papa reſervat penſiones, lib. 1. ca. 5. nu. 234.
Formula hujus reſervationis proponitur, nu. 335.
Regularis Eccleſia erigitur à Papa in Collegiatam ſæcularem, lib. 2. cap. 9. nu. 4.
Et proponitur caſus erectionis, nu. 10.
Religioſi, lato ſumpto vocabulo, Clerici appellantur, lib. 1. cap. 5. num. 225.
Remoto uno obſtaculo, non cenſetur alterum remotum, non facta illius mentione, lib. 2. c. 5. nu. 206.
Requiſita, ubi plura ſimul requiruntur, uno deficiente, nil dicitur actum; lib. 1. c. 1. n. 23.
Renunciare poteſt beneficio accuſatus de crimine ante ſubſequutam privationem per tres ſententias conformes lib. 5. cap. 1 n 8.
Renuncians Beneficio cum penſione ea intentione, ut illa extinguatur, non committit ſimoniam, lib. 5. cap. 4. nu. 7.
Vide cauſas, & rationes, necnon Rotæ deciſionem, nu. 9.
Proponitur formula ſupplicationis, nu. 8.
Res de facili ad ſuam primævam naturam revertitur lib. 1. c. 6. n. 306.
Rebus Eccleſiæ, in gubernandis, quantò ſunt plures, tantò plura videntur, lib. 1. c. 13. n. 52.
Res tota judicatur ex præſentaneo ſtatu lib 1. c. 2. n. 63.
Res faciliùs renaſcitur, à principio naſcitur lib. 2. cap. 2. n. 32.
Reſcriptum, ratione unius horæ, poteſt dici poſterius, libr. 1. cap. 5. num. 128.
Reſervatio menſium non capit ſimplicem deputationem Sacerdotis ad celebrandum miſſas, lib. 1. c. 2. n. 27.
Reſervatio facultatis apponendi novas conditiones, poſt erectionem beneficii, eſt prorogatio perfectæ fundationis, & conditio ſuſpenſiva, lib. 2. cap. 10. ſl 2. n. 151.
Reſervatio favorabilis includit etiam beneficia noviter erecta, lib. 2. cap. 15. nu. 158.
Reſervatio penſionis ſine expreſſione alterius antiquæ, eſt nulla, lib. 5. cap. 1 nu. 47.
Ampliatur, etiam ſi antiqua penſio ſit perpetua, &c. cum non ſit facta ejus mentio.
Reſervatio beneficii vacantis apud Sedem fortior omnibus aliis, lib. 5 cap. 1. nu. 58.
Accidit hoc, quia Summus Pontifex habet hæc in majori conſideratione deſtinata ſuis familiaribus.
Reſervatio ſpecialis, clauſula *ſpecialiter*, eſt illa quæ ſit de certo corpore beneficii, &c. lib. 5. c. 1. nu. 70.
Reſervatio generalis per clauſulam, *vel generaliter*, quæ non eſt de certis beneficiis in communi.
Sive eſt illa, quæ continetur in regula reſervatoria Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ ve inſerta eſt in corpore juris, nu. 71.
Vid. quid ſit reſervatio in materia beneficii Eccleſiaſtici, & quomodo differant, *affectum*, & reſervatum, no. 72.
Reſervatio penſionis ſuper fructibus Beneficii Eccleſiaſtici quare odioſa, lib. 5. cap. 5. n 1.
Eidem translatio odioſiſſima, & quare, nu. 2.
Reſcripti præſentatio probatur per teſtes, quæ probatio eximit à neceſſitate regiſtrationis, ac inſertionis, lib. 5. cap. 6. no. 46.
Reſidere tenentur Canonici Collegiatæ, etiam non inſignis, libr. 2. cap. 14. nu. 37.
Secus in Collegiata rurali, & quomodo id intelligatur, nu. 38.
Reſignatione beneficii, inducitur amiſſio tituli, ac poſſeſſionis, lib. 2. cap 1. nu. 24.
Reſignans beneficium per ingreſſum in Religionem, emiſſa profeſſione, ſi ex aliqua cauſa exierit, non redit ad priorem poſſeſſionem, lib. 5 cap. 1. n. 3.
Reſignans debet probare poſſeſſionem per quinque annos, vel ſaltem tres, lib. 5. c. 1. n. 14.
Reſignans debet exprimere tempus poſſeſſionis beneficii potiſſimè reſidentialis, aliàs non admittitur reſignatio lib. 5. c. 1. n. 11.
Reſignans itidem per Datariam rejicitur, ſi tempus poſſeſſionis ſit breve, eodem nu.
Reſignans tandem admittitur, his non obſtantibus, ſi reſignet abſque penſione, eod. nu.
Reſignans intra triennium non rejicitur à Dataria, circa reſignationem, ſed inhabilitatur ad alias conſequendas, lib. 5. cap. 1. n. 18.
Quare hoc decreto ita conſultum ſit eod. num. nè potiſſimum deteriorentur Eccleſiæ.
Reſignationum prædictarum ſtylus viget in Curia, dum fiunt in manibus Papæ, ſecus quæ coram Ordinariis, nu. 20.
Reſignationes intra triennium non obſtante juramento poſſunt pluribus ex cauſis eſſe validæ, lib. 5. c. 1. nu. 24.
Datur nova proviſio attento decreto inhabilitatis, eod. nu. 24.
Reſignans debet ſupplicare pro reſervatione penſionis, & reſignatarius pro admiſſione, ac proviſione, lib. 5. ca. 1. n. 50.
Reſignans, & reſignatarius poſſunt ſibi conſtituere plures terminos, ultra duos conſuetos, & ſtatutos à Dataria, lib. 5. c. 7. n 29.
Reſignare quis non poteſt beneficium ad favorem, ad quod habet jus ad rem tantùm, lib. 5. c. 1. n. 42.
Reſignari non poteſt beneficium, ad cujus titulum quis promotus fuit ad ordines, debetque fieri mentio, lib. 5. c. 1. nu 43.
Adverte hoc non procedere in privationibus, & renunciationibus à jure inductis, nu. 44.
Reſignanti parochialem Eccleſiam, cujus fructus, &c. ſunt incapaces ſuccurritur, per decretum in calce ſupplicationis, quòd datur, lib. cap. 1. nu. 29.
Vid. qui graventur ſubminiſtrare alimenta.
Reſignatio in dubio ſemper præſumitur facta, & admiſſa cum cauſa; quæ etiam exprimitur, lib 5 cap. 1 nu. 7.
Reſignantis ex parte, cauſa eſt ut plurimum affecti.
Reſignatio quamvis nullam habeat expreſſam cauſam, in manibus Papæ qui diſpenſat cum poſitivo, eſt valida, lib. 2. cap. 1. n. 10.
Reſignatio beneficii facta ab accuſato lite pendente limitatur per decretum contrarium.
Quid dupliciter ſolet obtineri.
Reſignatio prædicta limitatur quoque criminoſo, ipſo jure privato beneficio.
Reſignatio beneficii *ex nunc pro tunc*, vel *prout reſignat de præſenti*, non requirit expreſſionem menſis, quo illa fit, lib. 5. c. 1. n 49.
Reſignatio ad favorem affinium, vel conſanguineorum in manibus Ordinariorum prohibetur per Conſtitutionem Pii V. quæ datur, lib. 5 c 1. n. 50.
Reſignatio facta coram teſtibus, etiam ſine notario admittitur à Papa, nu. 55.
Reſignatio beneficii litigioſi ſine expreſſione clauſulæ, etiamſi beneficium ſit litigioſum, lib 5. c 1. n 73.
Vid quare extracta ſit iſta clauſula.
Ampl. Etiamſi gratia ſit nulla ex defectu Impetrantis.
Ac etiamſi contigerit vacatio in menſe ordinario Epiſcopi.
Reſignatione ex juſta cauſa detracta nulla, recurritur ad Pontificem daturq; modus recurſus, lib. 5 c. 1. nu. 3.
Reſignationes quę intra triennium prætenduntur prǽſupponunt fraudem, ac illicitas negotiationes, lib. 5. c. 1 nu. 20.
Reſignationis beneficiorum formula enunciatur tract. 8. q 7 n. 138. & ſeq ac per tot. Paril. & commendatur abunda eruditio ac diſtinctio, lib. 5. c. 1 n. p in exordio.
Reſignationis ad favorem, itidemque ſupplicationis de more habetur

betur formula extenſa, lib. 5. cap. 1. nu. 12.
Reſignationis beneficiis ad favorem ſupplicatio reformata eſt à Gregorio XIII. lib. 5. cap. 1. nu. 50.
Vid. cauſas, ac rationes, verbaque quæ ſunt ſublata, & quæ addita.
Reſignatarius habet abſolutè beneficium à Papa, ſi vacet per reſignationem ab eo admiſſam, lib. 5. cap. 6. nu. 3.
Reſtitutio non operatur illud, de quo non loquitur, libr. 1. capit. 5. num. 207.
Reſtitutio, adverſus lapſum temporis ad præſentandum, non datur, lib. 4. cap. 2. nu. 72.
Revalidatio quoad unum defectum non extenditur, quoad alium non expreſſum, lib. 3. cap. 5. nu. 305.
Revalidatio reſervationis penſionis, ob defectum Clericatus, petenda eſt in ſpecie, nu. 201.
Revocatoria ſuturorum, non comprehendit futurum, habens dependentiam à præterito, lib. 3. c. 15. nu. 36.
Rex Hiſpaniarum diſponit de quampluſimus beneficiis in ſuis Regnis, lib. 1. c. 4. n. 84.
Rex Franciæ in ſuo Regno dicitur Ordinarius Collator, n. 85.
Rex Angliarum, & Hungariæ, etiam conferunt beneficia in ſuis Regnis, nu. 86.
Rex Hiſpaniarum ex privilegio confert beneficia, & in illis inſtituit, atque alia præſentatione, quæ ſui juriſpatronatus, numer. 87.
Regibus conferentibus beneficia Eccleſiaſtica ſine privilegio, non ſuffragatur aliqua conſuetudo, ſeu præſcriptio, nu. 91.
Rex Francorum eſt Canonicus in Eccleſia Sancti Hilarii Pictavienſis, lib. 1. c. 5. n. 139.
Romana Curia, omnium Curiarum Magiſtra, lib. 2. capit. 26. num. 45.
Rotæ Auditor, Epiſcopus effectus, Locumtenens vocatur, libr. 3. cap. 8. num. 36.

S

SAcerdos proximior ex fundatione præſentandus, ſi non reperiatur, quis poſſit præſentari, lib. 2. cap. 10. il 3. n. 140.
Sacerdotis deputatio, qui celebret, requirit Sacerdotium actu, & refertur deciſio Rotæ, lib. 2. c. 10. il 2. nu. 116.
Sacerdotii qualitas in fundatione non tollitur per Epiſcopum, etiam de conſenſu patroni, nu. 119.
Sacerdotii qualitas in fundatione, quomodo neceſſaria tempore præſentationis, nu. 149.
Sacerdotii qualitas in fundatione, quomodo declarata per Sacr. Congreg. num. 152.
Scholaris qualitas exprimitur ad differentiam Clericatus, lib. 1. c. 5. nu. 199.
Scrutinio publicato, ſi moriantur omnes Canonici corruente tecto, ſubſtituti tenentur eundem eligere, cui eſt jus quæſitum & quarè, lib. 2. cap. 12. n. 42.
Scutum auri in auro octo ſtamparum, quantum valeat, libr. 2. cap. 13. nu. 9.
Sede Epiſcopali vacante, poteſt Capitulum ſtatuere ſuper ſtatu Eccleſiæ ſicut Epiſcopus, lib. 2. cap. 15. n. 122.
Et quomodo poſſit ſtatutum facere contrarium alteri ſtatuto Epiſcopi, nu. 123.
Sede Epiſcopali vacante, beneficiorum collatio ſpectat ad Papam, lib. 3. c. 6. n. 1. & 50.
Sedis Epiſcopalis vacatio, quouſque duret, nu. 52.
Sede Apoſtolica vacante, beneficia reſervata conferuntur ab Ordinario, donec Papa faciat novas regulas Cancellariæ, nu. 56.
Et quomodo hoc intelligatur, nu. 57.
Semel ipſo jure perdita, non quæruntur ipſo jure, lib. 2. c. 16. n. 22.
Semel probatum, quando non ſit denuò probandum, lib. 4. cap. 4. num. 3.
Semicanonicatus duo in Eccleſia Meten. conferuntur in titulum, lib. 1. c. 3. nu. 77.
Seminarii Eccleſiaſtici puerorum erectio, non ſervata forma Concilii Tridentini, eſt nulla lib. 4. c. 8. nu. 1.
Seminario non dum erecto Papa unit Beneficia Eccleſiaſtica, nu. 2.
Seminarii erectio, ſub qua forma petitur à Papa, nu. 3.
Seminarium Papa erigit, cum unione beneficiorum, unico contextu, nu. 4.
Seminario, ſub qua formula ſit ab Epiſcopo unio beneficiorum, num. 5.
Seminarii taxæ tenentur contribuere etiam S. R. E. Cardinales, lib. 4. cap. 8. n. 10.
Seminario tenentur Hoſpitalia contribuere pro rata fructuum beneficii illi annexi, nu. 12.
Necnon penſionarii, nu. 13.
Etiam de penſionibus reſervatis ante erectionem Seminarii, n. 14.
Et quænam ratio circa hoc ſit ineunda, n. 15.
Seminario non ſolvitur taxa ex diſtributionibus quotidianis, lib. 4. cap. 8. nu. 16.
Quinam contribuere non teneantur, nu. 17.
Seminario, taxam ſolvere recuſans, quomodo compellatur, nu. 18.
Seminario non poteſt Epiſcopus unire Dignitatem, aut Canonicatum, num. 21.
Sed à Papa uniri ſolent, & afferuntur exempla, nu. 22.
Seminario uniri non poſſunt beneficia curata, neque habitu tantum, num. 23.
Seminarii quatuor Deputatorum electio fieri poteſt, etiam extra Synodum, lib. 4. c. 8. nu. 28.
Seminario nondum erecto, an fieri poſſint applicatio taxæ, & unio beneficiorum, nu. 32.
Et reſolvitur negativè, cum exemplis, & declarationibus Sacræ Congregationis, & Rotæ deciſionibus, nu. 33.
Seminarii Collegium dici non poteſt ante introductionem puerorum: & refertur optima Rotæ deciſio, nu. 34. & 36.
Seminarium non dicitur erectum exemptione Domus pro eo, & creatione Deputatorum, lib. 4. c. 8. nu. 35.
Seminario legitimè erecto, facta unio beneficii an expiret, deficientibus poſtea Scholaribus, nu. 37.
Seminario quomodo poſſit Epiſcopus unire beneficia reſervata, juxta mentem Concilii Tridentini, nu. 38.
Seminario, an poſſint uniri beneficia, per Epiſcopum obtenta ante ſuam promotionem, nu. 45.
Sepulchra, & Capellæ quomodo vendi, ſeu concedi poſſint, lib. 4. c. 5. nu. 49.
Sepultura gratis præſtanda defunctis, nu. 59.
Signatura perficitur in Data, non autem in ſimplici appoſitione manus Papæ, lib. 3. c. 8. n. 48.
Signatura Papæ incipit operari à die Datæ, nu. 46.
Simonia frequentius committitur in tranſlatione juriſpatronatus, per venditorem Univerſitatis, lib. 4. cap. 5. n. 31.
Simonia committitur, tam in accipienda pecunia, quam in illius promiſſione, nu. 51.
Necnon pro remiſſione alicuius debiti per præſentatum, n. 52.
Simonia non committitur in Capellaniis erectis ſine conſenſu Ordinarii, nu. 57.
Simonia committitur in beneficiis manualibus, ſicut in cæteris beneficiis, li. 1. c. 6. n. 286.
Simonia non committitur à renunciante Beneficio cum penſione, animo ductus extinctionis, li. 5. c. 4. n. 7.
Simoniaca eſt renunciatio beneficii, ſeu litis pro pecunia, li. 4. c. 5. num. 58.
Singularis loquutio non extenditur ad pluralitatem, li. 2. cap. 24. num. 122.
Synodum congregandi, eſt ius Epiſcopale, li. 3. c. 3. n. 8.
Solemnitas etiam non enunciata præſumitur, quando agitur dè gravi præiudicio alterius, li. 2. c. 8. n. 45.
Solemnitates ita requiruntur in unione, ſicut in alienatione, libr. 2. cap. 15. nu. 73.
Solitum inducitur ex unico actu, lib. 2. c. 6. n. 24.
Solitum, & conſuetum differunt inter ſe, & in quo, n. 28.
Solutio fructuum facienda poſſeſſori putativo, non autem proprietario, qui caret poſſeſſione, li. 1. c. 6. n. 372.
Spiritualia, non occupant locum, lib. 4. c. 1. nu. 13.
Sponſa una duos ſponſos habere non poteſt, lib. 2. c. 7. n. 4. & li. 2. c. 8. nu. 58.
Status ultimus beneficii attenditur in dubio: ſecus verò quando conſtat de anteriori, li. 1. c. 2. n. 31.
Status beneficii duplici modo deprehenditur, nempè per veram, aut præſumptam probationem, lib. 1. c. 6. n. 316.
Statum tribuit beneficio de ſæculari in regularem, & è contra, curſus quadraginta annorum, nu. 324.
Statum beneficii regularis, in ſecularem, & contra poteſt Epiſcopus mutare, n. 325.
Status regularitatis quomodo requirat præſcriptionem 40. annorum, n. 326.
Statutis patronorum Eccleſiaſticorum Papa derogat cum clauſula, *non obſtantibus*, lib. 2. c. 12. n. 53.
Statutum Eccleſiæ non obſtat proviſionibus Apoſtolicis, n. 126.
Statuti Eccleſiæ iurati, vel confirmati, eſt mentio facienda in ſupplicatione, nu. 129.
Statuti particularis derogatio, quandoque à Papa denegatur, numer. 130.
Statuta iuri contraria confirmantur à Sede Apoſtolica, lib. 2. cap. 15. n. 125.
Statuta facta per Capitulum, & Canonicos eatenus ligant, quatenus ſint in uſu, nu. 143.
Statutum, ut liget, debet eſſe uſu receptum, n. 145.
Statuta ſemper habent tacitam conditionem, dummodo uſu recipiantur, nu. 146.
Et contrarius non uſus probatur eo ipſo, quod non probatur uſus, num. 147.
Statuti uſus non probatur, ſi illud fuit receptum per paucas vices, & quare, lib. 2. c. 15. n. 148.
Statutum, ut liget, debet eſſe publicatum, & uſu receptum, n. 149.
Statutum imperfectum non ligat, nu. 150.

Index Rerum, & Sententiarum.

Statutum, quo Canonicis permittitur abſentia quatuor menſium, non eſt ſublatum, ſi eſt ab Apoſtolica Sede confirmatum, nu. 152.

Statutum contra jus commune, & Concilii Tridentini decreta, ſi allegetur confirmatum a Sede Apoſtolica, intelligitur de confirmatione ex certa ſcientia, nu. 155.

Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredes, non habet locum in ſpiritualibus, lib. 4 cap. 4. nu. 18.

Superiorum in manibus ſunt reſignanda Beneficia Eccleſiaſtica, lib. 5. c. 1. nu. 45.

Supplicatio ſignata ſuper Dignitate obtenta, retinetur in Dataria, donec ibi exhibeatur teſtimonium emiſſionis profeſſionis, fidei, lib. 2. c. 16 nu. 4.

Necnon fides idoneitatis, ac de vita, & moribus Oratoris, nu. 5.

Supplicatio ſignata, non tamen regiſtrata, poteſt lacerari, lib. 3. ca. 5. num 25.

Supplicatio, præſumitur per Papam ſignata, tempore Datæ, lib. 3. c. 8. nu. 47.

Supplicatio Beneficii intra Eccleſiam Cathedralem debet habere expreſſum nomen Sancti beneficii, lib. 5. c. 1. n. 2.

Supplicatio pro reſignatione Eccleſiæ parochialis debet habere expreſſum tempus poſſeſſionis, quantitatis penſionis, & qualitatis, accipiendorum per Rectorem 100. ducat. liberorum, lib. 5. cap. 2. num. 13.

Declaratur melius §. ſequent. Vſus Datariæ Apoſtolicæ.

Supplicatio pro reſignatione beneficii ad favorem reformata eſt à tempore Gregorii XIII. lib. 5. cap. 1. nu. 50.

Debetque exprimi locus, unde eſt reſignatarius.

Vid. uſum Datariæ, & admiſſionem alternativæ.

Supplicationes beneficiales, quandoque per Officiales Datariæ Apoſtolicæ reiiciuntur, lib. 1. c. 1. n. 8.

Supplicatione ſignata, cum commiſſione in forma *Dignum*, non vacat beneficium per obitum Oratoris, lib. 3. c. 5. nu. 26.

Supplicationem habens, etiam regiſtratam, non tamen in forma gratioſa, non dicitur habere jus in re, ſed tantummodò ad rem, num. 29.

Supplicationis formula conſueta in reſignatione beneficiorum Eccleſiaſticorum extenditur, ac proponitur, lib. 5. cap. 1. nu. 1.

Supplicationis formula datur impetrandi Beneficium per devolutionem, lib. 5. c. 1. nu. 65.

Supplicationibus reſignationum non eſt neceſſariò apponenda clauſula, *certis ex cauſis*, *&c.* lib. 5. cap 1. nu. 6.

Supplicationum Apoſtolicarum correctio, poſtquàm ſunt regiſtratæ, ad ſolum Datarium pertinet, lib. 3. cap 8. nu. 25.

Supprimendi Beneficia Eccleſiaſtica, legitima cauſa eſt diminutio redituum, lib. 2. c. 8 n. 34.

Hæc tamen diminutio, quomodo accipienda, nu. 35.

Supprimendi facultatem non habet inferior, habens jura Epiſcopalia, num. 73.

Habet tamen Epiſcopus in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, non autem in aliis Eccleſiis, n. 76.

Suppreſſio beneficiorum Eccleſiaſticorum, frequentiſſima in Romana Curia, lib. 2. c. 8 n. 1.

Suppreſſio, extinctio, & diſmembratio, valdè differunt ab unionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus, nu. 6.

Suppreſſio, nunquam fieri debet, niſi Eccleſiæ fructus probentur diminuti, nu. 11.

Licet quandoque fiat ad aliud effectum, nu. 12.

Suppreſſio debet fieri ex neceſſitate, aut utilitate Eccleſiæ, nu. 13.

Suppreſſio duorum Canonicatuum, ob honorem, & decorem Eccleſiæ, valida, lib 2 c. 8. n. 15.

Suppreſſio facta per Epiſcopum, de Canonicatu, cujus fructus deputavit ad fabricam Eccleſiæ, valida, nu. 16.

Suppreſſione extinguitur beneficium, & deſinit eſſe tale, nu. 18.

Suppreſſio, quando fieri poſſit ab Epiſcopo, cum conſenſu tamen Capituli, nu. 19.

Suppreſſiones, & extinctiones, quomodo annullari poſſint, nu. 20.

Et proponitur caſus annullationis, nu. 21.

Suppreſſionis beneficii cauſa, eſt ſolemniter probanda, nu. 22. & 33.

Nec creditur Epiſcopo, illam enuncianti, nu. 23.

Nam, quæ ſine cauſa fieri nequeunt, in iis non creditur gerenti actum, circa interventum cauſæ, nu. 24.

Suppreſſio Canonicatuum Eccleſiæ Collegiatæ, requirit etiam conſenſum Capituli Cathedralis, ex declaratione Sacræ Congregationis, lib. 2. c. 8 n. 25.

Alias erit nulla ipſo jure, nu. 26.

Et de utroque conſenſu debet legitimè conſtare, quia non ſufficit enunciativa Epiſcopi, n. 27.

Suppreſſio facta a Papa, non eget conſenſu Capituli, nu. 29.

Suppreſſionis cauſa, quando eſt notoria, non indiget alia probatione, num. 37.

Suppreſſio copulativè requirit cauſam legitimam, & conſenſum Capituli, nu. 40

Alias erit nulla, nu. 41.

Suppreſſio requirit præexiſtentiam ſtatus collativi beneficii, numer. 45. & 47.

Suppreſſio beneficii, ut ſit valida, quid requirat, nu. 54.

Suppreſſionis beneficii defectus, ſolus Papa ſupplet, nu. 55.

Suppreſſio non habet locum, niſi in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, & dummodò unio fiat menſæ, ſeu Maſſæ, nu. 56.

Suppreſſio fieri non poteſt, quando numerus Canonicorum confirmatus eſt à Papa, lib. 2. cap. 8. n. 68.

Sed quomodo id intelligendum, n. 69.

Suppreſſum beneficium ad tempus, quando illud de novo eredetur, num 72.

Et poſſit per Ordinarium ad priſtinum ſtatum reduci, nu. 73.

Suppreſſionis non extinctivæ tituli, virtus, nu. 74.

Suppreſſionis formula, factæ per Epiſcopum, n. 77.

Suppreſſio beneficiorum, requirit conſenſum patronorum, etiam Eccleſiaſticorum, nu. 81

Nec ſufficit conſenſus maioris partis illorum, ſed omnium requiritur, aliàs non valet, nu. 82.

Imò non ſolùm patronorum, ſed omnium exiſtentium in poſſeſſione juris conferendi, nu. 83.

Suppreſſio, & unio, ſi de illarum validitate dubitetur, vel fiunt à principio à Papa, vel ab eodem confirmantur, Ordinaria authoritate factæ, nu. 93.

Et caſus proponitur, ex notab. Cancell. nu. 94.

Suppreſſione beneficiorum, vigore Concilii Tridentini, non poſſunt ab Epiſcopo fieri in menſibus reſervatis, nu. 95.

Supprimere non poteſt Ordinarius beneficia, præterquàm in caſu *Concilii Trident. ſeſſ. 24. cap. 13. de reform.* ſecùs Papa, lib. 2. cap. 8. num. 70.

Supprimere poteſt Epiſcopus, cum conſenſu Capituli, præbendam, Dignitatem, aut officium, & quomodo illius fructus diſtribuat, vel applicet, lib. 2. cap. 8. nu. 91.

Suſtentatio commoda qualis verè dicatur, honeſta ſcilicet, & congrua, lib. 5. c. 1. n. 5.

T

Tempore egemus, ut aliquid maturius agamus, libr. 4. cap. 2. num. 69.

Et quomodo excuſetur patronus, ſi non præſentaverit infra tempus, num. 70.

Temporis curſus facit præſumere ſolemnitates actui à jure requiſita, etiam non enunciatas, lib. 2 c 8. n. 42.

Quatenus lapſus fuerit tempus 30. annorum, n. 43.

Tempus unius anni adſc promovendum ad Presbyteratus ordinem, non intelligitur datum ad complendum ætatem, lib. 3. cap. 7. num. 3.

Tempus, patronis ad præſentandum ad beneficium noviter erectum, an currat à die notitiæ vacationis, lib. 4. c. 1. n. 8.

Et quando currat in erectione facta per Papam, nu. 9.

Tempus, patronis à jure præfixum ad præſentandum, poteſt in fundatione abbreviari, lib. 4. cap. 2. n. 61.

Tempus datum patronis ad præſentandum, poteſt Epiſcopus abbreviare, num. 63.

Tempus quatuor menſium, non currit Regi ad præſentandum, numer. 64.

Nec per illius lapſum devolvitur collatio, nu. 65.

Tempus datum patronis ad præſentandum, poteſt Epiſcopus prorogare etiam ſine cauſa, lib. 4 c. 2 nu. 66.

Tempus datum patronis ad præſentandum, prorogatur quandoque à Papa, nu. 68.

Tempus patrono ad præſentandum, currit à die notitiæ vacationis beneficii, lib. 4 c. 2. nu. 74.

Tempus datum ad præſentandum, an ſit continuum, vel utile, n. 77.

Tempus aliud continuum, aliud utile, nu. 78.

Tempus datum ad præſentandum, computatur per menſes, & menſes per dies, nu. 81

Terminus altus implicat ſimilia, & paria, lib. 5. c. 6. nu. 24.

Teſtamentum impuberis non validatur adveniente pubertate, lib. 5. cap. 5. nu. 104.

Teſtatorem noluiſſe fundare beneficium Eccleſiaſticum, quomodo dignoſcendum, lib. 1. c. 2. nu. 15.

Teſtatoris voluntas, limitatur per juris communis diſpoſitionem, lib. 4. cap. 6. nu. 55.

Theologalis præbendæ inſtitutionis, vide plura ſub verbo præbenda.

Theologalis præbendæ loco, quando diſtributiones quotidianæ applicantur, lib. 2 cap. 5. nu. 13.

Theologalis præbenda, ſi eſſet inſufficiens, poterit Epiſcopus, vacante altera, ambas applicare, nu. 15

Theologalis præbenda, requirit actualem deputationem, ex declaratione Sacræ Congregationis, nu. 6.

Theologalis præbendæ inſtitutionis, ab Ordinario faciendæ, formula, num. 8.

Theologalis, vel Pœnitentiariæ erectio, cum clauſula, *cum primum, Canonicatum, & præbendam vacare contigerit*, quomodo intelligenda, lib. 2. c. 5. nu. 17.

Et pro-

Et proponitur caſus annullatinnis collationis prædictæ præbendæ, num. 18.
Theologo, vel Pænitentiatio, ubi ſunt Canonicatus, & præbendæ, onn poteſt aſſignari aliud beneficium, lib. 2.c.5 nu.16.
Theologo, quodnam decretum detur per Datariam, ſi præter Canonicatum, & præbendam unitos illius officio, aliud incompatibile beneficium obtineat, nu 20.
Theologus idoneus, donec repetiatur, ſuſpendenda eſt collatio Canonicatus pro *Lectore* Sacræ Scripturæ, n. 7.
Titularis debet verificare clauſulam *dummodo centum*, ſi penſionarius agat poſſeſſorio lib.5.c.1.n 40.
Titulus ad ordines, debet eſſe perpetuus, tam ex parte dantis, quam recipientis, lib.1.c.2.nu. 48.
Titulus non datur in beneficio annexo, ſed in principali, lib. 2. cap. 12. num. 84.
Tolerantia non operatur in iis, quæ non ſunt quæſibilia ſine principia conceſſione, lib.1. c. 4. n. 92.
Transferendi penſionem facultas conceditur Cardinalibus aliiſque perſonis ex privilegio, lib.5.c.5.n. 8.
Transferendi penſiones licentia dupliciter conceditur, eſtque ſingularis, & privilegiata, lib.5.c.5.n.9.
Datur ampliſſima, atque recens formula nu. 10.
Transferendi indultum validum, etiamſi penſio fuerit diminuta, lib. 5. cap. 5. nu. 13.
Transferendi facultas quaſcumque penſiones, quaſnam comprehendat, lib. 5.c.5.n 28.
Dantur rationes, & formulæ pro iiſque comprehenduntur.
Transferendi facultas ex clauſula, *cum omnibus*, *& ſingulis facultatibus*, *&c.* Quid operetur in ipſa facultate, lib. 5.c.6 nu 38.
Transferendi facultas intelligitur erga perſonas capaces penſionis, lib.5.c.6.nu. 36.
Transferentibus penſiones extra Curiam ſufficit producere tranſumptum facultate impreſſum, lib.5.c 6.n.50.
Transferens penſionem ad favorem Scholaris, cum clauſula, *cum primum clericali charactere fuerit inſignitus*, percipit interim penſionem, lib.1.c.5.nu. 195.
Translatio penſionis habet ſpeciem hæreditariæ ſucceſſionis, libr. 5. c.5.nu.7.
Translatio penſionis quibus hodie detur, etiam non expeditis litteris reſervationis, lib.5.c.5.n. 14.
Abrogatus uſus quarum dum militiarum gaudentium hoc Indulto.
Talis facultas conceſſa ratione officii durat, durante officio.
Requirit mentionem qualitatis Eccleſiæ, ſuper cujus fructibus eſt reſervata, nu. 15.
Translatio penſionis amplior datur qualificatis perſonis lib.5. cap.5. num. 16.
Translatio data ſuper fructibus quorumcumque beneficiorum comprehendit etiam Cathedralea lib.5.c.5 n.17.
Translatio penſionis latiſſimè conceſſa non requirit mentionem qualitatum expreſſarum in prima reſervatione, lib. 5.cap.5.n.20.
Secus in Iurepatronatus Regis, nu. 21.
Translatio penſionis ſi loquatur de Diæceſano complectitur ſolos Epiſcopos, ſi de quacumque loci ordinario, complectitur omnes juriſdictionem habentes, lib.5.c.5.n.29.
Translatio penſionis fieri nequit niſi in perſonas in indulto expreſſas. nu. 27.
Nec fieri poteſt in laicum cum clauſula, póſtquam fuerit clericali charactere inſignitus, nu. 30.
Translationes penſionum, quæ fiunt in Romana Curia, committuntur etiam Canonicis Collegiatarum inſignium Vrbis, libr. 5.c. 5. num 35.
Translationem factam coram Canonico S. Mariæ in Tranſtyberim Rota validam reputavit, lib.5.c.5.n.34.
Translatio facta coram Prælatis utriuſque ſignaturæ Referendariis, necnon Prothonotarii, etiam extra Vrbem, valida eſt, lib. 5.c. 5. nu 35. & 36.
Enumerantur in dignitate conſtituti huiuſmodi facultatem habentes. Vid. etiam nu. 37.
Translatio penſionis, commiſſa perſonæ in dignitate conſtitutæ intelligitur de quacumque: ſive prima, ſive ſecunda, ſive quavis alia poſt Pontificalem, lib 5.c.5. n 37.
Facta coram aliis quam expreſſis in indulto quavis neceſſitate urgente eſt nulla nu.38.
Quid agendum, ſi in loco translationis non reperiatur aliquis ex Exequutoribus in Indulto contentis, nu. 39.
Notarius poteſt conſtituere procuratorem, & alia remedia quærere, quæ enumerantur.
Translatio penſionis non ſolum in toto, ſed etiam in parte fieri poteſt, non obſtante clauſula, &c. lib.5.c.5. n. 43.
Translatio facta ſub conditione, quatenus contingat transferentem ex illa infirmitate decedere eſt nulla, lib.5.c.5.n.52.
Pariter ſi fiat ſub conditione, poſſit exigi penſio à transferente donec vixerit, nu. 53.
Facta in articulo mortis, & caſibus prædictis, intelligenda eſt, ſervata debita, & conſueta forma, quæ enunciatur, n. 54.
Translatio penſionis, duos implicat actus, unum ſcilicet ex parte transferentis, & alterum ex parte translatarii, li 5. c.6.n. 4.
Translationis forma debet integrè obſervari, alias eſt de facto nulla translatio, lib. 5.ca.6.n.5.
Translatio penſionis quomodo alternativè admittat monetæ qualitatem, lib.5.c.6.n.16.
Non admittitur ultra medietatem valoris fructuum ex nova Conſtit. Vrbani Papæ VIII. cujus integer tenor proponitur, n. 17.
In exceſſu redditur, nulla, nu. 18.
In minima parte nulla non corruit in totum, cum utile per inutile non vitietur, nu. 19.
Translatio penſionis non requirit mentionem de aliis gravaminibus beneficii lib 5 c.6.n. 23
Translatio penſionis cum ſit res novis periculoſa & delicata, expedit inſeri litteras in ipſo inſtrumento, lib.5.c.6.n.47.
Translatio penſionis non requirit litteras Apoſtolicas, ſuper nova illius reſervatione, & quare, lib 5.c 6.n. 53.
Translatio penſionis vallata inſtrumento habet vim reſervationis num. 54.
Translatarii capacitas exprimenda in translatione penſionis, libr. 5. c. 6. nu. 24.
Contingente hujus incapacitate quomodo occurrendum, n. 25.
Translatarius authoritate Papæ ſubrogatur ad quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem, lib.5.c.6.n.39.
Ex pluribus datur ei via exequutiva agendi ad ſolutionem, num. 40.
Translatarius conſequitur penſionem immediatè à Papa, lib. 5. cap. 6.nu. 55.
Et quæ ſint exhibenda Iudici pro ſubſtantia proceſſus exequtivi.
Translationis penſionis indulta conceduntur per Breve, ac in forma gratioſa, lib. 5.c.5.n.11.
Translationis penſionis formæ quomodo implicitè ſatisfiat, libr. 5. cap.6 nu.12.
Translationis penſionis formula inſtrumenti proponitur, lib.5. cap. 6.num. 60.
Translationes penſionum in Laicum non admittit Dataria Apoſtolica, niſi cum clauſula, *ex nunc &c* lib. 1.c. 5. n. 196.
Nec interim translatarius poteſt petere penſionem nu. 197.

V

VAcat beneficium per obitum beneficiati, etiam non adepta illius poſſeſſione, lib.3.c.5.nu.23.
Et quare, num. 24.
Vacatio beneficii non datur in Eccleſia non numerata, & quare numer. 17.
Vacatio beneficii non datur, niſi per obitum habentis ius in re, n. 30.
Vacatio diuturna, Eccleſiis damnoſa, lib 2.c. 11. n. 61.
Vacatio beneficii reſervati, quomodo ſemiplenè, aut plenè probanda, lib.3.c.6.n.48.
Vacatio beneficii, contingens ante obitum Papæ in menſe reſervato, ſi ille tunc de eo non providerit, an provideat Ordinarius, nu.60.
Vacatio beneficii non autem durationis tempus attenditur, ut illud dicatur reſervatum, an non, nu. 82.
Vacatio Beneficii in Curia, eſt quando reſignantur Beneficia in manibus Papæ, vel quando quis privatur beneficio per ſententiam in ipſa Curia latam, lib.5.c.1.n. 59.
Vacatio apud Sedem, eſt, quando beneficium vacat per obitum beneficiati in Romana Curia.
Sunt tamen nonnulli DD. qui inter utramque vacationem non conſtituant differentiam.
Vacatione prima durante beneficii, fit impetratio adhuc per obitum, num. 28.
Vacationis modus præcipuus eſt, per obitum Beneficiati, lib. 3.cap. 5.nu.16.
Et illius ſupplicationis formula duplex proponitur, n. 29.
Vacatione beneficii contingente in menſibus Iunii, & Decembris, collatio ſemper ſpectat ad Ordinarium, lib.3.c.6.nu.2.
Sivè gratia alternativè acceptaverit, ſive, non, n. 3.
Et in illis nulla poteſt conſiderari reſervatio, & quare, n. 4.
Valor beneficii, quare exprimendus ſecundum communem extimationem, lib.3.c.7.n.31.
Valor plurium beneficiorum, inſimul exprimendus in collatione Apoſtolica, non autem ſeparatè, nu. 25.
Valor ducator, centum reſervat, pro penſione eſt accipiendus juxta morem cujuſque regionis, lib. 5.c.1. nu. 54.
Valor ducati Romani eſt decem carolenorum.
Valor ducat. centum detrahitur ex fructibus certis, non autem in certis.
Valor ducator. centum eſt intelligendus ſine ullo gravamine, eſtque juſtificanda Clauſula *dummodo* deductis oneribus, nu. 3.
Valoris beneficii expreſſio requiritur in collationibus, Apoſtolicis, ibidem, n. 23.
Et quarè, nu 25. & 27.
Necnon in collationibus Legatorum à latere, n. 24.
Non autem in collationibus Ordinarii, & quare. nu. 26.
Valoris qualitas decem florenorum Reg. 4. intelligenda de Dignitatibus

bus Principalibus in Collegiatis, lib. 2. cap. 13. nu. 16.
Valoris beneficii expreſſio, quæ fit per non exceſſum, non iuſtificatur per probationem de aſſenſu, lib. 3. c. 7. nu. 33.
Valoris beneficii expreſſio habet vim conditionis, lib. 5. cap. 6. n. 20.
Variatio facta privatè, præſentando alium, eſt nulla, & quare, lib. 4. cap 2. nu. 36.
Venditio cuiuſcunque rei univerſalis, quomodo cenſeatur facta, lib. 4. cap. 5 nu. 32.
Venditio univerſitatis, licet Simoniaca, reſpectu iuriſpatronatus, an teneat, num. 40.
Venter non debet pendere ab incerto; quia non patitur dilationem, lib. 3. c. 9. nu. 24.
Verba, *ſufficere*, quod reſpiciat actum præſentationis ad beneficium, licet non ſit negativè concepta, quod hic declaratur, lib. 2. cap. 10. *il* 2. nu. 109.
Verba, *eligatur Sacerdos pro Miſſa celebranda*, reſpiciunt ipſam præſentationem, nu. 118.
Verba intelligenda ſecundum qualitatem proferentis, nu. 124.
Verba, *vacaverit*, *& vacet ad præſens*, quare appoſita in ſupplicatione beneficii vacantis per obitum, lib. 3. cap. 6. n. 79.
Verba, *videri, cenſeri, credi*, & ſimilia denotat fictionem, & improprietatem, lib. 2. c. 15. nu. 135.
Verba Concilii Tridentini, quod non emittenti profeſſionem fidei, poſſeſſio non ſuffragetur, quomodo intelligenda, li. 2. c. 16. n. 25.
Verbum, *teneatur*, eſt neceſſitatis, & præcepti, nu. 36
Verbum *Redditus*, quomodo intelligendum, lib. 3. c. 7. n. 29.
Et quomodo verbum, *proventus*, n 30.
Verbum *ad nutum*, quomodo accipitur, lib. 1. c. 6 n. 270.
Verbum, *voluntas*, quid importet, num. 272.
Verbum, *conſuevit*, requirit plures actus, qui verificantur in duobus, lib. 2. c. 6. n. 23.
Verbum, *Presbyter*, prolatum à fundatore, ſtante obſervantia, poteſt etiam convenire Clericorum minorum ordinum, lib. 2. c. 10. *il* 2. num 128.
Verbum providere, quod eſt generalius, ac amplius quàm conferre quid importet, & denotet, lib. 5. c. 1 nu. 79.
Veritas præfertur communi reputationi, lib. 1. cap 5. nu 167.
Veritas ante completum negotium declarata, præfertur opinioni, quæ non attenditur in præiudicium veri concurrentis, lib. 1. ca. 6. num. 357.
Vexationem redimendi materia nimis periculoſa, ſine beneplacito Apoſtolico, lib. 4. c. 5. n. 60.
Vexationem redimere in beneficialibus, quomodo liceat, ſine incurſu Simoniæ, nu. 59.
Vicariæ perpetuæ, in quibus æquiparantur Parochialibus, lib. 3. ca. 9. num. 1.
Vicaria una perpetua, vacat ipſo iure per aſſequutionem alterius, num. 2.
Vicaria perpetua poteſt ad favorem renunciari, nu. 4.
Vicaria perpetua non datur, quando Parochialis habet Rectorem, lib. 3 cap. 9 nu. 8.
Vicariæ perpetuæ, ſunt beneficia de per ſe, n. 12.
Vicariæ duæ perpetuæ, incompatibiles, nu. 14.
Vicaria temporalis non requirit collationem, aut inſtitutionem, lib. 3. cap. 9. nu. 28.
Vicariæ amovibiles non ſunt tituli beneficiales, neque impetrabiles, nu. 29.
vicariæ ultimus ſtatus perpetuitatis, non attenditur, niſi ſpatio 40. annorum, nu 30.
vicariæ erectio, conceditur quandoque ad partem, & quomodo quandoque à primæva erectione, nu 31.
Vicariæ perpetuæ erectionis formula cum proviſione proponitur, num. 32.
Vicariæ perpetuæ, erectæ in Parochiali Eccleſia Terræ Procitæ Neap. Diæceſi tenor proponitur, nu. 35
Vicariæ perpetuæ vacantes in menſibus reſervatis, an etiam comprehendantur in Conſtitutione Pii V. de portione aſſignanda Vicariis perpetuis. Et reſolvitur negativè, lib. 3. c. 9. n. 42.
Vicaria perpetua, an provideatur per concurſum. Et concluditur negativè, nu. 45.
Vicariæ perpetuæ nulla eſt proviſio per concurſum, ubi ille non eſt adhibendus, nu. 46.
Vicarii deputatio ad Parochialem Eccleſiam vacantem, non eſt de forma, quando collatio ſpectat ad Papam, lib. 3. cap. 3. nu 12.
Secùs ſi ad Epiſcopum, ſive alium Inferiorem Collatorem, nu. 13.
Vicarii deputationis forma, ad Parochialem Eccleſiam vacantem, num. 14.
Et quænam congrua portio eidem vicario aſſignanda, nu. 15.
Non poſſunt aſſignari omnes fructus Eccleſiæ vacantis, nu. 16.
Vicarii perpetui, quando conſtituendi per Epiſcopum, li. 3. c. 9. n. 5.
Vicarii temporales non conſtituendi per Epiſcopum, quando verò ſecùs, nu. 6.
Vicarii perpetui, quinam dicantur, nu. 10.
Vicarii perpetui, ſive Rectoria nomina, ſunt Synonyma, nu. 13.
Vicarii amovibiles hodie conſtitui non poſſunt, lib. 3. c. 9. n. 16.
vicarii perpetui, conſtituendi per Ordinarios, etiam ſi in litteris unionis dicatur, quod Eccleſiæ poſſit deſerviri per Vicarios amovibeles, n. 17.
Quod tamen intelligitur de unionibus ante Concilium, nu. 18.
Vicarii perpetui, conſtituendi per Epiſcopum in viſitatione, nu. 19.
Et ex iuſta cauſa, aliàs à perpetuitate appellatur, nu. 20.
Vicariis perpetuis, quænam portio aſſignanda, lib. 3 c. 9. nu. 21.
Conſtitutionis Pii V. tenor, de hac re proponitur, nu. 22.
Et quomodo illa intelligenda, circa emolumenta incerta pro Vicario, nu 23. & 26.
vicarii perpetui non inſtituendi ab Epiſcopo, niſi vicaria formaliter erecta, nu. 27.
vicario perpetuo mortuo, Eccleſia dicitur vacare per illius obitum, lib. 3. c. 9. n. 11.
Vicario perpetuo in aſſignanda portione, quæ conſideranda, nu. 25.
Vicarius conſtituendus Parochiali Eccleſiæ, quocumque modo illa vacet, lib. 3. c. 3. n. 17.
Et ſemel conſtitutus non poteſt removeri, & quare, nu. 18.
Vicarius deputatus ad Parochialem Eccleſiam vacantem, ſi concurrat, quomodo ante collationem poſſit bona prædictæ Eccleſiæ adminiſtrare, nu. 21.
Vicarius perpetuus non poteſt removeri, etiam ſi principalis Rector moriatur, & quare, lib. 3. cap. 9. nu. 3.
Vicarius perpetuus dicitur Rector curæ animarum, licèt non ſit Rector Eccleſiæ, lib. 3. c. 9 nu. 15.
Vltimus ſtatus non prodeſt, quando conſtat de legitimo ſtatu præcedente, lib. 1. c. 2. nu. 61.
Vltimus ſtatus beneficii probatur ex unica collatione, lib 2. c. 8. n. 51
Si ſtatus antecedens non probetur contrarius ultimo ſtatui, n. 52.
Et in dubio attenditur ultimus ſtatus, ſecùs quando conſtat de veritate in contrarium, n. 53.
Vltimus ſtatus collativus beneficii, quid operetur, lib. 1. c. 6. n. 293.
Vltimus ſtatus in beneficialibus, pluribus effectibus deſervit, n. 310.
Et conſideratur tempore vacationis, ſeu impetrationis beneficii, num. 311.
Vltimus ſtatus indicat, eundem ſtatum fuiſſe in præteritum, nu. 313.
Vltimus ſtatus, non conſtito de contrario, inducit præſumptionem ſimilis de præterito, n. 314.
Vltimus ſtatus ſufficit pro iuſtificanda gratia nu. 318.
Et intelligitur, dummodo fuerit ſortitus effectum, n. 319.
Vltimus ſtatus declaratur per plures regulas, li. 1. c. 6. n. 320.
Vltimo ſtatu in iudicando, attenditur quis ſit in poſſeſſione conferendi, nu. 335.
Vltimus ſtatus, quomodo attendatur pro ſuſtinenda collatione beneficii, nu. 349.
Vltimus ſtatus ſuffragatur, etiam contra proviſum Apoſtolicum, num. 361.
Vltimus ſtatus non attenditur, quando conſtat de anteriore, & ſic de veritate in contrarium, n. 362.
Vnio beneficii manualis non valet, ſi Papæ non fuit expreſſa manualitas, lib. 1. c. 6. n. 295.
Vnio extinguit titulum beneficii, nu. 363.
Vnio, cui Seminario fiat, etiam de reſervatis, lib. 2. c 5. nu. 53.
Vnio fieri non poteſt ſine cauſa, & illius cognitione, nu. 56.
Vnio præbendæ pro Pænitentiario, præſervatur, à regula revocatoria, etiam ex declarationibus Sacræ Congregationis, nu. 27.
Vnio cum materia ſuppreſſionis, fraternizat in requiſitis neceſſariis, lib. 2. c. 8. nu 28.
Vnio fieri non poteſt, niſi diſtributivè, non autem menſæ Capitulari, ſi fiat per Ordinarium; ſecùs verò ſi per Papam, li. 2. c. 8. n. 57.
Vnio facta menſæ Capitulari Neapolitanæ, per ſuppreſſionem Monaſterii S. Mariæ Angelorum, nu. 67.
Vnio facienda, de beneficium, non autem de beneficio ad non beneficium, nu. 79.
Et proponitur caſus ex notab. Canceil. nu. 80.
Vnio facta ab Epiſcopo Caven. menſæ Capitulari, declarata nulla per Sacram Congregationem Concilii, lib 2. cap. 8. nu. 89.
Quia Concilium non dat facultatem uniendi menſæ Capitulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum Capitularium, nu. 90.
Vnio, licèt acceſſoriè facta, quando non extinguat titulum, lib. 2. c. 13 num. 27.
Vnio ad vitam, non extinguit titulum, ſed habet vim diſpenſationis, num. 28.
Et reſpicit potius favorem perſonarum, quàm Eccleſiarum, nu. 29.
Vnio beneficiorum Maſſæ Capituli Collegiatæ, donec ſortitur effectum, Communitas, ſeù Vniverſitas ſpondet neceſſaria, lib. 2. cap. 15. nu. 17.
Et quod decretum erectionis adiiciatur circa hoc, per Datariam num. 18.
Vnio facta pro erectione beneficii, dicitur pro augmento cultus divini, nu. 27.
Et tunc, nec unio, nec diſmembratio ſubiacet regulæ revocatoriæ, num. 28.
Vnio beneficii, ut dicatur ſortita effectum, quomodo intelligenda, li 2. c. 15. nu. 31.

Eſſe

Effectuata in uno beneficio cenſetur effectuata quoad reliqua, lib. 2. cap. 15. nu. 32.
Vnio beneficii, an debeat fieri Collegiatæ, ante, vel poſt illius erectionem, nu. 34.
Vnio ſequitur erectionem, tanquàm illius acceſſorium, num. 41.
Vnio facta propter paupertatem Eccleſiæ, excreſcentibus fructibus, diſſolvitur, nu. 45.
Vnio, ex quibus cauſis fieri poteſt, item, & diſſolvi, lib. 2. c. 15. n. 46.
Nihil tàm naturale, quàm diſſolvere eo genere, quo ligatum eſt, num. 47.
Qui poteſt condemnare, poteſt abſolvere, nu. 48.
Qui poteſt inſtituere, poteſt deſtituere, nu. 49.
Vnio beneficii facta per Ordinarium, illiuſque diſſolutio requirunt cauſam, & conſenſum Capituli, lib. 2. cap. 15. nu. 55.
Vnio revocatur, ſi fuerit facta ex cauſa voluptatis, aut utilitatis, vel commodioris ſuſtentationis, nu. 61.
Vnio facta de beneficio non reſervato, vivente beneficiato, valet, ſi ille obierit in menſe Apoſtolico, lib. 2. c. 15. nu. 66.
Vnio facienda per Epiſcopum, requirit conſenſum Capituli; quia dicitur alienatio, nu. 67.
Secus verò, ſi de conſuetudine non requiratur, nu. 68.
Vnio venit appellatione alienationis rerum Eccleſiæ, nu. 71.
Vnio facta per Ordinarium ſine, vel ex falſa cauſa, eſt nulla, lib. 2. c. 15. nu. 75.
Nam requirit cauſam, & ſolemnitatem, nu. 76.
Et quando utraque intervenit, ſervanda eſt per Succeſſorem, n. 77.
Vnio beneficiorum, ut valeat, requirit manifeſtam Eccleſiæ utilitatem, ac neceſſitatem, nu. 78.
Vnio beneficii requirit vocationem, & conſenſum patroni, ſive Laici, ſive Clerici, lib. 2. c. 15. n. 83.
Non tamen requirit conſenſum Rectoris, ſi ei non præjudicetur, num. 84.
Sed ei eſt inſinuanda unio, & quare, nu. 85.
Vnio beneficii ad tempus, an requirat conſenſum patroni, nu. 86.
Vnio beneficii Seminario facienda non requirit conſenſum Capituli, ſed quatuor Deputatorum, ex Concil. Trident. lib. 4. capit. 8. nu. 24.
Et aliter facta, eſt nulla, licèt non teneatur Epiſcopus ſequi illorum conſilium, nu. 25. & 27.
Vnio de beneficio reſervato, tempore unionis, quomodo ſuſtineatur, lib. 4. cap. 8. n. 40.
Vnio beneficiorum, non ſolo verbo, ſed ſcripturis authenticis facienda, nu. 42.
Vniones beneficiorum fiunt à Papa, cauſis prius examinatis in Sacra Congregatione Concilii.
Quamvis pro libito voluntatis poſſit unire, & diſmembrare; cum ſit in beneficialibus Dominus abſolutus, lib. 2. c. 3. n. 91. & 92.
Vniones fiunt à Papa, quando non poſſunt fieri ab Ordinario, lib. 2. cap. 8. nu. 78.
Vniones ad vitam, & Commendæ, ſunt palliatæ diſpenſationes, lib. 3. cap. 13. nu. 30.
Vniones quænam excipiantur à regula revocatoria unionum, lib. 2. c. 55. nu. 23.
Vnionem, etiam à Papa factam, quomodo poſſit Epiſcopus diſſolvere, nu. 57.
Vniones præſumuntur ex juſta cauſa factæ, nu. 64.
Vniones factæ per Ordinarium, quando à Papa de novo fiant, & ſub qua formula, nu. 65.
Vniones non requirunt alias ſolemnitates, præter Papæ authoritatem, legitimè tamen interpoſitam, nu. 74.
Vniones perpetuæ, à 40. annis citrà, examinandæ per Ordinarium, num. 82.
Vniones beneficiorum, quo tempore fieri poſſint, lib. 4. c. 8. n. 19.
Et quænam Cautela adhibenda pro validitate unionis, nu. 20.
Vnionis gratia, tacita manualitate in beneficio ſæculari, eſt ſubreptitia, lib. 1. c. 6. nu. 266.
Vnionibus beneficiorum, quot requiſita concurrere debeant, lib. 2. ca. 3. nu. 89.
Vnionis nomen eſt generale, & continet ſub ſe ſuppreſſionem, & extinctionem, lib. 2. c. 8. n 7.
Sine quibus ipſa unio fieri nequit, nu. 8.
Vnionis membra, ſeù requiſita, quæ ſint, nu. 9.
Vnionis diſſolutio fit ab Epiſcopo, cum cauſæ cognitione, & conſenſu Capituli, lib. 2. c. 15. nu. 52.
Vnionis diſſolutio requirit citationem eorum, quorum intereſt, n. 56.
Vnioni faciendæ per Ordinarium, ſi Capitulum non conſentiat, recurritur ad Papam, nu. 69.
Vnionum ſuſpenſio non comprehendit factas vigore Concilii Tridentini, lib. 4. c. 8. n. 6.
Vnionis beneficii ſuſpenſio, ſub qua formula detur in reſignationibus à Cancellaria Apoſtolica, nu. 7.
Et quomodo petenda, nu. 8.
Et quod remedium adhibendum, ne ſuſpenſio prædicta locum habeat, nu. 9.
Vnionum, ceſſantibus cauſis, ceſſant quoque uniones, li. 2. c. 15. n. 44.
Vnionum reſcripta, quæ fiunt à Papa, ſemper intelliguntur, ſi cauſæ veræ ſint, nu. 79.
Etiam ſi unio fiat motu proprio, & Papa cauſas unioni inſerat, numer. 80.
Et quæ ſit ratio, nu. 81.
Vnire an poſſit Cardinalis Epiſcopus beneficia duplici reſervatione affecta, & deciſio Rotæ proponitur, li. 4. c. 8. nu. 43.
Et pro nullitate unionis proponitur Motus proprius Vrbani Papæ VII. nu. 44.
Vnire non poteſt Epiſcopus beneficium devolutum ad Papam, li. 4. cap. 8. nu. 41.
Vnire licèt poſſit Papa ſine cauſa, tamen id non præſumitur, & quare, lib. 2. c. 3. nu. 93.
Vnire, an poſſit Epiſcopus Capitulo, quando illius bona, & Capituli ſunt communia, lib. 2. c. 8. n. 84.
Vnire qui poteſt, etiam unionem diſſolvere valet, lib. 2. ca. 15. nu. 50.
Vniri ſine conſenſu patroni, poteſt beneficium ad vitam alteri beneficio, quod Rector obtinet, lib. 2. cap. 15. nu. 87.
Et quænam ſit ratio, ex Notab. Cancell. n. 88.
Vniri non poſſunt beneficia reſervata per regulas Cancellariæ, neque ab Ordinario, neque ab alio inferiore, lib. 4. c. 8. n. 39
Vnitum beneficium, non poſſidetur, tanquam titulus, lib. 2. c. 12. n. 556.
Vocem habens in Capitulo, non ſequitur, quod ſit de Capitulo, li. 2. cap. 13. nu. 49.
Voluntas teſtatoris, pro lege ſervanda, lib. 2. c. 50. n. 546.
Voluntas in animo conſiſtens, eſt quid facti, li. 4. c. 1. n. 16.
Voluntas teſtatoris imperfecta, ratione ſolemnitatis dicitur perfecta, ratione voluntatis, n. 17.
Voluntas, èx actu nullo declaratur, lib. 4. c. 6. no. 38.
Vota Canonicorum, data extra Capitulum, actum Capitularem concernentia, non ſuffragantur, lib. 2. c. 15. nu. 117.
Vtile per inutile non vitiatur in tranſlatione penſionis, libr. 5. cap. 6 num. 59.

Z

Zerolæ opinio reiicitur, quatenus dicit, Epiſcopum poſſe novas Dignitates in Eccleſia creare. Similiter Barboſæ lib. 2. cap. 2. num. 34.

F I N I S.

005639818

C8